Universidad de Deusto
Biblioteca

Palacios Rubios

Universidad de Deusto
Biblioteca

179263

REPETITIO

RVBRICAE ET CAP. PER VESTRAS, DE DONATIONIB. INTER VIRV ET VXOREM.

Quæ ob plurimarum, earumdémq; grauiſſimarum quæſtionum in materia dotiũ, pactorum dotalium, lucrorum matrimonialium, & ſimilium quotidiano vſu ſubindè contingentium, accuratam tractationem & reſolutionem, longè vtiliſſima eſt:

AVCTORE DN. IOANN. LOPEZ DE PALATIOS Ruuios, Hiſpano. I. V. D. ſuæ ætatis celeberrimo, Regio Conſiliario, & Quæſtore, &c.

EIVSDEM Recollectæ ſuper LEGIBVS DE TAVRO, & in eas accurata gloſſemata nunc primum huic repetitioni adiuncta, ITEMQVE,

De Obtentionis, Retentioniſque REGNI NAVARRAE iuſtitia Tractatus, nec non de ipſius terræ ſitu & antiquitate.

Vnà cum additionibus & Indice D. Ioan. Diaz de Luco doctiſſimi I.C. & reuerendiſſ. Epiſcopi Calagurritani: ex poſtrema D. Alfonſi Perez de Bieuero I. C. ex auctoris filij recognitione.



LVGDVNI,
Sumptibus Philippi Tinghi Florentini.
M. D. LXXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALFONSVS PEREZ DE BIVERO, CÆSAREO IVRE LICENTIATVS, LECTORIS.

CVM microcosmorum ingenia, benevole lector (quibus ab æterna illa maiestate, rerum omnium opifice, nec idem, sed longe alter alteri deuius animus & voluntas data est) humanis in rebus variè soleant exerceri, diuerso aly defixi lumina vultu, aliud monstrante natura iter normam ve viuendi capessent: constans tamen hominum opinio est, sapientiam, doctrinam, atque literarum monumenta aliis, etsi eximiis, operibus præstare. quippe cætera, præter sapientiam, licet mortalium vsui accommodata, terrena tamen, caduca, incerta, vmbratilia, & nullius fore momenti, ipse humani generis prædicat consensus. Inuidiosi nanque honores, ambitiosi magistratus, elata imperia, & alia id generis dignitates, timidos ideo tantum homines, sudantes anhelantes, & inhiantes, ea vix conquisituros in sublime attollunt, vt maiori ac funestiori ruina præcipitent. Hæc etenim dum quæruntur, fatigant: si acquirantur, infatuant: cum verò amittuntur, intima præcordia excruciant. Horum initium cecitas & obliuio possidet: progressum labor: dolor (Petrarchæ testimonio) exitum & quoniam fortunæ bona sunt, nec quenquam meliorem reddunt. Lethales præterea diuitiæ sui cupidos placida ideo manu pascunt, vt infestius tacitè serpentina venenent tabe. Ideoque dulces primos amplexus strangulatura mittunt: vt homines secum anxiè miserque semper vitam degentes, & miserias capitis cursum soluentes, miserrime tandem æterna flamma, sulphureoque perpetuo igne affligantur, debitas insatiabilis faucis pœnas repensuri. Prædominantis verumtamen nostri intellectus operatio, sapientia siue doctrina, cælestem referens originem, nec inuria profecto, dicitur: qua (si frequenti Magni credimus Alexandri verbo) longe nobilius & pulchrius est antecellere, quàm imperio aut diuitys: qua præposuit illam sapienti, simus Salomon regnis ac sedibus: & diuitias nihil esse duxit in comparatione eius. Hæc sola ab intortis fortunæ nexibus, atq; a flexis eiusdem orbibus libera permansura æternum efficit mortale genus. Hac mutato intempestiua nocere mors nusquam valet. Hanc felicem & beatum reddere hominem, maximus ille sapiens mirisq; eam laudum præconiis prosequutus proclamat. Beatus (inquit) homo qui inuenit sapientiam, & rursus, Lignum vitæ est his, qui illam apprehenderint: & qui eam tenuerint, beati. Ad hanc tãdem somniculosos etiam nos, ac prope mutos summus verũ parens conuocat. Thesaurizate (ait) vobis thesauros, quod prophetica illa tuba intelligẽs dixit, Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Hanc ergo operis huius author, siue mauis, prudentissimus meus genitor, vasre atque erudite suo de more leges, auidissimeque complexus ei omnino sese totũ dedidit, quippe qui posthabitis priuatis omnibus actionibus insomne ad inquirendam veritatẽ studiũ, vt ingenij potius quàm virium corporis gloriam quæreret) sum nec ad dextrã aut sinistram declinãs pedẽ, direxit: & sic posthabitis, vt ad senatoriam, quam gerit dignitatem, cum ab asperrimo amicorum & familiarium cõuitio, tum verò a fernãdo inclytæ Ysabellæ Reginæ imperio flagitatus traheretur. Quem, ipse humanæ mentis conscius deus, nosque rem oculis captantes, quadam (pace eius sit dictum) animi desidia, aut philosophica (melius vt loquamur) despectione, satis (me iesu) ingentia, a regiaque liberali manu profecta munera contempsisse cognouimus: quia propriis libris suo otiolo contentus, extra se nihil suspirauit, seu ambiuit vnquã. Nimis nanq; fore detestabile semper animo duxit struendis, congerendis, & accumulandis opibus, aut ambiendis & affectandis insolentibus honoribus, exiguo temporis cursu euanescentibus, eodemq; tumulo, quo mortales, sepeliendis atq; humandis inhærere. Verumenimuero humanorum diuinorumq; dogmatũ perscrutari inuestigareq; ratione, acriq; ingenij acumine prædituũ esse, præclarius fore existimauit. & cum laboranti præmiũ tribuatur, nõ immerito diuini numinis prouidentia sapientiæ talento, doctrinã noctu diuq; persecutus, decoratur: qui id ipsum sub modio (quod ne fiat, euangelica cauetur lege) inuoluere, credidit esse nephas. Nec enim dormitantẽ, & ocio languentẽ virtutẽ probauit quisquã, sed vigilantem potius, & magnæ præclari quicquam agentem. nam qui humano dignum ingenio agat nihil, vitã sub silentio prona velut pecora transiens, arbitrari sapientẽ eum, minime conuenit. Huiusce rei testimonium philosophorũ ille princeps Socrates comprobans, cùm speculationis fructum animaduerteret esse nullum, vtpote aduersæ officinæ minus necessarium, ea inquirenda hortabatur, quæ hominum mores instruerent, publicum prospectura usum, ac quæ viuendi commoda suppeditarent. Ad hæc, qui hoc pro omnibus vnum ante sua mentis lumina figeret, Sempiternæ gloriæ cùm humanæ, tum diuinæ manifestum inesse præsagium. idem Socrates exclamasse fertur, quam tamen memoriæ

reponendam sententiam tuus hic author intra se diuersans, non tantum ad vtriusq; iuris scientiam animũ appulit, vt immortalibus litibus atq; causis moderetur, & eisdem districtus complura scribens volumina cunctis iurisconsultis natus videretur: verumetiam encyclopædiæ (vt in se orbis ille doctrinæ efficeretur) adiũgere minimè ambigunt. Quo factum est, vt omnes, etsi viro præditi ingenio viri, eiusdem conuocati doctrina, ad eum ceu ad virtutis emporium vndique confluerent, & alterum consulerent Areopagum. Illius ædes tota Græcia, huius omnis nostra frequentat Hispania: & inuentus est profecto nemo eius consilium expertus, qui neq; tanquam à Solone, aut è sacratissimo quodam iustitiæ totius, nec non virtutis oraculo, prolatum esse seu defluxisse censeret. Nec mirum quidem, cùm multa eius Regio in Senatu, & passim vbiq; hominũ, prouisa prudenter, acutè responsa & retenta constanter extiterint: cumq; proponẽdis in ænigmatibus haud aliter, quàm Sphynx, in soluendis alter coniector Oedipus habeatur. Quæ verò fidelitatis inuestigatæ cura alienæ laudis fraudatorem non eũ vnquam cognouerim, reposita in eius bibliotheca librorum exempla pluries relata firment: cùm (vt ipse illud Plinij refert) obnoxij & infelicis sit ingenij, in furto malle deprehendi, quam mutuum reddere, cùm præsertim fors fiat ex usura. Quantum autem priuatis instudys nullum nisi diuinum spectans præmium (candide lector) soli tibi prodesse curauerit fidum laboris testimonium complura eiusdem opera ostendent, pomeridianáque limpidius luce monstrabunt. In quibus cunctandum tantisper censuit, dum fœtus crescente sensim vtero ederetur opera inquam ingenio perfecta, industria elaborata, sublimibusq; dogmatis refertissima quæ non nostro tantum, sed & futuro seculo mirũ in modum profutura prospitio, spero minime. Quippe cum de constituenda & seruanda dote in hac repetitione c. Per vestras. De dona. inter virum & vxorem. omnimoda iuris redolentia verba faceret, vtilitatis quantum attulerit, vxores dequarum agitur emolumento, reseruant authoris opera. Præterea cum catholicus ille Quintus Fernandus rex, magis ac magis eius doctrinam, & sapientiam experimento comprobans, eum intus & in cute agnosceret: soli eidem ipsi præcepit, vt de iuridica debellati nuper regni retentione suam ab omni (vt assolet) regiæ celsitudinis liberam affectione in medium sententiam proferret. Is q; scribendi data materia, prima repetens ab origine de iure obtentionis retentionisq; regni Nauarræ breue, sed iure satis fultum, libellum edidit. Reginæ etiam Isabellæ imperio parens, obediens, & acquiescens, de beneficijs in curia vacantibus alterum cudere statuit. Et cùm Negritarum, siue vt imperitum vulgus Indios falso appellitat, sub cuiuslibet capientis ditione ac iugo satis iniuria oppressorum acerbus & intestinus tuo in hoc authore dolor inardesceret, & eius viscera latenter dilaniaret vt eos liberos & sub nullius potestate subijciendos ostenderet copiosum insularum librum litteris mandauit. Verum his relatis, vltimam imponens manum, laboremq; fugere laboriosum arbitratus, de primo genitura, vel (vt ipsi volunt) maioricatu, & de heroica fortitudine, vernacula nostra lingua scriptum, ac nostro primogenito datum, & de domus regimine nostræ sorori aliud opus composuit. Sarabris quoque legibus (quarum conditor vnus & ipse fuit) & alys fori regij (quod sine lacrymis dicere nequeo) furto ablatis, & alieni sub authoris nomine fortè aliquando prodiendis ac edendis, glossemata imposuit. Presbyteris fauens, eo in volumine quotidiano iampridem efflagitato conuitio, quod De pœnitentijs & remissionibus inscribitur, maximam curandam suscepit prouinciam. Et nunc demum Carolo nostro inuictissimo Imperatori, de regni ac principis regimine dicatum opus, defesso iam calamo ocia petenti tribuere negat. Et hæc opera, nostros (vt spero) visura nepotes, in profundo curarum causarumque pelago iactatus, & parum à forensi vsu, popularibusque iurgiorum quæstionibus, aut fori regij procella feriatus, impendit: & ita impendit, vt si omnibus libris finem facere valetudo ac podagra, qua vexatur, daret, inquirendi laborem cunctis ademptum opinarer. Ecce ergo (iocunde lector) tui authoris, mei parentis haud vulgare ingenium, placida quiete nec emarcuisse: sed Platonico ille vsus præcepto, cuncto hominum generi prodesse studens, sese a mortalitatis iniuria sapienter vendicauit. Vale, & hanc

Repetitionem binis iam excussam formulis, nunc à typographis, velut nouum opus efflagitatem, aliorum confestim cudendorum operum stimulum futurum spera. In qua si erroris quicquam affuerit, chalcographos execrare, ac culpæ reos peragere ne dubites. Salmaticæ. Anno restitutæ salutis vicesimotertio supra quinquagentesimum ac millesimum. Kalendis Octobris.

AMPLISS. OBSERVANDISSIMOQ. DN. DN. IOANNI DE TAVERA, CARdinali S. Sifti, archiepiscopo Toletano, Hispaniarum primati dignissimo, Ioannes Bernardus Diaz de Luco, Indici regij Consilij Senator, iuris vtriusque professorum minimus, humili, qua decet, obseruantia,

S.P.D.

SIQV Afuit vnquã in me, Præsul amplissime, dũ exactos peregi annos (vt mortalibus euenit) propriæ sortis indignatio, id non ob aliud accidisse cõperio, nisi quòd non mihi fors ipsa vt obsequendi tuæ amplitudini affectum, ita & exercendi copiam pari statera concesserit. Vnde necesse fuit aliquo immortali monumento, & tibi, & toti orbi (vt mihipsi satis facere possim) meam erga te fidem & obseruantiam (etsi operibus vsquaq; nudam, & exinde mortuam) propalare. Cùm igitur hisce diebus, tum vt iuris sectatorum labori consulerem, quibus breuis ætas (quæ studij assiduo labore marcescent breuior efficitur) & librorum innumerosa congeries, vix singulorum folia connumerare concedit: tum vt amicorũ quorundam desiderijs occurrerem, Indicem hunc in celeberrim Doctoris de Palacios Rubios, tempestatis & Hispaniæ nostræ iubaris splendidissimi, Repetitionem opulentissimam in publicum edere decreuissem, tuo nomini dedicare proposui. Non vt tibi gratum obsequium impendere rear: sed vt mihi illud exhibere non valenti, sat sit virium inopiam præconijs publicis incusare. Quod nempe non sine tremore conari profiteor: cùm verear ex hoc potius pœnam condignam, quàm indebitũ beneficium reportare. Si tua (vt potest) sublimis amplitudo, hoc magnæ insolentiæ fuisse succenseat, eò quòd huiuscemodi opusculum præclaro nomini tuo commiserim protegendum: opusculum inquam indignum illo eximio fauore, quo in publicum prosiliens (te aspirante) valabitur. Quod non à mente diuertens, te iam potius in pœnæ impositione benignum, quàm in præmij concessione liberalem exopto. Sed ea fuit huius temeritatis occasio, quòd eximiam in te benignitatẽ in eos, qui se tuo ministerio mancipare contendunt (vti decet tanta generis nobilitate & dignitate pollentes) noui semper & aspexi. quomam tamen maioribus obsequijs experiri fata ipsa refragantur, extenuat insuper audaciæ tantæ reatum: quòd & si plures, non tam sublimis status aderant, qui etsi non parem condignum fauore, huic nostro libello elargiri quiuissent, sine eo quòd tuo celeberrimo nomini hanc illum protegendi curam irreuerenter iniungerem: considerani tamen, quòd qui æstiuo tempore vmbræ refrigerium affectat, non quauis arbore (cuius rami suffulti frondibus suum totum corpus obumbrent) suo consulit desiderio: sed inter eas quæ se offerunt, ampliori satagit adhærere. Et cuiusuis nauis gubernatores non ea aquarum profunditate discurrunt, quæ solum nauis ipsa commodè valeat enatare: sed profundiora maris exquirunt: vbi securius pernauigantes (quæ possunt mari subesse pericula) facilius opinantur euadere. Adsunt etiam talis in mente consideratio, quòd huiuscemodi opuscula, quanto minora sunt, & eorum autores magis ignoti: tanto magis illustrium virorum fauoribus indigent: vt in ipsis inserti defectus (saltem protectorum intuitu) dissimulationis, seu benignæ correctionis sortem promereantur. Vnde non immerito præclarissimis quibusdam principibus, etiam de infimis rebus autores aliqui sua scripta dicauere. Cæsari enim Augusto de Architectura scripsit Vitruuius, & regi Deiotaro de agricultura Diophanes. Cuius præterea in hac nostra Hesperiæ prouincia, nisi tuum, iure debeant scribentes in iure, suis laboribus patrocinium exposcere, qui in hac nostra professione, inter omnes Hispaniæ præsules culmen tenere dignosceris? Quem ob præclaras virtutes tuas celso genere illustratas, ob morum q; venustatem, ac vitæ synceritatem, catholicus ille ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuictissimus princeps Fernandus (qui orthodoxæ religionis zelo semper ad similes dignitates viros omni virtute præditos promouere curabat) episcopatui Ciuitatensi seu Augustobricensi, præsentandum ex omnibus sibi subditis, diuino nutu delegit. Vbi postquam gratia sedis Apostolicæ accedente, administrare cœpisti dominici gregis oues, vnique quoque dispersas sedulo coleuisti, morbidis & vitiorum contagione pollutis, vti pastor optimus, medelam opportunam impendens, & eas demum curatas lætissimis herbis & salutari pabulo refecisti. Quem etiam ob præsatas virtutes tuas felicissimus Cæsar noster, Romanorum & Hispaniæ rex, in præclarissimo turis consultorum senatu regiæ cancellariæ Valisoleti, pro præsidenti meritissimo diebus proximis collocauit. Quæ omnia quidem et si cunctos ex nostris, se in similibus patronum optare suadeant, eos tamen, qui in hac omnium florentissima Salmanticensi Academia vigilias suas immortales efficere student, magis ac magis impellit: cùm eam perhumanam modestiam ac clemem mansuetudinem (dum felici auspicio retroactis temporibus vti Rector dignissimus eandem academiam gubernasti) in te ipso radiantem aduerterint: vt non minori te suos recepturum labores, defensurumque facile sperent. Admitte igitur, Præsul obseruandissime, voluntatis immensæ exiguum ministerium, ab eo qui quo potest insecutus, & in maioribus posse suspirat: ea vultus hilaritate, qua te genus sublime, & dignitas splendida commonent admittere: non immemor, quòd tui similes famulis plus fide quàm ære diuitiis egent. Vnde instabilis fortuna rota, etsi quosdam suis fragilibus bonis orbos effecerit: fidem tamen & obseruantiam, quibus possint proceribus obsequi, non valet exuere. Quibus meipsum locupletari curaui, vt præstantiæ tuæ (dum casus tandiu præoptatus accesserit) fidus fidelè possim famulatum impendere. Et vt huius publicæ confessionis pudor (cùm per te aliquid mihi fuerit emunctum) segnitiem exterminet: libuit hoc omnibus patefacere, quòd eximia virtutum fragilitas (etsi semper firmum & vniforme) vsque quaque latere coegit. Consulto duxi, hoc breui orationis compendio, tuis laudibus (quas omnes norunt & prædicant) non immorari, conscius quod viuus noua non referant & si posteris nunciandæ sunt, vita & opere longioribus & historiographo maiori facundia & otio ditato fore opportunum, non latuit. Valeat diutissime tua integritas & præstantia dignitatibus sublimioribus aucta, præsul præclarissime.

PERILLVSTRI AC MAGNIFICENTIS DN. ALVARO A' PORTVGALLIA, CHRISTIANISsimorum ac perinde inuictissimorum Ferdinandi & Ysabellæ regum, dominorum nostrorum, consilij in totáque Hispania iustitiæ præfecto meritissimo, Doctor Palacios Ruuios Salutem ac Felicitatem.

VM superioribus annis, illustrissime vir, Salmanticæ agens, in illaq; florentissima Academia adhuc residens, quadamq; ibidem in pontificio iure cathedrali sede fungens, ad secretum examen, quod doctoralem facultatem (quæ Licentia vulgo dicitur) solet præcedere, meme accingeremus: cùm necesse sit secundùm obseruantissimos mores & statuta Vniuersitatum præludijs quibusdam antea exerceri, & præcipue celebrè & satis elaboratâ edere repetitionẽ: illâ Rubricâ & Capitulum, Per vestras. De donat. inter vir. & vxor. ad exponendum, & enucleandũ, de eademq; materia quàm late oportuit disserendũ animũ appuli. Quæ in re eo pacto quo ingenioli nostri patiebantur angustiæ, de duobus præcipue, tũ de donationibus inter virum & vxorem, tum etiam de dote constituenda, conseruanda, & restituenda, verba fecimus. Quo ipso repetitionis labore transacto, cùm viri scholastici qui aderant, nescio qua ratione inducti, ita sibi disputatis ibi & enarratis complacuissent, vt id literis & immortalitati mandari vehementer cuperent: à me tanta contentione, tamq; quotidiano conuitio efflagitarunt, ne huic ipsorũ desiderio contradicerẽ, sed potius ei acquiescerem, vt vehementi efflagitatione deuictus potius, quàm sponte mea id me effecturum, cùm opportunitas adesset, pollicitus sim. Quo promisso astrictus, ac propterea rem aggrediens, cùm primam adhuc manum operi apponerem, accitus à potentissimis & excellentissimis regibus nostris: qui vltro me (licet immeritum) Consiliarium, suæq; regiæ audientiæ auditorem creauerunt: atque ideo quamprimum in curiam regiam profectus, telam dum adhuc ordirer, præscindere sum coactus. Cùm autẽ assiduus fori, cancellariæq; labor, illiusq; officij ratio totum exigeat hominem, nec ad alia se subtrahere patiatur: ac idcirco cum nihil temporis nobis relinqueretur, quo alij rei operã dare liceret: memores tamen promissi nostri, cupientesq; vehementer scholaribus illis viris & amicis, qui id à me obnixe poposcerant, morem gerere, aliud spatij, quod quieti à laboribus dabatur, illis dicauimus: in diebusq; festis, quibus datum est paulisper à strepitu iudiciario & causarum discussione uacare, prælibatum antea tantummodo opusculum ad finem usque perduximus. Sed tamen cum iam ad metam viæ euasissemus, incederemusq; cum exultatione portantes manipulos nostros: timore quodam qui in mentem venit perterritus, illud abscondere, intraq; domum premere filiumq; à me genitum intra nidum paternum retinere deliberabam: eosq; animos & audentiam tantummodo concipiebam, vt clanculum amicis duntaxat meis fidelissimis ostenderem: vt sic & promissionis præstitorem aliquo modo me exiberem, & simul pericula, quæ formidebam, euaderem. Pericula inquam. Nam quamuis periculosum sit, noua inuenta palam mundo loqui (quemadmodũ fecimus cũ Salmanticæ repeteremus) multo tamen periculosius est illa eadẽ literis commissa, in lucem & publicum edere: cum id quod editur voce, soli auditores & vna tantũ ætate, imò tẽporis vno curriculo audire, ac perinde intelligere, perscrutarique & dijudicare valeant: quæ sæpe etiam ex eorũ memoria delet oblutio: scripta verò iam edita, & à paterno lare egressa, cum omnibus & omni tempore pateant, cum etiam magis digesta sint ac propterea perscrutationi & discussioni magis pervia, iudicio difficiliori & crudeliori sunt obnoxia. Diuo enim Hieronymo 9. epistolarũ parte, epistola x x x ij. & in primo prologo Paralipome. teste, Qui scribit, multos sumit iudices: quorum alij qui detrahunt in publico, & postea libenter in angulis legunt. Quod ipsum sensisse Hieronymũ non tantũ in alijs, sed multo apertius in seipso sumens experimentum, non est qui inficietur. Qui pro religione nostra sanctissime & elegantissime scribens, acerbos morsus immanesq; canum obtrectatorum latratus sustinuit: vt in compluribus ipsius in canonicos libros præfationibus, in multisq; alijs voluminibus intueri licet. Cum igitur barbatus ille Hieronymus, tanta sanctitate, tantaq; eruditione & eloquentia pollens, tam grandiq; religionis & vtilitatis reipublicæ Christianæ zelo accensus scribens, ex huiusmodi conatu & officio non potuit inuidiam non contrahere, nec maledicas linguas effugere: ego homuncio qui & vita & scientia humi serpo, à terraq; ima non me extollo, quid expecto, quibus armis, cuiq; clypeo, qui me protegere possit, confido? Hæc igitur quotidie mecum reputans, imoq; pectore & profunda cogitatione volui libellum hunc à me genitum mecum retinere, clamq; solus cum solo ludere & colloqui, & ad summum, intimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

intimis amicis eius videdi copiã facere decernebã. Sed ecbtrario occurrit mihi illa Platonis sentẽtia sanctissima: quòd nõ solũ nobis nati sumus, sed partem ortus nostri patria vendicat, partem amici. Veniebat quoque in mẽtẽ quid Socrates ipsius magister super hac re senserit, cũ dixerit, Ad usum hominũ cætera cũcta creari, homines vero hominũ causa esse generatos: ita vt ab officio longe esse putet, qui ad rem publicam & bonũ commune aliquid afferre nõ curat: præsertim is qui aliorum laboribus ditatus est: quemadmodum hi qui in hac ætate & seculo producti sumus, cẽseri debemus: qui tam innumera scripta & volumina in omni scientiarũ genere à maioribus nostris accepimus, quæ ipsi non acceperũt, sed dederunt. vnde Seneca ad Lucillum, Si videas, inquit, quod multi tibi laborauerunt, concupisces & ipse ex illis vnus esse. Nec secundum Lælij apud Ciceronem iudicium, sufficit iam natis siue contemporaneis nostris laborare (vt legendo fortassis & alys iuridicis aclibus insudando efficimus) sed posteritatis curam habere tenemur: vt ipse Lælius se iactabat, non minus sibi curæ esse, qualis post suam vitam futura esset respublica, quàm qualis foret dum viueret: vnde nec immerito reprehenditur Ezechias, qui pacem & veritatem in diebus tantũ suis optabat iiij. Reg. ca. xx. in fine. Quod nos assequi nisi scripta relinquendo non posse, non est ambiguũ. Vnde & filij Seth qui disciplinam rerum cœlestium, & ornatum earum primitus inuenerunt, ne dilaberentur ab omnibus ea quæ ab ipsis inuenta videbantur, aut antequam ad posterorum venirem memoriam, deperirent: in duabus à se factis colũnis, altera ex lateribus, altera ex lapidibus, quæcunq; inuenerant, conscripserunt, vt posteris nota fierent. His igitur exemplis & argumentis ex altera parte incensus & animatus, timore detractionis posthabito, exemplo ipsius diui Hieronymi inductus, qui se magis charitate beneuolorum, & publicæ vtilitatis zelo prouocari ad studium, quam aliorum detractione deterreri dicebat, opus in publicum emittere decreui: non existimans aliquid nos magnum magniq; faciendum præstare: sed mecum cogitans, quòd in templo domini (vt cum ipso Hieronymo loquar) offert vnusquisque quod potest. Aly aurum & argentum: aly lapides preciosos, bissumq; & purpuram, & cætera quæ magni solent æstimari: nobiscum autem bene agetur, si pelles & caprarum pilos, quæ ad illa præciosiora tabernaculi domini protegenda exigebantur, obtulerimus. Nec parum nos præstitisse existimabimus, si cum scripta nostra tantuli facta fuerint, vt sine aliqua auiditate, imo cum magno fastidio à plerisque legantur: id saltem efficiãt vt nostrates viros doctos ad alia præclariora & luculentiora elaboranda, nostro excemplo excitent, & ad reijciendum torporem & desidiam segnitiemq;, quam circa scribendum nostri habent, adhortẽtur. Huc accedit quòd cum ex vtraque parte oblatæ rationes me vtrinque adeo agitarent, vt licet in hoc decretum magis flecterer, cum nisi, cuius authoritate vmbraq; alarum si protegeretur nostrum opus à sagitta volante, & ab omni incursu, & dæmonio meridiano, illud liberum fore sum confisus. Qua ipsa de causa persuasus, te vnum æstimaui, vnusq; tu mihi visus es, cui vigilias meas, qualescunque illæ sint, dedicarẽ: cuius fauore firmẽtur & stabiliãtur, & à quoq; potissimũ castigentur, si quid sit quod in censuram cadat. Deinde quia aliàs fieri non posse existimauimus, quemadmodũ obseruantiã ac potius pietatẽ ostenderemus, quam ego præsertim, sed & omnes boni literarumq; in primis studiosi dominationi tuæ debent: tum quia omnes à te nimia indulgentia fouentur, miroq; amore tractantur, & sublimantur, ac peculiaria responsura non dubitamus: quibusq; nobilitati & splẽdori tui regij generis, maiorũq; tuorũ clarissimorũ nõ cedis, sed superas: quibusq; per prudẽtissimos principes nostros eminẽtissimum in te prudẽtia & integritate perspecta gubernationi vniuersæ ipsorũ ditionis tã late præfici meruisti. His igitur artibus cũ cæteris me tãtopere sibi deuinxit dominatio tua vt si quid esset à me genitũ, quod non tuo potissimum nomine ederetur, crimen in te capitale committere mihi viderer. Quinimo, vt hæc omittam, & alia quæ percurrere esset satis longum, quæ vt id facerẽ me persuadere & compellere poterant: cui iustius & accommodatius labores nostri & lucubrationes de scientia iuris erant consecrandi, quàm iuris & legum vnico & vniuersali moderatori? quiq; ob prudentiam & sapientiam singularem imò diuinam atque in rebus agendis inauditam perspicientiam & strenuitatem, à prudentissimis principibus nostris in tam latis regnis & prouincijs suis, iusticiæ gubernationi, & administrationi vniuersæ insolidum est præpositus: vt potẽ qui non solùm causarũ & negotiorum discussor & expeditor, enigmatumq; & nodorum legalium interpretator perspicacissimus habearis, verumetiam & legum ipsarum cõditor, aut ad leges condendas cùm opus fuerit idoneus author, & tantæ prouinciæ nullo pacto inferior existimeris. Hæc igitur vna causa sufficiens est vt non modo quod ego scripserim, verumetiã quicquid de vtroq; iure in nostra Hispania in lucẽ exeat, tuo nomine edatur, ad teq; afferatur, & offeratur: vt poetæ, carmina sua & poemata ad sacra vatũ afferre, Apolliniq; poetarũ deo offerre solebant. His igitur tam idoneis, tamq; cogentibus rationibus, hoc opus tantillum, tamq; exiguum, & tua excellentia tãtopere minus digniũ, tibi trado, & offero, in manusq; tuas cõmendo: mearumq; lucubrationum primitias tuo acerrimo & rectissimo iudicio recognoscendas & emendandas propono. Quæ si tuæ dominationis authoritate in vulgus exeãt, & fauore armentur & muniantur, ad maiores fortassis, & te digniores capessendas animus inflãmabitur. Diues ergo generositate & humanitate dominatio tua, nos pauperes, munusq; inops nostrum, læto & sauenti suscipe vultu, illius verbi, benignitate plenissimi, Artaxerxis regis Persarum non immemor, qui non minus regale atque humanum regi esse dicebat, accipere parua munuscula, quàm ingentia munera elargiri. Vale nostrum sidus, & gloria nostra perennis.

REPETITIO IN RVB.
ET CAPIT. PER VESTRAS.
DE DONAT. INTER VIRVM ET VXOREM.

Præfatio ad Salmanticensem Academiam.

SVMMAE RERVM.

1 Romani non fortuna, sed prudentia, consilio, artéque militari victoriam quæsiuerunt.
2 Virtus non regitur fortuna.
3 Paucitas exercitata promptior est ad victoriam, multitudo verò rudis & indocta, semper exposita est ad cædem.
4 Præmium certaminis datur post laborem.
5 Doctrinæ munera sunt inimica otio.

ROMANORVM duces, bellatores famosi (vt Cicero in Philippicis inquit) primò vniuersam Italiam deuicerunt, deinde Carthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentissimos Reges, bellantissimas gentes in ditione sui imperij redegerunt. Fuit denique eximia illa virtus Romana, quando nullus vnquam rex, nulla ciuitas, nulla prætereà gens nõ modo maiorem imperij amplitudinem obtinere, sed nec parẽ quidem nec æquam attingere quiuerit: vt tot iam circumactis temporibus, tantam imperij molem perpetuo quodam tenore constantissimè immotam ac solidam seruasse videatur. Quod tamen sua multitudine vel potentia (vt Vegetius lib. j. c. j. de re militari inquit, cuius meminit Policratus lib. vj. c. ij. in prin. & Abulensis j. Paral. c. v. q. xiiij. in prin.) euenisse, censendum nõ est. Quid enim aduersus Gallorum multitudinẽ, paucitas valuisset Romana? Quid aduersus Germanorũ proceritatem Romana potuisset breuitas audere? Hispanos quidẽ non modò numero, sed & viribus corporũ Romanis præstitisse, manifestũ est. Afrorũ dolis atque diuitiis semper impares fuerunt. Græcorũ artibus prudentiaq́ue eos vinci nemo dubitat. Nec mihi ratione vlla persuadere possum, fortuna id euenisse & casu, vt superatis Italiæ finibus, ad vltimas orbis oras nomen & imperium potuerit propagari. Propitiam etenim, cœptisque nostris fauentem adipisci fortunã optandum vtiq; est, non ideo tamen existimandũ eam rebus præesse omnibus, atq; penitus dominari. Vt enim inepti atque parum confiderati sunt, qui singulas calamitates iuri fortunæ attribuunt, nõ imperatorũ desidiæ & errori: ita qui recte res & ordine gestas, fortunæ iuri ac vi, non imperatorũ virtuti atque solertiæ impartiri videntur. Iniqui enim atque iniurij pariter est, vel eum qui temp. male gessisset, ab omni prorsus culpa eximere, eamq; ad fortunã omnino referre, vel eum qui fortiter grauiterque victor atque voti cõpos euasisset, vsque adeò debitis fraudare laudibus, vt palmã rei bene probéque gestæ, fortunæ duntaxat acceptum oportere referri censeat. Non ergo† fortuna, imo prudentia, consilio, artéque militari Romanos victoriam quæsiisse constat. Longè quidem aberrat quis, si eos qui res consulto agunt, tatis omnia credere existimat. ‡ Virtus profectò nunquam fortuna regitur, sed ratio ipsa animi est, quæ in cunctis dominatur, & qua cæteris animantibus ad Deũ propius accedamus. Pro fuit itaque aduersus omnia, vt Vegetius vbi suprà, testatur, tyronẽ solertem deligere, ius (vt ita dixerim) armorum in campo Martiano docere, quotidiano exercitio roborare, quæcunque in acie atque prælijs euenire possent, in campestri meditatione prænoscere, se uerè in desides vindicando. Scientia quidem rei bellicæ, dimicãdi nutrit audaciam. quia nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Dauidis testimonio, qui exercitatus in funda & baculo, occidit Philistæum, depositis armis quibus fuerat armatus: quia in illis nullũ habuerat exercitiũ, vt habetur j. Reg. c. xvij. Etenim in certamine bellorum † exercitata paucitas, ad victoriam prõptior est: rudis verò & indocta multitudo, exposita semper ad cædem. nam, vt inquit Seneca ad Lucillum, epistola xlij. non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre, qui nunquã sigillatus est. ille qui fudit sanguinẽ suum, cuius dentes crepuerunt sub pugno, ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animũ proiectus, qui quoties cecidit, contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam: multum enim addicit sibi virtus lacessita. Vnde Marius gloriosus miles (vt Plutarchus inquit) cum esset senex, & multa corporis mole grauis vir, vt filium militaribus actibus & officijs institueret, quotidie cum adolescentibus veniebat in campum, & exercebatur vnà. Alma quidem Vniuersitas nostra, Romanæ prudentiæ imitatrix optima, ad gremium sapientiæ, insigniaq́ue doctoratus neminem admittit, nisi literarum studijs die noctúque deditũ, multóque tempore sine vlla quiete laborantem, vt ad literarũ studia publicè differẽda iuuenes expeditiores exi stant. Ad cuius rei exercitium hunc campũ Martianũ assignauit. Cùm autem me inter alios tyrones ad bellicosos sapientiæ labores inuitaret, non lac, non delicias (vt matres filijs cõsueuerunt) sed labores, vigilias noctes insomnes, dies non hilares promittẽs, priuati ac duri certaminis præludia, velut in cãpo Martiano degustãda prædixit. Ego verò magnũ imitatus Herculem, libenter annui, qui cũ per quietẽ duæ sibi mulieres supra humanã formã venustæ apparerẽt, & altera voluptatẽ, laborẽ altera promitteret, hãc secutus est: ‡ sciens q̃ post laborem, † præmium certaminis datur, nec coronatur (vt inquit Apostolus) nisi qui legitimè certauerit. Quicquid autẽ non laboranti alicui accesserit, id nec charum, neque iocundum alicui computari debet, vt dicitur in vita Apollonij, li. vj. fo. iij. vbi hanc Herculeam cõmemorat electionẽ. Nec minus illud dissonat, Dulcia nõ fecit, qui non gustauit amara. Verebar quidem antea, tantũ onus humeris meis imponere, nunc autem præsentiarũ vestrarũ, ô patres egregij, venerandáq; cohors, diuersis titulis decorata, ni-

Qua debẽt doctoratum præcedere.

Dissuasio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tore turbatus, cõsiderans tãtos ac tãtæ sapiẽtiæ viros, in quorũ cõspectu nedũ mediocre, verũm etiam subtile ingeniũ, dulcẽ eloquẽtiam, fœcundã memoriã, necessaria fore existimãs, quasi elinguis obmutesco. Itaq; si certamẽ hoc sine dedecore effugere potuissẽ, quãm gratũ atq; iocundum mihi foret. Sed vt † doctrinæ munera otio inimica sunt, & continuos labores postulãt, oportet homines, qui semel tantum oneris susceperũt, accepto negotio nõ desistere. Me autẽ etsi quæ dixi, atq; etiã ingenij & doctrinæ meæ tenuitas semper admonuit, vt prælium hoc nullo modo gerẽdũ suscipere: assidua tamẽ importunitas & amicorũ, & dominorũ meorum, quibus nõ potui nõ satisfacere; adeò coegit, vt quamuis differre, minime tamen relinquere potuerim. Quamobrẽ charitatẽ vestrã supplex exoro, ignorãtias meas æquo animo tolereris, & vicẽ meã, si opus fuerit, supplearis: cùm præsertim nihil dicturus sim, quòd à vobismetipsis nõ didicerim. In quibus si quid erroris fuerit, nõ à vobis docẽtibus profectũ, sed à me male accipiẽte admissum dicatur. Corrigatis igitur, & emendetis benignè, quæ correctione & emendatione digna fuerint. Eius verò auxilio cõfisus, qui linguas infantium facit disertas, & dat omnibus affluenter, actum præsentem aggredior, in nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, intemeratæ Virginis gloriosæ ductus præsidio. Ad laudem & gloriã reuerendissimi in Christo patris, ac per magnifici domini, domini Iacobi de Annaja, quondam Hispalensis sedis præsulis meritissimi, qui collegium sancti Bartholomei omniũ aliorum famosissimum in hac Salmantica ciuitate construxit, & dotauit: in quo ego, quãquam immeritus, locum obtinui. Cuius recolendæ memoria sicut in terris colitur, sic inter cœlestes spiritus collocetur. Amen.

Suasio.

Captatio beneuolentiæ.

Inuocatio.

INTRODVCTIO.

SVMMAE RERVM.

1 *Leges iustissimæ & sacratissimi canones ex eodem fonte processerunt.*
2 *Ambiguitates canonum legibus resoluuntur.*
3 *Legista nisi sciat canones, non potest practicam legum & iudiciorum perfectè cognoscere.*
4 *Testator si alicui legauit libros legales, si profecerit in legibus, et si in iure canonico libros canonũ si profecerit inutraque scientia, debebit habere libros iuris ciuilis & canonici.*
5 *Iudex ecclesiasticus si super causa canonica assumit assessorem merè legistam, recusari potest vt suspectus.*
6 *Iura ciuilia allegari possũt ad decisionẽ causarũ beneficialiũ.*
7 *Papa in beneficialibus habet plenissimam potestatem, & potest de eis ad libitum disponere, & eorum collationem sibi reseruare: & potest præuenire omnes collatores beneficiorum, quia potest dare expectatiuam siue ius ad vacaturas, & idem potest facere rex in officijs temporalibus.*
8 *Princeps vel Imperator potest officiũ magistratib. auferre.*
9 *Iuris appellatione an intelligatur de Romano.*
10 *Consuetudines vincunt leges.*
11 *Princeps si in rescripto referat se ad ius, non intelligitur de iure communi, sed speciali siue statutario.*
12 *Causa si committatur secundum leges & consuetudines terra terminanda, debet potius terminari secundum consuetudines bonas, quam secundum leges.*
13 *Carcerari an possint debitores propter debita fiscalia.*
14 *Passagium colligi consuetum an possit colligere donatarius, cui rex concessit flumen.*
15 *Iure canonico deficiente, an potius sit recurrendum ad iura & consuetudines regni, quàm ad iura imperatorum vel iurisconsultorum.*
16 *Ius canonicum potius seruandum, quàm ciuile.*
17 *Francigenæ seruant rationem legis, non quia lex sic dicat, sed quia sic vult ratio.*
18 *Reges Christianissimi nullum recognoscunt superiorem in temporalibus.*
19 *Hispania an fuerit olim subiecta imperio.*
20 *Notarius ab Imperatore creatus, non potest conficere instrumenta in Hispania.*
21 *Notarius non potest conficere instrumentum extra territorium eius qui eum creauit, etiam de partium consensu.*
22 *Notarius Apostolicus potest in regno Siciliæ de temporalibus conficere instrumentum, quia est feudum ecclesiæ.*
23 *Notarius creatus ab Imperatore, si conficeret instrumentum in eius Imperio, an faceret fidem in Hispania.*
24 *Rex Hispaniæ habet iuspatronatus in ecclesijs cathedralibus.*
25 *Mors prælati nuncianda est regi Hispaniæ.*
26 *Ius patronatus acquiri potest ex consuetudine.*
27 *Laicus est incapax iuris spiritualis.*
28 *Rex Franciæ ex consuetudine confert prebendam in regno.*
29 *Principis interest, vt non eligatur aliquis sibi suspectus, qui secreta sui regni reuelare possit.*
30 *Laici admittuntur ad opponendum contra electum.*

DEcretalis, quam in tanta præsentia commentandam seu repetendam assumpsi, situatur in quarto libro Decretalium, sub titulo, De donationibus inter virum & vxorem, & de dote post diuortium restituenda. Quæ, dum hoc anno hunc titulum ordinariè legerem, præ cæteris mihi placuit, tum quia materiam habet quotidianam, tum quia difficillima est in suo intellectu. 1

Prauidentia.

Leges à Canonistis allegatur, & econtrà.

In cuius examinatione morem aliorum obseruabo. Iura enim ciuilia vbi opus fuerit, annecto: quia, vt inquit Bald. in procœmio huius voluminis, in ij. colum. Iuris canonici sanctitas, iuris ciuilis subtiltate decoratur. Iustissimæ etenim † leges, & sacratissimi canones ex vno vtero, id est, ex fonte diuino processerunt, scilicet ex autoritate veteris & noui testamenti, vt in cap. qualiter & quando. in princ. infrà, de accus. Vnde leges firmantur canonibus, & canonum † ambiguitates legibus resoluuntur: vt ex discursu glosarum vtriusque iuris luculenter apparet. Bernardus enim, & alij glossatores iuris canonici, in suis commentis pro concordantia, & similitudine, & limitatione ipsius iuris, quàm plures adducunt leges. Quod maximè fuit necessarium in materia nostra, in qua parum disposuerunt iura canonica, & etiam in materia testamentorum, & in aliis quæ magis sunt legales, quàm canonicæ. In quibus (vt verbis domini Antonij vtar) recurrendum est potius ad legistas, quàm ad canonistas, vt voluit ipse in capitu. clerici. suprà, de iudiciis. Non ergo pudeat canonistam, consulere legistam in materia legali: & econtrà non pudeat legistam, consulere canonistam in materia canonica. refert Alexand. in l. si prius. in fine. de noui oper. nuntiation. in apostil. idem Anton. in capitulo Raynutius. suprà, de testament. & in rubric. de precariis. Vbi hoc refert Andræ. Sicul. in principio. Quod dicit esse bene notandum contra quosdam huius seculi temerarios, audentes apponere os ad consulendum in materia canonica vel ciuili, quam nunquam viderunt. Et ideo dicit, bonum esse proficere mediocriter in vtraque, sed est difficile, & paucis datum, quos æquus amauit Iupiter. Et isti sunt, qui dulcedinem scientiæ gustant, vt inquit Baldus in capitulo, cùm causam. ij. col.

Canonista consulat legistam in materia legali, & econtrà.

ij. col. suprà, de prob. vbi dicit se trahere scientiam nostram ad naturalem intellectum. Sicut enim ex philosophia, & medicina, fit perfectus medicus: sita sciẽs ius canonicum, & ciuile, efficitur perfectus legista: & nisi iurista † sciat canones, non gustabit hanc dulcedinem: nec potest practicam legum & iudiciorum perfectè cognoscere, secundum eum, de quo meminit And. Siculus in rub. suprà, de test. j. col. dicens hoc fore durissimum dictum multis imperitis cum stomaco obtestantibus has nostras diuinas canonicas sanctiones. Ex istis inferri potest ad illud notabille dictum Bal. in l. fi. in prin. C. communia de legat. vbi concludit, ꝙ si † testator legauit mihi libros legalis scientiæ, si profecerim in legibus: & si profecerim in iure canonico, legabat mihi libros canonũ: si profeci in vtroq;, debeo omnes libros habere, tã iuris canonici, quàm ciuilis. De quo dicto fuit memor And. Siculus in dicta rub. de preca. & Fely. in c. cũ olim. ij. col. suprà, de re iudica. & Zezelinus in c. cùm nuper. de cẽsi. in apostil. Addo bonũ tex. & ibi Bal. in l. qui duobus. ff. de condi. & demon. Ex istis etiã infertur ad illud, quod notanter voluit Dominicus in c. statutũ. j. super glo. in ver. copia. de rescrip. lib. vj. vbi dicit, ꝙ si † iudex ecclesiasticus assumit assessorẽ merè legistã super causam merè canonicã, poterit vt suspectus recusari. Idẽ dicas: si causa erat subtilis, & assessor erat grossi ingenij. vt no. voluit Bal. in l. fi. C. de hære. insti. quẽ refert & sequitur Iason in l. aper tissimi. iij. co. C. de iud. And. Siculus in c. fi. in c. is autẽ. xij. col. suprà, de offi. dele. & in c. dilecti. v. col. suprà, de iudiciis. Fely. in c. ex literis. vj. col. suprà, de cõstitutio.

Bonus iurista.

De legato librorum.

Recusatio assessoris.

Assessor grossi ingenij.

1 *Prauidentia.*

2 *Prauidentia. Legesregni allegantur.*

Annectã etiam iura & consuetudines regni, quibus iudicare sæpissime vidi, tam in regali audientia, quàm extra, vt videamus in quibus cõcordẽt vel discrepent à iure Pontificio vel Cæsareo, in quibus addãt. Maxime, quia ista iura (vt omnes sciunt) se inuicẽ coadiuuãt: vnde deficiente vno recurritur ad aliud, vt c. leges. & c. si in adiutorium. x. di. & no. in c. j. infrà, de no. ope. nun. Ad hoc bonus tex. in c. dudũ. de præben. lib. vj. & in c. authoritate. de concess. præbẽ. eo. li. vbi ad decisionẽ causarũ beneficialium, allegantur iura † ciuilia: ex quibus arguitur ad causas beneficiales, vt sentit etiam Io. Fa. in l. edicto. in fi. C. de ed. di. Adri. tol. Idem dicimus ecõtra, ꝙ iura disponentia circa beneficia, trahũtur ad officia secularia, vt sentit Bart. in l. ij. §. data. ff. de opti. lega. Luc. de Pen. in l. annonas. C. de erog. mi. an. lib. xij. Abbas in c. postulationem. ad fi. de postu. præla. in c. cũ in iure. in fi. de ele. Hinc singulariter infertur, ꝙ sicut † Papa in beneficialibus habet plenissimã potestatem, vt in c. ij. de præben. lib. vj. & cle. j. vt lite pen. & potest ad libitũ de eis disponere. xij. q. ij. c. bonæ rei. ix. q. iij. c per principalẽ. & c. cũ vero. glo. in d. c. per principalẽ. & in c. si gratioſe. de reseri. lib. vj. & ibi notat Dom. vnde potest sibi reseruare beneficiorũ collationẽ, vt d. c. ij. de præb. li. vj. & c. dudũ. eo. ti. Quin imo absq; alia reseruatione, ex sola voluntate potest recurrere cũ omnibus ordinariis, vt notãter voluit Io. Mo. in c. sicut tẽpore. de ele. li. vj. quẽ ref. & sequit Bal. in c. j. in prin. de his qui feu. da. pos. & in c. j. col. j. quis sit dux, mar. vel co. li. feu. & ꝙ plus est, potest præuenire omnes collatores beneficiorũ, vt notanter decidit Fred. in quodã suo tractatu permutationis beneficiorũ. q. iiij. potest enim dare expectatiuã, seu ius ad vacaturã. ar. c. ij. de concessio. præb. & d. c. ij. de præ. lib. vj. Sic eodẽ modo poterit ista facere rex noster in officiis temporalibus, nã cõcurrit cũ quolibet ordinario, vt sentit Bal. in præl. loc. poterit etiã officiorũ prouisionẽ ad se aduocare, vt sentit Bald. in c. ad nostrũ. de app. &

Annectatio.

Regesregni allegantur.

consequẽter ius ad officia vacatura cõferre. põt enim princeps dare & tollere officia sicut vult: vt sentit Io. Fa. inst. quib. mo. ius pat. pot. sol. §. cũ autẽ. col. ij. ver. sed quid si ante. sentit Bald. in l. rescripta. propefi. C. de prec. imp. off. vbi dicit, † Princeps vel Imperator potest officium magistratib. auferre, cùm omne officiũ magistratus sit à iure ciuili, secundũ eũ. dixi latè in trac. Insularũ, quas vulgus Indias appellat. c. iiij. §. xv. xvj. xvij. xviij. cum seq. Deficiente itaque iure canonico, recurrendum est ad ius cõmune, vt traditur in dictis iurib. Ius autem cõmune, quo ad hoc, in his regnis intelligo iura & consuet. regni, quæ ius cõmune appellantur: vt c. cùm a nobis. de testib. & ibi Abb. in j. not. Nã etsi appellatione † iuris, per excellentiã intelligitur de Romano. vt inst. de iu. nat. §. ius autẽ. si tamen rex facit mentionẽ de iure, intelligitur de iure regio. Vnde si rex Angliæ loquitur de iure, intelligitur de iure Anglicano superiori, quod regulat omnia inferiora. i. de eo iure ꝙ emanat de ore regis, quia in suo regno monarcha est, & totũ continens, & ab eius sententia non appellatur, quia præfectus est multorũ prælatorũ sui regni: vt ff. de of. præt. l. j. ita dicit Bal. in c. cũ venissent. ij. col. sup. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. refert & sequitur Fel. in c. causam quæ. xx. col. in fi. sup. de reseri. Stãte enim lege vel cõsuetud. regni, dispositio legis imperialis vel iurisconsul. inutilis redditur, cùm † tales leges seu cõsuetudines, quinimo quælibet alia statuta vel consuet. particularia, vincant leges ciuiles imperatorũ & iurisc̃os. vt l. de quib. ff. de legi. Et traditur in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. & in §. ex nõ scripto. Inst. de iur. nat. & in c. si. 3. de cõsue. & in c. j de cõst. lib. vj. Vnde † si princeps in rescripto referat se simpliciter ad ius, intelligitur no de iure cõmuni, sed speciali vel statutario. tex. not. c. j. in fi. sup. vt lit. pen. secundũ Abb. in rub. sup. de consue. Et propterea dicebat no. Bal. in l. constitutionis. C. de bo. quæ lib. ꝙ si patri danti dotẽ maritus promisit restituere ipsam in oẽm casum restituendæ dotis de iure cõmuni: ꝙ adueniente casu mortua vxore remanentib. filiis seruabitur opi. Mar. de consuet. approbata, in l. dos à patre. C. sol. mat. licet in cõtrarium sit rigor iuris de subtilitate illius, vt no. Bal. in l. illam. C. de colla. per gl. & Bal. & latius per Bar. in l. post dotẽ. ff. solmat. vbi vide Alex. xiiij. col. Hinc etiã dicebat idem Bal. in l. vnic. xij. col. ver. sed dubitatur. C. de conf. ꝙ si accusator extrahẽtis bladum in fine libelli adiecit, quare peto ipsum condẽnari secundum formã iuris cõis, licet iure cõmuni vetitum non sit bladũ extrahi, nihilo minus libellus fusteretabitur ex forma iuris municipalis vincẽtis ipsum ius cõmune, quæ dicta cõmemorat Lo. Ro. in rep. rub. ff. de arbi. in vj. col. ver. xv. pone. & An. Sic. in c. j. iiij. col. ver. ij. allego. sup. de cõst. & in d. c. licet. de prob. ix. col. & Ias. in l. oẽs popu. ff. de iust. & iu. in prin. & in rep. iiij. col. Ex istis dicebat Bal. in c. j. §. missa secundũ leges & cõsuetud. terrarum terminãda, potius debet terminari secundũ bonas cõsuet. ꝙ secundum leges. Iudex enim iudicãs cõtra cõsuetud. facit li tem suã: vt no. in auth. iubemus. C. de iud. facit gl. in c. Romana. de elec. in ver. videas. Ias. in l. oẽs populi. iiij. col. ff. de iust. & iur. & in §. sed quoties. de iu. nat. instit. Idẽ, si cõmittatur vel cõpromittatur causa terminãda de iure, nã debet terminari per consuetu. quæ habẽtur vt iura cõmunia, & derogant iuri cõmuni vniuersali, secundũ Bal. in l. illa in institutio. ff. de hære. insti. Ant. in c. quintauallis. fi. col. sup. de iureiu. Abb. in rub. sup. de cõsue. & in c. Cumana. col. antep. sup. de elec. & in c. j. vt lit. pen. & in c. cũ venissẽt. j. col. sup. de eo qui mit. in

Bonus iurista.

De legato librorum.

Recusatio assessoris.

Assessor grossi ingenij.

Appel. iuris in regno intelligitur de regio.

1. Illatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde plura similia quæ cumulauit Ias. in l. vt liberis. C. de colla. co. ij. et in l. certi. condict. §. si nemo. ff. si cer. pe. col. iij per Geor. Natam in ca. quãuis pactũ. de pac. libr. vj. col. xxxvij. per Didac. de Segura in rep. l iij. §. fi. ff. de lib. & posth fa. ij cõ. conse. qui omnes doct plura describunt in hoc proposito, videlicet quòd quælibet dispositio recipit interpretationẽ & supplementum à consuetudine, licet in ea non fiat mentio. Io. Ber.

b Adde Petr. Rauen. in suo alphabeto aureo in allegationibus in materia consuetudinis, in col. v. verf. deficiente iure cano vbi cõtrarium tenet Imol. quòd in Hispania iudex ecclesiasticus deficiente iure cano, debet potius iudicare secundum leges temporarias, quam secundũ le-

pos. cau. rei ser. & no. in c. ius generale. j. dist. Lod. in l. post dotẽ xiij. col. ver. iij. dubitatur. quid si stipulatio. ff. sol. ma. & ibi Alex. xxiij. col. & Lod. consl. clj. incip. charissime. Paul. de Ca. in l. ius pluribus. ff. de iust. & iu. & in l. præscriptione. C. si cõtra ius vel vtil. pub. & ibi late Ias. in iiij. col. quẽ videas. & in d. l. omnes populi. j. & ij. latius in rep. iiij. col. vbi multa similia cumulauit, per quæ reprobat dictũ Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. iiij. col. versic. sed pone, statuto cauetur, q frater. quæ videas per te. vide Abb. in c. licet. de prob. ij. no. & ibi An. Sic. col. ix. & Fel. ibidem in j. col. ad fi. & in c. j. de sponsi. in princ. & Iac. in tract. de homag. in ver. de roy dis. col. ix. Addo bonũ tex. in l. missi opinatores. C. de exact. trib. lib. x. in verf. consuetudine seruata. & ibi not. Bar. consuetudinem regionum esse seruandã circa tributa exigenda. Ex quo infert ibi And. de Barulo, & sequitur Io. de Pla. quia si alicui est cõmissa exactio debitorum† fiscalium cum omni coactione, quam viderit expedire, & in loco sit consuetudo, quòd debitores possint carcerari, licet de iure carcerari nequeãt. l. nemo. co. tit. tamen vigore talis consuetudinis, poterunt carcerari, a quia commissio semper intelligitur, salua consuetudine, vt ibi & eius transgressor punitur: vt l. fi. in fi. C. de cano. lar. ti. lib. x. cuius dictum Bal. dicit esse no. in l. j. C. si prop. pub. pens. est bonus tex. in l. j. C. de pet. bon. subl. lib. x. & in l. pe. de iure fis. eo. li. & in auth. de mand princip. §. coges. coll. iij. facit text. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publ. & in l. j. C. ne noua vectig. impo. & multa alia quæ cumulat Io. de Pla. in d. l. missi. iij. col. in iij. not. quæ videas. Ex istis infertur ad vnum valde singulare & quotidianum. Rex concedit alicui flumẽ, vt possit, per l. sacra. §. sciendũ. ff. de rer. di. iste donatarius potest colligere† passagiũ ibi consuetum colligi, quia solo cohæret, & quia consuetudo donantis inspici debet, & quia videtur pleno iure tam communi, quàm cõsuetudinario esse concessum. ita dicit Bal. in rub. de rer. di. colum. v. verf. sed hic quæritur. Meritò ergo deficiente† iure Cano. recurrendum erit ad iura & consuetudines b regni non autem ad iura imperatorum vel iurisconsultorum. Hoc tenuit & firmauit egregius doct. Gundisalvus de Villadiego, olim collegialis in dicto collegio Salmanticensi, postea episcopus Ouetensis, & auditor Rotæ, sua eleganti repet. c. constitutus. de restitu. in integ. char. vij. ver. ego autem. & videtur tex. secundum vnum intellectum in cap. ad nostram. suprà, de probat.

IDEM videtur mihi dicendum, q sicut stante in aliquo dubio, per iura ciuilia recurritur ad ius canonicum, vt patet ex iurib. suprà allegg. & firmant Ant. & Abb. in c. licet. de fo. comp. col. vj. quos alij Modern. sequuntur, sic deficiẽte iure regni, potius recurratur ad ius canonicum, quàm ad ciuile imperatorũ vel iurisconsl. quia potius est seruandũ† ius canonicum, quàm ciuile: quia iura canonicum inhærent iuri diuino, & sub lege diuina sunt omnes populi & nationes. infert Montalbus in l. iij. tit. v. de la guarda de las cosas de la gloria. lib. j. fo. l. in prete. acuerde. Sed ius imperatoris nõ viget vbi non allegatur pro autoritate, sed solum pro ratione, vt signanter dixit idem Bald. in c. j. in §. iniuria. v. col. Par. de Put. in tract. synd. in par. testis. c. ij. incip. tui interrogatus. in fi. Idem vult Bald. post Burr. in l. nemo. in prin. C. de sent. vbi dicit q† Francigenæ seruant tractionem legis, non quia lex hoc dicat, nam leges non alligant, sed quia ratio sic vult. Lex tamen regni regis Alfonsi in Alcala. tit. xxviij. l. j. quæ reperitur in noua cõpilatione. lib. j. tit. iiij. l. iiij. aliter disponit. Dicit enim, q deficiente iure regni, vel si de eius intellectu dubitetur, recurrant ad regem, vt nouam edat legem, vel antiquam interpretetur. nõ autem iudicetur per leges consultorum vel imperatorũ, quanquam ea in studiis legi permittat. Sunt enim quidã reges, & potestates quæ non subsunt imperatori, inter quos connumerantur reges nostri Christianissimi, qui nullum in temporalibus superiorem cognoscunt, vt dicit gl. in c. Adrianus. el ij. lxiij. dist. & in c. & si necesse. infrà, eo. & gl. in c. j. in prin. de pace tenen. in feu. traditur in c. per venerabilem. suprà, qui fil. sint leg. e in præal. c. & si necesse. loquitur de rege Legionis. & Io. And. in Spec. tit. de tutore. in fi. vbi agit de tutore vel curatore regi Legionẽsi dando. Non obstat tex. in l. ij. §. & quia. ff. de orig. iur. & in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inter. & rele. & tex. in l. in nomine domini. §. iubemus. C. de off. præf. præt. Afr. & in c. volumus. xj. q. j. vbi videtur probari, q† Hispania olim fuerat subiecta Imperatori, quia ad illa iura responderi potest, vt respondet Old. consilio lxix. vbi inter alia dicit, Hispanos olim constituisse, q quicunque allegaret leges imperatoris in iudicio, capite puniretur. Idem Vinc. & Io. And. in c. super specula. de magistris. in prin. Ex eadem causa, vt creditur, tempore regis Steph. expulsæ sunt leges Romanæ à regno. Edicto etiam regio prohibitũ est, ne quis libros retineret, vt refert Policratus lib. viij. c. xxij. in fi. Imperator autem in his nostris regnis ideo nullam habet iurisdictionem vel superioritatem, quia reges nostri, eorúmque prædecessores, cùm nõ subessent Imperatori, eruerunt terram à faucibus inimicorum, vt dicit gl. in alleg. c. Adrianus. & j. partita. tit. v. l. xviij. & lib. j. ord. tit. iij. l. xix. de qua infrà. Constituerunt etiam Hispani, quòd † notarius ab imperatore creatus, non posset conficere instrumenta in his regnis, aliàs ipso iure fieret exul a regno, & eius bona confiscarentur. ita disponit lex regni, quæ reperitur in noua compillatione ordinationum, lib. j. tit. iij. l. xxvj. quod est satis rationabile, & iuri consonum: quia † notarius non potest conficere instrumenta extra territoriũ eius qui eum creauit. Bar. in l. apud proconsulem. ff. de ma. vind. etiã de consensu partium, quia nõ habet iurisdictionem, quæ possit prorogari, sed nudum ministerium, quod non ex extensibile ad alias personas. vt voluit d. Abb. post alios in c. cùm P. tabellio. fi. col. suprà de fi. instr. Anto. & alij in d. c. per venerabilem. Do. in c. Romana. §. nec clericos. de fo. comp. lib. vj. Bal. in l. repetita. C. de epi. & cle. Sal. in l j. C. de man. lib. Io. de Plat. in l. duumuiri. in fi. C. de decu. lib. x. de quo latius per Abb. in c. sicut. suprà, ne cler. vel mon. & ibi Ant. Host. in sum. eo. tit. quem refert & sequitur Io. Fab. in l. sciendũ. C. de dona. idem Spec. de fi. instr. §. restat. vers. & nota. & ideo notarius regni non potest conficere instrumentum in causis spiritualibus, nec apostolicus in causis temporalibus, secundum Io. Fa. vbi suprà, de quo per Ant. in c. per venerabile. qui filij sint leg. per Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & in c. cùm P. tabellio. C. de fi. instr. vide bonam legem regni lib. ij. ordin. tit. xvij. l. viij. quam tenementi. Vnum tamen non omitto, q notarius† apostolicus potest in regno Siciliæ de tẽporalibus conficere instrumentum, quia est feudum ecclesiæ, secundum Luc. de Pen. in l. fi. col. antep. C. loca. prædi. ciui. vel fisca. lib. xj. & per hoc limitantur prædicta. Fateor tamen, q si notarius† creatus ab imperatore, conficeret instrumentum in eius imperio, quod adduceretur ad partes istas, integram fidem faceret:

ges regni, qui sõlũ ad hoc mouentur per glo. in c. consuetudo j. dist. quæ videri meo non vt get pro sua sententia. Ioan. Ber.

3 Præuidentia

Deficiente iure regni, recurritur ad canones nõ ad leges.

Lex regni.

c Adde Iaso in l. cunctos popul. in j. lec. co. iij. C. de sacrosanc eccle. Segura in rep. l. imperator. cõtra 2. ad Trebel. vbi videbis de his qui non subsunt imperatori. et quid de domicilio Venetorum. Io. Ber.

1. Illatio. Contra allegantẽ leges imperatoris.

2. Illatio. De notario imperatoris.

Lex regni.

Lex regni.

Lex regni.

iuxta nota. in d. c. cum P tabellio. & per Spec. tit. de instru. edit. §. restat. ver. sed quid. de quo meminit Ioan. Fab. in l. si qua per calumniã. C. de epi. & cleri. & Cardi. in cle. j. de procu. q. iij. Saly. in d. l. j. C. de eman. libe. Adde Bar. hoc idem tenentem in l. cunctos pop. q. vij. principali. C. de sum. tri. in l. j. ff. de offic. proc. & leg. & in l. nec ei. ff. de adop. Io. And. in c. Romana. de appel. Rota dec. cccxiiij. incipit, instrumenta. Ex quo infertur, q si lex regni dicat, q instrumenta, vbi est præceptũ guarentigiæ, mãdentur executioni, viso instrumẽto, & citatione nõ præmissa, habet locum in instrumentis factis extra regnum vel territorium: quia procedere ordine prætermisso, est quidã ordo irregularis: nam ordo est non seruare ordinẽ in talibus: sed quantum ad ordinem inspicimus locum iudicij, siue loquamur de ordine processus, siue de ordine executionis. vt l. ij. C. quemad. test. apc. & d. l. missi opinatores. C. de exact. trib. lib. x. facit quod no. Bar. in l. à diuo Pio. §. Romæ. ff. de re iud. ista sunt notanda verba Bal. in l. iij. verf. iij. iuxta. ne fil. pro pa. quod no. pro l. regni ordinationis Tolleti xlvj. quæ incipit, muchas vezes. & reperitur in noua compilatione lib. iij. ti. viij. l. v. quam ampliabis per prædicta, & ita aliàs præticaui in quodam instrumento Romæ confecto, quod mãdaui exe cutioni vigore legis prædictæ in his partibus. Adde, quòd si notarius huius regni faciat instrumentum extra regnum inter regnicolas, super rebus in regno sitis, valebit, vt notanter decidit Paul. de Cast. in l. fi. C. de temp. in integ. rest. qui dicit se consuluisse, de quo etiam per Luc. de Pen. in l. duumuirum col. j. in fi. cum seq. C. de decur. libr. x. vbi late & singulariter differit, an & quomodo notarius regis potest extra regnum instrumentum conficere. vide bonum tex. & ibi Bart. in l. apud consulem. ff. de manu. vin. Bal. in l. generaliter. C. de tabul. libr. x. col. viij. & in l. vna C. de confes. quem allegat Ale. in l. à diuo Pio. §. sententiam. col. iiij. ver. ij. limita. ff. de re iud. vide Anch. in c. j. de constitu. col. cix. ver. iuxta prædicta quæro. Ex hac causa, quia

1 Prærogatiua Reges Hispaniæ habent ius patronatus in ecclesiis cathedralibus. Lex regni.

24 à faucibus† inimicorum regna emerant, reges Hispaniæ habent ius patronatus in ecclesiis cathedralibus: vt voluit Bal. suprà, in prooem. §. rex pacificus. iiij. col. in c. quanto. in fi. suprà, de iudic. refert & sequitur Par. de Put. in suo tract. syndi. char. xxviij. fi. col. in prin. Est lex regni, quæ hoc dicit, quam edidit rex Henricus quartus in occanna. & repetunt serenissimi reges nostri in curiis de Madrigal, anno 1476. reperitur in noua compilatione ordinationum, li. j. tit. iij. l. xix. quam rogo videas. Audio, q reges Hispaniæ hoc habent in priuilegio speciali Rom. pontif. quia tempore quo ipsi reges ecclesias regnorũ suorum fundauerũt, & dotauerunt, hoc sibi specialiter reseruarunt, quod licitè potuerunt: vt c. nobis. & ibi Henric. de iur. patr. & c. præterea. eo. tit. & c. Eleutherius. xviij. q. ij. Ad cuius cõfirmationem facit id, quod olim legimus esse factum. Moyses enim Hebræorum dux, constituit sacerdotem Aaron fratrem suum. Exod. 28. Iudas Machabæorum dux elegit sacerdotes qui purgarent sancta. j. Machab. 4. Istud teneo, quicquid dixerit Archid. & Alexand. in c. si imperium. x. dist. Hinc est, quòd

2. Prærogatiua. Mors prælati nũciãda est regi Hispaniæ.

25 mortuo † prælato cathedralis ecclesiæ, non est procedendum ad electionẽ, nisi prius mors regi nuncietur. Prælatus autem electus, confirmatus, & consecratus, nõ debet administrare, donec personaliter regi faciat reuerentiam, vt d. l. xxviij. Idem statuit rex Alfonsus in curiis de Alcala. l. fi. quæ hodie reperitur in noua cõpilatione ordinationum. lib. j. tit. iij. l. iij. & xix. de hac consuetudine loquitur tex. & ibi doct. in cap. cùm Ion

ge. & in c. perlectis. lxiij. dist. & in c. abbates. xviij. q. ij. & per Compostel. in c. quod sicut. de elect. col. antep. ver. principi præsentari. cuius meminit Henricus, in c. nobis. de iure patron. col. pen. Et si forsan tempore mortis prælati, rex fuerat absens à regno, ex causa peregrinationis vel aliàs: tunc mors prælati nunciari debet vicẽ ipsius gerẽti, eiúsq; cõsensus requirẽdus est. istud est mirabile dictum Archi. in c. Reatina ecclesia. lxiij. dist. quod refert & sequitur Pau. de Leaz. in sua elegãt rep. d c. nobis. de iurep. Bal. in c. cũ cõsuetudinis. sup. de cõsue. Ang. in l. adoptio. ij. col. in fi. ff. de adop. Andr. Sic. in c. P. & G. de offi. deleg xl. col. & in c. quod translationẽ. xvij. col. suprà, de off. leg. & in ca. licet ex suscepto. vij. col. de for. comp. & vide Iac. in tract. feu. in par. vicariúsq; perpetuus. col. ij. qui pulchrè loquitur. ad hoc bonus tex. in c. ex frequentib. de insti. secundũ cõpost. in præal. c. q sicut. de elec. Hæc autẽ consuetudo nõ videtur cõtra ius, vt no. voluit Inn. in c. q sicut. sup. de ele. quẽ alij sequũtur ibi, & præsertim Ab. iij. col. hoc multũ cõmendãs. & in c. j. pe. col. & in c. cũ terra fi. col. & in c. cũ inter vniuersas. j. col. in fi. eo. tit. & in c. fi. col. sup. de cõsue. Ad hoc bonus tex. secundũ vnum intellectũ, in d. c. cùm inter vniuersas. vbi litera in fi. dicit, mãdamus. quatenus inuocata spiritus sancti gratia personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimẽ Capuanæ ecclesiæ, cõsequenter ad audientiam nostram nuncios idoneos transmissuri: per quos à nobis viceregia postuletis assensum, & apostolicæ confirmationis gratiam requiratis. Ad idem tex. in d. c. cum terra. vbi litera ait: Quo facto non prohibemus, quin regis seu patriarchæ, qui pro tempore fuerunt, requiratur assensus. Ad idem tex. in c. innotuit. eo. tit. in parte, Faciebãt ad id nõ modicum concors capituli Vigornensis electio, petitio populi, assensus principis, votum suffraganeorum. Ad idem text. in d. c. quòd sicut. eo. tit. quasi in princip. ibi, Cùm in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regiæ dignitatis: quia non simplex nominatio, sed solennis electio debet principi nunciari. Ad idẽ tex. in d. c. Reatina. & in c. perlectis. & in c. nobis. & in c. principali. & in c. cum loge. lxiij. di. facit text. cum gl. in c. de hoc. de simo. Concluditur ergo, vt suprà. Nec est mirandum de hoc, cum indubitatum sit quòd † iuspatronatus ex consuetudine acquiri potest: vt firmat Abb. post alios in rubrica, de iudi. & in c. quãto. eo. titu. Nec obstat decisio Ioan mona. Archid. Io. And. & aliorum. in c. ij. de præben. libro vj. dum dicunt, laicum ex consuetudine etiam immemoriali non posse beneficia ecclesiastica conferre: quoniam non mediocris differentia est inter ius patronatus, & collationẽ beneficiorũ: vt in prædictis locis habetur. † Laicus enim est incapax iuris spiritualis: & propterea consuetudo non potest ipsum facere capacẽ: vt in c. Massana. & in c. sacrosan cta. suprà, de ele. & c. causam. de præscr. Sed in iure patronus est quid temporale: ratione cuius: consuetudo est efficax ad ipsum acquirendum per laicos: vt dicunt doct. vbi sup. Et inde est, q consuetudine introduci pot. q mortuo prælato rex habeat custodiã bonorum episcopatus, secundũ Spec. tit. ne sede vac. Et subdit ibi fortius: q† rex Franciæ ex consuetudine confert præbendã in suo regno in ecclesiis Careten. vbi dicitur habere decanatũ. Non intelligas, q rex ibi habet decanatum: sed Spec. de seipso dicit: q habebat ibi decanatum. Rex etiam Hispaniæ habet canonicatum in ecclesia Legionensi. Imo generaliter super collatione beneficiorum in regno Franciæ est facta concordia inter ipsum Regem, & papam Sixtum, quam ego vidi, & habeo.

Ius patronatus ex cõsuetudine acquiritur.

Rex Francia confert beneficia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ita hodie rex Franciæ ex priuilegio potius, quàm ex consuetudine, dicitur beneficia & præbendas in suo regno conferre. vt etiam legimus de imperatore, qui similiter ex priuilegio in qualibet ecclesia Alemaniæ, potest facere vnum recipi: vt refert Spe. ti. de præben. §. restat. & ti. de legato. §. nunc tractemus. ver. sed nunquid legatus. & ibi Io. And. in additio. & Albe. in l. bene à Zenone. col. iij. C. de quadri. præscrip. qui pulchrè loquitur. vide eum rogo. Vtinam reges nostri habe rent hoc priuilegium conferendi præbendas, dignitates, & beneficia ecclesiastica in suis regnis. melius enim consuleretur ecclesiis de personis ad earum regimen necessariis: & euitaretur grande incommodum, quod ex pecuniarũ delatione ad curiam Ro. his regnis quotidie euenit: & multa alia incommoda, de quibus in d. l. regni. lib. j. ord. ti. iij. l. xix. & sequerentur multa commoda, de quibus ibi. Cessante autem priuilegio, hæc non potuisset rex, etiam si consuetudo immemorialis adesset: vt apparet ex prædict. & videtur de mẽte Arch. in c. nos si incompetẽter. ij. q. vij. vbi arguit contra reges conferẽtes ecclesiastica beneficia. Benè tamen valebit consuetudo, quo ad ius patronatus & præsentationem ecclesiarum, & vt mors prælatorum nũcietur regi: vt suprà, dictum est. Potuit autem induci hæc cõsuetudo, propter bonum ipsarum ecclesiarũ, & etiam propter interesse ipsius regis, vt admoneat electores, ad eligẽdum aliquem bonum virum, qui defendat ecclesiam ab oppressione aliorum, & sit principi fidelis.

29 Interest † enim principis, vt non eligatur aliquis sibi suspectus, qui possit reuelare secreta sui regni. arg. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re mili. vt dicit Inno. in d. c. quod sicut. in ver. reuelatio. in prin. Vnde si rex electum in prælatum ex causa prædicta haberet suspectum: potest obiicere hoc contra electionem, quo probato retractabitur electio, vt notab. voluit Innocen. in capitu. super his. infrà, de accusationib. Et 1
Gencellinus in extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit, execrabilis. in ver. diuersorum regum regnorum. refert Io. 2
de Sylua. in tract. de beneficio. parte ij. q. fi. colum. pe. & fi. quod dictum Innocentij in d. c. super. refert, & sequitur, & multum commendat Abb. in d. c. j. fi. co. 3
suprà, de elec. & in d. c. quod sicut. iij. col. & in c cum terra. ij. co. & in ea, exparte A. de resti. v. colũ. inferens ex hoc, quòd satis æquè poterit p. inceps non admittere promissam per papam, si potest probabiliter ostendere illum sibi fore suspectum, & quamuis ille nõ dicat. hoc idem voluit Host. in sum. tit. de elect. §. quis possit eligere. col. j. ver. sed & electione facta. dicens, q. si prælatus à principe seculari temporalia retineat, & suspectus est, vel infidelis, merito audietur, sicut in illustris regis Anglorum priuilegio continetur. quod comprobatur suprà, de iurepa. c. nobis fuit. §. j. Idem videtur, etsi temporalia nõ teneat. arg. in vtroque. suprà, de iureiur. c. nimis. & c. petitio. secundùm Host. vbi suprà. Idem voluit Ioã. And. in d. c. nobis. iij. col. in ver. hone 4
stius. vbi dicit, cautum esse, facta electione, requirere principis consensum, de elec. sacrosancta, ne excipiat contra ipsum ante cõfirmationem vel consecrationẽ, vt infrà, de accusa. super his. puta quia diceret eũ suum inimicum capitalem, vnde talem in terra sua non sustineret, vt d. c. petitio. & est iusta causa, secundũ Vincen 1
Dominicus in c. in nouo xxj. di. prope finem. & in c. vt circa. §. edicto. vj. col. ver. vnum tamen notabile verbũ. de electione. lib. vj. dicens, q. princeps opponens cõfirmando in episcopũ, quod habet cum suspectum de suspicione, reuelatione, vel tractatu. & hanc suspicionem concepit vel ratione patriæ, de qua est oriundus, vel parentum, à quibus originem traxit, qui semper fuerunt inimici capitales excipientis, & prædecessorum suorum, audiendus & admittendus est. pro quo dicto facit secundum eum gl. j. in c. nulla. lxij. di. ver. item quia laicus potest excipere contra electum, & dicere quòd eo inuito, non est dandus episcopus, vt c. Adrianus. & c. si forte. lxiij. di. quæ iura hoc probant, & est bene notãdum, & quotidie principes hoc practicãt, secundum Dominicum. vbi suprà, de quo vide Felyn. in c. super his. iiij. co. de accusa. vbi ista dicta cõmemorat.

Ex quo datur magna ampliatio ad prædicta, vt nõ solũ principes, verumetiam alij laici † admittãtur ad opponẽdum cõtra electum, si sua interest, vt dixit notabiliter in c. j. illa præpositorum. infrà, de accusa. in meis recollectis, vbi videas. Ratio prædictorum potest esse, quia multoties principes & alij magnates cõmunicãt secreta sua cum episcopis loci, vt sentit glo. in c. reprehensibile. xxiij. q. viij. & in c. cum parati. suprà, de appel. glo. ij. facit ca. per venerabilem. suprà, qui filij sint leg. Ad prædicta vide allegatã legem regni. li. j. ordinationum. tit. iij. l. xix. De his amplius nõ insisto, quia nõ est præsentis speculationis. scripsi aliàs late in ca. j. de rerum permutat. in meis recollectis. vbi videas. An autẽ & quãdo rex potest beneficia conferre, vide notabiliter per Ioan. de Sylua. in tractatu de benefi. parte ij. q. fi. *Lex regni.*

DE DONAT. INTER VIR. ET VXOREM. RVBRICA.

SVMMAE RERVM.

1 *Diuortio facto dos repeti solet.*
2 *Arrha propriè appellantur, ideſt pignus vt matrimonium sequatur.*
3 *Stipulatio pœnalis reprobatur in matrimoniis, nisi maritus sub pœna promittat habitare in certo loco cum vxore sua.*
4 *Pater si teneatur in carceribus, & filius eius se obligauit vt teneatur in carcere, donec pater soluerit, an valebit talis conuentio.*

ANTEQVAM veniã ad text. vt aliorum morẽ obseruem, & ab antiquorum institutis non discedam, continuo istam Rubricam ad præcedentẽ. Suprà visum est de matrimoniis, & de impedimentis, & diuortiis eorum, sed quia post diuortium sequuntur doris & donationis restitutio, vel amissio, idcirco post tractatum de diuortiis, sequitur hæc Rubrica, De donationibus inter virum & vxorem. & De dote post diuortium restituenda. Ita continuat Goffred. in summa huius tit. Vel aliter, secundùm Hostien. in summa. Quoniam iudex, qui de matrimoniali causa cognoscit, cognoscere habet de accessoriis, sicut de dona. inter vi. & vxo. vtrum valeant nẽne, & de dotibus restituendis, bene est, vt post tractatum de diuortiis, videamus quid iuris. Dominus Abb. post Cardi. aliter continuat. Suprà visum est de diuortiis, sed quia diuortio † facto, dos repeti solet, & contenditur plerunque de donatione facta constante matrimonio, ideo post Rubricam præcedentem subiicit istam. In qua tractatur tam de donatione facta constante matrimonio inter virum & vxorem, quàm de dote post diuortium restituenda. Cum hac continuatione transit Præpositus Alex. in præsenti. Vtraq; continuatio est satis *Prima continuatio.* *Secunda.* *Tertia.*

satis competens, ideo circa ipsam amplius non insisto. 4 *A matores debent suis amasiis donare, non econtra.*
5 *Sponsalitia largitas an possit reuocari, & quando.*

§. I. ISTA Rubrica duas continet partes. scilicet De donationibus inter virum & vxorem, item De dote post diuortium restituenda. Solùm de prima parum dicemus, vt ad declarationem & examinationem decretalis nostræ veniamus: cùm ea fuerit nostra principalis intentio. De secunda verò parte nihil dicetur, tum quia esset reuoluere totum titulum ff. solut. mat. super quo multi Moderniores scripserunt, tum etiam, quia in hac materia reperio duos tractatus singulares co- 1
piosissimos Baldi Nouelli, & Io. Campetij. quorũ dicta vbi opus fuerit, nõ subticebo, nec etiã aliorũ quando eorũ laboribus vtar, ne de furto valeã reprehẽdi.

§. II. QVOD AD PRIMAM igitur partem, præmittendum est, q. cùm inter aliquos de matrimonio contrahendo tractatur, seu inter parentes vel consanguineos eorum (quod maximè fieri consueuit, quando illi de quorum matrimonio agitur, non sunt ætatis legitimæ ad matrimonium contrahendum vt c. ex parte. sup. de resti. spo. & in c. vno. de despon. impu. libr. vj.) conueniũt inter se de aliqua parua quan 3
titate dand. ab eo, per quem steterit quominus matrimonium cõtrahatur, ei qui vult matrimoniũ contrahere, & istæ propriè † appellantur arrhæ, id est pignus, vt matrimoniũ sequatur: vt l. arrhis. & l. fi. C. de spõ. & ca. gẽma mulier. eo. tit. traditur per gl. in c. accedens. sup. de procura. & in c. ex parte. supr. de conuer. coniug. & quarta parti. tit. xj. l. j. Itaq; iure canonico, ciuili & regni, hæc arrharum datio seu promissio permittitur, quamuis † stipulatio pœnalis reprobetur, vt traditur in iuribus sup. alleg. & per Bart. in l. Titia ff. de ver. obli. vbi ponunt doct. rationem diuersitatis, quare magis permittitur arrharum datio, quàm stipulatio pœnalis. dic vt ibi per eos, & in l. fi ita stipulatus. §. fi. ff. de 4
verbo. obl. vbi vide Franci. de Aretio, & Abb. in d. c. gemma. & in c. de illis. de condit. appo. Et de istis arrhis nihil amplius. quia non est materia nostra. Quamuis tamẽ stipulatio pœnalis nõ valeat super contractu matrimonij, vt supr. dictum est, valebit tamen si maritus promittat sub pœna habitare certo loco cum vxore sua, vt notanter voluit Anto. in c. j. qui ma. accu. po. & ibi alij doct. signanter Abb. Sic. in princ. & Bartho. de Belenzinis in apost. quod tamen intelligunt, nisi noua causa absentiæ superueniat. Dicit de mente Host. & aliorum in d. c. j. & sequitur And. Sicu. in c. cæterùm. ij. col. de iura. calũ bene facit tex. in l. si conuenerit. cum sequenti. ff. pro socio. vbi societas potest ex causa superuenienti dissolui ante tempus. Nec his obstat, si dicatur, q. habitare certo loco, est seruitutis species, vt probatur in l. Titio cẽtum. §. Titio centũ. el ij. ff. de cõ. & de. vnde non videtur valere pactum vel conuentio, & consequenter nec stipulatio pœnalis, quia illud procedit, nisi pactum sit appositum fauore certæ personę, vt l. si quis litigauerit. eo. tit. vel nisi habeat ius in re, vt d. §. Titio cẽtum. verti. sed in defuncti. Illud autem pactum factum videtur ad vtilitatem vxoris, quæ habet ius in marito, vt c. j. de coniugio seruorum. ergo &c.

4 Ex quibus infertur vnum notatu dignum, q. si † pater teneatur in carceribus, vel saltem erat debitor in certa quãtitate, & filius se obligauit pro patre, vt teneatur in carcere, donec pater soluerit debitum liquidum, valebit talis cõuentio, cũ sit facta fauore certæ personæ, scilicet creditoris ita consuluit Pau. de Casl. cõsil. xlij. 5

SVMMAE RERVM.

1 *Vxor rarò donat marito.*
2 *Sponsalitia largitas.*
3 *Auarissimum est genus mulierum.*

Arrharum datio quid sit.

Stipulatio pœnalis in matrimonio reprobatur.

Lex regni.

Quare fœmina raro donat viro.

Lex regni.

Vtrum aliquo casu reuocetur ſpõ salitia largitas, & quid de illa fiet.

Lex regni.

Ampliatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando nō est secutum matrimonium.

Vnde si matrimonium nō sequatur, sine culpa tamen donantis, quia per eam nō stetit quo minus contrahe retur, votum quod donauit, recuperat per condictionem sine causa, vel retinet, si adhuc nō tradiderat. Et hæc faciunt ad dubiū de donatio. sponsæ, quæ intrauit religionē, an consequatur donata à spōso. Secus si culpa ipsius donatoris: nam tunc perdit quod donauit, & si aliquid recepit, restituit: vt in iuribus proxime allega. Sed si steterit per vtrunque, & simul in eadē voluntate concurrant, vt puta dicit sponsa, nō placet contrahere tecum: dicit sponsus, tu es ducta bono consilio: quia si placeret tibi, non placeret mihi tecum contrahere: tunc locus est repetitioni, & vterq; repetit quod donauit. argumen. l. si diuersa. C. de transact. vt magis inspiciatur, q̄ nocet donatario, quàm q̄ prodest. 1
vt ff. de condi. & demō. l. cùm ita datur. ij. respon. Ita 2
tenent Ia. de Are. Cy. Saly. & alij in d.l. cum veterū. Secus tamē est secundū eos, si non cōcurrunt in eadē volūtate. sed successiue: quia modò stetit per vnū, postea per aliū. Nā tunc vltima mora nocet. ar. l. illud. ff. de peri. & com. rei vē. & ff. so. ma. l. mora. De hoc tamē vltimo dubitat Sal. quia nō videtur q̄ primus possit morā purgare, cùm executio videatur statim facta ālege, quæ cōcesit donatori rei vendicationē: vt d.l. cū veterū. Et hoc credit verius Ange. de Are. in d. §. est & aliud. fi. co. ar. l. fi is qui. de leg. ij. & eorum quæ notant Bar. Ange. & Io. de Imo. in l. si insulā. ff. de verb. oblig. Prædicta tamen intellige, cum distinctione oculi: de qua infrà subiiciā: vt est glo. in d. l. j. § fi. ff. de dona. & tenet Ang. in d. §. est & aliud. in fi. quamuis cōtrarium teneat Cy. in d. l. cum veterum. in iij. q. Si autē per casum matrimonium non fuerit contractum, vt puta per mortem alterius sponsi, vel vtriusq; vel propter cōsanguinitatē, seu affinitatē, vel alias: si quide sponsus fecit dictam donationē, & nō interuenit osculū, tota donatio reuocatur: & res donatæ redeunt ad sponsum, vel eius hæredes. Si autem osculum interuenit, resolvitur donatio pro parte dimidia tantū, id est, medietas rerum donatarū remanet cum sponsa, vel hæredibus suis alia verò medietas redit ad sponsum vel ad suos hæredes, vt d.l. si à spōso. C. de donat. ante nup. & iij. parti. ti. xj. l. iij. & Foro Iuzgo li. iij. ti. j. l. iiij. quæ incipit, si algum esposo. & Foro legū li. iij. ti. ij. l. v. Aliter tamen olim erat dispositum per l. regni, Foro generosorum. li. v. tit. j. l. iij. quæ incipit, esta es fazanna. Et propter ista fuit facta lex lij. de thoro. cuius conditioni ego regius consiliarius, licet immeritissimus, inter alios aderam. incipit, qualquier sponsa. vt compræhendat sponsam de præsenti, vel de futuro: vt per osculum lucretur medietatem rerum sibi à sponso donatarum, etiam preciosarum, vt ibi plenius continetur. Intelligē, nisi ipsa sciens impedimentum, contraxerit matrimonium, propter quod matrimonium fuit separatum, vel verius declaratum nullum, nam tunc nihil habebit ratione osculi. per prædicta, & per l. fi. §. fi à socio. C. de don. ante nupti. & text. in l. j. C. de condit. ob causam. & vide quæ dicam infrà. §. xxxvj. ad finem ver. intellige. & Bal. in c. innotuit. de elect. i. in fin. & v. prac. tic. xiiij. l. lj. Et intellige illud etiam si sponsa aliquid donauerit sponso, nam totum illud debet sibi restitui, & insuper habebit medietatem rerum sibi donatarum à sponso, si osculum interuenerit, alias totum restituet, vt voluit. Cyn. in dicta l. si à sponso, in fi. quo ad ea enim quæ sponsa donat sponso, siue interueniat osculum, siue non, totum reuocatur, & redit ad ipsam donantem, vel eius hæredes, vt in dicta l. si à sponso.

Quando ostetur per casum quòd non fuit secutum matrimoniū.

Lex regni.

Ratio diuersitatis inter vnum casum, & alīū, potest esse, quia sponsa vtroq; casu. scilicet quando ipsa donat, vel recipit donationē, quia dare osculū sponso, nō recipere dicitur, & per consequēs grauatur, & verecundia afficitur, seu rubore, quia quodā modo dedit gagium desiderati amplexus, sponsus verò ipso osculo redditur alacrior, seu lætabundus. Vel alia potest esse ratio, q̄ propter osculū dicitur quid mulieri abesse, cùm forte propter hoc faciliter nō inueniet alterum virū eiusdem conditionis. viro tamen nihil hoc nocet. Ideo vtroque casu fit interpretatio pro muliere, vt traditur in dictis iuribus.

Sponsa dat osculū sponso, non recipit.

SVMMAE RERVM.

Sponsalia per copulam transeunt in matrimonium.

Vestes & alia ornamenta quæ sponsus transmittit sponsæ, matrimonio per verba de præsenti secuto & copula carnali consummato, efficiuntur propriæ ipsius vxoris, & suorum hæredum.

Annulus & alidiocalia, data vxori in domo sua, an deheant esse sua soluto matrimonio.

Annuli necessarij sunt ad contrahendum matrimonium.

§. IIII. *Quando secutū est matrimoniū.*

SI QVIDEM matrimoniū per verba de præsenti fuerit secutū, tūc donatio ista ante nuptias seu spōsalitia largitas confirmatur, quia cum ob hanc causam. scilicet vt matrimonium contrahatur, facta fuerit, vt in superioribus dictum est, secuta causa, donatio est perfecta, vt d.l. cum veterum. cum pluribus aliis illius tit. & ff. & C. de condi. ob caus. Non tamen intelligas, quòd perficitur ista donatio ex sponsalibus de præsenti postea secutis, ita vt res sic donatæ statim efficiantur propriæ donatarij. Nam si sponsa, cui facta fuit donatio, decesserit post quam contracta fuerunt spōsalia per verba de præsenti, ante tamē quàm fuisset carnaliter cognita, res sibi donatæ redeunt ad virum, ità sentit gl. no. in l. si liberis. C. de do. ante nu. in prin. fi. gl. Insti. de don. §. est & aliud. in ver. exequantur. Quod tamen ego intelligerem, cum distinctione osculi, de qua suprà. Ad veram ergo confirmationem & omnimodam validitatem dictæ donationis, oportet q̄ matrimoniū fuerit secutū, & carnali copula consummatum. nam tunc quamuis fuerit solutum, res mulieri donatæ remanent ipsius mulieris, vel hæredū suorum, vt l. pe. in fi. isto tit. ff. & tr[illegible]ur in prædictis iuribus, & firmat Io. de Im. in l. pe. §. seruis. pe. cōl. ver. fi autē. ff. sol. ma. Idem disponit lex regni. For. ll. li. iij. ti. ij. l. iiij. quæ dicit, quòd si sponsus (intellige de futuro) carnaliter cognouit sponsam, sponsa lucratur omnia quæ sponsus ei donauit in sponsalitiam largitatem, siue propter nuptias, & etiam arrhas sibi datas. Et similiter sponsus debet habere quicquid sponsa sibi donauit, ità quāis alter eorū moriatur, & sic matrimoniū fuerit solutō, nō tenetur alteri restituere quod recepit. Aduerte, q̄ licet illa lex loquatur in sponsis de futuro, & sic cōmuniter intelligatur per omnes, tamē ex quo interuenit copula carnalis, iam spōsalia de futuro, transeūt in matrimoniū de præsenti, vt c. is qui. de spons. concor. etiam si spōsalia essent contracta cū conditione. nā per †copulā à cōditione receditur, & trāseūt in matrimonium, vt est tex. cū gl. & ibi no. Abb. in vlt. no. in c. de illis. de conditio. app. & in c. per tuas. eodē ti. & ibi not. Abb. in iij. no. etiā si spōsi essent minoris ætatis, habiles tamē ad copulā. Eodē modo spōsalia inter eos contracta per verba de futuro per copulam carnalē transeunt in matrimonium de præsenti, & perficiuntur & cōsummātur, vt est bonus tex. & ibi no. Ab. in c. à nobis. fi. de desp. imp. & per eūdē in c. cōtinebatur. e. ti. ij. col.

Glo. not.

Lex regni.

Sponsalia de futuro per copulam carnalem.

ij. col. in princ. Copula ergo carnalis in hoc casu facit spōsalia de futuro transire in matrimoniū de præsenti: & per consequēs facit valere irreuocabiliter donationē inter sponsos factā, vt res sic sic donatæ efficiantur propriæ donatarij. Idē forsitā dicēdum esset, si sponsus spōsam traduceret ad domū suam etia fine copula: per ea quę dicētur infrà. c. lvij. ver. sed quāuis. Sed forte propter hæc est prodita l. ij. de thoro. quæ requirit carnalem copulā: vnde sola traductio non sufficeret. Vestes ergo, & alia ornāmēta, quæ spōsus transmisit spōsæ: secuto postea matrimonio per verba de præsenti & carnali copula cōsummato, efficiūtur' propriæ ipsius vxoris & suorū hæredū: nec possunt repeti à mari to, vel suis hæredibus. vt d.l. cū te. vsq; ad l. cū veterū. & l. si à sponso. C. de don. ante nupt. ita tenet & firmat Rich. Malum. in d.l. cum te. secūdùm quod eum refert Bald. ibi. & in auth. ex testamento. vj. col. versi. xij. C. de collat. tenet etiam Pe. de Vbal. in l. pe. §. seruis. ff. solut. matr. prout eum refert Alexan. in l. j. §. neque cā strense. ff. de col. bon. in apost. Et ex hoc dicunt, q̄ si antequā spōsa vadat ad domū spōsi, eo tempore quo nuptiæ debēt celebrari, sponsus vadat ad domū sponsæ, & eam subarrhat, dando ei duos vel tres annulos, vel etiam in facie ecclesiæ, cùm debēt benedici: tenet donatio, & spōsa debet habere proprios istos annulos. hoc idē tenet Albe. de Rosa. in d.l. cū te. dicens, q̄ illa lex tollit dubium, de quo sæpe fuit interrogatus, vtrū †annulus, & alia iocalia data vxori in domo sua, debeāt esse sua, sol. mat. quia dicendū est secundū eum q̄ sic, per illā l. & facit ad hoc text. in l. si donatæ res. §. j. ff. isto ti. vbi litera dicit. Si sponsus alienū annulū mu neri misit, & post nuptias pro eo suū dedit: quidam & Nerua putātfieri eum mulieris: quia tūc factā donatio nē confirmare videtur, nō nouā inchoare. quā sententiam veram esse concepi. Istud idē de annulis approbat Lod. Ro. cons. cxlvj. j. co. ver. secunda autem dubitatio. incipit, in Christi &c. Ista quæstio mouetur ad hoc: quia donatio facta per spōsum spōsę, eorū quę necessaria sunt ad cōtrahendū matrimoniū, valida est, vt l. si quis pro vxore. ver. de cōtrahēdo matrimonio, & ver. nostris oneribus. ff. isto ti. Sed est ita, q̄ isti annuli †necessarij sunt pro matrimonio cōtrahēdo: vt patet de consuetudine hodierna, licet non de iure cōmuni. vt notat. in c. illud. supr. de præsumpt. & in c. fœminæ xxxv. quæst. v. ver. igitur donatio eorum valet.

Quando vestes & ornamenta data sponsæ efficiantur sua.

De annulis.

§. V. *Limitatio.*

HAEC tamē intellige sanè, quādo constat, q̄ sponsus voluit simpliciter donare, vel quando nuncius habuit mādatū vel cōmissionem vt donaret: nam tunc bene valet donatio & res donatæ efficiūtur sponsæ, cui donatæ fuerūt, & non repetūtur ab ea, vt in intribus supr. allegatis, signanter in l. mater. C. de do. ante nup. & tenet Bal. in d. auth. ex testamēto. vj. col. versi. duodecimū capitulū. C. de colla. ad idē bonus tex. iml. cùm hic statu. §. j. ff. sol. mat. quo casu cū de sponsi voluntate constat, q̄ voluit donare vestes vel ornamenta sponsæ, nō est faciēda distinctio, an sint prætiosa, vel nō, quoniā etiam in prætiosis valet donatio irreuocabiliter. l. quod adiicēdæ. & l. nup. ff. isto tit. firmat Lu. Ro. consil. cxlvj. Secus tamen esset, quādo cōstaret de intentione spōsi, q̄ voluit dare res solū ad vsum. Nā finito vsu per morte vxoris, vel alias sol. matr. remanent viri, & ad ipsum vel eius hæredes debent redire. vt l. mortis fuæ causa. in fi. ff. isto titu. & l. in commodato. §. sicut. ff. commod. & traditur in l. æstimatæ. ff. solut. matrim. Et isti duo casus sunt plani, & sine aliqua dubitatione.

SVMMAE RERVM.

Sponsus vel maritus an in dubio præsumatur iocalia sponsæ donare vel solùm ad vsum concedere.

Consuetudo est optima legum interpres.

Iocalia quæ à consanguineis viri mittuntur vxori, vel econtra præsumuntur donari ratione consuetudinis.

Consuetudo in contractibus attendicur.

Contractus semper videtur factus secundum conditionem personæ, & loci consuetudinem.

Legare potest maritus vxori ornamenta, quæ ad eius vsum comparauit.

Legatum rei propriæ non valet.

Donatio nunquam in dubio præsumitur.

In necessitatibus nemo liberalis existit.

Emphyteota cadit à iure emphyteutico ex nō solutione pensionis sed si postea simpliciter recipiat pensionem pro tempore præterito, non per hoc approbare videtur dominus emphyteotam, quin cum expellere possit.

Renunciatio suis in dubio non præsumitur.

Mutans pecuniam nomine alterius, non videtur sibi illam donare.

Soluens creditori alicuius non intelligitur ipsi debitori donare.

Ornari an debeat mulier sumptibus viri.

§. VI. *An sponsus præsumatur donare, vel commodare.*

SED quid si sumus in dubio: quia non potest constare, vtrum † sponsus vel maritus voluerint donare, an solùm ad vsum concedere? Et iste articulus quotidianus, & satis dubitabilis. in quo videbimus tam de donatione vel concessione facta à sponso sponsæ, quàm à marito vxori, quia quantum ad præsumēdum, vtrum fiant animo donandi vel non, ad paria iudicantur, licet quo ad alia magna sit differentia, vt apparebit ex infrà dicendis Doctores in hoc articulo fuerunt varij & contrarij, quorum opiniones referre non curo, quia videri poterunt per Bart. & alios in d. l. pe. §. seruus. ff. sol. matr. per Salyc. in l. sicut. C. isto ti. Et colligendo dicta doctorum multis in locis sparsa, omisso eorum ordine, sic puto dicendum. In primis quidem attendenda & seruanda est consuetudo loci, vt expresse voluit Bartolus in l. si vt certo. §. interdum. ff. commodati. & Salyc. etus in dicta l. sicut. in fine. C. isto titulo. Vnde si cōsuetudo legitimè præscripta, habet quòd taliter concessa vel missa inter sponsos vel conuiges videantur donata, illa sequenda est, quia † consuetudo est optima legum interpres, vt l. si de interpretatione. ff. de legibus. & capitulo cùm dilectus. supr. de consuetudine. Illa præsumitur sponsus vel maritus velle donare, quæ donari consueuerunt, secundum morem ciuitatis. vt l. j. §. officio. ff. de tuto. & ratio. distr. quem textum ad hoc multum commendat Bal. in c. iurauit. circa finē. supr. de proba. Et ex hoc dicebat idē Bal. in l. ij. post principium. C. de iure do. q̄ †iocalia quæ mittuntur à consanguineis viri vxori, vel econtra, donari præsumūtur ratione cōsuetudinis. ar. ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor. ibi. solennia munera. vbi est tex. not. & facit tex. in l. filius fa. ff. de dona. secundum eum. Cōsuetudo † enim attenditur in cōtractibus, vt l. q̄ si nolit. §. quia aīs idua. ff. de ædic. edic. & l. exēpto. C. loca. vnde in dubio semper intelligitur quis contrahere secundum consuetudinē regionis, secundū Bar. in l. ex ea parte. in prin. ff. de ver. ob. & in l. semper. ff. de reg. iur. Ad quod potuerūt adduci multa, quæ cumulat An. Sic. in c. q̄ trāsiationē. de offi. leg. & Fel. in c. cum M. de consti. iij. col. cū sequentibus, vbi multa dicūt de cōsuetis apponi in dispositioni bus,

1. *Regula. Consuetudo seruanda est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,vt intelligantur, licet non exprimantur: quæ videas per te. Facit quod voluit Bart.in l.nemo. ff. de dno.reis.& quod not.in l.ſi prius.§.ſi re&e.ff.de aqua plu.vbi dicitur,q; contractus † ſemper videtur factus ſecundum cõditionẽ perſonæ,& loci conſuetudinem. Idẽ Bal.in l.ſicut.C.de act.empt.& in l.incẽdium.C.ſi quis.vt Abb.in c.certificari,in prin.de ſepulturis.Fely. vbi ſuprà. Ceſſante autem conſuetudine,dicebat no. Bar.in l.ſi vt certo.§.interdum.ff. commo.tene menti hunc caſum,q; ſtagialia, & burſæ,& coronæ, quas vir mittit vxori,quando ducit eã, nõ videtur in dubio donatæ,ſed potius cõmodatæ,vt magis ornatè ad virum accedat.& propter hoc nõ cõfirmãtur morte:nec debẽt apud vxorẽ remanere hoc dictũ refert & ſequitur And.Sic.in rub.ſuprà.de cõmodato.ij.col.in fi. Idem tenet Bal.in d.l.pe.§.ſeruis.ſi.co.ver.de ornamẽtis.ff. ſol.ma.dicẽs,q; de perilis,& ornamentis, & argento, quod mittit ſpõſus ſpõſæ,nõ eſt dubiũ,quin viri remaneãt pleno iure: præſumitur enim ſolũ ad ornatũ accõmodari,ſeu concedi,nõ autẽ cedi.ſeu trãsferri: per tex.in d.l.ſi vt certo.§.interdũ.hoc idẽ placuit Ang.de Perufio in d.§.ſeruis.per illũ tex.intelligẽdo,q; illi ſerui erãt dotales, quos tenetur vir alere,ſicut vxorẽ:veſtimẽta tamen quæ vir ipſis ſeruis tradidit,nõ videtur donaſſe:imo ſibi reſtituẽda ſunt mortua vxore. Hoc etiã tenet Bal.in d.l.cũ te.C.de dona.ante nup.dicens, q; nõ eſt donatio inter coniuges, niſi expreſſe agatur, q; ſit donatio: vnde nec morte viri confirmatur talis donatio. Quando enim aliquid traditur ſpõſæ,vt magis ornatè accedat ad virũ, illud nõ intelligitur donari,ſed cõmodari, quia in traditis gratia tradentis non præſumitur donatio,vt d.l.ſi vt certo.§.interdũ.Idem dicit in veſtibus præciosis, & in margaritis, & gemmis,& aliis ornamẽtis,vnde ſi vir habeat fratres,cum quibus habeat bona indiuiſa,quia erant ſocij omnium bonorũ,poſt mortẽ mulieris iſta ſunt omniũ fratrũ,vt notatur per Bar.in l.j.§.nec caſtrẽſe.ff. de col.bo. ſecundum Bald. vbi ſuprà. pro quo vltimo(quãuis ipſe non alleget)mihi videtur tex.in l.ſi ſocius pro filia.in ver.cæterũ.ff.pro ſocio,vbi dicitur,q; ſi pater dedit dotẽ filiæ de cõmunibus bonis ſuis & ſociorũ,ſi filia moriatur durãte ſocietate,tũc tenetur pater illam dotem communicare cũ ſuis. Ad idẽ facit tex.optimus non ſolitus allegari,in l.mortis ſuæ cauſa.§.res in dotẽ. in fi.ff.iſto ti. vbi litera dicit,res in dotẽ æſtimatas cõſentiẽte viro mulier in vſu habuit, deteriores ſi res fiant vſu,dãni compenſatio nõ admittitur. eaſdem res non poſſit mulier,quaſi ſibi donatas defendere ex illis verbis,quibus donationes ei à viro legatæ ſunt,cũ huiuſmodi ſpecies,nec donari, nec auferri videntur. Dicit ibi Fulgo.q; finis illius tex.facit vehemẽs argumẽtum ſuo iudicio, quẽ tamẽ doctores non allegant ad illud quod quæritur de veſtibus, quas maritus in vſum mulieris conſtãte matrimonio cõceſſerit,vt ſoluto matrimonio ad vxorẽ nõ pertineãt,cũ nõ intelligãtur donatæ.Bene facit ad prædicta tex.no.in l.ſed ſi vir ex lana. ff.iſto tit.vbi ſi vir ex lana ſua veſtimẽtũ fecit ſuæ vxori,illud veſtimẽtũ remanet ipſius viri,etiãſi cura vxoris ſit factum. Et inde eſt,q; maritus † poteſt legare vxori ornamẽta, quæ comparauit ad eius vſum,vel veſtes,ſeu alia ſimilia,quæ ſibi tradidit, & valet tale legatũ,etiã ſi nomine vxoris eſſent cõparata.vt l. hoc legatũ.cũ l.ſeq.& l.vxori.§.vxori.& l.qui vxori.de leg.iij. & l.ornamentorum.& l.qui vxori.ff.de aur.& ar.leg. Quinimo in hoc legato veniũt veſtes prioris vxoris, vt l.ſi quid carũ,de leg.iij.ergo illæ veſtes & ornamenta remãſerũt mariti,nã ſi eſſent vxoris,nõ valeret legatũ,quia † legatũ rei propriæ non valet, vt l. cætera. de leg.j.& l.proprias.C.de leg. A deo q; etiam æſtimatio rei propriæ non debent, vt Inſti.de leg.§.ſed ſi rẽ.qui tex.eſt no.de quo quidẽ legato non detrahitur Falcidia,vt eſt caſus vnicus,in l.ſi vſusfructus.§.ſi dos legata.ff.ad l.Fal.ſecũdũ Bal.in d.c.iurauit.de proba.quod tenet mẽn. Ratio prędictorũ poteſt eſſe,quia cum in hac cõceſſione,quã facit vir ſpõſæ vel vxori,poſſit ſumi hæc coniectura,q; cõcedit ad ſolũ vſum, vt magis ornata accedat ad virũ, vel incedat quãdo eſt cũ viro: vt no.in d.l.ſi vt certo.§.interdũ ff. cõmo.merito non eſt præſumẽdũ,q; animo donãdi cõceſerit,quia in dubio nũquã præſumitur donatio,vt in l.cũ de indebito. ff.de proba.l.ſi cũ aurũ.ff.deſolutio.&c.ſuper hoc.ſup. de renũ.&c.quia nõ eſt veriſimile.ſup.de præſum. Maxime,quia hodie ex generali cõſuetudine,quę viget in his regnis,iſta ornamẽta ſolẽt mitti ſponſis, & cõcedi vxoribus, itaq; verecundia eſſet ſpõſo vel marito illa nõ mittere vel concedere,quia violaret cõſuetudinẽ, & per cõſequẽs eſſet redarguẽdus apud bonos & graues,moré enim ſequẽdũ dicit lex. C. de teſt.& viij di. quę cõtra morẽ. quod autem quis facit ob pudorẽ verecũdiæ,dicitur facere neceſſario.vt l.pecunię.ff.de alimẽtis & cib.leg.tex.in l.Quintus.ff.mã.nec fieri poſſe creditur id quod lęderet verecũdiã noſtrã,vel offenderet bonos mores,vt l filius. ff. de cõ. inſt. Si ergo iſta miſsio vel cõceſsio iocaliũ vel ornamẽtorũ,ſit ex quadã neceſsitate morũ, ergo nõ eſt præſumẽda donatio, quia in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit. ar. in l. relegatũ.ff.de adimẽdis leg.& l.donari. ff.de reg. iur. Et ita ex quo poteſt ſumi cõiectura, neceſsitas ad iſta mittẽda vel tradẽda,nõ p̃ſumẽdũ q; ſint donata, vt in l.ij.ff.de doli exceptio. Hęc tenuerũt Old.& Cy.in d.l. pe §.ſeruis.ff.ſo.ma.& ſequũtur dñi de Rota in deciſionibus,quas collegit Bern.de Biſneto,iſto ti.deciſione j.q̃ incipit,Petrus.& ſequitur Anch.cõſ.clxxxj.incipit inſti.&c.in j.dubio.Idẽ vult Bal.in generaliter.col.iiij. C.de nõ num.pec.quẽ refert Iaſ.in l.rogaſti à me.§.ſi tibi.co.iij.ver.itẽ dũ gl.ff.ſi cert. pe. vbi aliqua ſimilia cumulat,quę videri poſſunt. Bene facit ad hoc, quod in ſimili voluit Bar.in l.ij.C.de iure emp.& eũ ſequuntur An.& Ab.in c.potuit.ſup.de lo,vbi dicũt,q; † ſi emphyteota cadit à iure emphyteotico ex non ſolutione pẽſionis,ſi poſtea ſimpliciter recipiat pẽſionẽ, pro tẽpore pręterito,nõ per hoc videtur approbare emphyteotã,quominus poſsit illũ expellere.Sed potius videtur capere pecuniã ſibi debitã.ar.i.colonus.ff.loc.Item quia cũ iſta receptio pecunię poſsit habere duplicẽ intellectũ.ſ.vt fiat animo renũciãdi iuri expellẽdi emphyteotã.Itẽ q; nõ fiat iſto animo renũciãdi,ſed recipiẽdi ſibi debitu,debet intelligi,q; nõ fiat animo renũciãdi: quia in dubio nõ præſumitur † renũciatio iuris, vt d.l. cũ de indebito.cũ aliis,de quibus.ſup.de quo articulo latiſsime vltra alios vide per Ia.in d.l.ij.C.de iure emp. lv.co Facit in ſimili quod voluit Bar.in l.frater à fratre.ff.de cõd.inde.circa prin.j.gloſ.mag.in j.q.vbi videtur tenere,q; ſi mutuo † alicui pecuniã nomine tuo, nõ videor tibi illã donare,quod dictũ refert & ſequitur Pau.de Caſt.in l.certi cõdi.§.ſi nummos.ff.ſi cert. pe.& Barth.de Beléz.in c.ſi cautio.ver.xij.ſu.de fide inſtru.in apoſtil. Idem dicas,ſi † ego ſolui creditori tuo per te,nã nõ videor tibi donare: vt voluit Bal. in l.j.in fi.C.ad Velleia.reprobata gl.ibi, quæ cõtrariũ voluit. Vnde ſic videtur dicẽdũ in caſu noſtro, vt nõ ſit præſumẽdũ maritũ vel ſpõſum velle donare ſpõſę vel vxori res ſibi tranimiſſas vel conceſſas: ſed potius ad vſum accom

2.Regula. Ea quæ dat ſpõſus ſponſæ non præſumuntur donata.

Ratio prædictorum.

Cõſuetudo.

Pro emphyteota.

Mutuum.

Legatũ rei propriæ.

accõmodare. Poſtquã iſta ſcripſi,emanauit lex regni Tauri facta,in cuius conditione ego cũ aliis conſiliariis interfui.& propter huiuſmodi dubia tollẽda, fuit cõſtitutũ,quòd de omnibus rebus etiã preciosis à ſpõſo donatis,ſpõſa etiã de futuro cõſequeretur medietatẽ,ſi oſculũ interueniſſet: aliàs nihil. Si autẽ matrimoniũ fuit cõſummtũ,vxor habebit omnia, quę ſponſus ſpõſæ donauit:atrhis nõ interueniẽtibus. ſi aũt interueniſſent,eſt in vxoris optione,vel eius hæredis,alterum eligere intra xx.dies poſt requiſitionem hæredis maritiſaliàs ipſe hæres eligat.ita diſponit prędicta lex lij.cui tãquã vltimę ſtãdũ eſt.Ex iſtis deciditur dubiũ, quid fiet de rebus donatis inter ſpõſos de futuro, vel de præſenti,qñ alter eorũ ingreditur religionẽ.Exillis etiã decidetur quęſtio,an † mulier ornãda ſit à viro eius ſumptibus.de qua per Lucam de Penna in l.ſi.col. ij. C.de incolis.li.x.vbi etiam de prædictis loquitur.

SVMMAE RERVM

1 *Concedo,verbum propriè non inducit translationẽ dominij.*
2 *Donare,verbũ impropriatur ſecundum ſubiectã materiam.*
3 *Vſurarius ſi dicat debitori,dono tibi vſuras, non iudicabitur donatio ſed reſtitutio.*
4 *Soluens ſimpliciter alicui pecuniam præſumitur potius pecuniam depoſuiſſe,quàm debitum ſoluere,vel donare.*
5 *Solutio,verbũ prolatum à domino pecuniæ, præſupponit obligationem præceſſiſſe.*
6 *Iuſpatronatus non poſſidetur ſed quaſi poſſidetur.*
7 *Laicus poteſt ab epiſcopo vicarius conſtitui in ſpiritualibus.*
8 *Vlciſci, verbum ſimpliciter prolatum, debet intelligi de vltione iuridica & non de vltione propria autoritate,& idem de verbo,vindicare.*
9 *Confirmatio papæ poteſt referri ad actum iuridice factum, & ad non iuridice factum: in dubio tamen ſolum refertur ad actum iuridice factum.*

§. VII.

Inno. Ang. in l. dos legata. ff. ad l. Fal. Anch. & Io. de Imo. in l. si ex re domini. §. illud quæsitum. ff. de stipu. seruo. vbi est bona glos. Ange. de Aretio in §. fuerat ante. prope fin. Instituti. de act. quæ quidem vestes lugubres & viduales traditæ vxori, ita demum videntur esse vxoris, si sunt vilis pretij, & deputatæ ad vsum quotidianum. secus si essent festiuæ & magni valoris: quia tunc potius videntur traditæ vt seruiant ad honorem mariti, quãdiu sit vidua, quàm videantur donatæ, sicut in aliis vestibus dictum est. & ideo si mulier tunc nuberet, hæres posset tales vestes pretiosas repetere, quasi cesset causa traditionis: nisi consuetudo regionis aliter se habeat. ita not. tenet Vital. in lib. clausularum. chart. ccxxj. j. colum. aliàs in clausula pen. xv. colum. & Campetius in trac. de dote. ij. parte. q. lvj. Concludo igitur, q† vestes & ornamenta vilia & quotidiana censentur donata, & statim efficiuntur vxoris. Et intelligo hoc non solùm de vestibus quotidianis pro omni tempore, sed etiam de illis, quæ sunt quotidianæ pro certo tempore: vt quia aliæ æstiuales, aliæ hyemales: vt est vestis abolla, seu duplicata: dummodo non sint nimis excessiuæ: quia quod excedit, restituendum est: vt sentit glos. fin. in dicta l. vtrum. ff. ſ. to titu. istud est not. dictũ solius Salyc. in d. l. sicut. in fin. C. ſ. to tit. est textus in dicta l. ex annuo. eod. tit. ff. Idem dicit Saly. de annulis, vt quotidianus detur vxori, alius non. quod dictum alibi non legi. tene istud menti. Hoc idem videretur dicendum de lecto quotidiano, quem vxor doctoris vel alterius habebat separatum à marito: vt ille soluto matrimonio pertineat ad vxorem, cum alimentorum nomine contineatur: vt not. in l. cum hi. §. qui transegit. ff. de transac. quod tamen Bald. in d. §. seruis. non credit verum: quia interuenit vera traditio: sed magis quædam permissio iure familiaritatis, secundum eum ibi, fin. col. in prin. hodie tamen in hoc est prouisum per legem regni Foro legum. li. iij. ti. vj. quæ dicit, q† lectus quotidianus debetur coniugi viuo, altero mortuo. Quod fortè intelligendum est, nisi talis sit lectus, qui habeat culcitrã fericeã, illa enim non trãsit cum lecto, quia non conuenit viduæ. ita videntur sentire Bal. & Ange. in l. plenũ. §. equitij. ff. de vsu & habit. vbi dicit, q† si testator leget vxori lectũ suũ, nõ videtur legasse culcitras de serico: quia nõ cõueniũt viduis, secũdũ eũ, quẽ alij referũt, & Raphael Ful. in cõs. xxvij. in pri. cognita. & vide quæ statim subiicit. Et q† plus est, dicebat no. Bal. in d. l. pe. §. seruis. fi. co. ff. so. ma. q†si vestes erãt honorabiles secũdũ dignitatẽ viri & vxoris, & adeo cõueniret vxori, q†ine ipsis cõmodà nõ posset in publicũ cõparere: idẽ esset dicẽdũ de illis, quod de vestibus quotidianis, p†æsertim si patiũtur fructus dotis. est enim eadẽ ratio, quia totũ hoc fit ex necessitate, quod est multũ no. & quotidianũ, & alibi nõ recolo me legisse. & placet mihi, quia veritate inspecta, istæ vestes sine quibus vxor in publicũ cõparere sine de decore nõ potest, attẽta dignitate vel cõditione personæ, nõ dico in diebus festiuis, sed in aliis diebus quotidianis, possunt dici quo tidianæ, quia vestes sunt dandæ secundũ dignitatem & qualitatem eius, cui conceduntur, vt est tex. optimus in l. sed si quid inædificauerit. §. sufficienter. ff. de vsufructu. vbi litera dicit, sufficienter autem alere & vestire debet vsufructuarius seruos, in quibus habet vsumfructum, secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. Ad idem text. in l. ius alimentorũ. ff. vbi dicitur, q† alimenta & vestes debent dari pupillo secundũ qualitatem & dignitatem eius. Idem dicit tex. in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admit. tu. Non enim omnes æquales debẽt vestes vestire, vt l. j. C. quæ res vend. non pos. & l. fin. C. de rescin. vend. & per totum titul. C. de vestib. olob. libr. xj. Bonus textus. in cap. non cogantur. xliij. di. vbi nobiles diuites non coguntur vesci alimentis vilibus, sicut pauperes. Habenda est ergo personarum qualitas, vt etiam in simili Bald. in l. liberti. C. de oper. liber. colum. iiij. versi. dubitabatur. vbi dicit, quòd si est bannum, q† quisque vadat ad exercitum, intelligitur secundũ qualitatem personarum, & ideo rusticus ibit pedes, nobilis eques, secundum possibilitatem & dignitatem suam, quod not. ad multa. Idem in effectu vult Bart. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. inde. quem refert Rapha. Fulgo. in prælleg. cõsi. xxvij. col. ij. vbi allegat bona iura ad hoc, quæ per te videas. Et ideo melius & honorabilius q† vestietur magister in Theologia, quàm frater simplex, & melius Abbas, quàm monachus, & melius doctor, quàm scholaris. vt dicit Bald. in dicta l. sed & si quid inædific. quem refert & sequitur And. Siculus in capi. pastoralis. suprà, de do. ij. colum. est bonus text. in cap. j. xxj. q. iiij. traditur per Spec. tit. de aduocato. §. sequitur videre de vestibus. in prin. Non ergo similibus vestibus vtentur vxores doctorum, vel aliorum nobilium, seu rusticorum. Vestes enim, quibus quotidie vtitur vxor doctoris, vel nobilis, possunt esse festiuæ pro aliis. Vnde Seneca ait vxori Neronis, Indue te delicatè charissima, non propter te, sed propter honorem imperij. vt refert Spec. vbi suprà. Vnde secundum prædicta satis potẽrũt dici q† quotidianæ vestes illæ, quibus vxor nobilis alicuius doctoris, vel alterius nobilis, vtitur diebus quotidianis, sine quibus non potest commodè in publicum comparere. Et istud videtur fuisse de mente Ioan. de Imo. in dicto §. seruis. fin. co. vbi dixit, quod arbitrio iudicis relinquitur, quæ vestes dicantur quotidianæ, per id quod in simili voluit glos. in authen. præterea. verbo, locuples, C. vnde vir & vxor. quæ dicit, relinquendum esse arbitrio iudicis, quis dicatur locuples, vel non. per l. tam dementis. in princi. C. de epis. aud. vbi dos debet dari eius quantitatis, quam æstimabit iudex in loco, quia habebit respectum ad substantiam debentis præstare, & eius cui est præstanda, & ad qualitatem personarum. vt l. si filiæ. de leg. iij. & l. quæro. ff. de iure dot. cum similibus, & illam glos. in dicta authentic. præterea. sequuntur communiter omnes doctores ibi. & est bona glos. in l. vbi adhuc. & ibi Dynus. Cyn. & alij. C. de iure dot. & glos. in l. fina. C. quando fisc. vel priua. quæ dicunt, quòd iudex arbitrabitur quẽ pauperem vel diuitem per famam, & vulgi opinionem. Idem Bart. & Ange. in l. si vero. §. si pro rei qualitate. ff. qui satis. cogn. Nam vt dicebat Iacob. Butrio, in dicta authentic. præterea. consideranda est qualitas personarum. quia nobilis, & qui nescit operari, non dicitur diues de eo, de quo dicetur diues rusticus & artifex. Et inde est, quòd si vnus est nobilis, qui habet alimenta, sed suam dignitatem conseruare non potest & habet forte puellas, quas maritare non valet, in subsidium vitæ, vel dotium, potest episcopus, cui relicta est distributio in pauperes, aliquid sibi dare, tanquam pauperi quia licet non sit omnino mendicans, tamen secundum statutum natalium suorum aliqua

De annulis

De lecto quotidiano

Lex regni.

Vestes quotidianæ.

Quæ vestes dicũtur quotidianæ, relinquitur arbitrio iudicis.

Locuples quis dicatur.

Dos.

Pauperquis dicatur.

Pro nobilibus pauperibus.

aliqua sustentatione eget: & ideo inter pauperes connumeratur, casus est in. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cl. secũdum Bal. ibi in iij. co. ver. circa tertiũ. de quo meminit multũ commendando Bartholomeus Cepolla in suo tract. de re. mi. char. viij. fi. co. in prin. quod intellige, quando illud quod testator reliquit, erat in magna quãtitate. secus si in parua: nã tũc nõ videtur cogitasse testator de tali nobili, licet pauper sit. ita no. dicit Ang. in l. sed & si susceperit. §. libertis. ff. de iud. ar. illius tex. quod tenenti. Facit dictũ Bal. in auth. prætereа. C. vnde vir. & vxo. co. ij. ver. denuò nõ. vbi ait, q† si testator mã 14 dat maritare puellas, virgines, pauperes, bonus vir, id est, executor testamẽti, arbitratur. & si male arbitretur, recurritur ad iudicem. Bene facit ad prædicta gl. no. cõmuniter approbata, in d. l. sed & susceperit. §. j. ver. modica. ff. de iud. quæ dicit, quòd

Modicum quid dicitur.

12 modicum† dicitur respectu personarum, & ponit exẽplum in regina Matilda, dicẽte, aliquantulũ terræ dono illi ecclesiæ, quę tamẽ donabat triginta milia iugera terræ, quæ ipsa reputabat modicũ, & alij reputassent multũ, vt voluit gl. in l. illicitas. §. ne potent. ver. lumine. ff. de of. præsi. quæ dicit, q† tenuis homo porcellũ suũ, sicut oculum custodit. Arbitrio ergo iudicis discernetur, quãdo dicatur multũ, vel modicum. Sicut etiã relinquitur arbitrio iudicis,

Causa magna vel parua.

13 inspecta qualitate personarũ, quę† causa dicitur magna, vel parua, vt est glo. no. in c. fi. in ver. illustriũ. de re iudic. li. vj. quã multũ cõmendat Abb. in c. Quintauall'. v. charta. ij. co. suprà, de iureiu. & in c. fi. in §. sanè. co. ti. & in c. de appellationibus de appel. de quo per Bar. & alios in l. admonẽdi. ff. de iureiu.

Negotium arduum.

Facit quod voluit Inn. in c. fi. in prin. suprà, de of. fic. deleg. vbi dicitur, q† arbitrio iudicis relinquitur, q† negotium dicatur arduũ, vt videatur electa industria personæ. Facit quod voluit Io. An. in c. fi. suprà de don. vbi dicit, quòd statur arbitrio iudicantis, quòd damnum dicatur graue. Idem voluit Bal. in l. j. in princ. C. fi aduersus vendi. pig. vbi dicit, q† arbitrio iudicis relinquitur, quando minor dicitur passus magnum dãnum, vel detrimentum: quod dictum retulit And. Sic. in c. at si clerici. §. de adul. iij. b col. suprà, de iud. & in c. propter sterilitatẽ. vij. col. suprà, de locat. Ex quo dicebat post Ant. & Ab. in d. §. de adul. quòd arbitrio iudicis relinquitur, quòd delictum vel crimen dicatur magnum vel parvum. Idem tenet Bal. in c. proposuit. in prin. suprà, de appel. sicut etiã quæ iniuria dicat atrox. vt traditur in §. atrox. Insti. de iniuriis. Ex quo etiã dicebat And. Sic. in d. c. propter sterilitatẽ. q† arbitrio iudicis relinquitur, q† dicatur magnum incõmodũ prouenies in re cõducta a. Vnde respectu cõductoris, qui forte habet magnam & grauem familiam, & est diues, etiam si recipiat dimidiam eius, quod consueuit, non dicetur pati magnum incommodũ, licet secus esset in paupere. allegat in simili Bar. in authen. minoris. j. co. in fi. C. qui dari tuto. po. vbi 15 dixit, quòd arbitrio iudicis relinquitur, quæ dicatur quantitas magna, vel parua, secundum qualitatẽ personarum. vt est glo. no. in authen. vt hi qui oblig. perhi. se habe. res mino. §. sed & si quis. in ver. sed & si quis &c. col. vj. Idẽ voluit Bal. in l. vna. iij. co. C. de confes. vbi dixit, quòd arbitrio iudicis relinquitur quæ dicatur magna quantitas, vel parua, vt credatur libris mercatorum p† se, vel contra se. quod arbitrabitur secundùm qualitatem personarum. Multa alia penè infinita, quæ relinquuntur arbitrio iudicis, hîc adiicere possem, quæ tamen breuitatis causa omittuntur, quia non est ille noster principalis intentus. Aliqua cumulauit Galuanus in suo tractatu, de cabibus, qui arbitrio iudicis relinquũtur. Ad idem facit tex. & quod ibi no. in l. hactenus ff. de vsufructu. & in l. in rebus. § posſunt. ff. commoda. & in l. omnino. ff. de impen. in re. do. factis. vbi relinquitur arbitrio iudicis, quæ impensa dicatur magna, vel parua, inspecta qualitate & dignitate personarum. Ad idem facit tex. optimus in l. ex militari. ff. de testa. militis. vbi probatur, quòd† priuilegium cõcessum alicui personæ, in 16 telligitur secundũ conditionem & qualitatem personæ. Et est casus valde no. secundum Bal. ibi, quòd priuilegia sunt interpretanda secundum conditionem priuilegiati. & ad hoc quotidie allegatur, & est argumentum secundum eum, quòd si concessum est alicui episcopo priuilegium, quòd possit celebrare tempore interdicti, intelligitur, quòd possit celebrare etiã in ponticalibus, secundum cõditionem personæ suæ. quod dictum refert & sequitur multũ cõmendando And. Siculus, in c. possessiones. ij. col. suprà, de rebus ecclesiæ nõ alie. Ad quod bene facit tex. in l. si quis. §. irritũ. ff. de iniust. test. & c. placuit. & c. sic viue. xvj. q. j. vbi probatur, quòd dispositio simpliciter loquens, vel gratia concessa personæ, intelligitur secundum conditionẽ p† personæ suæ. Et per hoc dicit And Siculus, vbi suprà, quòd cũ dubitaretur in ciuitate Senarũ de quodã prioratu, an esset secularis, an regularis, consuluit, quòd deberet attendi qualitas personarum regentiũ. quia si erãt regulares, præsumptio erat, quòd prioratus erat regularis, per tex. singularem in c. cũ de beneficio. de præben. li. vj. Ex his dicebat Saly. in l. si filius. in princ. C. familiæ ercis. quòd ad cognitionem castrẽsis peculij cõsideratur qualitas rei donatæ, & qualitas personæ cui, & à qua donatur. Hinc etiam dicebat not. Ang. in l. plenũ. §. equitij. ff de vsu. & habi. quòd si legat testator lectum mulieri viduæ, nõ videtur legare culcitram de serico, quia intelligitur de lecto. secundum qualitatem mulieris viduę, secũ dum eum. b Idem voluit ibi Bal. quem refert & sequitur Raph. Fulgo. consi. xxvij. incipiente, proposita, inferens ex hoc, quòd præceptũ testatoris, vt vxor, vel soror, aut cõsanguinea induatur vestibus nigris, debet intelligi secundum qualitatẽ personæ cui præcipitur. vt ibi late & singulariter per eum. Culcitra ergo fericea lecti quotidiani forte nõ spectabit ad vxorem, vt suprà dictum est. Ita ergo dicendũ erit in casu nostro, quòd vestes, & alia ornamenta, dicentur quotidiana, arbitrio iudicis, qui considerabit qualitatem & dignitatẽ mariti & vxoris. & per cõsequens dicentur vestes quotidianæ illæ, sine quibus vxor in diebus quotidianis non potest cõmode & sine verecundia in publico cõparere, præsertim si hoc patiantur fructus dotis. vt dicebat Bal. in d. §. seruis. Eo enim casu, quo† dos est magna, & fructus dotis multum exuberãt, melius & honorabilius debet tractari & vestiri vxor à viro. arg. eorum quę notãtur in l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. & in l. id vestimentum. ff. de peculio. tetigi in superioribus, & dicam forte latius super tex. Et per ista me expedio de ista sponsalitia largitate, vel dotalitia, siue donatione ante nuptias.

Gratia.

Prioratus. Peculium.

Summae rerum.

1 Arrhe in Hispania idem sunt, quod donationes.

gando alias quid, &c. prædictũ teneatur in syndicatu, & in cõs se quẽ. an tũc possit appellari ab eo, & qualiter debet arbitrari, & aliquanotan da in proposito. Io Ber Impensa. Priuilegiũ.

a Adde cõ. pio. simè per Hyp. in quæstion. j. colũ. ff. de quæst. cum tribus seq. vbi deficit vltra lx casus qui relinquuntur arb iud & vide ibi no. per eum in col. iij ver. fin. & scias amiudex ne

b Adde q† idem tenet Inf. in l stipulatio ista habere licere. §. hi qui col. j. ff. de verb ob. & Hyp. in rubr. de prob. consil v an temedium, quos vide pluracumulates, in quibus verba intelliguntur iuxta cõditionem personæ cui referuntur, vide Bart. in l. librorum § fin. ff de leg iij. vbi contrà tenet per textũ ibi, & peralia duo iura quæ vide per te. vide gl in l. 6 lib iij tit fo rol. e. ingl. j. vbi tenet primã opi. cõtra Bar, Io. Bern.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Vassallus non potest alicui donare feudum sine licentia domini: potest tamen in fauorem mulierũ & dotis, cõstituere donationẽ propter nuptias in refeudali.*
3 *Feudataria mulier potest dare suum feudum in dotem sine licentia domini.*
4 *Feudatarius potest obligare feudum pro restitutione dotis, quo ad feudatarij præiudicium, non autem domini.*
5 *Vassallus an possit de re feudali filiam dotare.*
6 *Emphyteuta an possit vxori constituere donationem propter nuptias, vel dare arrhas in re, quam habet in emphyteosim.*

§. XII. *Donatio propter nuptias.*

ADVERTENDVM tamen: quia licet olim istæ donationes, † quæ fiebãt ante matrimonium, appellabantur donationes ante nuptias, seu antipherna, ab anti, quod est contra, & pherna, quod est donatio, quasi donatio cõtra donationem: quia primo mulier faciebat donationem propter nuptias, constituendo dotem viro: postea vir faciebat aliam donationem vxori. Hodie verò, quia fiunt istę donationes non solũ ante matrimonium, sed etiam post, appellantur donationes propter nuptias, ꝙ vtroque casu fiunt propter matrimonium. Ita dicit tex. in l. si constante. & l. cùm multæ. C. de do. ante nup. & in §. est & aliud. instit. de dona. & has donationes in his regnis secũdum morem Hispaniæ appellamus arrhas: vt dicit lex regni. iiij. parti. ti. xj. l. j. Quæ quidem donationes propter nuptias, seu arrhæ, dantur à viro vxori, seu dari præsumuntur, in præmium pudicitiæ & virginitatis. vt est text. melior, quàm sit in iure, secundũ Bal. ibi, in l. res vxoris. C. isto ti. Et propterea multum fauent iura istis donationibus siue arrhis: quamuis de iure regni etiam mulieri corruptæ vel viduæ dari vel promitti possunt. vt Toro Iuzgo, lib. iij. titu. j. l. vj. & Foro legum li. iij. tit. ij. l. j. Et hinc est, quòd † licet aliàs vassallus non possit donare feudum alicui sine licẽtia domini: vt in c. j. §. donare. in titu. qualiter olim feu. alie. & in c. j. de prohibita feudi alie. per Feder. & in c. ij. suprà, de feudis. tamẽ fauore mulierum, & dotis, permittitur ꝙ possit vassallus constituere donationẽ propter nuptias in re feudali, vt in c. j. de inuest. quã Tit. acce. à Sempr. & in c. j. de eo qui sibi hæredique suo. lib. feudorum, per quæ iura ita tenet Iaco. de Ardico. in sua summa, tit. quib. mod. feud. amit. sub rubricella, mulier habens feudum. quem referunt & sequuntur Andr. de Iser. & Bald. in d. §. donare. & ibi etiam Aluarotus iiij. colum. versi. capiamus. & Præpositus in ij. col. ad hoc bonus text. & ibi not. Inno. & alij in c. nuper. infrà, eo. ti. tenent domini de Rota, decisione cxix. incipit, pater potest dare. in nouis. quæ hodie reperitur sub titul. de feud. j. gl. & doct. in d. c. ij. suprà, de feud. & ibi And. Sicul. pen. colum. not. in auth. res quæ. C. commun. de leg. & ibi Iaſ. ix. col. vers. an autem res habetur. per glo. & doct. in ca. quæ in ecclesiarum. suprà, de constit. & ibi Felyn. iij. col. vers. in eadem gl. Et ita sicut mulier † feudataria potest dare suum feudum in dotem sine licentia domini, vt in dictis iuribus: ita poterit vassallus constituere donationem propter nuptias æquiparanturi vt in auth. dos data. C. de don. ante nup. ita dicit no. Bald. in d. §. donare. in ij. colum. versicu. sed nunquid filius. quem refert & sequitur ibi Aluarotus, circa fi. ver. quæro an vasallus. & etiam Præpos. in ij. colum. in fi. vers. quæro maritus. Ratio potest esse, quia per huiusmodi constitutionem donationis propter nuptias, vel arrharum, non videtur propriè feudum alienatum, cùm dominium vtile semper remaneat penes maritum, vt infrà dicetur. nec ipsum feudũ abdicat à se: imò vsufructu vtitur ad sustentationem sui, & vxoris, & familiæ, vt infrà subiiciam. Secus tamen esset, quando dominium esset translatum in vxorem. quod posset contingere, quando feudum esset datum vxori, æstimatum ea æstimatione, quæ facit emptionem: iuxta not. in l. si æstimatis. ff. solut. matri. & in l. si inter virum. C. de iure dot. nam tunc, non permittitur vasallo facere hanc donationem: & si faciat, priuabitur vassallus feudo. Ita dicunt Aluarotus, & Præpositus in d. §. donare. & sic declarat & intelligit, Bal. ibi. Idem dicunt ipsi, si fiat pactum inter coniuges de lucranda dote, & donatione propter nuptias: quoniam istud pactum non potest apponi in præiudicium domini, nisi solùm ad vitam vasalli: vt est bonus tex. & ibi no. in c. nuper. suprà, eod. dic vt ibi per omnes docto. Poterit ergo † feudatarius obligare feudum pro restitutione dotis, quo ad feudatarij præiudicium, non autem domini: vt d. §. donare. & c. j. de inuestitura quam Titius. & c. j. de eo qui sibi & hære. suis. li. feudorum. & in l. lex vectigali. ff. de pig. not. tenet Bald. in c. j. de contro. inue. co pe. vers. ic. iuxta prædicta quæro. li. feu. Valebit igitur talis obligatio, quantum ad commodum, quod feudatarius habiturus erat ex feudo, in quo similiter potest fieri executio: vt per Bal. in authen. ei qui iurat. C. de bonis autho. iu. pos. col. xvj. ver. quæro nunquid in rebus. facit bene tex. in l. peto. §. prædium. de leg. ij. de quo per eundem Bal. in c. j. co iij. ver. quæro nunquid. de prohi. feu. ali. per Fed. in c. quoniã frequenter. §. in aliis. co. ij. suprà, vt lite nõ contest. per Saly. in d. authẽ. ei qui. co. iij. veri. ij. de quo vide in simili Bal. in l. etiã. C. de exe. rei iu. co. iij. in prin. ver. item non puto. Ex istis de ciditur vulgata quæstio, ac † vassallus potest dotare filiam de re feudali, quam vide ad vtrãque partem per Iacobinum de Sancto Georgio, in tractatu feudorum, in parte, & etiam quòd ipsi vassalli. in fin. aliàs to. xvij co. j. in fi. cum sequentibus. Idem dicendũ est per omnia in † emphyteosi: nam eodem modo poterit vir vxori constituere donationem propter nuptias, vel dare arrhas in re, quam habet in emphyteosim, sine consensu domini, vt expresse voluerunt Specul. & Ioan. Andr. in titul. de locato. §. nunc aliqua. verficu. cix. per plura fundamenta, & rationes, quas per te videas. Idem tenet Hostien. in summa, titul. de locato. §. fin. versi. nunquid ergo res emphy. & Ioannes Andr. in cap. potuit. suprà, de locato. & ibi Ioannes de Imol. x. columna. verficu. tangit etiam hic Ioannes Andr. tenet Albericus de Rosatis. Ioannes Fabri. & Salyc. in l. finali. C. de iure emphyteutic. & ibi latius Iaso. xlvij. columna. verficu. primò igitur in ordine. Bal. in l. voluntas. secunda columna. C. de fideicommis. Paul. de Castr. in l. vsus fructus. ad finem. ff. soluto matrimo. Iason in dicta authen. res quæ. xij. colum. versic. xvij. Alexand. consil. clxxiij. incipiente, viso themate. in secundo volumine. Sed intellige, dummodo non detur æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem: nec apponatur pactum de lucranda donatione propter nuptias, vt suprà dixi in feudo, secundum præfatos doctores.

Lex regni. Quis dat donationẽ propter nuptias, & cui.

Lex regni. Quæres dari possunt propter nuptias.

De feudo.

Limitatio.

De emphyteosi.

SVMMAE RERVM.

1 *Res subiecta restitutioni propter nuptias, an possit donari.*

Debitum

2 *Debitum dotis, vel donationis propter nupias, censetur non esse in fidei commisso, & ad fideicommissarium peruenire non potest.*

§. XIII. *Res subiecta restitutioni propter nup. dotari potest.*

ITEM dicas tu generaliter in re subiecta † restitutioni: quia eodem modo in illa poterit vir facere dictam donationem propter nuptias, vel dare arrhas, per tex. ad hoc expressum in d. authen. res quæ. & in corpore vnde sumitur. Et differt iste casus à prædictis duobus, maxime in vno quia vt dicebam, si res feudalis emphyteotica donatur vxori propter nuptias, non debet dari æstimata: nec potest super ea adiici pactũ de lucrando, imò debet ita donari, vt non alteretur natura ipsius feudi, vel emphyteosis. Itaque soluto matrimonio debet redire, ad quem secundum formam contractus reditura erat. Sed in casu isto res subiecta restitutioni in dotem data, vel in donationem propter nuptias, statim extrahitur de fideicommisso: & nunquam est ad fideicommissarium reuersura, vel ad eum, qui ad fideicommissum est vocatus. Casus est multum singularis in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebelli. vbi dicitur, quòd † debitum dotis, vel donationis propter nuptias, censetur non esse in fideicommisso, ergo ad fideicommissarium peruenire non potest. ita per illum tex. tenuit no. Pau. de Cast. solus in d. authen. res quæ. in ij. co. refert & sequitur ibi Iaſ. xij. col. ver. nihil addens, quòd semper tene memoriæ. Et ex hoc sequitur, quòd super istis bonis sic donatis, potest adiici pactum de lucrando, & etiam poterunt ista bona dari æstimata.

SVMMAE RERVM.

1 *Res subiectas restitutioni, potest quis donare propter nuptias, vel in arrhas concedere vxori vel sponsæ, quando non haberet alia bona, ex quibus posset hanc donationem facere.*
2 *Fideiussore pro dote interueniente, donari non potest propter nuptias res restitutioni subiecta.*
3 *Inuecta & illata in re conducta, sunt tacitè obligata pro pensione.*
4 *Fideiussoris datio facit cessare beneficium diuisionis.*
5 *Bona subiecta restitutioni, regulariter non possunt alienari.*

§. XIIII. *1. Limitatio.*

INTELLIGE tamen prædicta sanè, quòd possit quis † donare propter nuptias, vel in arrhas concedere vxori, vel sponsæ, res subiectas restitutioni, quando non haberet alia bona, ex quibus potuisset hanc donationem facere. aliàs secus. Est casus no. in d. auth. res quæ. vbi litera dicit. Sed si liberis portio legitima non sufficit, ad dotis seu propter nuptias, vel ante nuptias, donationis obligationem, permittitur res prædictas in ea causa alienare. Et sic bona subiecta restitutioni non possunt donari propter nuptias, nisi in subsidium. Ex quo infertur vnum satis singulare, quòd si vir habens bona subiecta restitutioni, percepit, vel percipere potest ex dictis bonis fructus sufficientes ad dictam donationem propter nuptias, seu ad dictas arrhas, ex illis debet facere dictam donationem, non autem de bonis vinculatis, vel de eorum proprietate. text. est de hoc mirabilis in d. l. mulier. §. cùm proponeretur. in fi. ver. quod si fructus. quem ad hoc ponderat ibi Raphael Cuman. circa fin. & Ale. ij. co. & Lodo. consi. cccxxxij. in fi. incipit, quatuor sunt quæsita. Intelligo tamen, quando fructus erant, ita quòd possint conuerti in dictam donationem, vel arrhas. aliàs secus, secundum Angel. Rapha. & alios, in d. §. cùm proponeretur. quos refert & sequitur Iaſ. in d. authent. res quæ. penult. colum. in fi. versicu. xij. Ex hoc secundo infertur, quòd si † maritus dedit fideiussorem pro dote conseruanda & restituenda in casu restituendæ dotis, quando talis fideiussor potest interuenire, vtputa, hoc dicat statutum, prout est Florentiæ, vel aliter, vt Deo dante dicetur super text. in secunda ratione dubitandi: hoc casu maritus nec debet nec potest facere dictam donationem de bonis restitutioni subiectis: quia cum ad ista bona veniatur in subsidium: ergo per consequens datio fideiussoris facit cessare beneficium dictæ authent. res quæ. vt latius dicetur infrà, super text. in v. intellectu. col. versic. ad quod bene facit, maximè, quia patrimonium fideiussoris & principalis efficitur vnum: vt l. si plures. §. præterea. ff. de fideiussoribus. Sicut ergo patrimonium principalis sufficit ad excludendum beneficium dictæ authenticæ, eodem modo videtur etiam sufficere patrimonium fideiussoris. Item inuecta † & illata in re conducta, sunt tacitè obligata pro expensione: vt ff. quib. ca. pign. vel hypo. ta. contrah. l. ij. & insti. de act. §. item Seruiana. Sed tamen hoc facit cessare datio fideiussoris, vt l. pen. ff. quib. cau. pig. vel hyp. fol. sic ergo in casu nostro. Item datio † fideiussoris facit cessare beneficiũ diuisionis: vt l. j. §. illud sciendum. ff. de separa. ergo, &c. Facit præterea l. fin. C. de pact. conuen. in ratione sui. dum dicit, & tiquidè in dotali instrumento hypothecæ pro his nominatim à marito scriptæ sunt: his mulierem ad cautelam contentam. Vnde sic in casu isto vxor debet esse contenta fideiussore: quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis: vt l. & habet. §. cùm quis. ff. de precа. & ff. de vulg. & pup. l. cùm ex filio. cum concor. Maximè, quia prouisio illius authen. res quæ. est extraordinaria. Quod patet, quia ordinariè & regulariter bona † subiecta restitutioni non possunt alienari, vel obligari: quin existente casu restitutionis resoluatur alienatio vel obligatio. l. fin. C. communia de legatis. Sed in fauorem & priuilegium dotis, specialiter statutum fuit contrarium. In illa authent. negari non potest, quin illa specialis prouisio contra regularem cursum & ordinem sit extraordinaria: quia omne quod est de ordinario cursu, est extra ordinem. Debet ergo cessare, ex quo prouisum fuit de fideiussore: quæ prouisio est ordinaria, ergo cessat extraordinaria. ff. de minori. l. in causæ. & de no. oper. nunt. l. in prouinciali. Sed quamuis istæ rationes sint satis subtiles, & videantur multum vrgere. Rom. in suis sing. eclij. incipit, ego habui casum mirabilem. motus ea sola ratione, quia facto mulieris non potuit fieri deterior conditio in dote. vt l. Atticilinus. ff. de pactis dot. cum similibus. Hoc idem tenet Paulus de Cast. consilio decimotertio in fine, incipit, in Christi, &c. quia per suprà scriptum. motus, quia si fortè fideiussor læderetur facultatibus, vxor remaneret sine dote, quod esse nõ debet, cùm expediat reipublicæ, dotem mulieribus conseruari: vt l. prima. ff. sol. mat. Præsertim, quia fortè fideiussor non fideiussisset, nisi sub spe prouisionis dictæ authent. & sub spe cessionis fiendæ, vt l. si stipulatus.

1. Illatio. 2. Illatio. Interuenit̃ fideiussore pro dote res subiecta restitutioni non potest dari propter nuptias

Datio fideiussoris facit cessare alia remedia.

Pro parte contraria, quam tenet iste do.

Universidad de Deusto
Biblioteca

latus.§.j.& quod ibi not.ff.de fideiuſ.hoc etiam latius firmat ipſe conſ.cxxx.iij.col.incipit,in Chriſti. circa ea quę ſuperius.motus primò per tex.in l.causa.§.puellam.ff.de manumiſ.vbi dicitur, ſi vendidi puellam ancillam,ea lege vt poſt annũ manumitteretur:aut etiam aureos emptor daret:non ſeruata fide, nihilominus ex ſententia conſtitutionis liberã fieri. Reſpondeo quoniam manus iniectio plerunq; auxilij ferendi cauſa interuenit:itaq; nec pecunia peteretur,cùm emolumentũ legis voluntate venditoris ſequutũ ſit.& ita eſt ibi caſus, q̃ per prouiſionem pœnalem adiectã diſpoſitioni, non receditur ab ipſa diſpoſitione.& eſt ille optimus tex. ad propoſitum. Et ita in caſu noſtro videtur dicendum, q̃ per dationẽ fideiuſſoris non recedatur à diſpoſitione dictæ authen.præcipue quia iſta fideiuſsio datur ad maiorem cautelam ipſius mulieris, & maiorẽ ſecuritatem,& magis vt adderet,quàm vt tolleret.& cauſa dubitationis tollendę.Ea autẽ quæ ſunt poſita cauſa tollendæ dubitationis,ius cõmune nõ lędunt. ff.manda.l.qui mutuã.& ff.de reg.iur.l.quæ dubitationis. Item ea quæ poſita ſunt ad augmentũ,non debent operari diminutionem, ſicut ecõtra.ff. de cond, & demon.l.cum tale.§.fi.ff.de adimen. leg.l. legata inutiliter.adde l.iiij.§.ſi ex conuẽtione.ff.de re iudi. & l.ſi mancipia.ff.de fund. inſtructo. Vnde abundans cautela iſtius mulieris in recipiendo fideiuſſorem debet ſibi prodeſſe,& non obeſſe:vt C.de teſt.l.teſtamentũ. Ex multis ergo remediis pro ſua ſecuritate & cautela inuentis, poterit vti quo vult: nec per hoc præiudicatur aliis: vt ff.pro ſocio.l. cũ duobus.§.idem reſpõdit.ff.de vẽtre inſpi.l.j.§.quid ergo.verſi.ſed finge. & hanc partem ſecutus fuit Iaſo.in d.authen.res quæ.xij.col.ver.xv. Et placet mihi,quia eſt magis fauorabilis mulieribus:quę tacitè nec expreſſè poſſunt ſibi facere præiudicium circa dotẽ:vt dictum eſt ſuprà.& latius dicetur infrà, ſuper tex.in v.intellectu. Ad cõtraria poteſt reſpõderi ſecundum Paulum in d.conſil.cxxx.qui dicit,q̃ prouiſio illius authen.res quæ.licet poſsit dici facta in ſubſidium & defectum aliorũ prouiſionum legalium:quod patet,quia non competit, niſi in defectũ legitimæ & Trebellianicæ,& etiã fructuũ: tamẽ nõ reperitur,q̃ fuerit facta in defectũ prouiſionis propriæ illius mulieris.Nec ſubeſt eadẽ ratio, nam quãdo ſufficit legitima,& Trebellianica,æquum eſt, q̃ de illa ſatisfiat, & non de alio, ſed quando non ſufficit,non eſſet æquum,q̃ ſatisfieret de bonis fideiuſ. & ſic fideiuſſori remaneret regreſſus contra aliquẽ. Vnde,poſitis his duobus,minus iniquum eſt,quòd fideicommiſſum patiatur hoc dãnum,cùm illa bona ſemel fuerint mariti grauati,& patris eius,quàm quòd patiatur ipſe fideiuſſor hoc damnum,ad quem nil pertinet de negotio, & qui intercedendo liberalitate eſt vſus. Vnde non eſt æquum, ipſum liberalitate periclitari. Item quanuis dicamus prouiſionem illius authen. fore extraordinariam: potetſt tamen concurrere cum ordinaria, quãdo competunt contra diuerſas perſonas: vt l.etiam. C. ſi tutor vel curator interuenerit. At iura quæ dicunt, quòd per prouiſionem hominis tollitur prouiſio legis, procedunt, quando prouiſio hominis & legis fiunt ſuper vno & eodem facto, & tendunt in omnibus ad idem, ſecus quando tendit prouiſio hominis ad aliud, quàm prouiſio legis, vt dicta lege cauſam. §. puellam. Hic autem prouiſio illius authenticæ, tendit ad obligationem realem,quo ad bona ſubiecta reſtitutioni,& contra fideicommiſſarium. ſed prouiſio fideiuſſorũ tendit quo ad obligationem perſonalem,& quo ad ipſum fideiuſſorem,vel bona ſua:& ſic non ſunt ſuperfluæ, ſicut quando tendunt ad idem. Nam licet fateamur quo ad illum fideicommiſſarium, qui conſenſit, & ſe & ſua obligauit, quòd tunc ceſſet prouiſio illius auth.quia ex quo portio ſua eſt obligata ex obligatione expreſſa ipſius fideicommiſſarij, non eſt neceſſe dicere,q̃ ſit obligata ex tacita, & ex diſpoſitione d.auth. quia tendunt ad idem, & eſſet ſuperflua,quia propter expreſſum ceſſat tacitum,non tamen ſic erit in ipſo fideiuſſore,vt apparet ex prædictis. Ad iura ſuprà adducta, quæ volunt, q̃ per dationem fideiuſſoris ceſſet prouiſio legalis, dicas, q̃ illud procedit in his,in quibus recipiens prouiſionem hominis,habet liberam facultatem ſibi præiudicandi.ſecus tamen in his, in quibus recipiẽs prouiſionem,hanc facultatem non habet, vt eſt in dote,vt ſuprà dixi,& latius dicam ſuper tex. in v.intellectu.Et ideo non eſt mirandum,ſi dicamus, q̃ per dationem fideiuſſoris non ſit receſſum à prouiſione ſeu remedio d.auth. Tene mẽti iſtum articulum ſic examinatum, in quo,vt plurimum,vſus fui verbis do.Pau.quia multũ mihi placuerunt. Prouiſio autem d.auth.partim emanauit in fauorem filiorũ, quod patet,quia in extraneis non habet locum, vt ibi not.partim emanauit in fauorẽ mulierum, quæ dotem dederunt, ne remancant deceptæ,& perdãt dotes,vt patet in corpore vnde ſumitur,in §. adieerunt.& partim fauore dotium, & propter publicam vtilitatem,vt matrimonia contrahantur:vt §. quamobrem. Ex quo ſequitur, quòd licet grauatus reſtituere,velit renunciare expreſsè prouiſioni illius auth.non poſſet:iuxta not.per Bartol.in l.ſi quis in conſcribendo. in magna diſtinctione. C.de pact.& per conſequens, nec tacitè alienando dicta bona,vt l.qui ad certum. ff.locat. Ex quo infertur vnum quotidianum & ſatis ſingulare, q̃ ſi tempore matrimonij grauatus reſtituere bona,habebat alia bona ſufficientia ad conſtituendum propter nuptias donationem,vel ad conſtituendum arrhas, deinde matrimonio contracto,alienauit ea, hoc caſu habebit vxor recurſum pro reſtitutione dotis ſuæ in caſu reſtituendæ dotis ad bona vinculata, quia aliàs fruſtratoria redderetur diſpoſitio dictæ authentic. quæ voluit mulieribus prouidere, ne ſuas dotes perderent, ſi non inſpiceretur tempus reſtitutionis dotis, cùm quis agere non poſsit. vt l. ſecunda.in princip. ff.ſolut.matrimo. & l.iuriſgentiũ.§.quinimo.verſ.vt puta.ff.de pac. Si enim aliud diceremus, ſequeretur quòd dolus eius, qui eſt de reſtituendo grauatus, noceret vxori, quæ contemplatione omnium bonorum mariti dedit dotem, quod eſſe non debet,vt l.electio. §.fin. ff.de noxal. iunctis his quæ not.in l.ſi ſtipulatus.§.primo. ff.de fideiuſſ. Et hinc eſt, quòd ſi maritus viuo patre recepiſſet dotem, pro qua vniuerſa bona patris veniunt obliganda,iuxta not.per Barto.& alios in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolut.matrimo.& infrà latè dicetur. Nam tunc ſi mortuo patre filius conſumeret bona ſua, & etiam duas partes hæreditatis, quas pro legitima & Trebellianica poterat detrahere de bonis reſtitutioni ſubiectis: ſi poſtea venit caſus dotis reſtituendæ, poſſet mulier capere de alia dimidia hæreditate pro ſua dote, ratione donationis propter nuptias ſibi factæ, vel promiſſæ,

Solu. ad cõtraria.

Authẽt.ſed quæ. emanauit fauore filiorum mulierũ & dotium.

l.Illatio.

promiſſæ,excluſo fideicommiſſario. ex quo omnia bona patris grauãtis filium reſtituere, debent obligari pro dote mulieris.Et ita licet maritus cõſumendo poſsit ſibi & filiis præiudicare,vxori tamen præiudicare non poteſt.ita nota, firmat Paul. de Caſtr. in d.conſi.xiij.cum ſequẽ.& plenius in d.cõſi.cxxx. quod intellige ſanè,niſi mulieri poſsit culpa imputari, dum videret maritũ ſuum bona dilapidare, & incipere male vti ſubſtantia ſua: ſi nõ ſibi prouidit: iuxta ea quæ no.in l.ſi conſtante. in prin.ff.ſolu.ma. & in l. vbi adhuc. C. de iure do. de quo latius dicetur ſuper textũ infrà,dicit Iaſ.in d.aut.resquę.in fi.

§. XV.
2. *Limitatio.*

SVMMAE RERVM.

1 *Priuilegia dotis non habent locum in dote confeſſata.*

ISTA tamen intellige, quando donatio propter nuptias realiter fuit data, vel conceſſa. ſecus,ſi tantùm fuit confeſſata: nam tunc non ſoluitur de bonis reſtitutioni ſubiectis.vt voluit Ang.in d.authen. de reſti.& ea quæ parit.in j.&.ij.col.per gloſ.ibi, dum dicit, dotem quam acceperit. per quam infert ibi Angel. q̃ ſi maritus fuit confeſſus habuiſſe dotem ab ipſa muliere: & mulier fuit confeſſata habuiſſe donationẽ propter nuptias. non habebit locum d. authen.quia pro tali dote confeſſata reſtituenda,nõ poterũt alienari res reſtitutioni ſubiectæ. Ad cuius confirmationem facit gl.not.in l.aſſiduis.in ver.data. C.qui po.in pig.habean.quæ vult,q̃† priuilegia dotis non habent locum in dote confeſſata.& illam gl.reputat ſingularem Bal.in c.contingit. v.colum. ſuprà, de dolo & contu.& in rubrica.C. de priuile. do.iij.col.& in l.cùm aliquis.ij.colũ.C.de iure deli. & iſta refert & ſequitur Iaſ.in d. auth. res quæ.pen. col.verſi.nonò limita. Relinquit tamen cogitandũ, an hoc intelligi debeat, ſecundùm quod limitat Baldus in dicta lege aſſiduis. & diffuſe per Modernos, & præſertim per Alexand. in l.j. ff. ſolu. mat. de quo latiſſime vltra omnes per Baldum Nouellum in ſuo tractatu, de dote.in vij.parte. in princ. vbi videas ad ſaturitatem. Et dictum Angeli, de quo ſuprà,refert,& ſequitur ipſe Baldus Nouellus, in dicto tractatu.char.xxv.iij.col.aliàs in ſexta parte. xiij. priuilegio. in fine, dicens ſe ſic conſuluiſſe apud Florentiam, dum legebat Piſis. Hoc probatur ſecundùm eum in d. authen. de reſti. & ea quæ parit.§.hæc igitur omnia.& facit gl.in d.l.aſſiduis. & in l.ſi quis poſthac.C.de bonis damna. & tex.cũ not.Bartolus & Baldus in l.per diuerſas.C.mandati.& quod allegatur per Bar.in l.cùm quis decedẽs. §.codicillis.& §.Titia honeſtiſsima fœmina.de legat.iij.& quod habetur in l.ſi.C.de ſponſa.

1

SVMMAE RERVM.

1 *Bona alienari prohibita,an poſſint dari in dotem,& donationem propter nuptias.*
2 *Bona ſubiecta reſtitutioni, quare poſſint dari in dotem vel donationem propter nuptias.*
3 *Legis diſpoſitio ibi habet locum, vbi mens & ratio legis viget, licet caſus non fuerit expreſſus in verbis legis.*
4 *In feudo ſuccedere non poteſt mancus ratione ſtatuti ita diſponentis quia non poteſt domino ſeruire, idem erit in debilitato, & etiam in monacho, & canonico regulari,ex identitate rationis.*
5 *Conſtitutio pœnalis extenditur ad alium caſum, quàm comprehenſum in conſtitutione, ſi ſubeſt eadẽ ratio.*
6 *Bona ſubiecta reſtitutioni, poſſunt alienari propter famem,& etiam pro redemptione perſonæ.*
7 *Prohibitio hominis expreſſa fortior eſt quàm tacita.*
8 *Alienari prohibita ea alienatione, quæ dominij tranſlationem impedit, non poſſunt in dotem dari.*
9 *Prohibita alienatione,videtur prohibitus omnis actus per quem acquiritur ius in re, & per conſequens dotis datio & donatio propter nuptias.*
10 *Caſus excepti à iure communi extenduntur ex identitate rationis,& etiam caſus à ſtatuto excepti.*
11 *Per clauſulam non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs,non tolluntur priuilegia corpore iuris clauſa.*
12 *Legem ſibi conditionem apponere poteſt quis res ſuæ, quando illam legat vel donat, vt non poſſit alienari vel tranſferri in eccleſiam vel alium pium locum.*
13 *Res ſi alicui conceſſa eſt in emphyteoſim,ea lege vel conditione vt non alienetur in eccleſiam: etiam ſi ingrediatur monaſterium, monaſterii nõ habebit illa rẽ.*
14 *Pactum appoſitum donationi rei, quam quis facit eccleſiæ,cum hoc quòd ſi eccleſia non ſoluerit annuatim onera impoſita liceat laico donatori authoritate ſua propria illam rem ab eccleſia capere.*
15 *Miſſio in poſſ in rebus prohibitis alienari fieri poteſt pro debito deſcendente à prohibente.*
16 *Mutari non debent,quæ fauore publico inducta ſunt.*
17 *Legitimæ ſupplementum petere poteſt filia, cui pro ſua legitima vel pro ſua dote relictum eſt aliquid,catera verò bona omnia reliquit filio iure primogenitura, & mortuo patre filia ſimpliciter acceptauit illud relictum,& fecit quittationem generalem hæredibus.*
18 *Clauſula Quòd eo caſu quòd filius plus peterit, pater eum priuat relicto & c. habetur pro non appoſita.*

ET ex iſtis poteſt inferri ad quæſtionem, quæ quotidiè venit in practica, nunquid† bona matioricatus poſſunt dari in dotem, vel in donationem arrharum, vel propter nuptias? Per prædicta videtur dicendum, quòd ſi alia bona non ſunt, ex quibus poſsit dos conſtitui, vel donatio propter nuptias fieri, bene ex rebus maioricatus dari poterit:nam ſicut hoc fieri poteſt de bonis feudalibus & emphyteuticis,& reſtitutioni ſubiectis(vt in præcedentibus dictum eſt) ſic videtur eadem ratione dicendum in bonis maioricatus. & hoc videtur fuiſſe de mente Bartoli,in l.filiusfamilias.§.diui.iij. colum. verſiculo,quæro vtrum. ff.de legatis primo. Cyn. Bald. in l. voluntas. ſecunda columna. C. de fideicommiſ. & ibi Salycetus in finalibus verbis. & ipſemet Salycetus in l. finali, in fine. C. de rebus alienis non alienand. & Paulus de Caſtro, conſilio decimotertio & ſequenti.& conſilio cxxx.vbi videtur concludere, quòd diſpoſitio dictæ authen. tes. & l.mulier. §.cùm proponeretur.ad Trebell. procedant in prohibitione facta in teſtamento,hoc eſt quòd de bonis prohibitis alienari etiam per teſtamentum poteſt conſtitui dos & donatio propter nuptias. Hoc idem viſus eſt velle Albericus de Roſatis,in prima parte ſtatutorum.quæſtio,cxliiij. incipit, de ſtatuto regis. vbi dicit, quod ſtante ſtatuto regis & regni Aragonum,iurato per ipſum regem, quo cauebatur, quòd aliqua immobilia dicti regni alienari non poſſent, exceptis inclytis infantibus eius filiis: ita tamen,quod ex cauſa neceſsitatis & vtilitatis regni donari poſſent. Modò rex donauit reginæ multa & magna,& etiam ſuis filiis poſt ſtatutum

§. XVI.
Res prohibitæ alienari, dari poſſunt in donationẽ propter nuptias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

statutum natis. Primogenitus regis, mortuo rege, dicebat se succedere in regno, & prædictas donationes non valuisse, nec valere, obstantibus statuto & iuramento prædictis. Orta fuit quæstio super hoc multum ventilata in curia Romana. Et quantum ad propositum nostrum attinet, dicit ibi Albericus, donationem factam vxori valuisse: & inter alias rationes per eum adductas, relata est ista, scilicet quòd propter matrimonium contrahendum conceduntur alienari propter dotem & donationem propter nuptias constituendam, res alienari prohibitæ. & allegat d.authen.res quæ. Et sic sentit ibi Albericus, quòd dispositio dictæ authen.res. habet locum in prohibitione alienationis expresse facta, nedum à testatore, sed etiam per statutum iuratum. de quo dicto meminit Andræas Siculus in repetitione rubricæ, de rebus eccles. non alienan. antepe. colum. versi. iiij. facit. & Ambrosius in repetitione d.l. filius famil. §. diui Seuerus. de legat. primo. in lxxxvj. colum. in versi. facit quod voluit. Iaso. in d.authē. viij. colum. reputantes mirabile hoc dictum, ponderantes vnum quod dicunt esse nouum, quòd dispositio dictæ authen. procedit tam in prohibitione testatoris expressa, quàm tacita: vt expresse voluit Paul. in dictis consiliis, & sentiunt doctores suprà allegati, quòd lex fin. C. communia de legat. super qua venit d.authen. æquiparat prohibitionem legis, & cõtrahentis. Ergo sequitur, quòd d.authen. habeat locũ, nedũ in rebus prohibitis alienari per testatorem, sed etiam per statutum, vel pactum, vel per priuilegium. Confirmatur hoc ratione inconuincibili. Ratio fundamentalis, propter quod fuit dispositum per dictam authen. quòd † bona subiecta restitutioni possint dari in dotem, vel donationem propter nuptias: est fauore matrimonij. dotis, & filiorum, & per consequens reipublicæ: vt in præcedentibus dictum est. Sed ista ratio ita limitat in bonis alienari prohibitis expresse per testatorē, vel donatorem, vel per statutum, pactum, seu priuilegium: sicut in aliis tacitè alienari prohibitis per viam fideicommissi. ergo per consequens idem ius, & eadem iuris dispositio: vt l. cùm pater. §. dulcissimis. de lega. ij. cum similibus. Vbicũque enim meas & † ratio legis viget, ibi locum habet ipsius legis dispositio, licet casus non fuerit expressus in verbis legis: vt est glo. no. in l. de quibus. in gloss. j. par. de legibus. quæ dicit, quòd si statutum, vel consuetudo habet, quòd mancus † non succedat in feudo, quia domino seruire non potest: idem erit in debilitato. & si disponit, q̃ monachus non succedat: idem erit in canonico regulari ex identitate rationis. & dicunt ibi doct. q̃ istud non est per extensionem, sed per compræhensionem: quæ dispositio fundata in aliqua ratione cõ prædicti omnes casus, in quibus viget illa ratio: licet aliqui tãtùm fuerint specificati. vt. ff. de no. ope. l. filiũ. l. cùm hi. ff. de transactio. & l. fina. C. de iur. & fact. ignoran. de hac doctrina meminit Paul. de Castro, consilio ccxlix. ij. colum. in princ. incipit, visa quadam securitate. dicens per hoc, quòd statutum dispo nens rebus, seu mercantiis, quæ onerantur in nauibus, locum habet etiam in corpore ipsius nauis. cùm sit eadem ratio. ad quod bene facit gl. quæ reputatur singularis per omnes in capite primo, in versi. Italiæ. de tempo. or. libr. vj. quę vult: quòd † cõstitutio etiam pœnalis extenditur ad alium casum: quàm compræhensum in constitutione, si subest ea dem ratio, & tunc non dicitur propriè extensio, sed ex mente. Multa alia de extensione hîc potuissem adducere, quæ breuitatis causa omittũtur. Vnde ad propositum, cùm illa ratio, super qua se fundat d.authē. militet etiam in rebus vinculatis ex priuilegio: vel consuetudine: satis videtur posse dici: q̃ habeat locum in his: maxime quia vt dicebam: in hoc versatur fauor publicus. quo casu lex, quæ aliàs non extenditur, si est facta fauore reipu. potest extendi ex identitate rationis: vt voluit notabiliter Bartolus in l. si constãte. ix. quæstio. ff. solu. matrimo. & in l. ij. §. exercitus. per illum text. ff. de his qui not. infam. & in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. xj. in versi. in glo. an permutare. & ex hoc paulo post Bar. idem dixit. q̃ sicut † bona subiecta restitutioni possunt alienari propter famem, eodem modo occasione redemptionis personę, vt persona redimatur: quia est eadem ratio. Et ita vult Bart. in d.l. quemadmodum. quòd dispositio dictæ auth. non solùm procedat in casu, in quo loquitur, scilicet in alienatione propter dotem, vel donationem propter nuptias, sed etiã quando agitur de redimenda persona, & idem per consequens videtur dicendum in casu nostro, cùm sit par ratio. Et cum illa decisione Bart. transit Paul. de Cast. in d.auth. res quæ. in fi. & Iaso. ibi iij. col. & alij, de quibus per Alex. in l. quamuis. iij. col. ff. solut. matr. Et per hoc videtur, quòd non bene dixerit Bal. in d.c. j. §. donare. in princip. in titu. qualiter olim feud. poterat alienari. vbi voluit, quòd d.authen. res quæ. non habet locum in re feudali, nec in alia re, quæ sui natura prohibetur alienari, vel expressa dispositione testatoris, vel contrahentis est prohibita alienari. Sed solùm in casu proprio illius auth. illa est seruanda, & non trahenda ad consequentiam: quia cùm sit ibi speciale, ergo in contrarium est ius commune, vt ff. de legibus. l. ius singulare. Ita quieuit ibi Bald. de quo plerique doctores solenne faciunt festum, signanter Andr. Sicul. in rep. rub. suprà, de rebus ecclesiæ. char. xxv. col. iij. & in rep. ca. Raynaldus de testam. col. clxiij. Ambrosius in rep. d. §. diui. l. filius fam. de leg. j. col. lxxx. & lxxxvj. & Iaso in d. auth. res quæ. vij. col. ver. v. no. & Alexand. consil. xxiij. ij. col. in ij. vol. Et quidem prima facie hoc dictum satis æquum videtur, quia fortior est † prohibitio hominis expressa, quàm tacita: quia expressa prohibitio hominis vel testatoris reddit alienationem ipso iure nullam, & repellit alienantem, tanquam indignum à reuocatione rei alienatæ, quod tamen non est in prohibitione tacita, vt est gl. not. in l. cùm pater. §. libertis. glos. j. ff. de legatis ij. quam commendat Paul. de Cast in l. fin. §. fin. eod. tit. & Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. ij. colum. ff. ad Treb. & in consil. xxiiij. pen. colum. in j. volum. iunctis his, quæ not. in l. seruo legato. in princip. ff. de lega. j. Quando autem prohibitio † alienationis est talis, quæ impedit translationem dominij, & per consequens reddit alienationem nullam, vt in casu nostro, tunc res prohibita alienari, non alienatur, etiam ob causam dotis, vel donationis propter nuptias. vt est glo. valde singularis in l. nulla. C. de iure dotium. quam extollit ibi Bal. in vtraque lectura, quæ voluit, quòd res prohibita alienari, vel donata ea lege, vt non alienetur, non potest donari in dotem. Ex quo dicebat ibi Bal. in j. lect. in finalibus verbis, quòd si ego donaui Bertæ fundum quendam, eo pacto, vt non possit alienari, & vallaui istud pactum cautelis impedientibus

Ampliatio Authẽt res quæ. habet locum in rebus prohibitis alienari ex dispositione expressa hominis vel statuti iurati.

Ratio legis extẽdit legem.

Pro parte cõtraria.

tibus alienationem: non potest ille in dotem dari, per illam gl. quam ipse reputat nobilem, per quam infert, quod actus inter viuos respiciunt interpretationem dictæ authen. res quæ. quam glos. multum commendat etiam Alexand. consil. ciij. vij. colum. incipit, redemptoris, &c. visis scriptis. in ij. volu. & in d. §. diui. vj. colum. versic. ij. limita, dicens, quòd forte non est alibi. Pro hoc facit, quia negari non
9 potest, quin † prohibita alienatione, videtur prohibitus omnis actus, per quem acquiritur ius in re: vt l. fin. C. de rebus alien. non alienand. sed per dationem dotis quæritur dominium marito: vt l. doce ancillam. C. de rei vend. & etiam datio in dotem dicitur donatio, vt probatur in l. fina. §. si à socero. a ff. quæ in frau. cred. & in l. ex promissione. ff. de act. oblig. & in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. Imo quod plus est, potest dici venditio: vt est text. valde not. in l. sicut. §. si debitor. versi. in dotem dedit. rectè hoc casu vendidisse videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. Prohibita ergo alienatione, rectè prohibita videtur dotis datio, & etiam donatio propter nuptias. Sed propter ista non recedo ab opin. Bart. & aliorum, de quibus suprà, qui tenent, quòd dispositio d. authen. habeat locum in quibuscunque bonis, quomodocunque alienari prohibitis: ita quòd extẽdatur vltra casum in ea expressum quia eius dispositio non est exorbitans à iure, prout aliqui dicunt, & malè: sed potius est fauorabilis, & causam fauorabilem continens: vt colligitur ex not. per gloss. in l. si constante. in princ. ff. solut. matrim. & ibi not. Bart. in viij. q. j. parte. & not. glos. in l. quæ propter necessitatem. ff. de reg. iur. & Bar. & omnes in d. auth. res quæ. dum volunt, quòd habeat locum etiam quando mulier, quæ habet dotari, vel vir, pro quo facienda est donatio propter nuptias, vult ingredi religionem: vt ex illis bonis restitutioni subiectis, assignetur aliquid pro dote. Item, inquantum volunt, quòd procedat dispositio dictæ authen. quando ille, qui rogatus esset restituere, esset positus in magna necessitate famis, vel est in captiuitate, quòd his casibus pro alimentis vel redemptione personæ possint alienari talia bona. & hoc post alios sequitur Alexan. in d. §. diui. vj. colum. Et si forte quispiam rectè consideret dispositionem dictæ authen. iuncta l. fin. eo. ti. reperiet quod d. auth. venit limitanda d. l. fin. & sic in effectu ille casus est exceptus à prouisione d. l. fin. & per consequens extendendus ad alios casus, parem vel maiorem rationem habentes: quia † casus excepti à iure exten
10 duntur ex identitate rationis: vt probatur in c. cum dilecta. & ibi not. Abb. j. col. de confir. vtil. vel inuti. iuncto cap. quoniam frequenter. suprà, vt lite non contest. probatur etiam in c. fi. suprà, de re iudi. secundum intellectum Vincentij ibi: prout ibidem refert Abb. iiij col. & est glo. in l. j. C. de cond. indeb. Et inde est, quòd licet sint exceptæ & specificatæ quatuordecim causæ, ex quibus pater potest exhæredare filium: in auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. coll. viij. & gloss. in ea. Quintauallis suprà, de iureiurando. tamen idem est in aliis causis quæ sunt similes vel grauiores illis. Hoc est mirabile dictum Gulielm. de Cunc. in authenti. non licet. C. de liberis præterit. & ibi Alexand. in apostil. ad Baldum. de quo facit festum Alexand. ibi, & in l. si quis id quod. quarta. colum. ff. de inrisdict. omn. iudic. dicens se idem consuluisse in Tuscia in facto ponderoso, & est consil. cciij. incipit.

super themate. in secundo volumine. Idem tenet Angel. in l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniuriis. per illum textum, & Aluarotus in capitu. primo. §. prædictis modis. penult. colum. in tit. quæ fuit prima causa benefic. amitten. de quo etiam per Fely. in cap. pastoralis. in princip. de rescript. vbi alia dicta ad hoc propositum facientia cumulat, quæ per te videas, & vide quæ dico infrà, in capitulo, per vestras. versic. & secundum ista. Et necdum casus exceptiã iure communi extenduntur ex identitate rationis, vt suprà dixi, sed etiam casus excepti à statuto. vt est tex. melior de iure in ca. ad audientiam. suprà, de cleric. non resid. quem ibi multum commendat Abb. *a* Etiam si excipiantur cum dictione taxatiua tantùm. vt voluit Bart. post glo. in l. seruitui. ff. de vsucap. refert & sequitur Abb. in d. ca. cùm dilecta. ij. col. est glos. in l. ob æs alienum. C. de præd. minor. & l. fin. C. de reuocand. donat. quam pro singulari extollit ibi Salyc. Et ideo non est mirandum, si extendamus dispositionem d. authen. ad casum nostrum. Quomodocunq; ergo bona sint vinculata, & alienari prohibita per viam maioratus, vel alias: semper prohibens vel vinculans videtur seu præsumitur cogitasse de isto casu speciali dotis, seu donationis propter nuptias. arg. l. obligationes generali. ff. de pignor. iuncta d. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum. Vnde per generalem prohibitionem alienationis non videtur prohibuisse ex causa dotis, vel donationis propter nuptias. argum. eius quod voluit Salyc. in l. fin. in prin. C. de iure dot. vbi dixit, quod leges vel statuta generaliter disponentia, quòd instrumenta publica non probent, nisi reperiantur in memorialibus registrata, non habent locum in instrumentis dotalibus dotium fauore. vide Iaso. in l. j. in princ. ff. solut. matrim. Maximè, quia dos est specialiter priuilegiata à iure: per d. auth. res quæ. & in corpore vnde sumitur. Per quæcunque ergo verba prolata à lege, statuto, pacto, vel priuilegio, aut etiam per testatorem, non intelligitur tali priuilegio derogatũ iuxta not. per glo. & doct. in l. hæres absens. in prin. ff. de iudic. & l. ij. §. legatis. eod. tit. & in auth. qua in prouin. C. vbi de crim. agi oport. vbi dicitur, quòd per † clausulam, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, nõ tolluntur priuilegia corpore iuris clausa. Est bonus tex. ad hoc, & ibi not. Ioan. de Plat. in l. decurionibus. C. de silentiariis. lib. xij. Quod efficacius procedit, quando tale priuilegium erat concessum personæ aliàs priuilegiatæ: quo casu etiam per generalem derogatoriã priuilegiorum, etiam cum clausula, etiam si de eis fieri mentio deberet, non intelligitur derogatum tali priuilegio, nisi de ipso fiat mentio sigillatim. Istud est dictum aureum Cyni, in l. vnica. C. quando imper. inter pupi. & vid. ex quo exclamat Vitalis in libro clausularum, char. v. colum. iij. aliàs in clausula, non obstantibus, &c. Cùm autem istud priuilegium mulieribus concessum, per dictam authent. concedatur personis priuilegiatis: vt patet ex his quæ not. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. & in l. j. ff. solut. matrimo. & in multis aliis locis. sequitur, quòd huic priuilegio nõ erit derogatum. Nisi specialiter super hoc disponat, faciens maioratum, dicendo, quòd velit illa bona non posse alienari, etiam ex causa dotis, vel donationis propter nuptias. quam clausul. vidi apostilã fuit vxoris meę auunculus magnus. Hoc enim casu

a Adde A lex. in l. fi. §. in computatione. colii. iiij. in ver. in cad. C. de in de li. quod procedit, etiã si excipiatur per dictionem tamen. fol. seq. in prin. Ioan. Ber.

Priuilegia in iure clausa, ideo dero gantur, &c.

Limitatio. Quãdo prohibitio alienationis specialiter facit mentionẽ de dote.

Determinatio istius domini.

Casus excepti extenduntur.

Causæ ingratitudinis extenduntur.

Casus excepti à statuto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessar et dispositio d. auth. vt voluit Alex. cons. lvj. j. col. in fi. j. volum. qui nihil alleg. de quo dicto meminit Ambrosius, in repet. d. §. diui. xc. col. & Iaso. in d. auth. res quæ. fin. col. Ad cuius confirmationem (quamuis ipsi non dicant) facit, quia videmus,
12 quòd † potest quis apponere legem, siue conditionem rei suæ, quando illam legat vel donat, vt non possit alienari vel transferri in ecclesiam, vel alium pium locum, vt habetur in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. per Bald. & alios in l. ea lege. C. de condi. ob causam. per Bal. in c. clerici. ij. col. suprà, de iudiciis. & in cap. quæ in ecclesiarum. suprà, de constit. iij. colum. ver. sed hic quæritur. & Fely. in c. ecclesia. eod. tit. lxv. col. versi. ix. quæro. Textán l. fin. C. de pact. inter emp. & vend. vbi dicitur, quòd valet pactum inter emptorem & venditorem, quòd in fundo vendito non possit fieri monumentũ, vel capella. Et ex hoc dicebant not. Bar. & Pau. in auth. ingressi. prope finem. C. de sacrosanct. eccles. quòd
13 si res † alicui concessa in emphyteosim, vel aliàs, sub a ea lege vel conditione, vt non alienetur in ecclesiam, etiam si iste ingrediatur monasteriũ, non habebit monasterium illam rem. *a* Hoc idem sentit ille in d. §. ea lege. & ibi Ioan. de Imol. in ij. colum. Si tamen fit monumentum vel capella contra prohibitionem, valebit: sed agetur ad interesse, secundum glo. communiter approbatam in d. l. fina. c quod limitat ibi Bal. nisi contractus factus esset coram iudice, & iudex interponat decretum, & decernat de partium voluntate irritũ & inane, si contra fieri præsumatur, per tex. in l. fi sciens. ff. de contrahend. empt. vel si hoc fiat coram antiquis ciuitatis, & ipsi de voluntate partiũ statuant, & inhibeant. argu. ff. de manu. vind. l. seruus hac lege. secundum Bald. vbi suprà, quem refert & sequitur Andr. Sic. in cap. verum. xxiij. col. suprà, de foro. comp. inferẽs
14 ex hoc contra Innoc. & sequaces ibi, quòd † valeat pactum appositum donationi rei, quam quis facit ecclesiæ, cum hoc, quòd si ecclesia non soluerit annuatim onera imposita, liceat laico donatori sua propria autoritate illam rem ab ecclesia capere. gl. in auth. vt decretero commuta, eccles. non fiant. in princ. & tex. in c. cùm dilecti. de donationib. & ibi Host. & Abb. vt plenè dico in tract. Insularum. col. v. §. xv. Adducit Innoc. vbi suprà in simili tex. singularem secundum lecturam Paduanam, in l. fi creditor. §. fin. ff. de distract. pig. vbi probatur, quòd reseruatio iuris, quam quis facit sibi in re, quam vendit, vel aliter alienat, facit rem inhabilem. quẽ tex. ad hoc allegat Bart. in dict. §. ea l. Pari ergo ratione idem dicendum erit in reseruatione, quam quis facit in re, quam donat ecclesiæ, vt si annuatim non soluat onera, possit illa sua authoritate capere. Adducit præterea text. quem dicit singularem, & mirabilem, in l. acceptam. C. de vsur. quem notant ibi Bart. & Bald. & Salyc. inducendo, vt ibi per eum, & faciunt notata in cap. verùm. de cond. appo. & in c. præterea. ij. de iureiur. Ad idem optimus text. & ibi Ias. in l. nemo pacisc endæ. ff. de pac. Adde hic, quòd res prohibita alienari in causam piam, alienari non potest. text. in auth. de alienatio. & emphyteo. coll. ij. §. sanctissimis. ergo nec in dotem dari. si hoc prohibitum est, etiam si dos dicatur causa pia: vt dixi suprà in rubrica, §. xlviij. in fine. nisi dixeris, quòd dari potest in dotem propter fauorem publicum, qui versatur in dotis datione. vt in l. j. ff. soluto matrimo. Iuri autem publico non potest per testatorem vel donatorem derogari. l. ius publicum. & l. vis autem agnationis. ff. de pact. Sed & si expressè prohibeantur bona in dotem dari, nihilominus dari possunt tenet Alex. consil. lvj. j. volum. Bald. Nouellus in tract. de dote. part. vj. priuilegio xiij. alleg. glo. notab. in authen. de restit. & ea quæ pa. §. quam obrem. col. iiij. tu cogita. Ex quibus omnibus inferuntur plura pulchra, & quotidiana. Primò, quòd licitè rex in concessione vel donatione reddituum quam alicui fecit, licitè apponit conditionẽ, si vult, quòd non transeant in ecclesiam, clericum, vel monasterium, vel personã extraneam à regno, vel huiusmodi. Secundò, quòd rex potest statuere, quòd tabellionatus, vel alia officia secularia, non concedantur clericis, etiam in minoribus: vt dicit lex regni, iij. par. tit. xix. l. ij. idem sentit Dominicus in c. legem. liij. distinct. cuius meminit Fely. in c. ecclesia. de constit. lj. col. versi. j. conclusio. Tertiò, quòd potest quis meliorare filium suum in tertia & quinta parte bonorum, *b* cum hoc quòd sit maioratus, & nullatenus alienari possit: nec ad eam partem admittatur clericus, ecclesia, vel monasterium, vel alia persona religiosa. Quartò, quòd habens facultatem à rege, ad faciendum maioratum, potest illud idem disponere, nec per hoc præiudicatur ecclesiæ seu eius immunitati. Quintò, quòd potest quis facere capellaniam, vel anniuersarium, sub conditione, quòd si non dicantur anniuersaria, vel missæ, vel alia quæ testator iubet fieri, si sunt honesta, bona quæ ad hoc relinquuntur, ipso iure redeant ad ipsos hæredes libera, & ipse hæres possit illa propria authoritate capere, & sibi retinere: quod est not. & quotidianum. Si autem his casibus potest adiici pactum. vel conditio, vt res non possit alienari in ecclesiam, vel pium locum, & valet: eodem modo videtur, quòd debeat valere in casu nostro, vt non alienetur ex causa dotis, vel donationis propter nuptias. Hoc tamen intellige, quando is, qui vinculauit bona, seu fecit maioricatũ, erat extraneus, & vt extraneus concessit bona, ea lege, vt non alienaret etiam in causam dotis. Nam tunc ille grauatus non poterit dotare se, vel filios, vel alios quos dotare tenetur, vel constituere donationem propter nuptias: quia dotare filiam extranei, nõ pertinet ad opus pietatis, nec ad affectionẽ testatoris, vel prohibentis. Et ideo iste grauatus de restituendo, nihil de his bonis potest disponere, sed præcisè tenetur restituere illa bona. Et sic debet intelligi gloss. not. in dicta l. nulla. C. de iure dot. & quod ibi not. Bald. quæ loquitur in extraneo prohibente alienationẽ. Et si mihi dicatur, quòd d. authent. res quæ. habet etiam locum in extraneo, vt sentit glos. not. auth. de restitut. & ea quæ par. in §. quamobrem. in ver. sufficit. in fi. & tenet Bald. in d. authent. res quæ. penult. columna, verticù. quæro nunquid ista authent. potest dici, quòd illa glo. communiter non tenetur, imo contra eam tenet Iacob. de Bello. in dicto §. quam ob rem. quem alij sequuntur, vel quòd intelligatur, quando simpliciter facta fuit prohibitio alienationis. Sed in casu nostro non solùm est facta prohibitio alienationis, sed vltra processum est, vt non fiat alienatio, etiam ex causa dotis, vel donationis propter nuptias. quam legem siue conditionem extraneus adiicere potuit, vt apparet ex prædictis. Pater verò hanc prohibitionem facere non potuisset filio, vel filiæ, vel aliis, quibus teneretur dotem constituere, vel donationem propter

Prima illatio.

Secunda illatio.

Officia.
b Adde in materiam ampliationis plura & notanda, quæ descripsit Segura. in volum suarum repet. quæ poterũ simul cum lata videri in reper. ibi per me edito, in parte, melioratio. per duas cũ. Io. Ber. c Adde Fel. in c. cùm venerabili de excep. 32. in ij. col. & Roch de Curt. tract. patro. ver. pro eo quod dedicæ cessaniconsensu. in colũ. ix. cum seq.

a Aduerte tu, quòd in cõtrarium est verior & communior opinio vt per Iaso. in l. si ita quis promiserit. §. ea. l. col. v. ff. de verb. ob. Ioan. Ber.

pter nuptias facere: quia cùm pater posit hoc casu cogi dotare, vel donationem propter nuptias facere: vt l. qui liberos. ff. de ritu nup. & traditur in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. so. ma. & dicetur latè infrà. Ista autem obligatio, qua pater tenetur ad prædicta, inhæret bonis eius, & tranfit cum eis, 16 ad quencunque vadãt: sicut illa obligatio, qua tenetur alere, cùm quasi ad paria iudicentur. iuxta not. in d. aut. res quæ. per doctores. iunctis his quæ not. Cyn. in l. alimenta. in fi. C. de nego. gest. per l. si quis à liberis. §. itẽ rescriptum. ff. de lib. agn. An. in auth. de restit. & ea quæ pa. co. iiij. versi. item nota. Et ideo sicut si pater obligasset bona sua pro restitutione dotis filij, non posset illam obligationem tollere, prohibendo postea alienationẽ, vel obligationem. ita & si non obligauit, cùm pro obligatis habeantur, ex quo necesse habeat obligare. ar. l. si finita. §. elegãter. ff. de dam. infe. & l. ij. ff. de cuictio. vbi pro missio, quæ necessario facienda est, habetur pro perfecta, quo ad effectũ exceptionis. Hanc opinionem firmat Bar. in d. l. filiusfa. §. diui. de leg. ij. ij. q. quem refert & sequitur Pau. dic. cons. xiij. in prin. ad do bonũ tex. in l. si ego. §. si res. ff. de iur. do. vbi data vel promissa pro dote, etiam nondum sequutis nuptiis, dicuntur dotalia, & transeunt ad hæredem cum illo onere: si postea mortuo promissore nuptiæ sequantur. Facit ad quæstionem, si habẽs maioratum pro dote filię, vel sororum, obligat bona maioratus: an eo mortuo, filius succesor tenebitur ex patris promissione. Siue ergo bona maioratus possint obligari pro dote filiæ, vel sororũ, siue sint obligata principis authoritate, vt quotidie fit, mortuo possessore, transeunt ad sequentem cum onere suo. Vnde iam ista dos danda, vel donatio propter nuptias, censetur æs alienũ: vt not. Bart. in l. quæsitum. §. j. ff. de priui. credi. cùm succedat loco alimentorum, vt prædixi: & loco legitimæ, quæ est debita, vel saltem quasi debita filiis. vt voluit glos. in l. si quis legatum. ad finem. ff. de fal. & in l. si emancipata. C. de iuris & fac. igno. & in auth. de hæredi. & falci. §. si autem non implens. coll. j. & probatur in l. fi. §. j. C. de cura. furio. & l. vna. C. de his qui ante ap. tabu. & in l. j. C. de codici. §. pe. & l. si patronus. ff. de donatio. habet enim filij bona hereditaria pro legitima sua obnoxia: vt in l. scimus. §. repletionẽ. C. de inof fi. testa. Sed talia bona restitutioni subiecta, pro ære alieno ipsius vinculantis, seu pro suis debitis alienari poterunt: vt l. peto. §. prædium. & ibi no. ff. de lega ij. facit ad hoc tex. valde singularis in l. cùm fidei hæredis. ff. de fideicom. libe. vbi probatur, quòd in
15 rebus prohibitis alienari potest fieri † missio pro debito descẽdente à prohibente. De illo tex. ad hoc facit testũ Bal. in c. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lit. non contesta. & in auth. et qui. xvj. col. ver. quæro nunquid in rebus. C. de bonis auth. iud. posti. & ibi Saly. xv. co. ver. ij. quid maxime. quia hæredes, qui successerunt in illis bonis, ita tenentur dotare, sicut pater. vt no. per Bartol. & alios in l. post dotem. so. mat. ff. Ergo ista prohibitione facta à parte, non obstante, poterunt ista bona maioricatus dari in dotem, vel donationem propter nuptias, illis personis, quibus aliàs testator, vel maioricatum faciens, tenebatur. Intelligo, non stantibus aliis bonis: vt di. authen. res quæ. & in corpore vnde sumitur. & dictum est in præcedentibus. Si enim hoc concederemus in patre, vel eo, qui tenetur dotare, vel donationes propter nuptias facere. sequeretur absurdũ, s. quòd esset in faculeate debitoris, tollere obligationem, quod esse nõ debet: vt l. sicut. C. de ac. & obl. ita in specie declarat Pau. de Ca. in cõs. xiij. quem refert & sequitur Ias. in d. authen. res quæ. in fi. co. qui hoc confirmat optima
17 ratione: quia ea quæ sunt † inducta fauore publico: vt est casus, de quo loquimur: non debent mutari, vel tolli ex dispositione testatoris, vt l. quod de bonis. §. fi. ff. ad l. Fal. not. Bartо. & doc. in auth. sed cũ testator. C. eo. ti. & in l. nemo potest. ff. de leg. j. Ampliabis hoc no. vt procedat, etiam si filius vel filia consentiat cõstitutioni maioratus. nam & tunc poterunt petere dotem, & donationem propter nuptias, nisi specialiter renuncient ius legitimæ sibi debitum: quia in generali renũciatione non intelligitur renunciatũ iuri petendæ dotis. Et ideo in generali renunciatione facta de omnibus legatis sibi relictis in testamento, non includitur legatum dotis, nisi specialiter exprimatur, secundùm Pau. cõs. cxxxj. sicut nec legitimæ: vt est tex. in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. test. per quem dicebat Guil. de Cuno, in l. de his. ff. de trã sac. quòd si frater assignauit sorori aliquam partem, de qua illa vocat se contentam, & promittit plus non petere: nihilominus potest petere supplementum legitimæ, nisi expresse fuerit actum, quòd tale supplementum non posset peti: quia ad legitimã requirit expressã renunciatio. Quod dictum referunt & sequũtur Bal. Saly. Pau. & Ias. in d. §. generaliter. Alb. Bal. & Ang. & Mod. in d. l. de his. Ang. de Are. in §. ij. in fi. Inst. de inof. test. And. Sic. in c. cùm esses. xxxij. col. suprà, de test. & in trac. Cardi. j. parte. q. viij. iij co. Fely. in c. translato. ij. co. suprà, de consti. Si ergo pater in suo testamento reliquit filiæ
17 pro sua † legitima, vel pro sua dote, aliaque bona omnia alteri filio, iure maioratus, seu primogenituræ reliquit, & mortuo patre, filia simpliciter acceptauit illud relictum, & fecit quittacionẽ generalẽ hæredibus, per hoc non prohibetur petere supplementum legitimæ, vt d. §. generaliter. etiam si pater in tali relicto apposuit clausulam, quòd iubet filiam esse contentum, ita quod non possit plus habere, vel petere occasione legitimæ, vel alia quacunque ratione. nam tunc filius simpliciter acceptans, potest petere supplementum legitimæ. vt est tex. valde sing. in auth. vt cũ de appe. cogn. §. cęterum. coll. viij. ratio est, quia onus talis clausulæ debet ipso iure de legitima reiici, vt l. quoniam in prioribus. C. de inof. testa. Ita in specie tenent Bald. Salic. & Pau. in d. §. generaliter. Bald. & Pau. in prin. eo. ti. Bal. in l. hac edictali. ver. quam obseruationem. C. de secũ. nup. Ang. in l. iubemus. C. ad Treb. Ioan. de Imo. in l. quòd de bonis. §. cũ fideicõ. ff. ad l. Falcid. Alexã. consi. lxviij. incipit, super primo. & cõsi. ccclxxiij. visis. viij. col. & consi. ccccclxxij. incipit, vtrum. Anania. consi. xcix. incipit, visiis. fi. co. Imo. plus dicit Pau. in d. §. generaliter. quòd etiam si testator
18 † adiecerit, quòd eo casu, quòd filius plus petierit, eum priuat dicto relicto, adhuc fauore testamenti vt valeat, talis clausula habetur pro non apposita. Idem tenet ille in d. l. omnimodo. in prin. Qui ergo vult rectè facere maioratum, relinquat filiis legitimam, vel dotem competentem, vel faciat, quod consentiat expresse suæ legitimæ renunciando, & eius supplemento, & cum iuramento, propter not. in c. quamuis pactum. de pact. libr. vj. facit quod voluit Bald. in l. cum lege. C. de epi. &

Fallentia. Pater non potest hanc specialem prohibitionẽ facere. Fundamentum.

Maioratus quæstio.

Ampliatio Etiam si filius consentiat prohibitioni, nisi specialiter renunciet.

cleric. quem vide, limita vt per Angel. in l. Papinianus. §. si cui per. de inoffic. testamen.

SVMMAE RERVM.

1 Res propter nuptias vxori donata, vel in arrhas concessæ sunt in dominio mulieris, sicut dos in dominio viri.
2 Donatio propter nuptias non fit vxori à marito, vt vxor illa re sibi donata possit vti & frui ad libitum. sed vt mulieribus sit optimè circa dotem consultum solut. matrim.
3 Bona omnia mariti sunt vxori pro dote tacitè obligata
4 Alienari non possunt à marito res donatæ propter nuptias, etiam de consensu vxoris.
5 Arrhæ apud Hispanos idem est, quod donatio propter nuptias.
6 Donatio excedens quingentos solidos, non valet, nisi fuerit insinuata.
7 Res propter nupt. donata, si per maritum alienetur, vxore consentiente, vel ab vxore consentiente marito, potest sol. matr. ab vxore vendicari.
8 Alienatio rei dotalis à muliere facta, cum consensu mariti non tenet, nisi tales res consisterent in pondere, numero vel mensura, vel quando essent res, quæ seruando seruari non possunt, idem nisi vxor consentiat his.
9 Consensus secundus facit valere actum aliàs nullum.
10 Confessio geminata tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ.
11 Geminata patientia inducit stipulationem.
12 Comitium bis vel pluries dicens, præsumitur dixisse deliberatè & non ex iracundia.
13 Confessio facta calore iracundiæ non nocet.
14 Consensus vnicus mulieris in alienatione rerum propter nup sibi donatarum, non sufficit, duplicatus tamen consensus ex interuallo post biennium interueniens bene sufficit. & num. 18. & 21.
15 Iuramentum habet vim secundi consensus.
16 Præscriptio est quædam species alienationis.
17 Alienare potest quia bona restitutioni subiecta, propter necessitatem famis.
18 Alienatio rerum mariti, quæ tacitè vel expressè sunt pro dote hypothecatæ, non valet, etiam si vxor bis vel pluries renunciet, nisi alia bona mariti supersint, ex quibus possit dos solui.
19 Fideiussores de dote restituenda dati, in casu quo dari possunt, si soluendo sunt, valet renunciatio hypothecæ facta ab vxore, etiam in omnibus bonis viri.
20 Allegatio partis non facit ius.
21 Allegatio partis vbi non impugnatur per Papam, vel per Iurisconsultum, potest allegari tanquam lex.

§. XVII.

Effectus donationis propter nuptias.

1. Effectus. Mulier domina.

VNVM circa istas donationes propter nuptias, non est omittendum, quòd † res propter nuptias vxori donatæ, vel in arrhas concessæ, fiunt in dominio mulieris, sicut dos in dominio viri, vt in auth. de non eligen. secun. nuben. §. fin. collat. j. & in authen. de æqual. dot. §. illud. collat. viij. & in §. est aliud. Instit. de donat. & in auth. donationum quoque. C. de iure dot. vbi hoc firmat glo. fin. quam multum commendant Albe. de Rosa. in rubrica C. de donat. ante nup. Reperio tamen Bal. in quarta parte suorum consiliorum, cons. cxviij. incipit, quia si donatio. qui cõtrarium tenet: dicit enim quòd res donatæ à marito vxori propter nuptias, remanent in possessione mariti, & etiam dominium apud se retinet: quiaex quo maritus fruitur sic re donata, vt voluit glo. ff. in d. §. est aliud. ergo & dominium est apud eum: quia vsusfructus dominiũ supit. Instrumentum ergo donationis, in quo dicitur, q̃ donatio fuit facta: debet intelligi cõstitutione, non traditione, & designatiuè, nõ traditiuè. & ideo sol. ma. sufficit marito exceptio. non enim debet petere, quod intus habet nec ipse, nec hæredes eius, secundum Bal. vbi suprà. Et hanc opi. videtur approbare lex regni iiij. part. tit. xj. l. vij. quæ dicit, q̃ maritus debet tradere vxori possessionem rei donatæ propter nuptias, & ipsa viro dotem, sed vtrobique maritus debet esse dominus & potens prædictorum. Idem tamẽ Bal. in auth. siue à me. C. ad Velleia. videtur concordare has opi. dicens, quòd dominium rerum donatarum propter nuptias est penes ipsam vxorem, sed statim soluto matrimonio definit esse domina rerum donatarum propter nuptias. Intellige tamẽ, si dos soluatur mulieri, sed quandiu dos non soluitur, dominium non reuertitur ad virum, imo semper durat hypothecaria, secundum Bal. vbi suprà, quẽ refert & sequitur Ang. de Are. in d. §. est aliud. ij. co. ver. in eadẽ. & est ratio secundùm eum, quia non tantum propter lucra nuptialia datur donatio propter nuptias, sed etiam pro maiori securitate: vt C. de dona. ante nup. l. fi. §. sancimus. ergo &c. Sed quicquid sit, modo possessio & dominium rerũ propter nuptias donatarũ, sit penes maritum, modo penes vxorẽ: vxor non debet vti & frui re sibi propter nuptias donata, sicut maritus vtitur re dotali. Vnde licet maritus lucretur fructus dotis: vt l. pro oneribus. C. de iu. do. & c. salubriter. intrà, de vsur. vxor tamen non lucratur fructus rerum sibi donatarum propter nuptias. ita dixit Goffr. in summa, isto ti. post prin. & Host. in summa, isto ti. §. ij. in prin. pro quibus est glo. ordinaria & sing. in d. §. est & aliud. in ver. exequentur. Inst. de dona. quam ibi no. Ang. & Bal. in auth. siue à me. in prin. C. ad Velleia. Lodo. in singularibus, cccclviij. inci. constante matrimonio. de qua glo. facit solenne festum And. Sicu. in c. peruenit. in prin. suprà, de empt. & vendi. Et quamuis illa glo. per omnes reputetur singularis, aliqui reputent eam vnicam: ego addo aliam sibi similem, in auth. dos data. in glo. j. C. de dona. ante nupt. & ibi eam no. Bal. in j. lectura, similis gl. est in d. auth. de non eligen. ij. nuben. §. fi. in ver. percipiat. col. j. quam ad hoc multum commendat Bart. in auth. de æquali. do. j. co. col. viij. & dom Abb. in d. c. peruenit ij. co. fi. suprà, de empt. & ven. Et est hoc satis rationabile: nam si vxor haberet fructus rerum sibi propter nuptias donatarum, non diceretur iam maritus percipere dotem, ad sustentandum onera matrimonij: cùm tantùm sibi abesset, quod esse non debet: vt d. l. pro oneribus. & d. c. salubriter & firmat Bal. in d. consil. & Iaso. in l. si fundum. in fi. ff. solut. Et ex istis apparet, quòd † donatio propter nuptias non fit vxori à marito, vt vxor illa re sibi donata possit vti & frui ad libitum: sed principaliter fit, vt mulieribus optimè sit consultum circa do. solu. matrimoni. quia de rebus sic donatis satisfiet mulieri, si maritus non habeat alium. & ita dixit glo. in d. §. est & aliud. & in d. authen. de non elig. secundo nub. §. finali in verbo, percipiat. est bonus tex. in l. fina. §. sancimus. C. de dona. ante nuptias. notatur in authen. siue à me. C. ad

Opinio cõtraria.

Lex regni.

Determinatio.

C. ad Velleia. & in ca. peruenit. de emp. & vend. & ibi Abb. & Io. de Imol. in ix. col. Vnde fortius ius habet mulier in rebus propter nup. donatis, quàm in aliis bonis mariti. Nam licet omnia bona † mariti sint tacitè obligata vxori pro dote. vt l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. cum similibus, ista tamen dona 8 ta propter nuptias, specialius & strictius sunt obligata. Et inde est, quòd licet in alienatione alterius rei mariti sufficiat vnicus consensus vxoris, & vxor liberè possit renunciare iuri hypothecarum: vt l. etiam. & authen. siue à me. C. ad Velleia. secus tamen est in alienatione rerum propter † nuptias donatarum: quia etiam de consensu vxoris maritus eas alienare non potest, vt in auth. vt immobi. bo. ante nuptias do. coll. v. & in d. auth. siue à me. & c. peruenit. suprà, de emp. & vẽ. Io. de Imo in c. cùm contingat. de iureiuran. in repe. in prin. cum quibus concordat lex regni. iiij. part. ti. xj. l. vij. & Foro legum. lib. iij. tit. ij. l. iiij. quæ addit, quòd nec vxor poterit eas alienare cum consensu mariti eo viuente, nec eo mortuo viuentibus filiis, nisi solùm quartam partem rerum sibi propter nuptias donatarum. Et in hoc tene menti illam l. quæ licet loquatur in arrhis, illæ tamen appellãtur † arrhæ secũdùm consuetudinem Hispanorum, qui donationem propter nuptias arrhas appellant. vt iiij. part. tit. xj. l. j. In istis ergo arrhis, seu rebus propter nuptias donatis, prohibita est alienatio, vt dicunt iura prædicta, quamuis vxor nullo modo renunciare possit, tamen quia tradunt certam formam in alienandis rebus propter nuptias donatis, & ideo eis renunciari non potest. ar. in l. ius publicum. ff. de pac. & l. nemo potest. ff. de leg. j. tum etiam quia istæ leges sunt prohibitiuæ, quibus etiam renunciari non potest, vt voluit illa sing. glossæ in l. j. C. ne fideiuss. dot. den facit quod in simili dicunt docto. de donatione † excedente quingentos solidos, vt non valeat, nisi fuerit insinuata. etiam si legibus de insinuatione loquentibus fuerit renunciatum. vt voluit Ioan. And. in addi. ad Spe. tit. de instru. edi. §. porro. Barto. & alij l. sancimus. §. si quis autem. C. de dona. Saly. in l. si quis pro redemptione. eo. tit. licet valeat saltem in quingentis aureis, secundùm Ioan. And. in Spe. dona. §. j. in prin. additionis, incipiente, hoc scias. & Bartholemæum Socinum in le. si inter virũ. ff. de reb. dub. & ibi Ludouicus Lusitanus, col. iij. & traditur in regula, vtile. de reg. iu. li. vj. Et ratio prædictorum potest esse, quia expedit reipu. ne quis re sua male vtatur, vt insti. de his qui sunt sui vel alie. iu. in princ. Sed alienando vxor hos, vel res sibi propter nuptias donatas, seu consentiendo earum alienationi, iam videretur donare, vel renunciare ius, quod in eis habebat. & per consequens illud perdere. vt ff. de dona. l. filiusfa. Et perditione autem harum rerum, vel iurium quod in eis habet vxor, forte etiam sequeretur perditio dotis, quod esset contra fauorem publicum, qui vult dotes vxoribus cõseruari, vt l. j. ff. solu. matri. ergo fieri non potest ista alienatio cum renunciatione dictarum legum.

Quæ quidem alienatio, non confirmatur morte mariti, eo quòd ab initio non tenuit. & ex hoc 7 infertur, quòd etiam soluto † matrimonio, poterit mulier vendicare fundum sibi datum in donationem propter nuptias vel arrhas, si alienetur per maritum consentiente vxore, vel per vxorem consentiente marito, sicut de fundo dotali dicimus, quia eius alienatio respectu vxoris à principio est a nulla, ideo soluto matrimonio licet fundus ad eam esset reuersurus, non videtur confirmari, vt l. quæ initio. ff. de reg. iur. & in regula, non firmatur. de reg. iur. li. vj. ita dicit not. Saly. in l. si prædium. iiij. q. in fi. C. de iure do. & sentit ibi Bal. dum dicit, q̃ alienatio rei dotalis † facta à muliere, cum consensu mariti, non tenet, quia prohibitio legis Iuliæ de fundo dotali, vẽdicat sibi locum in muliere alienante, sicut in viro. vt ibi per eum. est bon. glos. in l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxo. act. quam approbat Bart. in l. cum vir. ff. de vsucap. de quo latius per Ioan. de Imol. in repeti. c. cum contingat. de iureiuran. xvij. col. verb. nunc restat videre quid e contra. quem rogo videas. & istud tene, quamuis Cyn. in d. l. si prædium. in fi. contrarium sentiat. Ad hoc vide legem regni, Foro legũ, li. in ti. de las arrhas. l. iiij. quæ prohibet mulieri alienare arrhas etiam soluto matrimonio, nisi in iiij. parte, si habet filios: vnde si alienet in vita, non cõfirmabitur, nisi in quarta parte illarum. si autem filios non habeat, forsan confirmabitur in totum, quod not. Istud tamen debet sane intelligi, nisi forte istæ arrhæ, vel res propter nuptias donatæ, essent datæ æstimatæ, ea æstimatione, quæ facit emptionem, quæ in dubio præsumitur: vt l. quoties. & l. si inter. C. de iu. do. Nam hoc casu etsi fuissent datæ in dotem, potuisset maritus illas alienare, vt l. plerũque. de iure do. & iiij. parti. ti. xj. l. vij. quia talis fundus, vel res æstimatæ desinunt esse dotales, & non habent priuilegia legis Iuliæ, de fundo dotali. vt ibi tradit. gl. & Saly. in l. si prædium. C. de iure dot. Idem videtur dicendum, quando res dotalis, vel donatio propter nuptias, datur æstimata ea æstimatione, quæ non faceret emptionem ad finem. vt videbatur, an res efficeretur deterior, per text. in l. æstimatis. ff. soluto matrimo. secundum Bartol. Bald. & Angel. & alios post Iacobum de Aretio, & ibi, quos sequitur Ioannes de Imola in capitulo, peruenit. prope finem. suprà, de emptio. & venditio. & ibi Petrus de Ancharano quod est valde no. secundum Ioannem de Imola, quia videtur contrarium prima facie, ex quo æstimatio non fuit facta ad finem emptionis. Et sic videtur remouere res dotales, vel ante nuptias donat. Cogita si hanc opinionem approbauit lex regni prædicta: cùm generaliter dixerit, fueral eode si la duete apprecida. nec fecit distinctionem, an illa æstimatio fecerit emptionem, an non, ergo, &c. Quæ tamen opinio procedere posset, & saluari, quando in tali alienatione rei æstimatæ ea æstimatione, quæ non facit emptionem, mulier consentit: nam tunc valeret alienatio, per textum. singularem & vnicum secundum Angelum in dicta l. æstimatis. Sed non accedente vxoris consensu, non valeret alienatio. Ita concordat opiniones Ioannes de Imol. in dicto cap. cùm contingat. de iureiuran. in repetitio. column. xix. & intellige. Sed finaliter Ioannes de Imola tenet, quòd si æstimatio non fecit emptionem, non valeret alienatio, nisi interueniant ea, quæ sunt necessaria ad alienandum fundum dotalem. Sed pro nunc transeamus cum opinione communi, maximè propter legem regni præallegatam. Cogitandum tamen esset vlterius super hoc: prædicta tamen intellige, quando maritus erat soluendo, aliàs secus. Istud est dictum aureum Bald. in l. interest. ad finem, C. de vsufru. quod pro singulari commendat Franc. de Crema. in suis singul. xix. incipit, habebis millies. a Ad hoc tamen

Regula. 3 Marituñ potest alienare res propter nuptias donatas, etiam vxore consentiente. 4

Lex regni.

1. Fallẽtia. Quãdo res donatæ propter nupt. æstimatæ. Lex regni.

Insinuatio donationis. 6

Ampliatio Talis alienatio si confirmatur morte mariti.

a Adde tu etiam quòd hoc dictum Bal. refert, sequitur & multũ commendat Iaso. in l. ex conuẽtione. C. de pact. per quem ibi vide alios tres casus, in quibus æstimatio nõ facit emptionẽ, vide latius per copiosũ & Modernorum fidũ relatorem, Io. de Neuiza, in sua sylua nuptiali, fol. 8. colũ. ij. vbi prædictos casus Iaso. refert, et alios tres addit. Ioan. Ber.

Universidad de Deusto Biblioteca

a Aduerte, quòd nõ sine misterio dicit, ex interuallo, quia ad hoc vt actus dicatur geminatus, & vt talis aliquid operetur, requiritur quòd inter vnum et aliud actũ sit interuallum. sentit Baldus in præ C. si. cõ ex cuius dicto hanc doctrinã sic generalem scripsit Iaſ. in l. j. col. 8. ff. de offic. eius cui est mand. et in l si quis in conscribendo. finalib. verbis. C. de pac. quæ vide. & eã reperies positã in mais doctrinie magistralibus in verbo actus vt dicatur geminatus. Ioan. Ber. 1. Fallẽtia. 2. Fallẽtia. 3. Fallẽtia.

b Adde in proposito sing. doctri. Bald. in l. nec damno ſi. C. de præ impe. eſ. vbi voluit, quòd principis ſe cunda inſtio idẽ operatur quod motus proprius, ex quo infert ibi Iaſ. q tunc ceſſabit omnis exceptio ſubreptionis & obre

facit tex. singul. in l. quoties. in fi. ff. de iure dot. vbi dicitur, satis esse æstimationem dotis seruare maritum indemnem, quasi illud solum operetur, non autem aliàs præiudicet vxori. Sed quòd maius præiudicium, quàm si vendantur bona sibi data in dotem, maritus non erat aliàs soluendo. Si ergo sunt alia bona, ex quibus vxori possit consuli super dote, istæ res, quæ datæ fuerunt æstimatæ, bene poterunt alienari. Sed caue, quia licet ista vera sint respectu rerum dotalium, quæ marito fuerunt datæ æstimatæ, ex æstimatione, quæ facit emptionem, quia tunc efficiuntur propria ipsius mariti: non tamen idem videtur in rebus, quas maritus donauit propter nuptias vxori, licet æstimatione, quæ facit c emptionem: cùm per talem æstimationem efficiantur propriæ ipsius vxoris. Vnde non videtur, quòd maritus possit illas vendere, vel alienare, sed contrà disponit lex regni iij. parti. titu. xj. l. vij. ccxxvj.

Idem dicendum est, quando tales res donatæ propter nuptias consisterent in numero, pondere, vel mẽsura, potest maritus alienare: quia in his rebus, licet dentur pro inæstimatis, dicitur æstimatio fieri à lege, vt dicit glo. not. in l. æstimatæ. ff. solut. matr. d secundum Bald. in dicta l. res in dotem. & l. regni iiij. part. titu. xj. l. xxj. Ergo idem à fortiori poterit facere, quando essent datæ in arrhas, vel donationem propter nuptias. Idem dicerent, quando essent res, quæ seruando seruari non possunt: quia eodem modo maritus posset illas alienare, quãuis essent datæ in dotem, vel in donationem propter nuptias. quia ex quo permittitur tutori: vt l. lex quę tutores. C. de adminiſt. tuto. multo fortius hoc debet permitti marito. Istud est pulchrum dictum Io. Fab. Institut. quibus alien. non licet. in princi. subdit, quòd imo si talia bona non alienet, in culpa est, vt l. mulier. §. sed etiam. verſic. sed si cum. ff. ad Trebel. vbi dicitur, quòd si res restitutioni subiectæ perierint ex culpa fideicommissarij, tunc fideicommissarius tenetur resarcire, in culpa autem est, si non vendidit res, quas vendere debuisset. Idem dicas, e si mulier consentiret alienationi arrharum, vel rerum sibi propter nuptias donatarum bis ex interuallo a post biennium. Nam iste duplicatus consensus ex interuallo, facit valere dictam alienationem: vt volunt iura prædicta, signanter text in l. si mulier. C. ad Velleian. vbi dicitur, quòd si mulier post triennium consenserit, sibi imputet, si quod sæpius cogitare poterat, & cuitare non fecit, sed vltro firmauit: videtur enim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione sese obligare, sed pro sua causa aliquid agere: & tam ex secunda cautione sese obnoxiam facere, in quantum hoc fecit, quàm pignus vtiliter dare. Hoc ibi. Itaque requiritur secundus consensus post biennium, vt interimpotuerit mulier maturé cogitare, & sic b cauf ratio omnino cessat muliere tacente. Secundus ſerg consensus facit valere actum aliàs non valituh rum. & potest esse ratio, quia qui bis aliquid facit, videtur velle, quòd contra id nihil possit opponi: præsumitur plena deliberatio: vt in auth. vt nulli i incipit, iussio. collatio. ix. & notatur in l finali C. si contra ius vel vtilit. public. commendandum est enim, quod sæpe tactum est, & nititur æquitate: vt in capitulo, non sine. suprà, de arbitr. & facit text.

ptionis adsi ndesset motus propri us. de quo latius in meis fallen. in reg. inci. principi ſe cũda iussio. in litera p. Io. Ber.

c Adde Fely sequentẽ hanc doctr. Bar. tenc. de hoc. de sim. Iaſ. in rub. ff. de verb. obl. col. iiij. idẽ in §. in persona co. ix. de act. et in l j. 6 co. et in l. ſi pacto quo pœnã. j co. C. de pac. et in l. j. §. quæſti. ff. de q. & aduerte quod Fely. in d. cap. de hoc voluit extẽdere d. doctrinam Bar. in cri. quæ tãtum in ciuilibus loquitur de quo vide in meis fallen. in litera c, in reg. confeſſus. de crimine in ij. fallen. vide quæ posui in additio. mea suprà posita. Ioã. Bern.

d Adde Hypo. qui ponit vltra xxiiij effectus geminationis, in l. j. §. quæſtionis. j. co. ij & ſeq. ff. de quæſt. vt de in mate ria remiſſiuè per xvj.

e Adde hoc not. Bal. & Ang. vt refert Iaſ. in rub. ff. de ver. obl. col. iiij & refert Hyp. in l. j §. quæſti. col. pen. Io. Ber.

Ello quo pœnam. col ij. per totam. C. de pact. & in l ſi veritas. C. de fideicõ. & in rubr. ff. de verb. ob. iiij colum. 1. Fallẽtia. Quãdo mulier cum iuramento cõſenſit alienationi. 1. Fundamẽtum.

14 cus consensus † mulieris non sufficiat in alienatione rerum, sibi propter nuptias donatarum, duplicatus tamen consensus ex interuallo interueniens post biennium bene sufficit. Idem ego dicerem, si mulier consentiret alienationi arrharum, vel rerum sibi propter nuptias donatarum, cum iuramento de non contraueniendo, nam tunc non potuisset mulier contrauenire, vt expresse voluit Hostien. in dicto cap. peruenit. suprà, de emp. & vendi. & sequitur ibi Ioã. de Imo. in viij. colum. in fin. & Angel. in authentica. de æqualit. do. §. illud quoque. penult. colum. in fin. dicens, quòd licet de iure ciuili iuramentum non obliget vxorem in alienatione rei dotalis, vt l. vnica. §. & cùm lex. C. de rei vxor. actio. secus tamen est de iure canonico, vt in capit. cùm contingat. suprà. de iureiurando. & in capi. licet mulieres. eod. titu. libr. vj. & per consequens idem erit in donatione propter nuptias secũdùm eum. idem tenent Bald. & Salyce. in dicta authentic. siue à me. ad fin. C. ad Velleia. Idem tenent doct. legistæ communiter omnes in authen. ſi qua mulier. eod. titul. & Canonistæ in dicto cap. cùm contingat. & in dicto cap. peruenit, & potest esse ratio, quamuis ipsi

15 non dicant, quia † iuramentum habet vim secũdi consensus, vt voluit glos. singul. in dicto capit. cùm contingat. in versicul. seruare debet. ad fi. quæ dicit, q prohibitio alienationis rei dotalis non est perpetua, quia si secundo post biennium consentiat mulier, bene tenet. vt in authen. siue à me. C. ad Vellei. vnde mulier fortius iuramẽto potest firmare, quod prius non valebat, & quasi pro secundo consensu iuramentum habetur. ita dicit illa glos. singu. de qua 17 ibi per Ioan. de Imo. colum. iiij. verſic. item aduerte. in repeti. & secundùm prædicta debes intelligere dictam legem regni, Foro leg. lib. iij. titul. ij. l. iiij. nam si interueniat binus consensus mulieris post biennium, vel vnicus cum iuramento in alienatione arrharum; vel rerum propter nuptias donatarum, valebit alienatio. Ista tamen non sunt mihi sine scrupulo. quoniam secũdùm leges huius regni constãte matrimonio est prohibita arrharum alienatio ex legis resistentia, & prohibitione, vt Foro legum lib. iij. tit. ij. l. iiij. Ex tali ergo alienatione facta contra legis resistentiam etiam naturalis obligatio non oritur, nec fideiussor ei accedere potest, nec firmabitur iuramento, vt not. voluit Bart. in l. vbi lex. ff. de fideiusso. quem omnes sequuntur, vbi tradit doctrinam solennem, quòd vbi lex aliquid pro- 18 ptias. Quod autem dixi, valere † alienationem hibet fieri sine certa solennitate, actus taliter factus non valet, quamuis interueniat iuramentum. Ego tamen certius putarem sequi primam opinio. propter vim iuramenti, quod transgredi nullo modo consulerem. Ex quo etiam potest inferri, quòd

16 cùm præscriptio sit quædam † species alienationis, quæ constante matrimonio prohibita est, quantum ad arrhas, nullo modo potuit incipere durante matrimonio. arg. text. & quod ibi not. in l. quemadmodum. C. de agr. & censi. li. xj. & l. vbi lex. ff. de vsucapio. plenè per Bartol. in l. filius fami. §. diui. de leg. j. per Abb. & alios in capitu. cùm non liceat. suprà, de præscript. Confirmatur hoc ratione inconuincibili. quoniam vt su prà dixi, istæ arrhæ, quæ hodie dantur, succedunt loco donationis propter nuptias. in donatione autem propter nuptias nunquam datur actio vxori, nisi soluto matrimonio, vt l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscript. xxx. vel xl. anno. & in authentica vt immobi. §. j. colum. vj.

Limitatio. Ad fallent nisi deficiãt alia bona mariti.

Propterneceſſitatẽ famis aliena tur.

Lex regni.

Argumen. cõtrarium. Lex regni.

Determinatio. Præſcriptio alienatio eſt.

& ibi gloss. traditur per Abb. in capitul. peruenit. de empti. & vend. & per consequens ab eo tempore incipiet currere præscriptio. quod habeo pro in dubitato. Intellige tamen prædicta, dummodo supersint alia bona mariti, ex quibus possit consuli indennitati mulieris, non solùm tempore contractus, vt aliqui dixerunt, sed etiam tempore quo agit vxor, seu agere potest. dict. authen. siue à me, aliàs secus, vt not. glos. Cyndic. Bald. & Salyc. in authentic. mulier. C. ad Velleia. Barto. Angel. & Ioan. de Imol. in l. Mæuia. §. fundus. ff. soluto. matrimo. & sequitur Ang. de Are. in dicto §. est aliud. in princip. Instit. de donat. dicens hoc esse perpetuo notandum. facit quod not. voluit Bald. in l. interest. ad fi. C. de vsufruct. de quo suprà, fecit mentionem. est gloss. not. in authen. vt immobilia ante nupt. colum. iiij. verſiculo consensum. alia in authen. vt nulli iudi. §. & illud verò præuidimus. in verb. multoties. & ibi Bartol. columna ix. Quod procedit, nisi maritus esset constitutus in magna necessitate famis. Nam tunc, etiam si non habeat bona, ex quibus possit consuli vxori super dote: poterit istas res donatas vxori propter nuptias alienare, ad sustentandum se, vxorem & filios. Nam cùm hoc casu potuisset alienare dotem, iuxta not. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & arg. l. prima. C. de patri. qui filios distra. fortius hoc poterit in arrhis, vel rebus propter nuptias à se donatis. quod bene notabis. Ad cuius confirmationem facit, quod voluit glos. not. & Bartol. in l. quemadmodum. penulti. colum. C. de agri. & censi. libr. xj. vbi glos. dixit, quòd propter necessitatem famis potest † quis alienare bona restitutioni subiecta. arg. dicta l. ij. C. de patri. qui fil. distra. idem dicit Bart. propter redemptionẽ, seu cõseruationẽ personæ, quod est satis notabile, & ego aliàs vidi in practica, in regali audientia, & sic fuit pronunciatum. Hoc dictum Bartol. refert & sequitur Iason. in authen. res quæ. iij. colum. verſi. xj. & latius in vj. verſiculo vj. & vltim. C. communia de legatis. & Alexand. in l. quamuis. iij. colum. ff. solut. matri. vbi videas. & tetigi etiam in superioribus. Non est ergo mirandum, si extante magna necessitate, possint dicta bona in arrhis data, vel in donatione propter nuptias concessa, alienari, quamuis maritus non habeat alia bona, ex quibus mulieri consulatur. Ex his habes expeditum vnum singularem effectum istius donationis propter nu-

Ad hoc vt alienatio rerum propter nuptias donatarum, si binus mulieris accedat consensus ex interuallo post biennium, intellige, quando mariti bona supersunt, ex quibus vxori circa dotis solutionem consuli possit; aliàs non valet alienatio, etiam si vxor millies consentiat, vt est casus notandus in authenti. vt immobilia ante nuptias do. §. si quis igitur. coll. v. & in authenti. siue à me. C. ad Velleia. quæ inde sumitur. Cuius ratio est, ne per hunc modum dotis causa efficiatur deterior. Quod fieri non debet, vt l. de die. cum tribus sequentibus. ff. de pact. do. ex quo dicebat nota. Bald. post Nicolaum de Mathe. in l. etiam. C. ad Velleia. quem refert & sequitur Alexand. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. in apostil. quòd vxor, quando dat dotem, non potest pacisci, quòd bona mariti non sint obligata pro dote, quia per hunc modum fit deterior dotis conditio, cùm potius semper & vbique debeat esse præcipua. Nam & reipublicæ interest, do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes mulieribus conseruari: cùm dotatas esse fœminas, ad sobolem procreandam, replendamq; liberis ciuitatem maximè sit necessarium: vt l.j.ff.solu. mat. latius dico in c. per vestras. infrà, eo. in quinto intellectu. versf. sed quamuis iste intellectus. Et quãquam illa iura circa alienationem rerum propter nuptias donatarum disponãt, ac propterea aliqui velint hoc esse speciale in illis: æquius tamen, & ve-
19 rius est, vt idem sit in † alienationibus aliarum rerum mariti, quæ sunt tacitæ vel expressæ pro dote vxoris hypothecatę: vt similiter nõ valeat alienatio etiam si mulier viri hypothecæ semel, bis & pluries renuncier, vel earum alienationi consentiat, nisi alia mariti bona remaneant, ex quibus dos vxori solui possit: quia subest eadem ratio, quæ in alienatione rerum propter nuptias donatarum: vt patet ex iam dictis. quod est valde notãdum, & quotidie practicabile. Ista est famosa decisio Iac. de Bellouisu, in præallegata auth. vt immobilia ante nup. do. in fin. quem refert & sequitur ibi solus Bart. Idé postea tenuit Dyn. in l. si pignus. ff. de his quæ in frau. credi. de Iacobo tamen nullam penitus fecit mentionem. Dynus refert, & sequitur ibi solus Angel. Idem tenet Iaco. de Are. in l. Mæuia. in fine. ff. solu. matrim. quem simpliciter referunt & sequuntur Bart. Ange. Io. de Imo. Pau. de Cast. & Alexand. Barto. Angel. Salyc. & Paul. de Castr. in l. iubemus. C. ad Velleia. Paul. de Cast. in l. etiam. in fi. eod. titu. Ioan. de Imo. in ca. cùm contingat. in prin. scilicet de iureiurand. in repeti. & in ca. peruenit. prope fi. de emp. & ven. Ange. de Aretio in §. est & aliud. in princi. Insti. de donatio. Hanc sententiam consulendo secutus est Raphael Fulgosius consilio ccvj. incipiẽte, pro eius de quo quæritur habenda plenius veritate &c. Et subdit Florentinum populum hoc constituisse, per hæc verba: Renunciationem expressam, vel confessam mulieris in alienãdis rebus mariti, sibi pro dote obnoxiis, ratam esse, eique nocere. dum tamen per eam non rumpatur ius solidi ipti mulieri, hoc est, q; præter eas res, in quibus mulier consensum & renunciationem accommodauerit, alia marito supersint, vt exinde mulieri pro dote possit integrè satisfieri. Vnde iura prælleg. & docto. prænominati se fundant super indemnitate mulieris, circa dotis solutionem. Quandiu ergo dos est, valet talium rerum alienatio (consentiente vxore) facta, & si semel tantùm consentiat: vt est de mente iurium prædictorum, & volunt docto. præallegati, & Ioan. de Imo. in d.c. peruenit. de empt. & vend. in finalibus verbis. Sed hoc non est mihi sine scrupulo. Quia text. in authenti. vt immobilia ante nuptias do. §. fi quis igitur, & in auth. siue à me. C. ad Velleia. Duo requirũtur ad hoc, vt talium rerũ alienatio vel obligatio valeat, scilicet, q; post bienniũ secundo profisint, ex quibus cõsuli ei possit: absque his dicit glo. id est, nisi hæc duo sunt scilicet q; sint aliæ res, & sẽcũdus consensus: vt infrà. eo. si mulier. Subdit text. nec si frequenter cõsentiat. lædetur. Itaq; vtrunque videtur necessarium, sed principalius & efficacius est, quòd supersint alia bona mariti, ex quibus mulieri consulatur in dotis solutione. cogita. Saluari tamen potest opinio Ioann. de Imol. & aliorum, quando agitur de alienandis bonis mariti, aliter quàm per viam donationis propter nuptias, generaliter hypothecatis, vel obligatis per maritum, vel per legẽ tacitè: vt C. de rei vxor. act. l.j. & C. qui po. in pign. ha. l. assiduis. in his enim valet vxoris renunciatio iuris hypothecæ, quam habet, & sufficit vnica renunciatio: vt l. etiam. & l. iubemus. C. ad Velleia. & de his propriè loquitur Io. de Im. Secus tamen est in bonis donatis propter nup. vel speciali ter obligatis pro dote, in quibus requiritur vnius consensus, & ex interuallo post biennĩ, & quod sit in bonis mariti, vnde vxori cõsulatur: vt d. authen. siue à me. & in corpore vnde sumitur. Ita vult glo. j. in d.l. etiam. pro qua facit l. quod autẽ. §. si vxor. ff. de don. inter vir. & vxor. Plus ergo valet specialis prouisio, & fortior est, quàm generalis. facit l. est differentia. ff. quibus ca. pi. ta. contra. Est ergo cautela, quomodo conficitur instrumentum dotis, in quo obligantur omnia bona mariti, q; specialiter obligetur talis possessio. Et tũc nõ poterit vxor renunciare hypothecæ illius rei, nisi supersint alia bona, ex quibus possit sibi satisfieri de dote: vt d. aut. siue à me. ita dicit Paul. de Cast. in d.l. etiã. in fin. Ex quo infertur vnum satis notandum, q; si vir dedisset
o † fideiussores de dote restitut. in casu quo valeret datio: & est Florentiæ, vbi statutũ eam permittit, & in pluribus casibus, quos ego collegi in ca. per vestras. infrà. eo. in quinto notabili. si fideiussor est solũedo, valet renunciatio hypothecæ, etiam in omnibus bonis viri, quia remanet vxori consultũ contra fideiussorem, cuius fideiussoris bona computantur inter bona viri, quantum ad hoc: vt l. si plures. §. præterea. ff. de fideiusso. ita notãter dicit Paul. de Cast. in dicta l. iubemus. C. ad Velleia. col. ij. verfic. aduerte tamẽ. & subdit q; ita semel consuluit Florentiæ. Quod mihi satis placet, manifesta ratione, quia cõtra possessores horũ bonorum sic alienatorũ, agi nõ potest hypothecaria, quousque prius sit actũ tã contra principalẽ debitórẽ, quàm cõtra fideiussores, & mandatores, & quoscunq; obligatos, & quousque fuerint excussi: vt C. de act. oblig. auth. sed hodie. C. de pig. auth. hoc si debitor. & in corpore vnde sumitur, in auth. de fideiussore. Et ad propositum, est bonus text. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & sic datur iste ordo à iure: ergo est seruãdus. C. de appella. l. j. ff. de iudic. l. si de vi. C. de rei vendicat. l. ordinarij. C. de interd. l. incerti. Nam si non posset agi, quousque stant possessores: nunquam posset agi: cùm contra priores non possit agi, quousque stant fideiussores. Vnde ne hoc sequatur, dicendum est, agi posse. ff. si cert. pet. l. fin. in princip. vbi probatur hæc ratio, secundum eundem Paul. de Ca. consilio cclvj. in secundo volumine, incipit, ad primum quæsitum. Concluditur ergo, quòd dato fideiussore in casibus prædictis: agendum est contra fideiussorem, non contra tertium possessorem: nisi tunc demum discusso principali, & fideiussore, vt ex prædictis satis patet. & hoc tene semper cordi. Datio igitur fideiussoris facit valere alienationem rerum mariti, quæ sunt pro dote vxoris hypothecatæ: & renunciationem hypothecæ, quam in eis habet vxor, vt ex prædictis satis patet. intellige dummodo iuri hypothecæ expressè renunciet: aliàs non videtur renunciare, sed magis intercedere: licet alienationi semel & pluries consentiat: vt patet in l. vir vxori. §. primo. ff. isto titulo & authentica. si qua mulier. C. ad Velleia. & ibi sentit Cyndicatus in verficulo, sed aduerte. quem refert & sequitur Paulus de Castro in l. iubemus. secunda col. verfic. oppono q; mulier. vnde consulit ei,

lit ei, qui cum marito contrahit, & facit vxorem consentire, quòd sit cautus, & faciat apponi in instrumento, q; renunciauit expressè iuri hypothecæ, aliàs consensus nihil operatur. Quod dicit mentem tenendum, quia pauci sunt, qui aduertant. hoc idem sentit Ang. ibi, & in authen. siue à me. in fi. eo. titul. cùm dixit, vltimò. Sciasq; quatenus ista authẽ. dicit quòd vir potest obligare rem donatã propter nu-
21 ptias † consentiẽte muliere bis, non est verũ de iure nouissimo, etiã si millies consentiret, vt infrà, eod. auth. si qua mulier. Sit ergo multum cautus ille, qui contrahit cum viro, vt non stet contentus consensu mulieris, sed faciat, quòd expressè renuncietiuri hypothecę, vt suprà dictũ est. sicut in simili dicimus de renũciatione legitimæ, quæ debet expressè fieri. Vnde generalis renunciatio non extenditur ad legitimam, vel eius supplementum, vt l. si quando. §. fin. C. de inoffic. testa. & per Guilielmum, & alios, in l. de his. ff. de transact. & similiter in dote dicendum est, cum succedat loco legitimę, & in ea subsit eadem ratio, vt singulariter concludit Pau. de Cast. consi. cxxxj. fin. colum. j. volum. & consil. ccxxv. ad finem. incipit, licet ista domina. In hac igitur renunciatione iuris hypothecæ, quam facit mulier in bonis mariti pro dote hypothecatis, oportet q; expressè fiat. Cui si fideiussor accedat, valebit quidem renunciatio, rerũq; alienatio, adde, q; contra tertium possessorem, in quem bona alienata fuere, agi minime potest per vxorem, hypothecaria actione, nisi tunc demum discusso marito, eiusq; fideiussore, nã tunc in eorum defectum deuenietur ad tertiũ possessorem, vt patet ex dictis. Et mihi satis placet, quo niã certũ indubitatũq; censeo, q; maritus vel fideius- 22 sor in hoc casu datus, debet esse soluendo, nõ solùm tempore celebrati contractus, hoc est, ipsa renunciatio, vel alienatio, vt quidã dixerũt, sed etiam tempore, quo vxor pro dote agit, vt patet ex prædictis, signanter ex textu in præallegata auth. vt immobilia ante nupt. do. §. si quis igitur. coll. v. & in d. auth. siue à me. quæ iura si beneaduertãtur, volunt quòd si tẽpore quo mulier agit, non est in bonis viri, vnde consuli possit mulieri, nõ præiudicat ei consensus secundo post bienniũ præstitus, imo etiã si frequenter consenserit, ita tenent Doct. cõmuniter in d. c. peruenit. de empt. & venditione. signãter Doct. Cardin. fin. colum. verfic. & nota, quia quo ad casum. idem firmat ibi Abb. in prin. quos sequitur ibi Modernus doctor Anton. de Burg. in prin. ver. pro ratione igitur dubitãdi. & confirmat postea in finalibus verbis illius capit. Oportet igitur, quod tam tempore contractus, quàm eo tempore, quo agit mulier, sint bona mariti, vel eius fideiussoris, ex quibus dos mulieri soluatur, alioquin in defectum, ad res ipsas alienatas recursum habebit. Vnde si tempore, quo mulier renunciauit hypothecæ omnium bonorum venditorum, supererant iocalia, quæ sufficiebant ad dotem, postea illa perierunt, facta discussione in bonis mariti, vel eius fideiussoris, si fideiussorem præstitit, aget mulier hypothecaria, contra illorum bonorum possessorem, alioquin non esset mulieri super dote plenè consultum, vt patet ex iam dictis, & videtur de mente glossi. in præallegat. capitul. peruenit. post medium, cùm dicit, quòd tantum erat in bonis mariti, quòd potuit vxor sibi consulere, scilicet, tempore quo vxor agebat. Et sic intelligendo, intellectus illius textus. redditur planus & conformis iuri authenticorum, quorum 23 suprà, habita est opportuna mentio. Huic sententiæ assẽtio, tanquam dotibus, & ipsis mulieribus fauenti, quibus velut inermibus, & simplicibus, omnis fauor debetur, iuxta not. in l. assiduis. C. qui potior. in pigno. habean. & in l. maximum. C. de liber. præter. Hanc opinionem sequor, quamuis contrarium tenet Paulus de Castro in dicta l. iubemus. C. ad Velleia. tertia columna versicul. sed ponamus. & in allegat. l. Mæuia. §. fundus. colum. j. verfic. aduerte tamen. ff. soluto. matrimonio. & Andræ. Siculus. in dicto capitul. peruenit. colum. quinta. versic. & pondera subtiliter istam glossam. Quorum opinio, vt mihi videtur, laqueum mulieribus parat, & deceptionem tegit, atque latet hamus in esca, dum mulieres ipsæ putantes tutam habere dotem, forte in pecunia consistentem, consentiunt semel, & bis, viro alienanti res suas, aliis remanentibus, ex quibus tunc temporis mulieribus consuli potest circa dotis solutionem, postea (vt fieri assolet) earum mariti, aut eorum fideiussores ex infortuniis, ludo, vel aliàs, omnem substantiam consumunt, nec supereſt aliquid, ex quo mulieribus satisfiat eo tempore, quo agere possunt, per hunc modum in dotatæ remanent, quod est contra mentem iurium prædictorum. Fundamentum præcipuum huius contrariæ opini. est textus. in allegat. capit. peruenit. cùm dicit, Ac factæ venditionis tempore, vnde sibi præfata mulier consulere potuisset, in viri facultatibus consistere, quasi dicat, hoc sufficere, quamuis tempore quo agebat mulier, viri facultates deessent. Sed re vera, si recte ille text. consideretur, hoc non probat, imò contrarium. Illa quidem fuit partis † allegatio, quæ non facit ius, vt noranter vult Ioannes Andræas in capitulo dilectus. el iij. suprà, de præb. qui ad hoc quotidie allegatur, pro quo videas gloss. in verbo, facto. in fin. in capitul. auditis. suprà. de electio. & in capitu. ij. in verbo, post multum suprà, de his, quæ fi. à prælat. &c. dudum. de decr. gloss. ij. & in capitulo licet. de coniug. seruo. & in capit. per venerabilem. suprà, qui filij sint legitim. & ibi Abbas. ad idem gloss. in cap. ij. in verfic. non teneris. de dolo & contumacia, libr. vj. & in capitul. abbate sane. in ver. si iudicia. de re iudica. eo. lib. & gloss. in capitulo si tibi absenti. de præben. eod. libr. & in capitulo. fina. de rerũ permu. eo. lib. in versi. collatio. & in cle. ij. de iud. in verbo, vsum. faciunt ea quæ cumulat Felyn. in c. j. de cõst. col. viij. verbo, an autẽ verba iuris cõsulti. Et si dixeris, quòd licet sit allegatio partis, facit ius, ex quo Papa se fundat super illa. argumen. clement. primæ, de probationibus. & tenet Ioannes de Imola, in capitulo, cùm apostolicam. quinta columna. verficul. in gloss. datur intelligi, de his quæ sunt à prælat. vbi dicit, quòd à verbis narratiuis non colligitur argumentum à contrario sensu. capitulo si Papa. de priuileg. libro sexto. nisi intentio legis fundetur in verbis narratiuis. argumen. dict. clement. j. quod dictum recitat Felyn. in dicto cap. primo. octaua columna. de constitutionibus. Cùm autem in casu dict. capitu. peruenit. Papa videatur se fundare super allegatione partis, nam respondet, dicens, prædictam emptricem, si vera sunt, quæ præmisimus. præscriptis occasionibus super ipsa domo, non debere vlterius fatigari. & sic aperte videtur se fundare super allegationibus emptricis mulieris, vel saltem allegationes suas non impugnat. Vbi autem † allegatio partis

Cautela in renunciationibus vxorum.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non impugnatur per Papam, vel iurisconsultum, poteſt allegari tãquam lex, ex quo in lege refertur, vt notanter dicit Ioan. de Imo. in c. ij. co. iij. ver. aduerte tamen. suprà, de consti. quem refert & sequitur Fely. ibi vj. colum. ver. secundò limita. & in c. j. eod. titu. viij. colum. verſic. an autem verba. Adiſta quidem facilis ſtat reſponſio: procedunt enim, quando vnica fuit partis allegatio, ſuper quam Papa ſe fundat, vel iuriſconſultus. vel ſaltem eam non reprobat: tunc enim allegatio illa poteſt allegari tãquam ius. Secus tamen, quando plura fuerunt allegata, ad quæ omnia Papa vel iuriſconſultus ſe remittit in deciſione: vt cõtingit in caſu noſtro: quia poſtquam allegationes mulieris recitauit, dixit. Si vera ſunt, quæ præmiſimus, id eſt, ſi vera ſunt omnia, quæ mulier allegauit: quia indefinita æquipollet vniuerſali. vt per gl. in c. vt circa. de elec. lib. vj. q. d. nulla illarum allegationum de per ſe erat ſufficiens ad fundandum ius partis, etiam ſi probaretur. Si tamẽ omnia quę allegantur vera ſunt, mulier fouet iuſtam cauſam. & ita cõmuniter intelligunt doct. illum tex. & bene, quia duplex funiculus difficilius rumpitur. c. j. de treuga & pace. Concurrentibus igitur illis tribus, quæ fuerunt per partem ream allegata, ſcilicet, q͡ per xxx. annos domum, ſuper qua erat contentio, bona fide tituloq; iuſto poſſederit: itẽ, quòd in communes vſus viri & vxoris illius pretium eſt conuerſum: præterea factæ venditionis tempore, vnde ſibi præfata mulier conſulere potuiſſet, in viri facultatibus conſiſtebat: valida reputatur illa alienatio, vt ſuper illa amplius emptrix non debeat moleſtari. Iſte videtur mihi proprius intellectus ad illum text. vt ſingula quæ non prodeſſent, ſimul collecta iuuẽt. & per iſta detur notabilis limitatio ad prædicta, vt procedant, niſi ſimul iſta concurrant. Nam tunc ſatis eſt, quòd à principio, quando cõtractus fuit celebratus, maritus vel eius fideiuſſor eſſet aliàs ſoluendo: licet eo tempore, quo agit mulier, non ſit in facultatibus eorum, vnde mulieri conſulatur. Quod eſt bene notandum. vnde non placet ſuppletio gloſſ. quæ dicit, quòd tantum erat in facultatibus mariti, quòd potuerit ſibi conſuli: niſi diceris, quòd gloſſ. ſe retulit ad tempus, quo vxor agebat: ſed magis ad tempus celebrati contractus. Secundò poteris limitare prædicta vt procedant, niſi forſan in alienatione vel renunciatione hypothecæ interueniſſet iuramentum, nam tunc valet alienatio, vel renunciatio, etiam ſi principio non eſſent mariti bona ſufficientia ad dotis ſolutionem: & multo fortius, ſi erant, & poſtea perierunt. Tanta quippe eſt iuramenti vis, ex quo poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, quòd valet etiam dotis alienatio, vt cap. cùm contingat. de iureiurando. & c. licet mulieres. eod. titulo libr. vj. & ſic quando mulier totaliter dote priuatur. Multo ergo fortius valere debet alienatio, vel renunciatio, quam vxor facit cum iuramento, ſuper rebus propter nuptias donatis, vel ſuper aliis rebus mariti pro dote hypothecatis. quamuis tempore contractus, vel quando agit, non ſint bona mariti, vel fideiuſſoris, ex quibus vxori conſulatur. Ita notanter voluerunt doct. in prælegatis locis. ſignanter Ioan. de Imol. in dicto capitul. cum contingat. de iureiurand. in principio. verſicul. & prædicta intellige, & Alexand. de Imol. in dicta l. Mæuia. §. fundus. ff. ſolut. matrimo. eſt de mente doctorum, in authentic. ſi qua mulier. C. ad Velleia. reprobata gloſſ. ibi, quæ contrarium voluit. Idem volunt alij, de quibus paulo antè feci mentionem, verſicul. idem ego dicerem. quamuis non ita expreſſe loquantur, ſicut Ioan. de Imol. & Alexand. hoc tamen credo veriſimum. Tertiò poteris limitare prædicta, quòd procedant, niſi maritus propter neceſſitatis famem ſubleuandam ſuæ vxoris, & filiorum res, vxori propter nuptias donatas, vel tacitè pro dote hypothecatas, alienaſſet. Nam tunc valet alienatio, etiam ſi alia bona non ſuperſint, ex quibus ſuper dote vxori conſuli poſſit, vt ſuprà dictum eſt.

SVMMAE RERVM.

1 *Pactum factum inter coniuges de dote lucranda, extenditur in fauorem mulieris ad donationem propter nuptias.*

§. XVIII. 2. *Effectus. Pactum de lucrãda dote extenditur ad donationẽ propter nuptias.*

HABET & alium ſecundum effectum, quia ‡ pactum, quod fit inter coniuges de lucrando dote, extenditur in fauorem mulieris ad donationem propter nuptias. Vnde ſi ex pacto vir lucratur dotem præmortua vxore, eodem modo vxor lucrabitur donationem propter nuptias præmortuo viro. ita dicit text. in cap. fin. infrà, eod. & in authen. æqualitas. C. de pact. conuent. ſuper do. Intellige, quando donatio propter nupt. à principio fuit conſtituta: aliàs ſecus. Vnde ſi matrimonio diſſoluto petat mulier, vt donatio ſibi conſtituatur, ad hoc, vt ipſa tantum lucretur de donatione, quantum vir debebat lucrari de dote, ſi mulier in matrimonio deceſſiſſet, ex pacto de dote lucranda, non eſſet audienda. & imputet ſibi mulier, quia hoc conſtante matrimonio fieri non petiit, ita dicit gloſſ. not. in auth. dos data. in verbo, exactio. C. de dona. ante nupt. quam gloſſ. ad hoc multum commendat Ange. in auth. de æqua. do. §. aliud quoque. penu. colũ. coll. viij. idem tenet Hoſti. in ſum. titu. de don. propter nupt. §. qua actione repetatur. & Ioan. And. in addi. ad Specul. iſto titulo. §. in hoc titu. ij. colum. in additione, quæ incipit, vide quod ibi not.

§. XIX. 3. *Effectus. Viro vergẽte ad inopiã, poteſt mulier petere donationem propter nupt.*

HABET alium & tertium effectum, quia ſicut vergente ad inopiam marito, poteſt vxor à creditoribus mariti dotem vendicare, ſic etiam donationem propter nupt. quia debet deſeruire oneribus matrimonij. ita dicit text. ille ſingul. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & traditur in c. ex literis. ſup. de pign. & in cap. per veſtras. infrà, eodem. & ibi deo dante dicemus.

SVMMAE RERVM.

1 *Adultera perdit arrhas, item ius, quod habet in bonis quæſitis conſtante matrimonio: etiam ſi ſolum ſit ſponſa de præſenti.*
2 *Paria delicta, mutua compenſatione tolluntur.*
3 *Adulterij vtriuſque compenſatio quando fiat.*
4 *Verberans acriter vxorem, qua ob hoc fugit ab eo, ſi committit adulterium, maritus non poterit eam accuſare.*
5 *Vaſallus, qui à domino crudeliter & tyrannicè tractatur, poteſt impunè dimittere eum. & idem in colonis.*
6 *Thorus coniugalis per maritum non violatur ſed per vxorem ſic.*

§. XX. 4. *Effectus.*

HABET alium & quartum effectum: quia ſicut vir lucratur dotem propter adulterium vxoris, vt

Propter adulteriũ viri, vxor lucratur donationem propter nuptias ſicut, &c.

ris: vt l. cùm mulier. ff. ſolut. matrimo. & in auth. vt li. mat. & auiæ. §. ſi de adulterio. col. viij, & c. plerunque. infrà. Quod intellige nõ ſolùm de dote tradita, ſed etiam de promiſſa: vt eſt tex. no. & ibi Bald. in l. ſi mulier. ff. de condi. inſti. per quam l. ita tenet Bezellinus in d. c. plerunq; infrà. eo. in prin. in poſt. & latius in c. fi. in fi. eo. tit. Gloſſ. Bar. Paul. & alij in l. iubemus. C. de ſacro. ſanct. eccle. De iure tamen regni ipſa cum adultero debent poni in manibus mariti, vt ex eorum perſonis & rebus faciat quod ſibi placuerit: vt Foro legum, lib. iij. tit. vij. l. j. Inſuper vxor ‡ adultera perdit arrhas, quas ſibi dedit maritus, ſi marito placuerit: vt Foro libr. iij. tit. ij. l. fin. perdit etiã ius, quod habet in bonis acquiſitis, conſtãte matrimonio: vt diſpoſuit rex Henricus in Mea. Idem eſt de ſponſa de præſenti, per l. nihil intereſt. ff. rerum amotarum. ſecundùm Bald. in c. accedens. de procur. de quo meminit Bezellinus in d. c. plerunque. qui allegat Paul. in l. an in patrem. ff. quod cum fal. tut. & in l. de diuiſione. ff. ſol. mat. Anto. & Abb. in c. diſcretionem. ſu. de eo qui cog. conſan. vxor. ſuæ. hoc de ſponſa de præſenti eſt hodie approbatum per legem regni, quã fecit rex Alfonſus in Alcala, de qua materia latiſſime per Modernos in tract. maleficiorum. in parte, che me ay adulterato la mia dona. Sic etiam vxor lucratur donationem propter nuptias propter adulterium viri: vt eſt tex. no. in d. §. ſi de adulterio. & in c. j. ſup. vt li. non conteſtata. & ibi gl. j. Abb. & alij. in prin. & videas text. cũ glo. in c. Chriſtiana religio. xxxij. quæ. v. & ibi doctores. Intellige tamen, ſi non habeat filios, vt in dictis iuribus, quia aliàs ad filios pertinere debet dos, vel donatio propter nupt. vt ibi dicitur. Intellige, non ſolùm quando ſunt filij eiuſdem matrimonij, ſed etiam ſi eſſent filij primi matrimonij. nam tunc eodem modo ipſis debet applicari dos matris adulterium committentis. vt voluit no. Bald. in l. hac edictali. in ij. colum. in verſi. ſed pone, Berta nupſit Titio. de quo dicto exclamat Florianus in ſua prima diſputatione, quæ incipit, mulier primò vidua à confortem. v. colum. verſicu. ij. prætermitto. & Franciſcus de Crema in ſuis ſingu. lxxxv. incipit, ſtatuto cauetur. reputans hoc dictum aureum, quòd ſecundùm eum poteſt optima ratione comprobari, quia quod quis non facere paſciſcendo, vel aliter alienando, non poteſt committere delictum, vt alienetur. l. imperator. ff. de fideicommiſ. libera. & per hoc dicit, quòd pluries defenſauit filios primi matrimonij. Item intellige, niſi vterque, ſcilicet maritus & vxor cõmiſerit adulterium. nam tunc ‡ paria delicta mutua compenſatione tolluntur, vt in c. pe. & vlt. infrà. de adulte. & ibi no. per omnes doctores. & l. viro, atq; vxore. ff. ſolu. matri. & l. ſi ambo. ff. de compenſ. ‡ quod procedit, quando vxor accuſata de adulterio, ante litem conteſtatam oppoſuit marito ſimile adulterium: quia tunc non poteſt illam accuſare: vt lege, ſi vxor. §. iudex. ff. de adult. & l. ita nobis pudor. C. eo. & vj. par. xvij. l. ix. & Foro leg. libr. iiij. titul. vij l. iij. & eſt ratio, quia iſta exceptio eſt dilatoria, nõ peremptoria, & ideo debet opponi ante litis conteſtat. vt l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte. & c. paſtoralis. ſup. de except. Intelligo tamen hoc, quando agitur ciuiliter propter lucrum dotis, vel donationis propter nuptias. Nam cùm tunc poſſit vxor virum accuſare, vt vir perdat donationem propter nuptias, vt l. conſenſu. §. prius. C. de repu. & in auth. de nup. §. ſi igitur ſecundùm. colum. iiij, quæ iura ſic debent intelligi, ſecundùm Salyc. in l. j. C. de adulte. Multò ergo fortius admittetur vxor de adulterio ciuiliter accuſata, vt perdat dotẽ, opponere contra maritum exceptionem adulterij ipſius mariti, vt ipſe perdat donationem propter nuptias, vel ſaltem fiat compenſatio delictorum. & ita in contingentia facti conſuluit Paul. de Caſt. conſil. cxxviij. incipit, hæc mulier. dicens, quòd ſi vir tenebat concubinas, & mulier, commiſit adulterium, non debet mulier perdere dotem ſuam, quia iſta crimina paria tollun tur compenſatione mutua. de qua deciſione exclamat Ange. in tractatu maleficiorum. in parte, che me ay adulterato. xj. colum. verſicu. adde tamen Paulus. *a* Idem eſt, quando maritus acriter verberaſſet vxorem, & ob hoc vxor fugit ab eo, & ‡ commiſit adulterium, non poterit maritus eam accuſare, vt dotem perdat propter adulterium. ita conſuluit Anch. conſilio cccclx. incipiente in Chriſti &c. probata tanti viri ſæuitia. de quo facit magnum feſtum Angel. in dict. loco, in ix. column. ad quod bene facit text. in authentic. vt li. ma. & auiæ. §. quia verò plurimas. verſic. ſi ergo. coll. viij. ad idem eſt bonus text. in cap. literas. de reſtitutio. ſpoli. vbi licitum eſt vxori recedere à viro male eam tractante, & ſeueriter, nec tenetur ad eum redire, niſi præſtita cautione ſufficienti de eius indemnitate. Ad idem text. in authentic. vt cum de appel. cogn. §. quia vero colla. viij. & facit in arg. l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio. & tenet Lucas de Penna in l. ſi coloni. C. de argri. & cenſi. lib. xj. in xij. quæ. in ‡ vaſallo, qui à domino crudeliter & tyrannice tractatur, quia poteſt impune dimittere talem dominum. Idem eſt de colonis, qui tenentur colere fundum, quia non tenentur ibi ſtare, ſi dominus eos verberet, vt eſt text. & ibi notat Bar. in l. cum ſatis. C. de agri. & cenſi. lib. xj. Ad idem eſt text. in l. j. C. in quibus colo. & cenſi. eod. lib. Quod eſt bene notandum contra dominos temporales, & barones, tenere volentes vaſallos ſub iugo perpetuo ſeruitutis, ipſos nequiter & crudeliter tractando, qui ſi recedant ad alias liberas ciuitates, illos vendicant, vt ad propria redeant. quia ſi propter iniuſtitiam & ſeueritatem dominorum receſſerunt, redire non compelluntur. quod tene menti, ita dicit Paris de Puteo, in tract. ſyndicatu. fol. iiij. ij. columna. Idem diſponit lex regni, quam ſtatuit Valliſoleti rex Alfonſus. & iſtud teneas, quicquid dixerit Lodouic. conſilio lix. in principio. de quo late per Franciſcum de Malparatidia, in ſua eleganti repetitione, capit. ſuſcitata. de in integ. reſtit. Vxor ergo, quæ à viro verberatur, poteſt ab eo diuertere, quia ipſe præſtat cauſam adulterio ab vxore poſtea commiſſo, non poterit eam accuſare, vt perdat dotem, prout dicebat Ancha, in dicto conſilio. Quando igitur ciuiliter agitur ſuper adulterio, ad paria iudicantur maritus & vxor, ſed non reſpectu accuſationis criminalis, quia vir accuſat vxorem, ſed non econtra. vt dicta l. prima C. de adulterio. Et eſt ratio ſecundùm doctores ibi, quia per vxorem fit iniuria viro, non econtra, quoniam per maritum non poteſt violari ‡ thorus, ſed per vxorem ſic. Et ita forte debet intelligi lex regni, quam in Alcala rex Alfonſus promulgauit, era Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto. Et ſuper hoc amplius non inſiſto, quia lis eſt ſub iudice, in qua forte ego cum aliis futurus ſum iudex. Et per iſta ſum

1 *Limitat. Quando ſunt filij.*

2 *Limitat. Quando vterque commiſit adulterium.*

Lex regni.

3 *Limitat. Quãdo maritus acriter verberaſſet vxorem.*

a Adde Deci. in l. ſemper in contractibus. ff. de reg. iur. vbi vide ad ditio & vide Hyppol. ſingul. 234. incipiẽ. paria delicta.

Lex regni.

Lex regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

istasum expeditus de effectu, seu commodo, quod afferunt mulieribus donationes propter nuptias. Sint ergo cautæ, vt faciãt sibi fieri has donationes.

SVMMAE RERVM.

1 *Doctori dicenti consuetudinem esse, creditur.*
2 *Per domesticos probantur, quæ domi fiunt, & non per extraneos: & quæ fiunt in collegio, probantur per illos de collegio.*
3 *Testificari an quando possit forensis de consuetudine ciuitatis.*
4 *Alere filios, & dotare filias, & pro filijs donationem propter nuptias, tenetur pater, etiam Iudæus, vel Sarracenus.*
5 *Dotare filiam non tenetur mater, nisi filia esset catholica, & mater hæretica.*
6 *Bona patris sunt obligata pro dote, quando filius fami. recepit dotem de voluntate & parabola patris.*
7 *Pater tenetur se obligare pro dote tradita filio, nec valeret protestatio ipsius patris, quæ contrarium contineret.*
8 *Pater si sit mente captus, an obligetur pro dote filij conseruanda.*
9 *Pater regulariter tenetur pro filio assumente officium publicum.*
10 *Minor 25. annis non potest esse decurio, nec admittitur ad honores publicos.*
11 *Pater licet consentiat matrimonio filij emancipiati, & de eius consensu recipiat dotem, an sit per hoc obligatus dotem conseruare siue restituere. & nu. 17.*
12 *Maiorem se esse in contractu iurans, debet in iudicio, quod inde sequitur, maior reputari, & debet perse tanquam maior litigare & non cum curatore.*
13 *Contrahens cũ minore, qualiter consulere sibi debeat.*
14 *Assertioni fraudulentæ datur remedium.*
15 *Debitor, qui tempore debiti asserens se idoneum, cùm non esset soluendo, si induxit creditorem ad contrahendum secum potest à creditore capi, dato quòd conditionem suam non deteriorauit.*
16 *Actio quòd iussu non datur, nisi filio in potestate constituto.*
17 *Pater vbi non cogitur consentire, nec se obligare.*

§. XXI. *Donationes propter nuptias nõ sunt in vsu.*

HODIE tamen de consuetudine non fiunt istæ donationes propter nuptias: vt dicit glossa in authen. æqualitas. C. de pact. conuen. super dote. Sed illud procedit, vbi consuetudo est inuiolabiliter obseruata per tantum tempus, cuius contrarij memoria non existit, ita quòd esset legitime præscripta. In aliis autem locis obseruabitur ius commune, ita dicit Bald. in authẽ. dos data. C. de donat. ante nup. & Abb. in c. final. infrà, eod. fin. colum. & satis mihi placet. Quia licet gloss. prædicta dixerit, quòd de consuetudine non fiunt istæ donationes: & *Doctori illustri dicenti fori consuetudinem, debet credi, & eius dicto stari.* vt tradit Bart. in l. de quibus. xv. col. ff. de leg. in repeti. quamuis ad hoc corrupte allegetur gloss. in l. dos à patre. C. sol. matri. debet tamen intelligi de consuetudine illius fori, seu curiæ, vbi doctor ve: fatur: quia sibi creditur, tanquam perito: non tamen creditur ei de vna consuetudine extranei fori, quia non præsumitur sciuisse consuetudines aliarum curiarum, quia præsumitur eas ignorare, quia sunt facti, & in facto consistunt: & princeps etiã, qui est dominus sui principatus, illas præsumitur ignorare: vt in c. j. de consti. libr. vj. quælibet enim ciuitas abundat suo sensu. lxxxvj. distin. vtinã. & quilibet populus habet suã obseruantiam, & suos mores: vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Et propterea consuetudo non extenditur ad alias personas, quàm in quibus est quid actũ: vt ca. omnia. xij. di. c. catholicam. xj. distin. in fi. Vnde non præiudicat iuribus singularium personarum, nisi his, qui tacite vel expresse consenserunt. Inno. in c. j. de consue. & sequitur Ang. consi. xciij. & in l. venditor, §. si constat. ff. communia prædi. de quo etiam Inn. in c. dilecto. de offi. arch. in gl. magna. & in c. dilectus. de capel. mona. per Cy. in l. j. in fi. C. de eman. lib. per Bar. in l. j. §. ex hoc iure. ff. de itine. actuque priu. & in l. j. C. quæ sit lon. cõsue. & in d. l. de quibus gl. in c. cũ cõtingat. de deci. Et ob hoc dicebat idem Bar. in d. l. de quibus. in repeti. xv j. co. ver. ij. probatur. quòd si dubitatur de consuetudine, iudex vocabit ad se aduocatos, & procuratores palatij, & explorabit de consuetudine: nõ autem extraneos alia rum prouinciarum: quia quæ domi fiunt, probantur per domesticos illius domus, & non per extraneos. l. consensu. C. de repu. & quæ fiunt in collegio: vt c. veniens. de testi. Imò plus dicebat Bart. in d. l. de quibus. in repeti. xviij. col. quòd ad hoc, vt forensis possit deponere, & testificari de aliqua consuetudine ciuitatis: requiritur, q̃ ipse forensis tantam moram contraxerit in illa ciuitate, q̃ verisimiliter deberet scire. ar. le. ij. C. vbi de cri. agi oportet. Vnde ad propositum Accursius glossator, qui dicit has donationes propter nuptias non fieri de consuetudine: debet intelligi in partibus, vbi Accur. degebat, non autem generaliter in omnibus prouinciis. Vnde rectè dixerunt Bar. & Abb. Vnum tamen non omitto, quòd in locis, in quibus tales donationes fieri non cõsueuerunt: quãquàm quis eas facere non teneatur, vt suprà, dictum est: tenebitur tamen obligare se, & bona sua (si habet) pro dote conseruanda & restituenda. Si autem vir nõ habeat bona eius, pater tenetur obligare se, & bona sua, pro conseruanda & restituenda dote nurus in casu restitutionis dotis: ita tenet Dyn. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrim. quem sequuntur ibi Barto. Ioan. de Imo. Pau. & alij, & idem Paulus consil. clxxvj. incipit, proponitur in facto, & Ange. de Are. in §. fuerat Insti. de actio. ver. quæro an pater. charta. xxij. mouentur ipsi, quia sicut maritus tenetur ad huiusmodi donationes propter nuptias, ita & pater mariti: vt l. fin. C. de dot. promis. Nam sicut naturali ratione pater tenetur dotare filiam: vt l. liberos. ff. de ritu nuptiar. pari ratione tenetur pro filio facere donationem propter nup. in locis in quibus tales donationes fieri cõsueuerunt. In aliis autem locis, in quibus non consueuerunt fieri, tenebitur bona sua obligare pro dote nurus conseruanda & restituenda. Nec est de hoc mirandum: nam sicut pater tenetur obligare bona sua fauore tutelæ per filium administrandæ, vt l. fin. ff. de suspectis tutor. multo fortius tenebitur fauore matrimonij contrahendi. Et procedit hoc non solùm in patre fideli: sed etiam in patre Iudæo, vel Sarraceno. nam isti tenentur alere filios, & filias dotare, & pro filiis donationẽ propter nuptias facere: vt est textus notabilis in l. cognouimus. C. de hære. quem ad hoc multum commendat Ange. de Aret. in d. §. fuerat ante. Inst. de actio. reputãs hoc multũ notandum: qui dicit se habuisse de facto, & sequitur ibi Ias. o. xxxvj. co. ver. aduerte tamen. qui addit pro hoc glo. singu. amplius volentem in l. mater. C. de iure dot. Nam licet regulariter ‡ mater non teneatur dotare

Vbi istæ donationes nõ fiunt, qualiter pro dote mulieri consulitur.

1. Ampliatio, in patre infideli.

a Adde Ias in §. fuerat. co. xxij Institut. de act. Io. Ber. Mater infidelis tenetur dotare filiam fidelem. Lex regni.

tare filiam, quia non est officium maternum filias dotare: vt ibi est text. & in l. fi. eod. tit. tamen si mater esset hæretica, & filia catholica: vt dicit illa glo. quòd mater tenetur eam dotare: a quamuis aliàs non sit eius officium. & idem dicit ibi Bald. esse in matre Iudæa, q̃ si filia efficitur Christiana, mater tenetur eã dotare. Idem dicit lex regni iij. parti. titu. ij. l. ix. in prin. de quo latius per Cyn. in d. l. mater. & in auth. gazaros. C. de hæreti. & Specu. ti. qui filij sint legiti. §. j. versi. quid si pater. &c. His ergo casibus, quibus pater & mater Iudæi, vel infideles tenẽtur dotare filios Christianos, tenentur etiam cõstituere donationem propter nup. filiis volentibus matrimonium contrahere: vt ex prædictis apparet. & tenet Bald. in auth. res quæ. in fin. C. communia de lega. dicens, quòd si legitima non sufficit filiis Iudæorum ad dotem, vel donatione propter nupt. possunt filij diminuere fideicommissum pro modo personarum honestati condignum. Et ad inducendam istam obligationem, non est necessarium, quòd interueniat obligatio expressa. sed satis est, quòd pater simpliciter consentiat in contractu matrimonij filij, quoniam ex isto consensu pater remanet obligatus in solidum pro dote conseruanda, & restituenda: vt probatur in d. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. vbi hoc tenent Bar. Bal. Ang. Ioan. de Imol. Rapha. Pau. de Cast. & Alex. & communiter omnes. tenent etiam Bart. & Bald. in l. j. C. de decuri. lib. x. de quo per Cynd. & Bald. in l. j. C. quod eum eo. Idẽ tenet Ang. de Are. in d. §. fuerat ante. charta xxij. in fi. versi. quæro an eo ipso. & facit glo. in l. assiduis. C. qui poti. in pigha. in glo. magna. in ver. item quæro an priuilegia. tenet etiam Speculator tit. de dote post diuortium resti. §. formatis. iij. colum. ver. quid si filius. vbi dicit, quòd ‡ si filius fami. recepit dotem de voluntate & parabola patris, bona patris sunt obligata pro dote: vt §. transgrediamur. & l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. & facit text. in l. si filius. ff. de tute. & in l. fi. ff. de supe. tut. & in l. si inter. §. imperator. ff. de excusat. tutor. Ampliabis hoc etiam si pater simpliciter consentiens matrimonio filij, consentiret cum protestatione, quòd nolebat bona sua esse obligata pro dote tradita filio nam non obstante tali protestatione, erunt obligata, & poterit mulier agere hypothecaria ad bona ipsius soceri. quemadmodum bona ipsius filij erunt tacitè obligata pro ipsa dote, non obstante quacunque protestatione ab eo facta, quòd non vult bona sua esse obligata. Istud est nouum, & singulare dictum Iaso. in d. §. fuerat ante. xxxv. co. quia ab his, ad quę quis tenetur de necessitate, protestatio nihil releuat protestantẽ, nisi etiam interueniat consensus illius, contra quem fit protestatio. & hoc quando obligatio esset iam contracta, & sic esset de præterito: secus si de futuro, in l. alimenta. & ibi glo. not. Bar. & alij Moderni. C. de nego. gest. & est theorica Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. no. in vij. colu. ver. sed quæro, an etiam patris consensus requiratur. idem Bar. in l. fi. §. item si prædixerit. ff. nau. cau. sta. Bal. Ang. & alij Moderni. in l. pacta nouissima. C. de pact. docto. nostri in c. cum M. suprà. de consti. Et ita cùm pater ‡ teneatur se obligare pro dote tradita filio, vt sup. dictum est: ergo protestatio ipsius patris, quæ contrarium contineret, nihil debet operari, & nihil prodest patri, maximè cùm hoc sit à iure determinatum, quòd pater teneatur se obligare pro filio, pro conseruanda & restituenda dote nurus filio tradita: vt sup. dixi. Protestatio ergo in contrarium nihil debet operari, nec releuare protestantem: vt dicit Bar. post glo. in d. l. alimenta. & in d. l. non solùm. §. morte. xj. co. ver. circa quintum. & in l. Nesennius Apollinaris Iulio Paulo. in j. no. & ibi Ange. ff. de nego. gest. & hoc dictum Iasonis alibi non legi. tene illud menti pro ampliatione prædictorum. Si tamen pater non haberet velle, nec nolle, ad consentiendũ matrimonio filij: puta quia erat furiosus, vel mente captus: tunc perinde est, ac si se obligasset. ita tenet expresse Paul. de Cast. in d. §. trãsgrediamur. in fin. motus arg. tex. in l. fi finita. §. eleganter. ff. de dam. infe. & in l. ij. C. de euict. & refert se ita dixisse in contingentia facti. quod dictum videtur satis rationabile. pro quo bene facit text. & quod ibi not. Bart. in l. ij. §. fi. ff. solut. matr. Sed non placet Alexan dro in d. §. transgrediamur. in iiij. col. versi. iuxta prædicta. Imo dicit, quòd plurimum errauit Paul. quia licet pater ‡ sit mente captus, non tamen obligatur, nisi filius, vel filia, vel alius eius nomine petat dari curatorem socero, seu patre mente capto, qui se obliget pro dote: per l. j. & l. admone eam. C. qui pe. tuto. quæ ratio cessat in d. §. eleganter. nec aliquid facit d. l. ij. secundùm verum intellectum. Itaque semper requiritur consensus patris in matrimonio filij, vel alterius eius nomine, quando est furiosus, vel mẽte captus. Prædicta sunt plana, quando matrimonium per filium contractum fuit validum. secus si esset nullum propter cõsanguinitatem, vel affinitatem, vel aliud iustum impedimentum. nam tunc etiam si pater consentiat, vel alius pro eo, non erit pater obligatus pro dote data filio vel promissa conseruanda aut restituenda: ita tenet Lodouic. Roma. in d. §. transgrediamur. & refert & sequitur Alex. in ij. colum. mouentur ipsi argu. text. in simili. in l. j. C. de mune. & hono. lib. x. vbi dicitur, quòd ‡ licet pater regulariter teneatur & astringatur tanquam fideiussor pro filio assumente officium publicum: nisi ipse pater contradicat: vt l. ij. in princi. ff. ad munici. tradit latissimẽ Io. de Pla. in l. j. C. de decu. lib. x. Illud tamen procedit in filio maiori vigintiquinq; annis. secus tamen est in minori: vt d. l. j. C. de mune. & hono. quia ‡ cùm ante xxv. annum quis non possit esse decurio, nec admittatur ad honores publicos: vt l. ad remp. ff. de mune. & hono. & ideo licet pater mãdauerit, & cõsenserit tacitè vel expresse filium infantem creari decurionem: tamẽ hoc mandatum & consensus habet in se tacitam conditionem, si de iure fieri potest, vt tunc pater obligetur: vt vult glo. in l. j. C. de filiosa. & quemadmodum pater. lib. x. Vnde sic videtur dicendum in casu nostro, vt pater sit obligatus, quando matrimonium valuit, non aliàs. Et potest esse ratio, quia in generali mandato vel consensu patris veniunt, vt mandata intelligantur solùm ea, quæ de iure fieri possunt: & ad alia, quæ de iure fieri non possunt, non obligatur mandans: vt probatur in dicta l. j. C. de mune. & hono. & in l. Lucius. §. pro infante. ff. ad mu. & facit text. in l. nepos Proculo. ff. de verbo. signific. & in l. si procurator. ver. quòd si indebitum. ff. de condit. inde. Secundò intellige, & limita prædicta in filiofam. secus est in filio emancipato. Nam licet pater consentiat eius ‡ matrimonio, vel dotem iussu vel consensu patris filius recepisset: non per hoc pater esset obligatus dotem conseruare, &

Ampliatio Etiam si pater non habeat velle, nec nolle.

1. Fallcia. Quãdo matrimonium fuit nullũ.

2. Fallcia. Quando filius erat emancipatus.

Assertio fraudulenta dat remedium.

2. Amplia. Etiã si non interueniat obligatio expressa.

3. Amplia. Etiã si consentiendo matrimonio protestetur se nolle suã bona obligare.

Vbi quis tenetur ad aliquid pro testatio contraria non releuat.

restituere. ita tenet Spec. ti. de dote post diuortiū restituenda. §. formatis. iij. colum. versic. sed pone, si filius emancipatus allegat ad hoc text. in l. j. C. de filiofam. & quemadmodum pater. libro x. vbi dicitur, quòd pater consentiens, quòd filius emancipatus promoueatur ad decurionatum: non obligatur pro eo. Secus si filius est in potestate. Vnde sic dicit ipse, erit in nostro casu. quod tamen intelligit Spec. nisi ipse affirmasset filium esse in sua potestate: nam tunc bene teneretur pro filio: vt ff. de dolo. l. eleganter. §. fina. & ff. quòd cum fal. tu. l. nouissime. Bene facit ad hoc, quod in simili dixit Spec. tit. de resti. in integ. §. quis autem & quando. col. vj. ver. sed qualiter agit. & ibi etiam Bald. in addi. vbi volunt, ℔ † qui iurauit se maiorem in contractu, debet reputari maior in iudicio, quod inde sequitur: vnde debet per se tanquam maior litigare, non cum curatore, vt id quod in principali, & in accessorio obseruetur. quod dictum est multum notandum. Ad idem facit, quod voluit idem Specu. de em. & vend. §. nunc dicendum restat. j. col. in fi. versi. hoc etiam scias. vbi dixit, ℔ si † adultus contrahit *a* mecum sine curatore, & iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, & ignorabam ipsum curatorem habere: ipse verò sciebat, sed me nō certificauit, vel fuit interrogatus, † vtrum haberet curatorem. & cùm haberet, dixit se nō habere: nō subuenietur ei propter dolum commissum ar. ff. de mino. l. si ex causa. §. in cōmissum. & C. si mi. se ma. d. l. j. & per totum. & ideo cautum est dicere in contractu, talis minor xxv. annis asserens se nullum curatorem habere, promisit tali &c. & iurauit non contrauenire ratione minoris *b* ætatis &c. quod dictum etiam est satis singulare. Adde bonum text. in l. si. C. vt in posi. lega. in fi. Ad idem facit tex. no. in l. pe. ff. de iure dot. vbi dicitur, ℔ si socer induxit generū ad contrahendum matrimoniū cum filia, promittens sibi dotem, quam ipse sciebat se non posse soluere: & dicebat se habere bona, ex quibus soluere potuisset: tunc contenir etur v ltrà quàm facere posset: *c* vt ibi est tex. valde fin. & in hoc est differentia inter patrem vxoris, & patrē mariti. vt per Alex. in l. sed hoc ita. ff. de re iudic. Idem dicendum est in patre mariti, recipiente dotem, sciens se non esse soluendo. Nam eodem modo pro dote restituenda in casu restitutionis dotis conuenitur, v ltrà quàm facere posset: vt not. voluit Barto. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. solut. matr. de quo latius per Campetium in suo tract. de dote. iij. parte. q. ccl. Et propterea dicebat Paul. de Cast. in l. etiam-§. j. solu. mat. ℔ si † debitor tempore debiti contracti non esset soluendo, & tamen dolo asserens se esse idoneum, induxit creditorem suum ad contrahendum secum: isto casu poterit capi à creditore: dato, ℔ conditionem suam non detexerit. per d. l. pe. de quo dicto meminit Ias. Infacti dixi, cum mercator esset Titio debitor in trecentis ducatis: fugit cum omnibus bonis, quæ habebat a l Beneuentum, vbi creditor nō poterat iustitiæ complementum consequi. Asserebat mercator, se nihil habere, vnde creditori soluere posset, vnde creditor illud credens, conuenit cum eo, vt solùm ducentos solueret ducatos, centum aliis sibi remissis. Demum detecta est fraus, quia reuera omnia trecenta soluere poterat, dixi, quòd tenebitur illa integrā soluere, præsertim cùm hodie pragmatica huius regni annullet omnia pacta & conuentiones, quæ fiunt cum istis debitoribus falsis, etiā si fraus aliter non probetur. & ita practicamus in regio senatu. Sic ergo videtur dicendum in casu nostro, in patre, qui dixit se habere filium in potestate, cùm non haberet. Prædicta tamen distinctio Specu. non placet Paulo de Castro, in dicto §. transgredia mur. Imò dicit ipse, quòd hoc casu pater tenetur etiam pro filio emancipato, non actione, quod iussu, † quia ista non datur, nisi quando est in potestate filius, sed actione mandati. per text. cum glo. in l. ij. in fin. ff. quod iussu. & hoc placet Alexā. in dicto §. transgrediamur. in ij. colum. Quia cùm pater eodem modo teneatur obligare se pro dote data filio emancipato, sicut pro filio fam. vt probatur ex doctrina Bar. in dicto §. transgrediamur. iuncta l. fin. C. de do. promi. quem ipse alleg. quæ etiam loquitur in filiis emancipatis, ideo videtur, quòd simplex consensus patris isto casu obliget per rationem dictæ legis, si filius. ff. de tutel. Nec ob. l. j. C. de filio fam. super qua se fundat Spec. quia ibi pater non poterat cogi se obligare pro † filio creato decurione, vt d. l. honores. in fin. ff. de decur. & l. ij. ff. ad munici. Sed in casu nostro poterat cogi pater etiam pro filio emancipato, vt suprà dictum est. ergo per consequens pater remanet obligatus ex simplici consensu. Et hoc mihi satis placet, maximè quia supposito sine veritatis præiudicio, quòd dictum Specul. esset verum, & quòd pater non teneretur se obligare pro filio emancipato, ex quo tamen consenserit filio matrimonium contrahenti, tacitè videtur se obligare pro eo. Video enim, quòd pater non tenetur se obligare pro filio, qui efficitur decurio, vt dicta lege, honores. in fin. & d. l. ij. circa fin. ff. ad munici. Si tamen consensit, obligatur pater insolidum, tanquam fideiussor: vt est tex. cum glos. in d. l. ij circa fin. ad muni. Et per hoc videtur mihi dubia decisio doctorum, in d. §. transgrediamur. dum dicunt, quòd † vbi pater non cogitur consentire, nec se obligare pro filio, tunc si simpliciter consentiat, obligatur tantùm, quo ad vires peculij. per l. Lucius Titius Caium. ff. de administr. tuto. vbi dicitur, quòd si pater consentit, quòd filius detur tutor, obligatur pro eo, quo ad vires peculij. Nisi saluando dicas, quòd illud procedit in actu publico authoritate, & priuato vtilitate, prout est tutela, vt l. athletæ. ff. de excus. tutor. & §. excusantur. Insti. eo. & ita loquitur d. l. Lucius. Secus tamen in officio, vel actu publico authoritate, & vtilitate, prout est decurionatus, & similia. & sic loquitur dicta l. secunda. ff. ad munici. Hæc concordia fuit de mente Barto. in dicta l. prima. C. de decur. libro x. & reasumit Alexand. in dicto §. transgrediamur. in iij. colum. & satis mihi placet.

a Adde Io. de Imol. in rep. c. cum contingat. de iureiur.

Cautela pro contrahente cum minore.

b Aduerte, quòd hoc est magni effectus, licet iste domin. non dicat, quia si ego scirē, quòd ille habebat curatorem, non valeret a cōtractus, licet ipse minor iuraret non cōtrauenire. tenet Spec. in loco hic alleg. per istū do. quod bene not. Io. Be.

c Adde vnum nodū in opposito quòd si induxit illum sub spe pacti relinquē dæ hereditatis, tūc gener deceptus, non potest agere cōtra hæredes ad interesse Bal. in l. cū Archimedoras. C. vt in pos. lega. per tex. quem dicit expressum in l. pactū quod dotali. C. de pa. vbi Ias. illū refert, & summè no. Io. Ber.

d Adde Ias. in pri. inst. de act. co. ij. vbi hoc nultum cōmendat. Io. Be.

Fundamentū tacōtrarium.

Solu. adcōtrarium.

Determinatio istius domini.

SVMMAE RERVM.

1 *Nurus non potest petere à socero, quòd sibi faciat donationem propter nuptias.*
2 *Dotem constituere cogitur vxor, vbi vir constituit donationem propter nuptias.*
3 *Bannum aquiparatur mulctæ.*
4 *Dotem pro filia constituere potest iudex in bonis patris.*
5 *Agnati, quorum consensus in contractu puellæ requirendus est, si venuant consentire, superior pro eis supplebit.*
6 *Patronus si non vult consentire permutationi beneficij patro eius patronati, potest episcopus sine eius consensu hoc facere.*
7 *Redemptionis à captiuitate fauore, possunt vendi bona patris, & obligari.*
8 *Filius potest obligare bona patris recusanti se obligare pro dote, & per consequens volentis impedire matrimonium.*
9 *Fideiussor soluere potest ex substantia debitoris.*
10 *Consensus alicuius, si aliquo casu requiri debeat ad actum expediendum: si non vult consentire, imò contradicit, contradictio habetur pro consensu.*

§. XXII. *5. Amplia. Pater nolēs, per iudicem cogitur constituere dictā obligationem.*

SI AVTEM pater nolit consentire matrimonio filij, poterit ad hoc per iudicem cogi, vt traditur in d. §. transgrediamur. Dicebat tamen Paulus de Castro ibi, ℔ solus filius poterit hoc petere contra patrem, implorando officium iudicis, vel conditione ex lege. Nurus autem non potuisset hoc petere contra socerum, cum tunc nulla obligatio fit cum illa, sicut est cum filio. Et prima fronte hoc dictum videtur satis æquum. Nam sicut † nurus non potest petere à socero, quòd sibi faciat donationem propter nuptias: sed soli filio hoc conceditur: vt traditur in d. l. fin. C. de do. promis. sic etiam soli filio videtur cōcedendum, quòd possit petere à patre hanc obligationem, quæ loco eius succedit. Sed hoc non videtur mihi sine dubio: quia fundamentum præcipuum, super quo se fundat Bart. & alij, qui tenent, quòd pater tenetur facere dictam obligationem: est text. in d. l. fin. ff. de suspe. tut. vbi principaliter fauore pupilli, & pro suo interesse futuro, cogitur pater se obligare pro filio tutore: & sic pupillus, vel alius eius nomine, poterit apud iudicem instare super hoc: & tamen pupillus nōdum habet obligationem contra patrem tutoris. Ergo eodem modo, mulier futura nurus, poterit hoc petere contra patrem viri, pro suo interesse futuro, & pro securitate suæ dotis. & ita videtur mihi, quòd hoc possit petere ante matrimonium, & melius post, cum iam versetur suum interesse de præsenti. vt est glo. in auth. dos data. C. de dona. ante nupt. quæ dicit, quòd si constituta non fuit donatio propter nuptias, poterit petere constante matrimonio, vt constituatur condictione ex lege. Idem tenet Azo in sum. tit. de dona. ante nup. in §. quid autem si nulla. & Hosti. in sum. tit. de don. propter nup. §. qua actione. Et hoc satis est rationabile: nam si vir constituit donationē propter nu. & vxor non dedit dotem, cogitur vxor † dotem constituere constante matrimonio. vt est glo. in auth. de æqualit. do. §. hoc igitur. quæ incipit, an idem. colla. viij. Ergo eodē modo vir vel pater eius, cogetur constituere donationē propter nup. Quinimo secundùm aliquos, ius constituit hanc donationem: vt dicit gl. in d. auth. dos data. quā opinionem tenet ibi Cy. post Marti. & Iac. de Rau. Et hāc partē sequitur ibi Odof. dicens hanc quæstionem fuisse de facto Bononiæ, & se fuisse aduocatum ex parte mulieris, & do. Ias. Bal. ex parte viri. & pronunciatum fuit pro muliere. Et hos refert, & cum eis transire videtur Albe. de Rosa. in auth. dos data. Ex quo videtur inferendum secundùm eū, ℔ si pater recepit dotem, filius possit prædeducere tantū pro donatione propter nupt. in diuisione fienda cum fratribus, quia constituit donationē propter nupt. Si autem pater ad mādatum iudicis nolit istā obligationem facere, poterit iudex ad petitionem filij, vel nurus, etiam ex officio suo eum cogere, per impositionem mulctæ, vel per captionem pignorum, & per alia remedia, quæ dantur contra contumaces: de quibus per Bar. & alios in l. j. ff. si quis ius dicē obtem. in §. j. & in l. magistratibus. ff. de iur. om. iud. vel potest eum bannire propter summam inobedientiam, secundum Bart. in l. illicitas. §. j. ff. de offi cio præ. & Bald. in l. j. C. ne fine iussu prin. quia † bannum æquiparatur mulctæ: vt est glo. not. in l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspi. & in l. iij. §. ergo. ff. de suspe. tu. Et si adhuc ista remedia non sufficiant, poterit pater carcerari, & in carceribus detineri, donec faciat dictam obligationem. quia ista est obligatio legalis: vt apparet ex prædictis. ratione cuius potest quis præcise compelli ad factum: per id quod habetur in l. stipulatio. §. fine autē. ff. de no. ope. nun. & per Bart. in l. stipulationes nō diuidun. tur. in viij. q. ff. de ver. obli. & facit quod habetur in l. iij. §. tutores qui. ff. de suspe. tut. Et si forte pater sic carceratus, mallet carcerem sustinere, & in carcere morari, quàm dictam obligationē: tunc fauore reip. ne matrimoniū impediatur, potest iudex ex suo officio obligare ipsum, & eius bona pro dicta restitutione dotis, sicut † potest dotem constituere pro filia in bonis patris: vt l. iij. §. ij. ff. de iure do. Vnde eadem ratione videtur idem posse facere in casu prædicto. facit ad hoc tex. in c. nullus. supr. de iure pa. vbi dicitur, patronus non potest decimas ecclesiæ, vel aliud spirituale conferre loco religioso, sine consensu sui episcopi: tamen episcopus sine causa cōsentire nolit, tunc debet adiri Papa, qui eius consensum supplebit. quem tex. no. ibi Ab. generaliter in iij. no. ℔ vbi desideratur cōsensus alicuius in fauorē alterius, si nō vult consentire sine causa legitima, potest haberi recursus ad superiorē, vt superior ipse det licentiam, vel consensum. idem probat tex. nō solitus allegari ad hoc in c. ij. de transac. dum dicit, ℔ cōpositio super decimis debet fieri de consensu episcopi, vel archiepiscopi, intelligendo, ℔ si episcopus nolit consentire, adeatur archiepiscopus pro cōsensu. Et propterea dicebat Ab. in d. c. nullus. ℔ si dictat statutum, ℔ nullus contrahat matrimonium cum puella, seu cum minore xxv. annis, sine consensu duorum cognatorum ipsius puellæ: si † agnati requisiti sine causa denegant præstare consensum, potest adiri superior, vt ipse det licentiam causa cognita, vel consentiat pro eis, & refert ipse sic alibi consuluisse. & hoc fuit de mente Bart. in l. fi cū dotem. §. eo tepore. ff. solut. matri. & in l. fi. C. de bo. quæ libe. hoc idem tenet Abb. in c. tuę. el ij. suprà. de cleri. non resi. j. co. & in c. quòd deitimorem. sup. de sta. reg. in fin. & Bald. in l. j. C. de nupt. per illum text. & in l. j. ad fin. C. qui admi. ad bo. poss. po. & in cap. j. iij. col. de consuet. recti feudi. li. feudorum. & Salyc. in l. dudum. in fin. C. de contrahen. emp. facit quod voluerunt do. de Ro. de ci. cccvij. incipit. permutatio. in nouis. vbi dicunt, ℔ si † patronus sine causa nō vult consentire permutationi beneficij patronati, potest episcopus hoc facere sine eius consensu. & hoc refert & sequitur Abb. in cap. cum accessissent. suprà. de constit. & multi alij, de quibus ibi per Fely. xv. col. Sic ergo in casu nostro, ex quo pater sine causa denegat consensum, nec vult se obligare, poterit iudex hoc facere. Ad quod bene facit text. in authentic. si captiui. C. de episc. & cle. vbi fauore piæ causæ, scilicet, † redemptionis à captiuitate, possunt vendi & obligari bona patris. Per quem text. forte posset

6. Amplia. Si pater spretis omnibus veme diys nō vult facere dictā obligationem.

7. Amplia. Filius hanc obligationē potest facere de bonis patris, ipso iure nolente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici, quòd † etiam solus filius posset obligare bona patris recusantis se obligare, per consequens volentis impedire suum matrimonium. Istud est notanum singulare dictum Bald. Nouelli in suo tracta. de dote. vj. parte. in ij. speciali. pe. colum. aliàs charta xxxv. ij. colum. & facit secundum eum, quod habetur in l. si procuratorem. §. ignorantes. ff. manda. & quod tradit Bart. in l. iiij. §. Cato. ff. de verb. oblig. in iij. contrario. ad idem facit glo. in simili, in l. venditor. in princip. ff. de iudi. quæ vult, quòd † fideiussores possunt soluere ex substantia debitoris. pro qua glo. est text. & ibi not. Bart. in d. l. si procuratorem. §. si ignorantes. & hoc maxime, a si fideiussores non habent vnde soluant. vt voluit Bald. post Bart. in d. authen. si captiui. fin. colum. & probatur in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Idem dicimus in defensore sine mãdato condemnato: vt voluit Ang. in l. Plautius. ff. de procur. Eodem ergo modo videtur dicendum in casu nostro, vt filius quasi fideiussor, cùm ipse non habeat bona, possit obligare bona patris debitoris, seu obligati ad hoc. Quinimo quod plus est dicebat Bald. Nouellus, vbi suprà, posse non improbabiliter attentari, quòd stante tali perfidia, & contumacia patris, quòd legitimè requisitus coram iudice, nollet consentire: habeatur tunc pro consentiente, & per consequens pro se obligante. ar. eius quod habetur in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Quando enim in aliquo † casu requiritur consensus alicuius in actu experiendo: si non vult consentire sine causa, imò cõtradicit: tunc cõtradictio habetur pro consensu. vt not. Archi. c. j. de consti. li. vj. quem refert & sequitur Ab. in c. quoniam. in fi. sup. de vi. & hone. cle. sic ergo videtur dicẽdũ in casu nostro.

a Aduerte & hoc maximè abundat, quia sme tunc solùm licet fideiussorib. soluere de substantia debitoris, quãdo ipsi non sunt solũdo. aliàs italoquitur Bal. in aut. si captiui. C. de episc. & cler. col. fin. quę iste domin. refert, & ita cum refert Fel. in cap. olim. col. 4. de accu. qui limitat dictam regu. quę ibi vide alio modo restringentem reg. prædictam 10. Bern. 8. Amplia. Pater contradicẽs habetur pro cõsentiẽte.

§. XXIII. 9. Amplia. Etiam si filius inueniat vxorẽ sine obligatione paterna.

SVMMAE RERVM.

1 *Pater non cogitur se obligare pro filio in decurionem assumpto.*
2 *Pater tenetur se obligare pro filio quando filius duxit vxorem honestam & suæ conditionis dignam.*
3 *Exhæredari potest filius, qui vxorem indignam se accepit. & per consequens ei alimenta denegari.*

PRAEDICTA procedunt, quando filius sine obligatione paterna non posset inuenire vxorem, nec eam reddere cautam de sua dote, sine eo, q̃ pater se obligaret, seu bona sua pro dote nurus conseruanda, vel restituẽda. aliàs autem secus. Vnde si filius inueniat vnã mulierẽ, cum qua contrahat matrimoniũ: pater autem noluit consentire, vt filius eam ducat in vxorẽ, nec vult facere dictã obligationem, vult tamen, quòd aliã ducat in vxorem, quam filius non vult ducere: non tenebitur tunc pater consentire, nec bona sua obligare: quia non tenetur pater consentire certo & indiuiduo matrimonio, sed tantum consentire teneturmatrimonio in genere, vt l. adoptiuum. j. ff. de iure dot. Secus si omnino impediretur matrimonium, quia nullã mulierem inuenit filius, cum qua posset matrimonium honestè contrahere, nã tũc cogetur pater consentire, & dictã obligationẽ facere. Adde quòd si filius non inuenit, nisi vnã, cum qua matrimoniũ contraheret, cõpelleretur pater huic consentire matrimonio specialiter. arg. l. sed si hoc. ff. de condit. & demon. facit c. nullus. de iure pa. Si tamẽ filius etiam patre recusante facere istam obligationẽ, seu propter nup. donationem, commode posset cõtrahere matrimonium. & vxorem reddere cautam, cum bonis suis propriis, ad hoc sufficientibus, vel aliàs, non est pater cogendus. arg. tex. in l. honores. ff. de dec. & in l. ij. ff. ad munici. vbi pater non † cogitur se obligare pro filio in decurionem assumpto. & sic vbi agitur de actu publico authoritate & vtilitate, ista videtur esse mens omnium scribẽtium in d. §. transgrediamur. & ita eos declarat ibi Alexan. in ij. colum. Ex quo videtur posse dici, quòd si filius iam cõtraxit matrimoniũ dote sibi promissa, ex quo cessat causa prædicta, propter quam pater tenetur se obligare; scilicet vt filius inueniat vxorem, & sic pater non impedit matrimonium: quòd non teneatur pater istam obligationem facere, quamuis vxor dicat se nolle dotem soluere, nisi reddatur cauta & secura ex obligatione paterna. Imputet ergo sibi, quę à principio sibi non præuidit. arg. eorum, quæ notantur in l. fi arbitrio. ff. qui satisdare cogantur. cum cõcordantiis, de quibus dicam infrà super text. in v. intellectu. Hoc expresse tenet solus Franciscus Tigrini in d. l. fin. ff. de suspe. tu. Sed reuera hoc mihi nunquam placuit, quia ista obligatio paterna non solùm fit fauore filij, vt reperiat vxorem, sed etiam fauore nurus; vt sit secura de sua dote, vt superius dixi. Vnde quamuis cesset ratio filij, non tamen cessat ratio vel fauor nurus, & etiam reipublicæ, cuius interest dotes mulieribus conseruari, vt l. j. ff. solut. mat. ergo neque cessare debet obligatio. arg. in §. affinitatis. Insti. de nup. cum similibus. Tenebitur ergo pater ad hanc obligationem, vel donationem propter nupt. quamuis filius matrimonium contraxisset, vt sup. dictum est. istud videtur fuisse de mente Barto. in d. §. transgrediamur. dum dixit, quòd † pater tenetur facere istam obligationem pro filio, quando filius duxit vxorem honestam, & suæ conditionis dignã. & sic præsupponit Bar. q̃ nõ solũ tenetur pater ante matrimoniũ, sed etiam post. & ista est veritas, vt apparet ex præcedentibus. Subdit tamen Bart. q̃ si filius duxisset vxorem inhoneſtã, vel meretricẽ, vel aliã, suæ conditioni vel dignitati non dignam, tunc non teneretur pater facere dictam obligationem. arg. eorum, quæ not. in l. iij. §. si emancipatus. ff. de bo. pos. cõtra ta. vbi dicit, quòd † si filius vxorem indignam accepit, potest exhæredari, & per consequens alimentum sibi denegari, & dos non reddi. Et eodem modo videtur, quòd pater possit hoc casu denegare prędictam obligationem. ad quod bene faciunt ea, quę dicam super text. in iij. no. examinando materiam conclusionis. in ver. iij. quod habet concurrere. dic vt ibi dicetur. Vnum non est omittendum, quòd si pater filio contrahenti matrimonium, vel eius vxori, donauit certum quid propter nuptias, si ille filius habeat vnã filiã, cui donauit illud, quod fuit donatum propter nuptias, si mortuo patre postea moriatur filia ab intestato, in illa re sic donata succedit mater, nõ autem auus. ita sin. per bona fundamenta consuluit Oldr. consi. cxx. incipit, pro examinatione veritatis. quod tene menti ad limitationem cap. fi. infra. eo. & forte infrà latius dicetur.

2. Ar. cont. 1. Fundamentum.

2. Fundamentum. 3. Fallẽtia. Quando filius contrahit cum indigna.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio propter nuptias si fiat ante matrimonium, potest excedere quantitatem dotis, & infrà subsistere. sed si constituatur matrimonio contracto, non debet excedere quantitatem dotis.*

Arrharum

2 *Arrharum constitutio non est simplex donatio, sed propter nuptias, & fieri potest constante matrimonio.*
3 *Arrharum fructus sunt communes. durante matrimonio, & non cedunt commodo vxoris.*
4 *Vir si antequam contrahat matrimonium cum mulier. per verba de præsenti aliquid vendiderit mulieri, quod excedat decimam bonorum suorum valebit talis venditio, & hoc quando sine fraude fiet.*
5 *Donatio iurata inter virum & vxorem, an valeat.*
6 *Iuramentum an firmetur factum contra prohibitionem.*

§. XXIIII. *Differẽtia inter donationem propter nup. et arrhas.*

ET CIRCA illud quod suprà dictum est, quòd in his regnis non fiunt istæ donationes, sed dantur arrhæ, vt dicit lex regni, iiij. par. ti. xj. l. j. de qua supr. facta est mentio. Et sic in effectu istæ arrhæ successerunt loco donationis propter nuptias. Aduerte, ne decipiaris: quia in multis differunt. Primò in constitutione: quia † donatio propter nuptias, si fiat ante matrimonium, potest excedere quantitatem dotis, & infra subsistere: vt C. de pac. conuent. super dot. l. ex moræ. & in auth. qualitas. & in corpore vnde sumitur. Si autem constituatur contracto matrimonio, non debet excedere quantitatem dotis: vt l. si constante. & l. fin. §. igitur dote iam præstita. C. de dona. ante nupt. & authen. sed iam necesse. ibi posita. vide textũ in authen. de æqua li. do. colla. vij. gloss. in §. est & aliud. Insti. de dona. & iiij. parti. tit. xj. lege secunda. & ita donatio propter nuptias mensuratur secundùm tempus, in quo fit, & secundùm quantitatem dotis. non tamen sic est in arrhis, quæ in istis regnis dantur: nã illæ mensurantur secundùm quantitatem patrimonij viri qui eas concedit: olim enim maritus poterat nomine arrharum dare vxori tertiam partem sui patrimonij, vt Foro generosorum, lib. v. tit. j. Hodie tamen solùm decimam partem bonorum suorum: vt Foro Iuzgo, lib. iij. tit. j. l. vj. quæ incipit. porque muchas. & Foro legum, lib. iij. tit. ij. l. j. in princi. & in curiis Taurinis. l. j. incipit, la ley del fuero. Et si forte pater vel mater viri volunt dare arrhas pro filio: non possunt nisi decimam partem eorum, quæ ab eis habiturus est. & si amplius datum fuerit, aut promissum, non valet, & consanguinei propinquiores ipsius viri pro eo repetere poterunt: vt dicta l. j. Foro legum, quæ sumpta fuit ex Foro Iuzgo, lib. iij. tit. j. l. j. Si autem vir tempore quo matrimonium contraxit. erat adeò pauper, quòd non habebat bona, ex quibus arrhas dare posset: promisit tamen mulieri, cum qua contrahebat, quòd dabit ei arrhas ex his bonis, quæ postea lucratus esset: tenebitur vir tradere eas vxori, quandocunque postea constante matrimonio ipsa hoc petierit: dum tamen non concedat vltra decimam eorum, quæ tunc temporis habebat: vt l. ij. eod. titul. Ex qua infertur, quòd hæc † arrharum constitutio, cum non sit simplex donatio, sed propter nup. etiam constante matrimonio fieri potest: vt l. cùm multæ. §. si igitur. & l. si constante. & ibi Baldus & Salycetus. C. de donation. ante nupt. & Insti. de donatio. §. est & aliud. à quibus sumpta fuit d. l. regni, quæ hoc expresse dicit. iiij. parti. tit. xj. l. j. in fin. & istud teneas, quicquid senserit Abb. & alij Moderniores in c. & si necesse. in princip. infrà eod. præsertim cum hæc arrharum datio quamuis fiat constante matrimonio, non tamen sortitur effectum, nisi eo soluto, vt volunt leges regni prælleg. & ita quamuis fiat tempore inhabili, valebit tamen, ex quo refertur ad tempus habile: vt l. in tempus. de hære. insti. & in c. de vxore. suprà, de sepul. præsertim si fiat post annum à tempore contracti matrimonij. vt infrà vj. limitatione principali. Durante autem matrimonio, † fructus arrharum sunt communes, ad sustinendum onera matrimonij, quemadmodum fructus aliarum rerum; & non cedunt commodo vxoris. vt dicitur infrà in viij. limitatione principali. in v. effectu traductionis ad domum. Hæc ita fuerunt constituta: quia si certa summa non esset moderata, vir mulieris amore forsan captus, omnia bona sua, vel maiorem partem eorum sibi donaret. quod iura prohibent, ne coniuges mutuo amore se spolient: vt l. j. ff. isto titul. cum aliis, de quibus infrà subiiciam. Et hinc est, quòd si † vir, antequam contrahat matrimonium, cum muliere, per verba de præsenti, aliquid vendiderit mulieri, quod excedat decimam bonorum suorum: valebit quidem talis venditio, quia cessat ratio prædicta. ita dicit lex Stili. cccxlvj. quod videtur mihi fine dubio, quando fine fraude fieret, aliàs secus. facit text. in l. inter eas. ff. isto titul. Hæc tamen intellige, nisi in promissione, vel traditione arrharum, interueniat iuramentum. Nam tunc obligaretur vir, etiam si promittat vel tradat vltra decimam partem suorum bonorum: quia cùm hæc prohibitio legis principaliter fiat fauore viri, bene potuit ipse suo iuri cum iuramento renunciare. vt late & singulariter concludit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. quem communiter sequuntur ibi, & in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & ibi Salyc. & Fulg. Rapha. Cu. & Paul. in d. l. si quis pro eo. quos sequitur Alexand. consil. liij. viij. column. versic. non ob. iij. volum. incipit, visis & consideratis. latius consil. lix. incipit, viso instrumento. & titu. quæstionis. ij. column. versicul. sed si loquitur. j. volumi. doctores nostri in capit. cùm contingat. suprà. de iureiur. Ex quo infert Bar. vbi suprà, valere † donationem iuratam inter virum & vxorem, quæ prohibita est principaliter fauore ipsorum coniugum: vt infrà, dicetur. Idẽ tenuit ipse in l. Seius Augerius. ff. ad l. Fal. & multi alij, quos referã infrà in iij. limitatione. Eadem ergo ratione idẽ erit dicendũ in datione arrharũ. Sed in contrariũ vrget decisio Bartol. in l. si quis pro eo. iij. co. ver. aduerte tamen. & v. co. ver. si verò prohibitio fieret ex parte debitoris. & ibi Ang. idẽ Bar. & Ang. in l. fi. C. ne fideiu. do. dẽtur. & in authen. sacramenta puberũ. C. si ad. ven. dum dicunt, q̃ si prohibitio fit personę, non cõtractui, factum cõtra † prohibitionẽ non firmatur iuramẽto: quã opi. multi alij secuti sunt, & approbat lex regni, Fo. Iuzgo. li. iij. titu. j. l. vj. quæ incipit, porque muchas. vbi dicitur, q̃ licet vltra decimam promittatur cum iuramento, non valet: & si sponsus vel pater promittens petere, noluerit illud plus, eius consanguinei poterunt illud petere. Cogita & tene primam, propter vim iuramenti.

Ratio taxationis arrharum.

Lex regni. 4. Fallẽtia. Quando in teruenit iuramẽtum.

Lex regni.

SVMMAE RERVM.

1 *Arrhas constituere quomodo possit, qui solum habet in bonis vsumfructum, vel superficiem.*
2 *Bonorum appellatione venit vsusfructus.*
3 *Viuere præsumitur quis regulariter vsque ad centum annos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Iudex interponens decretum super contractu transactionis alimentorum, si taxat alimenta secundum dispositionē legis, hereditatem. ff. ad l. Falci.*
5 *Percutiens, vel mutilans, vel occidens aliquem, tenetur ad operas, quas facturus erat percussus, vel occisus toto tempore vitæ suæ.*
6 *Bona dicuntur deducto onere vel tributo.*
7 *Redditus dicuntur deducto onere.*
8 *Fructus dicuntur deductis expensis.*

ET PROCEDVNT. ista, quando is, qui promittit arrhas, habebat bona libera: quo casu decimam partem valoris eorum dare potest: Sed si erant † restitutioni subiecta, & in eis solum habebat superficiem aut vsumfructū, licet illa veniūt appellatione † bonorum: vt l. bonorum appellatio. ff. de ver. signi. non tamen habebitur respectus ad valorem, sed solum ad æstimationem superficiei, vel vsusfructus, quē ipse promittens percepturus erat toto tempore vitæ suæ, qui quidē vsusfructus æstimabitur: iuxta not. in l. hæreditatū. ff. ad l. Fal. quæ lex est no. secundum doc. ibi, pro æstimatione vsusfructus facienda. Vnde si vendatur vsusfructus, & debeat solui gabella ex forma statuti, debebat æstimari secundū illam l. quod dicunt fore no. ad idem est glo. no in l. cum hi. §. modus. in ver. cum iuvene. ff. de transac. quæ vult, quòd etiam quando agitur de tractatione fienda super legato alimentorum, in qua requiritur decretū iudicis, iudex forte æstimabit viuere debere legatarium, secundū formam dictæ l. hæreditatum. quam glo. Ang. Bal. ibi, & in d. l. cum hi. §. nihil autem in fi. reputant valde no. vt sciamus qualiter gabellæ debeant solui de legatis alimentorum. Ex quo infert Bald. quòd dispositio d. l. videtur attendenda, non solum in ratione legis Falcidiæ, sed generaliter in omnibus actibus hominum. Sed Ioan. de Imo, & Pau. de Cast. in d. l. hæreditatum. in lectura Paduana, contrarium sentiunt, dicentes quòd illa æstimatio, vel computatio, habet locum, quo ad rationem legis Falcidiæ, non alias, in quibus † regulariter præsumitur quis viuere vsque ad centum annos: vt l. fin. C. de sac. san. eccle. & l. an vsusfructus. ff. de vsufru. glo. & do. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemad. test. aper. & hæc opi. placet Alex. in d. l. hæreditatum. in fi. qui putat dictum Bal. procedere, quando actus non est præiudicialis, quin sit reparabilis ex futuro euentu: vt colligitur ex tribus glo. illius l. glo. j. & glo. in ver. computatur. & in ver. computatio. quæ volūt, quod si ex futuro euentu apparebit legatarium plus vel minus viuere, supplebitur vel restituetur pro rata vsusfructus, vel gabella, vel vsusfructus legati pro alimentis. Ex quo infertur, quod † iudex interponens decretum super contractu transactionis alimentorum, si taxaret alimenta secundum dispositionem d. l. hæreditatum. deberet decernere, quòd præstarentur cautiones hincinde de restituēdo, vel soluendo, quatenus appareret legatarium plus vel minus viuere. quod est no. secundum Alexā. Et ista non sunt contemnenda: quia quotidie possunt tacto vxori, vel alicui alteri, vt sciamus an excedat quintam partem bonorum testatoris, quam potest relinquere cui voluerit, secundum legem regni, Foro legū lib. iij. tit. v. l. ix. & tit. xij. l. vij. Et ex hoc infertur vnum quotidianum, quòd † percutiens, vel mutiltans, vel occidens aliquem, tenetur ad

a Aduerte, quia sentit iste dominus quòd legatū vsusfructus factum vxori, reducitur ad quintā partem bonorū testatoris, quod est contra determinationem Pau. in auth. nouiss. in fi. verb. C. de inof. testa. vbi tenet quod reducitur ad vsumfructum illarū partiū quarum proprietatem potest testator legare. ex quo dicunt aliqui in regno nostro, quòd cū solum pater possit hodie quintā bonorum legare, & tale legatum valet in solo vsufructu illius quintæ. & ita tenet expresse Segur in rep. § sed si

operas, quas facturus erat percussus vel occisus toto tempore vitæ suæ. l. ex hac lege. ff. si quadru. pau. fe. dica. & l. fi. ff. de his qui eie. vel effu. quas operas vel earum æstimationem præstabit percusso, vel hæredibus occisi, secundùm Spe. ti. de iniur. §. ij. post princ. quem refert & sequitur Abb. in c. j. de iniur. j. col. in fin. & habebitur respectus, quanto tempore potuisset viuere, eo modo quo suprà dictum est. *fūdū. l. vnū ex fami. ff. de leg. j. co. 61. vbi alle. Pau. vbi supra, & hoc poste à limitat singulariter. quēvide. Io. Ber.*

Adde tamen, quòd in æstimatione superficiei, vel vsusfructus bonorum, deducendum est onus, vel tributum, quod † pro eis soluitur. per tex. no. in l. non amplius. in princ. de lega. j. vbi in legato illud intelligitur, quod deducto onere superest. Bona enim dicuntur deducto onere, vel tributo. addē l. v. ff. ad l. Fal. Ex quo dicit Bal. ibi, quòd si debet solui gabella de legatis, solùm de eo soluetur, quod supereſt, deducto onere. referunt & sequūtur Paul. de Cast. & Alexan. ibi. idem sentit Bald. in l. j. C. de fructi. & lit. expē. ij. col. ver. modo accidit quæstio.

Et hinc est, quòd si aliquis impetrat beneficium vsque ad valorem centum ducatorum, quod valet trecentis: tamen tot expensæ requiruntur, quot ascendunt vsque ad ducatos: non dicetur beneficium habere in redditibus, nisi cētum ducatos. ita tenet Bald. in l. j. ij. col. ver. pone impetrauit. C. de fruct. & lit. expen. & in l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de condi. & demon. per illum tex. qui bene facit. Pau. & Alexand. vbi suprà, & ita statuit Marti. Papa. ij. in regula cancellariæ, incipiente, sanctissimus dominus noster. idē tenet Rota in antiquis, de concess. prēb. lx. incipit, dic, quòd si Papa. refert & sequitur Fely. in c. ad aures. de rescrip. xv. col. ver. duodecima quæstio. & istud est regulare secundùm eum, quoties fit mentio † de redditibus: quia intelliguntur deducto onere. vt voluit Bald. in l. cohæredibus. C. fa. er. & in l. neque scriptura. C. de compen. per tex. sing. in l. fundi Trebatiani. ibi, ex locatione fundi redigere. de vsufruct. l. facit l. distinct. eo. ti. Idem si fiat mentio † de fructibus: vt in l. fructus. ff. sol. ma. & ibi Bart. Bal. & alij, signanter Alexan. dicentes, quòd si quis emit gabellam fructuum foratorum, intelligitur deductis expensis. facit tex. in capitolo, pastoralis. de deci. & in c. si propter tua debita. & de reser. lib. vj. secundùm eos. ad idem facit tex. & ibi not. Bart. & Alex. in l. Falcidia non habetur. & in l. cùm Titio. ff. ad l. Fal. & in l. si vrbana. ff. de condi. inde. & in l. ij. §. sed si sub cōditione. ff. de colla. bo. & in l. eum qui. §. messor. ff. de in diem addict. aliàs incipit l. idem Iulianus. Videas ad prædicta Bald. in l. in annalibus. C. de leg. *b* Vide etiā Bal. in d. l. sed si hoc. §. cuidam. vbi dicit, quòd si aliquis donat vltra legitimam suam, cum onere conditionis implendæ: & deducto illo onere, reducitur illud emolumentum ad legitimam suam: tenet donatio sine insinuatione, per illū tex. & est ipsa veritas secūdum eum. quod not. pro l. sancimus. C. de dona. Et generaliter teneas, quòd in æstimatione bonorum dantis vel promittentis arrh. s, ad sciendum vtrum excesserint decimam in primis, & ante omnia deducenda sunt debita; quia bona alicuius dicuntur deducto ære alieno, vt l. subsignatum. §. bona. & l. proprie modum. & in l. venisse. ff. de verb. sig. cum concordantiis, est tex. no. ad propositum valde accommodatus, in l. mulier bona. in fi. ff. de iure dot. vbi si mulier promisit marito bona sua in dotem, intelligitur deducto ære alieno. ex quo dicebat no. Baldus in l. j. ij. columna. ver. fic. pone testator. C. de fructi.

Redditus intelligūtur deducto onere. Fructus dicūtur deductis expensis.

b Adde Ias. in l. fructus. col. iij. in fi. ff. sol. mar. vbi refert. & vide ibi Vincent. de Herculan. col. iiij. qui refert etiā alios hoc sequentes. & vide Segur. in repet. l. si ex legati causa. fo. 2. col. ij. ff. de leg. verb. obtin. Ioan.

fructi. & li. expen. quòd si testator iussit filiā suam maritari alicui, qui haberet in patrimonio mille: modo iste bene habet possessiones valentes mille, tamen habet multa debita, ista debita comedūt ista mille iuris intellectu. ad quem intellectum debent omnium dispositiones adaptari, secundùm eum. quod no. Sic ergo dicendum est in casu nostro. Bene facit text. in l. si quis seruum. §. fi. cum l. se. de le. ij. vbi si legatur pars bonorum, æs alienū debet deduci. ratio est secundùm Pau. ibi, quem vide, rogo. facit l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. test. quam vide, & ibi doctores. Ex istis deciditur dubium quotidianum, scilicet habens maioratum, promisit arrhas, quomodo æstimabitur vsusfructus maioratus, vt sciamus an arrharum promissio valeat, cùm non sint alia bona,

SVMMAE RERVM.

1 *Bona donata propter nuptias, remanent in dominio viri, & eis vtitur & fruitur tanquam propriis, sed secus est in arrhis.*

§. XXVI. 1 2. *Differētia Mulier vtitur & fruitur arrhis.*

SECVNDA differentia inter donationem propter nup. & dationem arrharū est: quia † bona propter nuptias donata, remanēt in dominio viri, & ipse vtitur & fruitur eis tanquam propriis, non facta distinctione, an mulier sit maior, vel minor, vt late in prædictis habuimus. Matris tamen est secus, quia si forte tempore contracti matrimonij mulier nondum erat vigintiquinque annorum, 2 pater vel mater ipsius debent obseruare arrhas filiæ traditas, vt non perdantur, vendantur, vel alienentur, & si patrem vel matrem non habeat, apud consanguineos proximiores deponantur, & postquam ipsa deuenerit ad ætatem xxv. an. reddantur eidem, & interim fructus arrharum sint communes. vt Foro Iuzgo li. iij. ti. j. l. vij. & Foro legum li. iij. ti. ij. l. iij. Ista tamen lex non seruatur, de consuetudine, imò etiam si mulier sit minor xxv. ann. arrhæ sibi donatæ remanent penes maritum, qui vtitur & fruitur illis, sicut aliis rebus dotalibus.

Lex regni.

SVMMAE RERVM.

1 *Dos soluto matrimonio redit ad mulierem, & secus etiam donatio propter nuptias ad virum. sed secus est in arrhis. quia illæ statim efficiuntur propriæ ipsius mulieris, & potest de his liberè disponere, tanquam in morte.*
2 *Arrhas si vir vxori dedit, vel promisit, & in testamento idem vxori aliquid legauit, an illud legatum debeat in arrhis imputari.*
3 *Pater qui dedit dotem filiæ suæ, qui etiam legauit aliquid, non videtur hoc fecisse animo compensandi, sed filia habebit vtrunque.*

§. XXVII. 1 3. *Differentia. Arrhæ efficiuntur statim ipsius vxoris.*

TERTIA differentia est in modo acquirendi. nam sicut soluto matrimonio † dos redit ad mulierem, sic donatio propter nup. ad virū, vt in c. nuper. & in c. fin. infrā, eo. & in l. j. & fi. C. de nup. Secus tamen est in arrhis. quia illæ statim efficiūtur propriæ ipsius mulieris, & potest de eis liberè disponere, nā in vita, quàm in morte, & si de illis non disposuit, pertinent ad maritū, vel eius hæredes. Et hoc, quādo nō sunt filij ex hoc matrimonio, si enim filij supersint, non potest disponere vxor, nisi de quarta parte arrharū, quam potest distribuere pro anima sua. aliæ verò partes remanent filiis. vt Foro Iuzgo li. iij. ti. j. l. v. quæ incipit, cū de dotibus, & Fo. li. ij. ti. ij. l. j. quamvis olim aliter obseruabatur. vt Foro generolorum, li. v. ti. j. l. j. quæ corrigitur per leges prædictas, vbi videas. Et videas l. vnum ex fa milia. §. si duos. de leg. ij. ff. & ibi Io. de Imo. & Bal. in l. si quis prioris. §. in illo. de iecū. nup. C. & intellige, quòd vxor non disponit de arrhis, quę ab intestato decessit: videtur autem de illis disposuisse, si testamentum fecit hæredem instituendo, quamvis de arrhis nihil dixerit specialiter, vt aliqui dicunt, & malè, vt volunt leges regni prædictæ ignanter. d. l. v. titul. iij. lib. iiij. Foro Iuzgo. quam ad hoc reputo singularem, dum dicit, aut si intestata decesserit, ad maritum aut mariti propinquos hæredes, eadem donatio redeat. Vide gl. in l. cū antiquionibus. C. de iure deli. in ver. fuisse. quæ vult ante statuto, quòd moriente vxore in matrimonio, maritus lucretur dotem, vel dotis augmentum, si mortua vxore postea moriatur maritus qui in vita aliter nō acceptauit, non transmittit ad hæredes. Sed ego tamen. Pau. Alex. & alij. reprobant dicta gl. de quibus per Ias. in l. si arrogator. ff. de adop. co. vij. ver. ex hac solutione. vide ad prædicta no. legem regni in curiis Taurinis. quę incipit, si lame gerno o viete hijo. quæ dicit, quod hæres vxoris habeat arrhas vxori promissas, etiam si vxor ab intestato decedat, & de illis aliter non disponatur. tenemenți. Ex his infertur ad vnum satis quotianū, vir qui vxori dedit, vel promisit † arrhas, in testamento cidē vxori ali quid legauit, an illud legatum debeat imputari in arrhis. Per prędicta videtur quòd non, quia ex quo à principio valuit donatio, & res donatæ efficiuntur propriæ ipsius vxoris, tam non videtur maritus debitor, maxime quando processum est ad traditionem & solutionem arrharum. nam ex quo illud quod debetur, est separatum à bonis testatoris, vel illius qui legatum fecit, non videtur animo compensandi vel imputandi in debito, cùm hoc casu, vt dixi, non possit dici maritus debitor, iuxta ea quæ no. in l. dos à patre profecta. ff. so. ma. & Iure succursum. de iure do. facit quod in simili dicimus de † patre, qui dedit dotem filiæ suæ, cui etiam legauit aliquid, quia non videtur factum animo compensandi cum dote, sed filia vtrunque habebit. vt dicunt glo. & doctores in l. filia. C. de leg. Bar. in l. huiusmodi. §. cùm pater. de leg. j. Quando tamen computatio fieret, si dos non esset data, sed promissa, iuxta no. per Bar. in l. quid autem. ff. de iure do. & per Ang. in l. ficùm dotem. §. si pater. ff. so. mat. & in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi est tex. vide ibi docto. & Bald. in §. pe. C. de rei vxor. actio. Vbi videtur tex. in contrarium, de quo vide ibi Bald & alios Moderniores, præsertim Petrum Philippum in sua repeti. charta viij. j. colum. cum seq. & latissime per do. nostros, signanter per Barb. in c. officiis. suprà, de test. char. vj. col. iij. cum se. & ex his, quæ in istis iuribus traduntur, elicitur veritas huius dubij, in quo amplius non insisto, quia non est præsentis speculationis. Placet tamē opi. prædicta, vt nisi maritus ex presse dixerit, q̄ legat vxori p̄ arrhis sibi debitis, & an, & quando legatum factum creditori, fit animo compensandi cum debito, de quo per Barto. Bal. & alios in authen. præterea. C. vnde vir. vxor. & in l. quoniam in prioribus. ij. columna. versicu. & per hoc. C. de inoffi. test. & in l. si vxor tua. fin. column. ver. quęro nunquid. C. de bo. auth. iu. pos. & Pau. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cast.consi.ccxxxvj. vide Bart. in l.si cui annuum. ff.de annuis leg.non videtur legasse, vt in arrhis imputetur, quia arrharum debitum non procedit ex legis dispositione, sed magis ex mariti promissione, vt ex prædictis satis patet: & per consequens non debet fieri computatio: vtl.j.§.soluuntur.C. de rei vxo.act.notatur in l.si cùm dotem.§.si pater. ff.so.ma.tenet Bart. in d.authen. præterea.C.vnde vir & vxor. ad quod vide hodie leg. xvj. de toro. Hæc sinc, quo ad donationes, quæ fiunt propter nuptias, seu quo ad donationem arrharum.

SVMMAE RERVM.

1 *Matrimonij bona sunt fides, proles, & sacramentum.*
2 *Matrimonium fuit institutum propter liberorum procreationem, non causa libidinis.*
3 *Donatio inter virum & vxorem quare sit prohibita.*
4 *Actus vbi non est voluntas, vel consensus, non debet approbari.*
5 *Iracundiæ calore facta non approbantur.*
6 *Ebrietas alienat ab intellectu, & priuat libertate.*

§. XXVIII. *De donatione quæ fit constante matrimonio. 1. Regula. Donatio inter coniuges constante matrimonio est prohibita.*

SVNT & aliæ donationes, quæ fiunt inter coniuges constante matrimonio, quæ regulariter sunt prohibitæ. vt l.j.ij.& iij.l.si sponsæ.§.concessa. ff.eo.& l.si ex voluntate. C.eo.tit.& c.fi.infrà,eo.& iiij.parti.ti.xj.l.iiij. vide bonum tex.vbi tradit latè Ludo. Lusitanus, in l.si inter virum. in princ. ff.de rebus dub. colum.iij. De cuius ratione (vt Plutarcus in suis problematibus dicit) multi dubitarunt antiqui. Quid est, inquit, quod vir ab vxore, vxor à viro dono aliquid accipere prohibetur? an quod, vt Solô scripsit, moriétium donationes raræ sunt? Quis inquit, necessitate coactus, aut ab vxore persuasus; necessitatem enim, quasi vim afferentem, accepit: voluptatem verò, quasi decipientem. sic vxorum donationes, hac virorum suspicione non caruerunt. An quod vilissimum beneuolentiæ signum donatio sit, dant enim & alieni, & qui non amant. idcirco hoc dandi lenocinium ex matrimonio sustulerunt: vt non mercenarium, sed gratuitum & spontaneum sit hoc totum amare & redamari. An quòd ab aliis accipiendo, corruptæ alienos admittunt: grauissimum visum est, gratis suos diligere, An illud potius, quòd viri & vxoris rem communem esse oportet, Nam qui quod datum est accipit, is quod datum non est, id alienum esse censere didicit. quo fit, vt exiguum inuicem dando totum perdunt. hæc ille. Probe quidem hoc vltimum videbatur dictum, ne vir & vxor vlla munera inuicem susciperent: vt proprium nihil, cæterùm inter se communia cuncta cognoscerent: quo maiore cura, diligentia, fide, res domestica tractaretur, iuxta illud Dionis ad Dionysium, & multi postea retulerunt, Nemo non suis in rebus, quàm alienis, diligentior est: & si authoritates deficiant, res ipsa demonstrat, & rerum magistra experientia. Vtinam in id tempus ætas nostra incidisset, quo docenda, non dedocenda iuuentus esset vt copias & pecunias in re vxoria nô magni æstimaret, optimè profectò societas hominú cõiunctióq; seruaretur. sed à pueris plurimi ad inanè spem quæstus sic imbuti, sic instituti sunt, vt quantum labore & periculis eniti atq; efficere possunt, nihil prætermittant, quod adhanc illiberalem auiditatem suam pertinere credant. Quocirca temporis nostri iuuentutem non incitare nec inflammare oportet, vt in vxoribus opes magnificiant, sed potius hortari statim, vt his prudenter abstineant. Hodie quidam penè omnem substantiam in exornandis vxoribus exhauriunt, & consumunt in vestitu, & ornamentis superfluis, vt latè prosequor in tracta. de consilio & consiliariis regis, parte decima. Vbi similiter de immensis dotibus dissero. Iuris tamen consulti has rationes paruipenderunt, aliasque assignarunt, dicentes, quòd ideo constitutum fuit, ne coniuges mutuo amore se spolient, & ne impediretur studium educandi filios, & ne matrimonia venalia fierent, vt dicunt iura prædicta, quia amor honestus inter coniuges debet constare solo affectu animi, & non propter pretium. Cuius contrarium videtur fieri, cùm aliquid donatur. Et hoc ex quadam æquitate iuris ciuilis, ex qua etiam illud est inductum, quòd vnus ex coniugibus non possit mutare alterum ad matrimonium spe lucri, licet à tertio quis possit inuitari, vt l.si ita stipulatus.§. si tibi nupsero. ff. de ver.obl. & traditur per Bart. & alios in l. Titia.§.idem respondit. circa princ. eod. ti. Hanc rationem prætendit Lycurgus, qui primus Lacedæmoniis iura ex Apollinis authoritate confinxit, vt in c. Moyses. vij. dis. cùm virgines sine dote nubere voluit, vt vxores non pecuniæ causa eligerentur, strictiusque viri sua matrimonia coercerent, cùm nullis frænis dotis tenerentur. quod refert beatus Tho.iiij.de regimine principum. xviij. in quantum dotes prohibuit sic male locutus, vt alibi fortasse dissideretur, in quantum verò sensit, ne matrimonia sint venalia, & bene à proposito nostro, satis accommodatum dixit. Bona enim matrimonij † sunt tria, fides, proles, & sacramentum. vt commemorat gl. in c.fi. de cõdi.appo. & in c.per venerabilem. in ver. de tribus bonis. qui filij sunt legi. quod declarant doc. ibi, & Bal. in l.fina. C. de dona. ante nup. dicens, quòd matrimonium fuit institutum, vt inter coniuges sit fides, non solum in eo, quod respicit pudorem matrimonij, sed etiam vt cunctis sit castitas, amor, honestas, & istud appellatur fides in matrimonio, cõtra quã opponitur extorsio, seu depauperatio, quæ causaretur ex donationibus, si permitteretur inter cõiuges. Si enim esset integer amor inter virũ & vxorẽ, propter amorem se spoliarẽt propriis bonis, nec aliquẽ modum seruarent in donãdo, vt dicit Bal. in d.l.j.ff. isto ti. in suis recollectis. vide eundẽ Bal. in cap. filij. si de feu. fue. contr. li. feu. & quæ dico in c. per vestras. j. col. dum agitur cõtra maritos permittẽtes vxores adulterare. Fuit etiam institutũ matrimonium, propter † liberorũ procreationem, non libidinis causa, & istud appellatur proles, quod similiter, si cõiuges liberè donare possent. vt dicũt prælleg. iura. quoniam potius adhiberẽt studium lucro, quod ex donationibus expectarẽt, quàm liberorum educationi. per nuptias enim iustas præstatur immortalitas humano generi, quia per eas seruatur excellens genus humanũ, vt authen. de nup. in prin. coll. iiij. videas Bal. in d. ça filij. si de feudo fue. cõtro. Item fuit institutum matrimonium, vt sit perpetuum, & istud appellatur sacramentum. Contra quod similiter opponitur donatio inter coniuges, ex qua aliquando si coniux coniugi non donaret, sequeretur indignatio animorum, & exinde diuortium, secundùm Baldum vbi suprà, Illud autem, quod occasionem diuortij præstat, turpe est. vt l.si cùm dotem.

Fides in matrimonio.

Proles in matrimonio.

Sacramentum matrimonij.

dotem. §. sinautem in sæuissimo. ff. soluto matrimonio. etiam si occasionaliter diuortium causet: quia modica occasio impedit actum fieri: vt est tex. cum glos. in l. ergo. §. ex die. ff. de fideicom. lib. quem pro singulari allegat Bal. in c. per tuas. de probat. & in c. quoniam. de test. Iustè ergo prohibita est † donatio inter eos, non ex eo, quòd ipsa donatio sit mala: imo potius laudabilis: vt traditur in l.j. ff. de donat. & in c.j. eo. ti. sed eo, quòd inde sequi posset malum, vel quia malis artibus peruenitur ad ipsas, vel quia ad ipsam non potest verisimiliter perueniri, nisi per malũ vel abominabile principium: vt in simili not. in c. & si Christus. §. quædam enim. suprà, de iureiur. Vnde donatio inter virum & vxorem prohibetur propter malitiam antecedentis. nam vir malignaretur succedendo vxori, & diebus & noctibus, torquendo & infestando. vt not. in authen. vt immobil. ante nup. circa med. coll. v. vel terroribus imminendo. vt l.j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio non dat. & nunquam esset inter eos pax. Nec minus naturali amore vxoris facilè traherentur ad dissipationem bonorum: quia nihil feruore amoris vehementius. vt auth. quib. mo. na. effi. leg. §. illud. col. vj. Hæc est ratio ex parte ante, & alia ratio ex parte post, seu consequenter: quia vnus efficeretur ditior, alter pauperior: & pauperes parum honorantur, & parum timentur. vt ff. de verb. obli. l. vtrum turpem. Ista autem argumentatio ex parte antè, id est, ex parte causæ: & ex parte post, id est ex parte effectus, licita est, tanquam ex integrantibus dispositionis effectum & mentem disponentis: vt ff. de act. & oblig. l. fin. no. ff. de cond. ob turp. cau. l. ob turpem. Ex his omnibus, & ne diuortia sint venalia & simoniaca, prohibetur dicta captiosa donatio: quia captiosam liberalitatem interpretatio prudentium fregit: vt ff. de transact. l. cum Aquiliana. item quia omni lucro debet præferri concordia maritalis. C. de insti. & substi. sub cond. fac. l. reprehenenda. Vnde donatio inter virum & vxorem est prohibita, vel saltem extra protectionem iuris ciuilis posita incõuincibili persuasione, cùm vir & vxor sint socij diuinæ & humanæ vitæ. ff. rerum amot. l.j. & l. aduersus. C. de crimin. expila. hæred. Pactum inter socios factum, quod in persona vnius sapit lucrum præcisè, & in persona alterius sapit damnum præcisè, non valet, quia est contra substantiam societatis. ff. sol. matr. l. si cum dotem. §. sinautem in sæuissimo. quia ista societas est lupi cum agno, quẽ cauda linit, vt comedat eum. Hanc enim societatem lex falsam & leoninam appellat, & intolerabilem: vt ff. pro soc. l. mutus. Igitur propter duo mala vitanda (vt summatim dicamus) fuerunt inter coniuges donationes prohibitæ, ne videlicet mutuo amore se spoliarent, & ne dissensiones & diuortia sequerentur. Quæ enim incõsulto calore facta sunt, rata per leges non habentur: quia cùm in omnibus actibus hominum, tam in delictis, quàm in obligationibus seu contractibus quàm etiam in iudiciis requiratur agentium deliberata voluntas & consensus: vt in capitulo, cùm voluntate. de sentent. excommun. in l. obligationum substantia. ff. de action. & obligatio. in capitu. fina. de confes. cum concordant. Actus vbi † non est voluntas vel consensus non debet approbari: & non est deliberata voluntas vbi non est consilium. Vnde cùm iracundia priuet consilio & deliberatione, iuxta illud Catonis: Ira impedit animum, ne verum discernere possit. quod transcribitur ij. part. titul. v. l. x. & Horatius epistola ij. dicit. quòd est breuis furor: ideo † facta calore iracundiæ non approbantur. de pœn. distinct. prima. cap. diuortium. ff. de diuor. l. diuortium. ij. ff. de reg. iur. l. quicquid calore iracundiæ. C. de pœnis. si vindicari. ff. de publica. l. licitatio. glos. in capi. ex literis. de diuor. Inde etiam † cùm ebrietas alienet ab intellectu, & priuat libertate. in cap. sexto die. xxxv. distinct. vbi enim ebrietas, ibi libido dominatur & furor, ead. distinct. cap. venter. & quod not. in cap. à crapula. de vi. & honc. cleric. Ideo de factis ebriorum in iure non curatur, vt not. in cap. sicut nobis. de testi. Inde etiam facta per lapsum ætatis, vel per metum, non ratificantur. ff. de minor. per totum. & ff. quod met. causa. per totum. cum concord. Hinc cùm amor priuet deliberatione: quia sicut vinum, ita amor inebriat: Instit. de succes. subla. & dixit Sapiens, Vinum & mulier apostatare faciunt sapientes. Eccles. xix. Et furore amoris nil vehementius inuenitur. in authent. quib. mod. nat. effic. legiti. §. illud. colum. vj. Et cùm iste amor inter coniuges præsumatur inesse, vt in dicta auth. sequitur, quòd donationes factæ inter eos, præsumuntur factæ inconsulto calore amoris, & ideo non debent à iure approbari. Et præterea quantum ad secundum malum vitandum, laborant legislatores, vt omnis materia discordiæ tollatur: vt latè probat beatus Thom. j. de regim. princ. vlt. hinc puniunt seditiosos, in tit. de seditiosis. hinc dominia distinxerunt, in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. hinc limites agris, in cap. forus. de verb. signific. & reliqua talia penè infinita, & præcipuè circa matrimonium, quod immortalitatem artificiose ipsi præbet generi humano: in l.j. ff. solut. matrim. in auth. de nupt. in princ. Sed si permitteretur mulieri donare viro, vel econtra, si non donaret, oriretur inter eos dissensio, & ex dissensione diuortium: vt satis manifestum est. Quamobrẽ sagacissimè legislatores prohibendo huiusmodi donationes, semina discordiæ & diuortij sustulerunt: nam Pythagoras inter leges ad conseruationem suæ politiæ introductas (vt refert Hieronymus contra Iouinianum) Fugienda, inquit, sunt modis omnibus, & abscindenda à ciuitate seditio, à domo discordia, &c.

Adde Hypoli. in l.j. in princ. ff. ad l. Corn. de fica. col. 8. ver. quo autem. Io. Bern.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges adeò prohibita est, quòd ex ea non oritur obligatio etiam naturalis.*
2 *Vendens rem pro viliori pretio, videtur illud quod magis valet donare.*
3 *Electus nondum cõfirmatus, non potest administrare.*
4 *Spurius filius institutus sub conditione, si legitimabitur, vel cum capere poterit: interim quòd legitimatur vel efficitur capax, potest petere bonorum possessionem secundum tabulas, & tanquam curator bona hereditaria administrare.*
5 *Res empta nomine vxoris de pecunia viri, potest ab vxore repeti.*

EX quibus rationibus, licet non tantum explicatis, Bald. in cap. cùm contingat. suprà, de iureiuran. xv. colum. versic. quæritur. dicebat hanc donationẽ iuramento firmari. de quo infrà latius subiiciã. §. j. Et intellige reprobatã donat. inter cõiuges, nõ solũ ratione dominij, sed etiã ratione possessionis: vt l. inter virũ, & ibi gl. & doc. isto ti. & l.j. §. si

§. XXIX. 1. *Illario.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Illatio. De donatione possessionis.

§. si vir. ff. de acqui. pos. & inde est, quòd vxor dicitur possidere pro possessore, & sic est causa iusta. vt l. quòd vxor. eo ti. de acqui. pos. Hoc tamen, quod de possessione dixit, intelligo, quando maritus donans est dominus rei donatæ, tunc enim nec dominium, neque possessionem donare potest, quia donando possessionem rei propriæ, efficeretur pauperior, duplici respectu, primò propter amissionem, secundò quia dominium (vt ita dicam) debilitaretur, & non esset ita efficax, quia non posset liberè de re disponere, iuxta legem, in re mandata. C. mandat. Secus tamen est, cum res donata esset aliena, nam tunc valet et donatio possessionis. vxor enim potest donare rem alienam marito, & econtra, vt l. si vir vxori. & ibi no. ff. pro donato. quo casu intelligitur facta donatio possessionis. quia dominium donare non potest, cum non sit suum, & sic nullum sit præiudicium dominio suo, nec videtur fieri pauperior, ex quo ab eo possessio auocari potest. ar. l. non videtur. infrà eo. & quia dominus illa videtur habere, vt l. qui actiones habet. ff. de reg. iur. ita subtiliter dicit Bartho. Socinus in l. j. §. si vir. ff. de acqui. pos.

3. Illatio.

4. Illatio.

1 Et adeo prohibita est † donatio inter coniuges constante matrimonio, quòd ex ea non oritur obligatio, etiam naturalis, vt voluit Bar. in l. ij. §. j. ij. co. ff. de dona. quia ex quo l. resistit tali donationi, non potest ex ea oriri obligatio, etiam naturalis, vt l. si non sortem. ff. de condi. indebi.

Et hinc est, quòd huic donationi non accedit fideiussor, vt l. v. §. si debitor. ff. isto ti. Ex his infertur, quòd si maritus † vendidit vxori aliquam rem pro viliori pretio, cum illud, quod magis valet, videatur donare, non valebit talis donatio. est tex. not. in l. si quis donationis. in fi. ff. de contrahen. emp. & in d. l. si sponsa. §. circa. ff. isto tit. Ex hoc etiam infertur, quòd si procurator meus meum annuum debitum fecit transferri & scribi in personam vxoris meę in libro communis, vel aliàs: quamuis ego postea ratum habeam, ex hoc nihil acquiritur vxori meæ, adeo quòd etiam morte mea non confirmabitur. Ita singulariter cõsuluit Anch. con. si. xxxj. per pulchra fundamenta, quæ per te videas. Intellige secundum distinctionem, quam facit tex. in l. ex annuo. ff. isto ti. Ex his etiã infertur, quòd si vxor volens donare viro, committit sibi administrationem bonorũ, vel partis eorũ, quæ ex successione vel aliàs ad eã pertinebãt, cũ hoc q̃ nõ tenere tur reddere rationẽ, ita q̃ ex ista administratione possit maritus aliquod cõmodũ habere, cũ ex hoc resultet donatio, non est valida. Iste est tex. no. in l. Sulpitio. aliàs incipit, mulier. ff. isto ti. & bene facit tex. in simili in c. auaritiæ. de ele. li. vj. vbi dicitur, q̃

5. Illatio.

2

6. Illatio. Commissio administrationis, sine redditione rationis.

3 electus † nondũ cõfirmatus, sicut nõ põt administrare iure prohibẽte, ita nõ potest cõstitui, curator vel œconomus rerũ ecclesiæ. Idẽ esset e contra, quando maritus vxori cõmitteret administrationẽ animo donãdi, quæsito isto colore. ad idẽ facit tex. in c. j. §. sed & res. in ti. per quos fiet inuestitura. li. feu. vbi nõ valet alienatio rei feudalis sub colore feudi.

Si tamẽ color nõ esset quæsitus, nec administratio esset animo donãdi concessa, vt puta, q̃ haberet administrationẽ illorũ bonorũ vsq; ad mortẽ suã, & post mortẽ deueniat ad filiũ, vel aliũ, cũ hoc q̃ possit hãc potestatẽ reuocare, quãdocunque voluerit, ista cõmissio valet, nec præsumitur facta in fraudẽ, nisi aliter appareat. Ita dicit tex. in d. l. Sulpitio. facit quod in simili dicit Bal. quẽ sequitur ibi Angelus per illum tex. in l. si quis hæres instituatur. ff. de hæredibus insti. q̃ filius † spurius institutus sub conditione, cũ capere potest: iuxta no. in l. in tẽpus. ff. de hære. inst. vel sub cõditione, si legitimabitur, iuxta no. per Bal. & alios in l. Gallus. §. instituentes. ff. de libe. & post. & in l. si filius. ff. de testa. & ibi per Modernos, signãter per Franciscum Aretinũ, qui alios refert, per doctores nostros in c. per venerabilem. suprà, qui fi. sint legi. Poterit iste filius interim, qui legitimatur, vel capax efficitur, petere bonorũ possessionem secundũ tabulas, & administrare bona hæreditaria tanquam curator, sicut poterit quilibet alius institutus sub conditione, vt d. l. si quis hęres. Imò fortius dicebat idem Bald. in d. l. Gallus. §. instituẽs. q̃ indistinctè filius spurius taliter institutus, interim debet dari curator bonis, & potest administrare bona hæreditaria, tanquã curator, & si nõ legitimetur, tenetur reddere rationem illi, cui debebitur hæreditas. Sed primum placet Frãciſco Aretino in d. §. instituẽs. Infertur etiam q̃ si vxor emit rem, & † maritus soluit pretium, tota res à muliere repeti potest: vt l. quod autem. §. si vxor. ff. isto ti. Idem, si nomen vxoris solum sit appositũ in instrumento, tamen vir suus comparasse probatur ex duobus, scilicet q̃ ipse vir, antequam peruenireturad faciendũ instrumẽtum, suo nomine emit, itẽ quòd ipsi viro possessio tradita est. ita dicit Bart. in l. multum. C. si quis alte. vel sibi. per illum tex. reputans hoc bene notãdum. Idem, si maritus aliquid emit ex sua pecunia nomine vxoris, videatur sibi donare: nõ valet talis donatio. vt est bonus text. in l. cùm hic status. §. j. ff. isto titu. Imò dominium rei emptæ remanet penes maritum, sicut dicimus in patre donante filiofami. vt Insti. de inutil. stipul. §. ei qui. & in l. j. C. de castren. pec. mili. xij. vbi no. Io. de Pla. in j. no. subdit tamen, quòd re tradita filio vel vxori, morte patris, vel mariti, cõfirmatur & retrotrahitur, quo ad fructus & damna illata, nõ tamen quo ad dominium, vt l. donationes. la j. in fin. C. isto ti. de quo infrà, latius dicetur.

De incapacis sub conditione instituto interim administrare.

7. Illatio. De empta nomine vxoris pretio mariti.

Ex istis etiam infertur, quòd si maritus se obligat pro muliere, non valet talis obligatio, quia ex hoc resultat quædam donatio, vel irrepetibilis datio, quia inter virum & vxorẽ raro datur iudicium constante matrimonio. ff. de excusa. tutor. l. j. in fi. Contrarium tamen est verum, quia quicquid agitur inter vi. & vxo. nihil ad creditorem, qui certat de damno vitando. arg. ff. de donatio. l. vt mihi donares, secundùm Bald. in authen. si mulier. fin. co. C. ad Velleia.

8. Illatio. Obligatio viripromiere.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotem constituere est donare.*
2 *Actus secundum tempus in quod refertur, iudicatur validus, vel inualidus.*
3 *Virginem nondum desponsatam seducens, & cum ea dormiens, debet eam dotare, & habere eam in vxorem.*
4 *Consuetudo vincit leges, & eas interpretatur.*
5 *Donare videtur is, qui consentit rem suam ab alio donari.*
7 *Dotis constitutio est titulus totaliter in maritum dominium transferens.*
7 *Factum ab eodem diuersis temporibus, non repræsentat identitatem eiusdem facti.*

Facere

8 *Facere per seipsum videtur, qui per alium facit.*
9 *Donare per se, vel per alium, paria sunt.*
10 *Ius eligendi quando residet in persona alicuius, dicitur eligere iure proprio sed quando eligit vigore iurisdictionis alterius, eligit iure alieno.*
11 *Procurator substitutus à procuratore, qui habebat potestatem substituendi, non dicitur substitutus à domino sed à procuratore, qui factus erat dominus litis, & inter ipsum & procuratorem oritur actio mandati, non inter ipsum & dominum.*
12 *Dos constante matrimonio potest constitui tam per confessionem, quàm per numerationem, nisi constituatur in fraudem aliorum creditorum.*
13 *Donationem verum suarum faciens, si postea statim delinquit, præsumitur fraudulenter donasse.*
14 *Monachus statim post monachationem electus, præsumitur ingressu ambitione prælaturæ.*

§. XXX.

9. Illatio. Constitutio dotis nõ valet.

INFERTVR etiam, quòd si maritus constante matrimonio velit vxori suæ dare, non valebit talis constitutio dotis, vt est casus not. in l. si quis vxori ea conditione. ff. isto tit. vbi dicit tex. quòd si maritus donasset vxori rem eo pacto, vt postea vxor eam sibi in dotem daret, non valet donatio. & hoc

1 ideò, quia constituere † dotem, est donare. vt probat text. in l. fin. §. si à socero. ff. de his, quæ in fraud. cred. & l. ex promissione. ff. de act. & obl. & l. vnica. 6 §. accedit. C. de rei vxor. actio. Ex quo prima facie idem videtur dicendum econtra, quòd vxor constante matrimonio non potest seipsam dotare. de quo videas infrà in v. limitat. principali, die vt ibi. Idem dicas tu, si vir dotauit mulierem, antequam cum ea contraheret, & se retulit ad tempus matrimonij. nam tunc non valeret constitutio dotis, ac

Ampliatio Dotatio relata ad tẽpus matrimonij.

2 si fieret constante matrimonio. quia † actus iudicatur vt validus vel inualidus, secundum tempus, in quod refertur: vt l. quod sponsæ. C. de don. ante nup. & c. de vxore. suprà, de sepult. not. Bart. in l. si spõsus. §. si vxor. ff. isto tit. Sed contra hoc est, quod habetur Exod. 22. & transcribitur in c. j. de adul. si se

3 duxerit quis † virginem nondum desponsatam, dormierit q̃ cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem: & sic dotatio refertur ad tẽpus matrimonij. tamen valet. Glos. in d. cap. soluit duobus modis. primò, quòd exponatur, dotabit eam, id est, donationem propter nuptias assignabit. secũdò, quòd intelligatur, q̃ non refertur donatio in tempus matrimonij. Sed vtraque solutio non est congrua. prima, quia impropriat verba. secunda, quia est apertè contra tex. Et propterea tu dic, quòd loquitur in donatione necessaria, & remuneratoria, nam fit in precium pudicitiæ contra ius violatæ, quod appareat, quia licet cum ea non contrahat, tenetur eam dotare: vt in fi. dicit tex. in d. c. j. de adult. donatio autẽ remuneratoria permittitur inter coniuges: vt inferius latè dicetur. Secus tamen esset, si vir dotãs mulierẽ ante matrimoniũ, se nõ referat ad tẽpus matrimonij: quia tunc licet postea cũ ea contraxerit, valet cõstitutio dotis: quia eo tẽpore nõ erãt coniuges, nec forte sperabãt esse, & cõsequens nõ fit cõstãte matrim. Est casus no. in l. j. C. de don. ante nupt. vbi dicitur, q̃ si vir donasset & tradidisset vxori futuræ, & demũ ab ea illud donatum reciperet in dotẽ, bene valebit. Et sic debes intelligere tex. in c. & si necesse. & in c. nuper. infrà, isto ti. Vel intellige, quando est consuetudo, quòd maritus dotet vxorẽ: nam tunc bene potest, secundum Vincen. & Ioan. And. quem alij sequuntur in d. c. & si necesse. quod mihi satis placet, quia † consuetudo vincit leges, & eas interpretatur: vt l. si de interpretatione. ff. de leg. & c. cum dilectus. suprà, de consue. quamuis Andr. Sic. in l. si diuortium. ff. de verb. ob. Iin fi. reprobet opinionem Vincẽtij & Ioan. Andr. aliquibus fundamentis mihi parum vrgentibus, firmans non valere consuetudinem, quòd maritus dotet vxorem, vt ibi latè per eum. Quinimo, quod plus est, non poterit maritus aliquid de bonis suis alicui donare, vt ille cõstitueret dotem vxori ipsius donantis, quia cum res ipsa à principio erat in patrimonio mariti donantis, quamuis postea donetur vxori ab extraneo, in effectu videtur ab ipso marito donata. vt est tex. singularis in l. si extraneus. ff. isto ti. Et ratio huius est, quia † consentit rem suam ab alio donari, ipse donare videtur, vt l. si liqueat. in fi. C. de inoffi. do. & l. ij. C. si aduersus venditionem. Licet ergo maritus donet extraneo, vt donet vxori, non extraneus, sed ipse donare videtur vxori. vt dicit tex. no. in l. profectitia. §. si quis centũ. ff. de iur. do. Videtur ergo donatio facta per interpositã personã, quæ prohibita est de iure, vt l. iij. §. socrui. & §. fi. cum l. sequent. & l. si sponsus. in princip. ff. isto titulo. de quo dico latius infrà, §. xlvij. ver. ex istis etiam. Res ergo, quæ erat ipsius viri, non potuit ei in dotem concedi, quia constitutio † dotis est titulus totaliter in maritum dominium transferens, vt voluit glo. in l. docet ancillam. C. de rei vendicat. Vnde res sua non potuit amplius effici sua, vt l. debitum. ff. de pig. act. & l. cum res. de contra. emp. & c. inter dilectos. suprà, de fid. instr. Non ergo valebit ista donatio, nisi morte mariti confirmetur. l. sed interim. §. idem Marcellus. & ibi glo. ff. isto titu. ita not. concludit Campetius in suo tractatu, de dote. prima parte. q. l. Quod tamen ego intelligerem procedere, quando maritus donauit alteri, puta Titio, vel ille dotaret vxorem ipsius donantis, & de hoc constaret, vel si dixisset se velle donare, cui ille Titius donaret: nam tunc in effectu ipse maritus donabat. ar. ff. quod cuiusc. vniuersi. no. l. item eorum. §. decuriones. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. & C. de iud. l. apertissimi. & quod ibi no. in vlti. glo. Nam his casibus maritus non transtulit aliquod ius proprietatis in ipsum donatarium, sed eum nudum ministrum facit ad donandum vxori. arg. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus du. Quando cunque ergo etiam ex interuallo donatarius redonet vxori, non valet donatio. vt l. iij. §. fi. ff. isto titu. & facit tex. in l. ait prætor. §. j. ff. de his quæ in fraudem creditorum. per quæ iura ita dicit glo. fi. in l. si ventri. §. fi. ff. de priui. credito. Ex quo dixi & defendi in contingentia facti, in regali cancellaria, cum vxor cuiusdam haberet domum in emphyteosim à quodam monasterio, pro certa annua pensione, vt marito complaceret, iuri, quod in prædicta domo habebat, in Abbatis manibus renunciauit, habito prius inter eos & Abbatem tractatu, vt eadem domus pro eadem pensione marito concederetur. Vxor cum licentia mariti renunciauit in manibus Abbatis: Abbas marito cõcessit. Dixi, istam concessionem & donationem non valere, tãquam factam (veritate inspecta) inter maritum & vxorem, quãuis per interpositam personam facta fuerit. vnde marito præmortuo, domum ad vxorem, non ad mariti hæredes pertinere. Ad hoc vltra prædicta allegabam decisionem singularem

Cõsuetudo valet, quòd vir dotet vxorem.

2. Ampliatio. Etiãsi maritus donet tertio vt dotet vxorem non valet.

Anchara.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anchara. consilio trigesimo primo. vbi inter cætera dicit, quòd si procurator meus meum annuum debitum transferri fecit, & describi personam vxoris meæ in libro communis, vel aliàs: quanuis ego postea ratum habeam, ex hoc nihil acquiritur vxori meæ: adeo quòd nec morte mea confirmabitur ista donatio: vt ibi late per eum: per pulchras rationes, quas per te videas. Videor quidē in effectu donationē facere vxori per interpositam personā, quę etiam prohibita est: vt dictum est in præcedētibus. Quanuis enim quātum ad quantitatē & veritatem, impossibile sit factum vnius, dici factū alterius, cum
7 etiam † factum ab eodē diuersis tēporibus, non repræsentat identitatem eiusdem facti: vt ff. de cōdi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. & in authen. de fi de instru. circa prin. colla. vj. tamen de quadam iuris fictione & interpretatione factū vnius alterius intelligitur, vt ff. de vi & vi ar. & ita debet intelligi
8 regula iuris, quæ dicit, † qui per aliū facit, est perinde, ac si faceret per seipsum. secundum Dynum ibi. & propterea cōstitutio puniens deferentes res prohibitas, comprehendit eos, qui per nuncios transmittunt, vt probatur in c. significauit. iuncto ca. ita quorundam. infrà, de Iudæis. secūdum Ana. & alios ibi. & per doctores in c. mulieres. de sentētia excō. in c. cū quis. eo. ti. lib. vj. & in c. j. de offi. deleg. cum aliis, de quibus per Modernos in tractatu maleficiorum. in parte, Sempronium mandatorē. Modo ergo maritus donet per se, modo per interpositam personam, non valebit donatio, quoniam paria sunt † donare per se, vel per alium. Et per hoc dico hodie non seruandam legem regni, Foro generoso rum, lib. v. tit. j. l. iij. quæ incipit, ésto es fuero de Castilla. dum ponit, quòd si quis etiam si habeat filios, voluit aliquid donare vxori, dū matrimonium cum ea contrahit, vendat ex suo patrimonio alicui amico suo, de quo confidat tantum, quantum donare volebat: & si iste amicus aliud tenuerit per annum, & diem, quasi per hoc videatur dominium acquisisse, potest illam rem marito & vxori vendere, & sic vxor habebit medietatem illius rei. Sed illa lex non videtur equitatem habere, cùm permittat fraudem & simulationē. leges enim veritate, non simulationibus seu figmētis subsistunt. C. de dedi. li. l. vna. Se cus tamen, si verè & realiter maritus donasset Titio, transferendo proprietatem & possessionē in eum, cessante fraude. nam tunc bene crederem valere donationem, quam iste Titius faceret vxori ipsius primi donatoris, de re ab eo donata. nam tunc potius dicetur facta donatio à Titio, quàm à marito. vt sentit Bar. in simili, in l. ij. circa medium. versi. sed iuxta prædicta quæro. ff. de opti. leg. vbi dicit, † q; quando ius eligendi in alicuius persona residet, dicitur eligere iure proprio, iure verò alieno, quando facit vigore iurisdictionis alterius, tanquam minister, vel delegatus, vt l. j. §. qui mandatum. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisd. quod est notabile, & facit ad multa. refert & sequitur Pau. de Castr. consi. ciij. incipit, super primo. qui ad hoc allegat in simi-
11 li illud, quod dicitur de † procuratore subſtituto à procuratore, licet habuerit potestatem subſtituendi, non dicitur subſtitutus à domino, sed à procuratore, qui factus erat dominus litis, & inter ipsum & procuratorem oritur actio mandati, non inter ipsum & dominum, vt no. per Bart. in l. si procuratorem. §. fina. manda. Vnde sic videtur dicendum in proposito, postquā maritus donauit Titio realiter, & in eum transtulit omne ius, quod habebat, iam Titius est factus dominus illius rei donatæ, & potest de illa ad libitum disponere, etiam contra voluntatem donantis, vt l. hoc iure. §. si quis pecuniam. in glos. iiij. eod. titu. & in l. ea lege. C. de condi. ob causam. Dicemus ergo istam donationem factam à Titio, non autem à marito, & per consequēs valebit. Hoc idem videtur fuisse de mente Bar. consil. ccccxij. ij. columna. prin. in iij. parte. incipit. Seia origine. vbi consuluit tali casu, Seia nupsit Titio, qui Titius constante matrimonio fuit confessus, se habuisse & recepisse dotis nomine mille ab auia eiusdem Seiæ, qui promisit restituere dictæ Seiæ in omnem casum dotis restituendæ cum obligatione bonorum, & renunciauit exceptioni non numeratæ dotis, & super hoc fecit instrumentum, contra quod instrumētum possessor conuentus hypothecaria, opponit dicens, quòd dictum instrumentum præsumitur ex causa donationis, quæ inter virum & vxorem consistere non potest, & maxime quia interuenit traditio, vt l. Papinianus. ff. isto tit. Vnde licet donatrix prædecesserit, donatio confirmatur morte. ad quod facit quod not. in l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. in gl. parua quæ
12 dicit, quòd dispositio illius leg. non habet locum in dote confessata non numerata. Dicit tamen Bal. vbi suprà, quòd in contrarium est ipsa veritas, quia dos † constante matrimonio potest constitui tam per confessionem, quàm per numerationem, nisi constituatur in fraudem aliorum creditorum, vt C. de dona. ante nupti. l. fina. & authen. sed iam necessē. Nec potest opponi exceptio non numeratæ dotis, tam propter temporis lapsum, quàm propter renunciationem ab ipso Titio factam, vt C. de non nu. pe. l. si executione. quæ renunciatio non fuit facta inter virum & vxorem, sed inter auiam maternam, & virum, vbi non præsumitur donatio, sed dos, quia quale est instrumentum in forma, tale præsumitur in materia. Standum est enim verbis instrumenti, vt C. de proba. l. cum precibus. & c. naviganti. infrà, de vsuris. nec præsumitur si nulatio, nisi probetur, vt C. plus valere quod agitur. per totum. & ff. de pactis. l. iurisgentium. §. quod fere. nisi expresse probetur contrarium. Præterea dicit Bal. hic non est tractandum de donatione inter virum & vxorem, quia in hoc contractu auia est illa, quæ præsumitur donasse nepoti, non vir vxori, vt ff. so ma. l. Caius, C. de iure do. l. auia. & C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. extraneū. Nec illud est dubitandum, secundum eum, quòd dos potest constitui pro matrimonio iam contracto, etiam durante. vt ff. si cer. pe. l. veluti. & ff. de actio. & obli. l. obligamur. §. j. alioquin nec ante matrimonium constituta valeret, cùm in tempus matrimonij conferatur, vt C. de dona. ante nuptias. l. j. & l. quod spontè. Ex his concludit, quòd dicto instrumento est standum, nam & si donandi animo vir esset: confessus se habuisse ab auia, duæ donationes factæ viderentur, vna per virum in auiam maternam, alia per auiam maternam in neptem suam, licet celeritate actuum altera occultetur. vt ff. isto. tit. l. iij. §. sciendum. & l. Sulpitius. & facit quod not. Bar. in l. singularia. ff. si cer. pe. pe. col. ver. iuxta prædicta. Constat autem auiæ maternæ & socrui posse donari, & rursum ipsam posse donare nepti & filiæ, quia non se contingunt per aliquam paternam potestatem, vt l. iij. cum simili. ff. isto tit. Et subdit Bal. q; si dicetur,

Contrariū fundamentum. Lex regni. 9

Limitatio. Nisi verè, & sic realiter maritus donasset Titio.

retur, quòd in effectu maritus videtur donasse vxori: dicit, quòd non esset donatio simplex, sed causa dotis: quo casu nó requiritur, quòd vir tradat propter ipsius dotis naturam, quæ debet possideri à viro: vt l. ij. C. de dote cau. non num. licet gl. ibi se inuoluat. Ista sunt ferè verba Bald. vbi suprà. qui sic quieuit, & in effectu videtur tenere contrariū eius quod tenuit Campet. vbi suprà. sed tu teneas quod suprà dixi. Et quod plus est, potest probabiliter dici, quòd ex quo isto casu, quo loquitur Bal. confitetur maritus per publicum instrumentum, quòd recepit dotem ab auia, & sic ab extraneo, cùm ipsa non habeat neptem in potestate: & in hac materia extraneus dicitur qui non habet in potestate: vt d. l. vnica. §. extraneum. C. de rei vx. act. quòd licet in ipso instrumento non renunciauerit maritus exceptioni non numeratæ dotis, non poterit hoc casu opponere exceptionem non numeratæ dotis: quia tunc præsumitur semper fuisse actualiter numerata. Istud fuit singularissimum dictum Salyc. in d. auth. sed iam necesse. C. de do. ante nup. & refert & sequitur Ias. in d. §. fuerat. ante xxix. col. in fi. versi. vnum etiam. Insti. de act. Prædicta tamen sunt intelligenda sanè, vt. s. illud quod maritus donauit Titio realiter, & de hoc constat, posset donare vxori donatoris: nec dicetur donatio inter virum & vxorem. Sed in casu dubij, si Titius statim cum à marito recepit, vxori donatoris donauit, quoniam tunc præsumitur fraus, & color quæsitus. argu. text. in l. post contractum. de dona. & l. si quis post hac. C. de bo. dam. vbi dicitur, quòd si quis fecit donationem re-
13 rum † suarum, & statim delictum commisit, præsumitur fraudulenter fecisse. Ad idem est opt. in l. j. §. in summa. ff. quar. rer. act. non da. vbi dicitur, quòd tunc demum operæ impositæ liberto dicuntur onerare libertatem, si incontinenti post manumissionem imponitur: secus si ex interuallo. Ad idem est text. singularis in l. si venter. §. fin. ff. de priuil. credi. vbi dicitur, q; si obligatio creditorum priuilegia prætendentium nostris pecuniis est dissoluta, fuccedimus in priuilegium. Et dicitur dissoluta, cùm directo ad manus creditorum peruenit, vel per mediam debitoris personam incontinenti, non ex interuallo. Ex quo dicebat Bar. ibi, q; accusabatur quidam de consilio præstito ad homicidium. & de homicidio probatur per famam. Item probatur, quòd ille fuit locutus homicidæ, sed ne sciebatur quid diceret, & ille statim iuit, & occidit. Certè ex breuitate spacij præsumitur consilium. per illum text. cum
1 glo. secundum Bart. ibi. quem refert & sequitur. & dicit esse menti tenendum. Angel. & Bald in l. j. iij. col. in fi. ver. & ille dicitur. C. de ser. fugit. in c. veritatis. iij. col. in fi. de dolo & cont. Francisc. de Aret. in cap. tertio loco. fi. col. de probat. per Modernos in tractatu maleficiorum, in parte, Sempronium mandatorē. xxix. col. facit quod in simili dixit Bal. in l. non ideo minus. penult. colum. C. de accusatio. & refert & sequitur Franciscus Aretinus in d. cap. iij. loco. fin. colum. quòd si aliquis incontinenti post maleficium commissum, associat aliquem: ex hac sola præsumptione potest condemnari, quòd opem delicto præstiterit in ipso committendo, propter breuitatem temporis. Ad hoc bene facit text. in c. officiis. suprà, de electio. vbi dicitur, quòd præsumptio est contra ea quæ incontinenti fiunt. Vnde statim post monachationē electus in prælatum, præ-
14 sumitur † ambitione prælaturæ inductus. Ad hoc solet quotidie allegari ille text. secundum Abb. ibi. in iij. not. Pari ergo ratione præsumitur fraus, si is, cui maritus donauit, incontinenti donauit vxori donatoris. quod ferè in terminis nostris tenet Bal. in l. eam quam. x. colum. C. de fideicommiss. in versi. sed hic subiungitur talis quæstio. vbi dicit, quòd si aliquis habens filium spurium, cui donare non poterat, donauit ecclesiæ, ecclesia postea donauit spurio non valet donatio, quia secunda donatio præsumitur remuneratio, quæ non potest fieri in persona spurij, secundum Franc. & Cyn. in addi. suis, in l. si verò non remunerandi. §. Papinianus. ff. manda. quia apparet fraus, seu color quæsitus maximè, & celeritate actuum, scilicet donationis factæ ab ecclesia ipsi spurio, statim post donationem factam ecclesiæ à patre spurij. arg. d. l. si ventri. §. fina. cum aliis, de quibus suprà, quod est valde notandum, & ego aliàs vidi in practica.

Verificatio limitat. Quando de hoc cōstat, secus in dubio ex celeritate.

SVMMAE RERVM.

1 *Donare potest maritus plebeius, vel ignobilis, seu senex, mulieri nobili, vel iuueni.*
2 *Mulier nobilis non tenetur ad illa obsequia seruilia & vilia, ad quæ tenentur regulariter vxores, puta lauare caput, vel pedes mariti, & similia.*
3 *Donatio remuneratoria inter coniuges, quando valeat.*
4 *Confessio mariti de dote recepta ab vxore, an præiudicet marito siue eius obliget.*
5 *Donatio inter patronum & libertam vxorem, non valet.*
6 *Nobilitatem non assumit vir ab vxore nobili.*
7 *Nobilitatur vxor ex persona mariti.*
8 *Nobilis, qui non tenetur ad tributa soluenda, si contraxit matrimonium cum plebeia seu ignobili, quæ habebat bona patrimonialia, quæ dedit in dotem marito, ipse non tenebitur pro illis bonis soluere tributa, etiam si de illis mulier prius solueba.*
9 *Mulier ignobilis nobilitatur ex persona mariti, & retinet hunc honorem post mortem mariti, dum manet in viduitate, nisi contrahat matrimonium cum ignobili.*
10 *Donatio inter coniuges, causa benignitatis adipiscenda, dicitur valere.*

VNO tamen casu potuisset maritus dotare vxorem, & valuisset constitutio dotis, scilicet, quando maritus † plebeius, vel ignobilis, seu senex, contraxit matrimonium cum muliere nobili, vel iuuene, & facit sibi aliquam donationem eam dotando: cùm ista donatio sit remuneratoria nobilitatis, seu iuuentutis ipsius mulieris, valebit talis constitutio dotis. Pro hoc est glos. illa singularis, in l. si voluntate. C. de dotis promis. & ibi tenent Bart. Saly. & alij. Bart. Ang. & Alex. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. & in l. si ita stipulatus, §. si tibi nupsero. in fi. eod. tit. Abb. in cap. super eo. el ij. in ij. colum. suprà, de testib. & in cap. gemma. fin. col. suprà, de sponsi. & in c. de illis. ij. not. suprà, de con. appo. & in c. & si necesse. j. no. & in c. fi. j. col. infrà, eod. & in c. cùm in ecclesiæ corpore. infrà, de sim. vbi per Maria. & per Ioan. de Anan. in fi. & per eundem in c. j. v. col. infrà, de adul. Ioan. de Imol. in rubr. ff. solut. matr. & in l. si constante. & l. pen. §. mulier. eod. tit. Idem tenet Bald. in c. accedens. suprà, de procu. & & in l. ij. §. fin. ff. si cer. pet. vbi expresse loquitur de

1 §. xxxi. 2. *Limitat. Nisi vxor esset nobilis vel iuuenis, ipse verò maritus de nans ignobilis, vel senex.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sene, qui accepit vxorem vnam iuuenculam: nam potest illi aliquid donare pro dote, vel aliàs in remunerationem iuuentutis, quod refert & sequitur Ias. in l. ex hoc iure. xij. col. ff. de iusti. & iur. & in l. fi. pen. col. C. de verb. sig. vtrobique latius per eum, quem videas. Ad idem Bald. & Albe. in l. j. C. de don. ante nup. Aug. de Perusio, & alij Modernior. in l. j. ff. soluto matrim. & in consil. v. Ange. de Aret. in §. est & aliud. Instit. de dona. & idem dicit Angel. in dicta l. si diuortio. de muliere paupere. Et ita debet intelligi & limitari tex. in d. l. si ita stipulatus. §. si tibi nup. ff. de verb. oblig. quem ibi not. Bal. & dicit non esse alibi. vbi dicitur, quòd si promitto mulieri centum, si mecum cótraxerit, non valebit matrimonium, quia intuitu libidinis, videor illam induxisse: debet enim intelligi, quando talis promissio fieret inter æquales. Secus si mulier esset nobilior, vel iunior: quia tunc videtur maritus donare animo compensandi nobilitatem seu iuuentutem. ita dixit Abb. in d. cap. gemma. pen. col. & in d. cap. de illis. & in dict. cap. cum in ecclesiæ. in fi. Ioan. de Anan. ibi, & in d. cap. j. v. colum. infrà, de adult. Mulier enim nobilis, † non tenetur ad illa obsequia seruilia, & vilia, ad quæ regulariter tenentur vxores: vt puta, lauare caput, vel pedes mariti, vel parare cibos, & similia. ita dicit Abb. in cap. literas. fin. col. de restitut. spol. Vnde apud Romanos inoleuit consuetudo, ne clarissimæ fœminæ in rebus vilissimis versentur: nobiles enim mulieres, percusso cum Sabinis fœdere, ab molari & coquinaria opera, & seruilibus ministeriis immunes factæ sunt. Si tamen mariti valetudo, vel honorandorum hospitũ causa interciderit, huiusmodi negotia suscipiant: nam si saluti viri conduxerit, non modo quicquam prætermitti non debet, sed omissum detestantur. sicut de Andromache Homerus narrat, quæ tanto sui Hectoris amore & charitate tenebatur, vt in subministrando equis pabulo, quibus mariti decus & vita credebatur, diligens & accurata sit. Propter honorem etiam hospitum generosa mulier, vel vxor, si oportuerit, rem coquinariam non contemnat, quam aliquando à generosis & fortissimis hominibus Achille & Patroclo peractam, apud eundem Homerum legimus, ad quem cùm Vlysses & Aiax reconciliandi gratia venissent, reiecta lyra, ea magno studio tractauit, quæ nisi beneuolentiæ vel hospitalitatis causa decora sint, vix mediocribus seruis digna videantur. Ista reassumit Franciscus Barbarus in suo libello de re vxoria. libro secundo, c. septimo. Hic tamen officia vilia faciendo, nobilis non potest petere precium solicitudinis, vel laboris, quia operas non consueuit locare: ideo non referuntur ad pecuniariam æstimationẽ. vt ff. de præscipt. verb. l. naturalis, §. primo. tenet Bald. in capi. grauis. de restitut. spol. secunda colum. versicu. sed nunquam nobilis. Idem est dicendum in confessione, quam facit maritus ignobilis, vel senex, per quam confitetur se habuisse ex causa dotis, scilicet, ignobilis à nobili, senex à iuuene muliere: nam talis præiudicat marito & hæredibus suis, quia valet donatio, † tanquam remuneratoria nobilitatis vel iuuentutis. argum. l. qui autem. §. si vir. ff. isto tit. vbi valet donatio remuneratoria inter coniuges, etiam constante matrimonio. & hoc tenuerunt doctores præfati. Intellige non solùm quando constat, quòd hanc confessionem facit maritus animo donandi: sed etiam si simus in dubio, quoniam semper præsumitur donasse animo compensandi cum nobilitate vel iuuentute mulieris. ita voluit Bartolus in dicta lege diuortio. & in dicta lege si voluntate. Baldus in dicta lege prima. C. de donationib. ante nuptias. Et hoc teneas, quamuis contrarium sentiat idem Baldus post glossam & Cynum in dicta lege si voluntate. C. de dotis promissio. & Salycetus in lege secunda. C. de dote cau. non numerata. & sequitur Ludouicus Romanus in l. si diuortio. ff. de verbo. obligatio. & consilio xliiij. & Franciscus de Aretio, in dicto capitul. super eo. el ij. de testibus. quem refert & sequitur ibi Felynus in secunda columna. & Ias. in dicta l. ex hoc iure. duodecima columna. moti rationibus parum vrgentibus. Potuissent allegare gloss. in l. cum propria. in versi. accommodasse. C. si quis alteri vel sibi. vbi filius de pecunia propria emit fundum, & causa honoris in instrumento emptionis fecit apponi nomen patris. dicit gl. quòd non acquiritur patri, ex quo causa honoris illud fuit factum. Idem prima fronte videtur sentire gl. in d. l. si voluntate. dum dicit, quòd illa † confessio mariti de dote recepta ab vxore, emanauit gratia honoris, quasi sentiat, quòd illa confessio maritum non obliget: quamuis, vt prædixi, aliter eam intelligunt. Sed quamuis hæc sit communis opinio aliqui tamen Moderniores, signanter Bald. Nouellus in dicta leg. si diuortio. & suo tractatu, de dote, charta centesima vigesima quinta. prima columna. aliàs decima parte. in princip. vj. column. nituntur tenere contrariam opinionem, moti aliquibus fundamentis, iudicio meo non multum vrgentibus, & maxime per textum in l. iij. §. videamus. ff. isto tit. vbi cõtracto matrimonio inter filiam senatoris, & libertum: inter eos valet donatio mero iure: quia nuptiæ non consistunt: igitur à contrario probat, quòd si matrimonium valet, donatio esset nulla. Ad idem text. in l. & ideo. §. fina. eodem titu. vbi † non valet donatio inter patronum & libertam vxorem. Et ad textum in dicta l. quod autem, §. si vir. respondent, quòd procedit, quando donatio est facta reciprocè, & consistit in cõmodo bursali. Sed maritus accipiendo vxorem nobilem, vel iuuenem, nihil recipit ab ea consistens in commodo bursali: & sic non debet esse in consideratione: vt l. quod adispiscendæ. ff. isto titulo. Vnde non est congrua proportio. argu. l. plene. la ij. §. fin. ff. de leg. j. non enim potest fieri locupletior vir ex eo, quòd habet vxorem nobilem: sed ex donatione, quam facit vir in persona vxoris, ipsa efficitur locupletior, & vir donans pauperior: ergo non valet. vt in c. fina. infrà, eodem. cum aliis, de quibus infrà dicetur. Vir enim nihil † nobilitatis assumit ab vxore nobili: sicut econtra vxor ignobilis consequitur à viro nobili, vt dicebant Bartolus & Bald. in l. fina. C. de verbo. signi. & ibi Iason iij. colum. quia honor & incrementum est vxori, si nubat se potentiori. vt not. in dicto capitulo, super eo. el ij. suprà, de testibus. de eo, quòd † nobilitatur vxor ex persona mariti: vt l. fœminæ. ff. de senatori. & l. fina. C. de incol. libro x. & not. per Bartolum, & alios in l. mulieres. C. de dignita. libro xij. & capitulo, super eo. de testib. & ibi late Felynus in principio. & inde est, quòd si † nobilis, qui non tenetur ad tributa soluenda, contraxit matrimonium cum plebeia, seu viliana, quæ habebat bona patrimonialia, pro quibus solita erat contribuere cum aliis vicinis in collecta: cui nobili bona ipsa in dotem

Econtra prima.

Vir nihil nobilitatis assumit ab vxore sed econtra

dotem dedit, non tenebitur ad munera personalia mixta, vel extraordinaria, vt notanter tradit Iacobus de Bellouisu, in l. Lucius. §. idem respondit. ff. de muneribus & honori. reassumit latius Petrus Antiboli, doctor antiquus, in suo tractatu, de muneribus. charta lxxij. versiculo, porro quæstionem quotidianam. Secus dicit econtra, vt infrà subiiciam. & hunc honorem retinet † mulier soluto matrimonio, dum remanet in viduitate, vt in capitulo, licet. §. mulier. de sepulturis. libro sexto. & nota. in capitulo, ex parte B. suprà, de foro competenti. & ibidem disponit l. regni, quam Tauri Henricus iij. & in Sordesillas edidit. per quam corrigitur alia lex regni, Foro generosorum li. v. ti. j. l. ij. quæ aliter disponit. Si tamen postea contrahit matrimonium cum ignobili, perdit omnia priuilegia, quæ acquisierat ex primo matrimonio, cum nobili. textus no. in l. fi. C. de incollis. lib. x. vide Ioan. de Pla. in l. j. in prin. C. de digni. lib. xij. bona glo. in d. l. fœminæ. ff. de senat. & in l. cùm ex l. de nup. Illo tamen casu, quando vxor ignobilis contrahit matrimonium cum viro nobili bene fatentur ipsi, quòd valeat donatio, seu confessio facta ab vxore in fauorem mariti, quæ videtur fieri animo donandi, & compensandi cum nobilitate mariti, quia licet ex hoc ipsa vxor non efficiatur locupletior, sed potius pauperior, respectu interesse bursalis, tum ex eo, quòd ex hoc matrimonio habito propter donationem, ipsa consequitur dignitatem, seu nobilitatem mariti, vt dictis iuribus, & in l. tam Augustæ. de leg. ij. valere debet ista donatio. argu. l. quod adipiscendæ. ff. isto titu. vbi † dicitur valere donationem inter coniuges, causa dignitatis adipiscendæ. ad idem l. nam imperator. cum l. sequenti. eo. ti.

Lex regni.

Svmmae rervm.

1 *Maritus ignobilis contrahens cum vxore nobili, nõ efficitur nobilis.*
2 *Nobilis mulier si ignobili nupserit, ex ea tamen generosi liberi nascuntur.*
3 *Ars naturam imitari debet, inquantum potest.*
4 *Agens nobilius est patiente.*
5 *Confessioni eorum qui dicunt se coniuges statur.*
6 *Actus actiuorum sunt in patiente dispositio.*
7 *Donatio quòd sit facta constante matrimonio vel ante, & collata in tempus matrimonij procedunt à pari, quia facta constante matrimonio non valet. sed anteà sic licet collata sit in tempus matrimonij.*
8 *Donatio remuneratoria inter coniuges valet.*
9 *Et hoc, dummodo talis donatio non sit nimis excessiua.*
10 *Dispensatio super matrimonio propter bonum pacis permittitur.*

SED propter ista nõ arbitror recedendũ à communi opinione: imò quòd nõ faciamus in hoc differentiã, an maritus sit nobilis, vel vxor, & vtroque casu valeat donatio facta nobili, quãuis enim † maritus plebeius, contrahens matrimonium cum vxore nobili, nõ efficiatur nobilis, satis tamen participat de nobilitate vxoris, ex quo propter eam affecutus est eius parentelam, & affinitatem omnibus suis consanguineis, & etiam filij, quos ex ea genuit, efficiuntur digniores, maxime, quia licet de iuris rigore, nobilitas non imprimitur à genere materno, vt habetur in l. liberos. ff. de senatu. per quem arguit ibi Bal. contra milites dicentes se habuisse nobilem matrem. ad idem est rex. in l. cum legitimæ. ff. de statu hominum. quanimo obumbratur nobilitas mulieris, si nupserit plebeio: vt l. fœminæ. ff. de senat. & quodammodo suam perdit nobilitatem, non tamen ex toto: quia in aliquibus retinet, secundùm Baldum in l. cùm quædam puella. ff. de iur. om. iu. videas Felynum in c. nouit. in prin. de iudi. & merito quidem aliqua. hu tales, ex nobilibus vxoribus nati filij, de vxoris nobilitate sibi retinent, nam ex claris mulieribus longe & illustriores natos pluries conspicimus. Hinc præcipue corporum & animi, vt in plerisque filiis videmus, maternas imagines recognoscimus. Vtroque etiã iure filius ex genitricibus ingenuitatem assequi cernimus: vt suprà, de natis ex libero ventre. & vbi qui ex ingenuis matribus, tametsi seruis patribus, nati sunt, ingenuos appellari constat. Quod voluisse Lycinorũ legislatores animaduertimus: apud quos si qua † generosa mulier ignobili nupserit, ex ea tamen generosi liberi nascuntur. Testes nobis poëtæ sunt, quibus dea matre nati, diuinitate donati sunt. Achilles, Aeneas, Orpheus, hac potissimum ratione dij putati sunt, ad matres potius, quàm ad patres hoc referentes. Semina quidem in suos redeunt ortus: mirificas fruges esse perspicimus, quas optimæ segetes pariunt. Cùm autem natura hæc producat: & † ars naturam imitari debeat, inquantum potest, vt Philosophus inquit: non video quare filij ex generosis & illustribus mulieribus nati, clari non habeantur: quamuis ius Cæsareum bona consideratione ductum, illustrium mulierum nup. cum ignobilibus, vilibus, & abiectis hominibus, aliquomodo detestetur. vt authen. si qua illustris. C. ad Orfic. & similiter nuptias senatoris cum humili & abiecta muliere: vt l. humilem. C. de incc. nupt. quæ propter rationi consentaneũ videtur, quòd nati filij ex claris mulieribus, aliquid nobilitatis habeant. Conari igitur debet quisque, vt nobilem habeat vxorem: non autem vilem, & abiectam: vt pulchrè monet Philosophus in sua Oeconomica: & tradit in præallegata l. humilem. quam nobilitatem mulier nobilis perdit nubendo marito ignobili, & eam perdendo filiis conferre non valet. argumen. j. q. vij. c. Daibertum. Ideo filius non est nobilis, quãuis mater sit nobilis: quia cùm nobilitas sit quædam dignitas à parentibus deriuata, quæ denominatur à potentiori causa, & certum est, quòd potentior est forma: quamuis materia cum forma sit agens, materia patiens: & omne † agens sit nobilius patiente. Ita dicit Baldus in l. fina. C. de seruis. & Anch. consil. cccl xxx. in prin. incipit, vilis diligenter iuribus. & vide legem regni. ij. parti. titu. xxj. l. iij. adde aliam legem regni. vij. practica. titul. ij. l. j. quæ vult quòd sufficit aliquem esse generosum ex parte patris, quanuis mater vxor, vel concubina nobilis non sit. & sic filius bastardus generosi hominis generosus est. tene menti. Adde etiam l. titu. xxj. lib. iiij. Foro legum: quæ dicit, quando generosus reptatus voluerit dare pro se alium putgnaturum, debet esse par & æqualis reptatori, tam respectu generis, quàm matrimonij. prodest ergo nobilitas vxoris. quod not. Et propterea dicebat Bart. quem sequitur ibi Angel. in l. exemplo. C. de decurio. libro decimo. quòd non valet consuetudo, nec etiam statutum, vel rescriptum, quòd quis censeatur nobilis, vel ignobilis ex progenie ma-

§. xxxii. *Determinatio istius domini firmans primam partẽ An nobilitas descendat à linea materna.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ternæ. de quo meminit Andræas Siculus consilio lvj. colum. quinta. incipien. præclarè scribitur. vbi alia plura cumulat, quæ videas per te pro intellectu regulæ cancellariæ, quæ de nobilibus præferendis loquitur. Negari tamen non potest, quin natus ex nobili muliere, non dicatur nobilis, & participet aliquid de nobilitate: cùm omne compositum participet de materia & forma. xxxij. q. iiij. c. fi. & Spec. tit. de feudis. §. quoniam. versi. v. ita dicit Bald. in d. l. fin. Et inde est, quòd aliquando filius denominatur à matre. vt est text. & ibi not. in cap. Raynutius de Clera. suprà, de test. quòd forte sic fecit filius, quia mater erat nobilis: vt dicit ibi Ioan. And. quem alij referunt. & etiam Dominus redemptor noster Iesus denominatus est à matre: quia dictus est de stirpe Dauid. vt not. in cap. nouit. suprà, de iudic. Et vide glos. in cap. dicat aliquis. xxxij. q. iij. quæ ponit tres casus in quibus filius sequitur patrem: & vnum in quo sequitur matrem, vt ibi. bene facit ad hoc tex. in cap. venerabilis suprà, de præben. ibi. & nobilem, & ab vtroque parente illustrem. iuncto ver. nos attendentes, quòd non generis, &c. Ex quo a textu colligitur, quòd nobilitas potest trahi tam à linea materna, quàm paterna. nobilitas enim & dignitas vxoris communicatur viro, qui coruscat radiis vxoris: quia eius lateris comitatus illustrat. l. j. C. de præpos. la. li. xij. ibi, dum dicit, nostri lateris comitatus illustrat. nulla enim maior lateritas, quàm viri & vxoris, qui diuino consortio efficiuntur vna caro. Ita dicit Bal. in cap. significauit. ij. col. suprà, de rescri. Adde, quòd consuetudo potest facere, quòd aliquis sit nobilis ex progenie materna. Bart. in l. j. pen. colum. verfic. iij. ex prædictis infertur. & verfic. iiij. infertur. C. de dignit. lib. xij. idem Paul. de Castr. consi. cxxvj. incip. dubitatur primò. in quarto dubio, in nouis. & sequuntur doctores Neoterici in cap. nouit. in vj. not. de iudic. vbi respondent ad tex. qui cõtra facere videtur in l. exemplo C. de decu. libro x. ad idem facit consilium Dominici cxxx. incipit. dubium. Abb. in cap. de multa. de præben. Roch. in repet. cap. fin. de consuetud. colum. xvj. verfic. vij. infertur. Si ergo ex matrimonio contracto cum muliere nobili, tantus honor & tanta commoditas resultat: quare in compensationem honoris, & commodi, non valebit dicta donatio? pro certo non video rationem quæ in contrarium vrgeat, maximè quia mulier nobilis nubẽdo ignobili, suam dicitur perdere nobilitatem, vt dicit tex. in d. l. mulieres. & in l. interdicimus. C. de murilegu. lib. xij. & dict. l. regni. ij. parti. titu. xxj. l. iij. & l. vj. ti. de los hilos dalgo. lib. iiij. ordinat. & merito, quia facit se famulam dicti viri ignobilis: cùm vxor dicatur famula viri quodam respectu. vt xxxiij. q. v. cap. hæc imago. &c. mulierem. Propterea quando populus Israeliticus descendit de Aegypto, & Aegyptij eum insequentes, in apertura maris intrantes mortui sunt: ob virorum Aegyptiorum inopiam dispensatum est cum mulieribus, & puellis Aegyptiis generosis, quòd matrimonium cum hominibus ignobilibus contraherent, ea lege apposita, quòd illæ mulieres bona sua administrarent: de quibus mariti nihil disponere possent: quæ lex adhuc obseruatur in Aegypto, vt historiæ referunt. & Mesia in suo Nobiliario. lib. ij. cap. vj Ecce, quòd propter nobilitatem vxoris, & ignobilitatem viri permittitur rerum suarum administratio ex dispensatione, vel priuilegio. Et hinc est, quòd si plebeius contraxit matrimonium cum mulier nobili, quæ consuetudine, vel fortè de negligentia præscripta non conferebat in tributis, imo bona sua tenebat franca: quæ bona dedit viro in dotem, maritus non tenebit illa franca, sed ratione illorum tenebitur in tributis conferre. Ita decidit Petrus Antiboli in dicto suo tractatu de mulieribus. folio lxxiij. ij. colum. versicu. si plebeius. & sic ex hoc videtur fieri quodammodo paupertior. Iustum est ergo, quòd hac ratione dicta donatio sibi facta debeat valere. quod etiam nouissimè firmauit Andr. Siculus in dicta l. si diuortio. ff. de verbor. obligat. xv. colum. dicens, quòd verecundia sit, quòd capiatur vxor sine dote, quando est æqualis marito: quia vterque nobilis & iuuenis, iuxta illud: Si qua voles apte nubere, nube pari. vt dicit Bald. in auth. res quæ. colum. secunda. C. communia de legatis. & Ioann. Faber Institut. de nupt. in rubrica. & facit quod in simili dicit Bald. in l. vna. C. de collus. detег. dum dixit, quòd † statur confessioni illorum, qui dicunt se coniuges: vt voluit glos. in l. penult. C. de fideiussor. a quam not. ibi Bald. & in l. prima. & l. quicunque. C. de seruis fugit. & in l. eam quam. colum. sexta. C. de fideicommiss. dicit Bald. hoc verum, quando sunt æquales: & sic dicit Andræas se aliàs consuluisse. Sed vbi esset inæqualitas viri & mulieris, quia mulier esset nobilissima domina, & vir esset plebeius & ditissimus, tunc non esset verecundia viro capere vxorem nobilissimam sine dote, vel confiteri ab ea recepisse dotem: quia tunc præsumptio est, quòd animo donandi & remunerandi faciat hoc, ex quo extrema sunt habilia. ad hoc arg. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. † actus enim actiuorum sunt in patiente dispositio, secundum Philosophum secundo de anima. & reprobatur in capitu. venerabilem. de electio. Lucæ 10. cap. vbi Christus ad Apostolos dicit, quòd in quancumque domum intrauerint, benedicant habitantes in ea: cuius benedictionis si fuerint capaces, bene quidem: alioquin ad ipsos Apostolos reuertetur. Si autem aliud diceremus, sequeretur maximum inconueniens, quòd mortuo marito, illa fœlicissima domina videret se orbatam viro, & sine dote, & remaneret infœlix. Quod non est dicendum, quia ab omni iure & æquitate alienum, secundum Andræam, vbi suprà. Hæc tamen sunt sanè intelligenda, quando vir duxit vxorem nobilem, vel econtrà, fecit hanc donationem, seu constitutionem dotis, vel confitetur se dotem, aut propter nuptias donationem recepisse animo donandi, & remunerandi ante matrimonium: quia tunc bene valet donatio, vel confessio. Secus si fieret constante matrimonio, quia tunc non valet. Hoc fuit de mente Cyni & Bartholomæi, si rectè inspiciantur, in dicta lege, si voluntate. C. de dotis promissione. Et potest esse ratio differentiæ, quia ante matrimonium fit remuneratoria donatio ex causa necessaria, vt nobilem habeat vxorem: sed contracto iam matrimonio, sed voluntaria, ideo non tenet. ita dixit solus Bartholomæus Socinus in dicta lege prima, decima quinta columna. ff. soluto matrimonio. Potuisset allegare ad hoc textum optimum in lege quæ iam nuptæ. ff. isto titulo. de quo fiet mentio infrà, in secunda limitatione. §. quinto. verfic. nec obstant. ex quo infertur secundum cum notabilis declaratio ad dictam l. primam. C. de donatio. ante nupt. & dict. l. quod sponsæ. eodem titu. quòd non semper

6

5

a *Adde, q illa glos. ibi sing. ad hoc quòd inuentu cũ puella, euitat pœnam stupri, si cum iuramen. affirmet matrimonium cum ea contraxisse: pro qua vide C. epo. in cauel. quia & melius & singulariter per eũdem, in c. §. 8. incip. super querela raptus. col. ij. per totã. Io. Ber. Actus actiuorum. Limitatio. Hæc donatio facta ab ignobili vel sene, nõ valet si sit constante matrimonio si aliter tamen determinat contrarium.*

7 semper à pari procedunt, quòd † donatio sit facta constante matrimonio, vel ante, & collata in tempus matrimonij: quia in quæstione nostra facta constante matrimonio non valet, sed ante sic, licet collata in tempus matrimonij ratione prædicta. & sic dicta l. j. & d. l. quod sponsæ. habent locum in simplici donatione, non autem in remuneratoria ob causam matrimonij: quoniam ratio cessat constante matrimonio: tunc enim matrimonialis amor solo animo æstimatur: vt l. iij. ff. isto tit. Et omnes rationes prohibitiuæ donatio 9 nis inter coniuges militant in casu nostro. vt ex lectura earum patet. de quibus in l. j. ij. & iij. eo. titu. ita Socinus, vbi suprà: qui dicit, quòd hanc considerationem vidit fieri à quodam solennissimo doctor. in publica disputatione: quæ consideratio multũ sibi placet. & ita quieuit. Sed quamuis hæc consideratio subtilis videatur, mihi tamen semper fuit dubia: quoniam negari non potest, quin maritus, qui duxit vxorem nobilem, maximum honorem & commodum reportauerit ex tali matrimonio, vt apparet ex prędictis, & consequenter sit obligatus, & quodãmodo debitor ipsius vxoris. Si ergo aliquid donauerit vxori, etiam constante matrimonio, constituendo sibi dotem realiter, vel saltem confitẽdo se dotem ab ea recepisse animo donandi, quam tamen nunquam recepit, videtur hoc fecisse animo remunerandi. Donatio autem remuneratoria facta inter coniuges, etiam constante matrimonio, bene valet, lege, quod autem. §. fi vir. ff. isto titulo. & dictum fuit in præcedentibus, & dicetur latius in sequentibus in secunda limitatione. Valebit ergo ista donatio, quãuis fiat post contractũ matrimonium. Nec video rationem hoc impedientẽ. Nec est bene dictum, quòd tex. in dict. §. fi vir. intelligitur, quando ex vtraque parte interuenit cõmodum bursale, cùm reuera maius sit cõmodum honoris, quàm rerum, sicut econtra maius est damnum honoris, quàm bonorũ, vt l. ista quidem. ff. quod metus causa. Ad cuius cõfirmationem facit quod not. voluit Abb. quẽ refert & sequitur Ioan. de Ana. & Marianus, in d. c. cùm in ecclesię corpore. infrà, de fimo. vbi dicit, q; si citra affectionem coniugalem maximũ beneficium collatum est vxori per virũ vel econtra, ita quòd alter alteri sit obligatus ad antidota, propter hanc causam inter eos fuit facta donatio, valebit quidem talis † donatio, cùm sit remuneratoria seruitij iam 10 recepti. & refert ita consuluisse Bartholomæũ de Salyceto in contingentia facti & ita voluntipsi valere donationẽ remuneratoriam inter cõiuges, non solùm quando remuneratur seruitium, seu interesse bursale, sed etiã si interueniat aliud seruitium honoris vel periculi, vt puta si cùm vir esset condẽnatus ad mortem propter delictum, & incarceratus, vxor forte sagax, & astuta, eum à carceribus liberauit, dando sibi vestimenta mu- 1 liebria, vel habitum alicuius monachi. Si enim maritus ad remunerandum hoc seruitium, donauit aliquam rem, absit quòd dicamus non valere hanc donationẽ. Ita ergo dicendũ erit in casu nostro, vt maritus possit vxori donare ratione suæ nobilitatis, nedũ ante matrimoniũ cõtractum, sed etiam post. Ex quo infero vnum, de quo vidi satis dubitari, ante matrimonium, non sub spe matrimonij, fecit quis donationem cuidam mulieri, procedente verò tempore cõtraxit cum ea matrimonium, ipsa verò memor donationis prædictæ. constante matrimonio fecit marito aliam donationem. Per prædicta videtur, quòd valeat dicta donatio, tãquam remuneratoria: quia negari non potest, quin ratione primæ donationis ipsa remansit marito obligata saltim ad antidota: & donando postea marito, videtur facere ex causa remunerationis. faciunt ad hoc quæ dicam infrà, in secunda limitatione principali.

Determinatio contraria.

Donatio remuneratoria inter cõiuges valet.

Prædicta tamen intellige, quando † donatio facta *Si ista donatio esset nimis excessiua nobilitatis vel iuuentutis nõ valeret.*
à marito vxori nobili, vel ecõtra, vel interueniat confessio, dote vel propter nuptias donatione recepta, non sit multum excessiua, sed moderata arbitrio boni viri, habito respectu nobilitatis, vel iuuentutis mulieris. Nam si multum excederet, in eo quod excesit, nõ valeret. ar. eius quod habetur in l. si constante. C. de don. ante nupt. ita dixit Bald. Nouellus vbi suprà, & quamuis ille dicat, hoc voluerunt doctores, signanter Bald. in d. l. si voluntate. dicens, quòd si tanta est inæqualitas coniugis donantis, quòd alter coniux nobilis mereatur talẽ dotem, vel donationẽ. tunc bene valet, per ea quæ dicta sũt. aliàs secus. Vnde si vnus rusticus valde diues acciperet vnam nobilem mulierẽ pauperẽ, nõ videtur æqualitas, quæ faciat valere donationem: quia ignobilitas viri suppletur per suas diuitias cum nobilitate mulieris pauperis. Ad cuius confirmationẽ faciunt quę dixi infrà. ver. prædicta tamen. idẽ fuit de mente Ang. in l. & si leges. §. consuluit. fi. co. ff. de pet. hæred. dũ dicit, quòd donatio remuneratoria excessiua, in eo quod excedit, debet infirmari. Sed istud forte procederet viuente marito: sed eo mortuo, videtur cessare ista ratio. cùm deterioris conditionis esset vidua pauper à secundo nubendo, quàm virgo: & ideo videtur talis donatio valere: vt sentit Bart. in d. l. si voluntate. & Io. de Imo. in rubrica. ff. solut. mat. Et ista tene menti, quia non reperies alibi ita collecta. Adde aliũ casum, in quo forsan vir posset dotare mulierem, quàm ducturus est in vxorẽ, scilicet quando pro pace, vel dono pacis, inter cõsanguineos viri & mulieris, per tex. singularem in d. l. creditor. §. j. ff. manda. vbi illud, quod quis promisit pro pace consequenda, occasione matrimonij, non potest à muliere repetere. Ad hoc commẽdat eum Bal. ibi facit tex. in c. ij. de despon. imp. & in c. quia circa. de consangui. & affi. vbi † propter bonum pacis permittitur dispẽsatio super matrimonio contrahendo. & vtrobique no. Abbas.

Summae rerum.

1 *Confessio quamaritus confitetur se recepisse dotem constante matrimonio, an valeat.*

2 *Et quid de tali cõfessione facta per maritũ hæreticũ in instrumẽto, an præiudicet fisco vel creditoribus.*

§. xxxiii. *Illatio ad quæstionẽ. Vtrum confessio mariti facta constante matrimonio de dote recepta valeat.*

ET prædictis inferri potest ad quæstionem quotidianam: † an cõfessio mariti, per quam confitetur constante matrimonio se recepisse dotẽ ab vxore: quod tamen vxor non probat aliter, quàm per instrumentũ cõfessionis: valeat & prę iudicet hæredibus, vel creditoribus mariti, seu veniẽtibus ab intestato? De qua nõ me intromitto, quia lõga est, & indigeret tractatu de per se. in qua doctores fuerũt varij. vide Bar. & alios in d. l. si volũtate. Io. An. in additionibus ad Spe. isto ti. in rub. Lud. in singula. dcvj. incipit, scisq; dona-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio docto. in l.j. C. de do. cau. nõ nu. Bart. & alios in d.l. si diuortio. ff. de verbo. obliga. Albericum & alios in l.j. C. de donat. ante. nup. Cald. isto tit. consi. iij. Ange. consil. v. fin. col. Pau. de Cast. consi. lxxx. cxxix. & cccxciij. Anch. consi. xxvj. & lxxvj. ij. colũ. ij. volu. Franciscum de Aretio, consil. lxxiiij. iij. colum. & consi. lxxxvj. & Ange. de Aretio in §. fuerat ante. Insti. de actio. charta vij. ad finem. ver. Quid autem, si dos est tantummodo confessata, cum sequẽtibus. & ibi aliquid per Iaso. & per eundem in repetitione l. frater à fratre. ff. de cõdi. inde. xxxv. co. vide etiã parum per Præpositum Alexandrinum in c. j. ij. col. & in c. fi. ij. & iiij. in isto tit. Vide per plures alios, de quibus latissimè per Bald. Nouel. in suo tra. de dot. char. cxxxiij. aliàs in ix. par. per totum. & Campetium in suo tractatu, de dote. j. parte. q. lij. vide etiam Bulgarinum post alios in l. j. xl. col. cum sequentibus. ff. fol. mat. in repetitione. vbi etiam per Bar. Socinum. xv. co. cum pluribus sequentibus, vsque ad finẽ legis. qui melius, quàm quiuis alius de his quos vidi ordinauit, & enucleauit hanc materiam. Parum etiam posuit Cepolla in suo tractatu, de re milita. char. ix. ij. colũ. vers ic. cxxiiij. & Anto. Corsetus in repeti. c. grandi. de supplen. negl. præla. lib. vj. charta vj. ij. col. in fine. & latius & melius per Felyn. in c. fi cautio. de fide instr. xxvj. col. verfi. j. conclusio. cum sequẽtibus. Cum hac remissione sum contentus. Adde Andream Isernia. in capitu. j. versi. diffidamus, & bannimus. in ti. de statutis & consuetu. contra liberta. eccle. lib. feudorum. in prin. & ibi, an talis †confessio per maritum hæreticũ facta in instrumento, prẽiudicet fisco, vel creditoribus. Vide etiam Raphaelem Fulgosium. consi. ccvij. incipiẽ. Franciscus. & consi. ccxvj. incipit, proponitur. & decisionem Tholosanam. cccxl.

SVMMAE RERVM.

1 *Coitus nõ facit matrimoniũ, sed maritalis affectio.*
2 *Diuortium simulatũ, non facit valere donationem inter coniuges interim factam.*
3 *Testificari an & quando possit pro domino famulus ab eo expulsus.*
4 *Vxor adulterium committens perdit dotem.*
5 *Diuortium est triplex.*
7 *Fuga est triplex.*

§. xxxiiii. 1. Ampliatio. Etiãsi vxor & maritus diuersorsum habitauerint. Idem si fiat diuortium simulatum. De famulo expulso simulatè à domino, vt testificetur pro eo.

AMPLIA primò prædicta, vt non valeat donatio inter coniuges constante matrimonio, etiam si mulier & maritus diu seorsum quidem habitauerint, sed honorem inuicem matrimonij habeant: quod aliquando inter consulares personas accidit. & tũc donatio inter eos non 1 valet, quia durante nuptiæ. Non enim† coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio. Si tamen donator prius decesserit, tunc donatio valebit. isto titu. Idem si inter virum & vxorem fiat 2 †diuortium simulatum: interim donatio facta in l. sed iinterim. §. final. cum l. sequenti. & l. vir mulieri. ff. isto titulo. Ex quo infert ibi Bar. contra 3 eum, qui expellit † famulum suum, vt testificetur pro eo, cùm censeatur eius familiaris. idem tenet Bar. post Dyn in l. j. §. si seruus. ff. de quæstio. Cy. & alij in ij. & in l. parentes. C. de test. Io. Andr. in addi. ad Spe. titu. de testi. §. j. versicul. quid si olim. Bald. Henricus, Abb. & alij, signanter Fely. in c. in literis. in fi. suprà, de testi. Si tamen expulsio vel licentia fuerit realis, & non simulata, valeret eius testimonium, secũdùm præfatos doctores, dicentes cognosci simulationem, si incontinenti rediret ad dominum. secus si ex interuallo, per l. si ventri. §. fi. ff. de priui. cred. Si ergo longum interuallum præcessit, antequã famulus rediret ad dominum, vel antea se posuerit cũ alio, vel quæsierit se ponere, cessat præsumptio simulationis: ita not. dixit Bar. in d.l. vir mulieri. idem est de mente Bald. in d.c. in literis. qui dixit, & post quam famulus est expulsus, non seruat amorem, sicut de affinitate ſopita, soluto matrimonio. dicit glos. singularis, in l. sed hoc ita. ff. de reiud. & ita licet conditio testis inspiciatur testificatus: vt l. iij. §. lege Iulia. ff. de test. & l. iij. §. duæ causæ. ff. de Carbo. oportet tamen in hoc, quòd iudex arbitretur, quia de facili fieret fraus, & intellige interuallum, scilicet post testificatum: si enim antè decurrisset interuallum, & facto testificatu reuerteretur ad dominum, non sufficeret: quia actus sequens declarat animũ præteriti temporis. l. sed & Iulianus. §. mutuum. ff. ad Macedo. & propterea interrogandum est à famulo diligenter, quare expulsus, & an sit reuersurus, nec ne. & si est vilis persona, & suspecta, poterit torqueri. arg. C. de seruis fug. l. quæcunque. & l. mancipia. ita dicit Bald. in dicto ca. in literis. & sequitur ibi Felyn. in fine. Redeundo ergo ad propositum, si diuortium erat verum, vt quia aliæ nuptiæ insecutæ sunt, aut tam longo tempore vidua fuisset mulier, vt nullum dubiũ foret, alterum esse matrimoniũ, valeret donatio inter eos. vt d.l. vir mulieri. facit l. plerique. ff. de ritu nup. Ratio est, quia cùm secũdùm leges ciuiles per tale diuortium soluitur matrimoniũ: per consequens non potest dici donatio inter virum & vxorem. Idem dicendum eadem ratione, vbicunque de iure canonico solutum esset matrimonium. Sed durante matrimonio, vxor diuertisset à viro, vel econtra: & vt ad se reuertatur, vxori aliquid dedit, quæ propterea reuersa est: non valebit donatio. vt d.l. vir. mulieri. in prin. Ad idem est text. valde singularis in l. si liberis. ff. de pactis dotali. vbi litera dicit, si liberis subtilis reuersa post iurgium per dissimulationem mulier, veluti venali concordia, ne dotata fit, conueniat, secundũ ordinem rei gestæ: moribus improbanda est: & ita est ibi casus singularis secundùm gl. quod mulier dedit cẽtum in dotem, hoc pacto, vt vir lucretur dotem ea mortua superstitibus liberis, hæc mulier habẽs filios ex hoc matrimonio, fuit ita tam cum viro, & ad eum redire noluit, nisi hoc pactũ remitteretur: tandẽ remissum est. Illa lex dicit hoc pactum non valere: & illum text. vt singularem commẽdauit Ludo. in singula. cccccxcviij. incipien. pone &c. Ex quo inferebat, quòd stante statuto, quòd vxore prædecedente, maritus lucretur dotem, vel partem: contingit, quòd vxor propter discordiam cum marito habitam, recedit de domo mariti, & vadit ad domum consanguinei. marito desiderante pacem, & vxorem suam, petit vxor sibi remitti lucrum dotis ex statuto ipsi marito prouenturum: & sic factum est: non valet, quia venalis concordia inter cõiuges, prohibita est: vt d.l. si liberis. secundũ

dùm lecturã glo. & veram, secundùm eum. Et ex hoc forsan potest attentari, quòd si vxor alicuius
De viro parcente vxori adultera cum lucro dotis. 4 †committit adulterium, cùm ex hoc perdat dotem: vt c. plerunque. infrà eod. secundùm l. regni,
Lex regni. ipsa cum adultero debet poni in potestate mariti, vt ex eis faciat, quod sibi placuerit. vt Foro le- 2
gum, libro iiij. titul. vij. l. j. & infrà latius dicetur. Si postea maritus ipse reconciliauit cum pacto, vel conuentione, vt remaneat ipsi marito lucrum bonorum: talis concordia, tanquam venalis, non valeat. Cogitabis tamen super hoc, quoniam in primo casu maritus promittit vxori illud, quod adhuc non habet. In secundo promittit vxor marito illud, quod sibi est acquisi. ũ propter vxoris adulterium. Ad prædictorum confirmationem facit, quod voluit Bald. in c. ex parte. iij. co. suprà, de consuetudine. vbi dicit, quòd triplex est di- 3
Triplex diuortium. uortium †inter maritum, & vxorem. scilicet temerariũ: causarium, vt propter furorem: & ignominiosum, vt propter adulterium. Primo casu vxor quæ temerarie diuertit, sibi imputet. quia licet dotem non perdat, tamen non debet ali extra domum viri, vbi tenetur operari. vt ff. de operis liberto. l. sicut. Secundo casu debet ali ex reditibus dotis: vt ff. solu. ma. l. si cum dotem. §. fin autem in fœnisimo. Tertio casu vxor adultera perdit dotem per sententiam, non ipso facto: & si decedat ante sententiam, eius hæredes, non debent perdere dotem: quia pœnæ delictorũ non intentatorum 4
non transeunt ad hæredem: vt l. j. C. ne ex deli. defun. nisi istæ pœnæ essent deductæ in pactum, vel dic, vt C. de adul. l. fi. & ff. solut. matrim. l. etiam. §. hæredi. ista sunt verba Bald. vbi suprà: per quæ satis videtur sentire cõclusionem prædictam, cùm facit differentiam inter diuortium proueniẽs ex temeritate, vel causa, vel ignominia. Facit quod voluit Bald. in l. j. ij. col. in versic. & not. quòd fuga triplex est. C. de ædiliti. actio. vbi dicit,
Fuga triplex. 6 quòd †fuga est triplex, voluntaria, & illa suspitionem inducit: causaria, cum causa, & ista nullam suspitionem inducit: alia est ignominiosa, vt ibi latius per eũ, quem refert & sequitur Ias. in repe. l. admonẽdi. ff. de iure. lxxiiij. co. in fi. ver. ij. limit.

SVMMAE RERVM.

1 *Matrimonium est inter Iudæos.*
2 *Iudæi tenentur dotare filias.*
3 *Bona mariti sunt vxori tacitè obligata, etiam si maritus sit Iudæus.* 5
4 *Hæreticus peior est infideli.*
5 *Vellaiani beneficiũ est denegandũ hæreticæ mulieri.*
6 *Mulier catholica si à viro catholico recedit, & efficiatur hæretica, si maritus alienauit aliquas res suas si ad fidem reuertatur, ipsa non habebit in illis bonis hypotheca priuilegium.*

§. xxxv. 2. Ampliatio. Etiam inter coniuges Iudæos.

AMPLIA secundo prædicta, vt non valeat donatio inter coniuges facta, constante matrimonio, nedum si fiat Christiani, sed etiam si Iudæi fuerint. Vnde si Iudæus constante matrimonio aliquid donauit vxori, nõ valet donatio: quia inter Iudæos †est matrimonium verũ, quamuis non ratũ: vt in c. de infidelibus. suprà. de consangui. & affi. & gl. & doct. Si autem inter eos est matrimonium, per cõsequens donationes inter eos factæ non valent, per iura prædicta, quæ generaliter disponunt, & generaliter sunt intelligenda, vt in c. fi Roman. xix. distinct. &c. solitæ. suprà, de maio. & obe. cum vulgaribus. Iudæi enim legan-
Iudæos constringunt leges. 1

tur legibus, & gaudent priuilegiis earum, vt l. de Iudæ. & l. patronem. §. iam autẽ. ff. de excusatio. vbi illum text. dicebat Bald. no. verbum, quòd Iudæus potest esse procurator Christiani. Ad idem facit quod suprà dixi in §. hodie. in ver. & procedit hoc, dum dicebam. quòd pater †vel mater Iudæi tenentur dotare filias, & dare donationem propter nup. filiis, adeo quòd si legitima non sufficiat, possunt ob hoc diminuere legitimã. vt mirabiliter voluit Bal. in auth. res quæ. C. communia de legatis. in fi. & ita priuilegium datũ per illam authẽ. extenditur ad Iudæos, quod videtur iustis consideratum rationi, cùm illa authẽ. sit introducta fauore matrimonij, quod inter ipsos Iudæos constat, vt superius dixi. Adidẽ facit quod voluit Host. & post eum Io. And. Ant. & alij in c. gaudemus. suprà, tit. proxi. vbi dicunt, quòd †priuilegium tacitæ hypothecæ, quod habet vxor in bonis mariti pro sua dote. de quo in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. & in §. fuerat ante. Insti. de act. nedum habet locum inter Christianos, sed etiam inter Iudæos. Nec obstat text. in l. j. cum authẽ. ibi posita. C. de Iudæ. & habetur per glo. in cap. ex literis. iuprà, de pignor. dum ibi dicitur, illo priuilegio tacitæ hypothecæ & prælationis non gaudent mulieres, quæ non participant de fide, quia illud debet intelligi de hæreticis, non autem de illis quæ semper fuerunt infideles, quia
Hæreticus peior est infideli. 4 †melius est viam domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire, vt c. quidam. de apost. cum concordantiis, de quibus ibi in glo. fin. & per sanctum Tho. secunda secundæ. quæstio. x. ar. vj. vbi inter cætera dicit, quòd in infidelitate consideratur comparatio eius ad fidem, & ex hac parte grauius peccat contra fidem, qui renititur fidei susceptæ, sicut grauius peccat, qui non implet quod promisit, quàm qui non implet quod nunquam promisit. Et secundùm hoc infidelitas hæreticorum, qui profitentur fidem Euangelij, & eis renituntur, eam corrumpentes, grauior est, quàm Iudæorum, & aliorum infidelium qui nunquam fidem Euangelij susceperunt. Vnde grauius delinquunt hæretici, quàm Iudæi. Iustum videtur, quòd Iudæi gaudeant priuilegiis legum, hæretici autem non. Et ex hoc dicebat singulariter Vincentius in capitulo si aduersus. intrà. de hæreticis. quòd mulieri † hæreticæ denegandum est beneficium Velleiani, cùm sit inductum fauore mulierum. Sed dicit, quòd hæreticus bene potest vti beneficio Macedoniani, cùm sit inductum in odium creditoris, & non in fauorem debitoris. Sed Archi. iiij. quæst. prima. in summa refert hoc dictum vltra medium, sed nõ videtur illud sequi, vt ibi per eum. In fideles autẽ nõ sunt exasperãdi, sed benigne fouẽdi, vt ad fidẽ catholi. reuertãtur, vt traditur in d.c. gaudemus. Cõcluditur ergo, ep d. aut. debet intelligi de muliere hæretica, ex quo suo illo tit. situatur. quia quãdo est dubiũ de intellectu alicuius iuris, debemus eũ intelligere, secũdũ rubr. sub qua situatur, vt vult gl. in c. tibi qui in par. certa. de reseri. li. vj. & ibi no. Dominicus. similis gl. in c. j. de offi. dele. eo. li. cũ multis similibus. quas alias cumulaui in ca. potuit de locato. in meis collectis. Ergo de mulieribus hæreticis debet intelligi illa authen. vt volunt doctores præallegati, quãuis Cardinalis & Abbas in d.ca. gaudemus. quos se-
Hæretica Velleiano non gaudet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur Alexandrinus, teneant contrarium. Ex his infertur, quòd si † mulier catholica contraxit matrimonium cum viro catholico: deinde effecta est hæretica: demum maritus alienauit res aliquas ipsius mariti: postea reuersa est ad fidē: in prædictis rebus non habebit vxor priuilegiū hypothecæ. ar. l. fi. §. in præsen. ver. q; si forte. C. de epis. & cle. & authē. vt cū de appella. cognoscitur. §. si quis vero de prædictis. vers. si verò post hæc fratres. col. viij. cum aliis, de quibus per Albericum in d. authen. item priuilegium. C. de hæreticis. bona tamē hypoth. per maritū alienata, postquam vxor hæresim commisit, illa ad fidem reuersa recuperare potest. vt authen. idem est. eo. ti. stamus Salyceto in l. j. eo. tit. Intelligitur ergo prædicta authen. de mulieribus hæreticis, nisi dixeris, prout dicit glo. Bart. & Ange. in authen. de priuilegiis dot. mulieribus hæreticis non præstandis. col. viij. vnde sumpta fuit prædicta authenti. item priuilegium, quòd omnes qui sunt extra fidem Christianā, & non sunt membrum sanctæ catholicæ ecclesiæ, sunt hæretici. Cogitabis. An autem infideles, præsertim Iudæi, habeant filios in potestate, dixi latè in tractatu Insularum, capit. iij. §. ij. in princip.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio si fiat inter eos, qui putabantur coniuges, qui in veritate coniuges esse non poterant, talis donatio non valet.*
2 *Matrimonium verū & putatiuum æquiparantur.*
3 *Vxor vera sicut per adulterium perdit dotem, ita etiam vxor putatiua.*
4 *Vxor putatiua in sua dote habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, sicut vxor vera.*
5 *Liber homo bona fide possessus, vt seruus, acquirit ei, cui seruit, ex re, vel opera.*
6 *Emptor rei alienæ propter bonam fidem lucratur fructus industriales.*
7 *Donatio facta constante matrimonio vero inter coniuges, non valet, nec etiam inter coniuges putatiuos.*
8 *Soluens ex falsa causa, quam scit esse falsam, videtur donare, nec repetit.*
9 *Ingrediens monasterium, offerens se & sua, sciens ingressum non tenere, vitiato ingressu non repetit quod donauit.*

§. xxxvi. 2. Ampliatio. Etiā quando matrimonium est putatiuum.

AMPLIA tertiò prædicta, vt non valeat donatio facta inter coniuges constante matrimonio, non solùm quando matrimonium est verum, sed etiam si est putatiuum. Vnde si fiat † donatio inter eos, qui reputabantur coniuges, qui in veritate coniuges esse non poterant, non valet talis donatio. aliàs sequeretur, quòd melioris conditionis essent, qui delinquunt, quàm qui non 1
delinquunt. Ita dicit text. in l. iij. §. videamus. ff. ista tit. & in l. fi ex voluntate. C. eo. gloss. & doct. in c. final. infrà. eodem. Et potest esse ratio 2
† huius, quia matrimonium verum & putatiuum regulariter æquiparantur, vt probatur in c. debitum. de biga. vbi dicitur, quòd sicut per secūdum matrimonium verū cōtrahitur bigamia, sic etiam per matrimoniū putatiuum. Item sicut per matrimonium verum contrahitur publica honestas, vt in capitu. sponsam fratris. suprà, de sponsa. & cap. literas. & cap. accessit. supr. de despon. impu. sic etiam per matrimonium putatiuum, vt c. ad audientiam. supr. de spon. Item sicut per matrimonium verū legitimātur filij anteà nati, vt c. j. tanta. supr. qui fil. sint legiti. ita per matrimoniū putatiuum data ignorātia alterius cōiugum, vt est tex. valde singularis in c. ex tenore. eod. titu. Et hinc est, quòd si lex statutum vel cōsuetudo disponit, quòd acquisita constante matrimonio inter coniuges, debeant diuidi inter eos, habebit locū nedum in matrimonio vero, sed etiam in putatiuo. Ita dicit multū notanter Abba. in capit. ij. isto tit. per gl. ibi iuncto text. refert & sequitur Andreas Siculus in cap. ex literis. suprà, de pign. & in c. iurauit. de proba. col. iiij. vide Lud. consi. clxvij. incipiēte, Ant. Idem disponit l. regni. Foro legum, libro tertio, titulo sexto, lege quarta. quod tenemēti pro ampliatione legis regni, Foro legum, li. iij. titu. iij. l. j. quę dicit, quòd omnia acquisita constante matrimonio, debent æqualiter diuidi inter coniuges, vt intelligatur non solùm in matrimonio vero, sed etiā in putatiuo. Ad prædicta etiam facit glo. cōmuniter approbata in c. plerunq;. infrà, isto titu. & in l. cōsensu. in ver. animū. in fin. C. de repudiis. quæ voluit, quòd sicut vxor † vera propter adulterium perdit dotē, vt ibi, sic etiam putatiua, quia nec matrimonium, nec spem matrimonij violare licet, vt l. si vxor. ff. de adulte. & est bonus tex. ad prædicta. in auth. de nuptiis. §. si verò ab initio. colla. iiij. glossa in l. pe. §. fin. ff. ad municipales. vbi dicit, licere marito vel patri occidere adulterū vxoris putatiuæ. Illā tamē glo. reprobat Bar. in l. marito. §. fin. ff. de adul. Potest ergo maritus accusare vxorē putatiuam de adulterio, non autē iure mariti, sed iure extranei, quo casu sufficit probari matrimoniū contractū esse, licet nō probetur valere. vt d. l. si vxor. & tenet Bal. in l. nō ignorat. iij. col. ver. in crimine verò adulterij. C. qui accusare non po. Et videtur hoc satis æquum. Nā vxor † putatiua in sua dote habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, sicut vxor vera, vt est glos. not. in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. & ibi Cyn. in vij. q. qui dicit ita cōmuniter teneri. idem tenet glo. iuncto text. in l. si cùm dotē. §. fina. ff. solu. matri. & in l. ij. §. fina. ff. de priui. credi. no. Ange. de Arctio, & Iaso. in §. fuerat ante. Insti. de actio. vij. co. doctores nostri, signanter Andreas Siculus in dicto capituio, ex literis. supr. de pign. His adde, quòd prælatus putatiuus potest administrare res ecclesiæ, dum est in possessione. & hoc primò necessitate rei, vel vtilitate ecclesiæ, vt vult Imo. in c. querelam. de elec. & in c. in literis. de restit. spol. & sic debet intelligi glossa in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. ij. ver. non cōpetit. de iureiur. Alienare tamē principaliter nō potest. xij. q. ij. c. alienationes. tutor tamen putatiuus, cuius persona nunquā legitimatur, nisi per iudicē, vt in l. j. §. idē Pompo. ff. quod falso tutore author. & ibi per Io. de Are. quia licet in prælato sit reperire quasi possessionē prælaturæ, in tutore tamē nulla inuenitur quasi possessio, licet sit inuenire actū exercitij. Si enim esset inuenire in tutore quasi possessionē, esset inuenire fructū aliquē correspondentē quasi possessioni. Sed nullus fructus est in tutore, quē lucrifaciat, in prælato autē sic, & hoc est subtile multū, secundū Bal. in lege. si is qui. ff. de eo qui tuto. vel curatore. Habet etiā vxor putatiua priuilegiū in sua dote, quia sicut dos vera alienari non potest, vt

Dos putatiua.

sunt iura vulgaria, de quibus suprà habita fuit mentio: sic nec putatiua: vt est gloss. valde singularis in lege, dotale prædium. §. dotale. ff. de fundo dotali. & bene facit tex. in l. iiij. eod. titu. vbi dos data pro matrimonio contrahendo, & sic in spōsalibus de futuro, gaudet dicto priuilegio. Habet etiā aliud priuilegium: quia si dicat statutum, quòd in instrumenta dotalia habeant executionem paratam: intelligitur nō solùm super dote vera, sed etiā super putatiua. elegans dictum fuit Bal. in l. j. in fi. C. de condi. ob causam, de quo facit festum Andreas Siculus in consil. xliij. xj. columna ij. parte. Vnde sicut maritus verus lucratur fructus dotis veræ pro oneribus matrimonij supportandis. l. pro oneribus. C. de iure dotium. c. salubriter. de vsuris. l. insulam. §. fructus. ff. solut. matri. facit l. Titius. ff. pro socio. vbi dispositū in socio vero, habet locū in putatiuo: quia bona fides contrahentium hoc operatur, vt consules putatiui tolerati, quoad huiusmodi effectus, habeantur pro veris. ar. l. Barbarius Philippus. ff. de officio præ. notatur in c. sciscitatus. de rescrip. nam & homo liber † bona fide possessus, vt seruus, acquirit ei, 5
cui seruit ex re, vel opera sua. l. qui bona fide. in principio. ff. de acqui. rerum dominio. l. qui fundum. §. 9
fina. ff. de vsucap. pro emptore. † Emptor etiam rei alienæ propter bonā fidem lucratur fructus industriales. l. bonę fidei. in prin. ff. de acqui. rerum domi. l. qui scit. §. præterea. ff. de vsur. Itē propter bonam fidem acquirit quis rē alienā vsucapione, vel præscriptione. l. j. C. de vsuca. transfor. Insti. de vsucap. in prin. & fina. de rescript. Cùm autem in his, & multis aliis, de quibus per Andream Siculum in d. c. ex literis. supr. de pign. & latius per Bald. Nouellum in suo tractatu, de dote. in xj. parte. vxor putatiua priuilegiata existat, & vxori veræ æquiparetur, iustum profectò videtur, vt sicut vxor vera propter adulterium perdit dotem, sic et ā putatiua. Et con- 7
sequenter, sicut † donatio facta constante matrimonio vero inter coniuges non valet, sic nec inter coniuges putatiuos. Et adeò nō valet donatio inter cōiuges putatiuos, quòd etiam morte donatoris non confirmatur. vt l. iij. §. videamus. ff. isto titu. & ibi not. & in d. l. si voluntate. & ibi no. Bald. dicens, quòd vxor illicita non potest effectualiter donare, nec potest talis donatio cōfirmari. Est de hoc melior text. in l. cùm hic status. §. pe. in fi. ff. isto titul. quem text. ad hoc allegauit pro singulari, & not. Bald. in l. eam quam. v. colum. verti. modò ego quæro, vtrum lex nostra. C. de fideicom. & Alexand. in l. donationes. la j. C. isto titul. & in l. si donatione. viij. col. in ver. in eadem. C. de colla. post Ludo. ibi. iiij. col. Idem Alexan. in l. si cùm dotem. §. fin. col. antep. ff solut. matri. vbi adducit multa similia, quæ videas per te. & Andreas Siculus in l. si diuortio. xiiij. colum. ff. de verbor. obligat. & consil. xlvj. xij. parte. de quo infrà, latius dicetur. Si igitur donatio non valet, ergo coniugi donatori competit repetitio: intellige, quando ignorauit impedimentum matrimonij. secus si vterque coniunx sciuit, vel saltem maritus qui donauit. Nam tunc non repetit, sed fisco applicantur res donatæ, si matrimonium non fuit carnali copula consummatum: vt l. cùm hic status. §. fina. ff. isto titulo. Si autem fuisset matrimonium carnali copula consummatum, res donatæ à marito impedimentum sciente, remanere debent cum vxore ignoranter recipiente: per text. singularem in l. fina. ff. de lega. j. & in l. ij. C. de his qui. vt indig. vbi qui accipit vxorem illegitimè scienter, ab ea nō capit, sed ipsa bene capit ab eo. ita tenet Bald. Nouellus in d. suo tractatu, de dote. char. cxl. col. iij. Et ratio differentiæ inter vnum casum, & alium est quia quando nondum fuit consummatum matrimonium, res est integra, & potest mulier sine difficultate alteri nubere. Sed quando fuit consummatū matrimoniū putatiuum, iam vxor remanet corrupta, & de facili nō potest alteri nubere, quasi iam steterit pro concubina alterius, & nō pro vera vxore. d. §. videamus. Vnde in cōpensatione talis amissi pudoris, iura indulgēt dictā retētionem rerū donatarū, & non curāt applicare fisco. quod est notandū secūdùm eum. Sed quāuis hæc sua dicta videātur satis colorata, tamen ipse posteà subtilius inuestigās, mutauit sententiam, dicēs, q; vxor ignorās impedimentum & decepta, cui maritus aliqua donauit, retinebit sibi, quamuis nō fuerit carnaliter cognita: nō solùm si esset donatio facta propter nuptias in recōpensationē dotis, cū pacto de lucrādo: sed etiā, si esset simplex donatio. per tex. quē reputat singularem in l. qui cōtra. C. de incestis nup. ibi: sine deinceps quo quo modo datum fuerit. iuncto versi. exceptis. nec ibi fit differentia, si fuerit matrimoniū consummatū per copulam carnalem, vel non. Ex quo enim turpitudo vertatur ex parte dantis, & non recipientis, & trāsfertur dominium in recipientem cum spe non repetendi. ar. l. idem est. §. sed quod meretrici. ff. de condit. ob turp. causam. & v. parti. tit. xiiij. le. l. & lj. de quibus supr. fo. iij. colum. j. facit bene text. in l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. & l. j. ff. de condit. in debi. vbi † soluens ex falsa causa, quam scit esse falsam, videtur donare, & ideo non repetit. & inde est, 8
q; intrans † monasterium, offerens se, & sua monasterio, sciens ingressum non tenere, vitiato ingressu non repetit quod donauit. ita no. tenet Bar. in authen. ingressi. C. de sacrosan. ecclesiis. Ant. Abb. & alij in c. in præsentia. suprà. de proba. & in c. pe. eo. tic. vbi per Moder. signanter per Franciscū Aretinum, de quo per glo. & doc. in cap. q; ad te. de cler. cōiu. & per doc. de quibus per Fel. remissiuè in d. c. in præsentia. xvij. col. ver. ij. quæro. quos videas per te. Idem videtur dicendum in casu nostro. Et ideo ex quo iam fuit quæsitum mulieri prædictæ, non est conueniens, quod fiscus ab ea auocet, tanquam ab indigna, cum ipsa non fuerit in culpa. Hoc voluit glos. not. in l. ea quæ. C. de donat. ante nupt. & in l. eum qui. in glos. fin. C. de adulte. tenet Bart. in l. milites ita. §. mulier. ff. de testa. mil. & bene facit text. in dicta l. fin. de leg. j. & in l. ij. C. de his quibus vt indi. quæ principaliter emanarunt fauore mulierum deceptarum, vt possint capere ex testamento, vel aliàs à maritis decipientibus eas, nec se restringant ad matrimonium carnali copula consummatum, maximè quia verecunda esset probatio virginitatis hoc casu. Vnde placet mihi ista opinio, quæ est fauorabilis mulieribus, præsertim si interuenit osculum, & alia, quæ inter sponsos interuenire solent. ar. l. si sponsio. C. de donat. ante nupt. cum aliis, de quibus suprà dictum est. Cogitabis tamen super hoc, & videas Bald. Nouellum in dicto tractatu, charta cxliij. ij. col. ver. si. & secundùm prædicta, vbi etiam per eum latissimè, quid fiet de dote & donatione propter nupti. & alijs lucris habitis inter coniuges putatiuos. & ibi notatur de intellectu dictæ legis, qui contra. C. de incestis nupti. &

Lex regni.

Adde Saly. in l. j. C. de condict. ob causam.

Exceptio. Non confirmatur vxor te donatoris donatio inter putatiuos.

1, Illatio. Donatori competit repetitio.

Lex regni.

c. & si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex regni. c.& si necesse.infrà, isto titu. vbi videre poteris ad saturitatem & v.parti.titu.xiiij.l.l.& lj.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio facta inter concubinarios an valeat.*
2 *Legare an possit quis concubinæ.*
3 *Homines omnes à principio liberi nascebantur.*
4 *Donari potest cuilibet cui non prohibetur per legem, siue sit absens, siue præsens, notus vel ignotus.*
5 *Libertus ingratus potest propter ingratitudinem redigi in seruitutem.*
6 *Concubinarius coitus non fuit à lege ciuili approbatus, nec reprobatus, sed tolleratus.& nu.8.*
7 *Concubinarius donando concubinæ non peccat, nec ipsa recipiendo.*
9 *Miles armatæ militiæ non potest donare, vel promittere suæ concubinæ.& nume.11.*
10 *Castitas maior requiritur in militibus quàm in paganis.*
11 *Rex an possit donare suæ concubinæ.& nu.13.*
12 *Iura naturalia sunt immutabilia.*
14 *Aduocatus dicitur miles & etiam doctor, & non possunt donare concubinæ.*
15 *Testamenta aduocatorum & doctorum non possunt vatione prætextionis contratabulari, sicut testamenta militum armatæ militiæ.*
16 *Substitutio facta à doctore post pupillarem ætatem erit directa, sicut facta à milite.*
17 *Milites armatæ militiæ non conueniuntur, nisi in quantum facere possunt.*
18 *Doctor qui legit per viginti annos, est clarissimus & miles.*
19 *Torqueri non debent milites nec doctores.*
20 *Doctor an præcedat militem.*
21 *Donatio à milite vel doctore facta concubinæ an valeat.*
22 *Doctor qui legit per viginti annos, potest legere per substitutum.*
23 *Illustris seruire potest per substitutum.*
24 *Doctor postquam legit per viginti annos, efficitur comes Palatinus, & consequenter legitimare potest spurios, & notarios creare, & quid in doctore de rescripto.*

§.xxxvii. 1 2.*Illatio. Vtrum valeat donatio facta inter masculum & fœminam, nõ cõiuges sed sẽ inuicem carnaliter commiscentes.* 1.*Dubium. De concubinis, & decidit quòd sic*

EX istis infertur ad quæstionem, quam hic ponit Alexan. an valeat †douatio facta inter concubinarios. Nam prima facie videtur dicendum, quòd non: quoniam ex quo non valet inter coniuges putatiuos, quia vbi vxor tenetur quasi concubina, vt suprà dixi, pari ratione non debet valere inter ipsos cõcubinarios: sicut dicimus in simili, quod titulus, vnde vir & vxor. non habet locum inter concubinarios: vt voluit glo.no.in §.consideremus. in auth.de triẽte & semi, co.iij.& latè Ludo.in l.j. C. vnde vir & vxor. Veritas est, quòd valet, nec reuocatur: etiam si matrimonium inter eos posteà fuerit contractum: vt est casus in l.donationes in concubinam.ff.de dona. vbi litera dicit, Donationes in concubinã collatas non posse reuocari, conuenit. nec si matrimoniũ inter eos postea fuerit contractum, ad irritum recidere potest. Bene facit tex. in l.qui concubinam.in princ.& in l.legata.§.paru. ff.de lega.iij. vbi dicitur, quòd potest quis †legatum facere concubinæ: de quo latè per Ludouic. consil. xliij.incipiente, ad primum, vide Bart.in l.miles.in princ.ff.de re.iud. Bar.in l.milites.C.de test.mi. Valebit ergo donatio facta concubinæ tempore concubinatus: quamuis posteà contracto matrimonio res donatæ tradãtur: vt est casus no.in l.si prædia.ff. isto ti. Ratio diuersitatis inter vxorẽ putatiuam, & concubinam, quantum ad hoc, potest esse quia licet inspecto iure naturali primæuo, nulla esset differentia inter vxorem & concubinam, secundùm quod omnis coitus seu coniunctio erat legitima, & æqualis: vt auth.de nuptiis.coll.iiij.& in authẽ. qui bus mo.naturales effi.sui.§.natura.coll.vij. & auth. quibus mod.naturales effi.le.§.liceat.col.vj. quod ius non erat coarctatũ aliqua naturali ratione, imo homines passim bestiarum more vagabantur, & si bi victu ferino vitam propagabant, nec quicquam ratione animi, sed pleraque viribus corporis admi nistrabant: nondum diuinæ religionis, nõ humani officij ratio colebant: nemo nuptias viderat legitimas: nó quisquam certos prospexerat liberos. ita dicit Tullius in proœmio Rhetoricæ antiquę. Idem voluit Bald.in c.filij nati.fi de feudo fue. contr.inter do.& agna.li.feudo.aliàs est titu.de impub. vbi dicit, q̃ iura quæ dicunt, à principio †omnes homines liberi nascebantur: vt not.in lege, manumissiones.ff.de iusti.& iure. debent intelligi in illo rudi sẽculo, quo matrimonia nec erant nominata, nec cognoscebantur: quo tempore, quinimò nec posteà in primo, vt ita dixerim, iuris ciuilis latere, antequam superuenirent plenæ diffinitiones nominum: vt habetur in l.j.ff.de contrahẽ. empti. non erat cognita donatio, nec alia nomina contractũ: imò nomine venditionis continebatur omnis commutatio: vt ff. de sta.libe.l.statuliberi.§.Quintus. ita dicit Bal.in l. voluntas.ad fi.C. de fideicõ. tunc aut à quocunque donari poterat, & cuicunq;. Nec posteà hoc fuit immutatũ, nisi in aliquibus personis: nam & quilibet potest donare, & cuilibet †potest donari, cui nõ prohibetur per leges, siue absens sit, siue præsens, notus vel ignotus: vt l.absenti.ff.de dona.& l.nec ambigi.& l.in extraneos.C.eo.tit. Superuenit posteà ius positiuũ, quod approbauit quasdã coniunctiones, vt matrimonium: vt l.j.§.j.ff. de iust. & iure. & Insti.eod.§.ius naturale. tũc incœpit differentia inter vxorẽ & cõcubinam ratione dignitatis, quam vxor cõsequitur propter matrimoniũ: vt d. l. item legato.§.parum.ff.de lega.iij. vbi dicitur, quòd inter vxorem & concubinam in sola dignitate est differentia. & statim q̃ fuerunt cognita matrimonia, duplex hominum genus esse cœpit. scilicet. legitimorum. posteà tertiũ genus esse cœpit. scilicet legitimatorum, qui propter ingratitudinẽ in pristinam qualitatẽ redire possunt: vt l. manumissiones. ff. de iusti.& iu.ad instar libertatis, à quą ingratus libertus erga dominũ reuocatur in seruitutẽ ab eodem. l.diuus.in fi.& l.ingratus.de iure pa. quia ista æquiparantur: vt authen.quibus modis natura.effi.legi. §.liceat.col.vj.secũdùm Bald.in d.c.filij nati.quod quidẽ ius positiuum, quantũ ad hoc, fuit ante leges consultorum. Nam, vt inquit Iosephus, Eliphat fuerunt legitimi quinque filij: Amalech enim naturalis erat de concubina Tanna nomine procreatus. de antiquitate libr.ij.ca. j. Et considerata affectione, quæ inter coniuges esse poterat, ne mutuo amore se spoliarent, & ne impediretur studium educandi filios legitimos, & ne matrimonia venalia fierent. fuit constitutum, vt tales donationes inter eos non fierent: vt dixi supra. in §. sunt aliæ donationes. in princip. Et per hanc prohibitionem non fuit prohibita donatio, nisi inter cõiuges veros. & propterea

Ratio diuersitatis inter vxorẽ putatiuam & concubinam: & enumerat diuersa iura circa cõnubiationes.

Ius naturale.

Ius positiuum.

ptereà mero iure valebat donatio inter coniuges putatiuos. Sed quia videbatur absurdũ, quòd melioris conditionis essent, qui delinquebant, contrahendo illicita matrimonia: quã qui non delinquebant, iustè cõtrahendo: statutum fuit, huiusmodi donationes inter coniuges putatiuos ratas non esse, vt l.iij. 6 §.videamus.ff.isto tit. Coitus †autẽ concubinarius nec fuit approbatus à lege ciuili, nec reprobatus, sed toleratus, vt ff. & de concubi. Vnde remãsit in primo iure naturali, secũdùm quod, vt dixi, valebat donatio inter concubinarios, imò adhuc expressè hoc permisit, per dictam legẽ, donationes in concubinam. confirmando ius primæuum. Et hoc ideo, quia non tantus amor præsumitur in concubina, sicut in vxore etiam putatiua, & sic cessant rationes, propter quas donatio inter cõiuges fuit prohibita. ita dixit Pau.in dicta lege, donationes. ad quod bene facit text.in d.§.videamus.in versiculo, diuus tamen. & adhuc per istas donationes præstabitur materia separationis inter ipsos concubinarios. quod optandum vtiq; est. Nec tali donationi factæ concubinæ, ius nostrum pontificiũ resistit, quia 7 †ex quo præsupponimus eã cõcubinam, & per consequens à cõcubinario cognitam, cõcubinarius ei donãdo, & ipsa recipiendo nõ peccant, cum videatur donatum causa remunerationis, vt voluit Hugo in cap.qui venatori.el.j.lxxxvj. dis. quem refert & sequitur ibi Archidia. & sic intelligunt ipsi gloss. ibi in ver. meretricibus. qui dicit valere donationem factam meretricibus. de quo infrà subiiciam. Et ita concludamus valere donationem factam inter concubinarios. Intellige tamen, quum ambo 8 sunt soluti, quia talis † concubinatus solummodo est toleratus à lege ciuili, vt l j.& iij. ff. de concubi. & l.vnica.C.eo.ea enim potest esse concubina, quæ potest esse vxor. vt in auth. vt liceat matri & auiæ. §.ad hoc.co.viij.& glo.in d.l.j.ff.de cõcubi. Si ergo 12 tali cõcubinæ aliquid donetur, vel etiam promittatur à concubino, valet donatio, vel promissio, vt traditur in prædictis iuribus. quia vt dicit Ant. consil.xiiij. potuit vir moueri ad hãc donationem, quia dã pietate ductus, fortè vt illa nubat, & malã vitam non sequatur. Maxime si iam desierit esse concubina. nam tunc efficacius valet donatio, vt est glo. in d.l.miles ita §.mulier.ff.de testa.mi. quam multum commendat Pau.in d.l.donationes.ff.de dona. Et intellige prædicta de cõcubina iam habita. secus de futura, cui donari non potest, etiam per priuatum. vt not. voluit Ange.in d.§.mulier. de quo exclamat Alexan.in l.affectionis.ff.de dona.in apostillis. nec ipsa potest amasio donare, vt l.fi.ff.de actio.& obli. vbi videtur casus secundùm vnũ intellectum. Hæc 9 tamen limita, nisi sit miles †armatæ militiæ, qui non potest donare vel promittere suæ concubinæ, vt est casus, & ibi not. Cyn. & alij in l.ij.C.isto tit. facit text.in l.miles ita hæredem.§.mulier.ff.de testa.milit. & in l.mulierem.ff.de his quibus vt indig. vbi prohibetur militi aliquid in testamento concubinæ relinquere. & ibi not. Bartol. Ad idem vide in ij parti.titu.xxj.l.fin. vbi inter cætera dicitur, quòd si miles arma donauit meretricibus, dum est in expeditione, perdit militiam. not.in l. militibus. C. de testa. milit. Maior ergo † castitas in militibus requiri- 10 tur, quàm in paganis. & ratio est, vt sint audaciores, & fortiores. Vnde Vigorinus scribit, quòd olim dum debebat pugnari, focariæ expellebantur de campo per certum tempus ante. vt refert Ange. in dicta l.miles.§.mulier. vide Sanctum Tho.in tracta 11 tu, de regimine principum.lib.iij.cap.xiiij. ait ergo, quòd miles suæ concubinæ donat, turpiter datur, & recipitur, & propterea non ipse, sed fiscus, qui est iniqui lucri acquisiti iustus ablator, illud repetet, vt l.mulierem. §. Claudius. ff. de his quibus vt indignis. & l.Lucius. ff. de iure fisci. quæ sunt intelligenda, etiam de militibus nostri temporis, quamuis in eis non reperiantur, nec concurrant requisita, per glossẽ magistrum, in l.pe.ff.ex quibus ca. ma. secundùm Ludouic. consilio xliij. verticul. ad quartum respondendum. vbi hoc limitat notabiliter, ni si interueniat iuramentum. Nam tunc valet, quod tenemi enti, & alibi non legi. vide etiam decisionem Delphinatus. cxlj. Ex prædictis infertur, quòd cùm †rex dicatur miles, vt l.prima.C.de testa. mi. l.regni.ij.parti.titul.xxj.l. xj. quæ incipit, fochos. non poterit donare suæ concubinæ. Cuius contrarium firmat Bald.& bene, consilio ccxxxij. incipit, recolo me consuluisse. tertia parte suorum consiliorum, motus, quia lex prohibens militem donare suæ concubinæ, loquitur de milite populi Romani, qui est in matricula militum, aliàs non censetur miles iure Romano, vt not.C.de offic.ma.mil.eos. Item de milite insignito stigmate, vt not. C. de fabri.l.stigmata.ff.quibus ex caus. ma.l. penult. Item de milite, qui iurauit non euitare mortem ob defensionem reip. vt ait Vegeti.de re militari. Item de milite, qui subiacet legibus & disciplinis militum, & qui est sub lege constitutus. Sed rex non est de istis, nec sub lege, sed supra legem, quia poterit derogare legibus, sicut quotidie faciunt glorioli principes, ergo potuit derogare illi legi, quæ dicit, quòd miles non possit donare concubinæ. Præsertim, quia illa lex non continet ius necessarium, sed ius voluntarium, & positiuum. Iura † enim naturalia sunt illa, quæ sunt immutabilia, sed iura voluntaria contraria voluntate colluntur, vt ff. de legibus. l. non est nouum. & l. sed & posteriores. Nam omne quod ligatur, solubile est, in authentica. de nupti. §. deinceps. Præterea contractus principis habet duas vires subordinatas, scilicet promissionem præuenientem tacitè, & promissionem subsequentem expressè: vt C.de donat. inter virum & vxorem. l. penulti. Præterea illa lex, quæ dicit, quòd non potest donari concubinæ, assimilat concubinam vxori. Similis est enim in ratione prohibitionis, ne scilicet infrænato amore incidat in paupertatem. Sed respectu regis magnifici donatio minus est, quàm si vnus homo communis donaret vnum grossum argenteum. Sic igitur comparando actum personæ, & personam actui, cessat ratio prohibitiua. Præterea quando princeps donat infamiter: tacite videtur eum primo restituere famæ, & posteà donare vt C.de nupt.l.imperialis. vnde non potest dici, quòd donatio fuerit facta infami. Præterea ista donatio debet potius dici priuilegium, quàm donatio, & nullo iure cauetur, quòd Imperator, vel rex, vel alius princeps non possit concedere priuilegia concubinæ: & cùm talia non posse fit pœna le, satis est, q̃ cesset lex prohibens: vt ff. de procur. l.mutus.§.j.& ar.fol.mat.l.fi vers. ò. §.de viro. ff. de iure.pa. adigere.§.quamuis. ff. de diuort. quòd ait lex. Per quæ concludit Bal.vbi supr. valere donatio 13 né factã in principe suę cõcubinæ. Illud †autẽ, quod rex con

Ratio hinc potest esse. quia inter septem nocumenta luxuriæ, quæ narrat Florent. ij. par. ti v c. j.§.xj. vnũ est, quòd vires debilitat. Vnde secundum eũ antiqui erant longioris vitæ. & robustiores quia erant magis continentes & tardius matrimonium contrahebant. Hinc etiam Marsilius in trac. de vita sana. ca. 7. Auicennã referendo, inquit, Si quid fœminis virea quàm natura vel vet prosinat: ob esse magis, quã si quæ dragies tantum emaiaret, lo. Ber.

14 quòd episcopus condemnans ad pœnam pecuniariam, debet eam applicare fisco Ro. ecclesiæ, non autem cameræ suæ: quia esset iudex in causa propria. Similiter dicit Ange. latè in authen. vt nulli iudi. §. ait autem. columna ix. quòd licet episcopi imbursent istas pœnas tamen non possunt, nisi causa necessitatis subsit: sed debent erogare pauperibus, nisi sit episcopus habẽs dominium temporale. quæ dicta refert & sequitur Andr. Sicu. in cap. P. & G. xlix. col. suprà, de offi. dele. & Fely. in c. irrefragabili. §. cæterum. penu. columna. suprà, de offic. ordi. quem videas. Cogitabam, si posset sustineri dictum Abba. dicendo, quòd episcopus non habet fiscum propriè, bene tamen a impropriè: vt sentit Baldus in dicta rubrica. C. de priuilegi. fisci. vide eundem in c. j. §. ad hæc. columna iiij. versicul. quæro vtrum. de pace iura. firman. li. feudorum. Et in casu, in quo bona alicuius clerici veniunt confiscanda, si non est beneficiatus, applicentur fisco episcopi: si est beneficiatus, ecclesiæ, in qua habet beneficium: vt voluit Abba. in dicto capitulo ij. suprà, de succ. ab inteft. de quo nõ insisto amplius, quia non est præsentis speculationis. Vnum non est omittendum circa prædicta, quòd si miles, vel aduocatus, doctor, licentiatus, vel clericus. donat suæ concubinæ pro meritis & seruitiis: si merita per dictam differentiam probarẽtur, crederem dictam donationem tenere: licet enim in ter personas prohibitas simplex donatio non sit valida, tamen donatio ob causam non reprobatur: quia aliam & diuersam naturam habet à simplici: vt patet ex no. in auth. vnde si parens. C. de inof. testa. & in l. si donatione. C. de col. & in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. donatio enim, quæ fit ob causam, non potest dici propriè donatio, sed cuiusdam debiti naturalis restitutio: quia ex collatis seruitiis obligatur ille, cui conferuntur, naturaliter conferenti: vt d. l. Aquilius. & dicitur talis obligatio ad antidota: vt l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hær. Inter personas autem prohibitas inter se donare, alij contractus non prohibentur, sed tenent, vt l. si testamentum. quod ibi not. ff. de probat. & l. cùm quis. §. pe. de leg. iij. Isti ergo, qui aliàs prohibentur concubinis donare, possunt aliquid eis donare pro collatis sibi seruitiis, pro quibus erant eis obligati, & magis dicetur hoc obligationis dissolutio, quàm donatio, seu patrimonij diminutio, per iura prædicta.

Et intelligo, vt dixi, quando merita probantur, vel seruitia, aliàs si non probarentur, verba illa pro meritis & seruitiis non sufficerent ad præ dicta probanda, ex quo emanant inter personas prohibitas, vt est casus in dicta leg. cùm quis. §. pen. de leg. iij. & in dicta lege qui testamentum. & l. si forte. ff. de castrensi pecul. talibus enim verbis non datur fides, sed præsumitur adiecta in fraudem legum, vt dicit tex. in dicto §. pe. ita dicit Ancha. consil. ccxlviij. incipit, dubium facit, quem refert & sequitur Paulus in dicta l. donationes. ff. de dona. & And. Sic. in l. diuortio. xiiij. co. ff. de verb. obl. de quo etiam per Vitalem in lib. clausularum. char. xlvj. aliàs in clausula, dedit & donauit Titio propter eius grata & accepta seruitia. & de hac donatione remuneratoria infrà, latius dicetur. Hucusque locuti sumus de donatione facta concubinæ, quæ propriè † est illa, cum qua matrimoniũ esse possit, & est vnica in domo retẽta in schemate concubinæ, vt in auth. qui. mo. nat. effi. sui. §. si quis autem. & §. palã. & ibi glo.

Inspicitur persona immediata.

Confiscandum de bonis clericorum, potius applicatur episcopo loci quam Papæ.

a Adde tamen Fel. in c. irrefragabili. §. cæterum. de offi. ord. col. pe. & si vbi tenet, quòd contraria opin. est verior, & sic habeat fiscum, le. B. Imitatio. Donatio pro meritis & seruitiis valet persona alias prohibita.

Verificatio quando merita probantur.

Quæstio. Quæ dicatur concubina.

ibi glo. in ver. indubitatus. colum. vij. & in auth. de triente & semi. §. & hoc dicimus. & ibi glo. in ver. præteriit, col. iij. & dicitur schema, quasi imago vel figura, licet quasi rectè teneatur. imò dicit lex, protestationem esse faciendam, quòd pro concubina tenetur. ff. de concubi. l. in concubinatu. & iiij. parti. tit. xiiij. l. ij. de quo per Spe. tit de succeff. ab intesta. §. j. v. columna. ver. & nota tria necessaria per Ioan. Andr. in addi. ad Spe. rubrica, qui fil. sint legit. in ij. colum. per glo. & doct. in
c. innotuit. suprà, de elec. in ver. coniugata. in fi. & 3
ibi Abb. col. antepe. Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. ix. colum. ver. & nota, quòd licitus concubinatus est inter solutum, & solutam. tamen debet interuenire verbum protestantis se tenere in cõcubinam. & factum, quòd teneatur in do 3
mo, ita quòd passim non possit vagari circa plurimorum concubitus. Nam si non interueniret protestatio, vel alio modo appareret de concubinali consensu, cum virgine vel vidua, committeretur stuprum: vt in d. authẽ. de triente & semi. §. consideremus. in fi. & ff. de quæstio. l. si quis viduam. Et secundùm ista, exceptio, quam faciunt doctores à regula, quòd donatio facta à clerico concubinæ non valet, non videtur congruè fieri, tum quia illa non dicitur concubina, vt apparet 4
ex prædictis, sed potius est focaria, cum qua habitare non licet: vt l. si. ff. de concub. & tenet Bal. in l. si ea conditione. C. de cond. inser. tum etiam quia clericus non est solutus, sed ligatus ecclesiæ per matrimonium spirituale: vt suprà dixi, vnde proprius cederet in his, quæ infrà dicentur. Volui tamen hoc ponere, ne doctorum ordinem in hac materia loquentium peruerterem.

Vide hodie legẽ Tauri.

§. XI.
2. *Dubium de meretribus.*

SVMMAE RERVM. 5

1 *Meretrix dicitur mulier, quæ inhonestè duos causa quæstus admittit.*
2 *Donatio facta meretricibus publicis valet.*
3 *Meretrix non recipit turpiter, licet turpiter faciat meretricando. & numero 7.*
4 *Pignus datum meretrici, non potest ab ea retineri.*
5 *Dominium pecuniæ, vel rei donatæ meretrici, per traditionem, ei acquiritur.*
6 *Meretrici promissa iniustè retinens, iniustè facit.*
8 *Miles promittens meretrici, non obligatur, nec etiam miner.* 6
9 *Reus licet non habeat ius in re, tamen petens eam, non obtinet. si nullum ius habeat.*
10 *Meretrix si aliquid promittat lenoni, leno ex hac promissione agere non potest.*
11 *Meretricis proprium est recipere precium, non dare.*
12 *Contractus meretricibus est damnatus.*
13 *Meretrix hoc facit in mundo quod femina in mari, vel clauca in palatio.*
14 *Donatio promissa & pignoris datio facta meretrici, valet & quod ex hac causa acquirit, suum facit, nec fiscus potest ab ea auferre.* 7
15 *Dominium ciuile acquiri potest cum peccato.*
16 *Meretrix potest libere disponere, testari, eleemosynam facere, & decimas soluere de his, quæ ex meretricio acquisiuit.*

VIDEAMVS nunc de donationibus, quæ fiunt aliis mulieribus, quæ non sunt concubinæ. Et primò de meretricibus, quæ palàm quæstum sui corporis faciunt: vt l. palam. ff. de ritu nup. vbi tex. not. innuit, mulierem dici † meretricem, si inhoneste duos causa quæstus admisit. adhoc commendat illum text. Abb. in c. cùm de corem. in fi. suprà, de vi. & hone. cle. & in c. inter opera. in fin. suprà, de sponsa. Idem si per xx. horas stetit in meretricio, vel lupanario: nam ex hoc solo censetur publica meretrix: vt not. Saly. in l. qui adulterium. C. de adulteriis. Et teneas pro
constanti, quòd † donatio facta istis publicis meretricibus, valet: vt est textus in l. iiij. §. sed & quod meretrici. ff. de condit. ob turpem causam. & in l. mercalem. eodem titulo. ratio est quia hic versatur turpitudo solùm ex parte donãtis, non autem ex parte meretricis: quia licet † turpiter faciat esse meretricem, non tamen turpiter recipit, cùm sit meretrix: vt d. §. sed quod meretrici. & glo. in c. ex transmissæ suprà, de decimis. Quando autem turpitudo versatur ex parte donantis, non autem ex parte recipientis, iustè recipitur, quod donatur: vt per totum titulum ff. & C. de condi. ob turpem causam. Et procedit hoc, non solùm quãdo res meretrici donatæ fuerunt sibi traditæ: vt loquũtur iura prædicta: sed etiam quando non fuerunt traditæ: fuit † tamen pignus datum, quo casu necdum poterit retineri pignus, sed etiam poterit agere contra donatorem, vt pignus redimat: quia licet pignus remaneat in dominio obligãtis: vt l. cum &. §. pignus. de pigno. acti. tamen sicut dominium rei traditæ quæritur vt l. traditionibus. C. de pact. & Inst. de rerum diui. §. per traditionem. sic etiam per traditionem pignoris quæritur ius in pignore, vt traditur in prælegatis iuribus. Vnde † sicut dominium pecuniæ vel rei donatæ meretrici, per traditionem ei acquiritur, sic & ius pignoris reale sibi acquisitum est. Ita tenet Cy. in dicta l. ij. C. de condict. ob turpem causam. quicquid dixit ibi glos. quæ debet intelligi de muliere non meretrice, de qua infrà subiiciam. Quinimo quod
plus est, subdit Cyn. in dicta l. ij. in fine. quòd si scholaris promisit meretrici ob libidinẽ secum habitam, venit modo meretrix coram rectore, vel doctore, facit citari scholarem, & petit ab eo illud, quod sibi promisit, quod poterit illud
facere. quia qui retinet † meretrici promissa, iniustè facit, & sic peccat, secundũ eum. Hoc idem in effectu voluerunt ibi Angel. & Salycet. Angel. in l. prima, eodem titulo. & Bartol. in l. affectionis. ff. de donation. & in l. generaliter. in fine. ff. de verborum obligationib. & ibi etiam Alexander, & Franciscus de Aretio, Bartol. & Alexand. in dicta l. quarta. §. sed quod meretrici. ff. de condictio. ob turpem causam. Cynus & Salycetus in l. ea quæ. C. de donation. ante nuptias. Mouentur ipsi primo per text. in dicto §. sed & quod meretrici. vbi dicitur, quòd licet † turpiter faciat meretricem esse, non tamen turpiter recipit, cùm sit meretrix: si autem turpiter non recipit, ergo iustè recipit, & domina efficitur rei donatæ. Ista autem ratio non minus militat in donatione re non tradita, sicut quãdo res traditur. Secundò facit tex. in d. l. affectionis. dum generaliter permittit fieri donationem meretrici, sed constat, q̃ ad validitatem donationis non requiritur traditio, cũ etiã absenti donari possit. vel. absenti. ff. de

Quæ dicatur meretrix.

Responsio. Donatio meretricib. facta valet.

1. Exceptio Quando nõ interuenit traditio sed pignus.

2. Exceptio Quando nõ interuenit traditio nec pignus, sed sola promissio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

donatio. & in cap. si tibi absenti. de præben. lib. vj. Ergo dispositio illius textus habet locum in promissione facta sine traditione. Tertiò speciale est in milite, & minore promittente concubinæ, † vt non obligentur, vt notat. in dicta l. affectionis. ergo in contrarium est ius commune in aliis. vt l. ius singulare. de legib. Quartò facit textus valde singularis in l. multum. ff. de verborum obligation. vbi ad validitatem stipulationis potius inspicitur persona stipulatoris, quàm promissoris: cùm autem in promissione, quæ fit meretrici, non sit turpitudo ex parte meretricis stipulantis, postquam meretrix est vt in dicto §. sed & quod meretrici. licet turpitudo sit in promittente, potius inspiciamus personam ipsius meretricis. Ita ponderat & inducit illum textum Paulus de Castr. ibi. Et idem tenuerunt Hugo & Archidiaco. in capi. qui venatoribus. lxxxvj. distinction. facit quod in simili videmus, in iudiciis, vbi magis attenditur persona petẽtis, quàm rei: quia
9 licet reus † nullum ius habeat, si tamen petens etiam non habeat, non obtinet: vt l. prima. circa principium. ff. si pars hæredit. peta. & l. fin. C. de rei vend. Sic ergo in casu nostro inspicimus personam stipulatoris, id est meretricis, cui fit promissio, ex cuius parte non interuenit turpitudo: non autem personam promissoris turpiter promittentis: quia eius turpitudo non habet vitiare promissionem. vt dicta l. multum. Cuius ratio est secundum Franciscum de Aret. ibi, in secunda columna. quia si stipulatio continens turpitudinem ex parte promissoris, annullaretur ipso iure vel effectu: tunc ille, qui turpiter promisit, nullam patereretur pœnam, imò puniretur stipulator, qui turpiter non recepit, quod esset absurdissimum. Sed econtrà, quando turpitudo est ex parte stipulatoris; si stipulatio esset annullata, tunc stipulator non puniretur ex sua turpitudine. Vnde in vtroque casu per eandem regulam statuitur diuersum: videlicet ne quo odio alterius inductum est, conuertatur in eius fauorem: vel ne quis ex delicto suo lucretur, contra legem, relegatorum. §. fin. & l. sequenti. ff. de interdict. & relega. & quod habetur in regula, quod ob gratiam. de regul. iuris. quæ quidem ratio subtilis est, & singularis, & à nemine tacta, nisi ab illo, vt ipse dicit. Et istud teneas, quamuis glos. in dicto §. sed & quod meretrici. & in dicta l. ij. C. de condit. ob turpem caus. & in l. affectionis. ff. de donation. & in l. ea quæ. C. de donation. ante nupt. teneant contrarium. quam opinionem tenuerunt Baldus Angelus & Paul. in dicto §. sed & quod meretrici. Ioannes de Imola in dicta l. generaliter. in fine. ff. de verborum obligationib. & Alexandrinus in præsenti. Fundamentum principale istorum doctorum est, quia ista promissio est turpis, seu ex turpi causa facta: & ideo non valet. l. generaliter. præalleg. Istud non est verum, quia meretrix, in eo quod est meretrix, turpiter facit: sed ex quo talis est, non turpiter accipit, nec turpiter stipulatur. & sic ista prima ratio non procedit. Secundum fundamentũ eorum est, quia quædam honestè accipiuntur, quæ non honestè petuntur, vt l. j. ff. de var. & extraor. cogn. quia licet in casu d. l. j. illud quod retinetur, possit iustè retineri, non tamen possit honestè peti. non tamẽ sequitur: ergo nec isto casu. Ita excludit Cynus has duas rationes in dicta l. secunda. in fine. C. de condition. ob turpem causam. Tertium est text. in l. ea quæ. C. de donation. ante nuptias. vbi si aliquis promisit donare alicui mulieri, vt sponsa fieret, quæ tamen sua sponsa esse non potuit, non tenetur illud adimplere. Ad hoc respondet Alexander in dicta l. generaliter. quòd ideo ibi non potuit illa mulier agere, quia donatio continebat modum seu causam impossibilem, quia illa non poterat esse sponsa, cum ille aliam haberet vxorem, & ita non erat in potestate mulieris, quòd valeret matrimonium. vel quòd duceretur in sponsam, & propterea agere non potest virtute illius promissionis. & sic dicit Cynus in dicta l. ea quæ. qui pro hoc allegat not. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nuptiarum. Quartum fundamentum est text. in l. fina. §. Seia.
10 ff. de actio. & ob. vbi † si meretrix aliquid promisit lenoni, ex hac promissione leno agere non potest sicut ergo ipsa non potest cõueniri ratione suæ promissionis, sic etiam iuuetur is qui aliquid ei promisit, vt ab ea conueniri non possit. quia vt dicebat ibi Bartolus, ibi non fuit facta stipulatio, & sic nõ nascebatur actio ex promissione de donando secundũ tempora Digestorum. Sed reuera ille textus non se fundat super stipulatione, & propterea melius videtur intellexisse illũ textũ Bart. in dicta l. affectionis. ff. de donatio. qui dicit, quòd ille tex. loquitur in meretrice promittente alteri, quæ quidẽ promissio valde à lege reputatur exosa. vt not. in l. quæ adulterium. C. de adulter. & ita turpitudo versatur ex parte recipientis, cuius persona magis est attendenda ad validitatem stipulationis, vt dicta l. multum. ff. de verborum obligationibus. & iste intellectus placet Alexandro in dicta l. fin. in apostillis. Hunc etiam tenet Baldus in l. j. ij. col. C. de condi. ob turpem causam. qui reputat valde singularem textũ in d. l. finali. ad hoc. sic etiam intellexit eum Angelus in dicto §. sed & quod meretrici. in fi. & ibi etiam Bartolus, & Paulus de Castro, & Alexander in dicta l. generaliter. ij. columna. ff. de verborum obligation. meretri-
11 cis † enim est proprium, recipere pretium, nõ dare, vt dicitur Ezechielis xvj. Non est ergo mirandum, fidicamus non valere promissionẽ factam à meretrice lenoni, vel meretrico, causa meretricij. Quintũ fundamentum est, meretricem esse, & ad meretrices accedere, prohibet dominus. Primum est Deuteronomij xxiij. secundum est Exodi xx. & Deuteronomij v. & xxxij. quæ. iiij. c. meretri-
12 ces. & c. nemo sibi blãdiatur. & sic † coitus cũ meretricibus est damnatus, vt dicto c. nemo. & c. liberorũ. & c. dicat aliquis. ea. causa & quæ. Sed vbi aliquid promittitur pro coitu damnato, non tenet promissio, vt est casus in l. mercalẽ. C. de cõd. ob turpem causam. no. in l. ij. eod. ti. signanter per Cynum, & Angelũ. Ad hoc dicẽdum, quòd licet meretricium sit peccatum, & à iure prohibitũ, tamen ecclesia illud tolerat: & sub dissimulatione pertransit, causa maioris mali vitandi, vt c. duo. & c. nerui. xiij. distinct. & not. in c. inter opera. de sponsa. & propterea lex non punit meretrices. Vide Archiepiscopum For. in summa. ij. titul. ij. c.
13 v. Nam, vt inquit Aug. hoc facit † meretrix in mundo, quod sentina in mari, vel cloaca in palatio. tolle cloacã, & replebis fœtore palatiũ, & similiter de sentina. tolle meretrices de mũdo, & replebis ipsum sodomia propter quã causam idẽ Augu. ait in xiij.

Meretrix tolerator, & licite acquirit.

in xiij. De ciuitate dei, quòd terrena ciuitas vsum scortorum licitam turpitudinem fecit. refert sanctus Thomas iiij. de regimi. princi. xiiij. Ex istis
14 ergo concluditur, quòd valet donatio, † promissio, & pignoris datio facta meretrici, & quod ex hac causa acquirit, suum facit, nec fiscus potest ab ea auferre. Nam quod fæpe cum peccato sinẽ charitate acquiritur, non fundatur in charitate, ita quòd perdendo charitatem, ipsum perdi necesse sit: quia non videtur charitas plus requiri ad rei conseruationem, quàm ad rei incœptionem &
15 acquisitionem. † dominium enim ciuile acquiri potest cum peccato, quia meretrix acquirit dominium pretij meretricij, cum peccato: peccat enim meretricando, sed nõ peccat recipiẽdo pretium, imo regulariter loquendo pretium efficitur eius: sic quòd non tenetur ad restitutionẽ, nec etiam necessarium est ei ad salutem illa erogare pauperibus. ita dicit Conradus de contractibus. q. vij. prima conclusione, vbi plenè probat, quòd dominium ciuile, sicut nec Euangelium, fundatur in cha
16 ritate. † Ex quo infertur, quòd de his potest libere disponere, testari, eleemosynam facere, & de cimas soluere: vt in c. oblationes. xc. di. est glo. notabilis cum iuribus in ea allega. in cap. ex transmissa. suprà, de decim. de quo etiam j. parti. titul. xx. l. xij. & per Cy. & Angel. in d. l. ij. de cond. ob tur. cau. per Baldum in l. j. in ij. col. versic. item si do pecuniam meretrici. Abba. in c. j. de vita & hone. cleri. Et intelligo, dummodo in acquirendo fraus vel dolus absit: vt per sanctum Thomam ij. quæst. xxxij. ar. vij. de quo meminit Florentinus in ij. parte. titul. ij. cap. v. princip. Et hæc sint quantum ad meretrices.

Lex regni.

SVMMAE RERVM.

1 *Mulier si à clerico seculari aliquid recipit, vt eam corrumperet, anteneatur ad restitutionem.*
2 *Mulier coniugata si pro opere carnali aliquid deperit seculari viro, debet hoc restituere viro, si illa de rebus dotalibus, paraphernalibus, vel communibus dedit.*
3 *Necessitatis tempore potest quis aliena furari.*

§. XLI. 3. Dubium. De alijsmulierib', quæ nec sunt cõcubinæ, neque meretrices. Quãdo processum extitit ad traditionem, tũc nõ potest repetere donator, tenetur tamen donatarius restituere.

DE DONATIS vel promissis aliis mulieribus, quæ non sunt concubinæ, vel meretrices; dicas breuiter, quòd si promissio stat in suis terminis, quia non est processum ad traditionem, non obligat promittentem, quòd processum extitit ad traditionem, non repetit, qui donauit: vt puta si scholaris luxuriosus accessit ad mulierem. non meretricem, & dedit sibi propter fornicationem vnam domum: postea vult repetere. Certè non potest: quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. In isto autem casu reperitur par causa turpitudinis. ergo &c. Iste est casus, qui sic debet intelligi, secundum Cynd. & alios in dicta l. secunda. C. de condit. ob turpem causam. Idem dicit ibi Cyn. post Iacobum de Rauen. si non est processum ad traditionem rei donatæ, sed facta est promissio, & datum est pignus: quia vbi non statur in finibus promissionis, sed proceditur, vltrà ad traditionem pignoris, idem operatur traditio pignoris, quo ad translationem iuris in pignore, quod operatur traditio rei donatæ, quo ad translationem dominij. Vnde sicut dominium rei soluti acquiritur mulieri, sic & ius pignoris reale acquiritur ei. Vnde ille dans nullo iure habet repetitionem, sed retentionem, quia in pari causa &c. de quo latius per Alexan. post Bartolum, & alios in l. j. in princip. ff. de condictione ob turpem causam. circ vt tot. Sed aduerte, ne decipiaris quia licet his duobus casibus, quando processum est ad traditionem rei donatæ, vel pignoris, donator non possit repetere, bene tamen poterit ficus à muliere repetere: vt l. Lucius. ff. de iure fisci. Ex quo infertur, quòd mulieres non meretrices, quæ à fornicatoribus suis accipiunt dona in cincturis aureis, & in perlis (sicut de quibusdam scio, quæ quorundam amatorum substantiam exhauserunt) retinere non possunt, & in tuto dicio fori & animæ ad restitutionem tenentur: ita dicit Cynus in dicta l. secunda. C. de condic. ob turpem causam. quem refert & sequitur Angelus ibi hoc multum commendans, de quo etiam meminit Troilus in quæstione oblationum, potita post tractatum Barba. de cardin. in ij. dubio. in inj. columna. dicens tore menti tenendum. Vide Archiepiscopum Florent. in summi. ij. parte. titul. ij. cap. v. in princip. & Spec. conscientiæ, libr. ij. cap. xxx. §. est & discipulum, sermone cxj. fin. column. incipit, ostendite. Ipsi tamen non aperiunt, cui tenetur restituere: vnde tu videas pulchram distinctionem, quam ponit Henricus in c. peruenit. intrà, de adult. in ij. distinct. post Asten. in summa. qui dicit, quòd si mulier recipit à clerico seculari de rebus propriis, non tenetur ei restituere, etiam si sit monialis: sed acquiritur monasterio eius illud quod accepit. Honestius tamen est, quod monasterium illud non retineat, sed eroget in pios vsus. Si autem acceperit à clerico seculari, de rebus ecclesiæ debet fieri restitutio pauperibus illius loci, si indigent, ecclesia satis abundat. aliàs melius est, quòd in vtilitatem ecclesiæ pauperis conuertatur. argum. xvij. quæ. iij. si quis in atrib. supr. de offi. ord. cùm vos. nisi episcopus velit dispensare cum muliere, quæ recipit, vt retineat illud, si est secularis: aut cum monasterio, si est regularis. Si autem recipit à persona regulari de rebus monasterij (quod præsumendũ est, nisi de cõtrario cõstet) aut recipit ab habente administrationem, & tunc debet fieri restitutio monasterio, vel prioratui, vel administrationi, de cuius bonis datum est. & potest fieri restitutio eidẽ personæ, quæ dedit, si adhuc remanet in administratione illa maximè si creditur correctius. alias tutius est, ꝙ ei non reddatur, sed fiat quod dictũ est supr. Si tamen tali nõ correcto facta sit restitutio, liberata est quæ accepit. Si autem motus est ab administratione illa, aut si est simplex clausstralis, qui dedit, fieri debet restitutio monasterio, vel prioratui, vel administrationi, nec liberabitur, si soluerit illi, qui dedit nisi tũc demũ, cùm cõuersum fuerit in vtilitatẽ monasterij, vel prioratus, vel administrationis, nec de tineri poterit à monasterio illius mulieris regula ris, illud, quod recepit à regulari loci, nisi de consensu abbatis & cõuẽtus, si donũ fuerit magnum, aut abbatis, si fuerit parũ, vel mediocre. Quod autem dictum est de rebus taliter datis à regularibus personis, intellige etiam de rebus datis à personis secularibus, etiam laicis, qui nõ sunt sui iuris: vt

Quæstio. Cui tenetur restituere ff. 1. Mulier. Quando mulier debet donationem. 1. Articu. Quãdo donator erat clericus secularis.

2. Articu. Quãdo donator erat regularis.

3. Artic. Quãdo donator erat laicus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuris:vt cùm seruus & filiusfam. dant taliter de rebus etiam peculiaribus, nisi rerum illarum habeant ita liberam administrationem, quòd quasi patresfami. de eisdem disponere possint. Item quod dictum est de moniali respectu viri secularis, tenendum est econuerso, quando vir regularis recipit aliquid à muliere regulari: vir autem secularis, quod † à muliere coniugata recipit pro carnali opere, debet restituere viro, si illa de rebus dotalibus, paraphernalibus, vel communibus dedit. Si autē dedit de paraphernalibus, aut si mulier soluta dedit aliquid amasio de rebus propriis: licet sit honestum, quòd expendat illud in pias causas: non tamen tenetur, nisi velit: poterit etiam ei restituere quæ dedit: quod videtur melius, si pœniteat, vel egeat. Hæc sunt verba Hērici, vbi suprà. quæ mihi placent, & volui ea referre, quia articulus est satis quotidianus, & alibi ita bene non enucleatus. de quo etiam per Alex. de Ales, in suo tractatu restitutionum: quem refert & sequitur Henricus Herp. in suo præceptorio præcepto, vij. sermo. xij. colum. iij. ver. quantum verò ad secūdum. vbi videas. Et hoc est contra illos, qui munuscula mulierum conseruant, & solicitè & feruenter aspiciunt, vt earum memoriam teneant. vt dicit dominus Cardi. post Paul. in cle. vnica. verbo, excellentissimum. de reli. & vene. sancto. cùm potius illa restituere debeant, quamprimū possint, personis, de quibus dictum est suprà. Vnum tamen iuxta prædicta non est omittendum, quòd quando vir, qui aliquid recepit à muliere, vel econtra, illud quod accepit, debet in pauperes erogare, vel donāti restituere: si is qui accepit, est in maxima necessitate, non tenetur restituere: sed salua conscientia poterit sibi retinere, quia † tempore talis necessitatis potest quis aliena furari. ergo eadem ratione poterit sibi retinere, quod erat restituturus. Istud est singulare dictum Richa. iiij. sen. di. xv. quæ iiij. de quo per Modernos in tract. maleficiorum. charta ccxix. iij. colum. aliàs in parte Metitore de maladi. xiiij. column. de quo latius infrà subiiciam, in vij. limitatione.

2. Mebrum Quādo fœmina donauit masculo

Quādoquis tenetur in pauperes distribuere potest sibi retinere si eget.

SVMMAE RERVM.

1 Donatio inter eos, qui aliquo modo coniuges contingunt, per patriam potestatem non valet.
2 Allegari possunt exempla probatorum virorum in decisionibus causarum.
3 Fœminæ non habent liberos in potestate.
4 Mulier obligationi viri consentiens, vel cum viro se obligans, vel se, aut rem suam obligant pro viro, ipso iure sibi non præiudicat.
5 Vxor mea non potest donare filio meo familias, nisi sit miles aut clericus.
6 Aduentitium respectu clericorum dicitur castrense, vel quasi castrense.
7 Clerici in potestate parentum constituti, possunt licitè disponere & testari de omnibus aduentitijs, & illud etiam intelligendum de clericis in minoribus constitutis.
8 Clericorum appellatione veniunt clerici in minoribus constituti.
9 Fructus beneficiorum filiifamilias clerici etiam in minoribus constituti, non acquiruntur patri.
10 Filiusfamilias potest in causis beneficialibus esse in iudicio sine consensu patris, & sua nomine constituere procuratorem.
11 Pater si bona aduentitia filij, in quibus pater non habet usumfructum, dilapidauit, & consumpsit, fratres tenentur hoc dammum emendare. secus si pater fecit aliquos sumptus filio in studio.
12 Pater usumfructum in bonis filij ante clericatum habens, an illum retineat post clericatum.
13 Patria potestas morte filij soluitur, tamen non finitur ususfructus formalis retrò quæsitus ratione patriæ potestatis.
14 Patria potestas an soluatur per clericatum.
15 Ingressus monasterij non facit patrem perdere usumfructum, quem habebat in bonis filij, nec respectu præteriti temporis, neque futuri.

§. XLII.
4. Amplia tio.
Non solùm inter coniuges, sed etiā inter eos qui aliquo modo coniuges contingunt per patriam potestatem.

AMPLIA quartò prædicta, vt nedum sit prohibita donatio inter coniuges constante matrimonio, sed etiam inter † eos, qui aliquo modo coniuges contingunt per patriam potestatem. Quod quatuor modis contingit: vt si vnus coniugum est in potestate sua, vel quia tu es in potestate tua, vel quia tu & & ipse estis in potestate eiusdem, vel quia tu & ipse habetis con iuges in potestate. Si ergo aliquo istorum modorum contingo maritum alicuius, non potero vxori suæ donare. Et qui vxorem alicuius aliquo de prædictis modis contingit, eius marito donare prohibetur. Item & qui contingunt coniuges, per potestatem sibi inuicem donare non possunt. omnia ista probantur in l. ij. §. qui in eiusdem. vsque ad §. non tamen. ff. isto tit. & l. inter eas. C. eod. & l. vsque. ff. ad Maced. Vnde sicut non est licitum marito donare vxori, sic nec interpositæ personæ, maximè si se contingant per patriam potestatem. Nec similiter potest fieri donatio interpositæ personæ, quia illud quod non potest fieri directè, non potest fieri per interpositam personam, vt l. si per impressionem. C. quod me. causa. sicut dicimus de patre, qui relinquit amico filij spurij, de quo constat, iuxta not. in l. finali. C. de his quibus vt indignis. Item de forensi, qui per se non potest acquirere bona stabilia in aliquo loco per se, non poterit similiter per vxorem, licet ipsa non sit forensis, secundùm Franciscum Aretinum in dicta l. si per impressionem. redeo ad propositum. Et ita si volo donare marito filiæ meæ, & sic genero meo, non possum, quia eius vxor in mea est potestate, vt dicto §. qui in eiusdem. & l. cùm hic status. §. ait oratio. ff. isto titul. & l. si vt proponis. C. eo. Aliam rationem assignat Plutarchus in suis problematibus. Quid est, inquit, quod à genero ac socero iisdem alinquid dono capere non licet? An idcirco à genero, ne fortè per parentem munus ad vxorem redire videatur? à socero autem, quòd qui nihil dedisset, eum nihil accipere par esse visum est? Hæc ille. Sed reuera hæ rationes parum vrgent. Vnde verius puto, hoc ita dispositum fuisse propter patriam potestatem, vt dicunt iura prædicta. Sed videtur quòd socer posit donare genero. Nam Regula Tobiæ genero suo iam constante matrimonio, tradidit dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & vaccis, & in pecunia multa, vt scribitur Tobiæ x. c. Exempla autem † probatorum virorum maximè de quibus in sacra scrip

cra scriptura, sint alleganda in decisionibus causarum. vt in authen. vt non luxu. contra naturam. in princi. in c. vides vt opinor. xxiij. quæst. vj. in c. quibus. xx. dist. Sed non obstat, quia licet dicat textus, quòd tradidit genero, est tamen subintelligendum nomine vxoris, vt probatur eo. libr. c. xj. & ibi etiā pecunia multa nomine vxoris. Nec obstat l. iij. §. socrui. ff. eo. & l. si te in vacuam. C. eodem. quia illæ leges loquuntur in socru & nuru, vel socru & genero, quæ alterum coniugum per potestatem non contingit, eò quòd † fœminæ liberos in potestate non habent, vt Institutio. de adop. §. fœminæ. & ff. de bon. posse. contra tabu. l. illud. §. ad testamenta. & ideo in casu illarum legum valet donatio. Sed in casu nostro non valet, adeò quòd nec morte donatoris confirmaretur, nisi etiā filia præmoriatur huic genero, vt l. mortis suæ causa. ff. isto tit. & dicta l. si vt proponis. C. eodem. & ibi notat Barto. notatur etiā in dicta l. cùm hic status. §. ait oratio. Vnde si gener prædecedat, non solùm non est donatio confirmata, sed totaliter resoluta, vt l. marito in vxorem. C. isto tit. de quo latius per Oldradū cōsilio clxxxv. incipit. quidam paterfamilias. Hoc tamen intellige, nisi donatio facta genero esset iurata: nam illa bene valeret, vt singulariter firmat Alexander consilio clvij. pe. colunn. in ij. volum. de quo infrà, dicetur in iiij. limitatione. Idem dicas, si filius meus rem meam, me consentiente, donat vxori suæ, non enim valet ista donatio, nec morte confirmatur filij, imò eo mortuo, ego possum illam reuocare, siue fuerit processum ad traditionem, siue non. Ita consuluit notant. Anchar. consilio lxxv. incipit, per modum consilij. roborando per bona fundamenta, quæ per te videas. Idem dicas, si vxor mea cōsentiat obligationi patris mei, vel fratris mei, vel filij mei, vel pro eis se obligat, vel eis aliquid donet. Nam eodem modo iste consensus, vel obligatio, seu donatio non valet, nec tenet, quia omnes istæ personæ me contingunt per patriā potestatē, vt supr. dictum est, ad quod bene facit textus in l. j. ij. & iij. ff. isto tit. & tenet nota. Baldus in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. in princ. & sic extendit illum textum dicens, quòd † sicut mulier consentiēs obligationi viri vel cum viro se obligans, se aut rem suā obligans, pro viro, ipso iure sibi nō præiudicat, nisi quatenus probetur in rem suam versum. vt est casus notabilis ibi, & clarius dicūt in glo. Cynus, & Bart. Baldus, & Salycetus. sic etiam dicit Baldus, vbi mulier cōsentiat patri viri sui, siue filio suo, qui est in potestate viri, siue fratris sui, qui ambo sunt in potestate soceri. vnde per inde non tenet consensus, ac si viro consensisset. quod est notandum perpetuò secundùm Angelum de Are. in dicto §. est & aliud. ij. colum. verſic. aduerte. Insti. de dona. Ex prædictis infertur, quòd † vxor mea non poterit donare filio meo familias, quia mihi quæritur, ni si sit miles. Nā tūc bene valet donatio, quia illud donatum est castren. peculij, & sibi quæritur. Ita dicit textus in dicto §. qui eiusdem. Idem ego dicerē in filio cleri co, vt valeat donatio, quā vxor mea facit filio meo clerico. clericus enim dicitur miles dei, vt probat textus. & ibi notat Abbas in capitul. primo. suprà. de cler. ægro. est textus cum glossa in capitulo Christianus. xj. quæstio. j. & in capitulo reprehensibile. xxiij. quæ. fin. & facit glossa. in l. miles. ff. de re iudic. & in l. stipendia. C. de executione rei iud. & dixi in §. suprà proxim. loquendo de donatione facta à clerico suæ concubinæ. Vnde priuilegia tributa militibus secularibus debent obseruari quo ad milites dei in casibus habentibus eādem rationem: vt dicit Abb. in cap. j. de cleri. ægro. Si miles terrestris habet hoc priuilegium: vt possit ei donare vxor patris sui: idem dicemus in milite dei: cùm sit eadem ratio. quia quemādmodum miles terrestris bona sibi donata habet in peculium, vt suprà dictum est; sic etiam clericus: quia † omne aduentitium respectu clericorum dicitur castrense. vt est textus valde singularis in authen. presbyteros. C. de episcopis & clericis. tenent Innocent. Hostien. Anton. Cardin. Ioannes de Imol. Abbas, & Andreas Siculus in capit. quia nos. suprà de test.

Et ex hoc dicebat Abbas in dicto c. quia nos. & in ca. constitutus. suprà. de in integ. restitu. pe. colum. verſic. in glo. ij. & in ca. in præsentia. suprà de proba. xxij. colum. verſic. ego aliter dicerem. quòd † clerici in potestate parentum constituti possunt licitè disponere & testari *a* de omnibus aduentitiis. quia cùm illa aduentitia, quo ad clericos, dicantur peculium castrense, vel quasi castrense, vsusfructus non quæritur patri. Et ita do. Abba. non facit vim, vtrum ista bona veniant ad clericos ratione clericatus, vel aliàs, quoniam quocunque modo veniant, poterit de illis disponere: vt est casus in d. authentic. dum dicit, res quomodolibet ad eorum dominium venientes habere sub potestate sua præcipimus. Et per hoc videtur, quòd non bene dixerit Iac. But. in l. sacrosanctæ. C. de episcopis & cleric. vbi dixit, quòd in aduentitiis quæsitis aliunde, quàm ratione officij, vel dignitatis ecclesiasticæ, filiusfamilias clericus testari non potest: & per consequens vsusfructus acquiritur patri. Idem in effectu visus est tenere Bartol. ibi, dum dicit, quòd clerici, qui sunt in potestate patris, de omnibus, quæ ratione clericatus lucrantur, tāquam de quasi castrensi peculio possunt disponere: quod dicit esse valde notandum. & sic sentit, quòd de aliis acquisitis, non ratione clericatus, non possunt disponere, tāquam de quasi castrensi peculio. Sed quod prius dixi, verius est quod etiam sentit Bal. in dicta l. sacro. Teneas ergo, quòd de omnibus aduentitiis, quomodocunque venientibus ad clericos, ratione clericatus, vel aliàs, possunt clerici liberè disponere, vt patri non quæratur vsusfructus. Intelige prædicta etiam in clericis in minoribus constitutis, secundùm præfatos doctores, in dicto c. quia nos. signanter Antonius, & Ioannes de Imola, quoniam † appella. *b* clericorum veniunt clerici in minoribus: vt voluit gl. in c. ij. sup. de præb. præsertim in fauorabilibus: vt late cōcludit Ab. in ru. super crimine coram iudice seculari conuenti: vt voluit Hostie. in c. cùm non ab homine. sup. de iudi. & ibi Andreas Siculus ij. col. & in c. at si clerici. j. col. eo. tit. & Maria. in c. j. ij. colum. eod. titu. Ex his infero ad vnum quotidianū, quod † fructus beneficiorum filiifamilias clerici etiam in minoribus nō acquiruntur patri. Imò pater recipiēs, tenetur reddere rationem administrationis filio suo clerico per actionē negotiorū gestorum. ita tenet expressè Bar. in l. litis. §. fi. ff. de nego. gest. & dicit,

1. Exceptio Nec morte donatoris cōfirmatur

1. Limitat. Quando in seruent iuramentum.
2. Exceptio
3. Exceptio
No. hoc pro l. Tauri, & eius ampliationem vide infrà.
2. Limitat. Nisi donatarius sit miles.
3. Limitat. Nisi donatarius sit clericus.
Clericus dicitur miles.
Omne aduentitiū clericorū dicitur peculiū castrense.
Filiusf. clericus potest disponere de aduētitijs.

3 4 5 6 7 a 8 b 9 10

a Licet Ino. Butr. & Bart. aliud sentiant, vt hic. contra quos etiāt net Segu. in rep. l. imperato. ff. ad Treb. fo. 8. col. ij. quod procedit etiam in cle. in mi. cōsti. vt infra. ex quo Ias. in l. filia licet. col. ij. C. de colla. dat nō vilicant, vt fil. fa. post. test. quod sic. tenet Segur. sequitur in d. co. in fed hodie hiche spersa regnis superfluē est dic. capitol. Stan. tis l. v. de tu re. Io. Ber. h. Add. de pro hoc doctri. sing. Albe. in l. si donatione, C. de coll. quòd si libri sint empti & tradi si filiosa clerico studēti, statim donatio irreuocabi. valet. quod sumè cōmendat Ias. in l. filia licet. eo. ij. C. e. exte dēs hoc procedere not. etiā in cler. primæ tōsuræ tamē. et nō beneficiato quod bene corroborat, & illud secutus est Segu. in re. l. Imperat. fol. 8. col. 4. ff. ad Treb. Ioan. Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dicit, quòd sic vidit de facto seruari. refert & sequitur Andr. Sicu. in rub. de pecu. cle. & in d.c. quia nos. ij. col. Idē tenet Bald. in l. iij. §. si quid minori. reputās hoc valde not. Et hoc ideo est, quia beneficium habetur loco peculij castrensis, vel quasi castrensis: vt apparet ex prædictis, & not. in d.l. sacrosanctæ. ex quo peculio nihil quæritur patri, vt dictum est. Confirmatur hoc optima ratione. certum est enim, quòd in casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, potest filius fa. esse in iudicio, sine consensu patris. secundùm Bartolum in l. final. §. pupillus. ff. de verbor. obli. & his casibus poterit filius constituere procuratorem solus sine patre. *a* vt l. cùm non solum. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. & iij. partit. tit. v. l. ij. Sed est ita, quòd in casibus beneficialibus potest filius fam. esse in iudicio sine consensu patris. & constituere procuratorem suo nomine: vt est tex. not. in c. si annum. de iudi. lib. vj. in fi. Sequitur ergo de necessario, ꝙ fructus beneficij filij fam. clerici non acquiruntur patri: & si pater recepit, tenetur restituere filio: & si mortuus est pater, eius hæredes debent restituere: iuxta doctrinam Salyc. in l. filiæ cuius. in fin. C. fami. er. vbi dicit, quòd si † pater bona aduentitia filij in quibus pater non habebat vsumfructum, dilapidauit, & consumpsit: fratres tenentur hoc damnum sibi emendare. Sic ergo tenebuntur in casu nostro fratres satisfacere fratri de fructibus beneficiorum filij clerici à patre receptis & consumptis. & ita fieri vidi in contingentia facti. Vnum tamen est, quòd si pater fecit aliquos sumptus cum filio in studio, vel aliàs: videtur animo compensandi cum fructibus fecisse. Bartolus in tractatu, de duobus fratribus. prope finem. verficulo xv. & Baldus in l. filiæ cuius. C. familiæ er. quæ. vj. & ibi Paulus de Castro, qui optimè distinguunt. dic vt ibi per eos. de hoc consuluit Paulus de Castro consilio cccexiiij. aliàs cccexxxj. incip. viso & examinato. in ij. quæstione. quem rogo vide. Redeundo nunc ad propositum nostrum, cùm clericus sit miles dei, aduentitia clericorum reputentur castrense, vel quasi castrense peculium, & nihil penitus quæratur patri: nō est mirandū, quòd vxor mea possit filio meo clerico donare, quamuis in mea sit potestate. Sed circa prædicta occurrit pulchra dubitatio, quòd si † pater ante clericatum filij habebat vsumfructum in bonis eius: deinde filius factus est clericus: an per superuenientem clericatum filij, pater perdat vsumfructum anteà acquisitum respectu præteriti temporis. arg. l. si quis. in fi. & ibi Baldus. C. ad Tertul. vbi dicitur, quòd licet per † mortem filij soluatur patria potestas: tamen non finitur vsusfructus formalis retrò quæsitus ratione patriæ potestatis *b*. qui textus est ad hoc not. & menti tenendus, secundùm Baldum ibi. ad idem bonus textus in l. si patri. C. de vsufructu. vbi in vsufructu perdendo attenditur mors vsufructuarij, non proprietarij. vnde videtur probare ille textus, quòd per superuenientem clericatum filij pater non perdat vsumfructum. quem habebat in bonis filij, etiam respectu futuri temporis. & hoc videtur de mente glos ibidem, cùm dicit, quòd si filius proprietarius moritur, non cessat vsusfructus, quem pater habet in bonis filij ex dispositione legali, nisi in quibusdam casibus: de quibus ibi per glossam, Cynum, Petrum, & alios. Quamuis enim patria potestas sit causa acquirendi vsumfructum à principio: non tamen est necesse, quòd in processu duret. quod est not. secundùm Baldum ibi ad idem facit tex. in ratione sui, in l. si maritus. ff. solut. matrimo. ibi, ne in perniciem mariti mulier punita sit. Siue ergo clericatus † liberet à patria potestate: siue non. vt per glossam, Hostien. Ioan. Andre. & alios in c. Iudæorum. de ætat. & quali. semper pater habebit vsumfructum. ad hoc vide Iacobum in tractatu feudorum. in parte de royd. iiij. colum. verfic. habet etiam. Si tamē pater bannitus vsumfructum in bonis filij non acquisiuit: vt not. Insti. quib. modis ius patr. pot. sol. vel acquisitum perdidit: licet postea restituatur, non recuperat: vt l. finali. C. de sen. pas. quia ea quæ amissa sunt, in restitutionem bonorum non veniunt. vt ibi dicitur. & tenet Baldus, in authen. excipietur. in princ. C. de bo. quæ libe. de quo facit magnum festum Paulus de Castro ibi in fin. & alij Moderniores. & Franciscus Aretinus in l. Gallus. §. & quid si tantum. in fin. ff. de liberis & posthumis. & ibi Lancelotus pen. colum. videtur tex. in authē. & idem est. C. de hæreti. secundùm Angelum in dicto §. & quid si tantum. in fine. Ex istis infertur vnum notabile ac quotidianum, si filius † ingreditur monasterium propter talem ingressum pater non perdit vsumfructum. quem habebat in bonis filij, nec respectu temporis præteriti neque futuri: de quo not. in authen. ingressi. & in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. in c. ij. de test. in c. in præsentia. de proba. & in multis aliis locis tangitur ista quæstio, videas per te.

a Adde in huius cōfirmationem, quòd in casi in quib. adultus sine cura potest esse in iudi. qui numerantur per glo. in c. ex parte de rescript. sfol. in eisde = potest constituere procuratorē. ita Bar not. in l. ij. §. si C. qui pet tut. Nec tamen dictis casibus adultus perdit beneficium restitutionis, vt voluit glos. no in l vnica C. si de momen poss fes. fue. ap. motus sic generaliter dixit la in l. exigēdi. in fi. C. de procu. limitando, vt ibi per eum.

Io. Ber.

Si pater fecit sumptus b cum filia in studio videtur animo cōpensandi fecisse, cum fructibus.

b Adde hoc esse no. limitandum, ni si tali filio defuncto succederet filius eius in alterum pactum cum statuto, vt delicet si filia mea, cuius bona aduentitia ego habeō vsumfructū decedat relicto filio, qui est in potestate sui patris, mea que generi, tunc enim extinguitur vsusfructus meus, & incipit nobis inspectio patris nepotis mei ita li. Paul. in l. si quis. §. fin. C. ad Tertul. mutuo perveniat. in l. quæ scitis. §. fi. C. de bonis quæ libe. secundū primam lectu. quod est mirabile. ti tenendū.

Io. Bero.

SVMMAE RERVM.

1 *An patria potestate liberatur filius per contractum matrimonij.*

2 *Vsumfructum quem habebat pater in bonis filij, an tequam matrimonium contraheret, an perdat ipse pater: cùm filius contrahendo liberetur à patria potestate.*

SED QVAMVIS secundùm iura ciuilia non valet donatio inter eos, qui coniuges contingunt per patris potestatem, altero de prædictis modis: hodie tamen in his regnis crederem talem donationem valere: quia secundùm consuetudinem regni communiter obseruatam, per contractum † matrimonij filius liberatur à patria potestate, vt probatur per leges regni, Fo. legum, lib. j. titul. xj. l. fin. & lib. iij. titul. vj. l. j. & clarius ordinatis. de sepulueda. ti. iiij. l. iiij. & ita video obseruari in cancellaria. Est hodie prodita l. xlvij. de Toro. Et hoc præsupposito, quòd per contractum matrimonij filius liberatur à patria potesta te: an per hoc pater perdat † vsumfructum, quem habebat in bonis filij? Et videtur quòd non: quia patria potestas, quæ requiritur ad acquisitionem vsusfructus, satis est, quòd interueniat à principio, licet postea cesset: vt paulo antè diximus. Cogita, si forte hoc debeat intelligi, quando pater non consensit in matrimonio filij, sed filius sine patris consensu matrimonium contraxit, & ita ex facto suo filius liberatur à patris potestate, & per consequens pater non perdit vsumfructum, vt traditur in l. finali. C. de vsufructu. & in l. ij. C. de bonis

1 1 1 2

§. XLIII. De iure regni valet prædictadonatio facta à consanguineis vxoris mei. Lex regni.

de bonis maternis. tenet Ange. in authen. idem est. C. de bonis quæ liberis. Si autem pater consensit matrimonio filij: & sic quodammodo ex facto patris perditur patria potestas, & consequenter dimidia vsusfructus: vt l. cùm oportet. §. cùm autē. C. de bo. quæ liberis. hinc est, quòd si pater intrat religionem, & ita suo facto perdit patriam potestatem, perdit similiter medietatem vsusfructus: secundum Ange. in d. authenti. idem est. Hodie tamen practicatur, quod per contractum matrimonij liberatur filius à patris potestate, & pater perdit vsumfructum in totū: quia filius, qui duxit vxorem, habetur pro emancipato, quo ad omnia, per legem regni factā Tauri. xlvij. Sublata igitur patria potestate, valebit donatio inter eos, qui coniuges aliàs contingebant per patriam potestatem. Donatio ergo facta à consanguineis meis vxori meæ bene valet, quamuis me cōtingant per patriam potestatem, ante contractum matrimonium, cùm per matrimonium sublata sit patria potestas. Et multo fortius, si antea me non contingebant per patriam potestatem: vt puta, si donauit patruus meus vxori meæ, vel mater mea: & sic socrus vxori meæ, vel ego socrui meæ, vel meæ cognatæ: vt est bonus tex. cum glo. in l. iij. §. socrum nurui. ff. isto ti. tex. in l. si mater vestra. C. de dona. ante nup. & in l. si te in vacuam. C. isto titul. & late per Pau. de Cast. consi. lxv. incipiente. super isto puncto &c. quod reperitur in ij. volu. cxciiij.

a Vide conclusionē in 1 fol seq. col. ij in fi.

An donata vxori à cōsanguineis mariti efficiantur propriavxoris an mariti. Quādo donator voluit donare muliери, & dicit, quòd efficiuntur propria mulieris.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatum sponsæ à coniunctis sponsi, intelligitur donatum contemplatione sponsæ, & efficitur proprium ipsius sponsæ.*

2 *Sponsus si donat sponsæ mancipia matris, ea consentiente, erunt propria ipsius sponsæ.*

3 *Procurator ad lites tenetur reddere rationem litis, & eorum quæ ex lite consecutus est.*

4 *Acquiritur ei, propter quem vel cuius contemplatione datum est.*

VNDE si frater meus, vel alius consanguineus donauit vxori, statim valebit donatio. Ex quo sequitur vnū satis singulare, & quotidianum, quòd res sic † vxori meæ donatæ à fratre, vel consanguineis meis, statim efficiūtur propriæ ipsius vxoris, cui donantur, nō autem meæ. hoc tenuit no. glò. valde sing. secundum Ang. ibi, iū l. vt liberis. in ver. in ipsos sponsos. C. de collat. per quam dicit ibi Ang. quòd si coniuncti sponsæ donant aliquid sponso, intelligitur donatum contemplatione sponsi, & sic eius, non autē sponsæ: nisi appareat, ꝙ contemplatione sponsæ fuerit donatū. Et idem dicit ecōtrà si donatum sponsæ est à coniunctis sponsi: quia debet esse sponsæ, nisi appareat ꝙ contemplatione sponsi donatum sit. Et videtur de hoc tex. in d. l. si mater vestra. C. de dona. ante nupt. vbi litera dicit, Si mater vestra filiæ suæ sponso, vel marito, prædia sine vlla repetendi lege donauit, & eam in vacuam induxit possessionem: nuptiis diuortio solutis, perfecta non dissoluitur donatio. Et ita est ibi casus, ꝙ donatio facta alteri coniugum, per consanguineos alterius coniugis: perfecta est, & statim valet, & tenet, & per consequens ius est sibi quæsitum. Vnde res sic donata, efficitur sua, & illam transfert ad suos hæredes, per illum text. quem sic allegat & intelligit Bal. consi. ccxv. incipit. facta super quibus. iiij. parte consiliorum. Idem probat tex. in l. si consentiente. C. eo. tit. de donat. ante nup. vbi dicitur, ꝙ si sponsus donauit sponsæ mancipia matris sponsi, ea consentiente, erunt propria ipsius sponsæ, & illa transmittit ad suos hæredes. Ecce quomodo donatio in effectu fuit facta à matre sponsi, cuius mancipia erant: sed nihilominus efficiuntur propria sponsæ, cui fuerunt donata. Ad idem est casus melior de iure in l. si seruus communis. ff. isto tit. vbi litera dicit, si seruus communis viri & fratris eius, puerū donauit vxori fratris: pro qua parte is seruus, qui donasset viri esset, pro ea parte munus non esse factum vxoris. Idem iuris erit, si ex tribus fratribus vnus vxorem haberet, & rem cōmunem vxori donasset: nam ex tertia parte mulieris res facta non est. Ex duabus autem partibus reliquis, si id scirent fratres, aut postea quam donata esset, ratum habuissent: non debere mulierē reddere. Istā sunt verba illius text. ex quibus aperte colligitur, ꝙ res donatæ vxori à consanguineis viri, sunt propriæ ipsius vxoris. ita allegat & intelligit illum text. Ange. in l. pe. §. seruus. ff. solu. matr. & in d. l. vt liberis. quem refert & sequitur ibi Ludo. Ro. vbi vi. Ias. & videas glo. Foro legum, lib. iij. tit. de lasherentias. l. vj. fin. colum. idem tenet Bald. in di. consil. ccxv. & sentit ille, si bene ponderentur eius verba in l. cùm te. C. de donat. ante nup. firmat Saly. in l. si donatæ. §. j. ff. isto tit. & in l. si inter virum. C. eod. & Raphael Fulgo. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupill. & idē renuerunt multi alij, quod referre non curo. Hoc idem videtur esse de mēte legis regni, Fo. leg. iij. tit. iij. l. ij. quæ dicit, quòd si maritus aliquam rem habuerit constante matrimonio, titulo hæreditatis à patre, vel alio consanguineo, vel etiam titulo donationis à domino consanguineo, vel amico, sit sua propria. Et sic vult illa lex, si bene aduertatur, quòd quicquid donatur vxori ab eo, qui potuit donare sibi, est suum, nec distinguit an donetur à cōsanguineis mariti, vel ab extraneis. Quamuis ergo donetur à consanguineis mariti, sic res donata erit vxoris propter generalitatem illius legis. Hoc tamen ego intelligerem, quando certum esset, quòd consanguinei viri voluerunt donare vxori, & eius contemplatione: maximè si hoc exprimant, quòd illas res donat vxori, & voluit eas res perpetuò remanere apud eam: & ꝙ nullo casu ad ipsos donantes reuertantur. Nam tunc sine dubio res taliter donatæ, erunt propriæ vxoris, cui donantur: per tex. in l. j. in princ. ff. de dona. & ita potest hodie intelligi text. in dicta l. si mater. C. de dona. ante nupt. & iura prædicta. vt voluit Salyc. in l. cùm veterum. eod. titu. quem refert & sequitur Ang. de Aret. in §. est & aliud. Insti. de dona. ij. colum. verfic. in fin. gl. Idem tenent Domini de Rota in decisi. collectis per Bernardum de Bisneto. isto titu. decisi. j. incipit, Petrus existens. vbi dicunt, quòd si consanguinei, vel amici viri, donauerunt eius vxori, contemplatione tamen ipsius viri, & volebant res donatas quæri vxori, & non viro, licet contemplatione viri hoc facerent: tunc talia donata quærerentur vxori, non viro: quia ipsa est persona libera, quæ sibi

Lex regni

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærere poteſt, nec ſibi quæſita viro quæruntur: quia non ſunt quæſita ex eius operis: vt no. Cyn. in l. ſi. C. de fur. in vltima q. Vnde talia bona, mortuo viro, non teneretur vxor ponere in inuentario facto de bonis mariti: vt latius in d. deciſione.

3. Articul. Quãdo certũ eſt, quòd propter maritum, vel eius cõtemplatione fuit donatũ vxori, tunc efficitur ma riti.

Secus tamen eſſet, quando certum eſſet, quòd propter maritum, vel contemplatione mariti, eius conſanguinei donauerũt aliquid vxori. Nam tunc res donata erit propria mariti: arg. eorum quæ no. in c. requiſiſti. ſuprà. de teſt. vbi donatum prælato cõtemplatione prælati, efficitur prælati, non eccleſiæ. Bene facit ad hoc tex. in l. ſed ſi quid donetur. ff. de vſufru. vbi litera dicit, Si quid donatur ſeruo, in quo vſusfructus eſt: ſi quidem contẽplatione vſufructuarij aliquid ei relictum, vel donatum eſt, ipſi acquiret. Ad idem text. in l. facta. §. ſi hæres ante inſtit. ff. ad Trebe. ibi, dum dicit, Niſi cui euidentiſſimis probationibus fuerit ab hærede probatum, contemplatione ſui ſeruum hæredem eſſe inſtitutum. Ad idem tex. in l. hinc quæritur. §. poteſt. ff. de pecu. vbi dicitur, Q maritus non tenetur vxori, vel hæredi eius, ſoluto matrimonio, de peculio ſerui dotalis, quando reſpectu mariti ſeruus ſit inſtitutus, vel legatum datum. Ad idem tex. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. vbi dicit, quòd ſicut procurator ad lites tenetur reddere rationem litis, ſic etiam eorum, quæ ex lite conſecutus eſt, ſiue principaliter ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob rem eandem, id eſt contemplatione ipſius litis.

4 Volunt igitur prędicta iura, quòd ei † acquiritur, propter quem, vel cuius contemplatione datum eſt. Quod enim mei cauſa fit, meum eſt: vt l. prætor ait. in princ. ff. de eden. Ita ergo dicamus in caſu noſtro, quòd ſi conſtat pro certo, quòd talis donatio fuit facta à conſanguineis mariti, contemplatione mariti, & pro ipſo, res donatæ erunt ipſius mariti. Et ita tenuerunt domini de Rota in d. deciſione, non tamen allegant prædicta. Dicunt enim, quòd ſi conſanguinei vel amici viri, aliquid donantes eius vxori, intenderent principaliter donare viro, & vident Q ſibi acquireretur, licet traderent vxori, tale donum pertinet ad virum, & eius hæredes, non ad vxorem: quia quod per miniſterium vxoris acquirit, ſibi acquirit, etiam cùm ratã habet talẽ donationem. arg. ff. de neg geſt. ſi ego. niſi vir, quãdo concedebatur vxori, intẽderet ſibi donare: quia tunc licet tempore donationis inter virũ & vxorem non valeret, tamen morte viri confirmaretur: vt ff. iſto titul. l. iij. §. final. & l. ſequenti. iuncta l. cùm hic ſtatus. §. primo. eodem. titul. In dubio tamen non eſt præſumendum virum voluiſſe vxori donare: vt l. cùm de indebito. ff. de probat. & ff. de donat. filius fam. ſecundùm prædictos Dominos.

1

2

3

SVMMAE RERVM.

1 Arrogatus filius, ſi aliquid beneficio arrogatoris quæſiuit, hoc pertinet ad ſubſtitutum ipſius filij.
2 Donatio facta à conſanguineis meis, vel amicis, ſitione mea, & mihi acquiritur. ru. 8. 9. filio meo, vel vxori, præſumitur fieri contempla-
3 Affectio dantis inſpicitur.
4 Operari debet mulier viro.
5 Donatum ſocio occaſione ſocietatis, an cedat ſocietiuel ſoli donatario.
6 Ambaſiatoribus ratione ambaſiatæ donatum, cedit ipſis ambaſiatoribus. & nu. 9.
7 Legatum relictum filio ſub commemoratione patria poteſtatis, vel ſeruo ſub commemoratione dominicæ poteſtatis, videtur relictum ipſi patri, vel domino.
10 Tutor poteſt mittere parentibus, & cognatis pupillis ſolennia munera, quæ mitti conſueuerunt.
11 Donatio ſemper præſumitur facta ſecundùm conſuetudinem loci.
12 Tutor regis non poteſt donare bona regni: poteſt tamen exercere liberalitatem, & largiri ſecundùm quod conſueuit regia maieſtas.
13 Conſuetudo eſt optima legum interpres.
14 Concedens aliquid ei, à quo beneficium recepit, videtur animo donandi concedere.
15 Nobilis mulier, nubens ignobili, videtur ei munus facere, ideo confeſſio mariti videtur animo donandi facta.
16 Sponſa de futuro, ſi aliqua iocalia vel munera miſit ſponſo, & ille alia ornamenta mittit ſponſæ, præſumitur donatio facta cauſa remunerationis.
17 Vxor ſi commiſit crimen hæreſis, vel apoſtaſia, an propterea res ſibi donata à conſanguineis mariti, veniant confiſcanda, ſicut bona ipſius mulieris.
18 Donare poteſt maritus ſorori, vel cognatæ vxoris ſuæ inter viuos.
19 Peculium profectitium dicitur illud, quod filius ex re patris, vel eius contemplatione quæris.

SI AVTEM ſumus in dubio, recurrendum erit ad coniecturas, & ad genus rerum donatarum: an potius congrueret viro, quàm vxori: vel econtra, vt ſecundum hoc præſumatur, an voluerunt donatores acquiri viro, an vxori. Et pro hoc bene facit quod not. Ioann. Andr. in capitulo à collatione. de appellatio. libro ſexto in nouella. in fine. ſuper verbo, ad eundem. Et ſi ex his aliquid præſumi non poteſt, credendum eſt donatores voluiſſe quæri viro, ex quo eius contemplatione donabant, quia eo ipſo quòd donatio eſt facta à conſanguineis meis vxori, videtur fieri contemplatione mei. argum. textus in dicta l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. vbi litera dicit, ſi filius † arrogatus, aliquid beneficio arrogatoris acquiſiuit, hoc pertinet ad ſubſtitutum ipſius filij, vt pura arrogatoris amicus, vel agnatus, eidem filio arrogato aliquid reliquit Et ſic ibi textus valde ſingularis, quòd † donatio facta à conſanguineis, vel amicis meis filio meo, vel vxori, præſumitur fieri contemplatione mea, & mihi acquiritur, & hoc tenuit ibi expreſſe Barto. dicens, quòd ſi aliquis duxit vxorem, & fiunt xenia vxori à conſanguineis viri: illa dona videntur facta contemplatione viri, quia de bonis viri videntur profecta. vt ibi probatur, dum dicit, arrogatoris amicus, vel cognatus. videntur enim magis facta marito, quàm vxori.

Sed in xeniis factis à conſanguineis vxoris, videntur facta contemplatione vxoris. dicta l. donationes in concubinam. §. ſpecies. de dona. Vt de inſpicitur dantis † affectio, cuius finali contemplatione dederit, & ſoluto matrimonio eius erunt, &

§. XLV. 3. Articul. Quãdo ſemus in dubio, cui voluerunt donare. 2. Regula. Cõiecturis ceſſantibus præſumitur donatio contemplatione viri, & ei acquiruntur.

erunt. & ita quieuit ibi Barto. cuius deciſionem approbant ibi Ioan. de Imol. & Alexand. & Ange. de Aret. in §. fuerat ante. char. xxj. colum. j. verſi. quid erit de donationibus factis. Inſti. de ac. Idem voluerunt do. de Rota in prædicta deciſione: pro quibus ego allego text. non ſolitum allegari ad hoc in l. ſi quid earum. ver. in quibus. de legat. iij. vbi ſi maritus legauit vxori, quæ ſui cauſa comparata ſunt. in hoc legato veniunt ea, quæ ſocer nurus nomine comparauit. ergo non erant ipſius vxoris, ſed potius mariti. & teneas menti illum text. Nec ob. gloſſ. quæ contrarium videtur ſentire in dicta l. vt liberis. in verbo, in ipſos ſponſos. quam Ange. ibi reputauit ſingularem: quoniam, vt ibi Alexan. dicit, & repetit in d. §. in arrogato. illa gloſ. non probat illud, ad quod per Ange. commendatur. Nam ſi iungatur cum text. ſolùm loquitur de donatione propter nup. facta à patre ſponſi ipſi ſponſæ: non autem de donatione facta à conſanguineis ſponſi, vel econtra. Et ita loquitur de donatione facta à patre filio ſponſo ob cauſam, ſcilicet vt conſtitueret donationem propter nup. ipſi ſponſæ: quæ quidem donatio bene confertur. vt in authenti. ex teſtamento. C. de coll. & ſic iſta gloſſ. non contradicit opi. Bartol. quæ vera eſt, & ipſam teneas per text. in d. §. in arrogato. cui non valent doctores dare reſponſum, quòd ſatisfacit. Non enim placet mihi reſponſum Bald. in d. l. cùm te. C. de don. ante nupt. dum dixit, quòd text. in d. §. in arrogato. loquitur quando largitas emanauit circa perſonã ſubiectam, per quam iure poteſtatis conſueuit arrogatori acquiri. Sed mulier, quo ad acquirendum, ex mera liberalitate, non eſt ſubiecta viro: ergo per eam non acquiritur viro. Et inde eſt, quòd illud, quod quærit vxor ex operis ſuis artificialibus, non quærit marito, ſed ſibi: licet teneatur marito de æſtimatione rei ſuæ, hoc eſt lanæ. vt eſt text. not. in lege, ſi mulier. §. ſi vir vxori. ff. iſto ti. & ibi not. Raphaël Fulg. Quod ergo dicitur, quòd † mulier debet operari viro, & quòd operæ vxoris pertinent ad maritum: verum eſt in operis obſequialibus, vel officialibus. Si ergo mulier eſſet textrix, vel aliam artem haberet, acquireret ſibi. Manifeſtum eſt tamen, vxorem liberam perſonam eſſe, & per liberam perſonam alteri non acquiritur, niſi ſit in poteſtate, vel tanquam ſerui poteſtate poſſideatur. ita debet intelligi lex, liberti libertæque. C. de ope. libert. ita dicit Raphael Fulg. in dicto §. ſi vir vxori & in lege j. C. de bon. quæ libe. idem ſenſit Bald. in l. ſi vxorem. ij. colũ. verſi. cæterum. C. de condit. inſer. dicens, quòd ſi vxor facit aliquam artem, vel eſſet chirurga, vel obſtetrix, quæ operæ non ſunt domeſticæ, & familiares: ad quod acquirit ex iſtis operis, non acquireret viro, quia nec ad præceptum viri tenetur negotiari. vt etiam ſcripſi infrà §. lx. ver. hinc eſt. per quæ firmatur Bald. reſponſum vel ſolutio ad dictum §. in arrogato. Sed re vera hæc ſolutio non videtur vera per l. non aliter. & l. his verbis. ff. de adopt. vbi non quicquid habet, vel acquirit filius arrogatus, acquirit patri arrogatori, nec de eis poteſt liberè diſponere: ita dicit Alexand. in dicta l. cùm te. in apoſtillis. ad Bald. ſuper verſi. loquitur. Et propterea forſan Raphael Fulgo. in dicto §. ſi vir vxori. in fine. dicit contrarium ſeruari de conſuetudine eius, quod ibi dixerat. Neque etiam obſtat prædictis text: in l. ſocium qui eo. §. final. ff. pro ſocio. vbi ſecundùm communem lecturam, probatur, quòd † ſi donatur ſocio occaſione ſocietatis, ex quo tamen donatur perſonæ, & non ſocietati, cedit ipſi ſoli donatario, & non ſocietati: & iuſtum rum, quia idem eſt in damno, nam ſi ſocius ex ſocietate, nũ occaſione ſocietatis tantum damnum paſſus eſt, ſibi imputatur, non ſocietati. vt eſt text. not. in eadem l. in princip. Per quem text. Barto. in l. ſi verò. §. item quid. ff. ſoluto matrimo. in l. qui procuratorio. §. procurator. ff. de procurat. tenet ſimpliciter, quòd quicquid donatur † ambaſiatoribus, occaſione ambaſiatæ, cedit ipſis ambaſiatoribus. Idem tenet Abba. in c. poſtulaſtis. ſuprà, de conceſſio. præben. Vnde ad propoſitum, cùm matrimonium ſe habeat ad inſtar ſocietatis, vt in capit. cùm ſocietas. xxvij. quæ. ij. & in cap. ij. ſuprà, de ſponſa. quinimo maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus, vt l. aduerſus. C. de crimi. expila. hæredi. & l. j. ff. de ritu nup. cum ſimi. quamuis aliquid donetur vxori à conſanguineis viri, ratione matrimonij, & ſic ratione ſocietatis, ſuum erit, non viri, per dicta l. ſocium. Ad iſta facile reſponderi poteſt. tex. enim in d. l. ſocium qui. §. fin. procedit, quando conſtat, quòd res fuit donata, ſi ipſi ſocio, & pro eo. ſic intelligit eum Abba. in d. cap. poſtulaſtis. & ſic res erat ſine dubitatione, vt dictum eſt in præcedentibus. Nos autem loquimur in caſu dubij, quo caſu præſumitur donatum contemplatione mariti, ex quo ab eius conſanguineis fuit donatum vxori, ad hoc vide infrà §. vj. cap. fin. ver. vnde ſi propter. Et hoc maxime procedit, ſi in donatione facta eſt mentio, vel commemoratio mariti. vt puta, ſi frater meus donans vxori meæ, ita dixit, Dominæ Maiori de Biuero, vxori doctoris Ioannis Lupi de Palacios Ruuios, fratris mei, dono tales res, tunc enim præſumitur contemplatione mea donaſſe. argu. tex. & quod ibi not. per Dy. & Iſald. in l. filio. ff. de cond. & demon. vbi dicitur, Q † legatum relictum filio, ſub commemoratione patriæ poteſtatis, vel legatum relictum ſeruo, ſub commemoratione dominicæ poteſtatis, videtur relictum ipſi patri, vel domino, & per ſe recta via capiunt. Ad idem facit tex. in l. cùm aliquis. C. de iure delibe. vbi dicitur, quod ſi aliquis inſtituit hæredem ſeruum alicuius, hoc modo, illum ſeruum Titij inſtituo hæredem, apertiſſimum eſt, intuitu domini inſtitutionem eſſe factam per quem text. dicebat Dy. in d. l. filio. quod ſi inſtituatur filius alienus, vel ſibi legetur, tanquam filio, illud dicatur peculium profectitium, & acquiratur pleno iure proprietatis, & vſusfructus. & hoc præcipuè ſecundùm Barto. in d. l. filio. quando fuit facta mentio de patre, & paterna poteſtate. Facit ad hoc text. & quod ibi not. in l. fina. de vſufruct. Quamuis tamen non ſit mentio, nihilominus præſumitur donatum contemplatione mariti, ex quo fit donatio à ſuis conſanguineis. vt probatur in §. in arrogato. vbi hoc expreſſe firmat Ioann. de Imol. contra Angel. Nec facio vim, vtrum præcedat nomen proprium vxoris, & ſequatur nomen appellatiuum, dicendo, Dominæ Maiori de Biuero, vxoris fratris mei. vel præcedat appellatium, & ſequatur nomen proprium, dicendo, Vxori fratris mei, dominæ Maiori de Biuero,

1 Contrarium.

Quod quærit vxor ex operis artificialibus, non quærit viro.

4 5 6 7

2. Contrarium.

De donatis ambaſiatoribus.

Soluitur.

Quãdo fuit facta cõmemoratio mariti.

Siue præcedat nomen vxoris, vel non.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dono tales res, quoniam vtroque casu videtur facta donatio contemplatione mariti, ex quo deeo habita est mentio, & propter eum habita est notitia vxoris. Et ita concludamus ex prædictis, quòd donatum vxori meæ à consanguineis, vel amicis meis, in dubio videtur datum contemplatione mei, & mihi acquiritur, non vxori, maximè cum in donatione facta est mentio de iure. Istud tamen limitauit Angel. in dicto §. in arrogato. quando fuit donatares, vel materia conueniens marito, vt puta arma, vel equus, vel alia similia.

2. Limitat. Nisi res donata conueniant tantũ vxori. determinatta men contrarium argu.

Idem si erat materia, vel res indifferens, quæ poterat competere tam marito, quàm vxori: vt puta pecia veluti, vel fetici, si res est in eodem statu: quia non est incisa ad aliquius vsum: nam tunc dicebat, quòd præsumitur facta donatio contemplatione viri, & sibi acquiritur. Secus dicit, si donata conueniebant tantùm vxori. vt si forte donarentur vestes muliebres, vel ornamentum perlarum in capite deferendum: nam hoc in dubio videtur donatum contemplatione vxoris, & sibi deberi. Sicut in simili dicunt doctores, in donis datis ambasiatoribus: nam si talia sunt, quæ conueniunt potius ipsis, quàm domino mittenti: donum erit suum. vt traditur in l. si verò. §. item quic quid. ff. solut. matrimo. & dicta l. qui proprio. ff. de procura. & l. cùm aliquis. C. de iure deli. & in multis aliis locis. & hanc opinionem tenuerunt etiam domini de Rota in præallegata decisione. Sed certè hæc restrictio, seu limitatio Ange. non placet Ioann. de Imol. nec Alexand. a in dicto §. in arrogato. quia licet res donatæ conueniant tantùm mulieri, non sequitur per hoc, quòd mens donantis fuerit donare mulieri, vt sint suæ. cùm & ipse vir ornamenta concedat vxori, vt ornatius incedat, non quia velit esse mulieris: vt l. si vt certo. §. interdum. ff. commodati. & quod not. per Barto. in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bo. & in dicta l. pe. §. seruis. ff. solut. matrimo. & dictum fuit in præcedentibus. Nec etiam obstat illud, quod dicitur de xeniis, seu donis datis ambasiatoribus: quia rationes doctorum, in illa

Determinatio cõtraria.

a Adde Salic. in l. filia eius. C. fami. erc. col. viij. nu. 19. & ibi Bal.

Solu. ad argum.

9 † quæstione, non militãt in casu nostro. Consueuerunt enim ambasiatores remunerari: vt dicit text. in l. diuus. ff. de bonis dã. Vnde si munera non essent talia, quæ viderentur domino conuenire magis, quàm ambasiatoribus, videntur eis donata, & erunt sua. Sed quando donantur munera sponsæ, etiam ad ornamenta capitis, non propterea erunt sua: quia quamuis donentur à viro, tamen propter virum, non propter vxorem exhiberi videntur, vt ornatior incedat: vt prædixi. quæ ratio militat etiam in coniunctis viri, cuius vtilitatem concernere videatur, forte b quia sibi opus fuisset de talibus ornamentis vxori prouidere. Ita dicit Alexand. in dicto §. in arrogato. in finalibus verbis. quod mihi satis placet. Secundo intellige, & limita prædictam decisionem Bartoli & sequacium in dicto §. in arrogato. nisi forte sit consuetudo, quòd consanguinei mariti donent eius vxori. Nam tunc talia dona erunt vxoris, & suorum hæredum. arg. textus in l. cùm plures tutelam. §. penulti. ff. de administrat. tutor. vbi dicitur, quòd

2. Limitat. Nisi consuetudo sit, q consanguinei viri donent vxori.

10 † tutor potest mittere parentibus & cognatis pupilli solennia munera, quæ mitti consueuerunt. per quem text. dicebat Bald. in l. secunda. C. de

11 iure do. quòd † donatio semper præsumitur facta secundùm consuetudinem loci. facit quod in simili voluit Innoc. in cap. grandi. de supplen. neglig. præla. libro vj. quem refert & sequitur Andreas Siculus in c. j. in prin. suprà, de dona. vbi dicit, q

12 licet tutor vel curator † regis non possit donare bona regni: tamen potest exercere liberalitatem, & largiri secundùm quod consueuit regia maiestas. intellige de his, quæ communiter consueuit rex largiri, non autem quæ rarissime largitus est. arg. text. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de cõtrahen. empt. secundũ Andream Siculũ in c. nisi specialis. suprà, de offic. legati. Ex quo potest attentari secundùm eum, quòd si regia maiestas consueuit aliqua largiri in regno Hispaniæ pro honore suæ coronæ: idem videtur transmittere in suos vicereges. quod dicit esse notandum. de quo dixi latius suprà post principium in §. limitabis tamen prædicta. in versi. & non solùm. Sicut ergo consuetudo his casibus facit licitum, quod aliàs est illicitum: sic etiam poterit facere, quòd donata vxori à consanguineis, vel amicis mariti, efficiantur vxoris, & remaneant penes eam, vel eius hæredes. Et istud videtur placere Paulo de Castro in dicto §. in arrogato. cùm dicit saluandum esse consuetudinem loci. Facit ad hoc quod in simili dicit Bartol. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. Salycet. in l. sicut. in fin. C. isto titul. vbi dicunt, quòd si est cõsuetudo, quòd omnia quæ mittuntur à sponso sponsæ, vel econtra, videantur donata illa sequenda est, vt dixi suprà paulo post principium, in §. ista rubrica. versi. in primis quidem attendenda & seruanda est consuetudo loci. Et intellige de consuetudine, quæ habet, quòd taliter donata vxori à consanguineis, vel amicis mariti: efficiantur propria vxoris, & remaneant apud eam, vel eius hære-

13 des. quo casu res est sine dubio. Quia † consuetudo est optima legum interpres: vt capitulo cùm dilectus. suprà, de consuetudin. & l. si de interpretatione. ff. de legi. Cessante autem consuetudine, in dubio donata vxori à consanguineis, vel amicis viri, videntur data contemplatione viri, & sibi acquiruntur: vt suprà dictum est. & ita dixit Alexand. in dicto §. in arrogato. debere intelligi decisionem Bald in dictal. cum te. & istam credo fore mentem ipsius. Aliàs autem non esset limitatio ad doctrinam Barto. sed potius destructio. Nam si ex hoc solo, quòd consanguinei viri consueuerunt donare vxori, ipse intellexit, quòd res donatæ sint vxoris: istud directè obuiat decisioni Bartoli. quod non est credendum. ideo tene, quod prius dixi. Crederem tamen, b quòd si consanguineus meus aliqua seruitia recepit ab vxore mea, vt puta quia forte constitutus in ægritudine ipsa, adhibuit magnam diligentiam in curando eum, vel quid simile: & postea ille donauit sibi aliquam rem: res sic donata efficitur sua: quia quamuis propter me habuisset notam vxorem meam, non tamen ego fui causa immediata prædictæ donationis, sed seruitia ab ea impensa. Istud videtur fuisse de mente Bartol. si eius verba rectè ponderentur in dicto §. in arrogato. dum facit differentiam inter causam mediatam, & immediatam. Et pro hoc ego allego textũ singularem in l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati, vbi

Tutor regis seruitia rex potest donare qua consueuit donare ex. 2. Limitat. Nisi vxor fecerit aliquid donatori aliquod seruitium.

b Hæc est optima limitatio pro qua facit text. in l. si verò nõ remunerãdi. §. idẽ Pap. ff. mãd. quẽ allegat Iaſo. in l. ex hoc iure so. xi. nu. 57. ff. de iuſt. & iur. & bene facit glo. & quæ ibi not. in l. si donatione. C. de collat. quòd vbi merita præcesserint, præsumitur donare pater, nõ vt filio, sed vt extraneo, ex quo potest limitari dictum Bar. in l. de mõstratis. ff. de cõd. & demon. vbi ait, quòd vbi est cõsuetudo sanguinis, hæc præsumatur ex causa sing. & tenet Soci. in l. cum ita. eo ti. q hoc sit verũ nisi præcedant merita. nã tunc finalis cessat, & erit meritorũ nõ coniunctio sanguinis.

ti. vbi dicitur, quòd si patronus liberto aliquid donauit, & postea libertus aliquid simpliciter patrono concessit: videtur animo donandi concessisse. & ita est ibi text. quòd quando aliquid † concedit quis ei à quo beneficium recepit, videtur animo donandi concedere. Et inde est, quòd si maritus ignobilis, seu plebeius duxit in vxorem quandam mulierem nobilem, & confessus est se recepisse dotem, quam in veritate non recepit: in dubio videtur confiteri animo donandi: † quia mulier propter eius nobilitatem nubendo ignobili, videtur ei munus facere indeo confessio mariti in dubio videtur facta animo donandi. vt voluit Bartolus post glos. f. in lege, si voluntate. C. de dotis promis. & reterunt & sequuntur Moderni signanter Alexand. in lege si diuortio. ff. de verbo. oblig. in fin. & Socinus, in l. j. xv. column. ff. solut. matrimon. de quo aliquid dictum est in præcedentibus in §. cessante autem nobilitate. & fortè dicetur latius infrà in §. limita primò. Et ex his

1. Contrarium. 16 dicebat not. Ludo. consi. cxlvj. in fine, q si † sponsa de futuro aliqua iocalia vel munera misit sponso: & postea sponsus alia ornamenta misit sponsæ, præsumitur facta donatio causa remuneratio nis. quod dictum tene menti. de quo dixi latius suprà. Ita ergo videtur dicendum in casu nostro, vt ex quo consanguineus vel amicus meus seruitia receperat ab vxore mea, cui erat obligatus: concedendo sibi aliqua bona, vel res, videtur concessisse animo donandi sibi, vt suæ sint, & causa remunerandi beneficia, vel seruitia recepta. quod videtur mihi satis rationabile, & iuri consonum. ar. eorum quæ no. in c. cùm in officiis. suprà, de

a Sol vtper Iaſo. in l si a donatione. ij. co num. 2. ad fi. de coll.

testa. Quamuis a contrarium faciat text. in l. tutor. §. quæ autoribus. ff. de excusa. tu avbi dicitur, q donatum à consanguineo, in dubio censetur donatum respectu consanguinitatis, non autem respectu remunerationis. quem text. ad hoc multum commendat Bald. in l. ij. C. de iure do. & Ludo. in singular. declxx. incipit, donatum. Barb. consilio xlj. pe. col. in prima parte. & consil. xvj. xj. colum. in secunda parte. Ad idem facit tex. in l. si seruus communis. ff. ifto tit. Sed potest dici, q illa iura procedunt, quando fuit facta donatio mihi à consanguineo meo: quia tum hic sint duæ præsumptiones, vna consanguinitatis, alia remunerationis: & fortior sit præsumptio consanguinitatis: merito ipsa vincit aliam. Sed in casu nostro, quando consanguineus meus donat vxori meæ, respectu ipsius vxoris, cui donatur: non est nisi vna tantum præsumptio, scilicet remunerationis: & propterea præsumitur remunerare voluisse magis, quàm viro donasse. Ad tex. in d. l. si seruus

Solu. ad 2. Contrarium.

19 communis. dic vt suprà dictum est. Cogitabis super hoc: quia non reperio specificè factum, & non sunt ista contemnenda, quia quotidie veniunt in practica. & mihi iam euenit casus: in quo habui consulere in causa domini & soceri mei, militis optimi, Vasco de Biuero, super quibusdã rebus. quas reuerendus & magnificus dominus, dominus Gonsalus de Biuero, quondam episcopus Salmantinus, dignissimus frater soceri mei, dedit dominæ Mariæ de Miranda, eius vxori secundæ (nam prius habuit vxorem dominam Mariam de Viloa: & ista fuit mater vxoris meæ) in qua quidem causa ego dixi & consului, prout suprà dictum est. Ex quibus omnibus inferri po

Vasco de Biuero.

test ad decisionem quæstionis, de qua sæpius dubitari vidi. Vxor † comitis et me hæretis, vel apostasiæ: & propterea eius bona sunt confiscata ipso

17 iure: vt in ca. ij. de præscrip. lib. vj. & in c. secũdùm leges. de hære. eo. li. cum simili. dubitatur, nũquid res sibi donatæ à consanguineis mariti, veniant in confiscatione. Ex istis etiã inferri potest ad vnum

18 quotidianũ, q si maritus donauit inter † viuos sorori, vel cognatæ vxoris, quæ vxorem non contingebat per patriam potestatem, quamuis mero iure valeat, & teneat, vt suprà dictum est: tamen si concurrunt aliquæ coniecturæ, & præsumptiones, q talis donatio fit vxori potius, quàm sorori vxoris: & quòd illa soror nomen tantum ac commodauerit suum iuxta leg. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. non valebit donatio, tanquam inter coniuges facta: vt puta si maritus retinebat sororem vxoris in domo sua, simul cum vxore, tempore donationis, & faceret vtrique simul prima vice: & postea de voluntate vxoris totam transtulit in sororem, & postea simul cohabitabant: & forsan simul gaudent datis bonis. Propter ista, & alia similia, præsumitur, quòd ab initio fuerint inuicem machinatæ super hoc, & q ita fuerit actum inter eas. ar. l. si cõcubinam. §. res amotas. ff. re. amo. & l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mace. & l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manu. vin. & l. q si maritus. circa fin. ff. qui & à qui. & l. cum quis. circa fin. C. de natura. libe. His igitur coniecturis concurrentibus cum consanguinitate, resultat præsumptio fraudis manifesta. l. licet Imperator. de leg. j. l. si tutor. cum ibi nota. C. de peri. tuto. iũcta l. si stipulatus. ff. de vsur. Et hoc vult Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indi. dicens, q in casu illius

1. Illatio. 1 licet sola ratio sanguinis non sufficiat ad faciendum præsumi fraudem taciti fideicommissi, vel grauaminis, de restituendo incapaci. Iuncta tamen cùm aliis coniecturis, sufficit per l. pe. de bo. li. idem tenet in l. post contractum. de do. in ver. quartus casus. per l. si quis posthac. C. de bo. proscri. & hoc maxime, quãdo relinquitur vel donatur propinquæ personæ incapaci: vt l. si per impressionẽ. in fi. C. quod me. cau. & l. j cir. fi. C. de contrac. in. facit l. hac edictali. C. de secun. nupt. ver. anni circunscriptione. Ita in contingentia facti cõsuluit Pau. de Ca. consi. lxiiij. j. vo. quod ad literam reperitur in ij. vo. cxciij. & tene menti, quia quotidianũ. Cogitabis tamen, an in istis donatis à cõsanguineis viri, vel sponsi, sponsa lucretur medietatẽ per osculũ, sicut in donatis à sponso: vt disponit lex Tauri, de qua sup. mẽtio habita est. Et videtur q sic: quia donata à consanguineis

2. Illatio. Donatio facta sorori vxoris, non tenet.

19 sponsi, cũ † eius contẽplatione donẽtur, videtur in affectu ab ipso donata: vt in præcedẽtibus dictũ est ergo &c. Ad hoc posset adduci tex. & quod ibi no. in c. requisisti. de test. vbi donata à cõsanguineis prælati, videtur donata ratione personæ non autem ecclesiæ. De iniuria autẽ facta prælato, an præsumatur fieri ratione personę, vel ecclesiæ, tradit Marianus in c. presbyte. de pœ. co. ij. ver. circa primũ. quẽ rogo videas. Ex istis potest decidi, q si rex propter seruitia, quæ sibi ego feci, donauit filię meę dominæ Annæ de Biuero, mille ducatos in dotẽ: & ita dos dicetur profectitia, quia mei cõtemplatione data est à rege: vt est tex. valde sing. iuncta glo. in l. profectitia. in princ. ff. de iure do. vbi gl. & Bal. dicũt de hoc esse tex. no. in d. l. sed si

Universidad de Deusto
Biblioteca

plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. nam sicut dicitur † profectitiũ peculium illud, quod quærit filius ex re patris, vel eius contẽplatione: vt l. cũ oportet. C. de bo. quæ lib. ita dicitur dos profectitia, quæ proficiscitur de bonis patris, vel eius contemplatione: vt dicta l. profectitia. secundum Baldum ibi.

SVMMAE RERVM.

1 Donatio inter coniuges constante matrimonio, non valet, etiam si iudex illam confirmauerit.
2 Obligationes, vel actiones, quæ propriis viribus non consistunt, non confirmantur officio iudicis, nec prætoris imperio, vel legis potestate.
3 Prohibitum vna via, alia via non conceditur.
4 Transactio est quædam donatio, quando ei liberalitas inest.
5 Alienari qualiter possint bona inalienabilia.
6 Infirmitas ficta non excusat.
7 Testes lite non contestata non sunt recipiendi, nisi timeatur de eorum morte vel futura absentia, dummodo talis timor non fingatur.

§. XLVI. §. Ampliatio. Non valet donatio inter coniuges etiam si iudex illam confirmet.

AMPLIA quintò prædicta, vt nõ valeat donatio † inter coniuges constante matrimonio, etiam si iudex illam confirmat, seu decernat, vt valeat, per tex. ad hoc singularem in l. obligationes. ff. de act. & obliga. vbi litera dicit: Obligationes † vel actiones, quæ non propriis viribus consistunt, nec officio iudicis, nec prætoris imperio, vel legis potestate confirmẽtur. Cùm autem donationes inter coniuges à principio ex propriis viribus non consistant, quia nullius penitus sunt momenti, vt l. iij. §. sciendum. ff. isto titu. cum aliis de quibus suprà, ergo per consequens authoritas iudicis eas validare non potest: vt l. si vxor vel maritus. ff. isto titu. qui est no. secundum Bar. & Bal. ibi, & Felinum in c. lator. in fin. de re iudic. qui textus bene facit ad hoc. Quia ex quo non valet principale, hoc est ipsa donatio inter coniuges, nec etiã valere debet quod ex eo consequitur immediate, vel ob eam mediate: vt l. non dubium. C. de legi. & ita quamuis esset lis inter coniuges super validitate donationis, & iudex ferret sententiam confirmantem & approbantem ipsam donationem: non propterea valebit. Quia videtur hoc factum in fraudem legis, & ideo valere nõ debet: vt l. hæres meus. §. quod in fraudem. ff. de condit. & demon. Absurdum † enim esset, quòd illud quod vna via est prohibitum, alia via concederetur: vt regul. cùm quid vna via. de reg. iur. lib. vj. cum concordantiis. Idem dicerem, si inter ipsos coniuges litigãtes fieret pactum, vel transactio super validitate ipsius donationis: quia ex quo sententia iudicis hoc facere non potest: ergo eadem ratione pactum inter cõiuges factum: cùm sententia & pactum æquiparentur. vt voluit glo. in l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. & multo fortius idem erit in transactione, cùm ad esse transactionis requiritur, quòd fiat super re dubia, lite in certa, vel vbi de lite non calumniose mouenda in futurum dubitatur: vt l. j. ff. de transac. & l. ij. C. eodem. Hoc autem casu, quamuis lis penderet, res tamen non erat, nec esse poterat dubia, sed certissima, quòd nõ valeret dicta donatio. Non potuit ergo dicta transactio ipsam validare, cùm præsumatur malitiosè mota, causa fraudandi legem, quod esse non debet, vt lege, cùm hi. §. si cùm lis. ff. de transac. maximè quia † transactio est quædam donatio, quando ei liberalitas inest. text. est in l. j. §. sed si rem. ff. si quid in fraudem pa. Et ex istis infertur ad illud, quod aliàs in facto contingit super donatione facta inter coniuges, constante matrimonio, controuersia vel lis mota fuit inter eos: postea cõpromiserunt in arbitros, & arbitratores, etiam adhibito patre vxoris. qui quidem arbitri & arbitratores, per suam sententiam confirmauerunt dictã donationem, vel in aliquo mutauerunt: nam fuit decisum, dictã sententiam arbitrorum non præstare robur dictæ donationi, absurdũ enim esset, q̃ legis authoritas posset per compromissum circũueniri, etiam si pater seobligasset pro filia, quia persona patris nihil operatur. per text. sing. in l. j. §. exceptiones. ff. quarum rerum actio non detur. præsertim, quia cũ socero eadẽ est prohibitio, quæ cũ vxore, vt suprà dictũ est. Cùm autẽ donatio inter cõiuges sit vitiosa quæ est radix negotij, totũ quod ab ea procedit, erit vitiosum, vt l. tutor. ff. de fideiussor. & l. qui id quod. ff. de do. & l. maximum vitium. C. de liber. præter. & ita firmat Bald. consil. xxix. in fi. incipit, casus, vir donauit vxori. in tertia parte. quod tene menti, & sic aliàs iudicauimus in audientia.

Hæc tamen sunt intelligenda sanè, quando in sententia iudicis, vel arbitri, seu arbitratoris, in pacto, vel transactione, non interueniret alia causa, propter quam confirmaretur seu approbaretur ipsa donatio, sed simpliciter fuit donatio confirmata: tunc enim ista confirmatio nihil valet. Secus tamen est, si is, cui facta fuit donatio, allegaret aliquam iustam causam, & sufficiẽtem, ad hoc vt valeret ipsa donatio, vt quia diceret eam factam ob merita, & seruitia, & in remunerationẽ, vel ob aliam de illis causis, quas infrà subiiciam. Nam si tunc donans non opponat aliquam exceptionem in contrarium, & pronuncietur donationem valere, valebit quidem talis pronunciatio, & per consequens donatio sortietur effectum, ex tunc. iste est casus valde singularis, iuncta glo. in l. si sponsæ. §. si vxor vel maritus. ff. isto tit. Vnde si donator postea velit contrà venire, submouebitur exceptione rei iudicatæ. Sed quamuis sententia pariat exceptionem rei iudicatæ in fauorem donatarij, nihilominus tamen donator potest rem sic donatam & traditam petere à donatario, per condictionem indebiti. vt est casus rectè intuenti in d. §. si vxor. quem ad hoc propositum multum commendauit Bald. l. cum allega. C. de vsuris. de quo facit solemne festum Ludo. Ro. in singul. cccix. incipit, tu scis quòd donatio. & Bartho. Cepolla in cautelis cxj. in fi. incipit, donatio inter virum &c. Non ob. secundum eos tex. in l. Iulianus. & in l. iudex. ff. de condi. ind. quoniam illa iura non procedunt in sententia lata, pro eo cui alter ex litigatoribus donare prohibetur. Si tamen posset constare, quòd illa lis fuit ficta, dicta sententia non valeret. vt d. l. cum hi. §. si cum lis. & ibi no. ff. de transa. ita dicit Cepolla, vbi suprà, quem tex. pro singulari alleg. etiam And. Sicu. in c. si clericus laicum. iij. co. suprà, de fo. com pe. dicẽs, quòd si cùm res esset liquida, & clara, & indubitabilis, partes dicãt in cõpromisso, q̃ cùm sit dubiũ, & lis esse possit, ideo cõpromittũt, non stabitur

1 Exceptio. Idem in pacto & transactione.

2 Exceptio Idem in cõpromisso.

Limitatio. Nisi in sententia pacto, transactione, vel laudo interuenit causa propter quam fuit donatio cõfirmata.

Nisi fictus fuit. De simulatio.

stabitur assertioni partiũ, vt ibi per eum, qui alia similia adducit, quæ videas per te. facit quod in simili dixit Bart. quem sequitur Bal. & alij in l. peto. §. prædiũ. de le. ij. dum dicit, aliquos sumere in fraudẽ, q̃ † si res est prohibita alienari, supponunt aliquos, qui fingunt se creditores, & ingrediuntur possessionem ex primo & secundo decreto, ne incidant in pœnam: vt l. filiusfa. §. olim. de le. j. sed constituto de fraude, non iuuabit. Ad idem facit tex. in c. tenor. suprà, de re iud. vbi † infirmitas ficta non excusat. & c. eos. in versic. figmento. de tẽp. ordi. li. vj. Ex quo dicebat Andr. Sicul. in c. fi. vij. col. supr. vt lite nõ conte. q̃ tunc demum † testes sunt recipiendi lite nõ conte. si timeatur de eorũ morte, vel futura absentia: dummodo talis timor non fingatur, sed constare debet. bene facit tex. in l. fi. C. de nauicula. libro xj. vbi puniuntur naucleri, fraudem cum iudicibus participantes, in se detineri faciendo. Ex quo dicit Bald. ibi, licet iussus iudicis excusaret nautam à pœna: si tamen nauta causam præstiterit, faciendo iudicem iubere sibi, puniendus est: sicut aliàs dicimus de eo, qui ambasiatam procurauit.

Cautela ad alienãda in alienabilia

SVMMAE RERVM.

1 Donatio inter coniuges facta, constante matrimonio, non valet, quando ex tali donator fieret pauperior, & donatarius locupletior.
2 Legitima filij, si à patre imponatur grauamen, & de restituendo ipse filius consentiat, talis consensus tenebit.
3 Onus fideicommissi adiectum legato rei alienæ, non tenet sicut nec legatum. tamen ex consensu domini rei legatæ consentientis oneri adiecto post mortem testatoris præstito, recomaleficii onus, & debetur fideicommissum.
4 Alienari non possunt res ecclesiæ, nisi interueniat solennitas debita.
5 Legatum factum ecclesiæ repudiare an possit solus prælatus & nu. 12.
6 Prælatus potest præiudicare ecclesiæ, non in quæren dis. sed in quæsitis.
7 Prælatus recipiens pensionem ab eo, quem propter canonem non solutum priuare poterat præiudicat ecclesiæ, vt amplius expellere non possit.
8 Prælatus si non impleuit conditionem positam in legato facto ecclesiæ, ecclesia perdit legatum: secus in modo.
9 Legatum repudiare potest inuito creditore ille, qui omnia bona sua obligauit.
10 Beneficiatus non potest sine licentia sui superioris renunciare beneficio quæsito secus in quærendo.
11 Faciendum facilius tollitur, quàm factum.
13 Renunciatio acquisitorum, constante matrimonio, facta ab vna coniugum, valet.
14 Negotiorum gestor, cui dominus mandauit, vt pecunias suas crederet sine vsuris: ille autem sub vsuris credidit suo tamen periculo, non tenebitur dominо reddere lucrum vsurarum.
15 Duo socij, si sint vnius mercantiæ, quorum vnus vult ire Venetias, alter cõtradicit, & dicit quòd vult ire suo periculo si vadit, & multa lucretur alter socius non habebit partem lucri.
16 Legatarius, vel fideicommissarius, consentiẽdo hæredi alienanti rem legatam, pro soluendo debitum hereditarium, non censetur consentire animo donandi, licet sibi præiudicet in re, vt eam petere non possit, non tamen præiudicat in pretio, quin illud petere possit.
17 Legitimam habere non debet filius in regno, ducatu, comitatu, vel dignitate patris, debet tamen ei legitima per hæredem vniuersale in pecunia solui.
18 Emphyteotica res non debet transire in ecclesiam, vt possit illam sibi retinere, transit tamen, quantũ ad hoc quòd sibi debeatur æstimatio ipsius rei.
19 Renunciare iuri retractatus, non videtur proximior, qui consensit venditioni rei paternæ, vel auitæ, nisi hoc expresse dicat.
20 Acquisita, constante matrimonio, sunt aqualiter dividendainter virum & vxorem.
21 Legare mihi volenti, si mando, quòd leget vxori, valet mandatum, & idem in donare volenti inter viuos, secus in volenti mihi donare causa mortis.
22 Dominium absque traditione quæritur in donatione causa mor. sed secus est in legato, quod cedit à tempore mortis.
23 Donatio rei alienæ facta vxori, an valeat.

§. XLVII. 1. limitat. Non valet donatio inter coniuges vbi donator fieret pauperior, & donatarius locupletior.

LIMITA primò, & intellige prædicta, vt non valeat † donatio inter coniuges facta, constante matrimonio, quando ex tali donatione donator fieret pauperior, & donatarius locupletior. vt in capit. fin. infrà, isto titu. & l. iij. primo respon. ff. eo. & iiij. parti. titu. xj. l. iiij. aliquo autem istorum deficiente, tenebit donatio. Si ergo maritus donans non fit pauperior, valet donatio: vt puta, si maritus hæres institutus, repudiet hæreditatem donationis causa, vt ita obueniat vxori sibi substitutæ, vel ab intestato vocatæ. Idem si repudiat legatum, & remaneat penes vxorem oneratam pro legato præstando. Vide in simili l. pretia rerum. ff. ad legem Falc. quæ bene facit, secundùm Iaso in l. secunda. C. de fidei commi. ad idem l. si absens. ff. de his quæ in frau. cred. Idem si maritus rogatus restituere hæreditatem vxori, siue detracta quarta, vel etiam nihil dicto de quarta detrahenda: nam tunc maritus restituendo vxori. magis videtur fructus pleniori officio præstitæ fidei, quàm de suo donasse. nec de suo proficisci, quod de alieno pleniùs restituit, voluntatem defuncti sequimur.

Nec immeritò: quia sæpe credimus aliud voluisse defunctum, & tamen non rogasse. Si tamen maritus per errorem facti omisisset detractionem quartæ, habet indebitæ solutæ quartæ repetitionem: vt ff. eod. l. si sponsus. §. si maritus. & §. si quis rogatus. & glos. in capitu. fin. infrà eo. & quarta parti. titul. xj. l. quinta. Ad idem facit text. not. in l. si debitorem. ff. de his quæ in frau. cred. vbi qui poterat in fideicommisso Trebellianicam retinere, & non retinuit, magis dicitur fideliter facere, quàm in fraudem creditorum alienare. Ex quo infertur vnum bene notandum, quòd † si pater grauamen fideicommissi imposuit filio in sua legitima, vt restituat post mortem filio suo primo genito, & ille etiam suo, vt fieri solet, & filius expresse consentiat, valebit tale grauamen, nec dicetur hoc fieri in fraudem filiorum per iura prædicta. Adde bonum text. in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bo. poss. con. ta. Ad idem l. filio præterito. ff. de iniusto rupto. & Io. de Imo. & Pau. Ad idem l. pe.

Lex regni.

Filium potest consentire grauamine imposito in sua legitima.

Adde ad hoc l. Tauri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vltima. & l. Papinianus. §. fi cõditioni. ff. de inof c
fi. testa. ad idem l. parentibus. C. eo. & ibi Saly. gl.
in l. si quando. §. generaliter. eod. tit. Bal. Lodoui
cus. Paul. & Alexan. & Iaso. in l. posthumo. C. de
bo. pos. contra tabu. Ange. in l. qui se patris. C. vn
de liberi. videtur casus in l. fi. C. de pactis. & facit
c. quamuis pactum. de pactis. li. vj. & lex regni. vj.
parti. titu. viij. l. vj. Multo plura adduci possunt
pro contraria parte, quæ breuitatis causa omitto,
& quia lis est sub iudice, in qua maximi iuris ver
tices pro vtraque parte scripserunt, ad quorum
scripta me remitto, neutram firmans sententiam.
Imo idem forsan, si post mortem patris filius con 8
sentiat. arg. l. cùm quis decedens. primo respon- c
so. de lega. iij. & ibi Bar. vbi licet onus † fideicom
missi adiectum legato rei alienæ, non tenet, sicut
nec legatum, tamen ex consensu domini rei lega
tæ consentientis, oneri adiecto præstito post mor
tem testatoris, reconualescit onus, & debetur fi-
deicommissum. Quamuis ergo pater imponat o- d
nus legitimæ filio post mortem suam, quando le- 9
gitima non est sua, sed filij, si filius consensit, suffi
ciet. Et hoc modo dicunt aliqui, quòd legitima
filij potest perpetuo vinculari de consensu filij, 10
quia potest per talem consensum sibi & succesto-
ribus præiudicare, renunciando iuri sibi compe-
tenti, non solùm mortuo patre, quando eradica
tum est ius legitimæ efficaciter in eo, sed etiam vi
uo patre, quando tale ius non habet in legitima,
quæ non est sibi debita, sed quasi debita. vt dicit
glo. in l. si emancipata. C. de iuris & fac. igno. Nam
potuisset filius repudiare hæreditatem, nec per
hoc diceretur minuere patrimonium suum, sed
nolle acquirere. vt l. qui autem. in prin. ff. de his
quæ in frau. cre. fortius poterit consentire one-
ri sibi impositio in legitima: nec possent ex hoc fi
lij eius conqueri, quod pater renunciet, vel remit
tat ius vel lucrum, quod sperat futurum. Non
enim est par, eademque ratio, lucra non capere,
& quæsita perdere: vt d. l. si sponsus. §. si maritus.
& l. fi. C. de codic. Facilius enim remittit quis mul
ta, q̃ donet pauca: vt no. in c. veniens. j. suprà, de
testi. & in c. statutũ. §. fi. ver. remissione. de rescr.
libr. vi. Et propterea facilius permittitur marito
repudiatio, seu renunciatio, quàm donatio: quam
uis rẽnunciando vel repudiãdo videatur quodam
modo donare: vt dicit tex. in l. si quis delegauc-
rit. & ibi Barto. ff. de dona. Sicut dicimus in si
mili, quòd licet † res ecclesiæ non possunt aliena- 4
ri nisi interueniat solennitas, de qua in c. fine ex-
ceptione, xij. q. ij. & in c. fi quis presbyterorum.
cum aliis. suprà, de re. ec. non alien. nihilominus
tamen solus prælatus poterit repudiare † legatum 5
factum ecclesiæ, a secundùm Bal. in l. pupillorum.
C. de repu. hære. ita consuluit Feder. de Senis, con
tur Abb. in c. j. suprà, de in inte. resti. & in c. j. viij.
col. suprà, de dol. & cont. & in c. tua. in fi. suprà, de
his quæ fi. à prælat. post do. Card. ad hoc glos. not.
in §. fin. xvj. q. vj. quæ vult, quòd † prælatus potest 6
præiudicare ecclesiæ in quærendis, non in quæ-
sitis. Idem tenet b Inn. in c. fraternitatem. suprà, de b
dona. Bald in l. bonorum. C. qui admi. ad bo. pos.
pos. facit glo. no. in c. potuit. suprà, de loca. quæ
dicit, quòd prælatus recipiẽs † pensionem ab eo, 7
quem poterat priuare, propter non solutum ca-
nonem: præiudicat ecclesiæ, vt amplius expellere

a Adde Fely. in c. quæ in ecclesiarum, consil. ix. de cõsuet. & ista cõsideratio. & in c. contingit. in j. col. fina. de sent. excommun. summa Sylues. inverb. alienatio. vers. 19. & 6. Alexan. in l. legatum. ff. de leg. j. vbi dicit, quòd contraria opinio est verior, & cõmunis, sed Iaso. ibi tenet contra Ale. Adde tamẽ, quòd contra prælatum, qui negligit acquirere ecclesiæ quod potuit, agitur ad interesse lucri cessantis. glos. in cap. fina. xij. quæ. ij. quam commẽdat Ab. in ca. j. col. iij. de resti. in integ. Io. Bern.

b Adde Fely in ca super his. de accu. col. ij. etiã pro eo, quod infrà a dicit, inver si. ad idem. quomodo priuilegiũ conceditur contra alterius priuilegium. Io. Bern. Solus prælatus repudiat sine sollennitate.

Adde quòd idem tenet Abb in ca. breui. de iureiur. col. fin. vbi vidediuersitatis rationem, quod refert & sequitur Fel in ca verum. de sponsa comp. col. penul. ex quo habes vnam bonam differentiam inter modum & conditionem. Adde alias secundum, quòd conditio debet impleri, antequam dispositio sortiatur effectum. Sed modus debet impleri post. Ponit hanc Bart per iura de quibus per eum in l quibus diebus, §. fina. ff. de cond. & demon. Tertia est, quòd conditio mixta si deficiat per casum, vitiatur legatum. vt l. legatum. C. de condit infert. Secus in modo mixto vtin l. si fundum per fideicõ. §. Iulianus alias est l. si Titio. ff. de leg. j. & ponit Iaso. in l. j. co. vj. C. de instit & substit. vbi post alios reddit rationẽ diuersitatis. Quarta differentia est, q̃ a dẽpto onere per viam modi impositi deficit relictũ secus si adimatur cõditio glo. in l. si quis seruũ. ff. de cõdi. & demon. vbi Paulus post Bar. ponit diuersitatis rationem. Quinta differ. est quòd modus adimpletur. Adde Rocha cõsi. in fi. quæ videtur tenere cõtrarium & dic quod pro prima opinione doc. est tex. in l. pater. & in l. quæ. ff. de hered. instit. & in l. quæ in fin. ff. de hered. instit. de mortem colum. C. de fideic.

a Adde, q̃ illud cõmendat & sequitur Feli in c. super his. col. ij. de accus. & Hypol in sing. exciiij. incipit, magni est. Io. Bern. b Vltra istas differentias, quas ponit ille dominus inter ius quæsitũ & ius quærẽdum, adde tu Feli. qui plures earũ posuit in ca. super his de accu. col. ij. Adde a etiam aliã vltra eos q̃ cursus præscriptionis in iure quærendo induc consensum renunciationis secus in iure quæsito. Baldus in l. j. C. de in integ. rest. minor. Et a liam, quòd si agatur simpliciter de libertate cõpetente, dicitur causa liberalis, secus si super cõ- b petitura gl est in l. pen. C. de li. causa. quã ibi sequitur Bal l. Bero. Pro lege regni. De muliere sine consensu mariti non alie. Illatio. Renunciatio acquisitorũ cõstante matrim. facta a vno coniugũ valet.

tando terminauit Richardus de Salyce. in qua- c
dam sua disputatione, vt ipse refert in repe. l. j. C.
de sacros. eccl. in final. verb. Andr. Sicul. in repe. l.
cùm acutissimi. C. de fideicom. col. clxvj. de quo
per eum in repet. rubr. de reb. eccl. alien. not. vo-
luit Bal. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. suprà, de con-
sti. fin. col. ver. vbi est quæsitum, sed nunquid est
contra eos. & in cap. clerici. suprà, de iudic. ij. col.
post Signor. consil. xxj. incip. statuto ciuitatis. &
Bald. consil. quod incipit, factum super quo peti-
tur consilium. & repetitur inter consilia Anchar.
consil. xij. Ex istis infero ad illud mirabile di-
ctum Io. de Imol. in l. j. iij. col. vers. & si vis tenere.
ff. de condit. instit. vbi dicit, quòd licet episcopus
vel alius citra Papam, non possit alterare relicta
ad pium vsum. cle. quia contingit. in princ. de reli.
domi. adde l. libertus octoginta. ff. de bo. lib. vide
Bald. in l. vnic. C. si quis omis. cau. test. hoc est ve-
rum in voluntate testatoris iam executa: voluntа
tem autem nondum executam, potest episcopus
alterare. quia facilius † tollitur fiendum, quàm
factum: vt d. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui
vel alieni iur. c. quemadmodum. suprà, de iureiu.
vide Anchar. & alios in d. clem. a Ad idem facit
quod voluit Sal. in l. pactum curatoris. C. de pact.
vbi dicit, quòd tutor seu curator potest præiudi-
care pupillo in quærendis: vt ibi per eum. & est
text. in l. fin. C. de acquir. pos. cum concord. Ad
idem facit quod voluit Bal. in auth. si qua mulier. 13
C. de sacros. eccle. vbi dicit, q̃ licet bona ingressi
acquirantur monasterio: vt auth. ingressi. eo. tit.
& c. quia ingredientibus. suprà, de test. tamen præ
latus cũ suo conuentu posset permittere, q̃ illa bo
na vadat ad cõmunctos ingressi. & hoc ideo quia
agitur de acquirendis. Huius decis. meminit And.
Sicul. in c. fuam. de præmis. fol. iiij. col. j. vide eun-
dem Bal. consi. xviij. in fi. iij. vol. Ad idem facit
q̃ voluit idẽ Bal. in l. si matre. C. de su. & leg. hære.
dicit, q̃ si dictat statutũ Mediolani, q̃ mulier nup
ta extra territ. Med. non succedat in Mediol. terri
torio: modo mulier mortuo patre, immiscuit se
hæred. paternæ: deinde nupsit cuidam Mutinensi,
nõ perdit hæredit. quia statutũ debet intelligi de
acquirẽdis, nõ de acquisitis, priusquã nuberet. q̃
not. licet contrarium teneat Imol. post Anchara.
in cap. vt super. de reb. eccle. non alie. & ibi Andr.
Sicul. iij. vbi de aliis. *b* Vnum tamen non omitto,
quòd etiam si valeat repudiatio prælati, solius re-
pudiantis legatum factum ecclesiæ, † contra hu-
iusmodi repudiationem competit ecclesiæ bene-
ficium restitutionis in integ. quod datur sibi, etiam
quando agitur de lucro captando, vbicunque ec-
clesia poterat lucrum consequi, & ex facilitate vel
negligentia prælati non fuit consecuta, *c* vt sentit c
glo. & ibi not. Abb. in c. auditis. suprà, de restit. in
integ. ver. restituimus. facit tex. in c. constitutus.
eod. tit. & ibi not. Abb. in vj. not. Ad idem est tex.
in l. ait prætor. in fi. ff. de minо. & in l. non omnia.
eod. tit. quod tene menti. Nec reperio hoc in spe
cie tactum per aliquem. Ex prædictis infertur, q̃
mulier donationẽ sibi absenti factam, potest re-
pudiare, non seruata solennitate statuti dicentis,
q̃ in alienationibus mulierum debeat interueni-
re consensus mariti, vel consanguineorum: quia
illud statutũ loquitur vbi est quæsitũ ius mulieri,
quod nõ est hic, per c. si tibi absenti. in ver. tuum.
de præb. libr. vj. ita in contingentia facti cõsuluit

c Attende tamen, quòd ille dominus mouetur ex eo, quòd ecclesia datur restitutio in integ. vt in tacita per eum allegat sed huic doctrinæ videtur obstare communis conclusio doct. per gl. ibi in l. iij. §. Labeo ff. de acquir. poss. de qua tibi per Iaso. in ij. col. post Aretin. videlicet, quòd restitutio integ. non datur ad lucrum cum alterius iniuria. Si ergo ecclesia hic restitueretur fieret præiudicium illicui esset acquisitum legatum ex repudiatione prælati. Ergo non videtur, quòd possit restitui, nisi teneas primo intellectum quem dedit Aret. in d. §. Labeo. ad l. si fine. §. j. ff. de mino. & refert Iaso. in d. ij. col. per quod videtur velle, quòd communis cõclusio nõ procedat in minore, quia imo il li datur cũ alterius etiã iniuria. Et sic dicamus in ecclesia, cùm equiparentur ipsa & minor. e. j. cum sim. de resti. in integ. Et hac conclusione huius domini existente vera, posset vnus attẽtari quod esset sing. q̃ dicto casu, quadriennium curat ecclesia rũ post mortem ipsius prælati repudiantis, ad quod moueor ex gl. sing. in c. j. in ver. causa. de in integ. rest. in vj. quem sequitur Ab. in c. tam ex literis. e. ti. iij. colũ. & Car. in cle. j. xxvj. q. eo. ti. vbi dicitur, quòd quãdo eccle. debet restitui aduersus contractũ per prælatum celebratũ, non currit sibi quadriennium quando dimissa præ latus vivit.

Pau. de Cast. consi. xj. incip. in causa præsenti. re-
fert & sequitur Iaso. in l. beneficium. vj col. ff. de
consti. prin. quod not. pro l. regni. Et an vxor sine
marito possit repudiare donationem sibi factam
vide hodie l. liij. luij. de tut. Ratio prædictorum
potest esse, quia ius adeundi non est in bonis no-
stris, vt l. prætia rerum. ff. ad l. Falcid. qui text. alibi
non reperitur, secundum Bal. in l. ij. in fi. C. de iu-
ris & fac. ign. bene facit tex. in l. fi. C. de acquiren.
pos. vbi dicitur, quòd licet seruus non possit præ-
iudicare domino in bonis quæsitis, bene tamen
in quærendis. Ita ergo in casu, de quo agitur, di-
cendum erit, quòd licet maritus non possit face-
re donationem vxori, constante matrimonio, de
bonis quæsitis, poterit tamen de quærendis, cùm
ex hoc non dicatur fieri pauperior. Et ex his in-
fero ad vnum, quod meo tempore in regali au-
dientia de facto euenit. Vir constante matrimo-
nio volebat emere vnam domum: † vxor dicebat
se nolle habere partem ipsius, & super hoc fecit
cum marito pactum. Deinde vxor volebat medie
tatem domus, tanquam esset acquisita constante
matrimonio: hæres mariti obiiciebat pactum in-
ter eos initũ. vxor dicebat illud non valere, quia
constãte matrimonio erat factum, & ex eo resul-
tabat quodammodo donatio inter coniuges, quæ
prohibita est inter eos. Sed nos approbauimus
pactum, & totam domum hæredi mariti adiudica
uimus: quia licet ex hoc pacto maritus efficeretur
locupletior, vxor tamen nõ fuit facta pauperior.
Et ad hoc allegaui prædicta, & glo. quæ hoc vide-
tur sentire in d. c. ij. iuxta eo. tit. ver. non est aliud
quod obsistat. dicit glo. f. pactũ vel consuetudo, &
l. Stil. ccxxj. incip. ottosi si el marido. quæ dicit, q̃
si maritus est administrator bonorũ alicuius, vel
arrendator, vel collector vectigaliũ, bona vxoris
erunt obligata, sicut bona mariti, nisi vxor à prin
cipio fuerit protestata, quòd nõ vult lucrum nec
dammũ quod ex inde prouenerit: tunc enim nec
suscipiet partem lucri, nec soluet partem damni.
Sic ergò in casu nostro videtur dicendum, q̃ vxor
non habebit partẽ domus. & hoc in terminis no-
stris tenent domini de Rota in decis. antiquiori-
bus. tit. de pact. decis. ij. quæ incipit, cõsuetudo est
in quodam loco, secundum Bernardum, qui illas
decisiones collegit, vt ibi latius poteris videre. &
refert & sequitur Nicol. de Vbald. in suo tract. de
successionibus ab intestato. iiij. parte, in finalibus
verbis. Idem tenet Rota in antiq. tit. de consuetu-
dine. decis. xij. adde, quòd quando contractus fit
cum marito & vxore, ille mariti consensus habe-
tur pro licentia: vt not. in l. cũ pater. §. liberto. de
leg. ij. & in l. fi. C. de bo. quæ li. Hinc est. q̃ stante sta
tutate dotis, poterit maritus huic lucretur me
dietatem dotis, poterit maritus huic lucretur me
ciare, vt vxor sibi habeat, vel alteri concedat: ita
singulariter decidit Bar. Soc. cõs. clxxxix. per plu

ra

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra fundamenta, quæ per te videas: nec poterit maritus pœnitere, vt tibi per eum, quem rogo videas, quia pulchrè loquitur. faciunt ad hoc notata in cap. ij. isto tit. vt latè differam infrà, cùm de lucris acquirendis inter virum & vxorem statim dicemus. Ad prædictorum confirmationem facit text. not. in l. quia de mutua. §. si mandauero.
14 ff. manda. vbi dicitur, quòd † si mandauj procuratori meo, vt pecunias meas Titio crederet sine vsuris, ille autem sub vsuris credidit, suo tamen periculo, non tenebitur mihi reddere lucrum vsurarum, quia ex quo suscepit in se periculum, commodum etiam erit suum. Ad idem facit text. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. vbi si hæres de restituendo grauatus nolit adire, & fideicommissarius consequitur commodum, de quo nihil habebit hæres. per quem tex. dicit ibi Bart. in fi. post Dy.
15 quòd si duo † socij erant vnius mercantiæ, vnus vult ire Venetias, alter contradicit. & ille dicit, volo ire meo periculo. & sic vadit illo inuito, suo periculo, & multa lucratur, socius non debet habere partem lucri. & ita dicit fuisse determinatũ per illã legem. idem tenẽt ibi Ang. Pau. & Ale. & Lud. & Ang. in §. illud. Instit. de societ. & Pet. de Vbal. in tract. de societ. v. parte, q. iiij. tenent etiã Ang. Io. de Imo. in l. postulante. §. sed si in huiusmodi. eo. tit. per illum tex. dum loquitur de fœneratore suo periculo. Pau. de Castr. in l. pen. §. mancipia. ff. sol. matr. per illum text. tenet Ang. in l. ex duobus. ff. de neg. gest. est casus singul. pro hoc in l. si vnus ex sociis. §. si vnus. ff. pro socio. Ita ergo in casu nostro, ex quo vxor tempore emptionis dixit se nolle habere partem domus emendæ: tota domus pertinebit ad maritum. Maritus tamen tenebitur dare vxori, vel eius hæredibus, medietatem precij pro quo domus fuit empta, vt apparet ex prædictis. solùm enim fecit sibi præiudicium vxor, quo ad ipsam domum, non quo ad pretium. argumen. text. & quod ibi not. Barto. & alij in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg.
16 primo. vbi dicitur, quòd † legatarius vel fideicommissarius consentiendo hæredi alienanti rem legatam, pro soluendo debitum hæreditarium, non censetur consentire animo donandi. Ideo licet sibi præiudicet in re, vt eam petere non possit, nõ tamen præiudicat in pretio, quominus possit petere. & non est alibi ille text. secundum Paulum ibi. Aliquando enim non consequitur quis partem rei, sed nihilominus partem æstimationis habere debet: nam licet † iunior filius non debeat habere legitimam in regno, comitatu, vel dignitate patris, quia ista indiuisibilia sunt, & primogenitus illa habere debet in totum: vt in l. quod autem. ff. de his quæ in fraud. credit. *a* vbi debitor in quærendo non dicitur fraudare creditorem, de quo suprà facta est mentio. ad idem l. si sponsus. §. si maritus. ff. isto titu. vbi donatio inter virum & vxorem non valet in bonis quæsitis, sed bene in quærendis, ad idem text. in cap. j. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alienatio. per Federic. & ibi Bald & alij. glos. in capitu. si hæredes. suprà, de testa. facit in simili c. maioribus. de præb. *b* ratio est, ne fiat dismembratio talis dignitatis nam si aliter fieret, infra breue tẽpus ad nihilum reduci posset. Debet tamen filio regis, comitis vel ducis, solui per hæredem vniuersalem, legitima sa'tem in pecunia, vt volunt omnes in d.

a Adde Rely. idem sequentem in c. quia in ecclesiarũ de cõst. col. 9. ver. & ista. & eundem Fel. in c. 9. col. 3. ver. pro ista eo. tit. Io. Ber.

b Adde Saf. in proposito in § ire si quis in fraude. in fi. tritic. de actio.

§. præterea ducatus. & latius firmat Guid. in decis. Delphinatus. q. cccclxxvj. cccclxxxvij. vbi videas. bene facit quod dicit Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. cxvij. quem refert & sequitur Saf. in l.
18 iij. col. cxlij. vbi firmat, quod licet † res emphyteutica non possit transire in ecclesiam, vt possit sibi illam retinere: transit tamen, quantum ad hoc quòd debeatur sibi æstimatio ipsius rei. argum. l. filiusfamilias. si quid alicui. ff. de lega. j. ideo vtile, imò necessarium videtur, quòd in contractu emphyteusis dicatur, q̃ res emphyteutica nec eius æstimatio transeat in ecclesiam. Idem in constitutione maioratus videtur dicendum. quod est bene dicendum. quod est bene notandũ, & menti tenendum, ad tollendam omnem ambiguitatem, & litigandi materiam. Ex prædictis aliqui
19 audent dicere, quòd † si proximior consentiat in venditione rei paternæ, vel auitæ: non per hoc videtur renunciare iuri retractus, nisi expresse hoc dicat, valebit quidem alienatio, si tamen ipse retrahere voluerit, intra nouem dies poterit. per d. l. §. si fundum. Sed mihi non placet, per text. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. & in l. quoties. l. a ij. C. de fideicom. cum aliis similibus, vt latius dico super lege regni, Foro legum, libro iij. titu. de las vendidas. l. xiij dixi etiam in c. constitutus. de in integr. restitut. in meis recollectis. verſic. limitabis illa primò. Imò fortius posset attentari, iudicio meo, ex prædictis, quòd valeat pactum factum inter coniuges, constante matrimonio, quòd ex lucris communiter habitis vxor non habeat partem, cùm ex hoc ipsa non efficiatur pauperior, & ita nedum à principio ante contractum matrimonium poterit fieri pactum super lucris habẽdis, constante matrimonio, vt per totum titu. C. de pact. conuent. super dote, &c. & not. Innoc. in c. fi. infrà, eod. & sentit glo. in dict. c. ij, infrà, eod. verſi. aliud. sed etiam constante matrimonio, vt suprà dictum est. Et ista tene memoriæ pro lege huius regni, Foro leg. lib. iij. tit. iij. l. j.
20 quæ disponit, quòd † acquisita constante matrimonio, sunt æqualiter diuidenda inter maritum & vxorem: de quo etiam not. in c. ij. infrà isto tit. & aliquid dictum est in superioribus, dicetur latius infrà, in vij. & vlt. limit. Quinimò posset amplius dici, quòd si maritus & vxor simul viuentes, multa acquisierunt bona, & inter se conuenerunt, quòd illa acquisita diuidantur æqualiter inter ipsos, & de bonis acquirendis vel perdendis vxor non habeat partem, valebit istud pactum, vel conuentio, q̃ si maritus negociando perdiderit, soluet de bonis suis, non de bonis mulieris, vel medietate sibi debita: cũ rei veritate inspecta, illius medietatis ius & dominiũ statim in principio fuit acquisitũ per l. regni, quę æqualiter defert dominiũ marito & vxori in bonis superlucratis. Vnde per huiusmodi pactũ solùm remittit maritus ius alienãdi constante matri. Cogitabis. Ex istis etiã
21 infertur, q̃ si voleti † mihi legare, mãdo, q̃ leget vxori meæ, valet tale mandatũ, quia non inducit proprie donationẽ inter me & vxorẽ meã: vt est casus no. in l. sed si vir. §. quod legaturus. ff. isto ti. & dato, q̃ induceret donationẽ, non tamẽ ego factus sum pauperior ex ea. & ideo valeret, per ea, quę dicta sunt. Et inde est, q̃ si donare volentẽ mihi intervinos, rogauerim, vt vxori meę potius donet, tenet donatio, quia suo nomine donat, non meo.

Lex regni.

Exceptio.

2. Exẽplũ. In mandato de legando vel donando vxori.

meo. & ita loquitur d. §. quod legaturus. secũdùm Raphael. Fulgo. in l. hæc ratio. in fine. ff. isto tit.

Limitatio. Secus in mãdato de donando causâ mortis.

Secus tamẽ est, si volenti mihi donare causa mortis, mando quòd det vxori meæ, nam tunc videor ego maritus vxori donare, & ideo non valet. vt est casus singularis in l. iij. §. fi. l. idemque. ff. eo. Et ratio diuersitatis secundum gl. ibi est, quia in donatione causa mortis fit dominus traditione facta vxori, vt ibi. sed aliud in legato, quod non traditur statim, sed post aditam hæreditatem. Sed nec actio ex testamento potuit ei per mulierem acquiri, quamuis aliquando detur mihi actio contra eum, qui instituitur meo mãdato: vt l. quidam cum filium. ff. de hæredi. instit. sed quamuis ista ratio diuersitatis satis efficax videatur, & ab omnibus communiter approbatur: non tamen placet Ludo. vt ipse inquit, singulari dccix. incipit, hæres hæredis. imò interrogatus super hoc à quodam barbato doctore, cum esset quæstio in facto, aliam rationem diuersitatis assignauit: scilicet quia in
22 donatione † causa mortis absque traditione quæritur dominium: vt l. ij. ff. de publ. quod secus est in legato, quod cedit à tempore mortis: vt l. à Titio. cũ similibus. ff. de furtis. reuocabiliter tamen. Merito ergo cum in primo casu sit dominiũ quæsitum viro facto mandato resultat donatio. secus in legato, quia sibi non acquiritur, nisi morte legantis sequuta, quod dicit fore notabile. Sed cauc. quia tex. in d. l. idemque. videtur loqui, quando donatio causa mortis erat facta marito, & maritus voluit, quòd res donata non traderetur sibi, sed vxori. Tex. autem in d. §. quod legaturus. videtur disponere, quãdo aliquis nondũ legauit marito, sed legare volebat, & maritus voluit quòd legaretur vxori. inter quæ magna est differentia. Istud sentit glo. in d. l. idemque. quam sequitur ibi Saly. dicens, quòd ibi vir iussit tradi, quod executionem donationis concernit. Sed in d. §. quòd legaturus. rogauit, vt legaret, quod dispositionẽ & eius substantiã concernit. & hæc ratio diuersitatis videtur sibi tutior, quãdo sumus in casu dubio, secundum eum. Ex istis etiã infertur, q̃ † si rem
23 alienam donauerit maritus vxori, quia ipse ex ea donatione fit pauperior, valet donatio, vt mulier possit vsucapere: vt ff. eo. l. sed & si constante. & glo. in c. fina. infrà, eo. Secus tamen est, si maritus donat rem vxoris alicui ea permittẽte, cum ex ista donatione vxor fiat pauperior, maritus autẽ locupletior, ex eo, q̃ ex tali donatione quæritur sibi saltem naturalis obligatio ad antidota, quate netur sibi donatarius. Vnde talis donatio nõ valebit. ita dixit no. Bar. in l. ij §. j. ij. co. ff. de do. quod no. Et intellige, nisi maritus rẽ vxoris donaret pauperibus, vel aliis piis locis. Nam tunc bene valet donatio: vt voluit Bar. in l. j. in fi. ff. rerũ amota. de quo infrà, latius dicetur. Ex prædictis infertur ad vnum quotidianũ, & satis notabile. q̃ si vir erat prodigus, & omnes fructus dotis prodigaliter cõsumebat, donauit fructus dotis vxori auaræ, quę propter auaritiã nõ cõsumpsit, sed cõseruauit: talis donatio valida erit, nec poterit maritus illos repetere: quia licet vxor ex ista donatione facta sit locupletior, maritus tamẽ non est factus pauperior, cũ apud ipsũ fructus essent perituri consumptione. Istud est, quod voluit gl. no. in l. pro oneribus. C. de iure dot. Et clarius firmat ibi Bald. in j. lectura, reputãs hoc valde notabile.

3. Exẽplũ. In re aliena donata.

4. Exẽplũ. In donatione fructuũ, alioquin etiam prodigaliter consumendorum.

SVMMAE RERVM.

1 *Possessor bonæ fidei, qui fructus consumpsit, non tenetur restituere, nisi quatenus locupletior factus sit.*
2 *Donatio à patre filio facta, vt alteri donet, non vt apud se retineat, valet.*
3 *Eleemosynam pro se facere potest vxor de bonis viri, eo permittente.*
4 *Dotare filiam potest mater, sine licentia viri.*
5 *Donatio vel concessio pro dote, est causa pia.*

§. XLVIII. *Articulus. Quãdo donatarius nõ fit locupletior.*

REQVIRITVR etiam, quòd donatarius sit factus locupletior, vt superius dixi. Et debet attendi hoc tempore litis conte. vt l. quod autem. in prin. ff. isto tit. Fit autem locupletior, cum rem sibi donatam conseruat, vel eam in vtilẽ causam expendit. Secus, si non conseruat, nec in vtilem causam expendit. & ita quamuis in alia materia dicatur quis factus locupletior, quando non est factus pauperior: vt ff. de solu. l. in pupillo. gl. in §. fina. in ver. locupletior. Insti. quibus alie. licet. & not. in l. eum qui. C. de vsucap. pro empt. Dicitur etiam quis factus locupletior, ad quem res peruenit: nisi eam in mala parte consumat. vt voluit glo. no. in l. vtrũ. ff. de peti. hære. gl. j. quam ibi extollit Ange. inferens ex ea, quòd † bonę fidei possessor, qui fructus consumpserit, non tenetur restituere, nisi quatenus locupletior factus sit. vt traditur in l. fructus. eodem titu. Si tamen probauerit se consumpsisse in malam partem, non tenebitur, quia non est factus locupletior. quod dicit esse valde notandum. & propter hoc habebis honorem secundũ eũ ibi. & in l. illud. §. prædo. in fi. eo. tit. in casu tamen nostro aliter dicitur locupletior. Vnde si vxor acceptã à marito pecuniã in sportulas pro cognato ordini decurionum erogauit, valet donatio: quia non videtur vxor locupletior facta, quamuis mutuam pecuniam esset exceptura, & pro affine erogatura: non tamen ex necessitate, sed ex voluntate, ita dicit tex. cũ gl. in l. Marcellus. ff. isto titu. Idem si ex tali re donata vxor faceret expensas cõsanguineo studẽti in studio, vel pro eo doctorãdo, vel pro nuptiis: prout fieri solet, per tex. in d. l. Marcellus. Idẽ, si ex tali re vel pecunia donata vxor emeret sibi vnguenta, vel in cõiunto consumpsit, vel si rem donatam conseruauit, & aliud tantundẽ de suo consumpsit: ex tali enim donatione, vxor donataria non est facta locupletior: & ideo valet, & non reuocatur: vt d. l. quod autem. § fi maritus. ff. eo. Secus si hæres donatarij consumpserit in rem inutilem. nam hæres tenetur restituere, vt l. quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad l. Fa. quia satis est, quòd donatarius effectus fuerit locupletior. Superiori verõ casu donatarius non fuit factus locupletior, quia inutiliter cõsumpsit, ideo nõ tenetur reficere. Idem si vxor recepit à marito refutationẽ cuiusdam depositi olim facti patri suo, cuius ipsa nõ fuit hæres, sed recipit eam nomine fratris sui, qui est hæres. Nam ex ista refutatione vxor non efficitur locupletior, & ideo valet. vt d. l. si spõsus. §. concessa. ff. isto tit. ita decidit Bal. cons. cccliij. incipit, quæritur vtrum vxor. in iij. par. consiliorũ. Idem si maritus donauit vxori aliquam rem, vt alteri doneť, & non maneat penes vxorẽ. Nam & tunc valet donatio, quia vxor non est facta locupletior. vt est casus in l. profectitia. §. antepen. ff. de iure dot. quem text. ad hoc allegat Bart. in l. si cum filius. ff. de dona. Ex quo infert, quòd si præter

1. Exẽplũ.

2. Exẽplũ.

3. Exẽplũ.

4. Exẽplũ.

5. Exẽplũ.

Donatio si sic facta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter donat filio, vt filius donet alteri, non autem vt retineat apud se, valet talis donatio inter patrem & filium. de quo dicto exclamat Ludo. in d. l. cum filius. & in l. si donatione. ij. co. C. de colla. & Baptista in repe. l. frater à fratre. ff. de condictio. indebi. q. xv. in fi. Ex istis infertur, quòd si stante statuto, quòd vxore præmoriente maritus debeat habere medietatem dotis & maritus huic lucro futuro renunciet, & vxori permittit, quòd illam dotis medietatem alicui donet: valebit talis renũciatio, & cõsensus, quia per hæc vxor non fit locupletior, ex quo alteri donat. ita notanter decidit Bartho. Soc. con. clxxxix. per plura fundamenta, cuius paulo ante meminimus. Idem si maritus donauit vxori seruũ manumissionis causa. quia tunc vxor non est facta locupletior: vt l. maritus. ff. eo. sed tunc demũ incipit tenere, cùm libertas imponitur. antè autem remanet seruus donantis: & ideo si non manumittatur, seruus remanet. Si verò manumisio erat fienda post certum tempus, anteà facta non tenet: & si erat fienda infra certum tempus. postea facta non valet. resoluitur tamen ista donatio, si fiat diuortium, quia videtur inesse conditio donationi, vt constante matrimonio manumittatur. Idem si talis erat seruus, qui non poterat manumitti: nam tunc tenet donatio. vt hęc omnia probãtur in d. l. quod autem. §. vlti. & pe. & l. si autem. Si tamen seruus erat talis conditionis, vt nunquam ad libertatem produci possit: donatio de eo facta vxori, vt manumittat, non valet. l. si eum seruum. in prin. ff. isto titu. quia non potest per alium manumittere, qui ipse non potest. l. si quis eum qui. ff. de condi. & demonstra. glo. in d. l. si eum seruum. Si tamen seruus talis erat, qui poterat manumitti, & donetur à marito vxori, vt manumittatur: & vxor manumisit: tenet quidem manumisio, cùm ex hac donatione vxor non fit facta locupletior, vt suprà, dictum est. Sed si non manumisit, operas tamen seruo imposuit, vt sibi vel alteri seruiat: bene potest, & tenet obligatio: nec videtur mulier ex re viri locupletior fieri, cùm eas operas libertus promittat. Si quidem mulier manumisit, & pretium pro manumissione recepit: si ex peculio seruus dederit, nũmi remanent mariti. si alius pro seruo dederit, fient nũmi mulieris. ita decidit text. in d. l. si eum seruum. §. si pecunia. Et videtur mirabile, quòd vxor, cui donatur à marito seruus, vt manumittat, etiam si nõ manumiserit, potest ei operas imponere, ex quibus vxor efficitur locupletior. & multo fortius, si manumittat: quia hanc manumissionem non facit ex necessitate, sed ex voluntate, eo quòd cogi non poterat mulier: quia domina non erat, cum donatio inter eam & maritum non tenebat. sed eo momento, quo manumisit, confirmatur donatio, & acquiritur dominium vxori. & desinit ipsa locupletior esse: licet vir remaneat pauperior. ideo non improbatur donatio: vt l. si sponsus. in fine. eodem titulo. Et quia beneficium confert manumisso, dignum est, vt possit operas imponere. ita dicit gl. in dict. §. si pecunia. & Saly. ibi, & in l. manumissionis. C. de op. liber. in iij. oppo. sic intelligens illum tex. & l. qui nummis. eodem titulo. Idem dicas, si vir donauit vxori causa sepulturæ: vt puta, si donauit ei sepulchrum constituendum. Nam valet ista donatio, quia per eam vxor non est facta locupletior, cùm locus ille ad sepulturam destinatus sit, & sic hoc casu vxor corpus intulerit, locum facit religiosum, si autem non intulerit, manet locus donantis. Sed si donatarius ille fuerit illatus, licet morte eius finitũ sit matrimonium, & eo præmortuo videtur revocata donatio, tamen fauorabilius dicetur, locum fieri religiosum vt ista habentur in l. si sponsę. §. concessa. ff. isto ti. & iiij. parti. tit. ij. l. vj. Idem, si maritus donauit vxori, vel econtra, locum ad monasterium, vel ecclesiam, vel hospitale construendum, vel aliam donationem, faceret pro anima vxoris, vt puta, si maritus donauit vxori redditus alicuius hæreditatis, vel fundi, vel aliquas pecunias, vel aliã rem, ad emẽdum ceram, vel oleum, ad illuminandum in ecclesia, vt d. §. concessa. ver. proinde. & d. l. regni. Et ex hoc infertur ad vnum quotidianum, quòd si maritus donauit vxori vel econtra, aliquam rem, vel aliquos redditus, ad constituendum capellam in ecclesia, ad capellaniam faciendam, seu dotandam, vel anniuersarium fiendum, prout quotidie fit, valebit dicta donatio. per d. §. concessa. quod in expresso tenet Hostien. in summa huius tituli. §. quæ donationes à principio valent. in prin. illius §. Et est ratio, quia istis casibus, & aliis similibus, licet maritus donans efficiatur pauperior, vxor tamen donataria non efficitur locupletior, quamuis illa pauperior fieret, si maritus non dedisset, vt d. §. cõcessa. Ex istis etiam infertur, quòd vxor bene potest facere eleemosynam pro se, de bonis viri, eo permittente, cùm ad hoc valeat donatio inter coniuges, vt suprà dictum est. ita tenet Bar. in l. j. in fi. verbis. ff. rerum amo. Idem si maritus expresse non permittat, sed vxor credat eum permissurum, nam ex tunc poterit facere eleemosynam, cõformando conscientiam ad voluntatem mariti, hoc est, faciendo illam, quam præsumit maritum velle, & non aliam. vt voluit Hostien. in summa tit. de pœn. & remiss. §. quibus mortuis. ver. quid de facientibus eleemosynam. & sequuntur Ioan. And. & do. Abb. in c. si quis per necessitatem. infrà, de furtis. Secus dicunt si maritus contradiceret. Nam tunc non posset, nedum de bonis mariti, sed nec de bonis dotalibus: quia dominium rerum dotalium pertinet ad maritũ, constante matrimonio, vt l. docet ancillam. C. de rei ven. De rebus autem alienis non potest quis bonam eleemosynam facere, vt dicit tex. in c. non est putanda. j. q. j. & in c. quod deo patri. xxxiij. q. v. vbi est bona glo. in ver. huius. de qua per Gabrielem. iiij. sentẽ. di. xvj. q. iiij. col. viij. & Ioan. Maioris. iiij. di. xv. q. v. colu. iiij. melius per Albulensem Matth. vj. c. quæ. xxj. Si tamen vxor haberet alia bona vltra dotem, de illis potest facere eleemosynã, etiam marito cõtradicẽte, quia de illis maritus non potest se intromittere contradicente vxore, vt l. hac l. C. de pact. conuentis inter virum & vxorem. & l. maritus. C. de procur. Hodie tamen secundum iura regni non esset hoc sine scrupulo, cum lege caueatur, quòd vxor non possit facere contractum, vel aliũ actum obligatorium, sine licentia & consensu mariti. Foro legum li. iij. tit. fin. l. xiij. in li. j. tit. xj. l. fina. Vnde illæ leges seruantur tam in bonis dotalibus, quàm in paraphernalibus, & aliis quæ habet vxor. Cogitabis, si dici possit quòd si obstante prohibitione dictarum legum possit

vxor

2 6. Exẽplũ. 3 7. Exẽplũ.

Lex regni 8. Exẽplũ.

9. Exẽplũ. Vxor quomodo potest facere eleemosynam.

Sine licentia viri vxor non potest se obligare. Lex regni. Videl. Paris. lium. quæ per istum mitabis.

vxor de bonis suis, quæ habet vltra dotẽ, aliquid donare ecclesiæ, vel alteri pio loco, ignorante & etiam forte contradicente marito. propter doctrinam singularem, quam tradidit Bal. in l. generali. C. de sacrosan. eccle. ad fi. vbi dicit, quòd stante statuto, quòd mulier non possit contrahere, vel testari sine consensu propinquorum: tamen poterit donare ecclesiæ, & sic piæ causæ, sine illa solennitate. & sequitur do. Abb. in repetitio. c. ecclesia. de constitutionibus. xxxv. col. & ibi etiam Fel. col. xvj. ver. alia autem. Anch. in repetitione c. j. eo. tit. xxij. charta. ver. dicit etiã Bal. Ex quo si verũ est, potest inferri ad vnum, quòd vidi in practica. Pater maritauit filiã, cui promisit ducenta milia: vxor † secrete sine marito dedit genero quinquaginta milia. demũ mortua filia, relicto filiolo, qui paulo pòst mortuus fuit, & per consequens successit ei pater, petebantur à genero dicta quinquaginta millia, tanquã donata ab vxore, sine licentia & consensu viri. Opponebatur ex aduerso, q̃ valuit dicta † donatio, vel concessio facta pro dote, quæ est causa pia, vt est tex. in l. cum his. §. si mulier. ff. de condi. indebi. qui tex. alibi non reperitur. de quo videbimus infrà, super tex. in iij. no. in tertio fundamento cõclusionis. Et sic, tanquam in causam piã, dicebatur vxorem fine viro posse donare, propter doctrinã Bal. de qua suprà, de cuius veritate hìc non est tractandũ, quia non est nostra farragor. de qua tamen videas per eundẽ Bal. in l. hæreditas. §. j. ff. de pet. hære. & latius per Ludo. in anthẽ. similiter. xj. col. ver. xvj. C. ad l. Fal. & per eundem cõsi. clxvj. col. j. incipit, viso diligenter. vbi reprehendit Bal. Pro hoc facit l. promittendo. ff. de iure dot. vide Saly. in l. fi. C. eod. vbi ait, q̃ noua solennitas nõ requiritur in dotibus, siue contractibus dotalibus. vide Bal. in l. in generali. C. de sacrosan. eccl. & quę dico infrà, fo. xlj. co. iij. & fo. xxxviij. col. iij. ver. idẽ videtur.

Vxor sine licentia viri potest dotare filiam, quia dos est causa pia. 4 5

Symmae rervm. 1

1 *Fructus consumens, in dubio dicitur factus locupletior.*
2 *Mulier intercedere pro alio non potest, quominus iuuetur Velleiano, fauore tamen dotis pro alio potest intercedere.*
3 *Donatio inter coniuges facta vt dotetur, & maritetur communis filia an valeat.*
4 *Spurium alere & dotare tenetur pater.*
5 *Conferre debet filius post mortem patris, vel matris, quicquid sibi pater vel mater dederit, vt matrimonium contrahat, seu tempore contracti matrimonij.*

§. XLVI. 10. Exemplum. Vxor donat marito, vt ex eo detur filia cõmuni.

EX PRAEDICTIS etiam infertur, quòd si vxor donat aliquã rem marito, vt ex ea constituatur dos filiæ communi: talis donatio bene valet. Casus est singularis, secundum Bart. ibi in l. siue vxor. ff. isto titu. ad idem est bonus tex. in l. 2 proficitia. §. si quis certam. ff. de iure do. vbi dicitur, quod si vxor aliquid dedit marito, sub ea conditione, vt pro filia genero in dotem daret: valebit quidem hęc concessio, quia non videtur marito donasse, quia non dedit ad hoc, vt ipse habeat, sed vt genero pro filia expedat. Quod si non expenderit, remanet vxoris, & potest illud condicere. Ad idem est bonus text. in l. cum vxor virum. eodem titulo. vbi litera dicit, cum vxor virum suum, quam pecuniam sibi deberet, in dotem filiæ communis dare iusserit, & id fecisse dicatur: puto animaduertendum esse, verum eam dotem suo, an vxoris nomine dederitili suo, nihilominus debere pecuniam vxori nisi vxoris nomine dederit, ipsum ab vxore liberatum esse. Ad idem est casus singularis in l. Lucius. ff. quibus mo. pign. vel hypothec. soluitur. vbi dicitur, quòd si maritus erat debitor vxori in certa quantitate, sub hypotheca aliquorum prędiorum, eadem prędia cum vxore sua filiæ suæ in dotem dedit: per hoc videtur vxor consensisse marito donanti, & iuri hypothecæ renunciare. vide Alexandrũ consi. xlvij. iij. col. Et quamuis tex. in d. §. si quis certam. dicat hanc nõ esse donationem: intellige stricte & proprie. Iarge tamen negari non potest, quin vxor in effectu videatur marito donasse, cùm maritus teneretur filiam dotare: vt l. si. C. de iure doti. & nisi vxor illud donasset, maritus necesse haberet aliud tantundem pro dote filiæ genero promittere. Et ita ex ista donatione veritate inspecta, vxor efficitur pauperior, & maritus locupletior: vnde non videbatur debere valere hanc donationem, per tex. ad hoc singularem in l. Marcellus. iuncta glo. ff. isto titu. vbi si vxor accepta pecunia sibi donata à viro, eam erogauit in sportulas, pro cognato ordini decurionũ: valet ista donatio, quia vxor nõ est facta locupletior: quia ex necessitate nõ erat erogatura illã pecuniã pro cognato. Ergo si ex necessitate illam erogare debuisset videretur facta locupletior; & per consequens donatio non valet. Vnde sic videretur dicendum in casu nostro, nisi aliter esset cautum iure. Ad idem facit textus no. in l. sed si lege. §. quod autem. ff. de petitio. hæredi. vbi colligitur doctrina singularis, quòd bonę fidei possessor dicitur factus locupletior, ex fructibus consumptis in rebus, ad quas ipse aliàs tenebatur. quod dicit Angelus ibi fore notãdum. In dubio autẽ, reus † fructus consumens, dicitur factus locupletior, secũdum Angelum ibi, & in l. verum. eodem titulo. vbi videas Moderniores. & tene menti. Nec video aliud, quod hoc casu dicere possimus, nisi quòd illud contingit fauore dotis, & matrimonij contrahendi: sicut videmus in simili, quòd licet aliàs inter patrem & filiam familias non valeat donatio in profecticiis: vt l. ij. C. de inoffi. donat. tamen si pater aliquid dat, vel promittit pro dote filiæ familias valet. vt l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. ercis. & habetur per glo. in l. ij. quæ idem dicit in donatione propter nup. quæ fieret per patrem pro filiofamilias accipiente vxorem, & no. in l. ij. §. j. ff. so. ma. de quo aliquid tactum est in præcedentibus. de quo videas Paul. de Castro, consilio cv. qui pulchrè loquitur, & Baptistam in re. frater à fratre. circa finem. ff. de condictio. indebi. & bonum textum in l. si extraneus. ff. de condictio. ob causam. Idem dicimus de † muliere, quæ pro alio intercedere non potest, quo minus iuuetur Velleiano: vt l. antiquæ. C. ad Velleian. & quasi per totum. fauore tamen dotis bene potest pro alio intercedere, vt quòd detur alicui mulieri dos, vt dicit tex. in lege fina. C. ad Velleia. & quinta pars. titu. xij. l. iij. Hinc est, quòd vxor vnà cum marito potest promittere dotem pro filia, & intercedere, vel fideiubere pro marito, & se pro illo obligare, secundũ Bald. post Iaco. de Bellouisio.

Solutio ad arg. cõtra. hoc contingit fauore dotis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.j.ff.so.matri.de quo ibi per Franciscum Are. co.xij.cui hoc non placet. vide per eum, & alios Moderniores hodie, videas legem regni Tauri lij. quæ disponit, quòd si maritus & vxor simul do tem promittût pro filia, vel donationem propter nuptias filio, debet solui de bonis constante ma trimonio acquisitis: & si bona acquisita non sint, quilibet soluit medietatē de aliis bonis propriis, quo uis modo sibi competētibus. Sicut ergo hoc casu, & aliis infinitis, de quibus per omnes, in l.j. ff.sol.mat. fauore dotis & matrimonij multa per mittuntur, quæ aliàs sunt prohibita: pari ratione idem dicemus in casu, de quo agitur, vt valeat do natio facta inter coniuges, vt dotetur & marite tur communis filia. Hoc tamen intelligo, quan do res ab vxore donata marito pro filia dotanda, non esset dotalis. Nam illa etiam de cōmuni con sensu viri & vxoris non potest dari filię in dotem, & si detur, potest vendicari à viro constante matrimonio, & ab vxore eo soluto, nisi interueniat iuramentum. Istud est mirabile dictum Spec. tit. de emp. & ven. §. iij. loco. iiij. colum. verſi. quid ergo si vir. quod tene mēti. cum quo trāsit Cam petius in suo trac. dotis iiij. parte. q. xxv. de quo memini infrà, co. ccxxv. verſi. tamen non sunt bo na. vide quæ ibi dicam. Istud dictum Spe. sequitur Ioan. de Imo. in c. cùm contingat. de iureiur. fo. vij. aliàs col. xix. ver. scias etiam. Quod maxime procedit, quando maritus non habet bona, ex quibus soluatur vxori, vt dictum est suprà, colū. lxxviij. verſi. intellige tamen. Sed contra dictum Spe. videtur facere tex. in l. quamuis. ff. sol. ma. vbi liberatur maritus soluens vxori dotem, ad fi liam dotandam. ad idem facit lex Tauri lij. præal legata. in quantum videtur dicere, quòd si vxor vnà cum marito dotem filiæ promiserint, & non sint bona superlucrata, vterque soluet medieta tem ex quibuscunque bonis suis: & consequenter de bonis dotalib. Tene mēti, & cogita, & intellige quādo pater erat locuples, & diues, ita q. poterat filiā dotare, tunc enim dotandi onus ad ipsum spe ctat, nō ad matrē, adeò q. si pater & mater sibi pro mittunt dotē pro filia obligando se ipsos marito, tunc mater videtur magis intercedēdi animo pro marito promittere, quàm de suo aliquid donare. Secus, si vir non esset potēs ex seipso dare dotem promissam, & mater erat diues. Nam tunc mater diues videtur se obligare de suo, & datum seu solu tum non repetet, per id quod habetur in d.l. fi. C. de dotis promissi. vbi dicitur, quòd si pater est inops, & mater diues, illa tenetur filiam dotare. vt etiam voluerunt Bart. & Bald. in authen. res quæ. C. communia de lega. & ibi Iaso. iiij. col. Ista est noua & singularis decisio Bal. Nouelli in tra ctatu, de dote. charta xix. iij. col. aliàs in vj. parte. in iij. priuilegio. in iij. co. ver. vidi etiam de facto. & dicit se ita consuluisse. Si ergo in casu, in quo Speculator loquitur, maritus erat inops, vxor ve rò locuples: & per cōsequens teneatur filiam do tare si ipsa vnà cum marito, vel maritus ea consen tiente dotet filiam de suis bonis dotalibus: be ne crederem, hoc casu valere dictam constitutio nem dotis, ita quòd non sit locus repetitioni.

Quæstio. Ex prædictis decidi potest quæstio, de qua aliàs fui consultus. vxor constante matrimonio cùm ex illo matrimonio filios non haberet, donauit marito certas res, vt eas donaret filio spurio, vel naturali mariti, ad matrimonium contrahēdum: deinde præmortuo marito, vxor repetebat res illas à filio, tanquam proprias: obiiciebatur sibi de donatione facta marito imo potius filio natu rali: per tex. in d.l. profectitia. §. si certam rem. ff. de iur. do. Ex parte mulieris dicebatur, dictam donationem nullo modo valere per prædicta. & ita fuit decisum, quodammodo effectus est locu pletior maritus, qui aliàs † tenebatur filium ale re, & dotare: vt no. in c. cùm haberet. suprà, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adul terium. & dicetur latius super tex. istud autem cuitauit propter donationem vxoris. ergo &c. Et secundum prędicta intelligo, & limito l. regni, Foro legum, libro iij. titulo vj. l. xiiij. quæ incipit, toda cosa. quæ dicit, quòd quicquid pater vel ma ter † dederit alicui filiorum suorum, vt matrimo nium contrahat, seu tempore contracti matrimo nij, si pater vel mater, qui sibi dedit, moriatur, te netur filius illud ad collationem adducere. Idem vult l. iij. titu. iiij. v. parti. & l. iij. titu. xv. vj. parti. quæ fuerunt sumptæ ex l. si pater. & l. pactum. in fi. & l. filiæ. & l. vt liberis. C. de coll. Suddit tamen dict. l. Fori, & in hoc reputo eam singularem: q. si maritus & vxor simul promiserunt, & tradide runt dotem vel donationem propter nuptias pro filia vel filio: & alter eorum moriatur, vt puta ma ter, si vult succedere matri, debet adducere ad collationem, cum aliis fratribus, medietatem eo rum. quæ fuerunt sibi data in dotem, vel donatio. propter nuptias. Et vult notabiliter illa l. quòd non solum potest mater dotare filiam suam, quan do hoc exprimit, & solam dotem concedit: vt l. si dotare volens. C. ad Velle. & facit text. in l. si ma ter vestra. C. de do. ante nup. sed etiam potest & videtur dotare, quando simul cum patre promit tit, & tradit dotē: quod videtur mihi satis notan. & contra decisionem Bald. Nouelli, de qua suprà. Sed inteligo illam l. sanè, quando vxor haberet bona paraphernalia, vel alia bona extra dotem: vel haberet bona super lucrata cōstante matrimo nio. Nā de illis ego intelligerē dotem esse cōces sam, maxime quia de illis potest maritus constan te matrimonio ad libitum disponęre, dummodo fraus & dolus absit vt dicit lex regni, quā rex Hen ricus quartus in Nieua promulgauit, anno Mcccc lxxiij. Et cùm illa bona sint cōmunia viri & vxo ris, vt Foro legū li. iij. tit. ij. l. j. de illis intelligerem factam donationē propter nuptias vel dotis con stitutionem. Si autem nō sunt bona superlucrata, crederem factam medietatem ex bonis mariti, & aliam medietatē ex bonis vxoris nō dotalibus, si habet, aliàs autē de dotalibus nihil dicerem esse donatū, propter dictum Spe. de quo suprà, quia etiam propter dotem filiæ constituendam non re perimus, quòd bona matris dotalia possint alie nari, nisi interueniat solennitas aliàs requisita.

Quæstio. Et ex istis inferri pót ad decisionē quæstionis, de qua aliàs fui cōsultus. Maritus & vxor simul pro miserunt dotem filiæ, & genero non tradiderunt, contracto inter eos matrimonio obiit pater, ge ner petebat medietatem dotis à socru, volebat in super succedere in bonis soceri, vnà cum aliis hæredibus. Ex parte socrus obiiciebatur, quòd illa non tenebatur filium dotare, sed pa ter, vnde quamuis simul cum patre promitteret, videbatur hoc fecisse animo intercedendi, non animo

Lex regni. *Pro l. regni. Addi l. Tauri lij. Quòd ma ter cum pa tre promi sit dotē, re netur ipsa ad mediet. tem dotis, de aliis bo nis non dotalibus.*

Limitatio. Nisi quando res ab vxore donata pro filia dotāda es set dotalis, & pater nō est inops.

Lex regni.

animo donandi. Consului secundum distinctionem præmissam. Hodie autem per l. iij. de Toro. si maritus & vxor simul promittût dotem vel do nationem propter nuptias filio cōmuni: soluen dum est de bonis constan. matrimo. acquisitis: qui bus non constantibus, ambo æqualiter soluent. Si fit, maritus solus dotem promisit filiæ vel filio donationem propter nup. soluetur ex bonis con stante matri. acquisitis, quibus non constantibus, soluetur ex bonis mariti. Ista menti commenda tanquam ab alio non tacta. Et cogita super illis, quia effectus est magnus. Nam si socrus tenetur ad medietatem dotis promissæ, quamuis ea mor tua gener & filia volentes ei succedere, teneantur illam medietatem ad collationem adducere: fru ctus tamen medij temporis habebūt præcipuos, tanquam fructus dotis seruientes oneribus ma trimo. vt l. pro oneribus. C. de iure do. & c. salu briter. infrà, de vsu. vnde non tenebuntur eos ad ducere ad collationem, vt l. fundus qui dotis no mine. ff. fami. er. & l. cùm oporteat. §. cùm autem. C. de bon. quæ li. Poterunt etiam, si voluerint, illa dote contenti abstinere ab hæreditate mater na, vt l. fuit quæstionis. ff. de coll. bo. Item si ma ter meliorauerit aliquem ex filiis in iij. parte bo norum, non deducetur tertia de ista dote, cùm non videatur esse in bonis matris, vt d.l. fuit quæ stionis. Debet ergo intelligi de bonis, quæ in præ senti possidet, vt l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. cum aliis pluribus, de quibus aliàs deo dante dicetur, quia non est præsentis speculationis. De ista quæ stione vide Bald. in l. si quando. §. j. & in l. si non mortis. C. de inoffi. te. & in l. fina. C. de dotis pro mis. cuius meminit Lan. de Palatiis, in tract. de sta tuto, fœminas excludente. col. xxj. ver. sed in fili qui pulchre loquitur, vide etiam Pau. de Ca. cōsi. ccvj. in ij. arti. sed hodie per ll. regni, editas Tauri. xix. xxiij. xxix. in fi. decidit, quòd debet attendi tempus mortis. vt latè dico infrà in c. per vestras. §. sed pulchrum est videre.

Melioratio de bonis præsentib.

Svmmae rervm.

1 *Donatio remuneratoria permittitur inter coniuges.*
2 *Donare potest libertus amicis bene merentibus.*
3 *Bona ecclesiæ donari non possunt, tamen propter re muneration em donari possunt.*
4 *Donationem remuneratoriam pro seruitio facto ec clesiæ potest facere solus prælatus.*
5 *Donatio remuneratoria non potest prætextu metus reuocari, nec etiam propter ingratitudinem do natarij postea secutam.*
6 *Donatio, quæ de sui natura propter causas ingrati tudinis reuocari potest, si fiat propter merita & seruitia, nullo modo potest reuocari.*
7 *Feudum propter remunerationem vel seruitium ali cui concessum, puta quia liberauit dominum ab hostibus, vel à vinculis, non potest ulla causa etiam ingratitudinis reuocari.*
8 *Donatio remuneratoria valet sine insinuatione, li cet excedat quingentos solidos.*
9 *Exceptio ne quis conueniatur vltra quàm facere potest, non habet locum in donatione remunera toria.*
10 *Necessitas non habet meritum, sed voluntas.*
11 *Mulier consentiens obligationi viri, vel se, aut rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probet in rem eius versum.*
12 *Donatio reciproca facta inter coniuges, constante ma trimonio, valet. & num. 17.*
13 *Donatio excedens summam quingētorum aureorum sine insinuatione non valet.*
14 *Donatio mutua, siue vicissitudinaria, non eget insi nuatione.*
15 *Ex iuramento promissorio alia causa non subsisten te, non oritur efficax obligatio, vel actio.*
16 *Pactum reciprocum inter filias, cum consensu mari torum, quòd altera earum decedente sine filijs, eius dos ad alteram perueniat, vel eius filios, iure primogenitura, vel aliàs, an valeat.*
18 *In contractibus non debet inspici euentus damni, sed principium.*
19 *Donatio reciproca facta inter coniuges, si fiat ex in terualllo, an valeat.*
20 *Consensus duorum, quando ad validitatem actus requiritur, satis est quòd interueniat ex inter uallo.*
21 *Interuallum medij temporis non vitiat obligationem.*
22 *Compromissum in arbitros, vel arbitratores, potest fieri per partes, compromittendo seorsum vna ab altera, & per vltimum consensum confirmatur primus.*
23 *Permutatio beneficiorum potest fieri cum interuallo temporis.*
24 *Donatio remuneratoria permissa est inter coniuges.*
25 *Benemeritus dicitur qui aliquod insigne seruitium alteri fecit. & numero 28.*
26 *Donatio remuneratoria vel reciproca inter coniuges quatenus est correspondens alteri donationi, facta vel merito valet: sed in eo quod excedit est nulla.*
27 *Spurio filio potest relinquere pater pro alimentis, dum tamen non excedat modum.*
29 *Donatio facta à patre filio ob benemerita, valet, quando sunt æquiualentia donationi.*
30 *Prælatus donare potest pro remuneratione merito rum & seruitiorum circa ecclesiam facto rum.*
31 *Remunerationes debent esse iuxta seruitij meri tum.*
32 *Donatio remuneratoria facta inter coniuges, valet vsque ad æquiualentiam meritorum, vel seruitiorum, & non vltrà.*
33 *Vxor tenetur seruire viro.*
34 *Donatio reciproca inter coniuges non valet, quan do donatum ab vxore non erat suum.*
35 *Donationem remuneratoriam perdere non debet mulier, licet transeat ad secundas nuptias.*

Limita secundò prædicta, vt non valeat do natio facta inter cōiuges, constante matri monio, quando donatio est omnino pura, vt est illa, quæ nulla ratione cogente fit, sed sola liberali tas est causa donationis, dicit tex. in l. j. ff. de dona. & not. in l. donari. ff. de reg. iur. & in c. j. suprà, de dona. & in l. nec ignorans. C. eod. Secus tamen est in donatione facta ab causam, vt est † donatio re muneratoria, quæ inter coniuges permittitur, vt est tex. in l. quod autem. §. si vir. ff. isto tit. vbi dici tur, quòd si maritus donat vxori vnam rem, & vxor vnam aliam marito, fit hinc inde compēsatio. facit in simili glo. communiter approbata in au then. vnde si parens. C. de inoff. testa. & in l. si do nationem. C. de coll. quæ dicit, quòd licet dona

§. I. 2. Limitat. Donatio re muneratoria inter cō iuges per mittitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, quam facit pater filio fami. non valeat, vt l. do nationes. C. isto tit. glos. in c. fi. infrà, eodē. tamen donatio remuneratoria propter merita, vel seruitia, bene valet. no. etiam per Bar. & alios in l. si forte. ff. de castrensi peculio. & in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. & in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bono. per Abb. in c. fi. in fi. infrà, eo. est text. optimus in l. vius. ff. si quid in frau. pa. vbi † libertus potest donare amicis benemerentibus. tangit gl. sed non bene explicat. in l. si voluntate. C. de dotis promi. sed doct. ibi simpliciter tenent conclusionem prædictam, & Ang. in l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. Abb. Ana. & Maria. in c. cum in ecclesiæ. infrà, de. simo. doctores in l. si diuortio. ff. de ver. ob. Ad idem facit in simili bonus tex. in c. per tuas. suprà, de dona. & in c. quicunque. & c. eccle. fiasticis. xij. quæstio. ij. quæ iura volunt, quòd licet regulariter † bona ecclesiæ non possint donari, vt per totū titulum. suprà, de rebus ecclesiæ non alie. tamen propter remunerationem donari possunt, quia bona aliàs prohibita alienari, vel donari, alienantur seu donantur propter remunerationem. vt est text. no. in l. diuus. ff. de bonis damna. est bonus text. & ibi no. in c. relatum. ij. suprà, de testa. & in c. cum in officiis. eo. tit. & in c. cum creatura. suprà, de celebrat. missa. Plura de donatione remuneratoria videas per Andræam Siculum consil. xxviij. incipiente, à Ioue. iij. volu. & in repertorio Felyn. in partem don. quæ per te videre poteris. Et hinc est, quòd si episcopus aliquid dedit ecclesiæ, & postea tandem alienat ab ecclesia, valet alienatio, quia hoc videtur fecisse ex voluntate ecclesiæ. arg. l. dotem. ff. soluto matrim. ita dicit glo. not. in cap. si quis quolibet. xij. q. ij. Hinc est etiam, quòd solus prælatus potest facere donationem remuneratoriam pro seruitio facto ecclesiæ, vt volunt Ioan. Andr. quem alij sequuntur in cap. fraternitatem, suprà, de donat. Quod intelligo, etiamsi prælatus, vel quiuis alius, faciens donationem remuneratoriam, metu esset inductus ad illam faciendam: quia nihilominus † valet, nec potest reuocari prætextu metus. vt est casus valde singularis in l. metum. §. sed licet. ff. quod metus causa. quinimo non reuocatur propter ingratitudinem ipsius donatarij postea sequutam: vt est text. singularis, & ibi Ange. in l. si pater. §. j. ff. de donat. idem glo. quam approbat Bal. in l. fin. C. de reuocan. donat. not. Abb. in cap. fin. suprà de donat. Ludouic. singul. dxxxij. incipit, donatio reuocatur. dicens hoc esse menti fixum tenendum. de quo etiam per Bald. in l. qui se patris. viij. col. C. vnde libe. & per Alexan. consil. cexiij. & ccxvj. in ij. vol. & ix. ij. col. in iij. volu. Iaſ. in l. ex hoc iure. xj. col. ff. de iusti. & iur. vbi ponit multa de hac donatione remuneratoria, quæ videas per te. Ex istis infertur, quòd si princeps concedit alicui priuilegium gratuitum, per quod est ius sibi quæsitum: potest illud etiam sine causa reuocare, vel modificare: vt l. qui fundos. C. de omni agro deserto. lib. xj. & tenet Bal. in l. nuptæ. ff. de senator. & in l. qui se patris. C. vnde liberi. octaua colum. versic. & scias. Contrarium tamen sentit consilio ccxxvij. in priincipio. incipit, pridie. in tertia parte consiliorum. Sed non est mere priuilegium, vel donatio, sed conuentio: tunc non potest reuocare, nisi secundum ipsius rei naturam: vt l. fundi. C. de fundis patrim. libro decimo. Vnde si princeps recipit pretium pro priuilegio, significat venditionem, quamuis vteretur verbo, indulgemus, vel simili verbo. Itaque esset irreuocabilis contractus, & non priuilegium. argumen. l. fina. C. de prædiis curi. libro x. vide post Bartol. & alios Alexan. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publ. ij. colum. Si ergo princeps prætextu concessionis aliquid sit lucratus à suscipiente, puta aliquam donationem, seu factum, quod habeat perpetuam commensurationem, cum re concessa, tunc non potest reuocare, quia committeret dolum: vt ff. de dolo. l. si cum mihi. ita tenet Nicol. de Matar. in l. vna. C. de Iustin. Codi. compon. quem refert & sequitur Bal. in d. l. qui se patris. de quo exclamat Ludo. Rom. sing. cccclix. incipit, at iudex Mediolan. Iaſ. in l. j. v. col. in fine. C. de iure emphy. Alexand. consil. ccxvj. ij. col. ij. volum. ad hoc allego text. not. in l. pen. ff. de dona. vbi est casus, quod illa † donatio, quæ de sui natura potest reuocari propter causas ingratitudinis, si fiat propter merita & seruitia, nullo modo potest reuocari. Ex iis aliàs contingentia facti. Dicebant quidam aduocati, quòd cùm rex Henricus fecit donationes, & concessiones quamplurimas magnatibus huius regni propter eorum merita, & seruitia, non potuit ex postfacto illas modificare, addendo conditionem, quòd intelligantur pro filio maiore eius, cui donatur: eóque sine filiis decedente, redeant res donatæ ad ipsum regnum. Vide Ludouic. consil. lxxviij. & latius dicetur infrà, §. vij. aliàs §. lxix. ali. fol. xliij. iij. col. hinc est, quod donatio remuneratoria non reuocatur propter sequentem ingratitudinem. Vnde si quis alicui † feudum concessit, ex eo, quòd eum à morte liberauit, vel ab hostibus, vel à vinculis, nulla causa, etiam ingratitudinis poterit reuocari: secundum Bal. in cap. j. §. fi. quæ fuit prima cau. benef. amit. & in cap. j. colum. nj. an mutus vel surdus. & sequitur ibi Martin. de Laud. prout refert Iac. de sancto Georg. in tractatu feud. fol. xxxiiij. colum. fin. allegant ad hoc text. in l. si pater. §. j. ff. de donat. vbi vi. Glan. & in l. fi. C. de reuoc. dona. Barbat. in capitulo finali. columna secunda, de donationibus. quod not. Donatio enim remuneratoria non iudicatur per regulas aliarum donationum: vt apparet ex prædictis, & facit textus in l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. vbi † donatio remuneratoria valet sine insinuatione, licet excedat quingentos solidos. & ibi latius per glo. & Bartolum, & alios. Adidem facit, quod voluit Angel. in l. sed hoc ita. ff. de re iudica. vbi dicit, exceptio, † ne quis conueniatur vltrà quàm facere potest: non habet locum in donatione remuneratoria. quamuis in aliis sit secus, vt ibi latius per eum. Ratio prædictorum potest esse, quia donatio remuneratoria non est propriè donatio sed potius est quædam permutatio, secundum Abbatem in rubrica, de donationibus. est textus in lege, sed si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredit. tenent Bartolus & Baldus in proœmio Digestorum. Abbas in capitulo, cùm in ecclesiæ corpore. infrà, de simonia. quia dare ei cui aliquid debetur, non est donare, sed debitum soluere. vt lege penultima. ff. de ritu nuptiarum. necessitas † enim non habet meritum, sed voluntas. vt l. si seruo fideicommissaria. ff. de hæredib. instituend. & l. vnum ex familia. §. primo. de legat. ij.

Inalienabilia alienantur propter remunerationem.

Remuneratoria non iudicatur per regulas aliarum donationum.

gat. ij. traditur per Bald. in l. ex placito. ij. colum. C. de rerum permut. vbi dicit, quòd confirmatio debita non est donatio. Si ergo non est propriè donatio sed permutatio, non est inter coniuges prohibita, & propterea valet maximè, quia tantum abest à donatore, quantum sibi adest. & ita nec donator fit locupletior. Ex hoc infertur, quòd licet mulier consentiens † obligationi viri, vel se aut rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probet in rem eius versum: vt in authent. si qua mulier. C. ad Velleian. Si tamen, quando mulier consentit, vir dat sibi rem aliam æquiualentem in cambium, & istud cambium est vtile mulieri, valet eius consensus: vt l. fin. ff. de iure dot. & authen. siue à me. ibi: nisi alias res, &c. C. ad Velleia. & ibi habetur per Cyn. ita tenet Bald. in dicta authent. si qua mulier. penult. colum. Subdit tamen, quòd consilium est, quòd prius fiat permutatio, & demum adhibeatur consensus. Ex hoc etiam infertur, si mulier à principio dedit dotem, & etiam fuit pacta, quod ipsam aleret suis sumptibus. quod quidē pactum valet: vt l. si quis pro vxore. in fi. ff. isto tit. & l. purè. ff. de doli exceptione. si tamen vir postea constante matrimonio donauit fructus dotis mulieri vt ipsa subiret onera matrimonij, valet illa donatio: licet vir ipse non teneretur illos concedere, propter præambulum pactum: quia ista donatio non est omnino pura, sed ob causam, vt ipsa subiret onera matrimonij. de hoc est casus rectè intenti in dicta l. si quis pro vxore, in fin. Ad cuius confirmationem facit text. in l. fi pater puellæ. C. de inoffic. testam. vbi propter reciprocum fideicommissum inter filios factum, non censentur filij grauati, vt eis querela competat: quia habent æqualem spem, & dubius est euentus, & procedit etiam si alter eorum sit minor: quo casu nō potest in integrum restitui, vt est tex. in l. fideicommisso. C. de transact. quem pro vnico commendat Bald. ad hoc in l. cùm Archimedoram. in princip. C. vt in posses. leg. & facit secundum eum, quod not. in l. cùm donationes. eod. titu. est optimus tex. in d. l. si pater puellę. per quem text. dicebant ibi Cy. Bald. Salycet. Paul. Alexand. & alij Moderniores, quòd valet † donatio reciproca facta inter coniuges constante matrimonio, hoc modo: Si contingat alterum præmori, superstes habeat bona: quia hic non est mera liberalitas. Ex istis infertur, quòd donatio remuneratoria non computatur in tertio & quinto, de quibus pater potest disponere, prout leges regni volunt: quia est permutatio, vel debiti solutio, vt hic dicitur. est hoc de mente Bald. in l. hac edictali. in princip. versi. modo statim emergit talis quæstio. qui pulchrè loquitur, videas per te istam quæstionē, à me quæsiuit baccalaureus Ioan. Merino de Villar, pædagogus meorum filiorum, nunc autem Guardianus Delabroso, nomine frater Ioannes de Santarum, & hoc respondi. Item, quòd talis donatio remuneratoria non confertur, si debitum probatur, vel meritum. Baldus in lege, si donatione. finali columna. C. de collationib. illud dictum in dicta lege, si pater. reputat singulare Ludouicus Romanus in singul. incipiente, not. quòd prohibiti inter se donare. vbi dicit se mirari de Bald. in dicta leg. si pater. qui nititur authoritate Cyni, cùm de hoc sit textus expressus in loco ordinario, scilicet, in lege, quod autem. §. si vir & vxor. ff. isto tit. suprà allegata. Dicit tamen Iason in dicta lege, si pater. quòd Baldus neglexit allegare illum textum: quia nihil facit ad propositum. ibi enim donatio mutua ex vtraque parte, re ipsa habet effectum, & consequenter neuter fit pauperior, vt ibi dicit textus, & ideo valet ex vtraque parte. Sed in casu nostro, quamuis ista donatio sit reciproca, tamen re non habebit effectum nisi in vno: etsi incertū sit in quo. Et sic multum differt iste casus à præcedenti, & ideo repone memoriæ hoc dictum doctorum, pro quo in specie nescio textum qui hoc dicat. Confirmari tamen potest per aliqua similia, secundum Iasonem vbi suprà. Primò, quia licet donatio, quæ excedit † summam quingentorum aureorum sine insinuatione non valeat: vt l. sancimus. C. de donationib. Bartol. & alij in lege. Modestinus. ff. eodem. Baldus in lege illud. C. de sacrosanct. eccles. tamen † donatio mutua vel vicissitudinaria, non eget insinuatione. iuxta notata in dicta lege, Aquilius. & tenet Angel. consilio centesimo septuagesimo nono, incipiente, visis prædictis instrumentis. penultima columna. vbi solùm mouetur, quia non est propriè donatio. Idē consuluit Franciscus de Curte, cōsilio quinquagesimo septimo, incipiente, circa hoc. hoc idem voluit Oldrad. consil. cxxxix. quod incipit, ad habendum. Ioannes Andr. in additionibus ad Specul. titul. de instrument. edit. §. porro. penultima columna. vbi dicunt de duobus fratribus habentibus bona paterna in communi: & quilibet eorum donauit alteri partem suam, quam superuiuens haberet: opponebatur, quòd ista erat donatio, quæ sine insinuatione non valet. Dicunt ipsi contrarium, imò quòd valeat. & ita fuit decisum, quia non est mera donatio, sed vicissitudinaria. & hanc decisionem sequuntur Albericus, & Salycet. in lege finali. C. de pactis. Imol. & Ludouicus Roman. in dicta lege, Aquilius Regulus. Alexand. in l. licet inter priuatos. finali columna. C. de pactis. & consilio vigesimo octauo, tertio volumine, incipit, ponderatis. vbi dicit, tale pactum etiam cum iuramento non valere. & sequitur Iason in dicta l. licet. in fine. Secundò facit: nam qui conuenit ne teneatur de euictione: tamen re euicta tenetur ad restitutionem pretij. l. emptorem. §. finali. ff. de actio. empt. tamen vbi est mutua traditio, & ita conuentum est, re euicta non tenetur aliquis etiam ad pretium. glos. est singularis *a* in l. si familiæ. in glo. secunda magna, circa medium. C. familiæ erciscund. Tertiò facit, quia licet de iure ciuili ex † iuramento promissorio, non subsistente alia causa, non oriatur efficax obligatio vel actio. l. vt iurisiurandi. in princip. & ibi Bartolus ff. de oper. libert. Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. tamen quando partes inuicem iurarent, oriretur de iure ciuili actio præscriptis verbis, propter vicissitudinem. ita sub dubio forte tenet Bald. in cap. primo. §. item sacramenta. finali columna. in princip. de pace iuramen. firman. libro feudorum. Quarto facit, quod not. tenet Angel. consil. cclxix. quod incipit, punctus est in anno domini, &c. in penultima columna, vbi dicit, quòd licet promissio vnius principis facta alteri de non recipiendo bannitos, vel eius rebelles, intelligatur de his, qui in præsenti ban-

Reciprocitas.

Reciproca non cōstringitur regulis cōmunibus.

1. Simile.

Exceptio. Valet inter coniuges donatio reciproca, &c.

2. Simile.

a Illa glos. est no secundū Paul. in l. emptorē. §. fi. hic alleg. per quē vide alies dnos no. casus in quibus ad pretium nō tenetur, qui pactus est de euictione non teneri. Ioā. Bern.

3. Simile.

4. Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niti sunt.l.si ita.ff.de auro & argento lega. tamen mutua promissio facta inter duos principes, vel duas ciuitates, refertur etiam ad futuros, ratione vicissitudinis. & ita dicit fuisse de mente Bart. in dicta lege si ita. Quintò facit illud, quod not. voluit Bald.in c.significauit.de rescriptis. in principio.vbi dicit,quòd si quis à principe emerit Comitatum, ita transmitteret ad hæredem fœminei generis,sicut quamlibet hæreditariam rem: quia ista non est vera donatio,sed venditio,ex quo interuenit pretium: & propterea non iudicatur de eo,sicut de feudo,quod non transit ad fœminam, vt ibi per eum. quem refert Andræas de Isernia in cap.primo.§.& quia. qui feud. dare pos. libro feudorum. & ibi latius Præpositus Alexandrinus xvj.columna. Ex quibus omnibus aliqui audent
16 valere pactum † reciprocum inter filias,cum consensu maritorum, quòd altera earum decedente sine filiis,eius dos ad alteram perueniat; siue ad eius filios,iure primogenituræ, vel aliàs, quamuis per hoc fiat deterior dotis conditio, maximè si de patris consensu fiat:per l.fin.C.de pact.quod tamen ad præsens non firmo,sed cogitandum relinquo,quia lis est sub iudice. Alibi forsan dabitur scribendi locus accommodatior, examinando intellectum legis,de die. cum tribus sequentibus. ff.de pactis dota. de quo aliquid tangam super textu in v.intellectu. §.secundo. verficul. sed quamuis iste intellectus. Cùm ergo his casibus,& aliis similibus, ratione vicissitudinis permittatur illud,quod aliàs est prohibitũ, pari ratione idem erit in donatione facta inter coniuges reciproca, seu vicissitudinaria,vt debeat permitti: quamuis aliàs simplex donatio esset prohibita. Et procedit hoc etiam si fieret prædicta † donatio reciproca omnium bonorum præsentium inter virum & vxorem,quamuis dicatur, quòd sit donatio inter viuos,& & non possit reuocari. iuxta legem, vbi ita donatur. ff.de donatio.causa mort. Nam talis donatio statim erit valida, & non indigebit confirmatione per mortem,& etiam non interueniente traditione, post mortem poterunt bona peti. ita notab. dicit Paulus de Castro in dicta lege, si pater puellæ. in fine. quod dicit fore singulare, & menti tenendum, quia est vtile, & potest frequenter contingere, secundum eum. de quo meminit Bartholomæus Cepolla, in cautelis, centesima vndecima,quæ incipit, donatio inter virum & vxorem. dicens, quòd ista donatio mutua vel reciproca,videtur fieri sub conditione si alter alteri præmoriatur: sicut fiunt aliæ donationes conditionales inter viuos. Vnde altero præmoriente, videtur in eo purificata conditio, fauore superuiuentis:& ideo valet quo ad eum: non ad alium præmortuum in quo deficit conditio. ita debet intelligi dictum Pauli, secundum eum. Et hoc maximè, si in tali donatione omnium bonorum interuenit iuramentum, de non reuocando: nam tunc indistinctè valet secundum eundem Paulum,consilio septuagesimosexto, incipiente,notandum.in secundo volumine.de quo infrà in tertia limitatione. Idem dicit Cepolla, quando donatio reciproca esset facta inter coniuges simpliciter, sine aliqua conditione: nam tunc altero præmoriente, confirmatur donatio superuiuenti, & si ambo simul moriantur, & nesciatur quis primo, confirmatur vtraque donatio. vt lege,cùm hic status. §.si ambo. versiculo, proinde.ff.isto titulo.intellige,interueniente traditione, vel alio, quod loco traditionis habetur: vt l.Pomponius. ff.eodem.& ibi not. Bartolus de quo infrà dicetur. Et per ista videtur in effectu Bartholomæus Cepolla velle,quòd donatio prædicta à principio valuit, nec postea morte secuta potuit confirmari, nisi interueniente traditione. Cuius contrarium voluit Paulus cum quo transit Iaso in dicta l.si pater puellæ.qui dicit,non obstare text.in dict.§.si ambo. super quo se fundat Cepolla.quia ibi non fuit facta donatio inter viuos sub ista mutua conditione, si alter præmoriatur, prout fuit in casu nostro. Vnde teneas dictũ Pau. & commenda memoriæ,quia alibi non legi. Ad prædicta bene facit lex regni,Foro legum, libro tertio,titu.vj.l.ix. quæ voluit, quòd post annum à tempore contracti matrimonij, si non habent filios,possunt coniuges inter se coire societatem omnium bonorum: quia per hoc neuter eorum efficitur pauperior. Si tamen postea filios habeant, reuocatur societas, vt ibi dicitur, de quo etiam vide infrà,in sexta limitatione.in fine. Ista fuerunt adducta ad decisionem quæstionis. Duo coniuges pacti sunt inter se, quòd is qui supereset altero præmortuo haberet ex bonis præmorientis ducenta milia nummorum. Forte contigit vxorem præmori,maritus petebat illa ducenta,mater vxoris viuens,impugnabat hoc pactum quia erat in præiudicium legitimæ sibi debitæ in bonis filij,per l.nam & si parentibus.ff.de inoffic. testamen.& per legem regni, in curiis Taurinis, sextam in ordine, quæ incipit, los ascendentes. quæ disponit, quòd in vita vel in morte potest filius disponere de rebus suis, in patris vel matris præiudicium,solùm de tertia bonorum suorum, reliqua bona parentibus debentur. ad hoc auth. presbyteros. C.de episcop.& cleric.& l.si à milite.ff.de testamen.milit. Fuit tamen decisum in regali cancellaria pro marito,per prædicta, ex quibus datur notabilis limitatio ad prędictam legem regni,& iura, à quibus sumpta fuit, vt intelligantur,quando filius ex mera liberalitate. Secus tamen, si per pactum reciprocum, quòd superuiuens habeat de bonis præmortui. nam hoc licitum est inter coniuges:vt l.vnica. §. illo proculdubio. C.de tempor. actione. lege ex morte. C. de pactis conuentis tam super dote,&c. cum concordantiis,à quibus sumpta fuit lex regni quarta partit. titulo vndecimo, lege vigesimatertia,& trigesima. potest enim pater præiudicare filio in legitima,& econtra contrahendo titulo oneroso. l.vsque adeo. ff. si quis à parente fuerit manumissus. not.in lege prima. C. si quid in fraud. patro. glos.& doctores in l.prima. C.de inofficiosis donatio. Vnde alienationes & pactiones onerosas, non gratuitas,factas à filio,non poterit pater reuocare,quamuis in legitimæ præiudicium fiant, secundum Paul.de Cast.in rubr.C.si quid in fraudem patro, quia cùm filius sit ingenuus, non est sibi restringenda vel interdicenda administratio bonorum suorum, quominus in vita possit alienare.Cùm autem in casu præmisso, siue dicamus pactum fuisse reciprocum, siue donationem reciprocam,nulla reperitur gratia, vel liberalitas alterius coniugum, cùm euentus mortis nobis sit incertus,nec possit aliquis eorum dicicircumuentus:

5.Simile.

6.Simile.

2.Exceptio Donatio re ciproca omnium bonorum, valet inter coniuges.

17

Lex regni.

tus: vt satis patet ex iam dictis, signanter ex dicta l.si pater puellæ. C.de inoffi.testam. & l.de fideicommisso. C.de transa.facit l.verum. §.sciẽdum. ff.de mino. vbi in contractibus non debet inspici
18 damni † euentus, sed principium, vel initium ad hoc vt minor dicatur circumuentus. Ad idem lex, cùm hi.ff.de transac.vbi satis est contractũ,à principio fuisse vtilem ecclesiæ, vel minori,quãquam postea temporis processu efficiatur damnosus, cùm à principio pactum vel contractus æqualiter coniuges prospiciat, quo ad commodum & damnum: sicut eos, qui de iactu retis paciscuntur: vt l.si iactum retis.ff.de contrahẽ.empt.& l.si rem. ff.de præscriptis verbis. Ex quibus omnibus patet, quòd dictum pactum reciprocum inter coniuges simul,& eodem tempore factũ,est validum, nec potest à patre vel matre reuocari, tanquam in fraudem legitimæ ascendentium factum:vt voluit notanter Bar.in l.non vsque adeo.ff. si quis à pa.sue. ma.quem refert & sequitur Ias.post alios in auth. nouissima.C.de inoffic.testa.vide Cepolam cautela xxj. quinimo neuter coniugum altero inuito potest à pacto resilire: vt expresse vult Paul. de Castr. in dicta lege, si pater puellæ. C.de inoffic.testamen. & ibi Ias. & alij Moderni. Su-
19 prædicta limitabis,quando talis donatio † reciproca inter coniuges esset facta simul in eodem tempore.Secus si ex interuallo: quia tunc neutra valebit,per text.ad hoc singulariter in l.quæ iam nuptæ.ff.isto titu.vbi litera dicit, quæ iam nuptæ maritus donauit,viri manent,& potest ea vendicare. Nec quicquam refert, quòd ampla lega. ab vxore relicta ei sunt. quem text. ad hoc reputat no. Ludo.in d.singulari.& Cepolla in d.cautela.& Iason in dict.l.si pater. qui subdit esse aduertẽdum. quia ille tex.in d.l.quæ iam nuptæ.loquitur in donationibus puris. In casu autem nostro donatio collata erat post mortem, ideo videtur sufficere alteram prius fieri,licet non eodem tempore. Et hoc videtur verius: quia donatio facta inter coniuges,quam vnus facit alteri,nõ est ipso iure nulla.quod apparet ex eo,quia morte donatoris confirmatur.vt l.j.& ij.C.isto titu.&c.infrà, eodem. cum simili.Pender ergo ex futuro euentu, quia si non reuocatur, cõfirmatur morte. Si igitur ante mortẽ fiat donatio similis ab alio,cui dubium, quin vtraque donatio ex tunc inciplat valere,tanquam donatio inter viuos, sub conditione facta?
20 Quando enim ad validitatẽ actus requiritur † consensus duorum, satis est, quòd interueniat ex interuallo,scilicet quòd vnus cõsentiat hodie, alius post mensem,vt no.in c.si tibi absenti.de prẽben. lib.vj. facit quod in simili dicitur de matrimonio contrahendo,quia non requiritur, quòd consensus præstetur simul eodem tempore, sed satis est, quòd vnus cõsentiat per prius,& duret in eodem proposito,& alterius consensus poterit accedere ex post facto. Ita tenet Host. in c.ex literis. el ij. suprà,de sponsa.& sentit ille in c.dilectis. eodem tit.& ibi vide Abb.Idem tenent Anto.& Card.in c.si inter.eodem ti.& Abb. in c.cum inter canonicos.suprà,de electio,& istud communiter tenetur per tex.& quod ibi no.Archi.Ioan.And. & alij in capitulo finali.de procu.libro sexto.Idem sequitur Alexan.consi.cliiij.in fi.v. volumine. & latius consi.cxlvj.iij.columna.versicu. quia respondeo. eo.vol.post Archi.in d.c.fi.& in c.nec illud. xxx. quæstio.v. Pro quo facit tex.not. in l.j. §. sed verior.ff.de contrahenda emp. vbi dicitur, quòd in
21 teruallũ † medij temporis non vitiauit obligationem. facit in simili l.absenti.ff.de donã. vbi valet donatio absenti facta. notatur in ea.si tibi absenti.de præben.libro vj. facit l.qui absenti seruo.in princ.ff. de acquirend. possef.vbi si scripsi seruo meo,vt in libertate moretur, nõ statim liber est, sed tunc, cùm litera ad ipsum peruenit. Ita per illum text.dicit gl.in c.ad apostolicæ.de cleri.exc. min.& in c.j.verbo,vim suam.de concess. præ.li. vj.vide bonum tex.in l.si stipuler.ff.de verb.obligat. Confirmat ista lex regni in ordinatione de Alcala,quę disponit,quòd quomodocunque quis velit se alteri obligare, etiam absenti, & sine solennitate, erit obligatus,tene mẽti illam l.ad multa,quamuis in cõtrarium faciat gloss.in l.consensu.ff. de actio. & obliga. & in l.j.ff.de contrahen. emp.quæ dicit, quòd etiam in contractibus, qui perficiuntur de iure gentium, debet consensus simul præstari, quia consensus est simul sensus. Vnde patet ex vi significationis, quòd simul debent consentire illi,quorum cõsensus requiritur,aliàs non est consensus, sed dissensus. vt patet xxix. quęstio.prima.§.primo.ita dicit Arch.in c.obeũtibus. in princ.xliij.di. vide Bal.in l.in vendentis. in fin.C.de contrahen.empt. sed nihilominus teneo quod dixi. Bene facit ad prædicta tex.no. valde in l.per fundum.ff.de ser. rustic. præd. vbi litera dicit. per fundum, qui plurium est, ius mihi esse eundi,agendi,potest separatim cedi. Ergo subtili ratione non aliter in eum fit ius, quàm si omnes cedant, & nouissima demum cessione superiores omnes confirmantur. per quem tex. docebat no. Inno.in c.scriptum. in ver.per alios.in
22 fi.suprà,de elec.quòd † cõpromissum in arbitros, vel arbitratores,potest fieri per partes, compromittendo seorsum vna ab altera, & per vltimum consensum confirmatur primus. Idem tenet Spe. ti.de arb.§.j.refert & sequitur Ang.in d.l.per fundum. Ad hoc bene facit, quod in simili voluit
23 Fede.in tract.permutationis.quæstio.xj.q † permutatio beneficiorum potest fieri cum interuallo temporis.verbi gratia,vadimus ad episcopum meum,& corã eo sic proponimus, Domine episcope.ego & ille intendimus permutare beneficia nostra,ego sum paratus renũciare beneficio meo, ex causa permutationis cũ isto faciẽdæ, conferatis beneficium meum isti,& postea ibimus ad episcopũ ipsius,& ipse similiter faciet mihi de beneficio istius. Episcopus respõdit se esse contentum, & recipit resignationẽ meã ex causa permutationis, & beneficiũ meũ sic resignatum, cõtulit tibi, & te in possessionem induxit. Tu dicis,q̃ es paratus similiter facere coram episcopo tuo,bene valet.quia licet tu receperis possessionem beneficij per me renũciati,non tamẽ recepisti simpliciter, sed ob causã.f.vt similiter faceres de tuo. Ex quo ergo statim paratus es sic facere de tuo, nõ debemus introducere alicui vacationem vacationis, de qua verisimiliter non fuit cogitatum, & præterea possessio fecundi beneficij non inducit vacationẽ primi, nisi episcopus primi beneficij tacitè vel expresse cõsentiat. iuxta no. per Ioan. vij.quæstio.prima si qui vero.xj.quæstio.secũda. si quis iam translatus. Ita Federic.vbi suprà.idem firmat Pet. de Perusio in suo tractatu permuta.x.

1.Fundamẽtum. Consensus ex interuallo præstitus valet.

3.Exceptio Donatio re ciproca facta ex interuallo, valet inter coniuges.

Contra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

colſi.verſi.j. quæritur. Ecce quomodo actus vel conſenſus requiſiti ad perfectionem rei, ſufficit quòd interueniant ſeorſum,& ex interuallo,& vltimus validat primum. Sic ergo dicamus in caſu noſtro,vt quamuis ad validitatem reciprocæ ſeu mutuæ donationis requiratur donatio vtriuſque coniugis, ſatis videtur, quòd interueniat vel fiat ex interuallo, & vltima cõfirmabit primam per prædicta. Et ad hoc etiam moueor ratione in coniuncibili, meo iudicio.certum eſt,q donatio
24 remuneratoria †permiſſa eſt inter coniuges, vt dixi in principio huius limitationis. Iſta autem remuneratio non poteſt fieri,niſi præcedente munere,vel ſeruitio, ſeu cauſa, propter quam fit remuneratio. Ergo non ſimul adſunt cauſa & cauſatum,ſeu debitum & ſatisfactio debiti, cùm priuatio debiti,hoc eſt ipſa donatio, præſupponat habitum, hoc eſt ipſum debitum vel cauſam, propter quam fit donatio:vt l.decem.ff.de verb.obli. & Inſti.quibus mod.tol. obliga. in princ. & c.ad diſſoluendum. ſuprà, de deſponſa.impu. Vnde ſi maritus citra affectionem coniugalem maximum beneficium fecit vxori,vel econtra,ita quòd alter alteri ſit obligatus ad antidota, & propter hanc cauſam inter eos fuit facta donatio : valebit quidem talis donatio,cùm ſit remuneratoria ſeruitij recepti. ita conſuluit Saly. in contingentia facti: prout refert Abb. in cap.cùm in eccleſiæ corpore.infrà,de ſimo.& Ioã.de An.& Marianus ibi : & Andreas Siculus in l.ſi diuortio.xiiij.colum.ff.de verb.obli. Poteſt poni exemplum in marito inquiſito de crimine capitali, detẽto in carceribus, & pendente proceſſu ab vxore perſonaliter viſitato, habitu muliebri tranſmutato cum ſuo, vxore ibi dimiſſa, eius veſtibus induta: ſub mulieris colore carceres à cuſtodibus in crepuſculo exire permiſſus,aufugit incognitus. Vxore ipſa carceribus liberata,maritus in remunerationem beneficij in ſe collati, fecit ſibi aliquam donationem: quis dicat hanc donationem non valere,quamuis beneficium ſeu ſeruitiũ vxoris præcederet? Certe nemo ſanæ mentis, maximè cùm ſit caſus memoria dignus : ſuper quo aliàs diſputauit Florianus de ſancto Petro,& apparet in ſua eleganti di-
25 ſputatione, quæ incipit, varia & diuerſa. de qua ipſe facit mentionem in l.liber homo.la ij.ff.ad l. Aquil.& Paris de Puteo in trac.ſyndica,verſi. car cer.c.iij. an ſi plures. in fin.Hoc idem fecerunt quædam aliæ mulieres : vt refert Valerius iiij.libro c.vj.in fine.Vbi inter cętera dicit,quòd cum Lacedæmonij incluſi à Spartanis, capitali ſupplicio ſeruabantur: coniuges eorum illuſtris ſanguinis,velut allocuturæ viros perituros,intrauerunt carcerem,impetrato à cuſtodibus aditu:commutatáq; veſte,viros per ſimulationem doloris capitibus velatis , eos abire paſſæ ſunt. Fecit idẽ vxor comitis Ferdinandi Gundiſaluiivt habetur in cronicis,& in Valerio ſcholaſticæ hiſtor. li.iiij. tit.7. c.iiij.Vxor etiam Eduardi regis Anglię,regis Hiſpaniæ filia:cùm enim idẽ Eduardus ſepulchrum domini viſitaſſet,fuiſſetque à quodam Mauro gladio venenato percuſſus, & medicorum remediis non alleuiaretur : tandem in Angliam ſine ſalutis ſpe eſt reuerſus. Eius itaque vxor nouam atque inauditam,ſed amore & pietate plenam ádhibuit medelam. plagas enim mariti toxico plenas, atque infectas , quæ ipſius veneni vi claudi non poterant: lingua dietim lingebat , ſuggebatque humorem venenoſum , ſibique dulcorem dulciſimum. Cuius vigore,dicam verius fidei vxoriq; virtute,ſic omnem materiam veneni attraxit, vt integratis vulnerum cicatricibus,ille penè curatus, illa incolumis euaſit. ita tradunt veri annales, vt refert Epiſcopus Palentinus in iſta hiſtoria Hiſpanica,parte prima.c.iiij.Simile facinus fecit domina Sanctia,filia regis Alfonſi,vxor regis Fernandi primi, de qua Valerio hiſtoriæ ſcholaſticæ lib. iiij.titu.vij.capit.v. & ibi capit.vj.dicitur de Cayda vxore regis Alfonſi. Simile facinus noſtris tẽporibus fecit vxor cuiuſdam Ioannis de Mature, mihi notiſſimi,in villa de Cauales. Cùm enim Comes de Aguilar(cuius eſt villa) eum odio habuiſſet,fecit eum capi,& ad furcas deduci:cũque prope eccleſiam iter eſſet agendum, captus ad eccleſiam confugit,vbi poſiti ſunt cuſtodes.Interea captus famulus,equum domini ad eccleſiam deduxit. Vxor ipſius, viſitandi eum gratia eccleſiam acceſſit.Nocte ſequenti cogitauit fraudare cuſtodes,& famulo ſuaſit,vt domini veſtibus veſtitus,equum aſcenderet, interq; medios cuſtodes abiret : qua tenus cuſtodes dominum fugere credentes, eum inſequerentur: & interim recedentibus cuſtodibus,dominus libere ab eccleſia diſcedens,libera retur.Famulus vero non eſt auſus id facere.Vxor autem, quæ maritum amabat, illud ſe facturam promiſit,quod & fecit. aſcendit namque equum, mariti veſtibus veſtita, lanceam manu dextra geſtans,calcaribus equum percutiens,inter medios cuſtodes fugit. Quam maritum credentes cuſtodes , eam inſecuti ſunt , eccleſiam & maritum deſerentes. Quæ vbi maritum incolumem atque liberum eſſe putauit , cuſtodibus eam inſequentibus ſe oſtendit: quam cum cognouiſſent, ab inſecutione deſtiterunt, & hoc pacto maritum à morte liberauit. De virtutibus mulierum multa ſcribit Plutarchus in ſuo libello de virtutibus mulierum. & Ioan. Bocatius in libro de illuſtribus mulieribus, quæ videri poſſunt. ideo hîc non recito, vitandæ prolixitatis gratia. Bene ergo meri
25 tium marito præſtitit. cũ bene †meritus dicatur, qui aliquod inſigne ſeruitium alteri fecit. vt dicit glo. no.c.ſi quos de ſeruis.xij.q.ij.allegat bonum tex.in c.ſi quis papa. in fi.lxxxix.diſt. ad idẽ facit tex. in l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maieſt. Et ad hoc bene faciunt, quæ dixi ſuprà, §. xxviij. Sunt & aliæ donationes.ver.hæc tamen ſunt ſane intelligenda. dum tenui valere donationem , ſeu dotis conſtitutionem , quam facit maritus ignobilis vxori nobili , matrimonio iam conttacto.

Nec obſtat text. in dicta lege, quæ iam nuptæ. quia ibi non faciebat maritus donationem vxori remuneratoriam propriè , cùm vxor adhuc nihil ei dediſſet , ſed feciſſet ei aliqua legata , quæ liberè poterat reuocare vſque ad mortem. Vnde ea viuente , nihil iuris habebat maritus in rebus ſibi ab vxore legatis , ſed tunc demum ea mortua: vt nota, in lege prima. C. communia de legatis. poſt princi. Ergo merito poteſt maritus , qui ſibi aliquid donauit, etiam ſi tradidiſſet, illud conducere, ſeu repetere. Et vt credo, iſte eſt verus intellectus ad illam l. Prædicta tamen intelligo , vbi cauſa & quantitas vnius donationis alterius coniugum eſſet cor

Soluitur obiectio cõtraria.

1. Vallentia Donatione ciproca exceſſiua, inter cõiuges non valet.

ſet correſpondens alteri donationi,vel facto, vel merito alterius. quatenus enim non eſt correſpondens,eatenus eſt nulla.vt eſt caſus no. recte intuenti,in l.annuo. in princ. ff. eod. titul. vbi litera dicit,Ex annuo , vel menſtruo , quod vxori maritus præſtat : tunc , quòd ſupereſt , reuocabitur,ſi ſatis immodicum eſt , id eſt ſupra vires dotis,hoc eſt , ſi excedat fructus dotis facta generali computatione.ſicut enim fructus dotis donare poteſt vxori,vt ſe,ſuoſque alat:vt ff. de iure do. l. mutus.§.manente. ita & de alio ſuo proprio donare poteſt vxori , quatenus concurrit cum fructibus dotis, quos ſibi retinet , & quod ſupererit, a facta computatione eius,quod donatum eſt,cum fructibus dotis,reuocabitur. Ita ergo in caſu no-
26 ſtro erit dicendum:quòd valeat donatio remuneratoria,vel reciproca inter coniuges, quatenus eſt correſpondens alterius donationi facta, vel merito,& in eo quod excedit,ſit nulla. Aliàs quotidie fieret fraus legi , quia vnus coniugum parum donaret alteri , vt alter ſibi multa poſſet donare. Ad quod bene facit , quod dictum eſt ſuprà in §. ſunt & aliæ donationes, ad finem illius §.cxxxiiij.in verſicul. prædicta tamen intellige. dum ibi dicebam , quòd conſtitutio dotis, quam facit maritus ignobilis vxori nobili,valet, dummodo non ſit exceſsiua. Facit etiam quod nota.in cap.cùm haberet. ſuprà. de eo qui duxit in ma.quam polluit per adult.& per Bal.in l. eam quam.x. colum. C. de fideicommiſſ. vbi dicitur,
27 quòd poteſt pater relinquere aliquid filio † ſpurio pro alimentis , non tamen prætextu alimentorum poteſt ſibi relinquere magnum prædium. quia in eo , quod excedit modum alimentorum, non valet. Donatio enim remuneratoria , inquantũ excedit merita donatarij:dicitur propriè donatio.vt not.per Bar.Ang.Io. Imo. & alios in l.Aquilius Regulus.ff.de dona. Vnde nõ mirandũ,ſi reciproca donatio inter cõiuges,in eoquòd eſt inæqualis,dicatur proprie donatio.& per conſequens nõ valeat:vt hîc dicitur,& tenet Saly.in l. j.C.de don. ante nup. Cuius meminit Bartholomæus Socinus conſ.ccxv.col.iij.ver.cõfirmo vbi aliqua ſimilia cumulat, quæ per ipſum videri poſſunt.& cõſ.xlviij.co.iij. De quo latius dicã ſuper prima cõcluſione,in fi. Ad iſta bene facit gl. no.
28 in cap.ſi quos.xij.q.ij. quæ dicit,q† bene meritus eſt,qui aliquod inſigne ſeruitiũ fecit.Ad idẽ not. in c.ad hæc.& in c.relatũ.el ij.in ver.iuxta ſeruitij meritũ.ſupr.de teſta. vbi permittitur clerico aliquid ſuis ſeruitoribus elargiri de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis,iuxta ſeruitij meritũ:ergo nõ vltrà:vnde in eo quod excedit,nõ valet. Ad idẽ facit tex.in l.quod ſi vir.ff.iſto ti.vbi litera dicit,q ſi
31 vir vxori,cuius incendio ædes cõſumptæ ſunt, ad refectionẽ earũ pecuniã donauerit,valet donatio intrãtum,quãtum ædificij ſtructio poſtulat. & ita quamuis valeat donatio inter coniuges ad reparationem domus , non tamen huius prætextu poteſt vltrà donare. Confirmantur iſta per ea,

Donatio facta à patre ob merita æquiualentia,tenet.

29 quæ in ſimili dicimus,in†donatione , quam facit pater filio ob merita. nam valet , quando merita ſunt æquiualẽtia donationi:vt tradit Oldr. conſi. v.& Io.An.in additionibus ad Speculum. titu. de re.eccleſ.non alie.in rubr.Bart.in l.fratre.fin. co
b lum.ff.de condi.inde.& in l.ſi quis pro eo.§. j. in fin.ff.de fideiuſſor.& in l.ſi tibi. ff. ſi cer.pe.in l. ſi mortis.C.ad l.Falci.& in l.iij.C.qui bo.cede. poſſunt.& in auth.vnde ſi parens.C.de inofficioſo teſtamẽto. Bal.ibi.& in l.ſi donatione.C.de col.in l illud.C.de ſacroſan.eccl.& ibi Saly.poſt Guilielmum,Io.de Imo.in l.Aquilius Regulus.ff. de donatio. De quibus meritis æquiualentibus fit
Quæſtio. Ande meritis ſtetur aſſertioni patris,quã ad præiudicium ſuccẽſſorum?
aſſertioni, vel confeſsioni patris, quando pater enumerauit bene merita filij in ſpecie & æqualitate:vt notanter voluit Bald.in d. l. illud.quarta column.C.de ſacroſan.eccle.& in l.fin. in lectura antiqua.ff.de exercitoria.& in c. edoceri.iiij.co. ad fin.ſupr.de reſcrip.& in c.ſciſcitatus.ij col. eo
a Adde Sichar.in rep. C. ab eccle. reddit. ſub ſtituto ff. de legat. j. col pen.
ti.a& procedit hoc,maximè ſi interueniat iuramẽtum patris ſuper beneméritis filij. Nam tunc indiſtincte creditur patri. ar. text. in l. rationes. & authenti. quod obtinet. C. de probat. ita firmat Bald.in dicta l.ſi donatione.& facit quod in ſimili voluit ipſe in prœludiis feudorum.vbi tenet,quòd ſi prælatus cum capitulo confiteatur feudum , de quo inueſtit aliquem,eſſe antiquum,licet non ſtetur eius ſimplici confeſsioni,tamen ſi apponeretur iuramentum,præſumitur vera. De cuius dicti veritate vide ibi Iaſon.xxix.colum. vide eundem Iaſon,in l.petens. C. de pactis. & glan. Fo. leg.ti.delas la vores.For.leg. libr. iij. Et per hoc videtur , quòd non ſit verũ illud mirabile dictum Bald.in authen.ex teſtamento.iij.col. C. de collat. quod refert & ſequitur Ludou.in dicta l.ſi donatione.ij.colum.dum dicit ſufficere , quòd benemerita filij non ſint infra dimidiã rei donatæ.arg. l.ij.C.de reſcin.vendi.& c.penult. ſuprà. de empt. & ven.& ſic illud reprehendit Alexã.& Iaſo. in d. l.ſi donatione.iiij.col.& idem Iaſo.in l.ex hoc iure.xj.colum ff.de iuſtitia & iure.& in authen. vnde ſi parens.C.de inoffic.teſtamen.vj.colum. In
Quæſtio no tabilis.
iſtis infertur ad deciſionem quæſtionis quotidianæ,quamponit Ioann.Andr.in dicta rubrica , de rebus eccleſ.non alienan.in additionibus ad Speculum.vbi refert, quòd à quodam epiſcopo promotores ſui extorſerunt gratuitum contractum,
b Et ne op ponas de his quæ proximè dicta ſunt , credo cõcordiam fore, q̃ paterit proba ri patris aſſertio quòd merita ſint æquiualentia,non tamẽ ipſa merita aliter, quòd cõfeſſio meritorum in genere nõ probat merita, ſed in ſpecie ſic. Bal. in l. illud.col. iiij de ſacr. eccl. & hoc videtur vel le Segur.in d.repe.col. antep dum refert dactrinã Bal. Io.Bern.
ad vitam ipſorum , de tanto quòd tranſcendebat duas partes reddituum epiſcopalium , expreſſa cauſa ſeruitiorum , quæ impenderant eccleſiæ , & promittebant impendere quandiu viuerent. & fuit factum inſtrumentum magna ſolennitate, & conſenſu capituli. quærebatur an valeret etiam ad præiudicium ſucceſſorum ? Di-
30 cebatur quòd ſic, quia † prælatus poteſt donare pro remuneratione meritorum & ſeruitiorum erga eccleſiam:vt ſuprà.dictum eſt: etiam in præiudicium ſucceſſorum.vt capitu. illud xvj. quæſt. vj.& per alia iura ibi allegata per eum, & in capi. ij.de donat. Sed contrarium ipſe decidit, refe-
31 rens ita fuiſſe iudicatum : quia † remunerationes debent eſſe iuxta ſeruitij meritum: vt dicto capi. relatum.cum aliis , de quibus ibi per eum , ſubdentem debere conſiderari tempus ſeruitij , & quantum durauit eius cauſa. arg. ca. ſtatutum, ad fin. de reſcrip. l. ſexto. & capitulo cùm non deceat. de electione.eod.li.Iſtius ergo conſideratis,apparebit,vtiũ donatio fuerit æqualis meritis,vel ſeruitiis.nec ſufficiet hoc caſu ad probationem meritorũ,quòd donator illa cõfiteatur in inſtrumento donationis.ſed oportet illa aliàs plenè probare.ſecundùm Ioan.An.vbi ſup.bEt eſt tex. in l.ſi forte.ff.de caſt. peculio. & in l.iubemus. la ij.poſt pri.ibi:ſciẽtes nulla ſibi occaſione vel tempore ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore ad vicissitudinem beneficij colorati &c. C. de sacrosan.eccles. quæ dicta simpliciter refert & sequitur Alexand. primo volu. consilio lv. iij. col. incipit, consideratis. & per hoc decidit ibi pulchrum dubium, quod per te videas. quòd si aliquis ex dispositione statuti vel aliàs tenetur alteri relinquere certam partem bonorum suorum, cui donauit ferè totam suam substantiam, adiiciens quòd propter merita & grata seruitia, oportet quod illa merita & seruitia probentur: aliàs non valebit donatio, nisi quatenus relinquere sibi tenebatur ex vi statuti. Sic ergò dicendum

Quando sunt seruitia ad quæ vxor tenebatur, non valet donatio.

32 in casu nostro, vt donatio †remuneratoria facta inter coniuges valeat vsque ad æquivalentiam meritorum, vel seruitiorum, non vltra. non enim quælibet seruitia vxoris erga maritum essent sufficientia ad talem donationem, sed debent esse seruitia insignia, vt dicebat glo. in dicto capitulo si quos. xij. quæst. ij. & talia ad quæ vxor non teneatur ex debito sui officij. nam vxor † tenetur

33 seruire viro, sub cuius potestate est. vt habetur Genesis tertio. capitul. ibi: & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. & facit text. in cap. mulierem. xxxiij. q. v. vbi litera dicit, mulierem constat dominio viri subiectam esse. ad idem text. in cap. mulier. eadem causa. & q. & quod habetur in l. vxorem. C. de condit. insertis. ratione autem subiectionis tenetur operari & seruire viro. Tenetur etiã ad ea quæ habentur Thobiæ. x. Item præter copulam tenetur vxor viro ad omnia obsequia. scilicet custodire res mariti, lauare caput, comestiones parare, secundùm Ioan. And. in cã. literas. de resti. spo. sed nihil allegat. tu vide bonum text. in cap. hæc imago. & in capit. est ordo. xxxiii. quę. iiij. vbi dicitur, quòd mulier est subdita, & penè famula viri, intellige ordine naturæ, quantum ad carnis debitum reddendum, secundùm Abb. in dicto ca. literas. pen. co. qui subdit, quòd vxor tenetur lauare pedes, & caput mariti, similia facere, nisi sit nobilis: vt ibi per eum. Facit quod in simili dicit Abb. in c. cùm haberet. de eo qui duxit in ma. & ibi Alexandrinus, de quo aliquid infrà dicemus. Vnde merito Spartanæ mulieris responsio à multis doctis viris probari solet. hæc enim cùm maledictis cuiuspiam deliræ anus in virum lacesseretur, Malam in rem abi, dixit, cùm nondum ex puellis excessissem, parentibus parere didici: nunc obsequi vito antiquissimum mihi necesse est, si volo esse quæ debeo. Imperet enim maritus, cuius voluntati morẽ gerat vxor, equissimũ est. Hinc Gorgon illa superba mulier merito vituperari potest, quæ an ad virũ proficisceretur, interrogata, Non equidẽ (inquit) sed ad me vir. Obsequatur igitur, & obtẽperet vxor marito, vt latè ac sapiẽter docet Franciscus Barb. in suo libello, de re vxoria. l. ij. in prin. Vnde si fideliter, caste, & honestè se habet circa virũ, & gubernet res mariti, non dicentur ista seruitia & bene merita, propter quæ maritus possit ei donare cõtra iuris dispositionẽ: cũ ad illa de iure teneatur vxor. iuxta illud Pau. ad Ro. iiij. vbi dicitur, Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriã, sed nõ apud deũ. credidit Abrahã, & reputatũ est illi ad iustitiã. Ille ergo, qui ex debito necessitatis aliquid facit, nõ meretur. & per cõsequẽs donatio propter hoc facta, nõ dicetur muneratoria. Intelligo etiã prædicta, vt valeat a

34 † donatio reciproca inter cõiuges. vt si vir donauit vnam rem vxori, & vxor aliam viro. dummodo constet, quòd res ab vxore donata viro erat propria ipsius vxoris, quia illam adduxit tempore matrimonij, vel illam habuit ex post facto tit. donationis, vel ex testamento, vel ab intestato. Secus tamen, si de hoc non constaret: quia quicquid acquirit vxor constante matrimonio, videtur acquisisse de bonis viri, & proipso viro, vt cuitetur suspitio turpis quæstus: vt l. Quintus. ff. isto titul. & l. etiam. C. eodem. etiam si per suam industriam vel diligentiam acquisisset. nam eodem modo debent ista ad maritum pertinere, & eius hæredes: vt l. sicut. ff. de operis libert. & notatur. C. de condi. insertis. l. si vxor. in fin. ij. glo. & facit ad hoc l. sed si vir. in prin. ff. isto titu. & quod no. Inno. in c. cùm in offciis. cir. fi. j. col. suprà. de test. Vnde si ex istis sic acquisitis vxor donaret viro, cùm non sint, vel saltem non præsumãtur sua, non valeret ista donatio: cùm donaretur viro, quod suum est, vel saltem suum esse præsumitur, & per consequens non esset donatio reciproca, si ue remuneratoria. Ita tenent domini de Rota in decisionibus collectis per Bernardum de Bisgne. isto titu. decisione j. quæ incipit, Petrus existens. Pro cõpleméto huius limitationis, & materiæ, vnum addendum duxi, quòd ea, quæ data fuerunt vxori nobili in compensationem suæ nobilitatis, à marito ignobili, constituendo sibi dotem, vel aliàs, vel quæ maritus donauit vxori virgini corruptæ & donatæ, iuxta tex. in c. j. infrà. de adulte. vel remunerando donationem ab ea sibi factam, vel beneficium, vel seruitium ab ea in eum collatum, vel aliàs quomodolibet remuneratoriam donationẽ faciẽdo: habet sibi vxor præcipua, nec

35 † illa perdit, quãuis ad secũdas transeat nuptias infra annũ luctus, nec tenetur reseruare filiis prioris matrimonij. Quoniam, ex quo ista nõ est propriè donatio, sed potius quædã permutatio: vt suprà dictũ est: & consequenter nõ habeãtur ista sic donata titulo lucratiuo, sed potius titulo oneroso: nõ poterit hoc dici propriè lucrũ proueniens à marito, ratione prioris matrimonij. istud est quod not. sensit Bald. in auth. in donatione. C. de secũ. nupt. vbi dixit, quòd dispositio legum, imponens mulieri secundo nubenti perditionem eorum, quæ à primo viro consequuta est: nõ ven dicat sibi locum in acquisitis titul. oneroso. per tex. cum ibi notatis, in l. si liberis. C. de dona. ante nupt. cum qua decisione transit Ludouic. consi. cxix. incipit, ex themate cõsultationis. per quam ipse consuluit in contingentia facti. Maritus legauit vxori septuaginta ducatos, sub conditione tacita, vel expressa, secundo nubendi. quæ quidem conditio à iure reputatur onus: vt l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. quamuis ipsa secundo nubat, post annum tamen luctus euitat pœnas dictarum legum. quia titul. oneros. sibi relinquun tur. Idem ergo erit dicendum in casu nostro, quia cum prædictis casibus vxor habeat commodum à marito, non titulo lucratiuo, sed potius oneroso: non perdit bona, vel res sibi donatas, quamuis secundo nubat. Confirmatur hoc ex eleganti doctrina Bald. in l. fin. C. de bonis mater. vbi ex illa l. no. quòd lucra, quæ vir lucratur ex forma statuti municipalis, stantibus filiis, vel non stantibus per secundas nuptias, nõ perdita: quia

non con

3. Fallentis. Quãdo datum ab vxore non erat suum, vel esse non præsumatur, nõ valet donatio.

Donatio remuneratoria non perdit vxor, licet transeat ad secundas nuptias.

a Adde q cũ hac opinione transit Bargu. in tract. de ho. luc. constã. matrim. col. iij. dum refert sola. Bal. hoc sit mentem. Io. Bern.

non esse sequitur hoc ab vxore, sed legis prouidentia. quod dicit esse tenẽdum menti. Vnde sic videtur dicendum in casu nostro, cum vxor in prædictis casibus habeat hoc lucrũ ex prouidẽtia legis, permittentis valere has donationes remuneratorias: dicemus per consequens, q licet transeat ad secundas nuptias etiam infra annũ luctus, si propterea perdat illas res sibi donatas à marito.

Not. & 6. t. Tau. xiiij & xv.

Ex his ego aliàs dicebam, q nec medicatẽ bo a norũ acquisitorũ constante matrimonio, quæ debetur vxori ex dispositione legis regni, non perdit vxor per transitum ad secundas nuptias, nec tenetur reseruare filiis prioris matrimonij, cùm hoc lucrũ sibi proueniat ex dispositione legis. de quo forsan latius dicetur infrà in vij. limitatione principali. ver. operatur aliũ & quintũ effectũ. §. Ixvij. in fin. De hoc habemus hodie legem regni, in curiis Tauri editam, xiiij. incipit, mandamus. Verum est, quòd Bald. fuit subiipsi cõtrarius: quia cõtrariũ eius, quod voluit in d. l. fin. tenuit ipse in auth. ex testamento. fin. col. versi. sed statim iuxta prædicta. C. de secun. nupt. & in auhen. vxori. eo. titu. & l. generaliter. §. illud. fi. col. eod. tit. sentit Bart. in l. j. C. de inoffic. doti. est text. optimus in auth. de nõ eligẽdo secũdo nub. §. perspeximus. coll. j. & in l. fœminæ. in prin. C. de secũ. nupt. & istud videtur verius, secundùm Salyc. in dicta l. fœminæ. §. illud. & Ludo. in l. si cum dotẽ. in prin. ff. so l. mat. Ex quo infertur ad vnũ quotidianum: Statuto vel consuetudine cauetur, q mortuo coniuge coniunx superueniens, lucretur certam partem dotis, vel donationis propter nuptias. Præmortuus fuit maritus, relicto vno filio, ex illo matrimonio, vxor lucrata fuit donationem propter nuptias: deinde ipsa transiuit ad secundas nuptias infra annum luctus: & existo secundo matrimonio habuit alium filium. Mortua matre, filius secundi matrimonij volebat succedere in illo lucro æqualiter cum filio primi matrimonij. Veritas est, q solus filius primi matrimonij debet illud lucrum habere, tanquam proueniens ex lucro prioris matrimonij. ita consuluit in contingentia facti do. Anto. consi. incipiente, Christi eiusq; matris nominibus inuocatis. circa examinationẽ dubiorum. idẽ etiã consuluit Franciscus de Crema. vt ipse refert in suis singularibus, in vltimo singulari: qui saluat dictũ Bal. in d. §. fi. q vxor nõ perdat dictũ lucrũ per transitũ ad secũda vota, quãtum ad vsumfructũ, sed proprietas debet cõseruari filio primi matrimonij: per d. l. fœminæ. & d. §. prospeximus. vbi est casus, qui nõ potest cauillari, secundùm eũ. Sed propter ista non recedo ab eo, quod suprà dixi: quoniã recte intuetur hîc est merũ lucrum proueniens ex statuto, vel consuetudine. nos autem loquimur in solutione debiti remunerati, quæ est ipsa donatio remuneratoria seu reciproca. vbi nõ cadit merũ lucrum, sed potius quædã permutatio. vt in præcedentibus dictũ est. Cõcludo igitur vt sup. q res sic donatæ vxoriã marito, vel econtra, propter remunerationẽ, vel aliàs titulo oneroso, fiunt statim suæ, quo ad proprietatẽ, & vsumfructum, adeo q per cõtractũ matrimonij etiã infra annũ luctus nihil de his perdit. Cogitabis, quia nõ reperio tactum per aliquẽ, quẽ viderim. Ista faciũt ad dubiũ, si maritus moritur, relictis duobus filiis vxore superstite: vnus ex filiis, mortuo patre ex donatione, testamento legato, vel aliàs bona aliqua acquisiuit, deinde moritur ab intestato: succedit mater, quæ postea transit ad secundas nuptias: an illud, quod ex donatione, vel aliàs filius habuit, quo ad proprietatem, tenetur mater seruare filio prioris matrimonij. & sic an l. fœminæ. C. secũ. nupt. habeat locum non solùm in bonis, quæ filius habuit à patre, vel occasione prioris matrimonij; sed etiam

a si aliunde. Cogitabis.a

a Adde, q iudicio meo hoc decidit expressè Paul. de Castr. in l. mater. C. ad Tertu. post me. inver. quando autẽ succedit, vbi tenet, quòd in bonis aliunde quæsitis à filio, si primo mater succedat, & postea nubat. vtin casu nostro, procedit dispositio illius tex. in §. si verò alterius. videlicet, q tunc nõ primatur mater propriete dictorum bonorum. & sic non tenebitur reseruare eam. Secus si primò nubat, & postea succedat, & sic est de casum quæ. prædicta. Io. Bern. §. LI. 3. Limitat. Donatio inter coniuges iurata valet.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio iurata inter coniuges an valeat.*
2 *Iuramentum seruari debet, quando non vergit in detrimentum salutis æternæ.*
3 *Donatio patris in filium cum iuramento an valeat.*
4 *Confessio in qua maritus iuratse aliquid habuisse ab vxore, est suspecta & simulata.*
5 *Contra iuramentum promissorum in casu licito præstitum non conceditur absolutio à superiore.*
6 *Dotem restituere cum iuramento promittens, in casu soluti matrimonij an tale iuramentum firmet ipsum actum.*
7 *Iuramentum assertorium non operatur, vbi posset esse suspicio fraudis.*
7 *Iuramentum remittere potest pars ad suum vtilitatem præstitum.*
9 *Allegare turpitudinem propriam licet, quando alleganstrahat ad damno, & aliusde lucro.*
10 *Donatio causa mortis, omnium bonorum præsentium, & futurorum cum iuramento, valet inter coniuges.*

LIMITA tertiò prædicta, vt non valeat 1 † donatio inter coniuges, nisi fuerit iurata. nam iuramentum ipsam validat, & firmat: vt originaliter tenet Guil. de Cu. in l. prima. ff. isto tit. & in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. quem refert & sequitur Bart. in l. si quis pro eo. ad fin. ff. de fideiussor. & in l. Seius & Augerius. in fin. ff. ad l. Falci. Fulgo. & Alexan. ibi in v. cosũ. dicens se pluries ita consuluisse. Idem tenet Bald. in dicta. l. j. ff. isto titul. in lectura antiqua. & in l. cùm multæ. C. de dona. ante nupt. & Angel. in l. pen. §. mulier. ff. solut. matri. dicens se illa die sic consuluisse. Ioann. de Imo. in l. fi quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. j. qui etiam dicit se sic consuluisse. & in c. cùm contingat. de iureiu. in decimo membro principali. ver. circa tertium. in repetitione. Abb. ibi, & in c. fi. in iij. q. infrà. eo. & consi. xlviij. in ij. volum. Paul. de Castr. in l. pacta quæ contra morem. C. de pact. & consi. cxviij. incipit, notandum est. consi. xcix. ver. super secundo. incipit, in ista donatione. & consil. lxij. incipit, notandum: ij. volum. & consil. lxxvij. incipit, notandum est &c. eod. volum. Feder. de Senis consil. cxl. incipit, præsentis quæstionis. Rapha. Fulgo. consil. cxcix. per totum. Franciscus de Are, consi. lxxiiij. incipit, diligenter & maturè, in iij. colum. ver. sed dubium est. Antonius Corsetus in repetitione rub. de iureiurand. xiiij. co. in xxv. priuilegio. Alexan. consil. viij. in ij. colum. incipit, visis & consideratis. in ij. volu. consi. clvij. penul. colum. eod. vo. & consi. cxlij. pen. col. ver. item respondeo. v. vol. de quo per eundem Alexan. consi. lix. j. volu. incipit, viso instrumento & ti. quæstionis. Bar. Cepolla in

cautelis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cautelis cxj. incipit, donatio inter virum & vxorem, in ij. colum. Qui pro hoc allegat gl. in c. ex parte. supra, de consuetud. in ver. alienant. ibi. sed si iuraueritnon contrauenire, tenet venditio. & subdit, quòd ita fuit consultum per plures doctores, quos nominat. Hanc opinionem tenet magister Ioannes in suo viatorio iuris, ista rub. penul. col. & fin. & alij, de quibus per Bartholo. Socin. in l. si inter virum. ff. de reb. dub. & ibi Ludouicus Lusitanus co. vol. iiij. versic. ad illationem. & ista opinio communiter tenetur & obseruatur in practica. Quia tale iuramentum † seruatum non vergit in detrimentum salutis æternæ: ergo est seruandum. vt d. c. cùm contingat. & ca. si verò. cum aliis, supra, de iureiur. & cap. quamuis pactum. de pact. lib. vj. cum ibi not. Iuramentum firmat contractum, vt in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. ergo multo fortius firmabit contractum mariti, qui est ætatis perfectæ. Item donatio inter coniuges, propriè loquendo, non videtur à lege prohibita, vel saltim non habet perpetuam causam prohibitionis, nec est contra bonos mores naturales, quod apparet ex eo, quia morte cõfirmatur. vt l. j. & iij. & l. si maritus. la ij. ff. isto tit. & c. fin. infrà, eod. Vnde videtur potius præter legem. nec enim tanquam inter infestos legibus huiusmodi donationes recipiendæ sunt: vt l. j. & l. cùm hic status. & l. si prædia. ff. isto tit. Ex quo sequitur, quòd ista prohibitio non est odiosa, sed fauorabilis: fauetur enim donatori, ne mutuo amore se spoliet, non odio donatarij. vt l. hæc ratio. ff. eod. Iura ergo quæ videntur loqui prohibitiuè, non significant propriè prohibitionem, sed hoc sonant, quòd lex talibus donationibus suum fauorem non adhibet, nec vult vt ciuilis obligatio nascatur: vt l. Papinianus. ff. eod. & hoc fauore donatoris, non odio donatarij. nihil enim delinquit, propter quod dignus sit odio. Si autem fauore donatoris hæc prohibitio facta est, cui dubium, quin huic fauori renunciari possit, cũ iuramento propter periculum periurij euitandum? vt apparet ex prædictis, & ex notatis in c. si diligẽti. de foro comp. Iurans ergo debet cogi ad obseruãtiam iuramenti: quod licitum est de iure naturali & diuino, quia non vergit ad delictum iurantis, nec ad aliquid, cuius executio sit peccatum mortale, vel veniale: vt tradit Bar. l. cùm lex. ff. de fideiusso. & Anto. in d. c. cùm contingat. de iureiur. vbi dicit, quòd licet ex donatione inter coniuges iurata, non oriatur obligatio, vel actio, nihilominus iuramentũ est obseruãdum, & ita quo ad effectum obseruãtiæ vult idem quod alij, de quibus suprà. Item donatio inter coniuges est permissa causa religionis: vt l. si sponsus. §. concessa. ff. isto tit. & dixi in præcedentibus. Iuramentũ autem est magna religio: vt l. j. & ij. ff. de iureiur. ergo videtur permissa, vbi iuramentum interuenit. cuius obseruantia nihil habet inhonestum, vel turpe de iure diuino vel naturali. Quia donare inter virum & vxorem non est foemaliter turpe, nec peccatum, sed posset esse occasionaliter aliquando: & de illo non est curandum, quia iuramẽtum non est nullum, quando ex eo occasionaliter posset oriri aliquid turpe: dummodo id, quod iuratur, de sui natura non sit turpe. vt voluit glos. & doctores in c. si verò. de iureiur. Quid enim, si maritus multum diues, modicè, vel mediocriter donauit vxori certè nec tunc vir spoliaretur, nec impediretur educatio filiorum, quæ videtur esse causa principalis, in qua versaretur peccatum. Si autem huic donationi accederet iuramentum, ejus sanæ mentis diceret hanc donationem non valere? sicut dicimus de pacto iurato, per quod fit deterior conditio dotis, per rex. in cap. cùm contingat. suprà, de iureiuran. vbi fauor animæ iuratis mulieris, præfertur fauori matrimonij & dotis: quod forsan debet intelligi, quando mulier fecisset pactum tale in omnem casum sol. mat. etiam per mortem viri: sed si simpliciter fecisset pactum de dote non reperenda, in casu soluti matrimonij, cum iuramento: iuramentum reciperet interpretationem in forma iuris, scilicet, quando solueretur matrimonium vxoris morte, fauore matrimonij: argumen. l. ij. ff. de pactis dot. & fauore publicæ vtilitatis. gl. not. in l. cùm dos. eod. titu. ita dicit Bal. Nouellus in tracta. dotis. parti. vij. priuilegio xj. limitatione ix. quem videas. Facit ad confirmationem prædictorum, quod dicimus † de donatione patris in filium, cum iuramento, de *b* quò per Baptistam post alios in leg. frater à fratre. de condict. indeb. quæst. xv. in repe. quem vide. Nec iis contradicit, quod voluit Ioannes Andr. in additionib. ad Specul. isto titu. in rubric. Cyn. & alij in l. j. in fin. C. de sacrosanct. eccles. Bartol. in l. Aurelius. §. fina. ff. de liberatio. legata. & in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. iij. Bald. in l. j. vj. colum. C. de inoffi. donat. quos sequitur Ludou. consil. xliiij. in princ. quod incipit ex suprà narrato themate. & Ias. ibi xxxvj. col. versic. vij. limita. quos rogo videas, & hic inseras, dum dicunt, quòd confessio † facta constante matrimonio, in qua maritus iurat se aliquid habuisse ab vxore, est suspecta, & simulata, ideo non valet. Idem firmat Bartholomæus Socin. in dict. l. ff. solu. matr. xxiiij. col. versic. secunda conclusio. qui dicit, quòd ita pluries consuluit, & consultum vidit per doctissimos viros. & facit in simili secundum eum, quia contractus simulatus non solet iuramento firmari. glo. & doct. in l. iij. C. plus valere quod agitur. de quo latissimè per dom. Abb. in sua solenni disputatione, quæ incipit, stante statuto ciuitatis Senarum. per eundem Abbatem, & Ant. & Imol. in d. cap. cùm contingat. de iure iuran. *c* quoniam isti loquuntur in iuramento assertorio: nos autem in promissorio, inter quæ est longa differentia, & vnum est magis fauorabile, quàm aliud. vt dicit Ioan. de Imo. in dicto cap. cùm contingat. colum. cvij. cuius ratio est, quamuis ille non dicat, quia in iuramento assertorio potest aliquis dicere falsum, quod de facili præsumit lex inter personas ita suspectas, sicut dicimus in simili in l. j. C. de natural. liber. & per Bald. & Modernos in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. instit. Quia ergo asserens aliquid falsum, quamuis per hanc assertionem sibi possit præiudicari aliquando, non tamen facere potest, quòd falsum sit verum. Idcirco lex in fraudem sui non admittit hanc confessionem. Sed in iuramento promissorio nõ potest esse falsitas tempore iuramenti, quando verè adest concessus iurantis in promissione. Vnde imputet sibi, qui iurat. Et ideo dicit Ioan. de Imol. in dict. cap. cum contingat. quòd licet per authent. sacramenta puberum. leges antiquæ sint correctæ in iuramento promissorio: non tamen in assertorio, de quo loquitur

a Adde Soci. in regul. ciiij. incip. donatio inter virũ & vxorem in vlti. fallen. Io. Bern.

b Adde, q valet argu. de donatione facta per virũ vxori ad donationem factã per patrem filio. Segu. referendo Lud. Rom. & Ias. in repe. l. pen. §. si vir. ff. de acq. pos. fol. v fina. verbis. vbi vi. aliquas similitudines inter vtranque, vtrique adhæ est posita, et remissimibus bene nata. Ioan. Bern. Quãdo confessio super dote iuramento firmetur.

1. Diuersitas inter promissorium & assertorium iuramentum

c Adde per eius intelle Elu Bal. in l. j. versic. modo solet. C. de oper. liber. & ibi per eius additio. in litera, & in parte, et no scio. & vide gl. dicit ad idem sing. Ias. in §. fuerat xxij. col. infi. de actio. & in auth sacramenta puberum. C. si aduer. vend. xxij. col. ver.) falle vbi ssime rationem. Io. Ber.

quitur l. si alterius. C. si mi. se maio. dix. Licet igitur iuramentum assertorium non tollat suspicionem falsitatis, seu donationis, quæ est inter coniuges. iuramentum tamen promissorium, quod non adiuuat mendacium, nec facit fraudem legi, est seruandum. Et propterea contra iuramẽtum promissorium præstitum in † casu licito, non concedi tur absolutio à superiore, vt quis posset venire contra illud, nisi ex magna causa: vt plene tradunt doctores in c. quanto. suprà. de iureiu. sed in iuramento assertorio conceditur iuranti venire contrà in aliquo casu: si illud iuramentum superior non est secutus. vt in c. mulieri. & ibi notatur. suprà. de iureiur. ita dicit no. Fran. Are. in dicto consil. & sequitur Anto. Corsetus in repetitione d. rubri. suprà. de iureiu. quæ fuit noua & subtilis inuestigatio. hoc idem in effectu voluit Bal. Nouellus. in suo tractatu, de dote. char. cxxv. in iij. colum. aliàs in decima parte. ix. co. dicens, quòd Io. An. Cy. Bart. & alij, de quibus suprà. loquuntur in iuramento assertorio de præterito: puta si vir constante matrimonio, confessus fuit habuisse tãtum pro dote, & ita iurauit esse verum. quia videtur tunc in fraudem iurasse, & ea ratione, qua fuit motus ad confitendum, non verum: quia ita ius præsumit: eadẽ ratione fuit motus ad iurandum rem sic fuisse. ar. l. doli mali. ver. diuersum. ff. de donat. Secus in iuramento promissorio: quia sicut illud firmat expressam donationem inter coniuges, vt supr. dictum est, ita firmat tacitã & præsumptam, vt sic idem operetur iuramentum in tacito, quod in expresso. ar. l. cùm quid. ff. si cer. pe. & l. de quibus. in fi. ff. de legibus. cum similibus. nec tunc habebit locum exceptio non numeratæ dotis, quia talis confessio in dubio magis videtur facta sub ta cita intentione donandi, quàm sub spe remunerandæ sibi dotis, ex quo ita constante matrimonio fuit facta. Refert ergo, an sit dictum in instrumẽto, talis vir fuit cõfessus habuisse & recepisse centum pro dote suæ vxoris. & ita iuraret, & tunc tale iuramentum de præterito non trahitur ad obseruantiam tacitæ donationis de futuro. & ita procedunt dicta Ioã. And. Cy. & Bart. & sequacium. Ex istis aliàs consuluit Franc. de Are. consi. liij. incipiente, in Christi nomine amen. q stante statuto Cortonẽsi, q mulier habens virum, non possit obligari in iudicio, vel extrà in persona, nec in bonis, nec aliquo contractu, sine consensu viri, si donauit cum iuramento, obligatur, vt ibi per eum. quod no. j. pro l. regũ. l. j. tit. xxj. l. c. & li. iij. ti. xx. l. xiij. & vide quæ ibi late & amplissime, cùm legerẽ prædictas leges, scripsi. An autẽ † promittẽdo dictam dotem restituere in casu soluti matrimonij, & ita iurauerit, nam tunc tale iuramentum de futuro firmat ipsum actum tacitum, & verum, & sic ipsam donationem præsumptam. ita post multa tenet Io. de Imo. in d. c. cùm cõtingat. in x. membro, quod videtur esse verisimum, secundùm Bal. Nouellum, vbi suprà qui per hæc reprehendit decisionẽ Ludo. in d. consi. xliiij. dum dixit, quod quando surgit præsumpta donatio ex cõfessione facta per virum de dote recepta, aliter non apparente numeratione, non firmatur iuramento. Nam, vt vides, non est vis, vtrum donatio inter coniuges sit expressa, vel tacita, quia vtroque casu firmatur iuramento, secundùm Imo. vbi suprà. qui subdit posse attentari, quòd † iuramentum assertorium non operatur, vbi posset esse suspicio fraudis, seu quod in fraudem iuris sit præstitum, vt dicebat Bar. & alij, de quibus suprà, quando persona esset omnino incapax, ita q non posset etiam cum iuramẽto sibi aliquid quæri. secus, quando non est omnino incapax, quia saltẽ cum iuramento posset capere, vt contingit in vxore, quæ capere potest à viro per donationẽ factam cum iuramento. & tunc videtur, q standum sit iuramento testationis, ne redarguamus ipsum de periurio in dubio. ar. eorum, quæ habentur in l. fancimus. C. ad l. Iuli. repe. Dicit tamen Ioann. de Imo. quòd hoc non est sine aliqua diuinatione, & sic quæuit. Contrarium tamen sentit Barthol. Soci. in dicta l. j. ff. fol. mat. pe. colum. versic. iiij. & vltimo limita. & dicit se ita consuluisse in fauorem mariti, ipsum defendendo à tali confessione iurata. In primis considerãdo, quòd cùm pars possit † iuramentum remittere ad suam vtilitatem præstitum, vt habetur in c. j. de iureiu. & in c. ij. supr. de spõ. in. pari ratione remittere poterat exceptionem periurij surgentem ex iuramento ad sui vtilitatem præstito, cùm sit eadem ratio. arg. l. illud. ff. ad l. Aqui. Vnde si allegatur simulatio, & pars aduersa opponit de periurio, replicari poterit, q periurium remississe videtur, ex quo cõsensit contrarium fieri simulatũ, & omnia in instrumẽto opponi ad simulationis corroborationẽ. & hæc fuit intentio partium, secundùm Io. de Imo. multũ notãtet in d. c. cùm cõtingat. Secũdò dicit, q ex quo maritus tractat de dãno, vxor de lucro excipiendo poterat se defendere, † allegando suam turpitudinem, secundùm not. late per Bar. & doctores in l. alias. ff. de iureiur. & sic videtur cessare ratio prohibitiua, & cõsequẽter depositio, vt c. cũ cessante. supr. de appel. cũ simi. *a* Tertiò, quia iuris præsumptione ex facie instrumenti constabat, confessionem simulatam, quia emanauerat inter personas prohibitas, vnde satis erat marito illegare vxori ius nõ cõperere, nec opus erat, de simulatione excipere, secundùm ea. tic notabiliter tradit Bar. in suo cõs. incipiẽte Pet. Nicolæ. faciũt no. per Bar. in l. cũ qui. C. qui ita. ff. de ver. oblig. Præsertim, quia iuramẽtum assertorium nõ videtur nocere. ex quo de periurio cõstabat, vt voluit in terminis nostris Cyn. in d. l. j. C. de sacrosanct. eccl. & fuit de mẽte Bart. in d. l. cùm quis decedẽs. §. Titia. & latius per Imo. in d. c. cùm contingat. Postremò dicit Socinus, q cùm maritus lege canonica legetur, ciuilẽ legis beneficio solui debet, per id quod habetur in d. c. j. de iureiurã. Vndeinfert, q potest maritus contrauenire allegando simulationem, per viam denunciationis euangelicæ, ad exonerandum conscientiam aduersarij, quia in fauorem animarum potest quis suam detegere turpitudinem, secũdum no. in c. cùm inter dilectus. de do. Et fuit ista consideratio Io. de Imo. in dicto c. cùm contingat. & ita aliàs consuluit Marianus Socin. cui consilio se subscripsit Bartholomæus Socinus eius filius, vt ipse refert in dicta l. fina. colum. ff. solut. matrimo. quod tene menti, quia quotidie venit in practica. Iuramentum ergo confirmatorium, vel assertorium, non habet validare confessionem mariti de dote recepta. Ampliabis prædicta, vt donatio inter † coniuges valeat, si est iuramento firmata, etiam si fiat donatio causa mortis omnium bonorum præ-

Extensio. Quãdo maritus promisit restituere dotẽ confessatam.

3. Diuersitas.

Opinio vera.

a Materiã huius concluf. egolatius descripsi in meis fallentijs vltra Soci. in litera a, in regula inci. allegantur pitudinem. Ioan. Ber.

Ampliatio Donatio causa mortis omnium bonorũ præsentium & futurorum, cum iuramento, valet inter cõiuges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentium & futurorum, cum pacto & iuramento de non reuocando ipsam, vt latè & singul. cõclu- dit Pau. de Cast. consi. cj. j. volu. quod repetitur in ij. vol. consi. lxxvj. incip. notandum est. qui subtiliter loquitur, dicens, ꝙ tunc tollitur de medio pactum & iuramentum, & remanet simplex donatio causa mortis, quæ morte donatoris confirmatur: vt ibi latius per eum, quem simpliciter refert & sequitur Alex. de Imol. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obl. xj. col. ver. subdit ibi Pau. aliud notabile verbũ. Reperio tamen, ꝙ idem Pau. forsan non memor prioris consilij, consuluit contrariũ consil. lxxxiij. in fin. incip. in ista donatione. idem eo tacito tenuit Alex. in l. qui dotis. v. col. versic. sed iuxta hoc. ff. sol. matr. quia verba illa, futurum tempus denotantia, non fuerunt adiecta in modum causæ finalis, sed demonstrationis causa. Vn de cùm donatio præsentium & futurorum saltim in præsentibus valida remaneat, secundum opin. doct. in l. fin. C. de pact. licet Bart. ibi relinquat co gitandum: cessat ratio super qua se fundat Pau. de Cast. Vnde concludit Alex. quòd si haberet consulere, non multum curaret de dicto Pau. qui profecto nimium fuit promptus ad consulendum, & admiratur de eo Alex. vbi suprà. Nec curo de opinione eorum, qui tenuerunt donationem inter coniuges non firmari iuramẽto, quam tenuit Io. And. in addit. ad Spec. isto tit. in rub. quæ incipit, est sciendum. Bar. Bal. & Saly. & Raph. Fulg. in l. j. ff. isto tit. Henric. in c. fi. infrà, cod. in fi. primæ distinctionis. & Francisc. Card. ibi, & in clem. j. de iureiur. §. fi. in v. q. & Bal. in l. cùm quis decedens. §. pen. de leg. iij. & latius in c. cùm contingat. suprà, de iureiu. xv. col. ver. quæritur igitur. & cõsi. xxix. incip. casus. vir donauit vxori. in iij. parte. Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Pau. de Cast. consil. lxv. in ij. col. incipit, super puncto. quod repetitur in ij. vol. incipit, super isto puncto. Franc. de Cur. consil. lxvj. ij. col. incipit, sapienter. multi alij, quos referre non curo, per iura & rationes quæ per ipsos videri poterunt. Ad quæ satis patet responsio ex prædictis. istam opinionem sentit Ang. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. & alij doctores ibi communiter omnes post gl. j. Idem volunt plures alij, quos refert Francisc. de Curte in prælegato consil. lxvj. & Bartholomæus Soc. consi. lv. incip. omnipotens Deus.

Opinio cõtraria reprobata.

1

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges valet ad vtilitatem tertij.*
2 *Fideiubere potest maritus pro vxore.*

§. LII. 4. *Limitat. Valet donatio inter cõiuges adutilitatem tertij.*

LIMITA quartò prædicta, vt non valeat donatio † inter coniuges ad vtilitatem ipsorum coniugum, secus si ad vtilitatem tertij, vtputa, si maritus se obligauit pro muliere creditori ipsius mulieris. Nam licet ex hac obligatione resultet quædam donatio, vel irreparabilis datio: nihil tamen ad creditorem de his quæ fiunt inter coniuges, quia certat de damno virando. argum. l. vt mihi donares. ff. de don. ista est not. decisio Bald. in auth. si qua mulier. ad fin. C. ad Velleian. cum quo transit ibi Salyc. & Paul. & communiter omnes. & facit text. in l. Seia mancipia. in princip. ff. eod. tit. & in l. iij. in fi. C. ne vxor pro marito. vbi dicitur, quod maritus potest pro vxore † fideiubere. Si ergo vxor se obligat principaliter, & maritus pro ea fideiubet, valet talis obligatio; vt dictis iuribus: per quæsita firmat Albericus post alios in d. authen. si qua mulier, nec sequitur, intercedit maritus pro vxore, ergo donat, secundum Paul. Ex his infertur, quòd si vxor recipiat à marito refutatione cuiusdam depositi olim facti patri suo, cuius ipsa non est hæres, sed recipit eam nomine fratris sui, qui est hæres: cùm ista refutatio non fiat ad vtilitatem vxoris, sed fratris sui, bene valet. ita consuluit Bald. consil. ccclxij. incipit, quæritur vtrum vxor in tertia parte consi. de quo suprà habita est mentio, in prima limitatione principali. Ista tamen intellige, nisi in fraudem fierent, & de fraude constaret: vtputa, si vxor accepit mutuum, vel cõmodatum, vt in suos vsus conuerteret, vel sibi secretò retineret: postea maritus volens vxori donare, per hunc modum, intercessit pro ea, vel debitum pro ea soluit: licet hoc casu creditori, qui de fraude non participauit, obligetur, ipsa tamen vxor non habebit sibi illud mutuum, vel commodatum. per tex. in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. & in l. ij. C. plus vale. quod agi. & in l. fi cùm pater. C. ad Velleian. aliàs enim per vnam viam concederetur, quod alia via prohibetur, quod esse non debet. vt regula, cùm quid. de regul. iur. libr. vj. cum concordantiis. ad quod faciunt quæ dicam infrà in tertia limitatione principali, in quinto effectu traductionis vxoris ad domum. in versic. & intelligo prædicta.

Illatio.

Fallentia. Quando sit ret infraudem.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges valet, quando vxor à principio nupta fuit sine dote, postea constante matrimonio donet marito aliquid ex causa dotis.*
2 *Argumentum à communiter accidentibus transfert onus probandi contrarium in aduersariũm.*

§. LIII. 5. *Limitat. Valet donatio inter coniuges extra causa dotis.*

LIMITA quintò prædicta, vt non valeat donatio † inter coniuges, nisi fortè vxor à principio nupta sine dote, postea constante matrimonio donet marito aliqua bona ex causa dotis. quia valet talis donatio, vt videtur casus in l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. isto titulo. vbi proprie loquitur text. quando vxor constante matrimonio promisit dotem, & dotis vsuras marito, & dicitur quòd hoc non est prohibitũ inter coniuges. Nam si ille text. intelligatur quòd ante matrimonium fuisset dos promissa, prout aliqui volunt intellige re, fatua & indubitabilis fuisset quæstio: contra id quod habetur in l. quod Labeo. ff. de Carbon. & l. ancillæ. C. de furtis. cum similibus. Quod videtur satis æquum. Nam si mulier dotata à principio hoc potest facere perviam augmenti dotis: vt est expressum in l. si constante. & l. fin. post principium. versicu. quare enim. C. de donation. ante nupt. & expressius Instit. de donat. §. est & aliud. versic. & primis quidem. & ibi glo. & glos. magna in l. prima. ff. soluto matrimo. quæ simpliciter & indistinctè dicit dotem posse per mulierem constante matrimonio constitui, per leg. si constante. multò ergo fortius si à principio dotata non fuisset, hoc facere posset, cùm vtilius sit vxori stare apud maritum dotatam, quàm aliàs sine

1. *Fundamentum.*

alias sine dote. mulier enim indotata, faciliter spernitur à viro inxta not. in l. si cùm dotẽ. §. sin autem in sæuissimo. ff. so. mat. & dicam latè super tex. ita reperio tenere solum Baldum Nouellum in suo tracta. de dote. in vj. parte. xvj. speciali. & in vij. parte. in iij. priuilegio. Nec obstat, si dicatur, quòd ex quo maritus vxorem duxit sine dote, per consequens tenetur ad onera matrimonij, & sibi imputet: vt l. quod si nulla. ff. de religio. & sump. fune. cum aliis, de quibus dicã super tex. in v. intellectu. Quia dici potest, & non improbabiliter, quòd aut tempore contractus matrimonij vxor habebat bona, vnde se posset dotare: & tunc verisimiliter præsumitur nupsisse cum dote, ar. à communiter accidentibus: vt l. certi condictio. §. quoniam. ver. nam quotidie. ff. si certum pet. & in c. de cætero. de cler. non resi. quod quidem † argumentum transfert onus probandi contrarium in aduersarium. vt sentit gl. in l. neque natales. C. de prob. quam ad hoc reputat singu. Iud. sing. cccxcvij. & Andreas Sicu. in c. nouit. de iudi. col. vij. Constituendo ergo vxor dotem constante matrimonio, videtur magis debitum agnoscere, quàm donare de nouo. Aut mulier, quando matrimonium contraxit, erat inops, & nihil habebat, sed postea sibi obuenerunt ex aliqua successione, donatione, vel aliàs. & tunc verisimile est, quòd si dicta bona habuisset à principio, illa assignasset in dotem, vt melius tractaretur à viro: vn de illa postea dando constante matrimonio aliqua bona in dotem, videtur grate & humanè se habere cum viro, ex eo quòd ipsam accepit sine dote, & quasi remunerãdo beneficium receptum. quæ quidem remuneratoria donatio, permissa est inter cõiuges: vt late dictum est suprà in secunda limitatione principali, præsertim cum talis donatio veritate inspecta, non dicatur omnino pura & liberalis, quia non conceditur marito ex titulo lucratiuo, sed potius oneroso, propter onera matrimonij substinenda: vt l. ex promissione. ff. de aet. & obli. & l. pure. §. pe. ff. de excep. do. & l. fi. §. si à socero. ff. de his quæ in frau. credi. & l. pro oneribus. C. de iure do. & c. salubriter. infrà, de vsuris. Si ergo dos sic constituta post cõtractum matrimonium, erat congrua omni respectu. scilicet tam onerum matrimonij, quàm cõditionis ipsius viri: forte, quia erat nobilis, & magnæ conditionis, adeò quòd dicta sua conditio requirebat adhuc maiorem & nobiliorem dotem: non video rationem, quare dicta constitutio dotis fieri nó possit. ar. text. in l. quæro. ff. de iure do. cum simi. Vnde ex quo maritus merebatur hanc dotem, ex hac dotis constitutione non dicetur fieri locupletior. quo casu valida est donatio inter coniuges. vt dictum est suprà in prima limitatione principali. In eo tamẽ quòd excederet congruentiam dotis, non valeret: quia in illo censeretur gratuita & liberalis donatio: vt latius firmat Bald. Nouel. vbi suprà, quamuis de rigore iuris aliqualiter sum dubius, propter ea quæ suprà dicta sunt §. xxviij. sũt & aliæ donationes. vbi tenui maritum non posse dotare vxorem constante matrimonio: vbi videas latè, & fortè commodius hîc caderent.

A communiter accidentibus. 4. Fundamentum.

1

2

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem, gratia honoris vel dignitatis adipiscendæ, valet.*
2 *Donatio inter coniuges anno elapso, à tempore contracti matrimonij valet, si filios non habent.*
3 *Societatem omnium bonorum inire possunt coniuges anno elapso à tempore matrimonij cõtracti, dum modo non habeant liberos.*
4 *Et an à tali societate, iuramento firmata liceat recedere.*
5 *Pactum etiam iuratum de non succedendo ex testamento, non præiudicat paciscenti, nec tollatur libera testandi facultas.*
6 *Iuramentum, quòd potest seruari sine interitu salutis æternæ seruandum est.*
7 *Fratres iurantes non diuidere hæreditatem, tenentur iuramentum seruare.*

§. LIIII. 6. *Limitat. Valet donatio inter cõiuges gratia honoris vel dignitatis adipiscendæ.*

LIMITA sextò prædicta, vt non valeat† donatio inter virum & vxorẽ, nisi forte vxor donat marito gratia honoris, vel dignitatis adipiscendæ idem si causa dignitatis, vel causa honoris fiat, vel gratia ludorum præparandorum autoritate publica: vt l. quod adipiscendæ. cum duabus legibus sequentibus. ff. isto tit. fami. erci. l. fi filia. §. Neratius autem. Ex quo infertur, quòd si vxor donauit viro causa studiorum, vel ad licentiam, vel doctoratum obtinendum: valebit talis donatio. ad quod bene facit text. in l. Marcellus. ff. isto titu. iuncta glo. & quæ dixi suprà, in prima limitatione principali, in ver. requiritur etiam. Idem si pro militia vel nobilitate acquirenda. Hunc, & alios octo casus, in quibus valet donatio inter coniuges, ponit Axo in summa huius ti. & Host. in summa tit. de dona. inter coniuges. §. quæ donationes. in fi. & Henricus in c. fi. infrà eodem. quos perte videas. Adde alium, scilicet quando maritus aliquid donauit vxori, vt ornatior ad ipsum accedat. de quo dic vt suprà. colu. viij. ver. vestes ergo, & alia ornamenta. cum pluribus sequentib. signanter col. xxx. §. prædicta tamen. cum sequenti. Adde aliud scilicet quando donatio † inter coniuges fieret anno elapso à tempore contracti matrimonij, si filios non habent. Si tamen postea filius nascatur, reuocatur donatio, nisi in quinta parte. Hoc disponit l. regni, Foro Iuzgo, libro lij. titulo primo. l. vj. quæ incipit, porque muchas. Approbatur hodie Foro legum libr. iij. tit. xij. l. iij. quod tene menti, nec alibi hoc reperio. Ad idem facit lex regni, Foro legum lib. iij. titu. vj. l. ix. quæ dicit, quòd elapso anno à tempore matrimonij contracti, possunt maritus & vxor filios non habentes, inter se † societatem coire suorum bonorum: quę tamen societas soluitur in totum, per liberorum superuenientiam. Et secundùm hoc intelligo, & limito tex. in lege, cùm hic status. §. fi inter virum ff. isto titulo. vbi dicitur, quòd non valet societas inita inter coniuges ex causa donationis: quamuis aliàs non sit prohibita: vt l. alimenta. §. ij. ff. de aliment. & ciba. lega. Nam debet intelligi, si intra annum à tempore cõtracti matrimonij, secus si post. per prædictam l. regni. Et potest esse ratio, quia intra annum ardentius se amant coniuges, quàm post: quia omnia noua placent. vnde si permitteretur tunc donatio, spoliarent se coniuges donando. Ego non possum attingere aliam rationem illius l. Et secundùm ista fortè debet intelligi illud, quod notanter consuluit Bartholomæus Socinus consil. clxxxix. vbi concludit per bona fundamẽta, quòd

Valet donatio inter cõiuges anno elapso. Lex regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stante statuto, quòd vxore præmoriente maritus habeat dimidiam dotis. vxor marito consentiente, de tota dote disposuit, eam alicui fortè donando: valebit quidem talis dispositio, quamuis maritus pœnitentia ductus, vxore adhuc viuente, revocauerit consensum adhibitum. quod est valde notandum, & menti tenendum. Potest tamen intelligi, vt procedat, quando hoc fuit factum, post annum à tempore contracti matrimonij, nisi forte dixeris, quòd hic maritus videtur renunciare soli spei sibi per matrimonium quæsitæ, quæ poterat esse fallibilis ipso præmoriente. itaque in contractu videtur renunciare iuri quærendo, non autem quæsito, quòd inter coniuges permittitur, vt suprà dictum est. Cogitabis. Sed est pulchrum dubium, de quo aliàs vidi multum dubitari. Maritus & vxor post annum à tempore contracti matrimonij contraxerunt inuicem societatem omnium bonorum ex causa donationis, vel aliàs, cum iuramento de nunquam discendendo ab ista societate, modò alter eorũ pœnituit, & vult discedere ab ista societate, nunquid poterit? Videtur quòd sic, & quòd valuit donatio, & dispositio, quam de suis bonis in vita fecit, quia pactum, seu conuentio, de nunquam diuidendo rem communem, seu societatem initã, non valet *a*, vt l. in hoc iudicio. §. si conueniat. ff. communi diui. & facit l. fin. C. eodem. etiam si adiiciatur super hoc iuramentum, vt notanter firmat Alexander consil. clix. aliàs consi. xviij. secundo volumine, in prin. per bona fundamenta, quæ videas per te. refert & sequitur Fely. in c. edoceri. viij. columna. in fin. de rescriptis. Iason in l. si non sortem. §. si cẽtum. ij. columna. ff. de condi. inde. b. Ergo eodem modo in casu nostro hoc fieri poterit. Ratio prædictorum est, quia communio solet generare discordiam, vt l. cùm pater. §. dulcissimis. de leg. ij. & c. ex tenore. infrà, de senten. excommu. ita dicit Abb. in c. si diligenti. iiij. colum. in fin. verſi. quartus casus. suprà, de foro compe. Potest assignari alia ratio, scilicet quia per huiusmodi societatem perpetuo duraturam adimitur libera facultas testandi in rebus in societate positis, vt l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. ibi glossa. no. & l. nulla, eodem tit. & dicta l. in hoc iudicium. §. conueniat. ita dicit Ludo. Ro. consi. xiij. & xiiij. quem refer Andreas Siculus. in c. reatum primo. xxxiij. colum. suprà, de test. Facit quod in simili dixit Baldus in l. fina. C. de pactis. in verſi. venio ad secundum. vbi notanter determinat, quòd † pactum etiam iuratum de non succedendo ex testamento, non præiudicat paciscenti, ne rollatur libera testandi facultas. refert & sequitur Iud. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obl. & Georgius in repetitione cap. quamuis pactum. de pactis. libro 1. extro. columna vij. verſicu. fortius. Reperio tamen, quòd Iaso. Maynus in l. si non sortem. §. si centum. columna decima. ff. de condi. inde. dubitat, & meritò, de ista decisio ne. æquia hoc † iuramentum de non discendendo à societate, potest seruari, sine interitu salutis æternæ. ergo seruandum est. cap. cum contingat. in fi. suprà, de iureiur. cum concordantiis, præcipue cùm ratio dict. §. si conueniat. sit propter infinitam euitandam, secundum glo. in l. pe. in gl. magna, circa fin. C. de pactis. quando scilicet conuentum esset, ne vllo vnquam tempore diuidatur. secus si dictũ esset, quòd in perpetuum sicut in communione. Nam valeret, & intelligeretur perpetuum, id est, quousque alter eorum vnus, l. prima. cum gloss. iuncta l. nemo. ff. pro socio. ita dicit Florianus in d. §. si conueniat. Sic etiam valeret conuentio, vel laudum arbitratoris, quod toto tempore contrahentium non liceat diuidere, secundùm Alexand. consi. lviij. incipiente, visso themate prædicto. fi. colum. in v. vo. Nec obstat glo. in c. fi. de procu. libro vj. super qua se fundat Alexand. quoniam illa loquitur in iuramento simplici, de non renouando mandatum. Secus tamen est in iuramento aduersario præstito, de non renouando talem procuratorem. nam ex tali iuramento licito & honesto, ne ei illudatur, bene oritur obligatio. l. si quis maior. C. de transact. ideo tunc renouari non potest. ita not. dicit Bald. in rubrica suprà, de pactis. x. colum. ex quo infert, quòd si notarius recipit tale iuramentum nomine omnium, quorum interest, nõ possit tunc renouari: *b* nec tunc haberet locum illa glo. sed in casu nostro iuramentum fuit præstitum alteri socio: ergo habebit locum illa glo. secundùm Iaſ. vbi suprà, qui relinquit cogitandum, quia lis vitatio Bal. est ardua, & iura, per quæ monetur glo. in d. c. fi. refragãtur. Ad cuius confirmationem facit d. c. quamuis pactum. & quod notãter voluit Bal. in c. veniens. in fi. suprà, de iurein. vbi dixit, quòd si mulier iurauit alicui ad eius commodum, quòd dotem non alienaret: quamuis postea alienet cum iuramento, non valebit alienatio, in præiudicium eius, cui primò iurauerat, & erat ius quæsitum. sic intelligit tex. in c. intellecto. suprà, de iureiur. & glo. in c. licet. eodem tit. li. vj. quod dictũ, tãquam singulare, refert Geor. in d. c. quamuis pactũ. col. viij. ver. ij. adducit. Ad idẽ facit nota da decisio Old. cõsi. ccxlj. inci. factũ tale est, pater filiũ. quã si bi appropriat Io. An. in Speculo, iiij. part. de iudi. §. sequitur. col. iiij. ver. vidi dubitari. vbi dicit se vidisse de facto dubitari, si pater in mortẽ duos filios iurare fecit de hæreditate non diuidenda intra decẽnium: ipsi non possunt prouocare ad diuisionem, nisi inuicem sibi iuramentum remittant: iuxta not. in c. ij. de despon. & in l. Labeo. ff. de iure. Nepos tamen bene potest patruum prouocare ad diuisionẽ: iuramẽtũ sibi nõ ligat nepotẽ. etiã hæredẽ. c. veritatis. de iu. iu. c. fi. de sepul. & ita sentiũt isti, q† fratres iurãtes nõ diuidere, tenẽtur iuramentũ seruare. & sequitur Ale. cõ. xxviij. inc. perspectis. in v. vol. Ex istis infero ad vnũ quotidianũ: pater vel mater volẽs tradere filiam nuptui, iurauit eã meliorare in iij. par. bon. suorũ, vel iurauit multũ filiorum meliorare, imo q† omnes æqualiter succedãt: causa onerosa, & in fauorẽ filiæ, & eius mariti: quia fauore dotis nõ est locus præsentiæ: vt est casus vnicus in iure, in l. si ego. §. j. de iure dotiũ. secũdùm Bal. in l. ficut. in fi. C. de act. & obliga. de quo meminit Alexand. in l. si constante. x. colum. in princ. ff. soluto matrimo. Quamuis ergo iuramentum non interuenisset, nisi sola promissio, cùm ex causa onerosa factum sit, iustissimum erat illud obseruare. Vtinam super hoc fieret lex noua, per quam euitarentur fraudes, peccata, & periuria, quæ sæpius committuntur à parentibus: qui postquam nuptui filiam tradiderunt, non verentur promissa infringere, etiam iuramento firmata, dicentes

a Adde Hypo. consi. ix. incip. nemo cogitur. vbi refert ad hoc Oldra. consi. ccxlj. incip. factũ tale est, paterfa. Ioan. Bern.

An liceat discedere societate iurata inter coniuges.

Contraria opinio.

b Adde materia eminno Bal. in c. ex parte decan. col. j. de rescri. verſic. amplia v. & per tot. sequitur. & hi interuenientes refert singul. cum Alex. in l. si procurator. in pen. col. verſic. quæ si in litera. vbi tenet simpliciter quod posse renocari quando minus in mãdato promisit illum non renocare. & ideo si appareat iustissima causa, quæ ries præsumitur esse ratifieris, tenere confirmato. Io. Bern.

centes se non teneri ad illud pactum seruandum: vt l. pactum quod dotali. C. de pact. vbi est expressum secundum Bald. in l. cùm Archimedoram. C. vt in possess. legat. prope fin. verſi. vlterius quæro. de quo meminit Iaſ. in §. actionum. Insti. de actio. verſicu. quid autem fit. & quamuis ille non dicat idem voluit Alberic. de Rosa. in l. fin. C. de pactis. col. pen. Postquam ista scripsi, vidi quod optabam: nam regina sancta Helisabeth, vita defuncta, dominus noster, rex Ferdinandus in vrbem Toro nomine curias vocans, complures ac salubres edidit leges, ex consiliariorum suorum consilio, cum quibus ego, licet immeritus, tunc temporis, sicut & nunc consiliarius, eram: vbi inter alia constituit, quòd si pater vel mater pro maritanda filia, vel filio in matrimonio collocando, meliorauit vel meliorare vel non meliorare promisit, teneatur illud seruare, nec poterit postea pœnitere, etiam si iuramentum non interueniat. tenet Bald. in l. cùm à socero. C. de iure dotium. *a* Cùm autem hoc pactum fiat in fauorem illius, qui haberet vxorem ducere filiam promittentis, vel in fauorem mulieris futuræ nurus: non licuit eorum præiudicium ab huiusmodi prouisione discedere. Per hoc redditur mihi dubia decisio Alnaroti in cap. si filij. in tit. si de feudo defuncti fuerit controuersia. vbi dicit, quòd si habens filios ex prima vxore, secundã duxit, cum pacto quòd filij nascituri non succedant in feudis, sed filij ex prima: quòd ipsi contrahentes poterunt mutare voluntatem & per contrarium pactum pacisci, quòd succedant vnà cum liberis prioris matrimonij: per glos. j. in capit. si facta. eod. titul. & per l. si facta. eod. tit. & per l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. quod est notandum, secundum Iacobum in tractatu feudorum.

a Adde, q† a contrariam doctrinã ponit Iaſ. in l. ij. fo. 21. col. iij. C. de iure emphyt. referendo Bart. Bal. Angel. & Imo. & Anani. vnde post eos dicit ipse vnũ quod est no. q† si ego donaui alicui rem sub pacto, q† post tale tempus ecclesiæ applicetur, ego possum donatario illud pactum remittere, & sic ecclesiæ præiudicare. vide eum. Iaſ. in d. l. ij. folio xxiij. co. j. post me. & in seq. Ioã. Bern.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem an valeat ante traductionem.*
2 *Confessio facta per maritum ante matrimonium, de dote recepta, non præsumitur facta animo donandi.*
3 *Matrimonium dicitur, & maritus & vxor dicuntur, contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti, licet non interueniat carnalis copula. & num* 10.
4 *Copula carnalis an requiratur ad validitatem matrimonij.*
5 *Ductio ad domum an sit necessaria ad esse matrimonij.*
6 *Tutrix filiorum esse non potest mater, quæ mortuo patre transiuit ad secunda vota.*
7 *Beneficia eius qui matrimonium contraxit per verba de præsenti, an vacent. si secuta non fuerit copula carnalis.*
8 *Legatum si fiat mulieri pro dote, vel in tempus nuptiarum si fiat maiori, intelligendum est de die festiuitatis nuptiarum, scilicet, quando matrimonium contrahitur per verba de præsenti. posito*
10 quòd ad domum viri traducta non fuerit.
9 *Dotis promissio, vel data videtur facta sub conditione si ipsa sponsa virgo ducatur ad domum viri.*
11 *De proximo copulandis, coniunctis & copulatis habetur.*
12 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
13 *Vasallus cognoscens sponsam domini sui, an perdat feudum, sicut quando cognouit vxorem.*
14 *Coniunx dicitur non solum illa quæ ducta est, sed & illa quæ ad ducendum parata.*

§. I. V. 7. *Limitat. An valeat donatio inter coniuges, ante traductionem. Primò fundat quòd sic.*

LIMITA septimò & vltimò prædicta, vt non valeat † donatio facta inter coniuges constante matrimonio, quando vxor iam fuit traducta ad domum viri, & carnaliter cognita. Si autem non fuerit traducta, quamuis esset inter eos contractum matrimonium per verba de præsenti, nihilominus valeret donatio. Istud est mirabile dictum Azonis in summa tit. de donatio. ante nup. in fi. Tenuit etiam Hostiensis in summa tit. de donatio. propter nup. §. fin. in fine. refert & sequitur Collectarius in cap. fid. infrà, ti. to tit. ij. col. & Imol. in l. si socer. §. Lucius. ff. col. ff. soluto matr. de quo facit ibi magnum festum. refert etiam Alex. in l. si sponsus. §. si vxor. ff. isto tit. ãn apostillis: reputans hoc valde not. & Andr. Sicul. in l. si diuortio. in princ. ff. de verb. oblig. Antonius Corsetus in suis singularib. in parte, donatio. singulari incipiente, vxor donauit marito. & Campegius in suo tractatu, de dote, prima parte, quæstio. lxxix. & Bartholomæus Socinus consilio cxxiij. in princi. incipit, suprà scriptum. & Fely. in cap. tertio loco. de præsumpt. Sensit idem Bald. in l. cum in te. in princ. C. de dona. ante nupt. intellige quando præcesserunt sponsalia: aliàs per solam traductionem ad domum viri, non præcedentibus sponsalibus, non videntur sponsalia contrahi. vt dicit tex. not. in l. quæsitum. ff. de sponsa. & in cap. ex parte, infrà, de restit. spolia. quia licet mulier consenserit ductioni, non tamen ideo consensit nuptiis contrahendis: ac consentire potest, vt concubina: ita dicit gl. in dict. l. quæsitum. Traductam autem intelligo sponsam, non solum quando sponsus eam ad domum suam traduxit: verùm etiam, quando sponsus transiuit ad commorandum cum sponsa in domo ipius sponsæ: quoniam vtroque casu sponsa dicitur traduci, non traducere: vt notatur in prælegatis iuribus. In cuius signum cauere solent sponsæ, ne mariti limen pedibus attingant sed translatæ introeant: vt declarent, non sua sponte, sed quodammodo vi coactas, solitum pudorem amittere. Qua ex re apud priscos illos, cùm certis diebus, tum verò Calendis omnibus, quæ Iano dedicatæ sunt, virgines duci religio fuit: eò quod eis vis quodãmodo fieri videretur, quod tunc piaculum fuerat: vt latius prosequitur Franciscus Barbarus in suo eleganti libello, de re vxoria, libro primo, cap. viij. Vnde Gorgon illa superba mulier, merito vituperari potest, quæ an ad virum proficiscerentur interrogata, Non equidem, inquit, sed ad me vir. cùm vxor pene sit familia viri, vt capitulo hæc imago. xxxiij. quæstio. quinta, & sibi debeat seruire & obsequi: vt in præcedentibus dictum est. Confirmati potest opinio tali ratione, quando vxor non est traducta, non videtur inter sponsos tanta domesticitas, nec tantus amor, nec per consequens eadem ratio

2. *Fundamentum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

prohibitionis, ſicut quando vxor iam fuit traducta. ideo merito talis donatio bene valebit. ita dicit Ioan. de Imo. in d. l. Lucius. Ad quod bene facit, quod voluit Franciſc. de Aret. in l. ſi diuortio. iij. colum. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quòd † ſicut confeſsio facta per maritum ante matrimonium de dote recepta, non præſumitur facta animo donandi: vt ſingulariter concludit Ioan. And. in additio. ad Specul. iſto titulo, in rubrica. Bald. in l. penult. §. mulier. ff. ſolut. matrimo. Sic etiam quando eſſet contractum matrimonium per verba de præſenti, ſed nondum conſummatum, quod tene menti, quia eſt valde notandum, & alibi non legi. Et ratio huius eſt ſecundum eum: quia ante matrimonium conſummatum non præſumitur eſſe tantus affectus inter eos, quia non eſt inter eos tanta domeſticitas, ſicut poſt. Nam conſtante matrimonio ſæpe vir blanditiis mulieris flectitur: vt l. fin. C. ſi quis aliquem teſt. prohi. vnde diſparitas affectionis facit, ꝙ non ita de facili præſumatur donatio ante matrimonium conſummatum, ſicut poſt. Ita ergo videtur dicendum in caſu noſtro, vt valeat donatio inter ſponſos de præſenti ante copulam. Subdit tamen Ioan. de Imol. in dicto §. quòd hoc dictum Azonis non poſsit practicari in partibus Lombardiæ, vbi vir poſt deſponſationem conuerſatur in domo vxoris, habendo ſecum copulam, antequam traducatur, & facit feſtum nuptiarum. Idem vt audio, fit apud Cantabros & Vvandalos. Sed meo iudicio nullibi hoc dictum practicari poteſt: tum quia contrarium tenuerunt plerique, vt Cyn. & Bald. in d. l. cùm in te. & Bald. in l. cùm deſponſæ. eodem ti. vt refert Alexand. conſil. cxlij. penult. col. verſic. item reſpondeo. v. volum. Saly. in d. l. pe. Barthol. Socinus conſil. cxxiij. colum. ij. verſic. ſed his non obſtantibus. qui pulchrè loquitur, videas rogo. Tum quia, vt mihi videtur, non poteſt iure ſuſtineri, cùm ſit contra caſum expreſſum, cui nullatenus reſponderi poteſt. in l. pen. ff. iſto tit. qui dicit donationem inter coniuges non valere, niſi ante matrimonium contractum factum ſit. quod de conſenſu intelligitur. quem text. ſic allegauit & inducit gloſ. in l. iij. ff. iſto titulo. in verſic. concubinæ. & Bald. in l. vnica. in fine. C. de vſucap. pro dote. & ipſemet Ioan. de Imol. in l. Mæuia. in fine principij. ff. ſolut. matrim. refert & ſequitur Alex. in dicta l. ſi ſocer. in finalibus verbis. & Franciſc. de Aretio in dicta l. ſi diuortio. in fine. ff. de verborum obligat. Ad idem eſt bonus text. iuncta glo. in ver. concubinæ. & l. iij. ff. iſto titulo. vbi dicitur, quòd † matrimonium dicitur, & maritus & vxor dicuntur, contractis duntaxat ſponſalibus per verba de præſenti, licet non interueniat carnalis copula. & ſic concludit ibi gloſ. quòd ſicut prohibetur donatio inter coniuges, conſtante matrimonio, ſeu inter virum & vxorem: ita & matrimonio non conſummato, ex quo interuenit conſenſus de præſenti. Et quamuis ibi glo. dixerit hoc procedere de iure canonico: tamen dico idem de iure ciuili: vt probatur in authent. de nuptiis. §. nupt. & ibi bona gloſ. collat. quarta. Ad validitatem enim matrimonij, nec de iure canonico, nec ciuili, eſt neceſſaria ductio ad domum, nec † copula carnalis: vt voluit gloſ. in dict. l. cùm te. C. de donatio. ante nup. eſt tex. in l. mulierem. & l. denique. ff. de ritu nuptia. & in l. nuptias. ff. de regul. iur. Nam & vxor quandoque ducit virum. vt l. ſi ignorans. ff. ſolut. matrim. Solus enim conſenſus eſt, qui facit matrimonium. vt cap. primo. & cap. cùm locum. ſuprà, de ſponſal. & capitu. fin. de ſponſa duo. & cap. ſufficiat. & cap. cùm initiatur. cum multis ſequentibus. xxvij. quæſtio. ij. & cap. vnico. de voto. lib. ſexto. Vnde ad eſſe matrimonij † non eſt neceſſaria ductio ad domum ſponſi, etiam de iure ciuili: vt ſuprà dixi. & tenet gloſ. apud Legiſtas ſingularis in l. cui fuerit. ff. de cond. & demonſtr. vbi eſt bonus text. adde bonam gloſ. in §. pen. Inſtit. de excuſat. tuto. in ver. maritum. in fi. & ibi not. Angel. in princi. qui vult quòd ſtatutum in vxore habeat locum in ſponſa, & econtra. Ex his infertur, quòd titulus, vnde vir & vxor, habet locum non ſolùm in vxore non ducta, & cognita, ſed etiam in ſponſa de præſenti. ita tenet Bal. ſi bene aduertatur in l. certum. v. colum. verſic. ſequitur videre. de bonor. poſſ. vnde vir & vxor. & l. prima. C. vnde vir & vxor. quem ſimpliciter refert & ſequitur Ludo. Bononinus in tracta. de ſucceſsionibus ab inteſtato. in ſuis additionibus ad Matheſillanum, charta iij. ante finem. ij. columna. Idem latius firmat Nicol. de Vbald. in ſuo tractatu, de ſucceſsio. ab inteſt. quarta parte, in princip. qui dicit, ſe ſic conſuluiſſe in contingentia facti, de quo ſubiiciam. Et hinc eſt, quòd diſpoſitio authent. præterea. C. vnde vir & vxor. qui loquitur in vxore, vt conſtante matrimonio ſine dote vxor inops ſuccedat marito locupleti prædecedenti, ſecundum formam ibi traditam: habet etiam locum in ſponſa de præſenti nondum tradu&ta, vel cognita. ita tenuit ſolus Franciſcus de Pepis in repetit. dict. authent. præterea. ſecunda colum. motus aliquibus fundamentis, de quibus ſuprà. & per cap. coniux. xxvij. quæſtio. ſecunda. vbi coniunx vocatur etiam ea, quæ concubitu cognita non eſt. tene menti illud dictum, quia eſt nouum. & vide Bartol. in l. nihil. ff. rer. amota. Hinc etiam, quòd † ſicut mater filiorum, mortuo patre, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, non poteſt eſſe tutrix eorũ: vt l. omnem. C. ad Tertul. & in l. ſecunda. cum authent. ibi poſita. C. quando mul. tut. offic. fun. po. & cap. ex parte M. ſuprà, de appellatio. ſic quando *a* contraxit ſponſalia de præſenti. Mirabile dictum eſt Spec. titulo de tutore §. nunc dicendum, quinta colum. ver. item excipitur. refert & ſequitur Bart. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tut. viij. col. verſi. quæro an ſtatim. & Lud. ſing. ccxxij. inci. tu habes. Bal. §. nos autẽ. ix. col. ver. & per hoc. Inſt. de Attil. tutor. idem tenet Luc. de Pen. in l. ſi. col j. C. de incol. lib. x. Hinc eſt etiã, ꝙ licet matrimoniũ per verba † de præſenti contractũ, non fuerit copula carnali conſummatum: nihilominus vacant beneficia quę quis habet, vt volunt domini de Rota, in deciſ. nouis. xxvj. incip. ſi impetratur beneficium. quæ hodie reperitur ſub tit. de cleri. coniu. *b* Hinc eſt etiã, ꝙ ſi † legatũ fiat mulieri pro dote, vel in tempus nuptiarũ: ſi quidẽ fiat maiori, intelligendum eſt de die feſtiuitatis nuptiarũ: vt l. ſancimus. C. de nup. & intellige feſtiuitatem nuptiarũ, quando matrimoniũ contrahitur per verba de præſenti, poſito, quòd ad domũ viri non ſit tradu&ta: vt l. cũ fuerit. & ibi not. ff. de cond. & demon. ita notab. dicit Bar. in l. Titio centũ. §. ſi. col. ſi. ff. eod. tit. quod tene menti. Hinc eſt etiam, quòd ſi dictat ſtatutũ, vel

Not. hoc ad multa, ꝙ copula ſine traductione ſufficit ad conſummationem matrimonij.

Determinatio contraria.

Ad eſſentiã matrimonij mariti & vxoris ſufficit, ꝙ ſint contracta ſponſalia de præſenti, nec requiritur ductio ad domum, nec copula carnalis.

6. Illatio. An ſtatutũ in vxore habeat locũ in ſponſa de præſenti nõdum tradu&ta. Adde Ang. Aret. de hac quæſtione plenè diſſerentem in §. fuerat. Inſt. de alt. fol. 7. col. iij cum ſeq.

b Adde, hoc procedit, etiam ſi ſponſa nondum cognita, religionem ingrediatur, quia nõ per hoc recuperat beneficia. tenent Archid. & Domi. in c. placuit. 32. diſt. ſitẽ adde etiã ſita le matrimoniũ eſſe nullum, puta cũ cõſanguinea, aut aliàs. not. Io. And. in ca. Ioannes. de eler. cõiug. & refert la ſo. illud ſequendo in l. vbi pactum C. de tranſact. pe. col. ver. j facit, refert Iud. Rom huic opi aſſentiri in conſil. cclxxxxiij. inci dubita tur primò. in viij. col. Io. Bern. Opinio contraria.

vel factum eſt pactum inter coniuges, quòd vxore præmortua ſine liberis, maritus lucretur dimidiam dotis: ſi præmoriatur ſponſa de præſenti dotata, ante ductionem ad domum, & carnis copulam, ſponſus ſeu maritus lucrabitur dimidiam dotis. ita ſenſit Bar. in l. nihil. ff. rer. amo. ar. illius tex. & in l. j. in prin. C. vnde vir & vx. & ibi etiam Bal. Pau. Lud. Sali. Ial. j. col. ver. ij. ita regul. vbi firmat legem illam, quæ loquitur in vxore, habere locũ etiam in ſponſa de præſenti, ſecus dicunt in ſpõſa de futuro: quæ licet aliàs habeat priuilegia competentia vxori: vt eſt text. not. in l. ij. §. ſi. cũ l. ſeq. & in princ. l. ſequẽtis. ff. de priui. cred. tamen non habet priuilegium ſuccededi ſponſo ab inteſtato, quia nondũ eſt perfecta aliqua affinitas: vt l. quod ſeruus. ff. de condict. ob cautam. hanc partem expreſsius tenet Bal. in l. ſancimus. C. de nupt. & in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cleric. iij. colum. verſic. ſed iuxta hoc pone. & ibi Rapha. Fulgoſ. & latius Pau. de Caſt. ibidem, & in l. ſi ante nuptias. & in l. ſi marito. §. j. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam. ff. de condict. cauſ. dat. & latius conſilio cxxiij. incipit, ſuper primo quæſito. Idem tenet Rapha. Cuma. in dict. l. nihil. & in d. l. ſi ante nuptias. Angel. in l. prima. C. de impo. lucra. deſcri. Anch. in rep. c. j. ſuprà, de conſti. char. xlj. in xiiij. q. princip. verſic. quæro de quæſtione quæ mihi occurrit de facto. Hoc idẽ firmat multis fundamentis Ang. de Aretio, in §. fuerat ante. Inſtit. de actio. char. xvij. verſicu. quæro de quæſtione quotidiana. Et ſubdit, quòd hæc opinio ſeruatur in practica maximè ſi ia maritus ante mortem vxoris cœperat ſuſtinere onera matrimonij in veſtibus & aliis, vt docet experientia. Dicit etiam, quòd quamuis iſta expenſa & damnum mariti non ſit tantum, quantũ eſſet lucrum dotis: tamen integram medietatẽ dotis debet lucrari, & haberet, prout ſtatutũ diſponit. arg. l. creditor. §. inter maritum. ff. manda. qui eſt bonus tex. Sicut econtra poteſt contingere, quòd dotis fructus, vel etiam dimidia proprietatis dotis, vel forte tota dos, non ſufficeret ad onera matrimonij inchoandi, ſiue iam inchoati, & copula carnali conſummati. Nã vt videmus quotidie, ante quã ſponſus traducat ſpõſam, & in ipſa traductione facit magnas expenſas, & ferè expẽdit totã dotem in veſtibus, ornamẽtis, & in conuiuio, & in muſicalibus, & ſimilibus. Et ſi poſtea vellet illa ornamenta, & veſtes vendere, non reperiret dimidiam eius quod expendit. & tamen nihilominus maritus tenetur ſuſtinere onera matrimonij. vt l. pro oneribus. C. de iure dot. & ca. ſalubriter. infrà, de vſuris. Vnde iſta quodammodo dependent à fortuna, & maritus in effectu videtur emiſſe iſtum caſum, ſicut quencunque alium. vt l. in vendendo & l. finali. ff. de action. empt. habebit ergo maritus hoc caſu dimidiam dotis ſponſæ de præſenti, etiam nondum tradu&æ ad domũ, nec carnaliter cognitæ. Hanc etiam partẽ, vt dixi, tenet Fulg. in dicta l. deo nobis. C. de epiſcopis & clericis. dicens ſe ita alias conſuluiſſe, cum pluribus doctoribus. Iſtã etiã ſequitur Cãpetius in ſuo tractatu, de dote. v. parte. quæ. xiij. per plura fundamenta, quæ videas per te. & dicit, quòd iſta ſeruaretur in practica. idẽ tenet Nicolaus de Vbaldis in dict. trac. de ſucceſsionib. ab inteſtato. iiij. parte, in fi. Et hãc teneas, quãuis cõtrarium teneat Petrus de Ferra. in ſua practica, in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in parte, vxor quondam. in ij. col. dicens, quod † promiſsio, vel dotis datio, videtur facta ſub conditione, ſi ipſa ſponſa virgo, ducatur ad domum viri, prout neri ſolitum eſt ab omnibus. arg. l. ſtipulationem. ff. de iure do. & l. non enim. l. promittendo. in princi. ff. eodem. Vnde cum defecta & non impleta fuerit conditio, debet ceſſare ipſius dotis lucrum, & acquiſitio, & hanc partem videtur conſuetudo michiſalle, ſecundum eum. Idem latius firmat Abbas in c. vx publico. in prin. ſuprà, de conuerſione coniugatorum. per illum tex. dicens ſe ſic conſuluiſſe, & eſt ſuum conſilium primum. primo volu. & in c. tertio loco. de præſump. qui late & pulchrè loquitur. Idem tenet Salic. in d. l. cum in te. C. de dona. ante nup. per rationes latis exquiſitas, quibus reſpondere potius eſſet laborioſum quàm ſubtile, ſunt enim rationes ſuæ, vt inquit Paul. de Caſtro, vbi ſuprà, latis friuolæ, ſi bene inſpiciantur, cum vadant per grammaticales expoſitiones vocabulorum, dicendo, quod vxor dicitur, quaſi in vim viri, & maritus dicitur quaſi maris ritus &c. quæ verba penes legiſtas debent eſſe derideria, quia ſtatutum & ſtatuentes non conſiderarunt tales expoſitiones, quæ paucis notæ ſunt, ſed potius cõmunem vſum loquendi, ſecundum quem vxor & maritus dicuntur ſtatim, quod † matrimonium eſt contractum per verba de præſenti, vt in turibus ſuprà allegatis. Quæſtio namque vocabulorum, pertinacibus eſt remquenda. vt dicit glo. in rubrica. ff. ſolma. & in l. ij. in verbo, vocabula. C. de conſti. pec. & Inno in c. quia verſimile. in fi. de præſump. Ad eſſe ergo matrimonij, & ad verificationem iſtius, non eſt neceſſarium, quod vxor ſeu ſponſa ſtrã ducatur ad domum viri, nec ab eo carnaliter cognoſcatur. Quinmo, quòd plus eſt, dato ꝙ ita tutum requireret ductionem vxoris, & copulam carnalem, vt puta, quia ſtatutum diceret, in matrimonio copulato &c. adhuc ſufficeret matrimonium cotractum per verba de præſenti, ſi per ſponſam ſtetiſſet, quominus duceretur, vt voluit Bal. in l. nõ ſine. C. de bonis quæ liberis. ad quod bene facit l. in executione. in fine. ff. de verb. obli. & in l. ſi rem. ff. de præſcrip. ver. §. ſi. & l. iure ciuili. ff. de præſcrip. verbis. ſecundum Paulum vbi ſuprà. Contrarium tamen tenuit Bal. in c. capella nus. in fine. ſuprà, de feriis. dicens, quod tuit quæſtio de facto, quòd vir debebat lucrari dotem, ſi vxor præmoreretur matrimonio copulato. dicit ipſe, quòd matrimonium copulatu dicitur, quando eſt conſummatum per carnalem copulam, non ante. alias fruſtra de copula ſtatutum reciſſet iuris tionem. vt C. de nup. l. ſancimus. ſecundum eum, quia matrimoniũ per conſenſum initiatur, & per copulam perficitur, ſecundũ Baldum in c. ex traſmiſſa. in fi. ſuprà, de reſt. ſpo. & in cap. pe. ſuprà, de proba. de quo latius dicitur paulo ſuprà. 9. operatur aliũ & ſecundũ effectũ, ſed idẽ Bal. conſi. cclxxvj. in ſecũda parte, incipit, conſuetudo. nititur cocordare opiniones, dicẽs, quòd ſi per ſponſam ſtetit, quominus duceret, vel per caſum fortuitũ ſine culpa viri, vt puta, quia mulier præmoritur, tunc vir debet lucrari, & ſic procedat prima opinio. ſecus ſi per maritum, vel eius culpa, vt ibi latius per eum. Idem fuit de mente Salyceti. in dicta l. cùm te. in fina. dicens, quòd ſi mulier du

Ampliatio Quando ſta tutum dicitur de copula carnali.

Opinio contraria. Not. pro lege Iauri.

Cõcordia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta esset ad domũ, vt vicio cõiungeretur, si ante cõ
iunctionẽ decessit, tũc vir lucrabitur partẽ dotis
11 debitam à statuto, quia pro † coniuncta & copula
ta habetur, quæ de proximo copulanda erat. ac.
l.pen.ff.de mili.test. & Iustit.de dona.§.fi. & quia
cessat potissimè ratio tenentium contrariam par
tem, secundũ eum: ad quod faciunt multa, quæ su
prà adduxi in alio proposito, col.ultim. §.item for 2
tius. Post quæ ista scripsi, reperi dominũ Felynum
hunc articulum exactissimè vitra omnes in rubri
ca. supr. de sponsalibus. col.ij. versic. ex prædictis
intertur. quem hactenus non videra, teitis est mi
hi deus: & ex his quæ ipse cumulauit, & ego hic
retuli haberi potest hic veritas huius articuli. Ad
de, quòd sponsus debet traducere sponsam ad do
mum suam, non autem debet expectare, quòd tra
ducatur ab ea: vt l.pen.§.virgini ff.isto tit. quem
text. ad hoc allegat Bald. in c. iurauit. pe. col. supr.
12 de proba. & est ratio secundùm eum, † quia ma- 3
gis dignum trahit ad se minus dignum. aliquan
do tamen vxor traducit virum ad domum siue do
micilium suum: vt dicit Bal. in l. fin. in princ. C. si à
non compe. iu. quo casu dicit inspiciendã cõsue
tudinem domicilij mulieris, vbi est celebratus
contractus dotis. & est magna limitatio ad l. exi
gere dote. ff. de iudi. & hoc idem disponit hodie.
l. regni. iuj. parti. ti. xj. l. xxiiij. quã bene notabis.
Et secundũ eam pluries vidi iudicari in cã. ellecta.
de quo vitra omnes vide Andrea Siculum in con
sil. iuj. j. parte. Alexan. consi. c. j. volumine per do
13 ctores nostros, in c. j. supra, de sponsa. An fante n
vasallus cognoscens sponsam domini, perdat feu
dum, sicut quando cognouit vxorem. vide Aluaro
tum in cap. j. quib. mo. feudum ami. & Iacobum de
sancto Georgio in tractatu feudorum, fol. xxxij.
col. iij. ver. quid in sponsa. vbi videre poteris. Ad
14 de prædictis, quòd † coniux dicitur non so ũm il-
la, quæ ducta est, sed & illa, quæ ad ducendum est
parata. xxvij. quæst. ij. §. iuxta. & ibi no. de quo vi
deas Lucam de Penna, in l. his solis. col. j. C. qui
militare non po. lib. xij. adde etiam, q tunc spon- 4
sa dicitur in plena potestate viri, quãdo ab eo est
carnaliter cognita. secundum Bald. in c. iurauit.
de proba. & dico latius infrà, cùm agitur de acqui
sitis per sponsos.

Vir debet traducere vxorem & non contrà. a Adde, q eandem doctrinam dicit sing. Iaſ in l cunctos populos. in j lect. C de sum. trini. versic.) limita vbi tamẽ dicit, q contrà dicit tenet ipsemet Bal dus in l. cũ quadã puel la ff de iur. om ind eam dem doctri. refert & se quitur, & commẽdat Iaſo in d l. cunctos populos consſ. xvj. in ij. le ctur & etiã dicit solennem vel. in c j pen col. de ſpoſ. ver. ij limitavbi eam no ta. modificat, videlicet, quòd intelligatur, dummodo appareat q maritus sibi intẽdit perpetuò velle habitare, quod est no. Io. Bern.

§. LVI. Donatio facta sponsæ, nondum viri potenti, valet. 1

Summae rerum.

1 *Donatio facta sponsæ, quæ nondum est viri potens, an valeat*
2 *Donatio facta sponsæ de futuro valet.*
3 *Virginem minorem duodecim annis corrumpens non debet pœna mortis puniri, sed deportari debet secus in virgine matura*
4 *Legatum factum mulieri quando nupserit non debetur si ante quam viri pote as esse cœperit, licet prius nupserit.*
5 *Actus actiuorum sunt in patiente bene dispositi.*
6 *Donatio facta in locum donationis anteioris, an valeat.*

Et Redeundo ad illud, super quo prin
cipalis nostra dirigebatur intentio, scilicet
ad donationem factam inter sponsos de præsen
ti, licet regulariter non valeat, vt in superioribus
dictum est, intellige, † nisi sponsa illa de præsenti
nondum esset viri potens, nam tunc bene valet do
natio sibi facta à sponso. Casus est singularis
in l. pen. ff. isto titu. ratio potest esse, quia ex quo
ipsa non est viri potens, & sic est impubes, verba
de præsenti prolata inter eos, quamuis matrimo
nium contrahere intenderent, iuris fictione seu
interpretatione fuerunt sponsalia de futuro, vt
in cap. vnico. de desponsa. impube. li. vj. † Dona- 2
tio autem facta sponsæ de futuro valet, vt l. inter
eos. & l. cùm hic status. §. si quis sponsam. ff. eod.
cum aliis pluribus, de quibus fuerã in principio.
& sic non est mirandum, quòd valeat donatio,
quam facit sponsus de præsenti, sponsæ de præsen
ti, quæ nondum erat viri potens, cùm in veritã
te non possit dici sponsa de præsenti, sed potius
de futuro. Facit ad prædicta, quod in simili dixit
Guilielmus, quem refert Bald. in l. si quis non di
cam rapere. in fine. C. de episcopis & clericis. q
si quis † deflorauit quandam mulierem minorem 3
duodecim annis, non debet sibi imponi pœna
mortis, sed debet deportari. Quia aliud est de vir
gine matura, quæ perdit virginitatem, quæ nun
quam potest restaurari, nam est confirmatum de
lictum ab agente in passam. Aliud est in pupilla,
quæ non potest virginitatem perdere, vnde mi
nor pœna imponitur, quia respectu passæ illud
malefitium est magis attentatum, quàm perfec
tum & consummatum. & dicit, q est casus in l. si
quis aliquid. §. qui nondum viri potentes. ff. de
pœnis. & in l. si vxor. §. si minor. ff. de adulte. Ad
idem facit l. si ituprum §. fi. ff. de iniuriis. & in l. si
seruus seruum §. si oliuã immaturam. ff. ad legem
Aquiliam. vbi si quis ituprauit virginẽ nondum
viri potentem, nõ tenetur actione iniuriarum, vt
d. §. fi. quia virginitas potest restaurari secundùm
doctores. idem de eo, qui oliuã immaturam de
cerpserit. vt d. § si oliuã. de cuius intellectu vide
ibi doctores & Ab. in c. nouit de iudi. col. xj. ver.
iij. oppono Titius &c. ad idẽ l. pe. ff. quãdo dies
4 lega. vbi legatũ factũ mulieri, quando nupserit,
si ea minor, quàm viri potes nupserit, non antè ei
legatum debebitur, quàm viri potens esse cœperit,
quia non potest videri nupta, quæ virum pati
non potest. Ex istis infertur, quòd licet per leges
Tauri, de quibus suprà, filiusta. vel filia, per con
tractum matrimonij, cum solennitate velatio
num, efficiantur sui iuris, debet intelligi, dum ta
men sint apti ad copulã carnale, alias secus. Item
potest inferri, q tunc sponsalia de futuro, trans
eunt in matrimoniũ de præsenti, quando mulier
esset viri potens, nõ autẽ si non esset viri potens, &
fuit de facto ituprata, vt sentiũt doctores, Abbas
& alij in c. continebatur. & in ca. à nobis. de de-
sponsa. impu. † actus enim actiuorum sunt in pa- 5
tiente bene dispositi, vt inquit Philosophus. &
probatur in ca. venerabilẽ. de electione. Ad idem
facit, quod voluerunt Ia. de Ra. & Pe. in l. nõ suæ.
C. de bo. quæ libe. quos refert ibi Bal. j. co. vbi di
cunt, q stante statuto, quòd filia dotata debeat es
se contenta dote, & nõ succedat cum fratribus, si
pater assignauit, & exbursauit dotem profilia
nondum nubili, nec ad matrimonium apta, quæ
contraxit matrimonium, sed iuris fictione sunt
sponsalia de futuro, in c. vno. de desponsa. imp.
libr. vj. nihilominus succeder cum fratribus cum
agatur de odio spõsæ. Ecce, q fœmina nondum
viri potẽs nõ iudicatur integra, & perfecta, vnde
merito

Donatio facta in locũ donationis anteioris. 6

merito donatio sibi facta valet. Idem dicas, si
sponsus de præsenti donaret sponsæ de præsen
ti aliquid in locũ † donationis ab eo factæ ipsi spõ
sæ, cùm erat sponsa de futuro. quæ quidem dona
tio tunc non valuerat, quia forte donata fuit res
aliena. Vnde donatio postea secuta loco primæ. li
cet facta fuerit post sponsalia de præsenti, & sic
constante matrimonio, bene valet: vt est text.
multum singularis in lege, si donatæ res §. j. ff. isto
ti. quem ad hoc miro modo extollit Ludo. consil.
cxlvj. in fi. incipit ista quæstio. & facit secundum 3
eum tex. in ratione sui. in l. filiæ. §. Titia. ff. de con
di. & demõ. Ratio huius potest esse, quamuis ipse
non dicat. quia sicut valuisset doatio ninter spon
sos de futuro, si res donata esset donatoris: vt d. l.
inter eos. & l. cùm hic status §. si quis sponsam. ff.
isto titu. sic etiam debet valere ista donatio tunc
facta, subrogata loco illius, quia debet sapere eius
naturam. vt ca. ecclesia sanctæ Mariæ. vt suprà. lite
pen. cum concor. Idem si fiat donatio recipro
ca inter sponsos de præsenti: vt puta, quia alter al
teri. & econuerso aliquod ornamentum donauit, 4
vt quotidie fit, quoniam tali casu valida est dona
tio etiam inter virum & vxorem: vt d. l. quod au
tem. §. si vir & vxor. ff. isto tit. vbi est tex. sing. &
tenent Pet. Cyn. Bald. & alij in lege si pater puel
læ. C. de inoffic. test. & ita dicit Ludouic. consilio
exlvj ij. colum. in princip. de quo latius dixi suprà
in ij. limitatione. §. v.

Summae rerum.

1 *Matrimonium præcessisse præsumitur per traductionem sponsæ ad domum.*
2 *Consensus pœna sunt lata festiuitas.*
3 *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium de præsenti per traductionem vxoris ad domum.*
4 *Professus censetur nouitius qui actibus professorum se ingerit.*

§. LVII. Traductio sponsæ ad domum, facit præsumi matrimonium præcessisse. 1

Sed quamuis, quo ad validitatem matrimo
nij. & quo ad prædicta, nihil operetur † tra-
ductio sponsæ de præsenti ad domum sponsi, nec
carnis copula: operatur tamen vnum effectum sa
tis singularem: facit enim præsumi matrimo
nium præcessisse: vt probat tex. & ibi no. Bald. in
dicta l. cum in te. C. de don. ante nup. in fine. Ibi
nibus verbis. & hoc ideo secundum eum, quia commu
niter accidit, quod sponsa si ducitur ad domum
sponsi, nisi prius contrahatur matrimonium. &
valet arg. à communiter accidentibus: vt l. neque
natales. C. de proba. & ca. j. suprà de cle. non resi.
Quamuis hoc ipso, quòd sponsus de futuro tra
ducit sponsam ad domum suam, transeunt sponsa
lia in matrimonium, etiam circa carnis copulam:
vt notanter voluit Io. An. in c. fi. suprà. de sponsa.
And. in cap. ex parte. de resti. spol. per illum tex.
tenet Bald. in dicta l. cùm in te. faciunt nota. per
eum in l. deo nobis. C. de epis. & cleri. per Barto.
& Imo. in l. cùm fuerit. ff. de condi. & dem. signa
2 † enim consensus sunt lata festiuitas. arg ff ad mu
nici. l. si quis instructi. & C. publicæ latitiæ vel con
sulum. l. vnica. li. xij. Ad idem est bonus tex. in
l. mulierem. ff. de ri. nup. iuncta gl. vbi per traduc
tionem sponsæ ad domum sponsi, sponsa præ
sumitur vxor. Quod tamen intelligit Bald. ibi,
quando verba fuerunt dubia, vel non apparet an
de præsenti, vel de futuro sint prolata: nam tunc
per traductionem declaratur, quòd sint de præ
senti. hoc idem videtur fuisse de mente Salyc. in di
l. cùm in te. vbi dixit nota. quòd ex traductione
in dubio & sic vbi aliud non apparet, præsumitur
præcessisse matrimonium per verba de præsenti.
Idem tu, si verba erant clara & expressa de futuro:
cum iuramento: vt puta, si aliquis iuramẽto acce
re aliquam in vxorem, postea incontinenti duc
eam ad domum: videtur purificata sponsalia, &
videtur eam in vxorem accipere. Itaque per
traductionem ad domum sponsalia de futuro
transeunt in matrimonium de præsenti. de hoc est
tex. singu. in authen. qui, mo. na. effi. legi. §. quo
niam. col. vj. & ibi no. Ange. de quo memimit Præ
posit. Alexand. in ca. 15 qui. in fin. suprà. de spon.
Hæc tamen intellige; quando traductio est facta
cum solennitate, quæ solet adhiberi in traductio
ne vxoris. vt notanter voluit solus Abb. in d. cap.
ex parte. pe. col. suprà. de resti. spo. motus ar. tex.
& quod ibi no. in c. viduas. supr. de reg. vbi dici
tur, quod nouitius, † qui sponte se ingerit actibus
professorum, censetur professus: ita si sponsus de
futuro sponte se ingerit actibus maritorum, fa
ciendo id quod soli mariti facere consueuerunt,
scilicet traducere sponsam ad domum suam, cum
videtur ipsam vxorem ducere. secus si aliàs fiat
solennitate. Intelligo, quando sponsi sunt ætã
tis legitimæ, & nulla interuenit violentia, alias se
cus, vt dicto cap. ex parte. de resti. spo. & in capi.
ex literis. de despon. impu. Ex his infertur, quòd
si dubitatur, an donatio inter coniuges facta sit
ante matrimonium cõtractum, vel eo constante,
attenditur traductio ad domum: & si de traductio
ne constat, in dubio præsumitur facta constante
matri. & non valet, vt dicta l. cum ante. & tenet
Hostien. in summa ti. de don. propter nup. §. fi in
fin. & Io. de Imo. in dicta l. Mæuia. in fi. princi. Ad
de prædictis, q per traductionem mulieris ad do
mum viri, si ipsa post modicum tempus recessit,
& ad domum suam rediit, non præsumitur a viro
carnaliter cognita, nec ratificatur matrimonium,
cui mulier coactum, meticolosum que adhibuit
consensum. per ea quæ habentur in ca. ad id quod
suprà. de spon. ita notanter consuluit Anch. consi.
cx sequitur Alexander consilio xcix. in fin ter
tio volumine. Fac. in lege si ob turpem. ff. de con
dicti. nib. ob turp. caus. in fin. dixi latius in ca. j. de
his quæ vi, metúue causa fiunt. colum. iij. in meis
recollectis.

Summae rerum.

1 *Sponsam nondum traductam rapiens, an teneatur pœna raptus.*
2 *Sponsa cum traducta est ad domum sponsi, statim est in eius potestate, & potest eam inuitam cognoscere*
3 *Matrimonium consensu initiatur, & carnis copula consummatur.*
4 *Naturales & spurij tantum non faciunt rempublicam.*

§. LVIII. 1. Effectus. Raptus sponsam traductam, nõ tenetur pœna raptus. 1

Operatur alium & secundum effectum
traductio: quia si sponsus rapit sponsam
postquã eam traduxit, non tenetur pœna raptus,
sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut cùm rapit vxorem, in quàm habet manus in iectionẽ, quia tenetur sibi reddere debitum: vt l. sicut patronũ. ff. de ope. liber. cum l. seq. Secus tamẽ est in eo, quĩ rapit spõsam nondum traductã ad domũ suam: vt l. vnic. C. de rap. vir. secundum Guil. ibi. quem refert & sequitur ibi Salyc. iij. co. & Bal. in l. raptores. in fi. C. de epi. & cleri. & vij. parti. ti. xx. l. fi. de quo tamẽ dicendum, vt no. in c. cùm causam. infrà. de rap. Idem voluit Bal. in c. iurauit. pe. col. suprà de proba. vbi dicit, q cũ ‡ sponsa est traducta ad domũ spõsi: statim est in eius plena potestate, & potest eam inuitã cognoscere. Secus si est in domo patris ipsius mulieris: vt d. l. vnica. C. de rap. vir. Idem dicit, si forte distant per aliquas dietas. nam dum est in itinere, non debet eam opprimere: quia quod est in via, nondum est in termino: vt dicta l. cùm inter. secundum eum.

Lex regni.

1

2

2

3 Ratio prædictorum potest esse, quia ‡ matrimonium consensu initiatur, & carnis copula consummatur. Vnde per consensum efficiuntur vir & mulier vnum & idem voluntate & consensu animi: sed per carnalẽ copulam fiunt vna caro. Nec est matrimonium ex omnibus suis partibus perfectum, nisi intercedente copula, quæ etiam est principium generationis, & honorabilis perpetuationis generis humani: sicut in animalibus nihil generatur, nisi per coniunctionem maris & fœminæ: vt l. j. §. pe. de iusti. & iu. & no. in authẽ. de nup. in prin. Vnde sine matrimonio respublica stare

4 nõ posset: quia ‡ naturales tantũ, & spurij rempublicam non faciunt: vt ff. solu. mat. l. j. & ff. de decu. l. generaliter. §. spurios. ista sunt verba Bal. in d. c. ex transmissa. fin. col. de resti. spo. idem sentit in c. pe. suprà. de probationi. Ad hoc igitur, vt mulier sit in plena potestate viri, oportet quòd sit ab eo carnaliter cognita, vt suprà dictum est. & sentit Bald. in l. non epistolis. C. de proba. Abb. in c. ex parte. de resti. spo. Io. Fa. in l. nõ sine. in finalibus verbis. C. de bo. quæ lib. Vnde ante hanc copulam & traductionem non videntur communicanda lucra inter sponsos: vt infrà dicemus.

SVMMAE RERVM.

1 *Legatarius post aditam hæreditatem non potest authoritate propria rem legatam capere: alias perdit ius, quod habet in re legata.*

2 *Res vxoris quocunque titulo quæsita non capiuntur propter delictum, seu condemnationem mariti.*

§. LIX. 3. Vxor traducta, potest rem sibi legatam à marito propria authoritate capere.

OPERATVR alium & tertium effectum traductionis: quia licet sponsa de præsenti, sicut nec quilibet alius, cui res legata est à testatore, vel sponso, post aditam ‡ hæreditatem, non potest rem legatam propria authoritate capere: aliàs perdit ius quod habet in re legata. vt l. non dubium. C. de leg. vna. C. quorum le. & l. prima. eodem titulo. ff. cum concor. secus tamen est in vxore iam traducta, quia illa potest sine metu pœnæ rem sibi legatam à marito propria authoritate capere. Itaque bonum consilium est vxori, quòd sit velox in acquirenda possessione rei legatæ. Ita no. dixit Bald. in dicta l. prima. in fin. C. quorum leg. facit in simili, quod diximus de vxore traducta ad domum viri: quia eo mortuo, potest propria authoritate absque aliqua licentia iudicis remanere in detentatione domus, quam cum marito viuente inhabitabat iure familiaritatis, tanquam vxor. & eam potest propria authoritate pro dote sua possidere. ita no. voluit Bald. in l. j. pen. colum. C. de non nu. pe. & in l. pignoris. C. de pig. act. & in l. cum tibi. C. qui po. in pig. habe. de quo exclamat Ias. May. in §. item Seruiana. xvij. column. Instit. de actio. & Bald. Nouellus in tractatu priuilegiorum dotis. vj. priuilegi. xiij. limita. ij. colũ. bene facit tex. in l. si quis post-

2 hac. C. de bon. damna. vbi dicit, quòd ‡ res vxoris ex quocunque titulo quæsitæ, non capiuntur propter delictum, seu condemnationem mariti: imo vxor sua propria authoritate potest illas capere, ne capiantur à fisco. & in hoc vltimo ille textus est singu. secundùm Andræ. Siculum in capitu. ex literis. suprà. de pigno. in princip. Idem est de

Lex rẽ.

arrhis sibi à marito donatis: vt sexta parti. titulo. decimo l. viij. istud operatur traductio ad domum vt prædixi.

SVMMAE RERVM.

1 *Traductio vxoris ad domum, hoc operatur, quòd quicquid acquirit vxor, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.*

2 *Prælatus in dubio præsumitur acquisiuisse intuitu prælaturæ.*

3 *Concubina in domo amasij retenta, præsumitur acquisiuisse de bonis amasij.*

4 *Vassallus adulterans vxorem domini, priuatur feudo.*

5 *Vxor repellitur à testimonio pro marito, & etiam concubina pro amasio.*

6 *Vxores duas viuentes habens, est infamis.*

7 *Concubinas duas retinens est infamis.*

8 *Emphyteosim accipere potest maritus prosę, & vxore sua, & etiam amasius pro amasia, vel concubina, nisi sit emphyteosis ecclesiæ.*

9 *Vassallus immiscens se cum concubina domini, perdit feudum.*

10 *Acquisita inter amasium & amasiam in domo retenta, an communicentur inter eos.*

11 *Acquisita per vxorem, præsumuntur de bonis mariti, quamuis probetur vxorem fuisse adulteram. & nu. 14. & 18.*

12 *Natus in domo ex vxore præsumitur filius mariti.*

13 *Natus ex concubina in domo retenta, præsumitur filius concubinarij: licet concubina aliquando diuertisset.*

15 *Acquisita per vxorem post mortem mariti, an præsumantur quæsita de bonis ipsius mariti.*

16 Et *quid de rebus quæsitis per clericum ante adeptionem beneficij, vel post.*

17 *Prælatus quicquid reperitur possidere post prælaturam, si non constat de titulo possessionis antiquiori, præsumitur esse ecclesiæ, & nomine ecclesiæ possideri.*

19 *Filia si ante matrimonium aliquid quæsiuit, præsumitur ex bonis maternis acquisiuisse.*

20 *Vxor si constante matrimonio aliquid emat, & instrumento dicatur, quòd de sua pecunia emit viro præsente & assentiente, ista confessio tacita præiudicabit viro, vt pecunia non præsumatur de bonis suis.*

Bona in

21 *Bona in domo mariti, & vxoris simul habitantium reperiuntur, cuius præsumantur.*

§. LX. 4. Effectus. Quicquid acquirit vxor traducta, præsumitur acquisisse de bonis mariti. *Lex regni.*

OPERATVR alium & quartum effectum traductionis: quia postquam vxor est ‡ traducta, quicquid acquirit; præsumitur acquisisse de bonis mariti, vt euitetur suspicio turpis quæstus. vt l. Quintus. ff. isto ti. & l. etiam. C. eo. & glo. in l. cum oporteat. in versi. ex eius substantia. C. de bon. quæ li. Canonistæ habemus glo. in c. constitutus. in ver. communis. suprà. de in inte. resti. & in c. ij. infrà: isto ti. & in c. sint manifestæ. xij. q. j. & iij. 7

1 parti. ti. xiiij. l. ij. Sicut in simili dicimus in ‡ prælato, quòd præsumitur acquisisse in dubio intuitu prælaturæ. vt traditur in c. inquirendum. suprà. de peculio cleri. de quo infra dicitur. Idem dicimus in rege, qui in dubio videtur acquisisse intuitu 8 suæ dignitatis: vt est tex. & ibi not. Dominicus in c. ad apostolicæ. §. sed ad hoc. in prin. de re iudic. lib. vj. Idem est in ‡ concubina retenta in domo amasij: quia quicquid acquirit, præsumitur acquisisse de bonis amasij. a Istud est no. dictum Bald. in l. j. C. de naturali. li. ar. illius tex. in d. l. cũ oporteat. iiij. col. ver. sed quæritur nunquid. allegat ad hoc tex. in l. fi. ff. de actio. & obli. qui meo iudicio nihil probat. melius facit tex. in l. itẽ legato. §. par. ff. de leg. iij. vbi æquiparatur vxor & concubina. & non differunt nisi in dignitate, vt ibi dicitur Sicut ergo acquisita per vxorem præsumuntur esse de bonis mariti, sic acquisita per concubinam de bonis amasij, ne plus operetur luxuria, quàm c castitas & tenemenți hoc dictum Bald. de quo meminit And. Siculus, in c. j. in prin. suprà. de pecu. cleri. & alibi non legi. Facit ad hoc, quòd in simili dicimus, q sicut vxor excludit fiscũ à bonis viri, etiam si nõ sit ducta: vt in l. j. C. vnde vir & vxo. & in l. ij. ff. rerum amo. & l. deo nobis. ver. & tantum modo. C. de episcopis & cle. ita & legitima cõcubina excludit fiscũ, vt no. gl. in ver. legitima. in au 9 then. de triente & semi. §. cõsideremus. colum. iij. quam cõmendat Platea in l. j. iiij. col. C. de bonis vacan. li. x. Et hinc est, q sicut maritus potest defendere vxorem, & ecõtra, vt voluit Bal. in l. j. vij. co. ver. tertiò quæritur. C. vnde vi. sic amasius cõcubinã, & ecõuerso, secundũ eũ. Hinc est etiam, q sicut ‡ vassallus adulterans vxorẽ domini, priuatur feudo, vt c. j in princ. qui. mo. feu. ami. sic si habuit accessum ad etus cõcubinã, secundũ Bald. ibi vij. co. Hinc est etiam, q sicut ‡ vxor repellitur à testimonio pro marito, tanquam eius domestica, vt dicit glosl. in l. sed si quis in principio. ff. si quis cauf. glos. & Bar. in l. j. §. si vir. ff. ad Syllani. & in l. præsenti. §. fane. C. de his qui ad eccle. confu. & in l. ij. C. de testi. & in l. quicunque. C. de re milita. lib. xij. & iiij. q. §. itẽ idonei. Bar. in l. qui testamento. §. ij. in fi. ff. de test. Bal. Ang. & Moderni, in l. fi cùm dotẽ. §. fi maritus. ff. sol. mat. docto res nostri in c. in literis. supr. de testi. quamuis su 10 per hoc vacillet Spec. tit. de testi. §. j. ver. sed quid de vxore. b Sic etiã cõcubina dicitur domestica, vt l. Masurius. in ver. in domo. ff. de ver. sign. ideo repellitur à testimonio, secundũ Bal. & Ang. & Ia son. in d. l. sed & si quis. in pri. ff. si quis cau. & Bal. in d. l. ij. C. de testi. & in d. c. in literis. eo. ti. Hinc est, q sicut habens duas ‡ vxores viuas, est infamis, vt l. j. ff. de his qui no. infam. & l. neminem. C. de incestis nup. & traditur per Ab. in c. ij. de sponsa duo. imò secundũ legem regni est alienosus. vt statuit rex Alfonsus Segobię l. vij. & Henricus secũdus Madrid, de pœnis. l. vij. Sic etiã is, qui habet vnã vxorẽ & vnã cõcubinã, vt voluit notãter Bal. in d. l. neminẽ. & etiã dicta lex regni, quæ dicit, q si expulsa vxore, domi retinet cõcubinam, perdit medietatẽ bonorũ suorũ, & vltra hoc perdit quintã bonorũ, vt dictat alia lex regni, quam edidit rex Ioãnes primus in Briuiesca, era Mcccl-xxxvij. quam approbarunt Christianissimi rex & regina domina nostri Toleti, anno Mccccl xxx. l. lxxj. incipit, muy honesta. Imò si duas ‡ habeat cõcubinas, est infamis, vt dicit gl. no. in authẽ. quib. mo. natura. effi. sui §. fi. colla. vij. & per hoc repellitur à testimonio, secũdum Bal. in d. l. neminẽ. Et ce quomodo cõcubina æquiparatur vxori. Et propterea sicut potest maritus ‡ accipere emphyteosim pro se, & vxore sua, vt per Spe. titu. de locato. §. nunc aliqua. versi. cxlviij. sic etiam potest amasius pro se, & amasia, vel concubina, nisi sit emphyteosis ecclesiæ, secundùm Bald. in authen. si quas ruinas. ij. colum. C. de sacrosanct. eccles. argu. l. si qua. C. de spect. lib. x. vbi dicitur, quòd non licet in loco honesto inhonestas collocare personas. Et propterea idem de filiis bastardis, vt ibi per eum, & Spec. in d. §. ver. si. lxvij. vbi Bald. hoc ampliat, etiam si sint legitimati. Idem tenet ille in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substi. sub cõdi. fac. & alij, de quibus ibi per Ia. pen. col. intellige, nisi sint legitimati per subsequens matrimonium, iuxta no. in c. tanta. qui fi. sint legi. & c. innotuit. suprà de elec. vbi vide Abba. pe. co. & plures alios, de quibus per Iac. in dicto §. cum autem. fi. co. Adde prædictis, q de iure ciuili, sicut licitum est morari cum vxore, sic cum concubina, vt l. in concubinatu. ff. de cõcu. tenet Bal. in l. si ea conditione. C. de condi. insertis. Itẽ sicut habens concubinatum cum vxore domini, perdit feu-

9 dum, sic cum ‡ concubina, vt late tradit Franciscus Curtius in tractatu feudorum, fo. xxxiiij. col. ij. & Iacobus de Aluarotis, in ca. j. §. j. quib. mo. feud. ami. & Iac. de sancto Georgio in suo tractatu feudorum, fo. xxiij. col. ij. & ibi quid de pedissequa. Ista faciunt ad dubiũ an sicut acquisita constante matrimonio inter maritũ & vxorẽ, æqualiter diuidantur per legẽ huius regni, de qua infrà dicemus, si inter concubinarios. de quo ibi diçã. dixi etiam in cõmento illius legis. Est tamen differentia inter vxorem & concubinam, quia vxor comedit cũ viro in eadẽ paropside, cãq; honeste induit, & ad ecclesiã mittit, & in loco suo recipit illam, & ad mensam suã, sed quãdo tenet illam vt ancillam, nõ recipit eam, sed mittit eam ad aquam, & induit eam vilibus vestibus, & habet locum separatum, declinat tamen ad eam, quando placet, & tunc cõcubina præsumitur. ita dicit Hostien. in c. illud. §. fi. de præsumptio. Ista faciũt ad quæstionem, an ‡ acquisita inter amasiũ & amasiã, vel con-

10 cubinã, in domo retentã, cõmunicẽtur inter eos, tanquam inter virum & vxorem. de qua dicemus infrà, cùm de societate & lucris inter maritum

11 & vxorem agemus. Ampliabis prædicta, vt ‡ quæsita per vxorẽ præsumãtur de bonis mariti, quamuis probetur vxorem fore adulterã. Nam & tunc potius præsumitur in bonã partem, q acquisierit ex bonis mariti, non aliunde. ita singulariter voluit Bald. in d. l. cùm oporteat. iiij. colum. ar. text. in l. mi

Lex regni, lib. ordinatus. titul. de los matrimonios. l. ij.

Lex regni.

a Adde Alex. idem tenẽtem in l. ex facto. §. si quis roga. tus. in j. ff. ad Tre. col. x. qui optimè in hoc loquitur. & idem tenet etiam Feli. in c. in præsentia. col. y. ver. quinto inquantum. alias tres limitationes potes videre in meis fal. ad prædict. conclus. sub litera e, in litera inci. emphyteosi ecclesiastica. Io. Ber. i. Ampliat. Etiã si probetur vxorem fore adulterã, natum ex vxore adultera præsumitur filius mariti. Idẽ de concubina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l. miles. §. mulier. ff. de adul. refert & sequitur Andreas Siculus in d.c.j. melius facit tex. in dicta
12 l. miles. §. defuncto. vbi dicitur, quòd † natus in domo ex vxore, præsumitur filius mariti: vt l. quod semper. ff. de in ius vocan. & l. si vicinis scientibus C. de nuptiis. etiã si probetur vxorem fuisse adulteram tempore cõceptionis filij, ex quo illo tempore iacebat cum marito, præsumitur potius filius mariti, quàm adulterii: vt d. §. defuncto. quem textum ad hoc multum cõmendat Bal. in d. l. si vicinis. C. de nuptiis. & in d.c.j.vij.col. quibus mo. seu. amittitur. & in rubrica. C. de probationibus. fin.col. & in l. si matre. C. de suis & leg. hære. & Abbas in c. officij. de pœni. & remi. & in c. per tuas. in
13 prin. suprà. de proba. qui idem dicit in † concubina, vt filius natus ex concubina retenta in domo, præsumitur filius concubinarij: vt ibi probatur. & est glo. expressa in c. Michaël. supr. de filiis pres. quam multum commendat Bal. in d. l. si vicinis. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iu. Anch. consi. ccxxj. Bal. & Abb. in d.ca. per tuas qui ampliat istud etiam si concubina non semper cohabitasset viro, sed aliquãdo diuertisset, quamuis cum illo diu fuisset sterilis, dummodo interueniat tractatus, & nominatio filiationis, per illum textum secundùm Abb. Franciscum Aretinum & Felyn. ibi, qui sic limitat text. in d. §. defuncto. & gl. in d. c. Michaël. istis cõcurrentibus, præsumitur filius amasij natus ex cõcubina in domo retenta, quamuis illo tempore cognosceretur ab alio: quia ex quo iacebat cũ concubinario, potius præsumitur cõcubinarij, quàm alterius. Istud teneas, quamuis contrariũ dixerit Bal. & male in d.c.j. vij. col. qui. mo. seu ami. lib. feudorum. de quo per And. Siculũ in rubrica supr. de proba. ix. col. & in d. c.
14 per tuas. Ita ergo † dicamus in casu nostro, vt acquisita per vxorem, vel cõcubinam, præsumãtur de bonis mariti, seu cõcubinarij: & si vxor adulteriũ tunc tẽporis cõmisisset, vel concubina fornicationẽ: quod bene notabis. Amplia secũdò prædicta, vt † procedãt nõ solùm cõstante matrimonio,
15 verũ etiã eo soluto, per mortẽ mariti, si breue tẽpus est, q̃ maritus sit mortuus: arg. tex. in l. si fundũ. ff. de iur. do. & in l. in cõfirmãdo. ff. de cõfir. tuto. Ita dicit not. solus Albe. in d. l. etiã. C. isto tit & sentit glos. in d. l. Quintus. facit in simili quod dico infrà. §. lxij in ver. amplia secundò prædicta. dũ dixi durare societatẽ inter maritũ, & vxoris hæredem mortua vxore: vt ibi videbis. Breue autem tempus intelligerẽ, infra annum luctus, vt durante eo, quicquid vxor acquirit, præsumatur de bonis mariti acquisisse, vt euitetur suspitio turpis quæstus, cum eadẽ castitas infra tẽpora luctus in muliere desideretur per legem quæ desideratur constante matrimonio, vt in authen. de resti. & ea quæ pa. in rubro, & in nigro. colla. iiij. ita dicit satis singulariter Ange. cõsi. cxlj. j. col. incipit, in dei nomine. super prima &c. facit ad hoc quod dico, infrà. §. lxij. in verſi. amplia secundo. & §. lxvij in prin. Intelligetamẽ & limita prædicta, nisi forte ex conjecturis appareat contrariũ: vt puta, si filij erant diuites, & mater erat inops. præsumitur de bonis filiorum acquisisse, si ipsa administrabat eorum bona. Si autem mater erat industriosa, & filij pauperes, præsumetur potius ex industria sua acquisisse. Si autẽ non apparẽt istæ cõiecturæ, tunc sufficit matri possidẽti, q̃ filij nõ probẽt emptum

2. Amplia-tio. De *acquisitis per vxorẽ post mortem mariti*

velacquisitũ ex pecunia eorum, vt l. si defunctus. C. arbitriũ tutelæ. & ff. de admi. tu. l. Titium & Mœuium. §. alter. & facit quod no. in simili in l. cum oporteat. in prin. C. de bonis quæ liberis. Nam & si non præsumatur pro matre, sufficit sibi quòd non præsumatur contra matrem, quin cessantibus præsumptionibus ad alterum extremorum, sufficit re ipsa incertitudo, imo etiam si vir ageret, sufficit eius titulus, vt d. §. altero. & ideo dicitur matri non posse fieri controuersia per filios, nisi doceant vera esse quæ intentant. Nec obstat ff. isto ti. l. vir. quia ibi loquitur in quæstis constante matrimonio. Secus in acquisitis eo soluto, quia de vxore lex loquitur, nõ de vidua: & quia in vidua non est cadẽ ratio, cùm ex operibus suis possit acquirere, quia non tenetur operari hæredibus viri, ni si velit alimentũ ab eis, vt l. si cui. ff. de ope. liber. ista sunt pulchra ver. Bart. in consil. ccccxxxj. incipiente, quædam vidua in ij. parte. Amplia tertiò, etiam si vxor vendiderit aliqua bona, & maritus agat contra emptorem. Nam & tunc hæc præsumptio quòd acquisierit ex bonis mariti, operatur contra emptorem, sicut cõtra mulierem: quia nemo potest plus iuris transferre &c. vt ff. de acqui. re. do. l. traditio. ff. de contra. em. l. alienatio. ita tenet Albe. post Vber. in dicta l. etiam. Limita primò prædicta, vt acquisita per vxorẽ cõstante matrimonio præsumantur de bonis mariti, quãdo ipsa tacet, vel forte mortua est, & est contentio inter virum, & vxoris hæredes. Secus tamen, si ipsa negaret fuisse acquisita constantis matrimonij tempore nam tunc non præsumuntur tempore matrimonij quæsita, nisi probetur, vt colligitur ex dicta l. Quintus. in fine. in ratione ibi posita, in verbo, aliàs quæstis. ita dicit Saly. in dicta l. Quintus. & in dicta l. etiam. dicens hoc fore æquum & satis notandum. Mens eius est dicere, quòd cùm text. in dicta lege, etiam. solùm dicat de quæstis tempore matrimonij, quòd præsumũtur quæsita de bonis viri. patet, q̃ vir vel eius hæres petens bona tãquam sua fundat intentionem suam ex tẽpore, ex quo requiritur, quòd bona sint quæsita post matrimonium. Ergo hãc posteritatẽ, & hoc tempus probare debet, vt l. matrẽ tuã. C. de proba. & l. ij. C. de peti. hære. & l. non solùm. §. sed vt probari. & ibi late per Bar. ff. de noui. ope. nun. & per gl. in cle. fi. de rescrip. Ista faciunt ad dubium, quod habui in practica, maritus vxore defuncta quando aliam superduxit, fecit inuentarium bonorum, quæ tunc temporis habebat, in quo inter cætera posuit mille ducatos, quos habebat, nec potuit cõstare an illos lucratus fuerit constante primo matrimonio, an eo soluto. Dubitabatur quid iuris. Dixi, considerandum tempus quo vixit in viduitate, & qualitas personæ, & negotiorũ & bonorũ, de quibus præsumi potest, quantũ vi duitatis tẽpore acquirere potuit, & illud erit suum proprium, aliud verò præsumitur acquisitum constante primo matrimonio, quorum medietas debetur filiis prioris matrimonij, deducto vsufructu, qui patri debetur in bonis filiorum, qui sunt in sua potestate. Ad cuius confirmationem facit quod in simili voluit Abb. post alios alios in cap. tertio. in fin. suprà. de peculio cle. vbi dicit, quòd quando dubitatur. vtrum res quæsitę per clericum, sicut quæsitæ ante adeptionem beneficij vel post, ecclesia, quæ

3. Amplia-tio. *Ista præsumptio habet locum cõtra emẽntẽ ab vxore.* 1. Limita. *Si vxor negat fuisse acquisita tempore cõstantis matrimonij.*

dicit

16 dicit † res esse quæsitas post adeptionem beneficij debet hoc probare. aliàs præsumitur pro hærede clerici possidente: & de hoc dicit fore textum singularem cum gl. scilicet si bene intelligatur, in c. j. xij. q. iiij. quod dicit esse not. idem tenet Ludo. singulari cclxx. incipit, tu habes. Cùm autem prælatus, quantum ad hoc, æquiparetur vxori: vt not. in c. j. suprà, de pec. cle. ergo illud, quod dictum est de prælato, habebit locum in vxore possidente dicta bona, super quibus est contentio: & negante illa habuisse constante matrimonio: & per consequens idem esset dicendũ in hærede vxoris, ea mortua, possidente ipsa bona, & negante matrem habuisse constante matrimonio quia defensio quæ matri competebat, videtur ad eum transire: vt ff. de excep. l. exceptiones. cũ simili. Ad ista bene facit quod voluit Bal. post Nicol. de Macha. in authen. ex testamento. vj. col. ver. vndecimum casum. C. de colla. vbi dicit, q̃ quando filius possidet bona, quæ dicitur quæsiisse ex bonis patris, tunc non est præsumptio pro patre, vel pro hærede patris agente: imo incumbit probatio actori. Idem ergo videtur dicendũ in casu nostro in vxore, vel eius hærede, possidente res, super quibus agitur, vt præsumatur acquisiisse ante matrimoniũ, nisi contrariũ probetur. Nec videtur obstare tex. in d. l. Quintus. & in d. l. etiã. quoniam illa iura loquuntur in his, quæ constat fuisse acquisita constãte matrimonio: dubitatur tamen, an sint acquisita ex bonis mariti, vel aliunde: nam tunc præsumuntur acquisita de bonis mariti, vt euitetur delictum id est, suspicio turpis quæstus. Sed in casu nostro dubiũ est, an sint acquisita constante matrimonio, vel ante matrimoniũ. quo casu, licet in fauorẽ vxoris, vel eius hæredis possidẽtis dicta bona præsumamus, nõ propterea præsumemus delictũ. & ita casus est diuersus. Vxor ergo, vel hæres eius possidens, etiã ex non iusta cã, absoluendi sunt, actore, id est, ipso marito vel eius hærede nõ probãte quod intendit, hoc est, quòd post matrimoniũ illæ res fuerint acquisitę: vt l. fi. C. de rei vendi. & Insti. de interdictis. §. eõmodum. & c. vnico. in princip. supr. vt ecc. bene. fine dimi. cõ. Sed quãuis hæc iuri & æquitati consona videantur, contrarium tamen tenuit Vber. de Bobio, in dicta l. etiam. quem refert & sequitur ibi Albe. de quibus Sa. & alij nullam penitus faciunt mentionem. Dicunt enim ipsi, quòd si mulier dicat se habuisse ante matrimonium. & vir dicat quòd post. mulieri incumbit probatio, quia qui ante factum dicit, probare debet: vt l. quoties. C. de rei ven. maxime cùm præsumptio sit pro viro: ar. tex. & quod ibi no. in authen. licentiam. C. de epi. & cle. vbi si dubitatur, vtrum res quæsitę à prælato fuerint quæsitæ post ademptum beneficium, vel ante. in dubio est præsumendũ pro ecclesia, quòd fuerint acquisita post, & sic de bonis ecclesiæ. quod etiam tenuit Inno. & alij, in ca. cum in officij. suprà de testa. Io. And. Card. & alij in d. c. iij. suprà de pecu. cle. Bal. in d. authẽ. licentiam. ij. col. dicens, quòd si bona quæ prælatus possidet, sunt omino incerta, ad quem pertineant, an ad prælatũ, vel ad ecclesiam: nec appareat, quando, vel vnde prouenerunt: & tunc præsumuntur ecclesiæ. Nam quicquid † prælatus reperitur possidere post prælaturam, & non constat de titulo, vel possessione antiquorũ præsumitur esse eccle

Determinatio contraria.

siæ, & nomine ecclesiæ possideri. Vnde prælatus de his testari nõ potest, nec aliquis alius administrator ecclesiæ, nec etiã rectores hospitalium: vt expressè apparet in corpore vnde sumitur d. authẽ. quod est no. dignũ, secundũ Bal. Cuius ratio est, secundũ eum: quia ex quo prælatus à principio nõ distinxit res suas per libellum à rebus ecclesiæ, sicut debebat: vt probatur xij. q. ij. c. manifesta. & c. sint manifestæ. præsumptio est cõtra ipsum, q̃ nullas tẽpore promotionis res proprias habuerit, ex quo fuit in culpa, nõ obseruando eam legis, vt voluit Inno. in d. c. cùm in officiis. Et per hoc dicit ipse multũ notanter, q̃ si ille, cui prælatus reliquit talem possessionem, etiam iure institutionis eam occupat, propria authoritate, q̃ ipse incidit in pœnam legis, si quis in tãtam. C. vnde vi. nec excusatur obtentu testamenti. Quod dictum nunquam est obliuioni tradẽdum, de quo exclamat Bal. in d. authen. licentiã. iij. co. & And. Sicu. in d. c. cùm in officiis. post prin. & in tractatu Cardi. j. parte. q. iij. co. xiiij. & xvj. cũ consequẽtibus. Ita ergo dicamus in casu nostro, quia mulieres, quibus ipsi prælati comparantur, solent dare maritis suis libellũ, siue inuentarium rerum suarũ, quas ferunt secũ vltra dotẽ, vt est tex. valde no. in l. si ego. §. fin. ff. de iure do. si hoc non fecit vxor, est quid sibi imputetur, & per consequens est præsumptio, q̃ nullas res habuerit tempore contracti matrimonij. Vnde quicquid vltra dotem habeat, præsumitur ex bonis mariti quæsiisse. Ad quod bene facit tex. in d. l. Quintus. ff. isto ti. vbi text. simpliciter dicit, quòd cùm dubitatur, vnde mulier quæsiuerit, præsumitur de bonis viri quæsiisse, nisi aliud probetur. Et licet tex. in d. l. etiam. videatur dicere, q̃ istud est verum de quæstis tempore matrimonij contracti, per hoc tamen non infertur id, quod dicit ibi Saly. c. q̃ si mulier dicit se acquisiisse ante matrimoniũ, incumbet probatio marito, vel eius hæredibus, sed solum infertur, hoc videlicet, q̃ si mulier probat se ista bona quęsiuisse ante matrimoniũ, non cogitur aliter probare, vnde habuerit. quia satis constat per hoc, q̃ non pertinent ad virum, vnde cunque illa quæsierit. Et ideo vbi mulier hoc nõ probaret, stabo textui in d. l. Quintus. qui simpli-
18 citer præsumit † bona fuisse quæsita de bonis mariti, & sic in dubio fuisse quæsita tempore matrimonij, & non antea. ita singulariter & subtiliter dicit Franc. Areti. consi. xxxj. in iij. col. incipit, in Christi &c. considerata. Et istud mihi satis placet. Nam si aliud diceremus, facile esset mulieri, vel eius hæredibus dicere, illa bona fuisse quæsita ante matrimonium, & per hoc trãsferre in maritum, vel suum hæredem, onus probandi contrarium. & per hunc modum elideretur dispositio, & præsumptio dictorum iurium, & frustratoria redderetur. Et istud maxime procederet in vxore, quæ ante matrimonium non habebat bona propria, nec administrationem aliorum bonorum, nec erat sui iuris, sed in potestate patris, vsque ad tempus nuptiarum, seu traductionis ad domum sponsi. Nam tunc non video, vnde ipsa acquirere potuisset. Et absurdum videretur hoc casu, quòd per solam negationem mulieris, vel eius hæredis, illa bona non essent acquisita post matrimonium, & esset maritus oneratus probare contrarium, præsertim quia administratio bonorũ com

Pœna l. si quis in tantum.

Not. illum text.

Conclusio authoris.

De vxore pauperè an te marimonium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

muniter non committitur per partes fœminis,& maxime puellis,sed masculis,vt l.fi.C.de leg.tu. Vnde non est verisimile, q̃ dũ ista mulier esset in patris potestate, aliquid de bonis paternis acquisiisset,nec etiã aliunde,quia vt ait no.Bar.in tract. de duobus fratribus.in iiij q.sicut vxor tempore matrimonij præsumitur in dubio quæsiisse de bo
19 nis mariti, ita ✝filia fœmina, si acquisiuit aliquid ante matrimonium, præsumitur acquisiisse absolute ex bonis paternis. & per consequens ipsi patri acquirit. Istud autẽ præsumere esset iniquum, quia esset præsumere furtum, aut rapinã ab ea factam, de bonis paternis, ergo cessare debet ista præsumptio,vt euitetur delictum, vt l.merito.ff. pro socio.& c.cùm dilecti.infrà de accusa.Restat ergo,vt præsumamus talia bona fore quæsita constante matrimonio, & sic de bonis mariti. Secus forte esset, si vxor ante matrimonium fuisset sui iuris , vel si in potestate patris fuisset versata in amplo & magno patrimonio patris , vel alterius extranei.Nam tunc posset esse coniectura, q̃ ipsa fuisset lucrata de bonis propriis , vel paternis.& ita forte posset procedere opinio Salyceti,de qua suprà secundũ Frãc. in d. consi. quẽ videas latius loquentem. Secundò limita prædicta,vt acquisita per vxorẽ constante matrimonio, præsumantur de bonis mariti,nisi adsit alia præsumptio violentior,q̃ ex bonis suis,vel aliũde quæsierit, nam tũc stabimus præsumptioni vehemẽtiori.ar. tex. in c.afferte.de præsum.facit gl.ij.in c.tenor.de re iud.Istud est nouũ dictum Andreæ Siculi,in d.c.j. in prin.suprà,de peculio cle.quod mihi satis placet, quia cùm iura prædicta se fundent super præsumptione,nõ est mirũ , si illa præsumptio vincatur per aliã violẽtioré præsumptionẽ,vt l.diuus. ff.de in inte.resti.& l.cùm de indebito.ff.de proba.& in c.in nostra de testi.& in c.literas.de præsum.quẽ multum no.ibi Bal.& Abb.in j.co.dicentes per illum tex. q̃ si concurrunt duo dicta contraria ab eodẽ,lvnũ cũ iuramento,aliud sine iuramẽto,si cõiecturæ sunt pro eo magis,quã pro dicto iurato,quod dictũ est bene notandũ. de quo facit festũ Fely.Sandeus in c.cùm in tua.suprà de testi. Sic ergo dicamus in casu nostro , maximè cùm præsumptio,quæ hoc casu facit,pro muliere fit specialis. quòd ex aliquo certo loco,vel administratione,vel arte illa bona acquisierit.Præsumptio autẽ,quæ facit pro viro,est generalis , quod ex suis bonis acquisierit.vnde præsumptionem, quæ est in specie, semper tollit præsumptionem, quæ est in genere.vt est tex.in d.l.cũ de indebit.quem ad hoc ibi põderat Bart.in prin. Et ex his infertur, q̃ si mulier tempore nuptiarum erat dives,& accepit maritum pauperem,tunc bona acquisita per vxorẽ,constante matrimonio,nõ præsumuntur de bonis mariti.cùm nulla habeat,sed potius de bonis vxoris,ita tenet Antoni.Ancha.& And. Siculus in d.cap.j de peculio cle. Hinc est etiam quòd licet alias honestas mulieris non patiatur eam alicui negotiationi præesse, ex qua possit lucrã facere,vt dicit text.no.in ♭fœminæ.ff. de edẽdo.Si tamen vxor publicè negotietur,illud,quod acquirit, præsumitur quæsiisse ex illa negotiatione,non autem ex bonis mariti. Istud est notabile dictum Bald.in l.cùm oporteat.quarta columna. versic.insuper quæro.quod refert & sequitur Andreas Siculus in dicto cap.in princ.suprà,de pecu. cle. quod dictum alibi non legi. Idem dicit l. regni.iij.parti.ti.xiiij.l.ij.in fin.facit quod voluit Bald.in l.si vxorẽ ij.co.versic.cæterum.C.de condi.inser.vbi dicit , quòd si vxor facit aliquam artem,vel mercantiam,vel esset chirurgica, vel obstretrix,quæ operæ nõ sunt domesticæ & familiares.id quod acquirit ex istis operis,non acquiret viro,quia nec ad præceptum viri tenetur negotiari. Ad hoc bonus text.& ibi notat Raphaël Fulg. in l. si vir vxori.ff.isto titul.vbi dicit , quòd illud, quod quærit vxor ex operis suis,non quærit marito,sed sibi:vt latius scripsi col.cxcij. versi. si ergo mulier. Hinc est etiam , quòd si✝vxor constante matrimonio emat aliquam rem suo nomine,& dicatur in instrumento emptionis,quòd de sua pecunia propria emit,viro præsente, & assentiente:ista tacita cõfessio præiudicat viro, vt pecunia non præsumatur de bonis viri, nisi probetur : quia confessio tacita facit cessare præsumptionem, quòd pecunia fuerit de bonis viri. Ista est not. decisio Saliceti in l.cum propria.in fin.C. si quis alteri vel sibi.per illum textum iuncta glo. super verbo,docenti.quod dictum refert & sequitur Io.de Pla.in l.& si instrumenta.circa fin.C.de fide instru.& iure hastæ fis.lib.x.Hocidẽ voluit Saly.in l.si mater.C.de contrahen.emp.vbi idem dicit,si vxor emit rem mariti , & pretium marito soluit,& ipse recepit,vt de bonis vxoris.Nam ista tacita confessio mariti facit cessare præsumptionem, quòd pecunia fuerit de bonis mariti , vt in casu prædicto.Secus dicit ibi Saly.si maritus emit fundum pro vxore absente,& pretium, quod soluit,confessus est se soluere de propria pecunia vxoris: quoniam isto casu , quia pecunia emanat à viro,præsumptio est magis donationis, nisi appareat alia verisimili præsumptione, q̃ vxor aliunde pecuniã illatam potuerit habere: quia confessio facta in fauorem eius,qui à confitente non potest capere,præsumitur in fraudem facta:vt l.qui testamentu.ff.de proba.& l. cùm quis decedens. §. Titia honestissima.& ibi glos.ff.de lega.iij & l. si forte.ff.de castren.pe.Sed vxor non capit à viro inter viuos.vt ff.isto titul. per totum.ergo &c.

Sed in casu,in quo pecunia præsumatur de bonis viri,& tenetur viro reddere:tamen empta non erit viri,sed vxoris ementis, vel pro qua fuit empta.vt est text.in l.j.& in l. multum. C. si quis alteri vel sibi.& in l.& si de tua. C.isto tit. & in d. l.si instrumenta. C. de fide instrum. & iure hastæ fisca.lib.x.vbi hoc tenent Bart.& Ioan.de Pla.qui hoc intelligit , nisi vxor emat rem ex pecunia sibi donata à marito , cuius prohibita est donatio, quia tunc res empta ab vxore, acquiritur viro, & ipse eam vendicare potest , quantuncunque instrumentum fit confectum in personam vxoris,sicut econtra ipsa vendicat rem emptam à viro ex pecunia,ab ea donata viro,vt l. vxor marito.ff.isto tit. & ita intelligo dictum Salyc. de quo suprà. Ex iam dictis infertur vnum satis quotidianum. q̃ si maritus patitur vxorem negotiare cum pecunia sua,ipsius mariti,præsumitur ei donare , ita notanter concludit Raphaël Fulgosius consilio cxcviij.column.ij.incipit, in quæstione. Ex quo,si verum est, possent multa sequi. Primò, quòd ex tali negotiatione maritus non obligaretur , quod esset contra legem regni , Foro legum libr.iij.tit.fi.l.xiij.de qua infrà. §. operatur alium &

Lex regni.

3. Illatio. De vxore emente.

2. Limitat. Nisi adsit alia præsũptio violentior.

2. Illatio.

alium & sextum effectum.Secundò, quòd maritus non haberet medietatem lucrorum inde habitorum.quod similiter esset contra mentem alterius l.regni.Foro legum lib iij.titu.iij.l. j. de qua infrà in sequenti §.dicemus.cogitabis.

4. Illatio.

Ex prædictis etiam infertur , quòd si tabellio stipulatus est nomine mulieris à Titio centum, qui confessus fuit ab ipsa muliere mutuo recepisse,& lapsum est biennium , ita quòd non potest obiicere exceptionem non numeratæ pecu. non præsumitur hæc pecunia processisse de bonis viri:quia possibile est, quòd mulier non numerauerit pecuniam, sed biennium successit loco numerationis,maxime,quia instrumentum non continet numerationem, sed sòlùm debitoris confessionem,inter quæ maxima est differentia : vt l. si ex cautione.C.de non.nu.pec. & sic debitor non est obligatus re,sed literis,seu verbis. Vnde ista præsumptio,quæ facit pro muliere, est vehementior,& vincit aliam præsumptionem, quæ est contra ipsam.ita tenet solus Albericus,in d.l. etiam.

3. Limitat. Nisi quoad tertiũ possessorium.

Tertiò limita prædicta,vt non procedant,quo ad possessorium:quia illud , quod possidet vxor, in possessorio præsumitur vxoris:vt l.fin.C.quorum bonor. sed in petitorio refert aut habet vetustiorem possessionem ante matrimonium: & præsumitur vxoris:aut recentiorem, & tunc aut est controuersia cum viro, aut eius successore: & præsumitur acquisitum de patrimonio viri: aut cùm alio extraneo , & præsumitur vxoris. ita dixit no. Bald.in dicta l.si vxorem. secunda colum. verficul.vtrum illud.C.de condit.insertis. refert & sequitur Alexand.in l.qui iure.circa fine. ff. de acquir.poss.dicens hanc fore magnam limitationem ad l. Quintus.& dicta l. etiam. Pro complemento huius articuli cadit hic no.dubium ; si
21 maritus ✝& vxor simul habitantes in domo, habent intra domum multa bona mobilia, cuius præsumẽtur esse,viri an vxoris? Veritas est, quòd si reperiuntur in domo mariti , eius præsumuntur,non vxoris:vt est glo. quæ sic debet intelligi, in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito. & mulier habet probare illas res esse suas:vt ibi tex. & in l.si ego. §. dotis. ff. de iure dot. vbi text.nota. quòd hoc poterit probari per priuatam scripturam mariti.Quod est menti tenendum,pro inuentario , quòd maritus & vxor facere solent de rebus,quas afferũt matrimonij tempore : vt paulò ante diximus,& infrà latius dicemus. Si autem reperiuntur in domo vxoris,præsumuntur vxoris,nisi appareat,q̃ maritus illic deposuerit.& potest apparere per instrumentũ depositi,quod fieri potest inter virũ & vxorem:vt est tex.not.in l.fi. ff.vt in po.lega.quem ad hoc allegat Bal.in l.si vxorem.ij.co.C.de condi.insertis.Ille enim, qui possidet domum,præsumitur possidere mobilia,quæ sunt in domo:vt d.l.ob maritorũ.& l.Titia.§.Cæsius.ff.de lega.ij.ita dicit Bald. in di.l.ob maritorum.& in c.ex par.ij.co. suprà, de cõsue.quẽ refert & sequitur Alex.in d.l.qui iure.in fi.ff.de acqui.po.Si verò maritus & vxor pariter habitant domum, nec appareat ad quem eorũ dominium spectat:tũc nisi per cõiecturas appareat,ad quem eorum domus spectet,iudicabimus quèlibet pro dimidia possidere:vt no.voluit Ang.in dict. l.qui iure.Ad cuius confirmationem facit,quod voluit Barto.in l.si duo.in princip.ff.vti possidetis.dum dicit,q̃ vbi plures sunt in possessione, faciunt sibi partes per conuersum , & quilibet dicitur esse pro virili in possessione:vt l.si finita.§.cũ autem. ff.de damno infec.Ita ergo dicamus in marito , & vxore simul possidentibus domũ:vt dicebat Ang. in d.l. qui iure. cuius dictũ nõ placet Io. de Imol. nec Alex.& Ludo.ibi, qui dicunt. q̃ imò in dubio præsumendum est pro marito,ex eo,q̃ vxor non præsumitur habere propriũ:vt d.l.Quintus.ff.isto ti.& l.etiã.C.eo. Quando ergo vxor simul cũ marito possidet tũc ei res ad maritũ iure proprietatis pertinet:aut pertinere præsumitur: vxor pro parte,vel pro toto ad maritũ pertinente,iure familiaritatis præsumitur possidere:vt d.l.qui iure. cùm ibi no. maxime per Olde. & ita quando non apparet,cuius est domus,an viri, vel vxoris,in dubio præsumitur viri,& per cõsequens res,quæ intra domũ sunt, præsumuntur viri. Hodie tamẽ de cõsuetudine huius regni omnia bona, siue immobilia,quæ habẽt mariens & vxor, dicũtur cõmunia mariti & vxoris.præter illa quæ quilibet eorũ probat fore sua.ita disponit lex Styli cc. quæ incipit,commo.quic. nec facit illa lex distinctionem. vtrum teneamur in domo mariti,vel vxoris:& ita video seruari in practica in cancellaria. vt sentit Bald.in l.j.q.ij.C.pro socio.& in l.j.pen.col. ver. circa secundum.Commodati. dum loquitur de dissolutione inter socios facienda. bene facit l.j.& iij. fol.xj.titu.de las ganancias. Adde,hîc considerandum esse consuetudinem loci , in quo habitauerunt,quo ad lucra.iiij.par.ti.xj.xxiiij.vide. Bald. in l.j.q.ij.C.pro soci. de his lucris vide in repetitione l.vnum ex familia.co.xiiij.per Segurã.ff.de leg.ij. Propterea cauti sint coniuges,vt tempore, quo celebrantur nuptiæ,faciãt inuentarium de rebus,quas quilibet eorũ ducit ad matrimonium: quod est multũ vtile, quando matrimonium dissoluitur sine filiis,vel etiam cũ filiis : supereſt tamen iterum contraxit matrimonium , vt quotidie fit: vel quando alter filiorũ melioratur , ad hoc text. no.in l.si ego.§.fi.ff.de iure do. & dixi suprà colũ. ccxcvij. Et ista non sunt cõtemnẽda,quamuis lex regni,de qua statim fit mentio,communicet inter coniuges bona constante matrimonio acquisita, quoniam in aliquibus partibus regni , vt Cordubæ,illa lex non fuit recepta, imò per contrarium vsum sublata.

Quæst. not. Cuius præsumuntur bona quæ habẽt maritus & vxor intra domum Quãdo domus est viri Quãdo domus est vxoris.

Quãdo non apparet cuius sit domus.

De iure regni.

Cautela pro coniugibus.

SVMMAE RERVM.

1 *Societas sicut expresse contrahi potest , ita tacitè ex ipsa.*
2 *Voluntas datur intelligi facto.*
3 *Societas quædam est inter virum & vxorem.*
4 *Concubinatus est à iure canonico reprobatus.*

OPERATVR alium , & quintum effectum, traductio , quia postquam sponsus de præsecum retinet , videtur inter eos contracta quædam vniuersalis societas , vt capitulo cum societas.vigesimaseptima quæ.ij.& l.cùm hic status.§. inter virum.ff.isto ti.& l.alimenta.§.final.& ibi glo.ff.de alimen.& cibaria lega.est bonus text. in l. j.ff.de ritu nupti.in l.prima.ff. rerum amo.& in l. aduersus.C.de crimin.expila.hæredi.vbi dicitur,

§. LXI. §. Effectus. Societas inter maritum & vxorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd maritus & vxor sunt socij diuinæ & humanæ domus: quia ex pari consensu semetipsos coniungunt: vt ait Augustinus in libello De virginitate Beatæ Virginis: cuius meminit Vallensis, in communi loquio, parte ij. di. iiij. in princi. Primaque humanæ societatis copula naturalis, fuit vir & vxor: quos nec ipsos solos deus condidit, & tanquam alienos iunxit: sed alterum creauit ex altero, signans etiam vim coniunctionis in latere: vnde illa detracta, formata est: vt inquit Augustinus in libro De bono coniugali: refert Lucas de Penna, in l. ij. C. de proxi. sacrorum scriniorum. lib. xij. column. ij. Non est ergo mirandum, si inter maritum & vxorem videatur contracta quædam societas: vt colligitur ex prædictis, & ex c. ij. suprà, de spō. vbi dicitur. q̄ si sponsi promiserint contrahere matrimonium, fide interposita, possunt ab hoc mutuo consensu discedere: ad instar eorum, qui interposita fide societatem contraxerunt, & postea eandem sibi remittunt: vt l. verum. §. fi. & l. actione. §. diximus. ff. pro socio. secundum gl. in dicto cap. ij. Ex quibus colligit ibi Antonius in sexto notabili, contractum matrimonij, habere instar contractus societatis. Leges ergo pro socio possunt induci ad materiam matrimonij, per hanc decretalem. secundum Anton. ibi, & merito quidem: quoniam nuptiæ, quæ sacramento, fide, prole firmissimæ sunt, sic commendantur, vt prius iussæ, posterius concessæ facile videantur: dixerat enim dominus post priorum parentum creationem, Crescite, & multiplicamini, & replete terrā. per quæ verba, nuptiarum præceptionem intelligimus. Postea subiunxit, Hoc est nunc os de ossibus meis quibus verbis matrimonium iniungi videtur. Genes. cap. j. Quàm verò probabiles sint nuptiæ, Christus in Euangelio demōstrauit, confirmauitque: quādo inuitatus, venit ad nuptias, & quando prohibuit vxorē dimitti. Nuptias igitur bonas esse, fateri necesse est, & prolis causa, & vtriusque sexus societate, quam nobis natura mirū in modū commendauit: alioquin inter senes coniugij dignitas desineret, si vel liberis carent, vel adempta generādi spes esset: in quibus illa egregia laus est, vt incontinentiæ turpitudinē propagādę prolis honestas tueatur. Quamobrē vir, & vxor, eo iure, eo fœdere, ea necessitate cōiuncti sunt, vt nec ipsa separatione disiungi possint. Hos igitur socios rectè appellamus, & societatis iura ad illos extendimus: nam sicut potest † societas expressè contrahi, sic etiam tacitè re ipsa. vt l. societatem. & l. coire. & l. plane si h. ff. pro socio. & l. qui admitti tur. eo titu. cum similibus. traditur per Batt. in l. cum duobus. §. Papinianus. ff. eo. & in l. Titium & Mæuium §. fi. circa finem. ff. de admi. tut. & in l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua. per Bal. in l. si patruus. vj. co. ver. sed quæro iuxta prædict. C. cōmunia vtriusque iudi. quē refert & sequitur Petrus de Ybal. in suo tractatu. de societate. tertia parte. vj. col. vbi videas. tenet etiam Bald. trā. de duobus fratribus. iiij. co. ver. ij. quod no. Ang. de Areti. Inst. de socie. in prin. ver. sed dubiū stat. Ex quo dicebat Bal. in d. l. si patruus. cuius meminit Bartholomæus Socinus. cōs. cxcij. co. iij. ver. quinimo. in ij. parte. q̄ etiā si nullus sociorū negotietur, potest ex actibus apparere socialis affectus, sicut est inter nobiles, qui nō faciūt quæstuarias mercedes, tamen quæcunque acquirunt, in communi conferunt, nemo enim potest negare hos esse sociales actus, ex quibus præsumuntur

1

2 socialis intentio, & voluntas. Nam & † voluntas facto datur intelligi, vt l. reprehendenda. & ibi gl. C. de insti. & sub. sub condi. factis. no. in l. de quibus. ff. de legibus. & in ca. ex ore. suprà. de his quę fin. à præ. Et hoc maximè inter personas valde coniunctas, inter quas de facili præsumitur societas, propter naturalem æquitatem, & charitatem, vt no. dicit Bald. loquendo de fratribus, in dicta l. cùm oporteat. iij. colum. versi. quæro quare. C. de bonis quæ libe. de quo latius per Bartholomæum Socinum consi. cxcij. versic. postremo &c. vbi multa de hac materia cumulat, quæ per te videas, quia pulchrè loquitur. Sed quæ maior coniunctio, quàm mariti & vxoris, qui per carnis copulam efficiuntur vna caro? Genc. ca. j. & iij. & xxx. quæstio. iiij. ca. scisciatur. & c. si quis vnus. & in cap. Martinus. suprà. de cogna. spir. &c. debitum. de biga. & facit Instit. de patria potestat. in princ. Est ergo bona similitudo socij ad vxorem,

3 quia inter virum & vxorem est quædam † societas, & quidam vsus promiscuus, vt d. l. j. ff. rerum amo. secundum Bal. in l. nulla. in principio. C. de iure dotium. Tacitè ergo videtur inter eos contracta societas, per habitationem promiscuam, nam & expressè potuissent maritus & vxor societatem cōtrahere, vt notāter voluit Petrus, quem refert & sequitur Bald. in l. si vxorem. C. de condit. insertis. ij. colum. versi. sed hoc non placet Petro. ergo & tacite videntur eam contrahere, per mutuam cohabitationem, quam quidem societatem videtur approbare lex regni, de qua infrà. Ista autem societas contracta tacitè à lege inter virum & vxorē, non est minus priuilegiata, quàm illa, quæ expressè contrahitur inter socios, secundùm Bal. quem alij sequuntur in l. rei iudicatæ. in

a §. socero. ff. so. ma. a Nam sicut societas expressè contracta, appellatur fraternitas, vt d. l. verum. ff. pro socio. ita societas tacitè inter virum & vxorem contracta, dicitur quædam fraternitas. Ita dicit Signorelus consilio lxiij. column. ij. ex qua ratione excluduntur concubinarij simul habitantes, nam inter eos non intelligitur ista societas contracta, quia illa cohabitatio, nō est licita, sed

4 † reprobata, præsertim à iure canonico, vt c. concubinæ. xxxj. q. ij. c. si concubinæ. de sententia excom. & c. j. de coniugio leprosorum. & ibi notat Abbas. glo. in l. in libertæ. ff. de ritu nup. notatur in l. in cōcubinatu. ff. de concu. & in authen. licet. C. de natura li. quapropter lex regni super huiusmodi literis disponens, matrimonium præsupponit. Quamuis ergo iure ciuili concubina vxori comparetur, vt late diximus suprà §. cclxxvj. cum sequentibus. absurdum tamen videretur, quòd in hoc casu concubina vxori æquipararetur, nisi dixeris, & si ex verbis huius legis non videatur contracta societas inter concubinarios, bene tamen ex mutua cohabitatione inter eos, tanquam inter alias personas, iuxta notata in l. si patruus. C. communia vtriusque iudicij. & in l. mandatum. C. mandā. vt dicam infrà. §. lxiij. ad finem. Sic ergo inter concubinarios forte præsumetur societas contracta lucri & quæstus, vt dicetur infrà. §. lxij. prope finem. versic. ampliabis ista vt procedant.

Non intelligas, quòd inter maritum & vxorem

rem sit contracta societas omnium bonorum: vt dicebat Henric. in cap. in literis. in principio. de testi. nam bona, quæ quilibet eorum ducit tempore nuptiarum, sua remanent: sed solùm contrahitur societas eorum, quæ in futurum acquirentur. quod fieri potest: vt est text. notab. in l. cum duobus. §. si in communa. ff. pro socio. qui alibi non reperitur, secundum Bald. ibi. facit lex regni, v. part. tit. x. l. iij. & Foro legum lib. iij. titu. iij. l. j. & ij. Et ista societas appellatur lucri & quæstus. ad hoc bonus text. in l. coiri. eod. tit. cum legibus sequentibus. dum dicit, coiri societatem, & simpliciter licet: & si non fuerit distinctum, videtur ita coita esse vniuersorum, quę ex quæstu veniunt, hoc est, si quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione descendit. Ex quo infertur ad id, quod modernis temporibus aliqui armigeri faciunt, constituunt se fratres iuratos, quia promittunt sub certa pœna se tractare tanquam fratres, quod fieri potest. Sicut in simili potest quis aliquem extraneum filium alterius, tractare tanquam filium sub certa pœna. vt probatur in l. quidam cùm filium. ff. de verbor. obligat. tales enim faciunt societatem adinuicem omnium bonorum quæ habent, & quæ acquisituri sunt. quod etiam fieri potest: vt l. j. in fin. & l. iiij. §. fi. & l. coiri. ff. pro socio. Vnde quicquid acquirunt, æqualiter diuidunt inter se: ita dicit notanter Ioan. de Imo. in l. ille autem. ff. de hæred. instit. tertia col. versi. item aduerte. & facit text. bonus in l. duo. §. fin. ff. pro socio. vbi permittitur societas coiri lucri, quæstus, & compendij. ratione cuius, id quod acquiritur, inter socios communicatur. Idem ergo dicendum erit in casu nostro.

Lex regni. Societas lucri & quæstus.

De genere armorum.

Societas lucri & quæstus.

a Addit, q̄ ista cōcl. sequuntur doc. Modernī. & commendat Signor. in rep. l. iij. §. ff. de lib. & posth. fa. col. iij. & in firma rep. l. una ex familia. §. sed si fundum. ff. de leg ij. fol. 3. col. ij. quæ in mod. & in tract. de bon. lucr. conſt matr. fol. 3. col. j. in princ. Ioan.

SVMMAE RERVM.

1 Acquisita ab aliquo coniugum, constante matrimonio, debent æqualiter inter coniuges diuidi.

2 Vxor nunquam dicitur, nisi post traductionem ad domum.

3 Dauid diuisit prædam hostium æqualiter remanentibus ad sarcinas, & ad prædam descendentibus.

4 Emptum ab vxore ex pecunia viri, an sit ipsius vxoris.

5 Sponsus si ante traductionem sponsæ recipiat dotem & ex ea negotietur, an sponsa habeat partem ex superlucratis.

6 A patria potestate non liberatur filia per matrimonium, vel nuptias sequentes.

7 Vxorem repetere potest maritus à patre, etiam eo inuito.

8 Testari non potest filiafamil. quæ est in patris potestate.

9 Vxor an acquirat viro, & quando.

10 Fructus omnium bonorum quæ habent maritus & vxor, sunt communes viri & vxoris. 1

11 Fructus rerum paraphernalium, æqualiter pertinent ad virum & vxorem.

12 Fructus quos percepit pater ex bonis filij, vel filiorum prioris matrimonij, an veniant diuidendi inter matrem & secundum vxorem.

13 Sumptus quos fecit pater in re filij prioris matrimonij, ex qua fructus percipiebat, an videatur donare filio.

14 Fructus naturales à natura, & non hominis industria prouenientes, ad dominum fundi spectant, & non ad possessorem.

15 Melioramenta quæ fiunt in rebus maioratus, siue restitutioni subiectis, veniunt inter coniuges diuidenda.

16 Sumptus quos quis fecit in re subiecta restitutioni, possunt repeti ab eo, cui res restituitur.

17 Vasallus si construit castrum in re feudali, vel prædio, castrum dicetur feudale.

18 Ædificium cedit solo.

19 Peculium quasi castrense habere dicuntur, qui stipendia de publico habent.

20 Aduocati an dicantur habere peculium quasi castrense, ita quòd habeant præcipuum quod lucrantur.

21 Miles quod ex militia acquirit, non ex publico, est castrense.

22 Peculium castrense an sit inter coniuges diuidendum.

23 Ius patronatus acquisitum in ecclesia per maritum constante matrimonio constructa & dotata, acquiritur æqualiter ipsi marito & vxori, maritus tamen solus dum viuit, præsentat, nisi aliter inter eos tempore ædificationis sit conuentum.

24 Lucra acquisita inter amasium & amasiam, an inter eos æqualiter diuidantur.

25 Societas contracta videtur inter coniuges, & etiam durat non solùm constante matrimonio, sed etiam altero eorum mortuo, bonis simul remanentibus & non diuisis inter superstitem, & hæredes defuncti.

26 Vidua donec nubat, videtur in primo matrimonio remanere.

27 Vasallus si carnaliter vxorem domini eo mortuo cognoscit, priuatur feudo.

28 Locatione domus finita, si conductor in ea remansit, videtur tacitè reconducere.

29 Continuata societas videtur duorum fratrum mercantiam exercentium, quando alter altero mortuo continuat superstitibus filijs fratris indiuisam substantiam possidentibus.

30 Doctor ad legendum per annum à communitate conductus, cum salario centum florenorum: si demum alio anno eligitur sine constitutione salarij, intelligitur pro eodem salario.

31 Mulier in odiosis soluto matrimonio, soluta est legibus matrimonij.

32 Administrator bonorum alicuius, præsumitur indubio potius administrare tutorio nomine, quàm animo donandi.

33 Maritus si filiam prioris matrimonij dotauit ex bonis constante secundo quæsitis, medietas dotis debetur vxori, vel de bonis superlucratis habebit ipsa vel eius hæres tantundem.

VNDE lucra habita, seu bona † acquisita constante matrimonio ab altero coniugum, postquam simul habitant, veniunt communicanda, & æqualiter diuidenda inter eos: vt dicit gloss. in dicto capit. cùm societas. & notatur in dicto capitu secundo. infrà isto titulo. de quo habemus hodie legem regni, Foro legum libro tertio, titulo tertio. l. prima. vbi dicitur, quòd omnia bona, quæ maritus & vxor simul emerint, æqualiter eis acquirantur. Idem de omni-

§. LXII. *Acquisita constante matrimonio, æqualiter diuiduntur inter cōiuges. Lex regni.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus bonis, quomodocunque acquisitis: vt statuit rex Hericus quartus: in Nicua, anno Mcccclxxiij.

Intellige (vt dixi) postquam mulier fuit traducta ad domum viri, vt requirit a dicta l. prima in verbo, de consuno: quod verbum vt aliquid operetur, debet intelligi de simultanea cohabitatione: per quam contrahitur societas prædicta: ante traductionem enim non potest dici, quòd simul emunt, seu lucrantur maritus & vxor: quia nec tunc vir sustinet onera matrimonij, nec lucra hinc inde percipiuntur: vt not. ff. de condictio. ob causam. l. si donaturus. ea enim quæ desponsata est, ante contractas nuptias, suum non mutat domicilium: vt l. ea quæ desponsata. ff. ad munici. ni si dicas, quod illa l. loquitur in sponsa de futuro. Necessario ergo debemus intelligere dictas leges, postquam mulier fuit traducta, vt tunc commoda & lucra per eos habita communicentur & dividantur æqualiter inter eos solu. matrimo. Et ita declarat dictam legem in verbo, de consuno, quædam lex Stili ccvij. quæ incipit, todo dendo: vt oporteat maritum & vxorem simul habitare. Vnde acquisita constante matrimonio, per coniuges seorsum habitantes, non communicentur, sed sunt propria acquirentis. Itaque quod dicitur de marito, intelligendum est de vxore: vt vult Segura in repe. l. vnum ex familia. §. sed & si. ff. de lega. ij sentit Bald. in authen. hoc locum. C. si secundo nupserit mulier, vbi vult, quòd dispositum in vxore, habeat locum in marito. ad hoc glo. in l. fœminæ. §. primo. C. de secundis nuptiis. cùm dicit idem in viro. l. Tauri. xv, & ibi latissime scripsi, vbi poteris videre, & sic practicauimus. Nam nunquam dicitur † vxor, nisi post traductionem ad domum: vt late in præcedentibus dictum est, in §. lviij. operatur alium & secundum effectum, in additione. & dicetur forte infrà. Et videntur ista ista ratione foueri, vt lucrorum medietas vxori debeatur: quoniam rerum domesticarum curam, & in seruos: & ad ministros diligentiam necessariam ducimus. nàm rebus & seruis in cuiusque domo opus est, sine quorum copia & ope, res ipsa familiaris stare non potest. In quibus profecto rei domesticæ moderatio ex magna parte continetur, quæ nisi consiliis & præceptis vxoris stabilita sint, & pedem nullum habent, & euagari solent latissime. Velut enim viris natura, corporis robur & animi datum est, cùm aliis de causis, tum vt industria, labore, multis denique partis domos locupletent: sic (vt æquor coniectura) fœminis imbecillitas natura tribuitur, vt quæ domi sunt, curiosius ipsæ custodiant. quid enim prodesset multa domi conferre, nisi intro lata multer custodierit, conseruauerit, distribuerit? Quid enim aliud de filiabus Danai fabulose scriptum est? quæ perforatum replentes dolium, perpetuo labore frustra conficiuntur. Vnde non mediocres vtilitates ex hac vxoria custodia peruenisse arbitror. Confert ad hoc prudentissimam illud dictum ab Augusto Cæsare viro prudentissimo. Longe plus laudis & fructus Alexandro futurum, si quæ adeptus erat, tueri & conservare potuisset, quàm comite fortuna, res maximas gessisse. Quo circa sua gloria fraudari non debent vxores si quæcunque domi congesta sunt. velut earum manus est, constituerint. ita dicit Franciscus Barbarus in suo libello, de re vxoria. li. ij. c. vij. Habebunt igitur medietatem bonorum, quæ constante matrimonio acquisita fuere. ad hoc bene facit illud quod scribitur primi Regum. ca. xxx. vbi † Dauid diuisit prædam hostium æqualiter remanentibus ad sarcinas, & ad prædam descendentium. Aequalem igitur operam præstat is, qui sarcinas custodit, & qui foris operatur. Ad idem facit c. sicut dignum. de homicidio. vbi puniti fuerunt, qui custodierũt sarcinullas, sicut qui aliter opem in homicidio sancti Thomæ præstiterunt. Vnde versus, Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri. ad hoc lex regni ij. parti. ti. iij. l. iij. & titulo xiij. l. xxiij. Itaque inter multa, quę deus mirabilia in hoc mundo egit, matrimonij sacramentum sapientissimè instituit, ne animantium genera deficerent: deinde vt haberemus, à quibus nostra aleretur senectus, vtque ea, quæ ad vitæ sustentationem necessaria sunt, vir & vxor inuicem compararent, & quoniam hæc intra domum diligentiam expetunt, deus naturam mulieris ad curam intus suscipiendam in lucem protulit, molioreque corpore, vt intra parietes officium obiret, at viri corpus, animumque, frigora, æstus, itinera, expeditiones, facile tollerare constituit. Quapropter illi foris res agendas delegauit, in domumque eas inferendas edocuit, quibus in domum relatis, seruatorem adhibere, ad custodienda ea, quę à viro parta essent, necessarium quidem fuit. hoc autem officio mulier intra domum fungitur. Quod quippe non est minoris ponderis, quàm ipsius viri officium, quod extra domum exercetur. Parem igitur diligentiam (suo munere fungendo) vterque præstare debet, vt res communes cõparentur, conseruentur, & augeantur. Ista Ischomachi ad vxorem præcepta saluberrima nobis demõstrant, quæ Xenophon magnus philosophus scripta nobis reliquit in eo libello, qui Xenophontis œconomicus inscribitur, quem è Græco in latinum conuertit Raphaël Volaterranus, sicut in principio suorum operum videre licet. Ridicula igitur esset mariti operatio, nisi furit, qui eam conseruet, sicut apum dux & magistra facere consuescit, quæ in otio esse apes non sinit, sed quas oportet, ad opus mittit, importataque ab eis excipit, ac seruat donec tẽpus vsus veniat, quæ æque omnibus diuidit, intos fauis incubantibus ipsa præsidet, vt pulchrè ac celeriter conficiantur, partus vti nutriantur, curat, quos iam adultos, operique aptos videns, aliò transmittit. ac tanquam in colonias cum duce mittit. Vxor autem, quæ talia operatur, merito lucrorum particeps esse debet. Non igitur sine causa lex regni prædicta, requirit simultaneam cohabitationem mariti & vxoris, vt lucra inde quæsita inter eos communicẽtur, quia tunc vterque ponit operam suam in tali acquisitione, vt ex dictis satis constat. Non ergo matrimonij verba huiusmodi societatem causant, sed & mutua cohabitatio, itaque vtrunque requiritur, verba enim etiam consensum de præsenti exprimentia, hoc non inducerent si seorsum habitarent, nec similiter cohabitatio sine matrimonio, illa enim non sufficit ad societatem ineundam, nisi lucra inter ipsos cohabitantes communicentur adinuicem, secundum Bar. & alios in l. Titium & Mæuium. ff. de admin. tutor. & in l. prima. §. si quis interdicto. ff. de itine. actúque

a Adde, ꝙ idem tenet regula in illa singula. l. vnum ex familia. §. sed et si fundũ ff. de le. ij fol ij col. iij. cũ quatuor seq vbi pulchrè examinat horum lucrorum materiam. Io. Bern.

Postquam mulier est traducta.

actuque priuato. Bal. & alios in l. si patruus. C. cõmunia vtriusque iudicij. bonus textus in l. societatem coire. ff. pro soc. Oportet igitur, ꝙ vtrũque interueniat scilicet matrimonium, & cohabitatio quamuis non simul negotiẽtur, sed separatim maritus vel vxor per se: ad communem tamẽ vtilitatem, quicquid ambo maritus & vxor simul acquirunt, ex causa onerosa, vel alter eorum. ipso iure communicatur inter eos, quãtum ad dominium, & possessionem: quoniam alter alterum videtur in negotiis præponere: sicut contingit in duobus sociis, diuersas negotiationes vel mercãtias exercentibus: videntur enim inuicem institores præpositi, ita quòd factum vnius prodest & nocet alteri. l. reo. ff. de duobus reis. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. l. iure prouiso. C. de fabricensibus. lib. xij. tenet Iacobus de Arena, Bart. & alij in l. si tamen plures. ff. de exercitoria. per illum tex. de quo videas latissime Petrum de Voaldis in tractatu, de societate. parte nona. in principio. Post talem ergo acquisitionem vterque acquirit dominium & possessionem ex facto alterius: vt colligitur ex mente legis regni prædictæ, quæ per vnum & idem verbum refert bona constante matrimonio acquisita marito, & vxori. & in hac societas mariti & vxoris, quæ ex matrimonio & mutua cohabitatione resultat, efficacior est ac fauorabilior, quàm alia societas, in qua illud, quod alter ex sociis emit proprio nomine, efficitur suum, quamuis ex alterius vel communi pecunia fuerit emptum. Venit tamen iudicio communitatis ex conditione ex lege inter socios communicandũ. l. si quis societatem. ff. pro socio. & secundũ hoc lex regni corrigit. l. j. & l. multũ interest. C. si quis alteri vel sibi. vbi † emptum ab vxore ex pecunia viri, est propriè vxoris. lex enim regni contrarium suadet: nam siue ematur à marito suo nomine, siue ab vxore, modò ex pecunia mariti, modo vxoris: statim ipso iure communicatur inter eos, quantum ad dominium & possessionem. Vnde quilibet poterit agere actione in rem pro dominio: vt l. in rem actio. ff. de rei vendi. Inst. de acti. §. omnium. traditur in c. abbate sane. de re iudicata. lib. vj. Poterit similiter agere interdicto possessorio pro possessione sibi realiter acquisita per alterum: vt supra dictum est. Vnde non dicas illam fictam possessionem, sed veram, quæ alteri per alterum acquiritur: vt excludatur decisio Bal. in authen. defuncto. C. ad Tertullianum. verfic. tertia quæstio est. dum vult, quòd licet ficta possessio pariat interdictum possessorium adipiscendæ possessionis: vt l. j. C. quorum bonorum. non tamen recuperandæ, vt ibi per eum: quem refert & sequitur Alex. consil. xxxvij. in primo volumine. vide quæ scripsi in l. xiiij Tauri. versi. vij. Illud tamen, quod dixi, quod emptum ex pecunia alterius conjugum, statim & ipso iure efficitur cõmune vtriq; intellige, nisi ista pecunia habita fuerit ex pretio rei venditæ, quæ erat alterius coniugum. nam res postea ex eadem pretio empta per alterum coniugum, vel per ambos, efficitur propria illius cuius erat res vendita: vt decidit notanter lex regni, Foro legum libr. tertio. titu. iiij. l. xj. Cuius ratio est: quia videtur subrogata in locum alterius rei venditæ: vnde necessario debet sapere eius naturam. l. parabolani. de episco. & cler. l. vnica. C. de rei vxo. act. Insti. de act. fuerat antè. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. vt lite pen. cap. cùm tu. de vsuris. Sicut ergo res prima erat propria alterius: sic & ista, quæ loco eius fuit subrogata. Non tamen sic est in pecunia per alterum coniugum ad matrimonium deducta, ex qua emitur prædium, vel alia res: illa enim statim videtur communicata: vt in communem vtilitatem conuertatur, & res inde empta communis fiat: & is, cuius erat pecunia, ex acerno communi diuisionis tempore illam deducet. Cogitabis super hoc. adde similiter prædictis, ꝙ & si vxori, sicut & marito, competat actio, quo ad dominium, & possessionem, vt paulo antè dicebamus: vxor tamen erit impedita in exercitio istius actionis, donec mariti licentia interueniat, vel consensus, & approbatio postea sequatur: vt in præcedentibus satis est dictum. Item ad de, ꝙ ista similitanea cohabitatio inter maritum & vxorem, adhanc societatem ineundam, non est amarè intelligenda, vt semper debeant esse in sua domo præsentes simul, ita ꝙ alter non possit abesse, quoniam satis dicuntur simul habitare, cùm vnam & eãdem domum & familiam retinẽt, quacunque negotiationis causa alter sit absens. ar. l. si maritus. ff. de vsu & habitatione. l. quæsitum. §. j. de lega. iij. glo. no. & ibi Bar. & alij in l. j §. domũ ff. de liberis agnoscendis. in verbo, manear. Sed quid si sponsus † ante traductionem sponsæ accepit dotẽ, & cum ea negotiabatur: an ex supralucratis sponsa hebeat partem? Videtur ꝙsic, cùm tacite videatur inter eos contracta societas, vt appareret ex prædictis, ex quo sponsus negotiatur cum bonis sponsæ, per ea quæ dicta sunt. Ad hoc bene facit lex regni. ij. parti. tit. xj. l. xxviij. quæ disponit, quòd sponsus non lucretur fructus dotis sibi traditæ ante traductionem, nisi ex eis sustineat onera matrimonij. quod est valde notandum. Istud seruaretur in practica, propter hanc legem: vide quæ scripsi in l. xxvj. Tauri. vide infra. §. lxiiij. in fi. & l. dotis fructus §. j. ff. de iure do. & l. cùm pater. §. si fundus. & ibi Bartolum & alios. ff. solu. mat. Bald. in l. res. q. iij. C. de vsu. pro dote. Sed reuera contrarium videtur verius, quia si periret, sponsi periculo perderetur, cùm sit data numerata pecunia, & ille effectus est dominus, vt l. si extraneus. ff. de iure do. cum concor. facit l. incendium. C. si cer. pet. faciunt quæ supr. §. xvij. versi. istud tamen. dum loquebar de rebus datis in dotem, vel in donationem propter nuptias, tenetur eam restituere in casu restitutionis dotis, & pro ea sunt bona eius tacite obligata, vt l. assiduis. C. qui po. in pig. hæ. Vnde iniquum videretur, ꝙ lucrum ex ea habitum, sponsæ communicaret.

Cogita tamen, si forsan dici posset, ꝙ ex tali lucro iustum esset prouidere sponsę pro alimentis; ex quo dos datur ad alimentãdum vxorem. Vide l. regni iiij. partita. ti. xj. l. j. & c. salubriter. infrà. de vsu. & l. pro oneribus. C. de iure do. pro quo facit l. si ante. iuncta gl. ff. solu. ma. vide Bal. in l. res. q. iij. C. de vsucap. pro do. ad hoc facit quod in simili dixit Bald. in l. nõ sine. in ij. col. ver. sed nũquid. C. de bo. quæ lib. vbi dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ filia dotata non succedat, si pater in testamento assignauit dotem filiæ, non succedet cum fratribus, quãuis non sit nubilis, & interim ꝙ efficitur nubilis, debet habere alimenta illius dotis, secundum Bald. Ex ista autem societate resultat effectus singularis, quia per eam communicãtur & æqua-

Bona consideratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter diuiduntur inter maritum, & vxorem, lucraper eos & eorum alterum acquisita: cùm aliàs de iure communi quilibet acquirebat sibi. Vnde si vxor ex sua industria vel artificio aliquid acquirebat, sibi & non marito querebatur: quia nec ad præceptum viri tenetur vxor negotiari: vt notanter voluit Pe. Cy. & Bal. l. si vxorem. C. de condi. inser. colum. ij. versi. cæterum. & quamuis ille non dicat, est tex. no. ad hoc in l. si mulier. §. si vir vxori. ff. isto titu. secundum Rapha. Ful. de quo fe ci mentionem suprà. co. cxcij. ver. nec obstat glo. & col. ccxc. ver. hinc est. Quamuis enim vxor viro seruire teneatur: vt l. sicut. ff. de oper. liber. vbi dicitur, quòd in officio mariti esse debet: tamen quod quærit, sibi quærit, vel ei in cuius potestate est: & ideo licet nupta sit tempore matrimonij, erat in potestate patris per matrimoniũ, vel nuptias sequentes, non soluitur, nec finitur
6 †patria potestas: imò remanet in patria potestate, & patri quærit, ac si nupta non esset. dicta l. si vxorem. cum glo. Si autem pater mortuus est, vel aliter effecta est sui iuris, quærit sibi: iuxta not. per Bar. & alios in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis. nam ex quo potest contrahere societatem cum viro, vt prædixi: ergo non acquirit viro, sed sibi: item si stipulatur aliquid cum viro, acquirit sibi partem suam, vt sentit glo. no. in l. scripturæ. C. de fide instr. ibi, aliud quo continetur, quod cum vxore mea emi. Item lex dicit, quòd debet stare in obsequio viri. d. l. sicut. intellige de seruitiis obsequialibus in domo viri, secundum qualitatem personarum. Sunt etiam quædam operæ paruę æstimationis, quas similiter debet operari. ar. l. in rebus. §. possunt. ff. commo. & ff. sol. matri. l. si cùm dotem. §. sin autem in sæuissimo. ista sunt verba Baldi post Petrum in d. l. si vxorem. Et secundum ista debent intelligi, quod voluit Bart. & Bal. in i. diuortio. in principio. ff. sol. mat. qui distinguunt qualitatem personarum, circa operas, quas vxor tenetur præstare marito, vt ibi per omnes. ad hoc glo. not. in l. si non sortem. §. si libertus. ff. de condictio. indeb. & in l. in stipulationi-
10 bus. §. operarum. ff. de verb. obli. & in l. Sabinus. & per totum ti. ff. de operis liber. & in titu. de obsequiis ali. pa. præs. Ad idem Insti. per quas perso. no. acquiri. vbi describuntur personæ, quę quæ runt alij, inter quas non ponitur vxor, vt quærat viro, vt etiam voluit Bal. in l. si in vita. C. de nuptiis. vbi dicit, quòd licet maior sit potestas mariti
7 in filiamfamilas † vxorem, quàm patris quia potest illam repetere ab inuito patre, vt l. ij. ff. de libe. exhi. tamen remanet in potestate patria, quo ad omnia, quæ causantur à patria potestate, quia
3 †testari non potest, per l. qui in potestate. ff. de testa. & glo. in lege, filiæ. ff. solut. matrimo. Item quia patri quærit aduentitia, præter operã, quam tenetur præstare viro. Subdit tamen, quòd si
9 quid quærit ex quotidiana † operatione in domo viri, quærit viro, vt d. l. sicut. & ibi glo. quod tamen non ponit pro constanti, imò debet intelligi secundùm prædicta, vt etiam videtur de mente Bald. in l. j. C. de bonis quę liberis. vbi dicit, quòd duplex est potestas, scilicet paterna, & maritalis, paterna, quia quicquid acquirit vxor mea, quo ad vsumfructum, acquirit patri suo, & non mihi, nisi acquirat ex maritalibus obsequiis, sicut sunt omnia diurna, in quibus tenetur operari viro,

Effectus societatis.

quia alitur ab eo, vt dicta l. sicut. & sic Bald. declarat, quæ sunt ista opera diurna, de quibus dixit in dicta l. si in vita. Et secundum prędicta debet intelligi, quòd voluit Inno. in c. cùm in officiis charitatis. suprà, de testamentis. in glo. magna, ad medium. dum dicit, quòd quicquid vxor acquirit ex persona, vel opera sua, marito acquirit. quod refert & sequitur Bald. in capitulo primo. §. decedente. v. columna. versi. dicit Inno. qui feudum dare po. li. feudorum. sicut liber homo bona fide possessus. & subdit Bar. dixisse, quòd si vxor gerit in animo acquirẽdi sibiipsi, non acquirit marito, quia acquisitiones iuris gentium sunt, & fundantur. ff. de dona. l. quæ mihi donatum, de fide instr. & iure hastæ fiscalis. l. & si instrumenta. libro decimo. C. isto titu. l. si filij. Sed quod prius dixi, verius videtur de iure, & ita consulendo decidit Antonius de Prato veteri, vtriusque iuris doctor solennis, consilio incipiente, verè crudelis videtur hic socer. quod reperies inter consilia Alexan. quarto volumine. cxxxiij. Hodie tamen attenta mente legis regni, quæ vult, quòd per contractum matrimonij liberetur filius à patris potestate, vt dixi suprà §. xliij. sed quamuis secundum. vbi addidi legem regni Tauri, quæ hoc firmauit, lege xlvij. dic vt ibi dixi. & considerata lege, quæ etiam vult societatem esse inter maritum & vxorem lucri & quæstus, vt in præcedentibus dictum est, quicquid acquirit vxor, acquirit sibi & marito, & quicquid acquirit maritus, acquirit sibi, & vxori, æqualiter inter eos diuidendum. quod est satis rationabile, quia vxor non est in potestate viri, quamuis habeat duplex ius seruitutis in ea, vnum, quo ad debitum reddendum, aliud, quo ad ministeriũ. vt dicit gl. no. in c. quod deo. xxxiij. q. v. in gl. pe. sed est socia viri, vt l. j. ff. rerũ amotarum. cũ aliis, de quibus suprà. Natura autẽ societatis est, vt adinuicẽ lucra cõmunicẽtur. l. j. & l. coiti. & l. si nõ fuerit. ff. pro socio. Sicut ergo vxor quę
10 rit marito, vt dictũ est, sic maritus debet quærere vxori. aliàs esset leonina societas. d. l. si nõ fuerit. Et hinc est, q† fructus omniũ bonorũ, quę habent maritus, & vxor, sũt cõmunes viri & vxoris, & inter eos æqualiter diuidendi. solu. mat. quãuis alter corum multo plura bona habeat, quàm alius. ita dicit l. regni, Foro legũ li. iij. ti. ij. l. iij. in fine. quæ incipit, quãdo. & eodem li. iij. ti. iij. l. si. & titu. iij. l. xj. quæ incipit, si cestando. Bene facit l. societas. ff. pro socio. & l. prima. C. eodem. Insti. eo. §. de illa. & ita practicamus. Vnde fructus maioratus, vel bonorũ restitutioni subiectorũ, non reputantur pars bonorũ maioratus. l. in ædibus. qualiter olim fe. alie. po. inferioris. ex hoc, q† non dicitur quis alienare rem, alienari prohibitam, quamuis fructus alienet. Idcirco in illis potest fieri executio pro debitis possessoris maioratus, vt tradit Bald. in authen. ei qui. C. de bo. author. iud. possi. Isti ergo fructus maioratus, sicut & alij, communicantur inter coniuges, quod intellige, etiam si tempore, quo soluitur matrimonium, fructus non essent à solo separati. nam & tunc diuiduntur inter coniugem superstitem, & hæredes mortui, si iam fructus apparebant.

Si autem non apparebant fructus, pertinent ad eum vel hæredes eius, cuius erat proprietas fundi, ex quo fructus erant percipiendi, so-

Fructus communicãtur inter coniuges.

Lex regni.

Fructus maioratus.

luta

Fructus à solo non separati.

lita medietate expensarum ibi factarum alteri cõiugi, vel suo hæredi. & hoc quando fructus erant percipiẽdi à vinea, vel arboribus. Si autem à fundo seminato, tunc fructus sunt diuidendi modo prædicto, quamuis non appareant. Si autem fundus nõdum erat seminatus, sed erat benè cultus, is cuius erat fundus, debet illum habere, & solue re alteri medietatem expensarum. ita disponit lex regni, Foro legum libro iij. titul. iiij. l. iij. & x. Et ita seruatur in practica, quamuis aliter sit de iure communi: vt traditur in l. diuortio. ff. soluto matrimonio. & in l. vnica. §. sed & nouissimi. C. de rei vxoriæ actio. cum aliis. Et per hæc corrigitur illud, quod voluit gloss. Barto. Bald. & alij in l. cùm à matre. C. de bonis mater. & in l. vbi adhuc. C. de iure do. vbi dicitur, quòd fructus paraphernalium non pertinent viro, nisi tantùm ad vsum: & quatenus excedunt vsum, tenetur restituere hæredibus vxoris. Hodie, vt vides, fructus pa-
11 raphernalium, & omnium aliorum bonorum viri & vxoris, æqualiter pertinent ad virum, & vxorem. ipsæ tamen res, ex quibus fructus percipiuntur, remanent eius, cuius erant, vel hæredum suorum. vt in dictis legibus dicitur. Ampliabis prædicta, vt procedant, etiam si fructus percipiantur ex re restitutioni subiecta: vt ex bonis maioratus marũi, vel vxoris: vt latè dico in tractatu maioratus: vbi videas satis latè ac diffuse, quamuis hodie non esset multum insistendum, attenta mente legum regni prædictarum. Vnde si mulier dedit marito in dotem vnum castrum, cum iurisdictione in territorio illius castri: quidam homines commiserunt certa maleficia, propter quæ eorum bona fuerunt confiscata: & pœnæ & mulctæ fuerunt contra eos impositæ: pertinebunt ad maritum, & vxorem simul, propter legẽ regni prædictam, & propter societatem inter maritum & vxorem contractam lucri & quæstus, vt suprà dictum est: quanquam his cessantibus, pertinerent ad solum maritum, quia sunt iurisdictionis fructus: rerum autem dotalium fructus ad maritum spectãt, pro oneribus matrimonij supportandis. l. pro oneribus. C. de iure dotium. c. salubriter. de vsuris. ita notanter determinat Bar. in l. fi. in principio. ff. solu. matrimonio. quem alij referunt & sequuntur. & Iacobus de sancto Georgio in tractatu feudorum. in parte, de castro Rubei montis. colum. ij. in fine. versicu. quęro etiam. De fructibus tamen,
12 †quos pater percipit ex bonis filij prioris matrimonij, vel ex bonis filij aduentitiis, vel profectitiis, in quibus non est dare aliam proprietatem: potest probabiliter dubitari, an veniant diuidendi inter maritum, & secundam vxorem: cùm in effectu videatur magis diuidi proprietas, quàm fructus. vide Barto. in tractatu, de duobus fratribus. prope finem. quæstio. x. & Bal. in l. filiæ cuius. q. vj. C. familiæ erciscundæ. & ibi etiam Paulum de Castro. & plenius per eum consilio cccexxxj. tangam infrà, §. lxv. limitabis tertiò. in fine. Quid autem, si pater fecit † sumptus in re filij prioris
13 matrimonij, ex qua fructus percipiebat: an donare videtur filio? Vide Barto. & Bald. vbi suprà. ego tetigi superius §. xlij. amplia quartò. in fi. versiculo vnum tamen est. vbi feci additionem. Cogitabis.

Ex prædictis infero ad id quod voluit Ioan. Faber, in §. fi cui. Insti. de legatis. vbi per illum tex. dicit, quòd stante consuetudine, quòd mulieres habeant partem in rebus emptis per virum, & aliter acquisitis constante matrimonio: si vir habebat feudum, antequam matrimonium contraheret, in quo tunc temporis vxor nihil penitus habebat: contingit, quòd constante matrimonio aliqua consolidantur, & redeunt ad dominum ex aliqua causa, quòd in istis consolidatis habeat vxor partẽ, quia videntur alia à rei proprietate, & ideo tanquam alia iudicãda sunt. quod dictum nunquam est oblivioni tradendum. Pro quo ego allego textum valde singularem, & ibi Bartolus in lege non quocunque. §. fundus. ff. de legat. primo. vbi probatur, quòd quando vsusfructus reuertitur ad proprietatem, dicitur dominus proprietatis acquirere ex causa lucrativa. Tene memoriæ illum textum ad hoc, quia forsan non reperietur melior in corpore iuris. & vide ibi Paulum de Castro. Idem probatur in dicto §. si cui. Adde alium textum optimum in l. item si fundi. §. sed si insula. ff. de vsufruc. vbi probatur, quòd commissum venit per modum separatum, scilicet à proprietate. ad hoc allegat illum textum Guido in decisionibus Delphinatus. quæstio. cccc lxxvj. dicẽs per hoc, quòd si durãte vsufructu res committatur, ad proprietarium commissum pertinet: vt ibi latius per eum. & mihi videtur, quòd ius vsusfructus cõsolidati est vnius, fructus autem sunt communes: vt statim subiiciam. Adde gloss. fo. leg. titu. de las ganancias. l. vnica. in glo. magna. & procedit non solùm, quando matrimonium est verum, sed etiam si sit putatiuum, per ea quæ dicta sunt in tertia ampliatione principali. Ex quo infero vnum quotidianum, quòd si maritus verus, vel putatiuus, tempore quo matrimonium contraxit, habebat vnam domum, vel prædium, in quo aliquis alius habebat vsumfructum: quia emphyteota, vel sensuarius, vel alius, & motuo vsufructuario, vel cessante emphyteota, seu sensuario à solutione canonis, vel aliàs, consolidater vsusfructus cum proprietate: iuxta no. in §. finitur. Insti. de vsufructu. & in l. necessario. §. fina. ff. de periculo & commo. rei vendi. & in ca. potuit. suprà, de locato. & in l. fina. C. de iure emphyt. quod istius vsusfructus vxor habebit medietatem, vel ipso iure propter legem regni prædictam, vel per actionem communi diuidũdo: vt l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu. ff. communi diui. l. si cum duorum. ff. de stipu. ser. Intellige, quo ad commoditatem, vt ipsa diuidatur inter maritum & vxorem, nam ipsum ius vsus fructus tanquam incorporale, & consequenter intangibile: Insti. de rebus corp. & incor. §. j. ad oculum diuidi nõ potest: sed ipsa commoditas, quę est res incorporalis, sic: quia dictum iudicium, communi diuidundo, datur solùm pro rebus corporalibus, quæ ad oculum possunt diuidi: non autem pro iuribus, & sic incorporalibus, vt probatur in lege si reus. §. inter duos. ff. de vsufructu. & lege per hoc. §. primo. ff. communi diuidundo. secundùm Ioannem de Imola. in dicta lege si cùm duorum. vtcunque sit vsusfructus, vel ius commoditas, inter virum & vxorem communicatur, vt prædixi. Ius ergo proprietatis remanet eius, cuius erat proprietas, & sola commoditas vsusfructus, quæ consolidatur cum proprietate, diuidetur inter coniuges. quod est valde notandum Cogitabis, non intelligas

An fructus quos percipit pater ex bonis filij vel filiorũ prioris matrimonij veniant diuidendi inter maritũ & secundam vxorem. Quandopater fecit sumptus in re filij prioris matrimonij, ex qua fructus percipiebat, an videtur donare filio.

Fructus paraphernalium.

Ampliatio Fructus rerum maioratus communicãtur inter maritum & vxorem.

An consolidata cõstante matrimonio, veniãt inter coniuges diuidenda.

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligas, quòd ius vsusfructus consolidati cum proprietate, quod debetur domino rei, debeat æstimari, & æstimatio dividi inter virum & vxorem: quoniam hoc esset iniquum, cùm sit idē cum proprietate post consolidationem: vt ex dictis satis patet, & probatur in l. si proprietate. ff. de iure dotium. & l. vsusfructus in multis. ff. de vsufruct. glo. in l. recte dicimus. ff. de verb. signif. Fructus tamen qui ex huiusmodi vsufructu consolidato percipiuntur, communicātur & diuiduntur inter coniuges, sicut alij fructus ex aliis rebus percepti, vt suprà diximus, & vult lex regni, Foro legum, lib. iij. tit. iij. l. fin. facit alia lex regni, Foro legum libro j. tit. iiij. l. ix. consolidatio enim vsusfructus cum proprietate, quamuis fiat tempore matrimonij, habet tamen originem à tempore præterito, antequam matrimonium esset contractum, vel ratione legati, vel alterius dispositionis, propter quam postea fit dicta consolidatio. Vnde iudicari debet, ac si ante matrimonium facta fuisset: vt est textus not. in l. in ratione. la j. §. imperator. & §. sequenti. ad legem Falcid. vbi si patrimonij testatoris diminutio subsecuta est post eius mortem, ex causa habēte originem in vita testatoris, censetur esse in bonis testatoris tempore mortis: imo habetur, ac si esset diminuta tempore, quo testator viuebat. Idem dicimus, si res post testatoris mortem supereuenerit ex causa habente originem in vita testatoris: nam censetur habita eo viuente. Quia ergo causa semper attenditur: vt l. serui qui apud hostes, sic erit in casu nostro: quāuis in contrariū videatur facere tex. in l. si patronum ex debita. §. fin. ff. de bon. libert. quoniam illud procedit fauore patroni, vt ibi colligitur, & tenet Nicol. de Neapo. in dicta l. serui. & sequitur ibi Alexand. plenius in l. in ratione. la ij. in princ. ff. ad legem Falcidiam. Ista tene menti, tanquam peregrina, & quotidie veniunt in practica. Adde, quòd sicut ius vsusfructus finitur morte vsufructuarij. Instit. de vsufructu. §. finitur. ita etiam finitur species vsusfructus constituendi: vt probatur in l. Sempronius Attalus. ff. de vsufru. lega. & l. qui vsufructu. in verb. hoc ita. ff. de vsufruct. quæ iura ad hoc allegat & commendat Ludouic. in singulari dlxxxj. incipiente, vsusfructus. & Cepolla in primo libro, de seruitu. cap. iiij. in fine. Ex prædictis infertur ad tria satis quotidiana. Primò, quòd si quis habebat rem alienam, quam præscribere cœperat, antè quàm matrimoium contraheret, constante autem matrimonio præscriptionem compleuit: an dicetur res constante matrimonio acquisita, & consequenter inter coniuges diuidenda. Ista faciunt ad quæstionem, si constante matrimonio, ego iure retractus retraxi rem consanguinei mei, tanto pro tanto, iuxta legem regni, & solui ex pecunia communi viri & vxoris, an vxor habebit medietatem rei retractæ, vel solius pecuniæ. a Secundò concessit rex alicui in Canaria aliqua bona, sub conditione, quòd ibidem per quinquennium habitaret. Facta huiusmodi concessione, matrimonium cum quadam muliere contraxit, quam secum duxit, & ibi per quinquennium cum ea habitauit. An medietas huius concessionis pertineat ad vxorē, tanquam acquisita effectualiter constante matrimonio? Cogitabis, & vide duas notabiles disputationes, alteram domini Antonij, alteram Calderini, quas recitat Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. quando lex ante clericatum cœpit disponere, & postclericatum ad effectum deducitur, quomodo de ea iudicatur. Tertiò infertur, quòd si maritus habet montem nouum, qui cōstante matrimonio creuit, & efficitur melior, istud augmentum spectat ad maritum solum. at gium. l. fructus. in fin. ff. de
14 vsur. vbi † fructus naturales à natura, & non hominis industria prouenientes, ad dominum fundi, non ad possessorem spectant. not. in l. in bonæ fidei. in princ. ff. de acquirend. rer. domin. & Inst. de rerum diuis. §. si quis à non domino. ad idem l. adeo. §. j. ff. de acquir. rerum domi. Instit. de rer. diuis. §. præterea. vbi incrementum latens per alluuionem accrescit fundo. ad hoc text. not. & ibi not. Bald. in l. fin. in princip. C. de alluuionibus & palu. negari enim non potest, quin illud augmentum proueniat ex causa de præterito, scilicet, ex ipsa re ac iure, quod in ea maritus habebat, antequam matrimonium contraxisset. Vnde quamuis postea constante matrimonio accedat naturaliter, & sine coniugum industria, vel opera soli marito debetur: per l. in ratione. la j. §. imperator. & §. seq. & l. serui qui. ff. ad l. Falcid. de quibus statim fiet opportuna mentio. Quinimo vult lex regni Foro legum, lib. ij. tit. iiij. l. ix. quæ incipit, si el marido. quòd melioratio contingens facto vxoris in re viri, cedit lucro mariti. facit l. adeò. §. cùm in suo. ff. de acquir. rer. dom. Multo ergo fortius idem videtur, quando sine facto vxoris, natura hoc inducente. Vnde si maritus tempore, quo matrimonium contraxit, conduxit domum valentem, quæ postea tractu temporis multum valuit: cedit lucro mariti, non vxoris. Idem puto de seruo mariti, vel ancilla paruulis, & parum valentibus, qui postea constante matrimonio crescunt & roborantur, istud cedit lucro domini. Difficultas tamen est circa expensas & sumptus, quæ in hisce rebus fiunt: vt puta in custodiendo, & meliorando monte, an alter coniugum debet habere medietatem? Et videtur quòd non, quādo ex re ipsa aliqua percipitur commoditas, fortè æquiualens sumptibus: vt ex nemore amputantur rami, qui sunt domui proficui: ex seruis & ancillis habetur seruitium & similia: operæ enim computantur cum expensis. l. in rebus. §. possunt. ff. commodati. l. hactenus. ff. de vsufruct. l. omnino. ff. de impen. in reb. dota. fact. & videtur de mente legis regni prælegatæ. Foro legum lib. iij. ti. iiij. l. ix. & lib. iiij. tit. xxij. l. ij. quæ incipit, quando algun niño, facit l. j. C. de infan. expos. & glo. in l. arboribus. ff. de vsufruct. Ex istis etiam solet dici,
15 quòd † melioramenta, quæ fiunt in rebus maioratus, vel restitutioni subiectis, veniunt diuidenda inter coniuges, tanquam prouenientia ex causa lucrativa, & alia à rei proprietate. Vnde si maritus habēs maioratum, fecit domum, vel castrum in villa, vel loco maioratus cōstante matrimonio: æstimabitur sumptus soluto matrimonio, & medietas remanet marito, vel eius hæredibus: alia medietas vxori, vel eius hæredibus: & consequenter ista melioramenta diuiduntur inter hæredes ipsorum: bene facit ad hoc gl. no. secundum Ang. in l. emptor. ff. de rei vend. in glo. magna. in fi. quæ
16 dicit, q̄ sumptus quos quis fecit in re subiecta restitutioni, potest repetere ab eo, cui restituit: quāuis interim fructus perceperit. & sic limitat notā ter

a *Vide Fab. in proœ. Instit. in verb. Alemanicus. lo. Ber.*

ter l. sumptus. eod. tit. & ea quæ not. in l. in fundo. eo. tit. Nam intelliguntur, quando quis percepit fructus in re aliena: secus ex sua, licet restitutioni subiecta. quod tene memoriæ, & vide Bal. in l. insulam. §. fructus. ff. sol. mat. & in l. filiæ cuius. q. vj. C. fami. erci. & Bar. in tractatu, de duobus fratribus. col. pen. q. x. vbi tractat de patre, qui fecit sumptus in re filij, ex qua fructus percipiebat, an videatur donare. De quo etiam paulo antè diximus in additione, incipiēte, ampliabis. Quòd autem res adiuncta rei maioratus non sumat illius naturam, est tex. in c. j. §. ecōtrario. de inuestitura de re aliena facta. lib. feu. & ibi no. Bald. ad idem c. domino guerram. §. si vasallus. in ver. hīc finitur lex. intellige, quando ex facto, secus si à natura, absque hominis facto, vel ministerio, vt l. fina. C. de alluuio. & late per Aluarotum in c. j. §. si quis de man fi. si de feudo fuc. contro. An autem augmentum rei sit eiusdem naturæ cum re augmentata, vide no. per doctores, signanter per Bar. Socinum in l. si ex toto. co. ij. ff. de leg. j. Ex istis, & multis aliis, quæ breuitatis gratia non refero, dixi, quando leges Taurinæ fiebant, quòd expensæ, sumptus, & alia melioramenta, saltem necessaria, & vtilia, quæ fiunt in rebus maioratus, respectu æstimationis, veniebant communicanda inter cōiuges. Sed non potui tantum clamare, quin contrarium cōstitueretur. l. xlvj. quā semper putaui iniquam, & spero futuris temporibus eam reprobandam, tanquam iuri & æquitati contrariam, & super dicta l. scripsi, an & quando melioramenta, quæ fiūt in re maioratus, veniunt diuidenda inter coniu-
17 ges. Ex istis infertur, quòd † vasallus constituit castrum in re feudali, vel prædio, castrum dicetur feudale, quia ęd ficium solo cedit. ita decidit Bal. in l. j. ff. de rerum diui. in vij. & viij. q. refert & sequitur Alexandrinus in capit. primo. in fin. prin. de alienatione feudi. vbi videas. Sed hoc, vt dixi,
18 est ex eo, quia † ædificium cedit solo, non ex natura rei. Vnde si ad dominum rediret, sine culpa seu datarij, fortè potuisset expensas ibi factas repetere. Cogitabis. Ex his infertur, quòd stipendia, & salaria, quæ maritus, doctor, aduocatus, vel medicus, siue auditor, vel iudex, seu quiuis alius, acquisiuit constante matrimonio, postquam simul cohabitant vir & mulier, veniunt inter eos communicanda, & æqualiter diuidenda soluto matrimonio. vt videtur casus in l. cum duobus. §. Papinianus. aliàs incipit, si inter fratres. ff. pro socio. vbi dicitur, quòd si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit, stipendia, cæteraque salaria in commune redigi iudicio societatis. Et tene memoriæ illum tex. ad hoc, quam
19 nis glossa illum restringat ibi, vt intelligatur, quando societas fuit contracta specialiter, vt ex quacunque causa quæsita per socios communicarentur inter eos. Secus dicit, si coita esset simpliciter. Nam tunc salaria & stipendia non communicarentur, vt l. quarta. §. primo, & l. coire. eodem titulo. vbi in societate simpliciter contracta non venit, nisi quæstus descendens ex ingenio, seu solertia, & ad negotiationem, & lucrum, & damna ex negotiatione nascentia. Sed Baldus in dicto §. si inter fratres. non assentit restrictioni illius glossæ, quia esset magnum
21 inconueniens illam tenere. Nam posset esse, quòd vnus ex sociis poneret operam suam, &

De stipendijs & salarijs.

dimitteret quæstus suæ personæ pro seruitiis societatis: & alius iret ad stipendium, & ad alia lucra, & nihil communicaret, hæc esset mala societas, & leonina, contra rex. in l. verum. & in l. si non fuerit. ff. eod. Et propterea dicit ipse se credere, quòd venirent omnia in societate, salaria, stipendia, & mercedes diurnarum operarum. Et ita vult ille, quòd modo sit contracta societas specialiter, hoc adiecto, quòd omnia lucra qualitercunque, & ex quacunque causa acquisita per socios, veniant communicanda per eos, modò societas simpliciter sit coita, salaria, stipendia, & alia lucra cōmunicantur inter eos. Vnde ad propositum, cùm inter virum & vxorem sit contracta quædam tacita & simplex societas eorum, quæ quilibet lucrabitur, vt inter eos communicentur, vt suprà dictum est, quinimò lex regni videtur facere ipsam societatem: meritò ista lucra stipendiorum, & salariorum vel aliorum lucrorum, habita per maritum aduocatum, medicū, vel iudicem, sunt cum vxore communicanda. & ita communiter obseruatur in istis regnis, maximè in regali audientia. Et ista consuetudo est multum æqua: quia vt plurimum maritus sustentatur de bonis communibus, interim quòd fiunt ista lucra: iustum est ergo, quòd communicet cum vxore. vt est expressum per legem regni, Foro legum, libro iij. tit. iij. *Lex regni.* l. ij. vbi dicitur, quòd quicquid maritus lucratus fuerit in bello siue militia, faciendo expensas de bonis communibus viri & vxoris, debet communibus viri & vxoris, debet communicare cum vxore: quia ex quo sumptus sunt communes, sic etiam lucra debent esse communia. vt ibi dicitur. & in l. cùm duobus. §. quidam fagariam. in fin. ff. pro socio. l merces. §. vis maior. ff. locati. Nec facio differentiam, vtrum istud lucrum accedat peculio aduentitio: puta. quia maritus ex proprio labore quem in officio habuit, lucrum sensit: vt l. cùm oporteat. C. de bo. quæ lib. & §. quod autem ex alia. Insti. per quas perso. nobis acqui. Nam & tunc dico istud lucrum fore communicandum, per prædicta: quāuis aliud sit de iure communi: vt l. fin. C. de collat. Idem si lucrum accedat peculio, quasi castrensi, puta, quia ratione administrationis in officio, quod habet maritus ex publico, salarium percipit: quod lucrum est peculium, quasi castrense. vt l. fin. C. de inoffi. test. & l. veluti castrense. C. de assef. & l. fori. C. de adu. diuer. iud. & vj. parti. ti. xv. l. v. vide l. iiij. tit. de las ganancias. libro v. Ordin. & traditur per Specul. tit. de actore, §. primo. colum. xiij. versicu. item cùm agitur de *Lex regni.* peculio dicentem, quòd illi qui stipendia de pu-
20 blico † habent, dicuntur habere peculium quasi castrense: vt in prædictis iuribus. Ponit exemplum in aduocato fisci, vel pauperum, & similibus, quibus de publico datur salarium. Secus dicit de aduocatis modernis: nam illi non † dicuntur habere peculium, quasi castrense, nec habent præcipuum, quod lucrantur, secundum eum, quod etiam tenuit antiqua glossa in prælegata l. Fori. sed in additione tenuit contrarium, per dictam legem veluti. C. de assessor. cùm assessores non recipiant de publico, & tamen quod acquirunt, est velut castrense. Item quòd mi-
les † ex militia acquirit, non ex publico, est castrense, vt ff. de castrensi pecuiio. lege, si fortè, ergo idem dicendum in aduocato, qui militat,

Pro aduocatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat, vt l. aduocati. C. de aduo. diuer. iu. maximè cũ ista salaria primatorum succedant illorum loco, quæ dabantur de publico. ergo &c. arg. tex. in ca. magnæ. ver. cùm igitur. suprà, de voto. ita dicit Ioan. And. in addi. ad. Specu. in dict. §. j. ver. item cùm agitur. Hoc idem tacito Ioan. Andræ. tenet Bald. in d. l. cùm oporteat. v. col. ver. de tertio genere peculij. C. de bo. quæ li. & hoc teneas. Istud ergo lucrum, quãuis castrẽse sit, vel quasi castrense, communicãdum est inter maritum & vxorem. vt apparet ex prædictis. quamuis aliàs de iure ciuili non communicaretur: vt l. j. § nec castrense. ff. de colla. bono. de quo etiam per Bald. consi. xxj. incipit, quinque quæruntur. in tertia parte. & latius Ludo. consi. cccclxix. incipit, quo ad primum. refert & sequitur Petrus de Vbald. in suo tractatu, de societate, v. par. quæst. xv. Sed vt dixi, ista lucra semper diuidũtur inter coniuges. & ita pridie iudicauimus in causa, quæ vertebatur in hac regali audientia, inter doctorem de Montaluo, & hæredes vxoris suæ, adde quòd donata à rege pro seruitiis regi impensis, dicuntur castrẽsia, vel quasi. l. cùm multa. C. de bonis quæ liberis. & consequenter non conferuntur, nec computantur in legitimam. l. j. § nec castrense. de colla. bo. & vj. partita. tituio vj. l. v. & quarta partita. titu. xvij. l.
22 vj. illud tamen, quod † dictum est de castrensi peculio inter coniuges diuidẽdo quãdo cõmunibus expensis acquisitũ est, aliquibus non placet, imò quòd si miles armatæ militiæ, in quo concurrunt ista sex, quę ponit glo. in l. pe. ff. ex quibus cau. maaliqua in bello acquisiuit, non communicat cum vxore, vt videtur colligi ex ordinatione regis Henrici quarta, in Niena, quæ reperitur in compilatione Ordina. li. v. titu. iiij. l. iiij. vnde eo mortuo, transmittit ad suos hæredes. Idem dicunt de quasi castrensi. Olim super hoc fuit edita lex à rege Ioanne secundo, Salmanticæ, ad preces curialium. Sed postea vt audio, ad querelam matronarum fuit reuocata. Tenę igitur, quod prius dixi, quòd castrense & quasi castrense communicatur, quando communibus expensis acquiritur. Ex istis infertur ad quæstionem, quam vidi in practi
23 ca, maritus constante matrimonio, † ædificauit ecclesiam, & dotauit, & consequenter acquisiuit iure patronatus, vt c. nobis. de iure pat. dixi suprà, in introductione, an istud ius patronatus æqualiter acquiratur viro, & vxori, an soli viro. Et videtur quod vtrique, per iam dicta. Sed constãte matrimonio, solus maritus præsentabit, sicut & alia bona constante matrimonio administrat, nisi forte tempore, quo ecclesia construitur, aliter inter eos fit conuentum, iuxta no. in cap. ij. isto titulo. & statim dicemus in prima limitatione. Amplia bis ista, vt procedant etiam in matrimonio putatiuo, quando inter coniuges erat contractum matrimonium, quod subsistere non poterat, stante legitimo impedimento. Nam tunc lucra inter eos habita æqualiter diuiduntur, vt est text. cum glo. in capitulo secundo. infrà, isto titulo. & ibi not. Abb. sequitur Andræas Siculus in cap. ex literis. de pigno. Idem disponit lex regni, Foro legum libro tertio. titulo vj. l. quarta. & dixi suprà, in tertia ampliatione principali. columna cxlj. vbi videas multa, quæ de matrimonio putatiuo collegi.
24 Idem forte dicendum esset de duobus † amasiis simul habitantibus, nam inter eos videtur secundùm aliquos tacitè contracta societas, & lucra acquisita inter eos æqualiter diuiduntur, eo modo, inter coniuges veros, vel putatiuos, præsertim si postea inter eos contractum fuit matrimonium, vt sentit Bart. in l. Titium & Mœuium. penul. & fina. columna. ff. de administra. tutorum. & in l. cùm proponas. C. pro socio. & ibi Bald. & alij. ad hoc bene faciunt multa, quæ cumulaui suprà, æquiparando concubinam vxori, in §. operatur alium & quartum effectum. dixi suprà §. fi. prope finem. in additione incipiente, ista autem societas. Amplia secundò prædicta, vt videatur con
25 tracta † societas inter coniuges, & duret non solùm constante matrimonio, sed etiam altero eorum mortuo remanentibus bonis simul non diuisis inter superstitem, & defuncti hæredes. Nam & tunc lucra, & damnum quæ ex tali negotiatione prouenirent, essent inter eos diuidenda: vt disponit lex regni, Foro generosorum, li. v. titu. iiij. l. ix. quæ incipit, si vno me. quam vide, & tene memoriæ. ad idem facit lex regni, Foro legum. l. iij. ti. de las lauores. l. vj. quam no. Cuius ratio po
26 test esse, quia † vidua videtur esse in primo matrimonio, donec nubat. Et ideo dicit Richa. Malum. quòd ita debet alimentari vidua de bonis mariti, dũ in viduitate perseuerat: sicut constante matrimonio, intellige de fructibus suæ dotis, vel si non habet vnde se alat aliàs, alat se de suo: quia non operatur viro. l. sicut. ff. de ope. liber. ista sunt ver
27 ba Bal. in l. omnem. C. de bo. mater. Inde est, † si vasallus cognoscit carnaliter vxorem domini, eo mortuo, priuatur feudo: secundùm Andream de Isernia, & alios in c. ij. de feudo sine culpa non amittendo. de quo per Iacobum de sancto Georgio, in tractatu feudorum. in parte, dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. col. septima. versi. sed quid dicemus. aliàs folio xxxiij. columna iij. & ibi etiam de sponsa. Marito ergo acquisita soluto matrimonio, antequam diuidantur bona diuidentur inter eam & filios mariti, tanquam si constante matrimonio fuisset acquisita: quoniam ex patientia & perseuerantia vtriusque partis, præsumitur inter eos perlecuta, & continuata societas. ar. l. quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & l. legem. C. eodem. & l. in rebus. §. fi. ff. de
28 preca. vbi dicitur, quòd si finita † locatione domus, conductor in ea remansit, videtur tacitè reconducere. Videtur tex. in l. itaque. & l. societatem coire. ff. pro soci. & ibi Bar. & in l. cum duobus. aliàs incipit, si frater. §. item Papinianus. eodem titu. Bene facit ad hoc quod notanter voluit Bald. in l. mandatum. in iij oppositi. C. manda. vbi dixit, quòd si morte patris finita erat societas, cum alio socio contracta. l. actione. §. morte. & l. adeo. in prin. ff. pro socio. tamen si filius postea cum socio patris iisdem institoribus vtatur, sicut prius: intelligitur societas cum filio renouata, quamuis filius fuisset pupillus, tutorem habens, cuius patientia interuenisset, per id quod habetur in l. siquis mancipius. §. si impubes. & l. in eum. §. si dominus. ff. de instito. bonustex. in l. cuicunque. §. fin. eodem titu. quod dictum refert & sequitur And. Sicu. in c. quia xij. columna, suprà de iudi. & in capitulo peruenit. quarta columna. suprà, de emp. & ven. Alexand. consi. cxxxij. j. colum. incipit, perlectis. quinto volu. Ad hoc faciunt, quæ in simili dixi suprà, ista limitatione. in iiij. effectu

Lex regni, Salmatica facta.

Ius patronatus.

1. Ampliatio. Etiam inter coniuges putatiuos.

Lex regni,

De concubinarijs.

2. Ampliatio. Etiam si contractum matrimonio ante diuisionem bonorum. Lex regni.

traductionis ad domum: versi. amplia secũdò prædicta. & quæ dicam in fine huius effectus. versivnum demum. Ad idem facit quod no. Bald. in l. si patruus. iij. colum. C. communia vtriusque iudicij, vbi dicit, quòd si duo fratres simul mercaturam exercebant, & vno eorum mortuo, alter continuat: superstitibus filiis fratris, indiuisam substantiam possidentibus, videbitur frater eodem nomine continuare, sicuti faciebat fratre viuente. ar. l. nam & Seruus. §. si viuo. ff. de nego. gest. & quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de impo. lucra, descript. lib. x. & l. si filia. §. Neratius. ff. fam. er. & dicta l. actione. §. morte. Idem fuit de mente Bald. in authen. ex testamento. circa fin. C. de col. de quo meminit Petrus de Vbaldis in tractatu, de societate. iij. parte. iij. col. vbi rogo videas. Ad idem facit, quod no. Bald. in l. etiam. in fi. C. de iure do. vbi dixit, quòd si cõ
29 munitas conduxit † doctorem ad legendum ad vnum annum, cum salario centum florenorum: demum eligitur alio anno, sine repetitione salarij: intelligitur pro eodem salario. ar. d. l. etiam. & l. penulti. §. vxor. ff. so. ma. Sic ergo erit in casu nostro, cùm sit fauor mulieris, quo casu vidua censeretur esse in primo matrimonio, vt prædixi. sec.
30 est in odiosis, in quibus † mortuo marito, soluta est legibus matrimonij: vt cap. fin. suprà. de secũ. nup. Et inde est, quòd si dictat statutum, quòd vxores rebellium perpetuo sint bannitę: statim, quòd sunt viduæ, possunt stare in ciuitate: vt l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. ij. secundùm Iacob. de Aret. a
vt refert Bald. in l. voluntas. in princip. C. de fidei commiss. Cogita, si dici posset, quòd prædicta procedant, nisi forte vxor relicta esset tutrix filiorum in testamento patris eorum: vel aliàs ipsa accepisset eorum tutelam, per authenti. matri & auiæ. C. quando mu. nam tunc non videretur continuata societas, per l. Titium & Mœuium. §. actor. ff. de admi. tuto. & quod ibi not. Barto. & alij. Ad cuius
31 confirmationem facit talis ratio. † Administrator bonorum alicuius, in dubio potius præsumitur b administrare animo administrandi tutorio nomine, quàm donandi, ex quo est administratio necessaria: vt l. cùm post mortem. & l. cum lege. & l. cùm quidam. C. de do. promi. tenet Bald. in l. fin. in fin. versic. quæro quid in matre. eod. tit. dicens 31
per hoc, quòd si mater administrans bona filiæ, dat fundum communem sibi & filiæ in dotem pro filia, intelligitur partem suam donasse, non autem fiducia pietatis administrasse licet in quolibet administratore necessario potius præsumatur animo administrandi, quàm donandi, per iura prædicta. de quo infrà latius dicetur. §. illud autẽ. aliàs fol. xxxix. column. j. in princi. versicu. idem tenet c
Bald. in dicta l. fin. Mater ergo tutrix vel curatrix filiorum, magis videtur eorum bona administrare tutorio. vel curatorio nomine, quàm aliàs societatis iure. Cogitabis, quia non reperio in specie tactum: & vide in practica. Eadem ratione idẽ puto dicendum in patre habente administrationem filiorum à lege, & consequenter vsumfructum: vt l. cùm non solum. & l. cum oporteat. C. de bon. quæ lib. nam cùm tunc subsit alia causa, quàm societatis, illa sumenda est. Pater ergo habebit vsumfructum bonorum filiorum, qui in eius sunt potestate. secus, si essent emancipati. & teneas menti: sic aliàs iudicaui in facti contingen

tia; & facit quod dicit Petrus de Vbãldis in dicto tractatu, de societate. in iij. parte. colum. iij. versic. quod credo verum. vbi dicit, quòd si frater maior simul habitat cum fratre minori, cuius bona administrat, est eius tutor, non præsumitur inter eos contracta societas; cùm ratione officij alia coniectura sumi non debeat. Ampliabis prædicta tertio, vt procedant, non solùm in bonis acquisitis constante matrimonio, loco vbi fuit contractum matrimonium, in quo lex ista, vel consuetudo, de communicandis bonis superlucratis inter coniuges: sed etiam, si in alio loco, vbi talis lex vel consuetudo non vigebat, bona fuerunt acquisita: vt puta, quia contracto matrimonio coniuges transeunt ad habitandum in alio loco, vbi illa lex vel consuetudo non viget, ibique multa bona sunt acquisita: nam & illa veniunt inter coniuges communicanda, secundùm legem, vel consuetudinem prædictam, vel pactum inter coniuges initum: ita notanter disponit lex regni. iiij. partitati. xj. l. xxiiij. vbi videas Montalnum. Bene faciunt notata in l. exigere dotem. ff. de iudi. & in ca. j. de sponsa. per Antonium, & alios, præsertim per Aba. in fin. Amplia quartò, vt bona superlucrata diuidantur inter coniuges, adeo quòd transmittunt ad suos hæredes, quamuis non fuerunt acceptata: vnde si vxor præmoriatur viro, antequam acceptet medietatem lucrorum sibi pertinẽtem, ad suos transmittit hæredes: quia ea quæ deferuntur à lege, vt sunt ista lucra: iuxta no. in l. iij. de interdictis. & in l. fin. C. de bo. mater. transmittuntur ad hæredes, quamuis non acceptentur: vt l. infantis. C. de bo. poss. non obstat l. emancipata. eo. tit. quia loquitur in his, quæ iure hæreditario deferuntur: secus in his, quæ iure patrimonij: secundũ Alex. in l. j. ff. ad leg. Fa. vel loquitur in his, quę deferuntur ex titulo vniuersali: secus si particulari, vt ibi notatur. Ex his infertur, quod si pater filium meliorauit in tertia & quinta parte bonorum suorum, illa ad suos transmittit hæredes, etiam si non agnouerit. vide Bal. in l. ij. C. de lib. præte. & in ti. episcopum vel abbatem. §. qui. & Salicetum in l. sancimus. C. de inoffi. testa. & doctorem de Segura in repetitione l. vnum ex familia. §. sed si fundum. de leg. ij. fo. xvj. col. ij. Ex prædictis infertur, quod † si maritus habens filiam ex alio primo matrimonio, eam dotauit ex bonis, constante secundo matrimonio acquisitis, medietas dotis debetur secundæ vxori, vel de bonis superlucratis habebit ipsa, vel eius hæres aliud tantundem per prædicta. Ad hoc text. not. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. vbi socius etiam omnium bonorum non tenetur conferre ad onus dotandi filiam socij, equia illa dotatio non est actus negotiationis quæstuariæ, vt per Bartol. in l. legatis. ff. de testa. ita dicit Alexand. consil. xlviij. column. j. ver. ij. in ij. volum. incipit, diligenter inspectis. Ita ergo dicendum videtur in vxore. Idem erit in aliis largitionibus, vel debitorum solutionibus ipsius mariti, ante contractum secundum matrimonium: vt infrà dicetur.

a Adde, q̃ idem firmauit Segu. in l. iij. § si ff. de liber. & posth. fol. 8. col. iij circa mediũ. Io. Bern.

b Adde, q̃ fortius firmat Segur. in rep. l. iij. § si. de lib. & posthu. fo. 8. col. iij. in fi. & per totam seq. q̃ talis melioratio nãdũ acceptata, facta in tertiã partẽ trãsmittitur per filiũ emancipatum, etiam ad quoscunque extraneos hæredes. & idẽ dixit in melioratione facta in v. parte bonorum, vt infrà. Io. Ber.

c Adde tamen singularia consilia in hoc puncto, in iiij. vol. consilio Socin. inconf. 42. §. & 6. vbi tandem ipse et subscribentes concludunt, q̃ filia socij omnium bonorum debent de cõmuni dotari. & optimè examinant intellectum d. l. si socius pro filia. Ioan. Bern.

SVMMAE RERVM.

1 *Lucrum communicare non tenetur socius, qui socio inuito vadit Venetias pro mercantijs suo tamen periculo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Pactum, quòd vxor, vel eius filij non possint capere de bonis mariti, valet.*

3 *Lucrum, quod maritus ex forma statuti lucratur, stantibus filijs, vel non, an perdatur per secundas nuptias.*

4 *Pœna ecclesiæ applicanda ex pacto facientium pacem, in casu quo fuerit fracta, per eos non potest remitti, etiam si earupta ipsi reconcilientur.*

5 *Mulier si stipuletur à marito dotem sibi reddi, si sine liberis decesserit, aliàs dos retineatur à marito pro liberis, valet hoc irrevocabiliter, tanquam donatio inter viuos.*

6 *Legitimam habet pater in bonis filiæ etiam nuptæ, quæ non habet filios descendentes, & ea priuari non potest.*

§. LXIII. 1. *Limitat. Quando alter renunciet lucris.*

LIMITABIS ista primò, nisi forte, quando contrahitur mat.imonium: vel tempore quo lucrum est prouenturum ex negotiatione alterius coniugum, puta mariti, vxor protestaretur, se nolle participare lucrum vel damnum inde prouenions. Nam tunc lucrum erit solius mariti: vt voluerunt Barto. Dy. Rapha. Ang. Ioan. de Imol. Pau. & Alexan. in lege, quia poterat. ff. ad Trebel. & multi alij, quos retuli suprà, in prima principali limitatione. vers. & ex his infero. vbi dicũt quòd
1 si vnus † ex sociis vult ire Venetias pro mercantiis, inuito altero socio, suo tamen periculo: si lucratur, non tenetur lucrum communicare. & faciunt multa, quæ ibi dixi, quæ videas per te. & vltra ea, quæ ibi dixi, bene facit text. & quod ibi not. in ca. j. de filiis natis ex matrimonio, ad Morganicam contracto. li. feudorum. vbi valet † pactum vel consuetudo, vt vxor, vel eius filij, non possint capere de bonis mariti. Ampliari possunt ista, vt procedant non solùm si à principio pactum interuenit, de non acquirendis bonis super lucrandis inter coniuges, vt vxor non habeat dimidiam eorum: verùm etiam si constante matrimonio conueniatur inter eos, vt lucra habita di-
5 uidantur, habenda verò habeat maritus sibi, per ea quæ late dixi suprà, in prima principali limitatione. ver. & ex his infero ad vnum & ea quæ ibi addidi, quæ melius hîc caderent. Quinimo, etiam a si soluto matrimonio vxor, vel eius hæres velit abstinere à lucris constante matrimonio habitis, poterit: quo casu, nec habebit partem lucrorum, nec tenebitur ad debita constante matrimonio contracta. ita disponit hodie lex Taurina lx. quæ incipit, quando la muger. de qua infrà, latius disseremus. §. lxvj. Idem videtur dicendum secundùm aliquos, si pater tradens nuptui filiam, & con-
6 stituens sibi dotem, paciscatur cum genero, quòd de bonis acquirendis constante matrimonio, filia nihil habeat, & ipsa est præsens & tacet. cùm pater possit adiicere, hanc conditionem, quando dotem constituit filiæ. ar. l. quoties ff. solut. matri. & l. j. cum pluribus. ff. de pactis dotalibus, & facit text. in cap. vno. de despon. imp. lib. vj. de cuius intellectu vide ibi doctores, & Barto. & alios, in lege, quæ dotis. ff. solut. matrim. Sed hoc non placet mihi, quòd pater possit filiæ præiudicare, in bonis acquirendis constante matrimonio, nisi ad id expressius filiæ consensus accedat: iuxta notata in l. secunda §. primo. ff solut matrimo. & in capitulo in Genesi. de elect. & in regula, is qui tacet. de regul. iur. libro sexto. & in capitul. nonne. de præsumpti. præsertim cùm ista lucra deferantur vxori à lege regni prædicta. Vnde pater non potest ei auferre: propter id quod dicit Bald. in simili in l. fin. in fin. C. de bonis maternis. vbi dicit, quòd † lucrum proueniens vxori ex forma statuti, non perdit per transitum ad secundas nuptias. de quo suprà facta est mentio, colum. ccxlv. vers. confirmatur. bene facit quod voluit Bald. in l. si constante. ad fin. C. de do. ante nup. vbi dicit, quòd quando ex contractu contrahentium, vel occasione contractus, per dispositionem legalem est alicui tertio ius quæsitum re, vel spe: ab illo contractu non potest recedi in eius præiudicium, nisi eo consentiente: vt etiam sentit Bart. quem alij sequuntur in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. obliga. & ibi Moderniores, signanter Franciscus Aretinus, colum. iij. in fi. cum sequentibus. vbi inter cætera allegat Bal. in lege, cùm à socero. fi. col. ver. modo restat. vbi fere idem sentit. de quo meminit Ias. in l. ij. C. de iure emph. colum. xxj. vers. xxiij. quæro. Idem tenet Salyc. in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. facit quod in simili dixit Bal. in l. insulam. §. fin. ff. solut. matr. vbi dicit quod si † duo
4 fecerunt pacem, & promiserunt eam obseruare sub pœna centum applicanda ecclesiæ, ruperunt pacem, & reconciliati sunt, & remiserunt omnem iniuriam, & pœnam: non tollitur, nec tolli potest pœna quæsita ecclesiæ, quamuis esset quæsita ex pacto ipsarum partium. de qua decisione meminit Ias. in dicta lege ij. colum. lxxxiij. vers. ic. pro hac parte. & tene menti pro pœna, quæ quoti die ponitur pro fisco. & pro limitatione eorum quæ notantur, in capi. secundo. de sponsa. & in l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & in capi. ad apostolicam. de regularibus. Et quamuis illa loquantur in iure iam quæsito: eadem tamen ratio est in iure quærendo, vt non possit tolli per tertium. Et istud teneo, quicquid alij dixerint. & facit quod in simili dixit Bald. in l. pro hæreditariis.
5 in fin. C. de hæredi. act. vbi dicit, quòd si † mulier stipulatur à marito dotem sibi reddi, si sine liberis decesserit, aliàs dos retineatur à marito pro liberis, valet hoc irrevocabiliter, tanquam donatio inter viuos. a. quod reputat valde not. & subtile. de quo facit festum Alexan. in d. l. quæ dotis. ff. solut. matri. iiij. colum. vers. ic. tij. prædicta quem vide. Ratione ergo iuris tertij donatio reuocabilis, de sui natura efficitur irreuocabilis. Cogitabis. Ex istis potest inferri vnum valde singulare, & quotidianum: quòd cùm in bonis filiæ etiam nuptæ, quæ non habet filios descendentes, pater
6 habeat suam †legitimam, qua priuari non potest: vt l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. quæ hodie per legem regni Tauri factam, est taxata, & determinata in duabus ex tribus partibus omnium bonorum: quòd in præiudicium patris, cui ios est acquisitum, non poterit filia bonis acquisitis constante matrimonio, inter ipsam & maritum renuntiare, vel aliter in fraudem donare, vel vendere. Bene tamen poterit fraude cessante à principio renuntiare lucris futuris, vt suprà dictum est.

a Addit. istud dicit Bald. sequitur Pau. in l. si cum de te. in prin. ff sol. matr. pen. col. quæ clarissima distinctio loquitur, quod tamen in puella non videtur verum. Alexã. Ioan. Imo.

SVMMAE RERVM.

1 *Lucra per maritũ constante matrimonio acquisita, non de-*

non debent simul communicari, quando inter eos factum est diuortium, quo ad thorum, & mutuam cohabitationem.

2 *Relinquens fratribus prædicatoribus centum, si eum sepelirent in ecclesia in tali loco: si ille propter sui culpam non potest in sacro sepeliri, nihilominus habebunt fratres dicta centum.*

3 *Maritus si acriter verberauit vxorem, quapropter ipsa fugit à ciuitate, non potest eam maritus accusare de adulterio.*

4 *Maritus vxorem expellens, qua pœna puniatur.*

5 *Societati ex dolo malo renuncians, socios à se liberat: se autem ab illis non liberat.*

6 *Alimenta debens alicui, præstabit ei in propria domo, nisi ex culpa eius non possit alendus ibi commorari.*

7 *Vxor alicuius si commisit heresim, & post tempus gratiæ confitetur, & ab ecclesia admittitur, & in perpetuum carcerem detruditur, maritus non tenebitur eam alere.*

8 *Distributiones quotidianæ non debentur non interessenti ex culpa sua.* 2

9 *Vxor si propter adulterium recessit à viro, non est ab eo alimentanda.*

10 *Vxor sine culpa viri ab eo discedens, non potest ab eo petere expensas, quas post discessum fecit si tamen iusta causa discessit, maritus tenetur eam alere. & ipsa potest dotem petere.*

11 *Vxor si non esset in obsequio viri, culpa ipsius ad nullas operas ei tenetur.*

12 *Alere virum non tenetur vxor, quæ à viro ob eius adulterium recessit, cum dote iudicio ecclesiæ.*

13 *Alimentari non debet quia ex bonis, quæ ob delictum ab eo auferuntur.*

14 *Alimenta mittere patri exuli vel bannito, an teneatur filius.*

15 *Vxor an teneatur mittere alimenta marito exuli.*

16 *Maritus si à se expulit vxorem, propter dotem non solutam, si interim multa acquisiuit, maritus non communicat cum vxore.*

17 *Lucra habita per sponsum de præsenti, ante traductionem sponsæ ad domum, non communicat cum sponsa.*

§. LXIIII. 2. *Limitat. Quãdo coniuges habitant separatim.*

LIMITABIS secundò, dummodo tempore, quo bona fuerunt acquisita per maritum, vxor simul habitabat cum viro, vt præsupponit dicta lex regni, Foro legum, libr. iij. titu. iij. l. j. Secus si culpa ipsius vxoris, vt quia ipsa commisit adulterium, vel aliàs ex iusta causa diuortium est factum inter eos, saltem quo ad thorum, & mutuam cohabitationem: nam tunc non videtur,
7 quòd † lucra taliter acquisita constante matrimonio per maritum, debeant sibi communicari. ar. text. not. in l. j. ff. vnde vir & vxor. de quo videas Cynum in l. prima. C. eo. & Nico. de Vbald. intra ẽtatu, de successio. ab int. quarta parte. Ad hoc text. notabilis in l. cùm hic status. §. si mulier & maritus. ff. isto titu. & ibi notat Salicetus: vbi dicitur, quòd separata habitatio vxoris, & viri, retento honore matrimonij, non dirimit matrimonium: ideo inter eos facta donatio non tenet. Si ergo non retineatur honor matrimonij propter adulterium vxoris, non censebuntur quasi coniuges, imo quasi extranei: & per consequens acquisita per maritum, non communicabit cum vxore diuertente. Hoc videtur fuisse de mente Bald. consi. cccxxviij. incipiente, quædam domina, iiij. part. vbi concludit, quòd stante statuto, vel pacto, quòd maritus lucretur certam partem dotis si vxor ex culpa sua seorsum habitat ab eo, maritus lucrabitur dotis partem: vt ibi per eum, idem fuit de mente Bal. in ca. ex parte. iij. col. suprà. de consue. vbi dicit, quòd triplex est diuortium, cuius verba retuli suprà, in prima ampliatione principali. in fine colum. cxxxviij. vers. prædictorum confirmationem. Bene facit d. l. vna. ff. vnde vir & vxor. vbi dicitur, q̃ ad hoc vt vxor habeat bonorum possessionem, vnde vir & vx. oportet vxorem esse mortis tempore. Sed & si diuortium quoque secutum sit, veruntamen durat matrimonium: hæc successio locum non habet. Ad idẽ facit tex. in l. miles. §. reatu. de adul. vbi probatur quòd maritus non est in culpa, si vxorem dimittat, quam propter adulterium retinere non potest. Per quam legem dicebant ibi Dy. & Bart. & alij, quòd si quis † relinquit fratribus Prædicatoribus centum, si eum sepelirent in ecclesia in tali loco: ille occidit seipsum, vel est repertus excommunicatus: ita q̃ non potest sepeliri in sacro: fratres habebunt legatum, licet ibi eum nõ sepeliãt: cùm facto defuncti, & eius culpa illud acciderit.

Idem tenet Bal. in l. si quis ad declinandam. ff. col. C. de episc. & cleri. & in l. j. C. de insti. & substi. sub condi. fact. in fine. & ibi Salyc. Paulus & Alexand. in fin. Bal. in l. vnica. in fi. C. de his quæ pœnæ nomine. Ioannes de Imola. in l. in testamento. la ij. ff. de conditi. & demon. & ibi notat Socinus. Ioan. de Imo. post Anchara. in cap. filius. suprà. de testa. Andr. Sicul. in ca. ij. xij. colum. eod. tit. Adde prædictis bonum text. in l. si filia. §. debitor. vbi pater pro filia emancipata dotem dedit, & stipulatus est dotem sibi reddi filia in matrimonio decedente: aliàs ipse maritus lucraretur dictam dotem: filia in odium patris propter amorem, quem erga maritum habebat, diuertit, vt vir dictam dotem lucraretur. dicitur ibi, quòd patri erit succurrendum, perinde ac si filia non diuertisset. ad hoc vide Bald. in l. quod in vxorem. ff. de negoti. gesto. & ibi Saly. Item cùm per maritum stat, quominus vxor secum habitet, habetur ac si cohabitasset. l. si autem. §. sed & his. de rei vendicatione. ff. cum similibus. ergo &c. ad idem facit l. qui sub conditione. §. quoties. ff. de condi. insti. & in l. iure. de condition. & demonstrati. vbi conditio habetur pro impleta, quando non stat per eum &c. item si maritus vxorem expellens, non communicaret ei lucra ex suo delicto, consequeretur lucrum, quod esse non debet. l. iij. §. j. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & l. non fraudantur. ff. de reg. iu. cum similibus. præsertim cùm hæc lucra non deferantur à marito, sed potius à lege regni prædicta. & not. in l. final. C. de bonis maternis. & in l. iij. C. de interdi. & relegat. Ergo facto mariti non potest sibi auferri regula, indultũ. de reg. iur. lib. vj. & ista mihi se obtulerũt in respõsione, quã prg bni Baccalaureo Io. Merino de Villar, vbi hãc quę stionẽ à me quæsiuit. Quãdo ergo facto, vel culpa vxoris nõ cohabitat viro, imputandũ est sibi: & per cõsequẽs nihil habebit ex superlucratis. secus esset, quando culpa mariti, vt puta si solitus erat in vxorem sæuire, acriter verberando, vel si habeat concubinas, quarum occasione male tra-

Fallentia. Quãdo culpa mariti vxor nõ habitat cũ eo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctat vxorem: & propterea ipsa aufugit ad monasterium, vel ad domum aliam honestam: tunc enim crederem, quòd sibi debeatur medietas omnium lucrorum. Aduerte tamen, quòd si vxor petat diuortium propter sæuitiam viri, quo ad thorum, & dotem suam cum medietate lucrorum, vsque ad illud tempus traditorum, quòd non communicabit de bonis postea lucratis per maritum. a Ad quod bene facit decisio Ancha. consi. cccccix. incipit, probata tanta viri sqüitia. de quo facit festum Augustinus in tractatu maleficiorum. in verbo, che me ay adulterato. ix. colũ. vbi consuluit, quòd si † maritus acriter verberabat vxorem, quapropter ipsa fugit à ciuitate, non potest maritus illam accusare de adulterio: quasi sit eius inimicus, & inimicitia sit eius culpa contracta. vt ibi latius per eum quem videas. Facit l. si ab hostibus, & quod ibi not. ff. sol. matr. de quo scripsi infrà §. lxx. vbi videas. Ad idem facit text. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimos. ver. si ergo. colla. viij. vbi dicitur, quòd si maritus sine causa vxorẽ à se expulit, & ipsa consanguineos non habens, foris habitet: non potest ex hac causa illam repudiare, cùm ille causam huius rei præstiterit. Ad idem facit tex. & quod ibi not. in l. consensu, C. de repudiis. & l. si. eodem titu. vbi punitur † maritus vxorem à se expellens: quia sit tenetur ei reddere quartam partem bonorum suorũ, fortius tenebitur sibi communicare lucra acquisita expulsæ vxori sine eius culpa. tex. in c. præcipit. & in c. qui iniquũ. xxxij. quæst. v. vbi excommunicatur maritus, qui vxorem expulit. ad idem facit lex, in actione. §. Labeo ait. ff. pro socio. & Instit. eodem. §. manet. vbi si vnus † ex sociis dolo malo renunciet societati, à se socios liberat, se autem ab illis non liberat. ad idem lex, vsuras. ff. de solut. & lex, si quis ita. ff. de condi. & demonst. & in authen. vt liceat matri & auiæ. §. illud. vbi attenditur, quis præbuit diuortio causam. Ex quibus iuribus aliqui dicunt, quod si quis debet alium † alere, debet intelligi in domo debentis præstare alimenta, nisi forte ex culpa eius non possit alendus ibi commorare. de quo per Andream de Isernia, in constitutionibus regni Neapolitani, fo. clxxj. columna tertia. Ex quo infertur vnum quotidianum, quòd si † vxor alicuius commisit hæresim, & post tempus gratiæ confitetur, & ab ecclesia admittitur, & in perpetuum detruditur in carcerem: maritus non tenebitur eam alere. facit quod notatur in capite, ad audientiam. de clericis non residentibus. & in capi. vnico. eodem titulo. libro sexto. vbi non † interessent ex culpa sua, non debentur distributiones quotidianæ, sicut nec alimenta. Cogitabis, & vide quod statim subiicio de marito & patre exulante. Hinc est etiam, quòd si † vxor propter adulterium proprium recessit à viro, non est ab eo alimentanda: vt est glos. not. in lege, fideicommissum. C. de fideicommissis. secundùm Baldum. in capi. ex parte. de consuetu. fina. columna. bene facit glos. notanda, in ca. significasti. de diuor. glos. prima. in fine. quæ dicit, quòd vxor † quæ discessit à viro, intellige sine culpa viri, non potest à viro petere expensas, quas fecit postquam ab eo discessit. idem tenet Specu. titulo de sponsalibus. §. fina. versi. quid de expensis. Si tamen ex iusta causa discedat puta quia dicebant fratres mariti, quòd maritum venenasset, vnde volebant eam ponere in manibus iustitiæ, &c. maritus tenetur eam alere, & ipsa potest dotem petere. ita notanter consuluit Raphaël Cumanus consi. clxxv. incipiente domina. ad hoc facit quod voluit Dy. Baldus & alij in l. prima. ff. de lega. secundo. in fin.

Facit ad prædicta quod scripsi in capitulo primo, quod metus causa. in meis recollectis. quæ adde hîc. Facit etiam quod dicit Saly. in lege, quod in vxorem. C. de negotiis gestis. de quo infrà in ca. per vestras. in tertio not. xcj. alias fo. lxxj. columna secunda. vbi Bald. & Salyc. dicunt, quòd maritus vxorem expellens, tenetur eam alere. Ex istis infertur, quòd si propter mariti sæuitiam separatur matrimonium, quo ad thorum, & mutuam cohabitationem: vt in cap. literas. de resti. spolia. vxori restituetur dos: vt in capitulo primo. & ibi Abb. infrà, isto titulo. & Bal. in cap. primo. in principio. vt lite non contesta. & etiam medietas lucrorum ante separationem habitorum, vt capit. secundo. cum glos. infrà, isto titulo. & ibi Abb. & in capit. primo. eodem titulo. debetur similiter medietas lucrorum habitorum per maritum, separatione durante, quia mariti culpa provenit, quamuis vxor hanc petierit separationem, per ea quæ dicta sunt. Quamuis doctor de Segura, in dicta lege, vnum ex familia. contrarium velit. Facit quod dicit Bald. in lege, si vxorem. C. de condit. insert. secunda columna. versic. item si non esset. vbi dicit, quòd si † vxor non esset in obsequium viri, culpa viri, ad nullas operas tenetur viro. & facit lex, si stipulata. ff. isto titulo. secundùm eum. Et hinc est, quòd si maritus adducit concubinam ad domum, vxor potest ab eo recedere, nec tenetur redire, nisi maritus caueat de ea expellenda, secundùm Baldum, in capitulo primo. suprà, vt lite non contest. prima columna. & dico infrà super textu, in iij. not. versicu. si autem vxor. Facit quod in simili dixit Bal. in lege, vbi adhuc. quarta columna. versi. pone quòd vir. C. de iure dot. quòd si vir commisisset † adulterium, & vxor iudicio ecclesiæ recedit ab eo, quo ad thorum, quo casu dos debet reddi mulieri, ex illa dote non tenebitur vxor maritum alere, quia peccauit in lege matrimonij, vnde non debet ex matrimonio præmium consequi, quod visus est impugnare. argumento legis, ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrim. & capit. quia frustra. de vsuris. Ex bonis † enim quæ auferuntur alicui ob delictum, non debet alimentari: vt est textus nota. in ca. primo. §. si hominem. de pace tenenda, & eius viola. Et hinc est, quòd si dictat statutum, quòd omnia bona homicidæ debeant auferri, & pro parte filiis reseruari: filij ex illa parte quam habẽt non tenentur patrem alere. ita not. dicit Bald. in authen. bona damnatorum. C. de bonis damnatorum. primæ col. versic. hic quæro. quamuis † aliàs filius teneatur mittere alimenta patri exuli, vel bannito. vt in authent. de incestis nupt. §. si verò contigerit. colla. ij. & in auth. incestas. C. de incestis nupt. & ibi not. Bald. De quo vide quod latius dico in cap. per vestras. infrà, eodem §. decimono. sed quamuis ista. versicu. quod autem de alimentis. Idem de marito exulante dicit Barto. in l. si constante. in principio. quarta columna. quæst. quinta. ff. soluto matrimonio. post Specul. isto titulo. §. finali. versic. quid si vir. Bald. in dicta l. vbi

a Ista fuit sententia Didaci de Segura in rep. §. sed si fundum. l. vnũ ex familia. ff. de leg. j. fol. 3. versi. septimo casu. Io. Ber.

Alimenta.

Cõcubina

bi adhuc. facit lex, mutus. §. manente. ff. de iure dotium. Cessante ergo culpa, quamuis seorsum habiteret, habebit partem lucrorum, ac si ambo cohabitarent. Ad hoc bene facit text. in lege, cùm hic status. §. si mulier. ff. isto titulo. vbi litera dicit, si mulier & maritus diu seorsum quidem habitauerint, sed honorem inuicem matrimonij habeant, puto donationes non valere, quasi durauerint nuptiæ. non enim coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio. quæ verba satis nostram sententiam probant. Et per ista aliàs dixi in contingentia facti, cùm maritus cuiusdam mulieris propter debita & paupertatem dimisisset vxorem, & filios, profectus in partes longinquas, ibi multa lucra habuit: rediens ad propria, reperit vxorem mortuam de præsenti: filij petebant medietatem bonorum acquisitorum per maritum constante matrimonio: quod iuste peterent: & sic fuit pronunciatum. tene menti, quia quoti die accidit. Ex his etiam potest inferri, quòd si

De vxore expulsa.

16 † maritus vxorem à se expulit propter dotem non solutam: quod potest, vt capite, per vestras. infrà eodem. & lege, frater. C. ad Velleia. & vxor cùm poterat soluere, vel solui facere, non fecit, & maritus interim multa acquisiuit, non communicat cum vxore, secus si non est, quod imputetur, vxori, quamuis pater, vel alius, qui dotem promisit, non solueret per prædicta. Ex istis decidi po-

Lucra sponsorum.

17 test, quòd † lucra habita per sponsum de præsenti, ante traductionem sponsæ ad domum, non communicat cum sponsa, nisi forte cum dote sponsæ sibi datæ lucra fecisset. nam tunc vel erunt sponsæ tanquam fructus dotis, vt vult lex regni quarta partita. titulo vndecimo. lege vigesimaoctaua. vel saltem communicabuntur inter ipsos, vt dixi suprà §. lxij. vnde lucra. versi. sed quid si sponsus. Ex istis similiter potest inferri. quod si iudicio ecclesiæ coniuges separantur, propter aliquam causam, vt in capitulo ex publico. de conuer. coniug. & aliquid acquirant, erit proprium acquirentis, & alteri non communicabit. intelligo, dummodo in hac separatione culpa non possit alicui imputari, vel si ex libera vtriusque voluntate. quod not. pro ista separatione voluntaria vide Glan. & Abba. in capitulo veniens. de regu. & in capitulo dudum. de conuer. coniu. & Præpositum in c. j. ij. col. de sponsa.

SVMMAE RERVM.

1 Lucrum dicitur, quod ex maleficio acquiritur.
2 Societas non intelligitur ex rebus inhonestis contracta.
3 Vsuræ sunt prohibitæ.
4 Communicare non tenetur socium ex vsuraria pravitate.
5 Filius familiæ non acquirit patri illicita.
6 Acquisita per seruum vel filium acquruntur domino vel patri.
7 Actio familiæ erisco, non datur pro illicitè acquisitis.
8 Lucra illicitè acquisita, non conferuntur in societate.
9 Licitè acquisita præsumuntur bona, nisi contrarium probetur.
10 Maritus an de bonis communibus restituat acquisita illicitè.
11 Dominium acquisitorum per vnum ex socijs, non transit pro parte in alterum ipso iure, sed per traditionem, quando deducitur in communi. & quid in vxore, ex his quæ maritus quæsiuit constante matrimonio.
12 Res empta per socium, etiam omnium bonorum non acquiritur ipso iure consocio, sed agit ad communicandum.
13 Restituere possunt filius & seruus, quæ iniustè acquisuerunt, etiam sine consensu patris vel domini.
14 Præceptum sacerdotis dicitur sententia.
15 Sacerdoti in confessione promittenti non agere, vel accusare, non potest agere.
16 Ad restitutionem malè ablatorum compellere potest episcopus hæredes defuncti, etiam si testator non fuisset contritus.
17 Restituere potest vxor bona per maritum turpiter acquisita, & potest furto vel aliàs capere vt vero restituat domino.
18 Anima pretiosior est omnibus rebus mundanis.
19 Legata pia statim debentur, etiam non adita hæreditate.
20 Executor testamenti non debet executionem differre.
21 De bonis malè acquisitis per maritum, non debent vxor & familia sumere alimenta post ipsius mortem.
22 Restitutio malè ablatorum cui fieri debeat.
23 Vsurarij an possint sua bona alienare.
24 Vsuraria pravitate fundus acquisitus in dotem conferri non potest, nisi cum sua causa, ideo potest conueniri maritus, sicut quilibet possessor.
25 Hæres qui semper fuit in bona fide, & qui in suam personã tantum fundauit vsucapionẽ, & præscripsit rem legitimè, scit tamen rem fuisse alienam, tenetur eam restituere, & purgare animam eius cui successit.
26 Ignorantia criminis neminem excusat.
27 Præscriptio habet vim solutionis.
28 Mala fides superueniens post completam præscriptionem, an noceat in foro conscientiæ.
29 Executor testamenti an teneatur restituere debitum præscriptum.
30 Rem per vim, vel aliàs iniustè acquisitam, restituere damnificatam, an sufficiat.
31 Cisternam aperiens, tenetur de animali, quod in eam ceciderit.
32 Equum conducẽs si ex sui culpa deterioretur, dominus equi, non compellitur illum recipere.
33 Et quid si sine protestatione illum recipiat.
34 Rem malè acquisitã restituere tenetur quis, cũ eius deterioratione, & etiam fructus malè perceptos.
35 Restitutio malè acquisitorũ, an statim fieri debeat.
36 Præceptum de restituenda licet videatur affirmatiuum, cadit tamen sub illo præcepto negatiuo, Non furtum facies. & illa præcepta obligant semper, & ad semper.
37 Nemo qui rapit moriens, si habet vnde reddat saluatur: nec potest absolui, nisi restituat potens restituere.
38 Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.
39 Restitutio necessario absolutionem præcedere debet.
40 Vsurarius, raptor, vel quiuis alius qui tenetur ad restitutionem, non debet post mortem expectare, quia tunc non est locus pœnitentiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

41 *Necessitatis tempore furari licet.*
42 *Executor testamenti deputatus ad distribuendum bona testatoris in pauperes si sit in summa necessitate, poterit sibi capere.*
43 *Aduocatus tenetur ad patrocinandum pro paupere in necessitate existenti.*
44 *Possessor iniustus si spoliatur sua possessione, petátque restitui, & dominus concurrat petens proprietatem illius rei agendo, vel excipiendo, audiendus est & præferendus.*
45 *Pater si propter necessitatem famis vendidit filium, cùm veniet ad pinguiorem fortunam, debet illum redimere.*
46 *Decimas soluere qui tenetur, si illis indiget ad sui sustentationem, poterit salua conscientia retinere.* 1
47 *Horas recitare non tenetur clericus infirmus.*
48 *Impedimentum superueniens in personam debitoris quod restitutionem impossibilem facit, an excuset debitorem.*
49 *Executores testamentorum possunt distribuere male ablata per testatorem in filios eiusdem.*
50 *Alimentare tenetur pater filium spurium.*
51 *Necessitas etiam si non sit extrema, an excuset à restitutione.*
52 *Alimenta quæ debentur miserationis causa non debentur secundum dignitatem, sed secundum necessitatem viuendi.* 2
53 *Emens scienter rem alienam seu ex furto, aut rapina habitam, tenetur ad eius restitutionem, & perdit pretium: nec à vero domino repetit. & nume. 55. & 57.*
54 *Soluens scienter pretium pro re aliena, videtur donare.*
56 *Alienam rem detinens, etiam sine inuasione, tenetur, ac si spoliasset.*
58 *Furtum si committatur per domesticũ, vel mercenarium, & res furata pignori detur alteri: nõ cogitur creditor pignus restituere, nisi mutuum ei soluatur.*
59 *Furtiuam rem scienter in custodiam recipiens, tenetur furti.*
60 *Furtiua rei dominus si non potest reperiri, vel nescitur vbi sit, erogari debet pauperibus de consilio diœcesani, & hoc publice fiat. præmisso banno in ecclesia.*
61 *Et quid si post restitutionem factam pauperibus apparet versus dominus, vel eius hæres, an debeat ei iterum solui.*
62 *Castrum fortificare potest princeps inuito vassallo.*
63 *Lucra acquisita constante matrimonio, ex industria alterius coniugum, vel ex quæstu, vel opera, veniunt inter coniuges communicanda, secus in hæreditatibus legatis, & donationibus.* 3
64 *Donata socio, & non societati, efficiuntur socij, cui donantur, & alteri socio communicat.* 4
65 *Damna & lucra obuenientia vni ex socijs, contemplatione personæ non sunt communicanda cũ socio quatus societas fuerit huius lucri occasio.*
66 *Vsumfructum quem habet pater in bonis filij ex bonis filij ex bonis aduentitijs, vel profectitijs, non communicabit cum vxore.*

§. LXV.
3. *Limitat. De iniustè acquisitis.*

LIMITABIS tertiò, quando lucra essent habita, seu acquisita iustè: secus si iniustè: 5 vt putà si maritus cum esset creditor, vel iudex, aliqua ex barataria acquisiuit, vel cùm esset aduocatus ex illicita aduocatione, vel ex ludo, vel adulterio, vel vsuraria prauitate, vel alio maleficio, multa acquisiuit, ista sic acquisita non communicantur cum vxore, quia lex vel statutum disponens de rebus acquisitis, vel acquirendis, intelligitur de iustè acquisitis, vt probat tex. secundùm Andream Siculum ibi, quarta colum. in cap. conquestus. suprà. de fo. compe. allegat etiam l. quod seruus. ff. de acquir. pos. & l. cùm oporteat. C. de bonis quæ libe. & l. certè. §. mala medicamenta. ff. famil. ercis. quod dicit esse bene not. contra multos religiosos, inhiantes tẽporalibus, quæ conantur acquirere suis monasteriis per omnem iniustum modum, quod fieri non debet. Illud enim, quod ex † maleficio acquiritur, dicitur lucrum. l. apud Celsum. §. authoris autem. ff. de doli excep. vnde illud quod quis vincit in ludo, dicitur habere ex titulo lucratiuo, secundùm Bal. in l. j. in fine. C. si quid in frau. pat. & in l. j. C. de his quę in frau. credi. de quo latius per Paridem de Puteo in tractatu de ludo. col. xiij. in principio. vbi vide. Ista tamen lucra non veniunt inter coniuges, vel socios diuidenda. Lex ergo, quæ de communicandis lucris inter maritum & vxorem loquitur, debet intelligi de iustè acquisitis, quia inhonestarum rerum non contrahitur societas, † nec inde acquisitum communicatur, vt l. si fratres. §. socium. ff. pro socio. vbi dicitur, quòd etiam socius omnium bonorum non cogitur conferre, quæ ex prohibitis causis acquisierit. Ad idem bonus text. in l. nec prætermittendum. & l. quod autem ex furto. ff. eo. vbi dicitur, quòd illud quòd ex furto vel alio maleficio quæsitum est, in societatem non oportere conferri: quia delictorum turpis causa atque fœda communio est. Ex quibus sumpta fuit lex regni v. parti. titu. x. l. ij. & viij. quæ disponit idem. Ex hoc infert not. Ioan. de Imol. in l. ille autem. iij. colum. ver. item aduerte. quòd si armigeri, qui se faciunt fratres iuratos, faciunt societatem adinuicem omnium bonorum, quæ habent, & quæ acquisituri sunt: lucra diuiduntur inter eos, nisi illicitè quærantur per alterum illorum: illa enim non veniunt in communionem, ni si expressè communicẽtur: per id quod habetur in dicta lege, quod autem licet de facto obseruent idem in illicitè acquisitis, quod seruant in licitè quæsitis, secundum eum. Hinc dicebat Bartolus in l. si vnus. §. si vnus ex sociis. ff. eodem titu. quòd cùm hodie vsuræ † sint prohibitæ: vt dicit glossa in lege prima. C. de summa trini. & in authentica. ad hæc. C. de vsuris. & in capitulo quia in omnibus. eodem titulo. si vnus ex sociis multa fuit lucratus ex vsuraria prauitate, non tenetur illa communicare † cum sociis: quia in his taliter acquisitis non dicitur societas, imo vterque tenetur male acquisitum restituere, secundùm Baldum in capitulo ad nostram. el secundo. in fin. de iureiurand. & in authentica. ex testamento. C. de colla. de quo latius per Paridem de Puteo, in tractatu de ludo. columna. xiiij. in principio, vbi videas. Bene facit ad hoc, quod voluit Bartol. in dicta lege, quod seruus. ff. de acquir. poss. & in dicta lege, cùm oporteat. in princip. C. de bonis quæ libe. quem omnes sequuntur. vbi dicit, quòd † si filiusfam. ex pecunia peculij profectitij sibi concessi per patrem acquisierit vsuras, vsuræ sic ac

Societas intelligitur ex vnius scriptis.

Lex regni 1. Illatio.

2. Illatio.

Filius acquirit ex vsuris illicitis.

sic acquisitæ non erunt peculij profectitij, & per consequens non acquiruntur patri, nec eo mortuo communicantur cum fratribus: quamuis contrarium dixerit gloss. & male, in dicta lege, cùm oporteat. Hoc idem tenet Bald. in authenti. ex testamento. vj. colum. versic. quid dices. C. de col. vbi etiam de acquisitis per filium in ludo loquitur, quem refert & sequitur Alexan. in dicta lege, quod seruus. ij. colum. & consil. lxxvij. in fine. in v. volu. allegat etiam gloss. & doct. in l. prima. in principio. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Quam ibi notat Bald. prope finem, inducens eam ad confirmationem priuilegiorum, vt intelligatur de insti. idem tenet ille in l. nec damnosa. C. de precibus impera. offere. & Cynus in dicta l. cùm oporteat. in prima oppositione. Idem tenet Ange. de Aret. Insti. per quas personas nobis acqui. §. igitur. ij. colum. versic. sed quid si exercuit. & in §. item nobis. adfi. Christophorus & Iaso. Institut.
6 de his qui sunt sui vel alieni iur. quia illud, † quod acquiritur per seruum, vel filium, acquiritur domino vel patri, quando iustè quæritur, secus si in- 9
tur † licitè acquisita, nisi probentur turpiter habita. argumen. legis, merito. ff. pro socio. capi. cùm dilecti. de accusa. tenet Bald. in l. cùm oporteat. colum. ij. C. de bonis quæ libe. Vnum tamẽ est, quòd licet maritus non teneatur communicare cum vxore acquisita illicitè, quando illa haberet seorsum àb vxore, per ea quæ dicta sunt: si tamen sponte communicauit ad domum deferẽdo, communia erũt, & æqualiter inter eos, vel eorum hæredes diuidenda, vt est tex. no. in d. l. certe. §. mala medicamẽta. ff. familiæ erci. vbi tex. dicit, quòd mala medicamenta, & venena, & libri reprobatæ lectionis veniunt diuidẽda iudicio familiæ erciſ. Ad idem tex. in l. sed & si possessori. ff. de peti. hære. vbi in petitione hæreditatis venũt turpia lucra. Ad idẽ d. lex, quod autem. vbi dicitur, quòd delictorum turpis & fœda communio est. si tamen in medium sit collatum, commune erit lucrum, & etiam damnum. æquum est enim, vt qui participat lucrum, participet & damnum. Vn-
10 de si super his rebus † illicite siue turpiter acquisitis, cõuentus fuerit maritus, qui illas acquisiuit, ex bonis communibus satisfaciet, & soluet etiam pœnam, si vxor sciẽs res male acquisitas, illas amisit, secus si ignorans. Nam tunc solum principale satisfiet de bonis communibus, pœnam autem soluet maritus. iste est casus valde singularis in lege si igitur ex hoc. ff. pro socio. per quem text. docebat nota. Bald. in lege prima. in fine. C. pro socio. Salyce. in lege. si societatis. eodem titulo. in fine. quòd si plures sunt socij omnium bonorum, vnus istorum ex vsuraria prauitate quæsiuit multa, & communicauit socio & fratri: episcopus poterit compellere fratrem, eundemque socium ad restitutionem vsurarum. Idem ego dicerem in vxore eadem ratione, quod tene menti, quia quotidianum. Si autem maritus ista illicitè acquisita restituere velit his à quibus extorsit, bene posset, antequam ad communionem adduceret. xlvj. distin. cap. si non suo. & tenet Alexand. in dicta l. quod seruus. in fine. ff. de acquir. possel. Sed postquam ad communionem adduxit, non posset ea accipere, nisi prius condemnatus fuerit, vt est casus not. in l. quod enim. ff. pro socio. vbi litera dicit. Quod enim ex maleficio contulerit socius, non aliter recipere debet, quã si damnatus sit. Et

Limitatio.

Si maritus illicitè acquisita sponte communicauit, erũt communia.

Actio fam. erciſc. non datur proil licitè acquisitis.

7 vbi dicit, quòd, quo ad hoc, vt illa actio competat alicui, requiritur inter cætera, quòd illa quæ sunt in hæreditate, non sint malè acquisita, nec ex peculatu, nec ex sacrilegio, aut latrocinio, aut aggressura. pro talibus enim non intentabitur actio familiæ. erci. vt d. l. certe. ff. eo. Et subdit, quòd hac ratione hæreditas vsuratij non posset diuidi secundùm eum: de quo fuit memor Alberic in dicta l. quod autem ex furto. & est bene notandum. Adde Bald. & Salycet. in lege, bona. C. familiæ erciſc. & Ioann. Fabr. in §. quædam. Insti. de actio. & legem regni vj. partita. titul. xv. l. ij. quæ idem vult. Ea enim, quæ nimia adulandi licentia, aut turpi facinore, iudicium iniquitate, corruptelis denique reipublicæ, aut principum aulis, vel aliàs iniustè acquisita sunt, parui pendenda, prorsusque contemnenda sunt: quia nihil honestum, aut dignum æmulatione, quod ex turpi scelere oritur. iuxta Solonis sententiam, quam refert Plutarchus in libello, Quomodo quis possit ab inimicis iuuari. in fine. dicens per hoc non esse homines turbandos, si eorum inimicos videant magnis & iniustis opibus pollere: imo eorum turpitudine considerata, prudenter talia fugiant, & à similibus arceantur. Turpia igitur lucra omnino fugienda sunt, & nullo modo accipienda à socio. l. nec prætermittendum. & lege,
8 quod autem. ff. pro socio. vbi † illicite acquisita non conferuntur in societate, quia rerum inhonestarum nulla est societas. Idem ergo dicamus in illicitè acquisitis per maritum, vt non teneatur ea communicare cum vxore, vel eius hærede: maxime si vxor, vel hæres eius peteret à marito, vt sibi communicaret illa, quæ illicitè acquisiuit, dicendo illa fore illicitè vel turpiter acquisita. Ta-

1. Illatio. An marit⁹ illicitè acquisita restituere de bonis communibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

An dominiũ acquisitorũ statim transeat in socium vel vxorem. Lex regni.

11 potest esse ratio huius, quia † dominium acquisitorum per vnum ex sociis, non transit pro parte in alterum ipso iure, sed per traditionem, quando deducitur in communi: vt est text. valde singularis in l.si quis societatem contraxerit.ff. pro socio.glo.in l.j.§.in societate. eodẽ titu. Idem videtur dicendum in vxore, vt ex his quæ maritus acquisierit constante matrimonio, non transeat dominium in vxorem ipso iure pro dimidia sibi competente, sed tunc demum re tradita: vt sentit Ancha.consi.cj.incipiente, in Christi &c.contra dictam donationem.& videtur fuisse de mente legis regni,dum dicit quicquid fuerit emptum per cõiuges constãte matrimonio, habeant equaliter ambo: quia verbum,habeant,non significat ipso iure,vt nota.per glo.& docto.in c.si diligenti.supra.de foro compe. & in c.vnico. de sagita. & in l.in criminali.C.de iurisd.om.iud.quod aliquibus placet, eo,quòd sola vniuersalis societas habet hanc prærogatiuam, quòd dominium transit sine traditione:vt not.in l.j.§.j.ff.de vsucapio. pro dote. secundùm Bal.in c.j.§.j.pen.col. versi. formatur etiam alia quæstio.de capitaneo,qui curiam vendidit. lib. feudorum. quod apertissime decidit lex regni, tertia parti.tit.xxviij.l.xlvij.vbi dicitur, quòd per societatem omnium bonorum præsentium & futurorum, contractam,quæritur dominium rerum societatis consociis, licet traditio non fiat. Item in lucris socij quæritur dominium consociis sine traditione. & loquitur in sociis omnium bonorum. Ad hoc bonus tex. in l.societatem vniuersarum fortunarum. eodem titi. vbi in societate omnium bonorum hæreditas cuiuis eorum delata, in commune redigenda est: & inde est, quòd si filius spurius alicuius, contraxit societatem omnium bonorum cum Titio: quem Titium pater spurij hæredem instituit,vel aliquid ei legauit: communicat cum spurio, per illum text. Idem,si Titio magnam pecuniæ quantitatem mutuauit, & postea ei leget liberationem: illa liberatio prodest, etiam filio spurio, quantum ad dimidiam illius quantitatis. ita tenent Dy. & alij per illum tex.in l.si is qui duos.ff.de lib.leg.Idem tenet Bal.in l.j.in fin. C.pro socio.de quo vide latius Cepollam in cautela xxxvij.incipiente, nunc videamus. vbi videas. Acquiretur ergo medietas spurio ipso iure, sine traditione: vt apparet ex prædictis, licet aliud suadeant verba, d.l.societatem vniuersarum. dum vitur verbo, redigendam. quod est futuri temporis. Secus est in aliis non omnium bonorum: vt d.l.si quis societatem. vbi litera dicit, Si quis societatem contraxerit,quod emerit,ipsius sit, non commune. sed societatis iudicio cogitur communicare.non ergo communicatur ipso iure : de quo latius dicam colum.ver. si.vel aliter, & forte melius. Ita ergo videtur dicendum in casu, de quo agitur. Adde prædictis

12 communia vtriusque iudicij. iuncta glo.vbi † res empta per socium,etiam omnium bonorum,non acquiritur ipso iure consocio, sed agit ad communicandum. ad idem l.j. & pe. C.si quis alteri vel si bi. Hinc est, quòd si socius omnium bonorum,nomine suo de pecunia cõmuni rem aliquam emit, sibi soli acquirit, adeo quòd socius solum agere potest ad pecuniam ad societatem deferendam, non autem ad rem ipsam cõmunicandam: vt vo-

Lex regni.

luit Bar.in l. Titium aut Mæuiũ. §. altero. circa finem. ff. de admi.tu. & sequitur Joã. de Ana. consi. lxv. Si autẽ hoc est in sociis omniũ bonorum, vbi præsentia & futura includuntur in societate: multo fortius idẽ erit in sociis lucri,& quæstus,prout sunt maritus & vxor: vt suprà, dictũ est. Hoc fuit de mente Ancha. in prælegato cõsi.cj.& Ang. consi.cxvij.& Fulgosi. cõs.ccix. hæc opinio placet aliquibus. Alij tamẽ contrariũ sentiũt, vt dico ℣. §. lxvj. ant. fi. ver. bona enim acquisita. imo quòd statim, ℘ deferuntur ad domum, æqualiter acquiruntur marito & vxori: quasi illa delatio ad domũ habeatur pro traditione. Cogitabis. Ego tamen crederem (salua decisione melius sentientis) ℘ etiam, postquam ista illicite acquisita maritus adduxit ad domũ, possit facere hãc restitutionem, quamuis condẽnatus non fuerit: quia reperio, ℘ ista super lucrata etiam constante matrimonio potest maritus alienare,& de his disponere: vt voluit Ancha.in d.consi.& habemus hodie legem regni,regis Henrici quarti. en Nieua,anno Mcccclxxiiij. quæ hoc expresse dicit. Si autem licitè acquisita potest maritus constãte matrimonio alienare, sine consensu,& licentia vxoris, dummodo absit fraus & dolus, vt ibi dicitur : multo fortius hoc poterit facere in turpiter acquisitis,restituendo his à quibus habuit. Hoc expresse voluit Bal. in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.vbi dicit,

23 quòd † filius & seruus possunt restituere:quæ male acquisierunt, etiam sine consensu domini, vel patris. Idem ergo poterit facere maritus ea quæ male acquisiuit:maximè si maritus faciens de his pœnitentiam, promisit sacerdoti restituere malè ablata. Nam tunc satis videtur condemnatus ad restitutionem,ex quo promisit sacerdoti restituere. Nec refert,quomodo fuerit condemnatus, secundùm Martinũ Syl. in d. l. quod autẽ. quem refert & sequitur Bal. in c.ad nostrã. el ij. in fi. suprà,de iureiuran. dicens per hoc, ℘ si duo erant socij,& vnus exercebat fœnus,& communicabat alteri: postea fecit cautionem de restituendis vsuris:vigore huius cautionis, ex quadam æquitate, conferre debet socius, qui non fuit fœneratus: nam pro condẽnato habetur, ex quo obligauit se episcopo, vel suo vicario, tanquam confessus in iudicio, saltẽ animæ, secũdùm Martinũ, vbi suprà, & fiet executio, tãquam in bonis debitoris; cùm etiã ipsum nomẽ sit obligatũ pro restitutione vsurarũ, secũdùm Bal. vbi suprà, quod tene menti. Hinc est, ℘ si vnus ex sociis omniũ bonorum ex vsuraria prauitate acquisiuit multa,& cõmunicauit socio, vel fratri, vel vxori, episcopus potest cõpellere sociũ, eundẽq; fratrem, vel vxorẽ, ad restitutionem, secũdùm Bal. in l. societatẽ. in fi. C. pro socio. Facit ad hoc quod not. Hosti. in c.fi. de sepul. vbi dicit, ℘ in casu illius decretalis nõ solùm lis erat contestata, sed etiã sentẽtia lata, ex eo. ſ. ℘ sacerdos præcepit delinquẽti, vt satis faceret illis,

14 quos læsit. & sic † præceptum sacerdotis dicitur sententia. imo dispositio testatoris, præcipiens restituere male ablata, potest dici sentẽtia, & habet executionem paratam, iuxta not. in l. fin. C. de edic. diui Adri. tollen. Habet etiã vim legis, vt aut. de nuptiis. §. disponat. co. iiij. Facit quod not. Bar. in l.j.§. huius studij. ff. de iusti. & iure. Albericus in l.si tibi decem. §. quædam. ff. de pact. de eo qui

15 promisit † sacerdoti in cõfessione non agere, vel accusa

Lex regni.

De eo qui promisit sacerdoti restituere.

De eo qui promisit sacerdoti non agere.

accusare: quia non poterit agere tanquam publicæ personæ sit promissum. idem tenet Collectarius suprà in procemio huius volum. quem refert & sequitur Abb. ibi in §. Gregorius. pen. colum. & in d.c.fin.ij.colum.suprà,de sepult. de quo per eundem in cap.j.de maledic.in fi.& ibi Ana.pen. colum.per Bald.in cap.j.§.iniuria.ij.colum.de pace iuram.firm.& in l.ij. C.de liber. & eorum libe. colum.pen.& fin.per Ioan.Andr.in add. ad Spec. tit.de instru.edit.§.nunc verò aliqua.versic.xiiij. per Aret. in c.nuper,suprà,de testi.remissiuè per Fely.in c.pastoralis,xvj.col.in fin.suprà,de offic. ordin. Quinimo episcopus potest † compellere

16 hæredes defuncti ad restitutionem malè ablatorum,etiam si testator non fuisset contritus. vt notanter voluit Host.in c.à nobis,ij.de sent.exc.quẽ alij referunt,signanter Marianus v.col.quod tenementi. Poterit ergo hoc casu maritus talia bona à se turpiter quæsita restituere,vt prædixi.quod tenet expresse loquendo in socio Petr.de Vbald.in tracta. de societate. in v.parte.in ij.q. Vxor ergo impedire non potest,nec debet, imo maritum ad restitutionem prouocare debet:& si aliàs eum ad restitutionem prouocare non valeret, in sa potest

17 furto, † vel aliàs capere,vt vero restituat domino: quoniam ex quo vxor est, dat adiutorium viro, cui salutem procurare tenetur: sicut de propriis bonis viri potest facere eleemosynam,ignorante viro, & non prohibente, quia agit causam viri. Eodem modo potest facere restitutionem:& si con a sciente & non contradicente faciat, securius est. ita concludit Alex.de Ale.in suo tract.vsurarum. & Astensis in summa.lib.iij.titu.quarto. sequitur frater Franciscus de Platea in suo tractatu vsurarum.ver.vsura. x.§. xxvij. & latius & singularius in tractatu.de restitutionibus, sub rubr. de restitutione,qua vnus pro alio tenetur. §. ccxxxj. vbi post Monaldum dicit not. ad propositum, quòd vbi de consuetudine regionis vir & vxor cõmunicant sibi debita,& credita,ex contractu,vel maleficio : si res furtiua, quam mulier furripuit ante matrimonium vel post, sola, vel cum viro: vel quia vir solus furripuit ante matrimoniũ. vel post & stat adhuc in eorum potestate:potest illam restituere vero domino eius,cõtradicente marito. Si autem consumpta est, vel vir solus furatus est, & mulier participauit consentiendo vel commendando spontanea vel inuita:potest vxor,si vir non contradicat,negotium mariti gerẽdo, & seipsam liberando,æstimationem rei consumptæ restituere vero domino latenter de communibus bonis, si aliter non potest,nec erit furtum, quia non est fraudulenta contrectatio, nec animo lucri faciendi,prohibente autem viro, non est facienda, secundum eos. Si tamen vxor contradicente viro, restitutionem faceret de rebus communibus bona fide latenter, non credo quòd esset illi iniungenda pœnitentia, quasi pro mortali, vel quòd mortaliter peccaret. Ita videtur de mente doctorum,vbi suprà, quos sequitur Henricus Herp. in suo præceptorio,præcepto septimo. ferm. x. colum.iiij.versic.quæritur ergo. Adde Theologos, maxime Gabrielem iiij.sentent. distinct.xv.q.iij. col.xj.versi.si quæris. Ad cuius confirmationem facit,quod notanter voluit Sali. in l.pactum curatoris. C. de pactis. vbi dicit, quòd tutor, qui remittẽdo agit principaliter vtilitatẽ animæ pupilli,& peccatum interimit, quod animam occidit, vt si vsuras remittit,valet ista remissio : vt l.præses.C.de transact.idem dicit post Iacob. Buttrig. si tutor infantis valde diuitis,propinquis & amicis intrinsecis destituti, cuius pater fuerat occisus,dum timeret eum sibi occidi, si inimicitia duraret,poterat principaliter propter salutem personæ illius facere pacem cum eius inimicis,etiam gratis,præsertim cum ex reconciliatione non dicatur quis perdere, sed lucrari, vbi discordia posset esse damnosa:vt l.creditorem.§.j.ff. mand.secundum Salyc. vbi suprà. Si autem propter salutem vitæ potest hanc concordiam facere, multò

18 fortius propter salutem † animæ,quæ pretiosior est omnibus rebus mundanis:vt l.sancimus. C.de sacrosanct.eccles.& c.sedulo.xxviij.dist. & capit. præcipimus.xij.q.j.c.si habes. in fi.xxiiij.q.iij.& c.cum infirmitas.in fi.infrà,de pœnit.& remi. Et ex hoc dicit not.Bal.in l.eam quã. C.de fideic.co. versi.in lectura antiqua. quòd defunctorum animæ destinatæ ad salutem, captiuãtur prius in purgatorio,intellige de anima purgandanam anima beata statim vadit ad cœlum, damnata verò statim ad infernum:vt not.in c.tempus.xiij.q.ij. Per legata autem pia redimuntur animæ, quæ sunt in purgatorio:vnde ex mora hæredis nõ debent peticitari,ne perducãtur ad salutẽ:vt l.pe. ff. de his quib.vt indig.& ideo officio iudicis, quod in sola æquitate consistit,petuntur legata pro anima exe a cutioni mandari: iuxta not.in l.j.C.de sacrosan. eccles.Facit quod habetur in l.hæreditas. in fi.ff. de petit hæred. & in c.si hæredes. suprà, de testa.

19 ideo secundum Bal.talia † relicta debentur etiam non adita hæreditate fauore animæ. Tene ista memoriæ contra executores testamentorum, & pio rum legatorum. Adde Richardum iiij. distin.xlv. q.iiij.qui dicit,quòd dilatio executionis piæ causæ præiudicat animæ testatoris, propter duas rationes,de quibus ibi per eum:quem refert Astensis in summa titu.xxiiij.ar.ij in fine. & frater Angelus in summa, in parte,executor.pemul.colum. versic.xxiij. Ex quo infert,quòd grauissimè peccant,& magnam proditionem faciunt, qui quàm citius possunt, non exequuntur : & vocantur necatores egentium.cap.qui oblationes.cap.ij cum duobus sequentibus.xxiij.quæst.ij. Idem dicendum de restitutione, quam testator iussit fieri. Vnde in Chronicis Minorum legitur, quòd quidam impediebatur intrare paradisum, quousque facta fuit restitutio: quia nisi fieret, lueret in pœnis.ad hoc ca.in literis.de raptoribus. Excusatur tamen executor, si propterea tardat, vt res defuncti melius vendantur,quia mora modici temporis non videtur magnum esse periculum. Vnde si executor per modicum tempus differat, vt resynas faceret,licite facit,secundum Tho. quolib. vj.ar.xiiij. Quod intellige verum,quando tantum est augmentum, quod præualet tarditati: vt per

20 Thomam, vbi suprà, vt refert frater Angelus in tor executionem differt, vt hæredi prosit, vt res melius vendantur, non vt animæ defuncti proficiat, non est tutus quo ad Deũ,quod tene menti. de quo vide no. per Archiepiscopum Floren. iij. parte.tit.x.cap.iij.§.xij.& Robertum episcopum Aquitanẽsem,serm.xlvij.c.ij.& Gabriel.in expo-

sitione

Vtrũ vxor potest restituere malè acquisita per maritũ

Contra executores testamentorũ a Adde, ℘ ne huic conclusioni refragetur illa cõmunis opi quæ habet,quòd legata ad pias causas nõ debeãtur hæred.nonadita, quam tenet Bal. in l si.C. de testam. man. Ang et Im. in l. qui filio. §.j.ff. debar. inst. & eã dicit cõmunem laſ. in l eã quã. col ij. C. de fideic. & in l.j. in ij lectu. col. antep. de sa cros. eccl. et in ea l.j. in ij lectu. col. fi. intellige eã, quando dilatio talium legatorũ afferret periculum animæ testatoris, vt est in restitutione vsurarũ. vt per laſo in dictis locis in ij limit. ad d. cœlu. assignata. Ex quo nimis restringitur ista conclusio vt vides. Ioã. Bern.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitione canonis Missæ, lectione lvij. versicu. quartum corrolarium. Adde mirabile factum, quod refert beatus Turpinus in sua historia expeditionis Hispaniæ, cap. vij. de quodam milite, qui morti proximus, cuidam suo consanguineo præcepit, vt equum, quem infirmus habebat, venderet, pretiúmque clericis egenis erogaret. Quo mortuo, equum centũ solidis vendidit, pretiúmque cibis, potibus, vestibúsque velociter expendit. Transactis xxx. diebus, apparuit mortuus ei de nocte in ecstasi, dicés, Quoniam res meas pro animæ meæ redemptione in eleemosynas tibi cõmendaui ad dandum, scias omnia mea crimina Deum mihi dimisisse. Sed quia iniustè eleemosynam meã retinuisti per xxx. dies in tartareis pœnis moras me intelligas fecisse. Te autem in eodem loco infernali vnde egressus sum, die crastina scias ponendum, & me in paradiso sessurum. Sequenti die à dæmonibus captus fuit, vt ibi latè per eum, quem rogo videas. hoc similiter refert Archiepiscous Florentinus ij. parte historiali. ti. xiiij. c. iiij. §. iiij. Crederem tamen, quòd si maritus aliquid illicitè acquisiuit solus ante matrimonium, & illud taliter acquisitum stat, potest maritus etiam inuita vxore restituere vero domino: sed si non stat, potest restituere æstimationem de bonis suis propriis, non autem de bonis vxoris, vel de bonis superlucratis constante matrimonio, cùm illud sit debitum ab eo solo contractũ, ad quod ipse solus tenetur, non vxor. Defuncto autem viro, adhuc pro eo tenebitur vxor satisfacere, inquantum ad eam peruenit, vel vsa
21 est de bonis † eiusdem malè acquisitis, secundum
23 præfatos doctores, quia de illis vxor & familia non debent etiam alimenta sumere, vt not. tradit Hostiens. in summa, de pœni. & remis. §. quibus & qualiter. versic. quid de rapina. in fi. refert & sequitur Anchar. in repet. regu. peccatum. de regu. iur. libro vj. xlvj. col. in vj. quæstio. versic. sed hic quæritur. frater Ioan. in summa confessorum, tit. de rap. quæst. lxiiij. Raynerius in titulo, de rapto. rubr. de bellis. §. vigesimo primo. Henricus in capit. sicut dignum. suprà, de homicid. Alexand. & Astensis vbi suprà. & Archiepiscopus Florentinus parte ij. titul. primo. cap. xij. §. nono. Gabriel iiij. sentent. distinct. xv. quæst. iij. col. xvj. in fine. quos sequitur frater Franciscus de Platea in tractatu vsurarum. versic. decimo. §. xxviij. & frater Baptista in sum. Rossella, in parte, restitutio. octauo. versiculo ij. qui omnes hoc intelligunt, nisi forsan vxor ex dote sua, vel aliunde possit alimenta sumere: nam tunc excusatur propter compensationem. Idem, si pro necessitate corporali, quando aliud remedium commodè inueniri non potest, sicut accidit in pauperibus mendicantibus. Per hoc excusari possunt filij & filiæ in domo parentum, qui necessitate cogẽte, aliter viuere non possunt. vt in l. his solis. vbi vide Bart. ff. de cond. indeb. & eodem modo vxor. Idem si hoc fiat propter recompẽsationem faciendam: vt si vxor vel filij accipiunt necessitate cogente, spectantes se compensaturos in futurum. Idem si sunt ibi aliqua bona iustè acquisita: nam de illis sustentari possunt si discerni possunt. Idem si discerni non possunt. Si autem nihil est de iustè acquisitis, tunc interim quòd vxor & familia laborant cum marito, circa eorum restitutionem, quasi tunc causam creditorũ agant, licitè tunc temporis sustentantur ex illis nec ad restitutionem tenentur, secundum præfatos doctores. Subdit tamen Astensis lib. iij. tit. ij. & frater Franciscus de Platea vbi suprà, quòd vxor raptoris qui nihil habet nisi male acquisitum, licitè sumit alimenta ex illis quæ sunt in domo viri si ipsa laborat in domo sua vendendo vel suendo, vel etiam bona ne pereant custodiendo: quia in hoc agit creditorum vtilitatem. Sed vtcunque sit vxor debet laborare circa restitutionem malè ablatorum: quia ex quo sunt illicitè acquisita, sunt aliena, vel saltem restitutioni subiecta: per consequens non dicentur bona superlucrata: cùm lucra dicantur deducto ære alieno. Ad hoc facit quod not. voluit Abb. in ca. relatum. el ij. in fi. suprà, de testam. vbi dixit, quòd
22 si † clericus aliqua acquisiuit ex illicita negotiatione, vel aduocatione, quæ subiacẽt restitutioni: debent tanquam æs alienum statim restitui eis, à quibus fuerunt extorta, & in defectum debẽtium recipere, succedunt pauperes. vt in ca. cùm tu. de vsuris. secundum eum. Sed si plures concurrunt, à quibus extorta fuerunt petentes sibi restitui: primò debet satisfieri primis: quia pro vsuris extortis bona extorquentis sunt tacitè obligata, vt nota. in c. quanquam. de vsur. in glos. in versicu. facultates. vide bonum text. & ibi Raphael. Fulgos. & alios in l. priuilegia. ff. de priuil. credit. & Archiepiscopum Floren. in ij. par. titu. ij. c. vij. & Francis cum de Platea in tract. de restitutionibus. fol. liij. & §. cclxxvj. & Gabrielem iiij. sent. dist. xv. q. ij. in
23 fine. Ex quo infertur quòd † vsurarij suas possessiones alienare nõ possunt, quin saluum sit ius hypothecarum ipsis debentibus vsuram recipere: secundum Ioan. And. quem refert & sequitur Bal. in l. executorem. in princ. C. de execut. rei iudic. & in l. peenult. C. de seruo pign. dat. ma. Ancha. in regula peccatum. lxj. col. Ex hoc sequitur vnum satis singulare & quotidianum, quòd si pater, qui ex vsuraria prauitate multa acquisiuit, assignauit dotem filiæ de bonis suis, cùm ista bona transeant cum onere suo: vt cap. pastoralis. de decimis. facit quod legitur & not. in l. si tamen. & l. si me & Titium. ff. si cert. pet. a. poterunt hi, à quibus fuerunt extorta, à filia per hypothecariam reuocare: ita sentit Bal. in d. l. pen. C. de ser. pig. da. manu. vide Antonium. Abb. & alios in c. cùm tu. de vsuris. & Baptistam in summa, in par. restituti. viij. versicu. v. de quo per Freder. consil. lxiij. cuius statim fit mentio. bene facit ad hoc quod not. Hostiens. in summa, titu. de pœni. & remis. §. fin. x. colum. versicu. quid de his. vbi dicit, quòd siue scienter siue ignoranter aliquid percipit de rapina vel præda, tenetur restituere: per d. l. si me & Titium. sed vsura potest cõparari rapinæ & furto. xiiij. q. iiij. c. si quis vsuram. & q. v. c. pœnalem. Hoc in terminis nostris tenet Bald. in l. rem quam. C. de iure do-
24 tium. in finalibus verbis. dicens, quòd † fundus per vsurariam prauitatem acquisitus, non potuit in dotem dari, nisi cum sua causa. Ideo potest conueniri maritus, tanquam quilibet possessor. Intelige in defectum, vel subsidium, quia quando res hypothecata possidetur ab extraneo, in subsidium intentatur hypothecaria contra eum excipientem de excussione. secus si non excipit. vt authentic. hoc si debitor. C. de pignoribus. de quo vide rogo latius in Summa Rossella. ver.

Quid de illicitè acquisitis à viro ante matrimonium.

An demalè acquisitis possit vxor & familia alimẽta sumere.

Cui debeant fieri restitutio malè ablatorum.

An vsurarius suam dotem alienare possit.

lauer. restitutio. viij. vel. v. Secus tamẽ dicit, quando quantitas fuit data in dotem, veputa si vsurarius forsan nihil habens in bonis, nisi quod extorsit per vsurariam prauitatem, tradidit nuptui filiam suam Titio, cui dedit in dotem mille ducatos, pro restitutione vsurarum non poterunt debentes recipere vsuras mitti in possessionem dotis filiæ. & ita nec maritus, nec filia poterunt propterea à creditoribus conueniri, secundùm Alexan. de Ales, in tractatu restitutionum, & Astensem in summa, & fratrem Franciscum de Platea in tractatu restitutionum. §. lxvij. aliàs sub rub. de restitutione dotis in fi. & Bald. vbi suprà, per illum text. allegat ad hoc Freder. consi. lxiij. incipiente, quidam vsurarius. qui in fortioribus terminis consuluit, scilicet quando Titius gener recipiens dotem, sciebat illa bona fore malè & per vsuram acquisita, & eodẽ Titio mortuo, dos redit ad filiam vsurarij. Quod ipse optimis rationibus comprobat, & respondet ad ea, quæ in contrarium adduci possunt, quæ videas per te. & cogita super hoc. Cuius contrarium sentit frater Franci. de Pla. vbi suprà, latius in summa Rosella. ver. restitutio. viij. etiam in summa Baptistiniana, ver. restitutio. viij. iij. co. & Henricus Herp. in suo præceptorio, septimo præcepto. sermone xliiij. colum. iiij. versi. tredecimo. vbi post Astensem & Alexandrum dicit, quòd si pater cùm filiam dotauit, erat vel saltem efficiebatur impotens ad restitutionem, & genere veritatem sentiens, aut ignorantia crassa ductus, contraxit cum filia, non potest de rebus taliter acquisitis recipere dotem, licet de subtilitate iuris ciuilis (quę tam strictè nõ respicit conscientiam) aliter forte dici posset, quòd si ductus erat ignorantia probabili, tunc aliqui doctores excusare sunt conati, vide Archi. Floren. ij. parte. titu. j. c. ix. §. xij. Contrariã tamen opinio videtur verior, cuius opinionis est Alexan. de Ales. Et postquam
27 gener scit, quòd dos recepta necessaria sit ad soluendum vsuram, & alia debita, tunc reddere tenetur, nec potest talem dotem cum bona conscientia retinere, eò quòd omnia bona sua fuerũt iam obligata restitutioni. & in hoc concordant multi solennes doctores. nimirum cùm secundùm Ioã. de Platea post alios. Insti. de actioni. §. rursus. si fi
28 lia dotatur in fraudem creditorum, talis dos à creditoribus reuocatur, & gener eis tenetur ad restitutionem. ff. quæ in frau. cred. l. fin. §. j. & vj. Addit etiam sanctus Bernardinus in tractatu, de restitutionibus (vt refert Henricus vbi suprà) quòd tali filiæ posset dari tale remedium, & consilium, quòd si pater eius haberet sufficientiam ad restituendum certa, de quibus constat, cui sunt restituenda: ad quæ soluenda pater principaliter obligatur: tunc talis dos, si parua est, in totum: si verò magna est, in partem de incertis restituendis, posset per diœcesanum tali filiæ per modum eleemosynæ secundùm discretum iudicem assignari. Præterea si ecclesiastes hoc remedio mulier dotem restituere velit, & vir prohibeat: tunc ipsa est in statu salutis, dummodo proponat, quòd si vir præmoriatur, quàm primum potuerit, restituet. Quòd si ipsa præuenerit ad diem mortis, tunc vocaris marito. & filiis, vel hæredibus, publicè protestetur eis, quòd dos sua de vsuris est, & eos obsecret, & obtestetur, quòd illam restituant. Quòd si vir vult dotem restituere, & vxor
prohibeat: tunc secundùm quosdam viro sufficit ad excusationem, quòd ipse non percipiat de bonis illius: & quando posset illam restituere, proponat. Si autem vterque concordant in non restituendo, tunc ambo remanent in statu damnationis. Ad prædictorum confirmationem facit quod nota. dixit Anton. in capitu. si diligenti, de
25 præscrip. quòd † hæres, qui semper fuit in bona fide, qui in suam personam tantùm fundauit vsurapionem, & præscripsit rem legitimè: iuxta ea, quę habentur in cap. fina. eodem titul. tamen scit rem fuisse alienam, tenetur eam restituere, & purgare animam defuncti, cui successit. iuxta no. in cap. fin. de sepul. quod dictum refert & sequitur Ioan. de Imol. in dicto cap. final. de præscript. ij. colum. in fi. in repet. & Ange. de Are. Insti. de except. in prin. xiij. co. dicens hoc valde notandum, & nunquam à memoria cadendum: illo anno ita consuluisse. Et vide omnino Ludo. Ro. in l. Pomponius. §. cùm quis adminiculo. co. ij. ff. de acqui. poss. vbi refert illam doctrinam Anto. & idem videtur de mente Bal. in authen. ad hæc. C. de vsuris. quem refert & sequitur Ioan. de Imo. in repe. dict. c. fin. colum. xlvij. & Abbas in dicto c. si diligenti. Adde bonum textum in c. ecclesia. j. quæst. j. post principium. vbi inter cætera dicitur, quòd
26 neminem † excusat ignorantia criminis: maximè cùm ex eo vtilitas defertur ignoranti: veluti si quispiam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat filium ignorantia, quin post mortem patris cogatur reddere male acquisita. Idem ergo videtur dicendum de re præscripta. Sed contrarium tenet Bartol. in l. cùm hæres. in principio. ff. de diuersis & tempo. præscrip. Bal. in l. nihil. C. pro hærede. & de iuris rigore hoc videtur verius, quia non debet impediri effectus præscriptionis, ex eo quòd hæres teneatur defuncti conscientiam exonerare: quia † prescriptio habet vim solutionis. vt l. si pupillus. ff. de admi. tut. & l. vnus. §. si autẽ. ff. de iniuriis. Sed certum est, quòd solutio liberasset animam defuncti: ergo &c. ita dicebat Franciscus Arctinus in voce, dum legeret. dicto. c. si diligenti. prout ibi refert Benzellinus in apostillis. pen. colũ. Quod
28 mihi satis placet: quia superuenientia † malæ fidei post completam præscriptionem, non nocet in foro conscientiæ: & ideo non tenetur quis rem vero domino restituere. glo. ij. in c. si res. xiiij. q. vj. & in c. si virgo. xxxiiij. q. ij. & in c. fi. de præscripti. glo. fi. & in c. j. de concessio. prębẽd. Ioã. And. in regula, possessor. de re. iuris. li. vj. & ibi Ancha. xxij. col. versi. quæro circa debitum naturale. Bal. in l. cùm quis. x. col. C. de iuris. & in c. vigilãti. de præscrip. & ibi Abb. Io. de Imo. in c. fi. eodem titu lo. xxv. colum. cum sequentibus. & ibi Abb. xvj. columna. Ange. in repetitione leg. primæ. C. de iudi. Ludo. Ro. in rubr. de arbitris. secunda colũ. & in l. filiusfa. ff. de donat. Astensis in summa li. iij. ti. ij. §. sequitur videre de sexto. qui pulchrè loquitur. frater Angelus in summa, in parte, præscriptio. §. xlvij. cum sequentibus. quem rogo videas, & plures alios, quos recitat Fely. in c. vigilanti. de præscri. vbi est bona gl. Vide Gabrielem iiij. sen. di. xv. quæstio. secunda. colum. v. ver. addit Paul. & q. xiiij. col. sexta. ver. ij. conclusio. & Io. Maioris
29 eadem di. xv. quæstio. vij. col. pe. Ex quibus † omnibus infertur, quòd executor testamenti non tenetur hu

An hæres teneatur restituere rẽ per defunctum præscriptam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur huiusmodi debitum præscriptum restituere, secundùm Bar. in l.si is cui. §. Flauius. ff. de solu. & in l.leganit. ff. de liber. leg. & l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. Bal. in l.si credi tori. ff. de legatis j. & in l.id quod pauperibus. col. vj. C. de epis. & cle. Petrus de Ancha. in c.si propter tua debita. de rescrip. lib. vj. & in regula, possessor. de reg. iur. eo. li. & Andr. Sicul. in c. Ioan. de testa. col. iiij. Ex his similiter infertur, quòd si testator mandat solui debita, non intelligitur de præscriptis cum bona fide: quod debet intelligi, quando alia debita quàm præscripta habet: secus si sola debita habebat, quæ erant præscripta: nam tunc de illis intelligitur, secundùm Baldum in d. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. refert Fely. in c.j. de rescriptis. col. ix. vide Bal. in l.id quod pauperibus. col. vj. in fine. C. de episco. & clerici. Et ista communis opinio, nisi dicas, quòd procedit in eo, qui bona fide possedit, donec præscripsit. Antonius verò, & alij, loquuntur, quando defunctus possedit cum mala fide, & sic tenetur ad restitutionem ipse, & etiam hæredes, vt exonerent defuncti conscientiam. Cogitabis. Vel aliter poteris concordare, vt opinio Anto. de qua hîc, procedat in successione vniuersali, quæ transfert totũ ius à defuncto in successorem. Secus esset, si causaret ius suũ ab alio, quàm à defuncto: ita notãter dicit idem Antonius in d. c. cura. de iure pa. iij. co. refert & sequitur Benzelinus in d. c. si diligenti co. antepe. in fi. cogita. Ad de allam concordiam, vt regulariter nõ teneatur quis rem præscriptã restituere, vt est communis conclusio: nisi præscribens, vel eius hæres sit adeo scrupulosus, q nõ possit deponere conscientiam, quin restituat: nam tunc restituere tenetur. xxj. q. iij. c. cui est illata. qui enim facit cõtra conscientiã etiam erroneã, ædificat ad gehennam. c. literas. de resti. spol. ita dicit frater Ang. in summa, in parte, præscriptio. ver. xlvij. Vnum tamen in hac materia non est omittẽdum, †in casu, in quo tenetur aliquis ad restitutionem rei alienæ per vim subtractæ, vel aliàs iniustè acquisitæ, nõ satisfacit exhibendo domino spoliator rem dãnificatã, & supplendo deteriorationem rei, vt l. ait lex. ff. ad legẽ Aqui. Vnde si tẽpore inuasionis, vel violentiæ occidit bouẽ, vel aliud animal, aut aliam rem dannificauit, itaque tenetur lege Aquilia, non satisfaciet reddendo carnes, & coriũ, & supplendo in pecunia deteriorationẽ, vsque ad veram æstimationem, imo tenetur restituere verum pretium in pecunia numerata, & quod plus est, erit in optione domini dãnum passi, vel recipere animal mortuũ, vel damnificatum, & agere ad supplemẽtum deteriorationis, vel simpliciter agere ad rei æstimationem, & caute facit, si illa non recipiat. Istud est de mente Bar. in l. facienda. ff. arborum fur. cæsarum. in aliquibus lucris est tex. no. in l. vt tantum. ff. de seruo corrupto. in §. fi. & in l. si seruus. §. boue. ff. de conditione fur. ad idem tex. singularis in c.ij. infrà, de iniuriis. vbi si quis †cisternam aperuit, & non operuit eam, cecidit que bos vel asinus in eam, dominus cisternæ reddet pretiũ iumentorũ, q autem mortuũ est, ipsius erit. Ecce, q vbi culpa præcessit damnũ, is qui in culpa fuit, tenetur animal mortuum recipere. Si autem hoc locum habet, vbi culpa tantũ præcessit, multo fortius si dolus maximè cum violentia. Ex his infertur, quòd si quis fraudauit alium re sua, cùm plus secundum communem forum valet, siue sit frumentum, vinum, oleum, vel quodcũque aliud: cùm tamen tenebatur illi reddere debito tempore, reddens sibi eandem rem numero, vel specie, quando minus valet, secundum communem forum, tenetur satisfacere de omni lucro temporis, in quo plus valuit post moram: quia non solùm damnificauit eum in tanto, sed in maiori pretio, quod tunc pro illa re poterat haberi, secundum commune forum, nisi debitor sine fraude, & omni culpa tunc fuisset impotens ad soluendum, vsque ad tempus solutionis. ita not. decidit Alanus, prout refert Henric. Herp. in d. suo eleganti perceptorio, septimo præcepto, sermone vj. in fine. quod tene menti. Et propter ista dicebat Bart. in d. l. facienda. quòd si aliquis †conduxit equum, eius culpa deterioratus est, ita quòd parum, aut nihil valet, quia forte claudicat vno pede: non cõpellitur dominus recipere equum, quamuis exhibeat pretium deteriorationis: imò potest agere dominus ad eius æstimationem, & cõpellitur conductor equum soluere: vt l. si bone. §. aliquando. ff. de ædil. edic. Si tamen esset alicuius valoris, vt quia calcaribus fuerat stipulatus multum, vel vtendo duplomate fuerat damnificatus: compellitur dominus recipere, dum tamen suppleatur iustum pretium. facit l. cùm emptor. §. fi. ff. de dam. infec. tenet Bart. in d. l. facienda. quod dicit notandum pro scholaribus, qui quotidie conducunt iumenta, est glo. in l. eleganter. §. non solùm. in fin. glo. ff. de dolo. notat Collect. in d. cap. ij. de iniur. An autem teneatur dominus equũ recipere, antequam fit satisfactum de pretio deteriorationis, quando conductor negat deteriorationem, nec de contrario apparet manifestè: & si dominus non vult recipere, quomodo conductor potest restibus adhibitis, equum solutum relinquere: & si pereat, peribit periculo domini: vide Spec. tit. de locato. §. iam dicendum. versi. sed qui. Cy. & alios in l. exhibitionis. C. ad exhib. Ang. in l. sed si mihi. §. si reddita. ff. commod. Collect. in dicto capit. ij. vide gloss. not. in l. non solùm. ff. de rei vendicat. Quid autem, si dominus recipiat † equum deterioratum, sine aliqua protestatione, an possit agere ad deteriorationẽ, & qualiter, non est præsentis speculationis, videas per doctores vbi suprà. præsertim cùm ista potius respiciant forum contentiosum, quàm conscientiæ: de quo præsens habetur sermo. Adde pro prædictorum, quòd non solùm tenetur quis restituere rem male acquisitam, cum eius † deterioratione, vt suprà dictum est: sed etiam fructus malè perceptos: vt latè ac singulariter probat Lucas de Pen. in l. vnic. C. publicæ lætitiæ vel consulum. lib. xij. col. antepen. vers. sed quid si talis. Redeundo igitur ad propositum, ad quod nostra detegebatur intẽtio, eo casu, quo maritus † vel quiuis alius aliqua illicitè acquisiuit, ad quorum restitutionem tenetur, debet statim, cùm potest, restituere, vt tradit S. Thom. secunda secundæ. q. lxij. artic. viij. & Scotus iiij. sen. dist. xv. & ibi Gabriel quæst. ij. conclus. ij. vide Nicolaum de Niisse. in suo resolutorio, cum tractat de pœnitentia, in vj. quæst. & Archiepiscop. Floren. in summa quæ incipit, defecerunt. fol. iiij. ante fi. & latius ij. parte. tit. ij. cap. viij. post Ioannem Neapolitanum, quodlib. ix. quæstio. secunda. facit

textus

An sufficiat restituere rẽ damnificatam.

Vtrũ restitutio male acquisitorum debeat fieri statim.

textus in cap. sæpe. suprà, de restit. spol. Ratio, se-
36 secundum Scotum, quia † præceptum de restituendo, licet videatur affirmatiuum, tamen cadit sub illo præcepto negatiuo, Non furtum facies. Exo. xx. quæ præcepta negatiua obligãt semper, & ad semper. hoc est, quod voluit Tho. vbi suprà, dum dicit, quòd accipere rem alienam est contra iustitiam, ita & detinere eam. Propterea dicit text. in d. cap. sæpe. non multum interest, quo ad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienũ. Ideo toties mortaliter peccat quis, quoties scit se debere restituere, aut satisfacere proximo, & potest, & non vult, vt apparet ex prædictis. & facit tex. singu. in c. nemo qui rapit. xiiij. q. v. vbi litera
37 dicit, nemo † qui rapit, moriens, si habet vnde reddat, saluatur. imò nec potest absolui, nisi prius restituat potens restituere: aliter non est absolutus. vt c. si res. xiiij. q. vj. vbi litera dicit, si res aliena, propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si
38 autem veraciter agitur, non remittitur † peccatum, nisi restituatur ablatum. si, vt dixi, restitui potest: vt ibi latius dicitur. refert & sequitur sanctus Bernardinus in tractatu, de restitutione malè ablatorum, serm. xxxviij. ij. col. incipit, adolescens tibi dico surge. Primò propter continuationem: quia nullus absolui potest, quandiu est in continuatione mortalis culpæ: sed talis accedens ad sacramentum simpliciter fictus est: nam qui iniustè possidet alienum, semper est in continuatione mortalis peccati, donec rem alienam reddiderit, si reddere potest, vt dictum est. Secundò propter obdurationem, quia qui potest, & non vult statim restituere, non est re cõtritus, sed quodam modo induratus: nam verè contritus recedit ab omni mortali culpa: nullus autem absolui potest, quem constat non esse contritum: ergo nec talis potest absolui, & sic absolutio nulla est, & grauiter peccat absoluens, quia decipit pœnitentem in pœnitentiæ sacramento. Tertio propter ligationem, quia obligatus ad restituendum, semper ligatus manet secundũ iudicium Dei, quousque restituat quod potest. Ergo quantumcunque absoluatur à sacerdote, absolutus non est: nullus enim est absolutus, nisi quem Deus reputat absolutum. Quarto propter anticipationem: quia restitutio nõ est pars satisfactionis, sed præambulum ad eam: satisfactio enim fit Deo absolutione sacramentali,
39 per applicationem meriti Christi: ergo † restitutio necessario absolutionem præcedere debet. Proinde cæcus est omnis sacerdos, qui aliter absoluit, & ad restitutionem obligat eum, cùm experientia clamet patenter, quod tales omni anno promittunt restituere, & rarò promissum confessori seruant: & de talibus confessoribus Matthæi ſ. ait: Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. de quo maius periculum imminet ducto ri quàm ducto, id est confessori, quàm confitenti. Si quis igitur ad confessionem accedit, atque restituere aliena proponit, non sufficit propositum
41 restituendi pro futuro, ex quo in præsenti restituere potest. Sicut ad iustificationem minimè sufficere potest propositum contritionis de futuro: quia peccatum quo ad restitutionem tenetur, licet sit præteritum quo ad culpam, tamen est in actu manens, & donec restituat, semper etiam fit. Nisi cum eo concordauerit, cui obligatus est.

Quamuis etiam sit fide digna persona in hoc non est ei credendum quando promittit se restituere pro futuro, & hoc propter multa pericula quæ circa tempora prouenire solent. Et si credendum esset, non tamen debet absolui donec constet de restitutione actu de facto completa aut citò complenda, ita quòd iam ille, cui res restituenda est illam teneat, & de hoc sacerdos veraciter sit securus. Et licet quandoque etiam sustineat quòd à testatore mandetur hæredi restitutionem facere, hoc tamen non sufficit ad salutem nisi probabiliter & rationabiliter præsumatur, quòd melius possit per hæredem expleri, quia nec ecclesia hoc docet vel approbat, sed tamen recipit minus perfectum ab hominibus, quia ab eis nõ potest habere quod perfectum est, sicut aliquando fecerunt aliqui sapientes. Quamuis nõ videatur hoc esse simpliciter admittendum, ex quo obligatus non liberatur à periculo animæ, vt dicit Augustinus. & habetur transumptiuè in dicto capi. si res aliena. Ratio prædictorum est, quia qui habet de impiè acquisitis, & restituere non vult, cùm possit, semper augmentat peccatum. Inter grauissimos offensores in hoc æstimandi sunt qui relicta ad pias causas non restituunt vt tenentur, contra quos terribilia tria conflia clamant. sicut patet xij. quæst. ij. cap. qui oblationes. cum duobus sequentibus. hæc sanctus Bernardinus in d. sermone. & tene menti, quia non solet allegari, etiam per Modernos. Ex istis in-
40 fertur, quòd si † vsurarius vel raptor, vel quiuis alius qui tenetur ad restitutionem malè acquisitorum non restituit cum potest, in articulo mortis existens condidit testamentum, mandans restituit malè acquisita his quibus tenetur, non sufficit quia testator hoc vult fieri post mortem suã quando non est locus pœnitentiæ, sine qua non absoluitur vsurarius vel raptor. Vnde oportet, quòd in vita velit hoc restitui, aliàs non remittitur peccatum. Præterea iustitia Dei requirit, vt ille satisfaciat qui peccauit. Et ideo sicut vsurarius vel raptor peccauit, ita ipse idem tenetur satisfacere, non autem hoc facit, sed relinquit in testamento quòd per alium fiat. Si ergo vult satisfacere ita quòd ei remittatur peccatum, si habet pecuniam vnde posset restitutio fieri, prius exponat eam per fidelem nuncium suum restitutioni, antequam moriatur: & faciat proclamari, quòd omnes veniant recepturi plenam satisfactionem, à quibus habita est vsura vel rapina: ita notanter concludit Alexander de Alexandria in suo tracta tu vsurarum. & Aftensis in summa, libr. iij. quos sequitur frater Franciscus de Platea in suo tracta. vsurarum. in verbo vsura xj. §. iiij. Intellige prædicta, quando is, qui tenetur restituere, poterat restitutionem facere: si autem erat in maxima necessitate, non tenetur restituere, sed salua cõscientia poterit sibi retinere, quia tempore talis necessitatis † potest quis aliena furari. Ergo eadem ratione poterit sibi retinere quod erat restituturus. Istud est singulare dictum Richard. iiij. sententia. distinct. xv. ar. v. quæst. iiij. de quo per Modernos in tractatu maleficiorum. charta cxix. iij. colum. aliàs in parte, Metidori de maldadi. xiiij. colum. hoc idem Cardin. in clemen. j. de testam. quæstio. xxj. in fi. vbi dicit, quòd † executor testamenti, deputatus ad distribuendum bona testatoris in

Quãdo super malè ac quisitis fit concordia cum domino.

Quãdo obligatus ad restitutionem est in maxima necessitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauperes: si ipse sit in summa necessitate, poterit sibi capere, hoc idem voluit sanctus Tho. secunda secundæ. quæstio. xxxij. art. vij. ad vltimum. & clxxxv. arti. vij. ad fin. & iiij. sen. di. xv. quæstio. ij. art. vj. de quo aliquid per Petrum de Perusio, in suo tractatu de quarta episcopali. in prima parte. ca. ix. vj. colũ. Idem sequitur Scotus. iiij. sen. dist. xv. & Gabriel quæst. ij. colum. v. ver. addit Palud. & melius, colum. viij. versi. sed nunquid. & in sequenti col. ver. sed vtrum. Quia in extrema necessitate omnia sunt communia: vt l. j. §. cùm in eadem. ff. ad legem Rho. de iactu. & c. discipulos. de consecra. distin. v. & ca. si quis per necessitatem. infrà, de furtis. facit quod in simili dicit sanctus Tho. secunda secundæ, quæstio. lxxj. articu. j. dum
43 dicit, teneri ex necessitate † aduocatum ad patrocinandum pro paupere, quando esset in extrema
a necessitate a. facit in simili quod voluit Archi. in ca. quoniam multos, xj. quæst. iij. Vnde ista res iure Poli. efficitur detinentis existentis in tali articulo: nisi ille, cui debet restitui, similiter sit in extrema necessitate: quia tũc illi debetur, qui prius in talem deuenit necessitatem: & si eodem tempore deuenerunt, domino est restituenda: quia duobus concurrentibus, prævalet quod est potius. ar. l. quæritur. ff. de statu hom. secundum Scotum, vbi suprà. facit quod in simili dicit Abbas in c. in literis. suprà, de restitu. spolia. xv. colum. ver.
44 nec obstat. c. ad decimas, vbi concludit, quòd † si iniustus possessor spoliatur sua possessione, petat que restitutionem illius, & cõcurrat dominus petens proprietatem illius rei, agendo vel excipiendo: audiendus est, & præferendus. arg. l. bona fides. ff. depo. & cap. ij. de ordi. cog. licet in contrarium sit lex regni. vij. parti. titu. x. l. fin. de quo vide Rotam titulo de causa possessionis. & proprie. decis. iij. in nouis. & subdit Scotus, vbi suprà, quòd si talis detentor eam rem non occupauit ante talem necessitatem, licet veniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur restituere. vide Glan. in l. illicitas. §. fin. de offi. præsi. ff. Secus si præoccupasset ante talem necessitatem, secundùm eum: nam tunc ex quo non potest statim soluere, liberatus est ab instanti restitutione propter impotentiam, sicut & totaliter à restitutione absoluitur, si omnino est impotens, secundùm Tho. secunda secundæ. q. lxvj. intellige vt suprà. Quod etiam est de mente fratris Francisci de Platea, in suo tractatu vsurarum, versicul. vsura. xj. §. iij. qui pulcrè loquitur. & subdit in §. vj. quòd si is, qui constitutus in necessitate non restituit, proponat firmiter in corde; quòd si ad pinguiorem fortunam venerit, restituet, & sic erit in statu salutis, secundũ eũ. Ad cuius confirmationẽ facit: nam si pater propter
45 necessitatem † famis vendidit filium: vt l. ij. C. de patribus qui fil. distra. si tamen venit ad pinguiorem fortunam, tenetur illum redimere. ita notanter dicit Bald. in c. ex rescripto. in fine. de iure iuran. refert & sequitur Felinus in c. cum dilecta. de rescriptis. colum. xliij. verticulo. fallit octauo. Ad idem facit, quod volunt doctores, signanter Abb. in cap. cùm homines. suprà, de decimis. vbi
46 dicunt, quod ille, qui tenetur soluere † decimas, si illis indiget ad sui sustentationem, poterit salua conscientia sibi retinere: sed non aperiunt, si postea venerit ad pinguiorem fortunã, an teneatur restituere ei, cui debebantur. Eadẽ quæstio est de clerico infirmo, qui propter infirmitatem non
47 teneturt horas recitare: an postquam conualuit. teneatur eas recitare? Ioan. Maioris post alios antiquiores mouet hanc dubitationem iiij. senten. dist. xij. quæstio. tertia. columna quinta. & decidit quòd non: vbi cumulat alia similia, quæ videri possunt per eum. idcirco non refero, vitandæ prolixitatis gratia. Ego tamen arbitror, quòd ista & similia deciduntur per hanc notabilem distinctionem, quam faciunt doctores in illa quæstione, an
48 † impedimentum super veniens in personam debitoris, quod restitutionem impossibilem facit, debitorem excuset. Et concludunt quòd sic, nisi culpa præcesserit casum: quia tunc non excusatur propter casum. ff. soluto matrimonio. l. etiam. §. licet. Item nisi delinqueret: quia tunc videtur: culpa casum præcedere. Ideo excusari non debet, maxime si delinquit sub spe veniæ consequendæ. Ita per bona iura, quæ videri possunt, concludit Dynus in regula. peccatum. in fin. de regu. iuris. libr. sexto. Tutius tamen puto, quòd etsi propter necessitatem quis excusetur à restitutione statim, tenebitur tamen restituere adueniente pinguiore fortuna, quia in his, quæ dubia sunt, & animam concernunt, vt est restitutio malè ablatorum, quod certius existimamus, tenere debemus, vt c. immunis. de sponsa. de pœni. distin. vij. capitulo ij. §. item si. bonarum enim mentium est ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur. v. distinca. pitu. ad eius vero. capit. secundo. de obseruat. ieiu. multo autem fortius, quando est dubium, vt xxiij. quæstio. quinta. capit. excommunicatorum. xxxiiij. quæst. secund. capit. in lectum. Et secundùm ista possunt intelligi iura, quæ dicunt, quòd socius, & aliæ personæ priuilegiatæ non tenentur soluere, nisi quatenus possunt, deducto ne egeant. ista res sibi dimissas, ex quibus viuat, facit omnino suas, & poterit illas alienare ad libitum, cessante fraude, vt per Bald. in l. eius rei. C. quod cum eo qui in aliena potestate. Quod autem dixi de necessitate propria, vt propter eam excusetur quis à restitutione, idem forte dicendum est, si eius filius esset in extrema necessitate, namtunc potuisset filio erogare. Ad hoc facit elegans decisio Ray. de Penna forti, in secundo libro sui operis, sub titulo, de forma restitutionum. vbi dixit, quòd male ablata, debent restitui per episcopum, & si episcopus videt, quod filij eius, qui male abstulit, sunt pauperes, potest episcopus aliquam partem eis concedere amore Dei, & forte totum, secundum eum, quem refert & sequitur Bal. in c. j. §. iniuria. iij. columna. aliàs §. furtum. j. col. ver. quæro quam satisfactionẽ. de pace iura. firmi. feu. Andreas Sicul. in c. cùm tibi. xvj. col. suprà, de testa. & in c. Raynutius. viij. columna eodem titulo. idem voluit Baldus in l. id quod pauperibus. penul. colum. C. de episco. & cleri. facit quod dicit Abba. in capitulo primo. in fin. suprà, de coha cleri. & mu. & consil. xxxv. in fin. in j. vol. & Ioan. Andr. in additio. ad Specu. tit. de instru. edit. §. nunc vero aliqua. versi. lxij. Bal. in l. illa in stitutio. ff. de hæredi. instit. & in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excu. tu. Andreas Siculus in dict. c. cùm tibi. xvj. colum. vbi de aliis, quos per te videas. Ex quibus colligitur consilium salubre,
49 pro executoribus † testamẽtorũ, vt possint distribuere male ablata per testatorẽ in filios eiusdem.

Lex regni.

De necessitate filij.

intelli

intellige, etiam si filij sint spurij: vt notanter voluit Bald. consil. lxv. incipiente, videtur. in iij. volumi.
50 Cuius ratio est, quia pater † alimentare tenetur filium, etiam spurium, saltem de æquitate canonica: vt cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. & cogitabis super hoc, quia non reperio tactum in specie. Videtur tamen fuisse de mente Scoti in iiij. senten. distinct. xv. vbi fortius dicit, quòd si debitor non est in articulo extremæ necessitatis, sed tamen non potest restituere sine magno suo damno temporali, puta destructione artis, ex qua viuit ipse & familia sua, quia oporteat vendere instrumẽta, & libros vel capitale, ex quibus victum lucratur: non tenetur statim restituere, si ille, cui debetur est abundans: ita quòd competenter potest transire sine eo quod sibi debetur: sed debet petere licentiam differendi restitutionem per se, vel per interpositam personam si fieri potest sine periculo: quam si dat potest differre, secundum
53 quod conuenerunt. Si verò non vult dare, tunc secundum Io. de Neap. in quolibe. ix. quæst. xxij. etiam differre potest annuatim aliquid restituendo prout melius poterit, pro cuius dicto facit in ar. cap. sicut. in ver. inuadere. cum glos. xlvij. dist. & d. cap. si quis. infrà, de furt. vbi patet, quòd ma
51 gna † necessitas, etiam si non sit extrema, excusat à restitutione: debet tamen sibi cauere à superfluis, quia non potest viuere cum honore & cum decentia status quis de alieno, secundum Richar. in iiij. senten. dist. xv. ar. v. & ibi Petrus de Palude. & ibi Gabriel quæst. ij. colum. xv. in princip. vers. sed vtrum sit necessarium. quos refert & sequitur frater Antonius Archiepiscopus Florẽtinus. ij. parte. tit. ij. cap. viij. v. colum. Ex quorum dictis concludit, quòd illi qui habent restituere, etsi retineant sibi quodãmodo necessaria pro sustentatione sui & familiæ, ad vitandum multa pericula animæ & corporis, quæ verisimiliter sequi possunt, bonis suis cedendo, & omnibus bonis se spo
55 liando pro restitutione fienda (quod forte tutius esset, scilicet restituere, & inde confidere, etiam si oporteat mendicare, secundum Richar.) ad hoc non videtur teneri de necessitate salutis: tamen non debent tales ita lautè viuere, & pompose vestiri cum familiis suis, & filias suas cum magnis dotibus nuptui tradere, sicut si non essent obligati ad restitutionem: sed parcè viuere, & paruas dotes tradere: & si non possunt nobili vel mercatori nuptui tradere, artifici & plebeio tradant, & alia superflua resecare. Cum multa ergo prudentia hoc negotium agendum est, vt efficaciter videantur facere quod possunt ad restituendũ. & in aliis bene se habere, & cum timore Dei, credo quòd possunt absolui, & communicare. hæc Archiepiscopus, vbi suprà. Ad quorum confirmationem facit quod in simili voluit Iacob. de Aret. & Bald.
52 in l. si maritus. ff. soluto matrim. vbi dicunt, quòd alimenta † quæ debẽtur miserationis causa, non debentur secundum dignitatem, sed secundum necessitatem viuendi. Cum autem necessitas viuendi in casu nostro sit causa, propter quam potest quis alienum retinere: debet intelligi, quòd retineat necessarium ad vitam conseruandã, non autem ad honorem, seu decentiam eius. Ex quo infertur magna restrictio & limitatio ad cap. cùm haberet. suprà, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter. vt latius dico in cap. per vestras. infrà. colum. iij. versi. no. circa fin. Si autem in vita non potuit satisfacere, iubeat hæredi vt satisfaciat. Si verò ille cui debetur ita egeret sicut & ipse, tunc statim tenetur restituere: quia si licet cum alieno incommodo, meum cõmodum facere de alieno, quia prima charitas à seipso incipit. vt cap. non satis. lxxxvj. dist. cap. nisi specialis. de autho. & vsu palli. l. præses. C. de seruitutib. & quæ ibi not. nisi ille cui debetur, libenter concederet licentiam differendi. Si verò is, cui restator mandat restitutionem facere non restituat, ipse etiam est in statu damnationis, cùm retineat alienum, ad cuius restitutionem tenetur, etiam si per mille transierit manus, si scienter, vt alienum retineatur: quoniam nunquam purgatur vitium rei, quominus teneatur quis ad restitutionem. arg. l. sed vbi. ff. de minor. & l. si ego. §. siue autem. ff. de petit. hæredit. & cap. si beneficia. de
53 præbend. lib. vj. Ex quo infertur, † quòd si quis emit scienter rem habitam ex furto, vel rapina, seu alienam, tenetur ad eius restitutionem, & perdit pretium, nec repetit à vero domino: vt ff. de euictio. l. si ideo. & l. si per imprudentiam. in prin. ad idem l. emptorem. ff. eod. titul. & l. emptorem. ff. de actio. empt. l. si fundum. C. de euictionibus. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. xj. & ibi notatur, & in cap. si quis presbyterorum. de reb. eccles. non alienan. per Abb. in cap. causam. in fi.
54 de re iudic. Ille enim, qui † scienter pretium pro re aliena soluit, donare videtur. argum. ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. probat l. si fundum. C. de euictio. & l. inciuilem. C. de furtis. fortius dicit lex regni, Foro legum. titul. de las compras. l. vj. quæ incipit, si algun hombre. quòd qui scienter emit rem alienam tenetur eam & tantundem, domino restituere. Idem, si titulo donationis vel permutationis habuerit, quod est valde notãdum ad extensionem iuris communis. Itaque non solùm tenetur ad restitutionem, † qui scienter emit
55 rem alienam: sed nec liberatur vendendo, aut aliter alienando nec amissione, seu interitu rei: nec alio casu interueniente, etiam si vi vel furto iterum ei subtrahatur: nam & tunc tenetur restituere rem, vel pretium rei, si vendidit, vel casu perlit, quantum plus valuit ex ea die, qua emit, vel aliter illicitè acquisiuit, & quicquid inde habuit, nullas expensas deducendo: quia contractando rem alienam furtum committit, & tanquam fur semper est in mora non restituendo: vt l. qui iumenta. ff. de furtis. & l. ij. C. eod. ff. de condit. furt. l. in re furtiua. ff. commod. l. si vt certo. §. sed interdum. C. de rei vendi. l. certum. ita not. concludit Host. in summa. titu. de pœni. & remis. §. quibus & qualiter. versic. quid de prædam ementibus. Ratio prædictorum potest esse, quoniam qui scienter
56 detinet rem † alienam, etiam sine inuasione; tenetur ac si spoliasset, quia succedit scienter in vitium. vt capi. sæpe. de restitut. spoliat. & cap. quia Gu. de iudic. quam si non restituat, furtum committit. vt l. falsus. §. qui alieno. ff. de furtis. facit ç. si quid inuenisti. xiij. quæst. v. & quod not. in cap. quia frustra. infrà, de vsur. & l. ancillæ. §. fin. C. de furt. & l. finali. C. quæ res emi non po. Is enim, qui rem alienam scienter detinet, partitur cum fure, & per consequens fur est: vt cap. qui cum fure. infrà, de fur. glos. fin. in cap. dilectus. de exce.

Qui tenentur ad restitutionem.

Lex regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex regni.

præ. & pœna furti tenetur: vt disponit lex regni, Foro legum lib.iiij.tit.xiij.l.vj.incipit,todo hombre que alguna cosa.&l.sequenti,de quo per Henricum in cap.sicut dignum.de homic. colum. iiij. & per Anchara.in repetitione regulæ,peccatum. xxviij.col.de reg.iur. libr.vj. Adde bonum text. in l.cùm hæres.ff.de diuersis & tempor.præscrip. turpia enim lucra sunt ab hæredibus expelienda, & ab ipsis retinentibus extorquenda.ff.de calum. l.in hæredem.glo.in c.ecclesia. q.iiij. verfic. conquisita: vbi text. non dicit, quòd nullum excusat ignorantia criminis, maximè cùm ex eo vtilitas deferatur ignoranti: veluti si quispiam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget,non excusat filium ignorantia, quin post mortem patris teneatur reddere malè conquisita. Ratio est secundum glos. quia in vitium succedit parentis, vt suprà dictum est. de quo pulchrè Gabriel iiij.sentent.distinct.xv. quæst.iij. colum. xiij.versi.j.& col.xv.versicu.secunda propositio. Idem dicendum,si quis ignoranter emit, vel aliter habuit rem alienã,& illicitè acquisitam. Nam & tunc ad eius restitutionem tenetur,si ignorantia fuit crassa & supina: vt quia communiter dicebatur apud omnes vicinos, seu maiorem partem eorum, quòd res esset alienа:arg.tex.in cap.apostolicæ.de cler.excom.& ff.de verb.signifi. l.latæ culpæ.ad idem l.inciuile.C.de furt.videas Gabri. iiij.sentent.distinct.xv.q.iij. col.xv. verf.secunda propositio.& Ioan.Maioris ead.distin.q.xx. maximè si ecclesia hoc prohibeat, ne tales res emantur tanquam alienæ,& emptores excommunicat. facit ad hoc text.in cap.j. §.fin. & cap.ij. de ord. ab episcopo qui resig.epif.& xvj.q.j. cap.si cupis. quo casu,si ad mandatum iudicis restituat, poterit agere contra venditorem ad pretium,& ad interesse: vt cap.fin.suprà,de empt.& vend. xij.q.ij. Vuiteranæ. Si autem restituat ad præceptum sacerdotis in foro pœnitentiali,cessat euictio. Sed in eodem foro inducendus est venditor, vt ipsum seruet indemnem, licet in contentioso non teneatur: vt ff. de euictio.l.si rem.& d.cap.fin. de empt. & vendit. Si tamen ille, qui rem à principio male acquisiuit, vero domino satisfecit, liberati sunt omnes, qui postea illam habuerunt ex titulo emptionis, vel donationis, vel quouis alio modo: quia purgatum est vitium, ex quo plenariè fuit satisfactum. Si verò aliquid restat restituendum, tenebitur successor ad restitutionem: vt latè tradunt præfati doctores in locis prælegatis. signanter Anchar. vide Cepollam cautela decima-
17 nona. Vno tamen casu tenens scienter rem alienam non perdit pretium, imo illud recuperare potest à vero domino, quando scilicet emit bona fide, non vt ipsam lucretur, sed vt ipsam restituat domino recepto precio,& interesse suo: cùm alias dominus rei illam recuperare nullo modo posset, vel non ita de facili, quo casu non committit furtum, vt l.falsus.§.penul.ff.de furtis. imo vtiliter gerit negocium. Ideo totum poterit recuperare pretium, & interesse suum: etiam si res finis culpa sua periuatur, vel amittatur, vt tamen quicquid percepit ex alia re, vel occasione illius, totum compenset, vsque ad quantitatem concurrentem, secundum Rayn. argum. ff. de nego. gest. l.sed an vltro. §.ij.infrà,de accusat. cap. cùm dilecti.§.fin. Adde bonum text. in capit.rapinam.

xiiij. quæstio.v. vbi dicitur, quòd rapinam emere non licet, nisi ea intentione, vt ei cui est ablata restituatur. vide decisionem Tholosanam cij. Idem
18 dicas, † si furtum committatur per domesticum, vel mercenarium, res furata pignori detur alteri: non enim cogitur creditor ad restitutionem, nisi mutuum ei soluatur. ita disponit lex regni regis Alfonsi, de las tahurerias. l. xxxij. incipit, aquellos que tiennen hombres. quia videtur bona fide recepisse,credens quòd mandato domini pignorasset, vel vt domino restituat, recepto pretio,vt prædixi. Intellige, dummodo famulus vel domesticus erat communi opinione bonus & fidelis,vt latè dico infrà in cap.per vestras.in sexto notabili.§.vij.infertur. versi.ex quo posset attentari. Sed licet in iudicio animæ credatur ei de conscientia sua, in iudicio tamen contentioso non credetur ei,nisi publicè hoc protestetur. argum. de nego.gest.l.Nesennius.C.de furt. l.secunda.ff. de admi.tuto. l.non existimat.suprà, vt eccles.benef.c.vno.§.j.suprà, de elect.cap.quia propter.§.
19 finali. Ex istis infertur, quòd † recipiens in custodiam res furtiuas scienter, furti tenetur.l.eos qui. C.de furt.& ibi Bald.facit contra receptantes res furtiuas scienter. Idem dicendum de his, qui scienter recipiunt pignori res furtiuas.ff.de condictio. indeb.l.seruus cuiusdam.quod est not.secundum Raphaelem in dicta l. eos. Si tamen non potest
20 reperiri † dominus rei,vel nescitur vbi sit, erogetur pauperibus de consilio diœcesani: & hoc etiam publicè fiat, præmisso banno in ecclesia, & diligenti inquisitione facta, vt omnis suspitio euitetur.argumen. in capit.cùm inhibitio.suprà, de clandest desponsa.& capit.cùm in tuas. qui maccusa.poss. Et si hoc pacto non inueniatur cuius sit res, liberabitur dando eam pauperibus, pro anima illius, cuius res est, quia in hoc vtiliter geritur negocium suum.argum. duodecima quæstione secunda.capit.quatuor. circa finem.ita tenet Hostiens. in dicto versic. quid de prædam entibus.in fine. & Anchara. in dicta regula.peccatum.& Henricus in dicto cap. sicut dignum. qui subdit,quòd si interim res pereat, aut casu amittatur culpa possessoris, perit periculo domini, & si non pereat, & debeat pauperibus erogari, eo casu,quo non reperitur dominus, si ille qui emit, est ita pauper, poterit eam retinere sibiipsi, tanquam pauperi, de mandato & consilio prælati. quod est bene notandum, & faciunt ad hoc multa,quæ superius retuli. Sed est pulchra dubitatio,
21 quid si post restitutionem † factam pauperibus, apparet dominus,vel eius hæres, an debet ei iterum solui? vide Gabrielem iiij.senten.distinctio. xv.quæst.ij.fin.colum-in princ. Ex quibus omnibus infertur ad vnum, quod quotidie accidit, & vidimus de facto temporibus retro actis. Durante enim schismatis tempestate in his regnis, aliqui tyranni occupauerunt castra ad alios pertinentia, ex quibus castris in locis conuicinis, & personis, per tyrannidem multa damna inferebant, cúmque domini castrorum ea de facto recuperare non possent, alij domini temporales, quorum terra & vasalli grauia damna patiebantur, dicta castra certa pecunia redemerunt, aut circumeuntes cum magno exercitu & sumptibus, illa castra obtinuerunt,non animo lucrandi, sed potius restituendi veris dominis, & euitandi incom

Lex regni. Videin prag matica, fol.clxx.

in commoda sibi & suis occurrentia: & vt vexationem suam redimerent, cùm aliter se defendere non possent. Certè isti tales non dicentur malæ fidei possessores, nec tenebuntur veris dominis castra restituere, nisi prius satisfiat eis de expensis,damnis, quæ in recuperatione castrorum sustinuerunt:quoniam isti vtiliter gesserunt negotium eorum, quorum castra erant. Ita per plura, & singularia fundamenta concludit Ancha.in dicta regula,peccatum.xxvj.colum.ver. sed occurrit quæstio. quæ per te videas,& memoriæ cómenda.& vide Bart.l.nam & seruius.ff.de neg.gest.& l.fi.C.de bon.aut.iudi.pos.quam tene menti.vide Bar.in l.si non sortè.§.si centum.de condi. inde.
62 ff. Adde prædictis, quòd † princeps inuito vasallo potest fortificare castrum: vt l.fin.§.fi.ff.de pign. actione.& l.prima. C. de nauibus non exhibendis.libr.xj.secundum Albericum in l.fin. ff.de vsu & habi. Idem sentit Ange.in authen.nunc se habere.C.de litigiosis.refert & sequitur Iacob. de sancto Georg.in tractatu feudo. in parte, de castro Rubei montis.colum.ij.ver. quæro vtrum.& colum.iij.in princi.& in tractatu, de homagio. col. fi.ver.rursus.& in prædicta colum.iij.versi.dubitatur.Eo tamen casu, quo princeps fortificat castrum vasalli,vel ecclesiæ, vt exinde commodius guerram faciat:postea finita guerra,dominus repetit castrum: debet sibi restitui sumptibus non solutis,nisi tanquam vnus de populo,cuius fauore castrum fuit fortificatum, secundum Bald. in l. si in aliquam.in fi.principij.ff.de offi. proconsulis & legati. quod tene menti.refert & sequitur Iacobinus in trac.feu.in parte, de castro Rubei Mõtis.col.iiij.in fi.cum sequenti. Ex istis aliàs diceba tur in cõtingentia facti temporibus nostris, cùm regnũ istud pluribus calamitatibus laboraret, & Pontem Ferratũ quidam in custodiã teneret, pro regina Ioanna domina nostra. Comes de Lemes, vidés locũ & castrũ illud periculo subiacere, quia forsan alij magnates illud capere volebant:ipse illud cepit, vt reginæ, sicut ille dicebat, restitueret, vel pro ea conseruaret. Quodsi hac intentione fecit,non incideret in pœnam: imò posset sumptus ibi factos repetere, per ea quæ paulo antè diximus de emente rem alienã vt vero domino restituat. Multa alia in materia restitutionis male ablatorum dicere putaui, prætermisi tamen ex proposito,quia locus iste non est accommodatus. melius enim caderent in c.per vestras.infrà.eod. in versi.ad partem honesti lucri. Sed quia de lege regni, quæ de lucris mariti & vxoris loqui cœpit, ne materia diuideretur in partes, volui hic pone re. Sufficiant ista,per quæ saltim mediocriter poteris instrui,an & quando maritus,qui aliquid illi cite acquisiuit,teneatur ad eius restitutionem: & quid de vxore,& filiis,& successoribus. Limita
4. Limitatio. Quãdo acquisita pro ueniunt ex quæstu vel opera.
63 bis quartò prædicta, vt † acquisita constante matrimonio, veniant inter contuges communicanda,quando acquiruntur ex industria alterius coniugum,vel exquæstu,vel opera:vt l.coiri.cum legib.sequen.ff.pro iocio.& l.sed & si adiiciatur.eodem titulo.vbi dicitur,q ea quæ à sociis acquirun tur ex emptione,venditione,vel locatione condictione:cætera quæ ex opera & diligentia descendunt,communicantur inter eos,vt sic communicent sibi actiones & passiones vir & vxor. nam & compaternitatem sibi cõmunicant: vt est in c. Martinus.de cogna.spi.& l.si cum dotẽ.§. sed illud.ff.so.mat. nõ tamẽ sibi communicant hæreditates,legata,& donationes,cum ex quæstu non dependeãt:quia ista non sine causa proueniunt, sed forte ob meritum aliquod accedunt:vt l.nec adiecit.cum sequentibus.& l.duo.§.fi.ff.pro socio. Ita que in societate omnium bonorum, quæ contrahitur ex promisso,aut actibus socialibus, nõ sunt conferenda,nisi ea,quæ ex actibus quæstuariis & negotiationibus acquiruntur:non autem quæ ex legato vel donatione etiam facta ob merita obueniunt:vt di. l.coiri. cum sequentibus. vsque ad l.cum dicatur.ff.pro socio.licet secus sit in expressa societate omnium bonorum, etiam facta per conuentionẽ expressãm.l.iij.§.j.aliàs Papinianus. §.socium.eo. ti.hanc differentiã facit l.si duobus. eo.tit.aliàs d.l.Papinianus.§.sociũ.&l.socius pro filia.iuncta glo.eo. ti. secundùm Bald. in authen. ex testamento.pe.col.versi.ij.quæro. C. de colla.
64 Alex.cõsi.xl.ij.vo.co.j.ver.ij. Et inde est,q † donata socio,non societati,efficiuntur socij,cui donantur,& alteri socio non communicat, quãuis sit frater:secundũ Bald.in l.cum oporteat. suprà, de bon.quæ libe.j.col.ver.circa istud. Intelligẽ,nisi fuerunt socij omnium bonorum: vt l.societatem vniuersorũ.ff.pro socio.& dixi suprà. Ad idẽ facit tex.in l.sociũ qui in eo.§.socius.ff.eo. vbi pro
65 batur secundũ Bar.q † damna & lucra obuenientia vni ex sociis, contẽplatione personæ non sunt communicanda cũ socio: quamuis societas huius lucri fuerit occasio. Vnde si propter societatem habui necesse accedere ad curiã principis,& dum coram principe tractarem negotia,placui principi, ex quo donauit mihi castrum. Certè hoc non facit cõtemplatione societatis, sed personæ meæ tantum: licet nunquam accessissem, nec habuissem,nisi propter societatem. Vnde nunquã istud venit communicandũ, secundũ Bar. Idem tenet Bal.in rubr. C.pro socio.in fin.facit tex. in l.cum duobus.§.cum duo.ff.eo.& idem tenet Bal.in tractatu de duobus fratribus. in v. q. inferendo ex hoc,q si filius faciendo mercantiam, cũ pecunia paterna,habuit notitiã cũ aliquo domino, qui ei donauit aliquid,illud nõ venit conferẽdum:licet contrariũ velit Specu.ti.de iudi.§.sequitur videre.ver.quid si isti filio.de quo per Angelum,cons. lxxxv.cuius meminit Ias.in l.illud.pe.co.C.de colla. Et ratio est secundũ Bart. quia negociatio vel mercantia est causa remota ipsius donationis: licet per mercantiam filius habuit notitiã cum donatore, quam aliàs non habuisset. ideo tanquam aduentitium non venit communicandum: vt d.l. socium qui in eo.§.fi.& ibi glos.& in l.j.§.nunc vi deamus.ff.de eman.libe.Secus esset,si mercantia esset causa proxima & immediata ipsius donationis:vt quia ratione mercantiæ quis donauit, volens societati acquirinam tunc venit conferendũ: vt l.in actione.§.ité Labeo.ff.pro socio. Ex quib. apparet,secundũ Bar.q omnes leges dicẽtes respiciendũ cuius cõtẽplatione &c. debẽt intelligi de causa proxima, & immediata, per dict.§.fi.quod est valde notandũ. Et facit quod in simili de causa proxima dicunt doctores in alia materia, in c. de cætero.infrà,de homicidio.& quod voluit Abba.in c.postulastis.de cõcessio.præbend & multi alij, de quibus supr.§.xlv.ver.nec etiã obstat. Et ex his sumpta fuit lex regni, Foro legum lib.iij.l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

j.& ij. vbi dicitur, quòd illud, quod alter ex coniugibus constante matrimonio habuit ex hæreditate patris, vel alterius propinqui, consanguinei, aut ex donatione regis, aut consanguinei, vel amici, non venit communicandum alio coniuge. Ad idem optima lex regis Henrici quarti en Nieua, anno Mccccl xxiij. quę declarando legem prædictam, & nonnullas alias, quæ super eam emanarunt, dicit, quòd omnia quæcunque bona castrensia & officia, & bona donata à rege, vel alio, quæ aliquis coniugum constante matrimonio acquisiuit, non tenetur cum alio communicare: fructus tamen ipsorum bonorum sunt communes, & etiam alia bona superlucrata, siue acquisita, durante matrimonio, vt ibi dicitur. Et ita practicatur in audientia regali, & sic pridie iudicauimus in causa doctoris de Montaluo, cum filiis vxoris: nam strenuissimi reges nostri concesserunt ipsi doctori triginta millia marapetinorum percipiendorum ad vitam ipsius doctoris: cui adiudicauimus titulum, & fructus perceptos constante matrimonio, pronuntiamus fore communes. Ex istis infertur ad duo satis notabilia, & quotidiana. Primò, quòd fructus, quos maritus habet ex commenda sancti Iacobi, quia est commendatarius, licet dicantur quasi castrenses, communicat cum vxore. Secùdò infertur, quòd vsumfructum
66 quem † habet pater in bonis filij, ex bonis aduentitiis vel profectitiis (cùm ibi non fit dare aliam proprietatem: iuxta not. in l. cùm oporteat. C. de bonis quæ liber.) non communicabit cum vxore. Cogita. vide quæ dixi suprà §. lxij. vnde lucra habita. versicu. vnde fructus omnium bonorum. in additione incipiente, ampliabis prædicta. & videtur expressum in l. fin. §. fin verò persona diffinita. C. ad Tertullianum. vbi in vsufructu patri iure patriæ potestatis acquisito, vxor nullum habet ius patre viuente: præsertim si vxor non est eiusdem filij mater: quoniam si mater est, æqualiter admittuntur pater & mater, attẽta mente legum regni. Quamuis aliquibus hoc non sit sine scrupulo. Vtcunque sit ille vsusfructus, qui patri debetur, non communicat cum vxore: bene tamen communicat fructus inde perceptos, vt ex prædictis satis patet, & ita practicamus.

SVMMAE RERVM.

1 *Lucrum est deducto damno, & damnum dicitur deducto lucro.*
2 *Debitum contractum inter coniuges constante matrimonio, debet per eos solui.*
3 *Societatis proprium est, quòd lucra & damna inter eos diuidantur.*
4 *Gregem pecudum si quis dederit æstimatum, cum pacto quòd omnis vtilitas & periculum sit commune si pecudes casu moriantur, quilibet patitur damnum, quamuis pactum sit contra naturam emptionis.*
5 *Maritus si est carceratus pro debito, de bonis communibus est soluendum.*
6 *Debitum contractum ad alimenta, an debeat solui ab vxore, viro existente non soluendo.*
7 *Dos filiæ soluitur de bonis constante matrimonio acquisitis.*
8 *Dotare filiam tenetur maritus de suo.*
9 *Donatio quam facit vxor marito, vt maritetur filia communis, valet.*
10 *Velleiano non innatur mulier, quæ pro dote intercessit.*
11 *Vxor se obligans cum viro, vel pro eo in causam viri, est ipso iure tuta. & non valet obligatio.*
12 *Dotem repetere potest vxor à marito, qui absens erat, quando ipsa filiam dotauit.*
13 *Extraneus, qui dedit vel promisit dotem pro muliere, si erat debitor eiusdem mulieris, in eadem quantitate, vel maiori, videtur hoc facere animo compensandi, vel se liberandi, etiam si hoc non expressisset.*
14 *Vir si ex seipso non esset potens ad tantam dotem, quanta promissa fuit pro filia communi, ipsa mater videtur de reliquo se obligasse.*
15 *Alimenta præstita filiæ, quam mater retinebat in domo, non repetuntur à matre.*
16 *Filius si ab hostibus per matrem redimatur, non videtur animo repetendi redemisse, nisi protestata fuerit.*
17 *Gestor negotiorum, in dubio videtur expendere de bonis illius cuius negotia gerit.*
18 *Donare non videtur mater, si est administratrix necessaria.*
19 *Puniri non debet vxor pro marito, nec econtra.*
20 *Si vnus ex socijs commisit delictum, de quo fuit condemnatus, ista condemnatio non debet solui de communi.*
21 *Seruus communis, vel familia, si furtum fecerit, alteri ex dominis sciente, in quisciit, omnium nomine tenebitur.*
22 *Delictum prælati non nocet ecclesiæ.*
23 *Abbas si sit ingratus cum conuentu delinquendo aduersus donatorem, ipse cum conuentu à monasterio expellitur: donatio tamen non reuocatur.*
24 *Delictum quasi contrahitur.*
25 *Maritus ex causa solus nomine suo potest alienare res quæsitas constante matrimonio, sed in socio secus.*
26 *Administratione generali alicui concessa, non permittitur ei, qui dolosè faceret, nec per hoc obligatur dominus.*
27 *Administrator generalis litigans sine iusta causa, si condemnatur in expensis soluit de suo.*
28 *In generali mandato non includuntur illicita.*
29 *Donandi potestas non venit in generali mandato.*
30 *Administrator regni potest donare ratione generalis administrationis quam habet in regno.*
31 *Insolita aggredi est culpa.*
32 *Sententia iniusta est casu fortuitu.*
33 *Venditor non tenetur de euictione, si iudex male iudicauit.*
34 *Casus fortuitus non imputatur socio.*

ILLVD autem quod suprà dictum est, quòd inter coniuges tacitè videtur contracta quædam societas, propter quam lucra acquisita constante matrimonio, per alterum eorum, veniunt diuidenda: intellige etiam in damnis. Lucrum † enim est deducto damno. l. tertia. ff. de in rem verso. l. sed si adiiciatur. ff. pro socio. l. Mutius. & ibi Bartol. eodem titu. sicut econtra damnum dicitur deducto lucro, secundum Paul. ibi. & consilio clv. Nam omne debitum † contractum per eos constante matrimonio, debet per ipsos solui: vt disp

§. LXV. Coniuges socij sunt in damnis & debitis.

Lex regni. vt disponit lex regni, Foro legum libr. tertio tit. xx. Lxiij. & lex Stylicc v. quæ incipit, todo debito, dicens, quòd licet solus maritus contrahat debitum, nihilominus vxor tenebitur ad medietatem debiti. Et subdit fortius, quòd si vxor vnà cum marito, tanquam duo rei debendi, insolidum se obligent pro debito: & illud petatur à sola vxore, ipsa tenebitur ad totum debitum: quia ex quo vult habere partem in lucris, similiter debet participare in debitis, seu dandis. Et videtur hoc satis rationabile: nam ex quo sunt socij, vt suprà dictum est, proprium † est societatis, quòd lucra
3 & damna inter socios diuidantur: vt l. si merces. §. vis maior. ff. locati. & lege, cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio. vbi si socius profectus est causa negotiationis ad merces comparandas, incidit in latrones, suam pecuniam & res perdidit, serui eius vulnerati sunt: tenebitur socius actione pro socio, vt partem damni agnoscat, tam pecuniæ, quàm cæterarum rerum, & expensarum medicorum. Idem tenet Baldus in lege, socium. §.
4 socius. ff. eodem. ad idem est tex. in l. si id quod. §. idem Celsus eodem titu. cum pluribus aliis. & v. parti. titu. x. l. vij. Prædicta sunt sanè intelligenda, nisi forsan vxor, vel eius hæres velit abstinere à lucris: nam tunc non tenebitur ad debita, vt dictum est suprà. §. lxiij. in fin. & disponit lex Taurina lx. incipit, quando la muger. & cùm ius acceptandi vel repudiandi duret triginta annis. l. licet. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. oportet, quod monetur vxor vel hæres, quòd acceptet vel repudiet lucra, constante matrimonio habita: & tenetur hoc facere infra centum dies, ad mandatum iudicis, qui poterit illud tempus abbreuiare:
5 vt l. secunda. ff. de iure delib. & lege prima. §. si intra. ff. de successio. edicto. Inst. de bonorum pos. §. liberis. ad idem lege, quandiu. & ibi Bart. ff. de acqui. hære. & l. sicut curatoris. ff. de iure deli. leg. si quis instituatur. ff. de hæredibus instit. Postquam autem vxor vel hæres semel declarauit acceptando, vel repudiando, non poterit pœnitere: vt l. sicut. C. de repu. hæredi. quinimo poterit iudex breuius tempus assignare: iuxta notata per glo. & doctores in capit. ex parte. el primo, de verbo. signi. & in l. diffamari. C. de ingenuis & manumissis. & ita practicatur. Mandat ergo iudex ad petitionem mariti, vel hæredis, seu creditorum, quòd
6 infra decem dies vxor vel hæres declaret, an velit habere partem lucrorum, nè ne: alioquin habeatur pro repudiante, vel acceptante, si hoc est sibi deterius: iuxta no. in l. fin. §. finautem. C. de iure delibe. & in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. act. & in dicta lege, quandiu. Si ergo maritus vtatur re communi ad eum vium, ad quem deputata est res: si res periit, ambobus perditur: vt l. communis seruus. la secunda. ff. communi diui. & l. penul. ff. de actio. empt. Secus forsan esset, si res perdita non erat communis, sed alterius cõiugum, & casu perit: nam tunc periculo domini periret: vt l. quòd te. ff. si cert. & l. incendium. C. eodem. & l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. cum sim. vnde non refarcietur de bonis superlucratis. Consuetudo tamen huius regni est in cõtrarium: nimò quòd de bonis superlucratis refarciatur damnum casu cueniens in bonis alterius coniugum: & sic iudicatum fuit in cancellaria, & videtur satis rationabile, per text. in dicta lege, merces. §. vis maior. ff. locati. & dicta l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio. vide Glan. Foro legum libro tertio. titu. de las ganantias. lege prima. versi. pro medio. Negari enim non potest, quin omnia bona coniugum sunt ad commodum vtriusque, ex quo fructus sunt communes. Damnum ergo superueniens, vel casus fortuitus, debet refarciri ex bonis cõmunibus, nisi forsan culpa ipsius coniugis, cuius sunt bona, damnum euenerit, quo casu iudicio meo, non refarciretur de lucro communi, per ea quæ cumulat Fely. in cap. quę in ecclesiarũ. de consti. xliij. columna. ita concludit Montaluus Foro legum libr. tertio, titu. iij. l. prima. in verbo, por medio. ad hoc l. cum duobus. aliàs incipit, si fratres. §. per cõtrarium. & l. adeo. §. quod in alia. ff. pro socio. facit l. quo quis ex culpa. ff. de regul. iur. facit ad prædicta, quod voluerunt Petrus & Bald. in l. si pascenda. C. de pac. Alexand. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mor. in apostillis. vbi dicunt, quòd si aliquis dat
4 † gregem pecudum æstimatum, & apponitur pactum, quòd omnis vtilitas & periculum sit commune, si pecudes casu moriantur, quilibet patitur damnum, quamuis pactum sit contra naturam emptionis, & per consequens tollatur de medio. & pro hac decisione videtur casus in dicta l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. secundùm Alexan. vbi suprà, vide in c. vestras. infrà eo. vj. no. in prima limitatione. ver. ex prædictis habes. Idem dicimus in debitis contractis constante matrimonio, nam & damnum talium obligationum debitorum erit commune mariti & vxoris, vt suprà dictum est. text. in l. omne æs alienum.
5 cum l. sequenti. ff. pro socio. Et si maritus est † carceratus pro debito, de bonis communibus est soluendum, vt d. l. cum duobus. §. damna. & §. quidam sagariam. eod. titu. Et si non sunt bona communia, ex quibus possit creditoribus satisfieri, satisfaciendum est de bonis vtriusque, vt volunt ll. prædictæ. Et si forte maritus nulla habeat bona, si quidem contraxit debitum, recipiendo mutuo pecuniam, ex qua aluit vxorem, tenebitur vxor illam pecuniam soluere, vt voluit Io. de Pla. in l. vxorem. C. de decurio. lib. x. arg. eius quod in simili voluit Barto. in l. his solis. ff. de condictio. indebit. vbi dicit, quòd si ego mutuaui pecuniam pauperi, & existenti nõ soluẽdo. quæ ex illa pecunia † alimentauit filios, possum agere cõtra filios, qui habent forte res maternas. quod dictum refert, & sequitur Ange. in d. l. his solis. & Ludo. singulari cexij. incipit, pater. & Cepolla cautel. celij. incipit, quid si pater. Vnde caut. s debet esse creditor, qui mutuat pecuniam, vt faciat poni in instrumento, quòd mutuat pecuniam patri: ad alimentandum filios, vel marito, ad alimentandum vxorem, & erit hoc vtile. arg. l. final. ff. de exercito. Licet enim filij vel vxor ex tali pecunia locupletiores facti non sunt, tamen negari non potest, eos locupletiores eius occasione. ergo &c. vt l. ij. §. j. ff. ad l. Rho. de iactu: Et si vestimẽta filiis empta starent, non esset dubium. Sed consummata in alimoniam, an sint repetenda, in hoc consistit dubium. considerato, quòd naturalis stimulus ad alendum parentes necessitat. Credit tamen Angelus in dicta lege, his solis. idem, si tempore alimentorum pater erat inops, & sic non tenebatur alere, vt l. si quis à liberis. ff. de libe. agno. & fa-

Vxor soluit debitũ contractum ad alimenta.

Quãdo res perdita erat alterius coniugum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Dos filiæ solmitur de bonis constante matrimonio acquisitis.

cit l. in summa. §. instrumenta. ff. de condi. inde. secundùm Angelum & est magna restrictio. Cogitabis. Ex istis infertur ad vnum quotidianum, si † maritus viuente vxore promisit dotem profilia communi, cùm sit debitum constante matrimonio contractum: debet ex bonis communiter acquisitis solui, propter generalitatem legis regni prædictæ, quæ dicit, quòd omne debitum contractum constante matrimonio inter virum & vxorem, debet ex bonis vtriusque solui, & per consequens de bonis superlucratis: præsertim quia lex regni, ordinationum lib. v. ti. iiij. l. iiij. de qua statim fiet, mentio, permittit marito de bonis superlucratis disponere, dummodo dolosè & fraudulenter non faciat. Modo ergo constituat pater filiæ dotem, modo illam promittat: videtur hoc fecisse de bonis constante matrimonio acquisitis: cum hic nulla fraus vel dolus interueniat: imo hoc ipso quòd constituit filiæ dotem, vel promisit, videtur omnis fraus abesse: quia pietas patris non est reprehẽdenda: vt dicit ille text. singularis in l. prima. §. at si transegit. ff. si quid in fraudem patroni. Hoc est hodie constitutum per legem Taurinam liij. incip. si el marido. Adde ad prædictam confirmationem notandam legem Styli ccviij. quæ disponit, quòd si durante matrinio marito debeantur centum ducati per debitorem. ipseque debitor faciat donationem alicuius rei filio ipsius creditoris, cum hoc, quòd sibi soli quæratur per viam maioratus, & ob hoc creditor debitum sibi remittat: valet ista debiti remissio, nec vxor poterit vnquam cõtradicere, vel aliquid ratione debiti petere. Itaque valet remissio debiti, facta fauore filij: quamuis debitum sit commune mariti, & vxoris: valebit similiter dotis datio filiæ de bonis acquisitis constante matrimonio à solo marito. tene menti hanc inductionem. Vnde si solus maritus dotem promisit, vel aliud debitum constante matrimonio contraxit, sub hypotheca bonorum suorum: eoque defuncto, diuidun tur bona superlucrata inter filios & matrem, filia cui dos fuit promissa, vel creditur, potest agere contra matrem, eandemque vxorem pro medietate debiti, cùm lex præsupponat eam obligatam. ergo dabitur actio contra eam: quia obligatio est mater actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. Insti. de ver. obl. in princ. quinimo videtur, quòd filia, cui dos fuit promissa, vel creditor debet agere contra matrem pro dimidia, cùm lex diuidat obligationem. iuxta no. in l. j. C. si plures vna sententia fue. condemnati. Non ergo poterit agere contra fratres patrisque hæredes insolidum. Poterit ergo filia, vel creditor agere contra matrem actione hypothecaria pro dimidia, super bonis superlucratis, quæ similiter venerunt: nec se excusabit dicendo, quòd prius ageret contra hæredes mariti, vel bona sua, & ad illam deueniatur in subsidium. Cogita super his. Et si quispiam dixerit. quòd imo fraus videtur inesse in tali promissione, cùm † maritus ex suo teneatur dotare filiam: vt l. finali. de dotis promissio. Vnde solvendo de bonis communibus fraudat vxorem. Dico, quòd illud procedit de iure antiquo, secundùm quod omnia bona constante matrimonio quæsita, erant mariti: vt dicebat Innoc. in capitulo cùm in officiis. de testa. in gloss. magna. ad medium. quem refert & sequitur Bald. in capitulo primo. §. decedente. qui feu. dare pos. li. feudorum. dixi suprà column. cccviij. versicu. ex ista autem societate. Nam tunc iustum erat, quòd maritus teneretur præcise dotare filias de bonis suis. Sed cum hodie per iura regni bona acquisita constante matrimonio communicentur inter maritum & vxorem, iustum est, vt de istis bonis acquisitis videatur maritus dotem donare, vel promittere. æquum est enim ex quo vxori consulitur super bonis acquisitis, vt medietatem habeat, similiter grauetur in alio, vt dotentur filiæ de communibus. arg. legis. cum qui. ff. de iureiurand. cum similibus. vide iuxta hoc Marianum consilio ccxv. incipiente, visa prædicta. versi. non obstat. circa medium. vbi tractat quòd mater tenetur filiam dotare. Et si dixeris, imo de iure ciuili antiquo vxor acquirebat sibi, non marito, vt concluimus suprà in loco prælegato, sed nihilominus onus dorandi filias incumbebat patri, vt dicta lege finali. C. de dotis promissione. Dico, quòd si vxor acquirebat sibi ex operibus fabrilibus, non tamen obsequialibus, quas marito præstare tenetur, vt dixi, maritus autem quicquid acquirebat, sibi ipsi quærebat, vndecunque acquisisset, & multo plura acquirit maritus, quàm vxor. Vnde ex quo lex grauat maritum in hoc quod acquisita per eum diuidat cum vxore, æquissimum videtur, quòd de istis lucris soluantur dotes filiarum, quamuis ad curam & onus patris spectent, quamuis sine vxore dotem filiæ promisisset, vel constituisset, onus enim dotandi, occasione matrimonij prouenit, exinde filij generantur, & dos & donatio propter nuptias constituitur, & per consequens est debitum contractum constante matrimonio, & occasione matrimonij & societatis, quæ per matrimonium contrahitur, & consequenter de bonis communiter acquisitis soluendum. per text. not. in l. socium qui in eo. §. socius. ff. pro socio. cum l. sequenti. vbi damnum proueniens socio ex causa societatis, de bonis societatis soluitur. & ibi notat. Bart. de quo suprà. habita est mentio. §. lxv. ad finem. ver. limitabis quartò prædicta vt acquisita &c. Ad idem facit text. in l. omne æs. & l. cum duobus. §. quidam sagariam. eod. titu. & l. ex parte. in princip. ff. fami. er. ad idẽ l. contra iuris. §. filius. ff. de pact. ad idem l. prima. §. sed nonnullos. ff. de tutelis, & ratio. distra. & l. cum plures. ff. de admi. tu. & l. filius fam. in princi. ver. quid ergo. ff. de dona. qui tex. est no. ad propositum. ad idem facit quod notanter dicit Bald. in authen. ex testamento. viij. colum. ver. decimum septimum capitulum. C. de coll. quem per te videas. Ex quibus omnibus concludo vt supr. præsertim si vxor vnà cum marito dotẽ pro filia promiserit soluendam. Nã tũc fine dubio videtur dos data vel promissa de bonis superlucratis, constante matrimonio, quamuis eorũ dominiũ pro sua parte statim fuerit acquisitum vxori, vt infrà. dicetur. Ad hoc allego text. singularem in l. Lucius. ff. quibus mod. pigno. vel hypothe. solui. vbi dicitur. quòd si maritus erat debitor vxori in certa quantitate, sub aliquorum prædiorum hypotheca, & eadẽ prædia cum vxore sua filiæ suæ in dotem dederit, per hoc videtur vxor marito cõsensisse donãti, & iuri hypothecæ renuntiare. Bene facit tex. fing. in l. mater cum filiæ ff. de iu. do. vbi litera dicit, Mater cũ filiæ aurũ dedisset vtẽdum, pater

Vxor tenetur dotare filias simul cum marito de iure regni. Vide l. Taur. & quæ ibi scripsi, & lex ly.

Quando vxor cũ marito dotem promisisse vel constituisse. Not. illum text. & vide ibi Bal.

8

pater puellæ id aurum in dotem viro appendit: deinde mortua est mater. Si inscia inuitaue vxore vir id aurum in dotem dedisset, manet id aurum hæredis matris; vendicarique potest: & omnino rem in dotem datam viro nõ esse placuit: & quia res empta est, marito competit aduersus socium actio. A contrario ergo sensu, si vxore volente, vel saltim sciente, & tacente, id actum est, præludicat vxori. Idem videtur de mẽte legis regni, Foro legum libro tertio. titul. sexto. l. xliij. vbi dicitur, quòd si maritus & vxor simul dotem filij dederunt, valet dotis constitutio, & altero mortuo tenetur filia medietatem ad collationem ducere. Adhuius confirmationem facit quod dictum est suprà, in prima limitatione principali. §. xlix. ver 9 sicu. ex prædictis. vbi dixi valere † donationem, quam facit vxor marito, vt maritetur communis filia. & facit l. fi. C. ad Velleia. vbi mulier intercedens pro dote, non iuuatur beneficio Velleiani. & hinc est, quòd si mater dat simpliciter fundum communem, cum ipsa filia, pro dote filiæ: videtur in dubio partem suam donare, & valebit talis donatio, secundum Baldum nota. in dicta. l. fin. C. de dotis promi. fi. colum. verficu. quæro quid in 13 matre. intellige, dummodo res taliter donata nõ sit dotis matris, patre viuente: nam tũc etiam pro dote filiæ non valeret donatio, quia reipublicæ interest, dotes mulieribus conseruari: vt lege prima. ff. soluto matrimonio. & dixi suprà, columna ccxxiij. versiculo hoc tamen. & colum. sequenti. verficu. & secundum prædicta. Et hinc est, quòd si mater interceſsisset vel se obligasset pro filia recipiente dotem, non iuuabitur Velleiano: imo renuntiatio tunc facta per matrem iuri hypothecarum, sibi effectualiter nocet, etiam si ipsa aliunde non posset habere regressum cõtra bona mariti. Idem si vxor se obligat vnà cum viro pro dote filiæ, vel pro restitutione dotis communis filij, qui vxorem accepit: nec tunc iuuaretur beneficio authen. si qua mulier. C. ad Velleia. quæ vult, quòd 11 † vxor se obligans cum viro, vel pro eo in causam viri, est ipso iure tuta, & non valet obligatio: illud enim procedit in casu, quo mulier olim iuuabatur beneficio Velleiani: hodie est ipso iure tuta. Sed in casu, in quo mulier intercedit pro dote de iure antiquo, vel saltem de iure C. mulier intercedens pro viro suo, vel pro alia persona, in causam dotis dandæ vel restituendæ, non iuuatur Velleiano: vt dicta l. fin. C. ad Velleia. Ergo nec hodie iuuabitur beneficio dictæ authen. ita no. dixit Baldus Nouellus in suo tractatu, de dote. vj. parte. in iij. speciali, seu priuilegio. in fin. idem repetit in xij. fin. colum. eiusdem partis. qui dicit sic vi disse consultum in contingentia facti, & sic obtentum. Subdit tamen, quod isto casu, quo pater & mater simul promittunt dotem pro filia, obligando se marito filiæ mater magis videtur marito promittere animo repetẽdi, quàm de suo aliquid donandi, ex quo negotium spectabat in totum ad virum, cuius officium est filiam dotare: vt l. fina. C. de dotis promi. & sic repeter vxor ab eo. argumen. l. vir vxori. §. fin. ff. ad Velleianum. vbi probatur, quòd si mulier intercedit pro alio, vel cum alio non tamen ad suam vtilitatem, iuuatur Velleiano. & est pulcher textus, secundùm Barto. & Paul. ibi. idem si filia haberet patrem forte absentem, qui posset dotare filiam: nam si † mater etiam suo nomine dotauerit, licet aliter non protestetur, posset saltim ab ipso patre petere, per actionem negotiorum gestorum, ex quo onus dotandi non spectat ad ipsam, sed ad patrem, prout diximus in alimentis, vt lege, si quis à liberis. §. si mater. de liberis agno. per Bartolum in dicta lege, Nesennius. & in lege, alimẽta. C. de nego. gest. secundùm Baldum Nouellum, in dicto tertio speciali. qui dicit idem forte in quocunque alio extraneo, & sic posset limitari multum notanter dispositio legis vnic. §. accedit. C. de rei vxo. actio. vt habeat locum, quando onus dotandi spectabat ad ipsam mulierem. Si autem ipsa mulier haberet patrem qui posset & teneretur filiam dotare, quatamen non dotatur à patre, quia forte est absens, vel in remotis, vel in carceribus, vel forte perfidia detentus, nollet maritare, & dotare filiam, tunc si amicus vel coniunctus dotem promiserit, non præsumitur donatio, sed animo repetendi, & repetet à patre. facit l. nihil. ff. de in rem verso. & dicto §. si mater. de quo dico aliquid infrà, super textu, in tertio not. §. xliij. ad fin. versic. & quod plus est. Ex his in fertur ad vnum singulare, & 13 quotidianum, quòd si † extraneus, qui dedit vel promisit dotem pro muliere, erat aliàs debitor eiusdem mulieris, in eadem quantitate, vel maiori, etiam si non expressisset, quòd animo compensandi, vel se liberandi à muliere hoc faceret, præsumitur, quòd animo se liberandi hoc fecisset, per prædicta. quamuis Baldus Nouellus in dicto tractatu dotis. sexta parte. xlv. priuilegio. in fine, contrarium teneat, propter dictum §. accedit. Illud tamen, quod de matre dixi, intelligo verum, quando non erant bona superlucrata constante matrimonio, nam cùm gerat officium mariti, promittendo dotem pro filia marito absente, videtur promisisse de bonis mariti, & si de suis soluit, posset ab eo repetere. Quando autem essent bona acquisita constante matrimonio, crederem de illis esse dotem filiæ promissam, & soluendam, propter ea quæ paulo antè dicebam, quia vtriusque negotium gerit. Si autem non sunt bona acquisita constante matrimonio, vxor tamen habet bona dotalia & paraphernalia, aduentitia vel profectitia, si vnà cum marito dotem promisit, vel ipsa sola marito absente tenetur saltim ad medietatẽ dotis promissæ, vt sentit lex regni prædicta, Foro legum libro tertio, titulo vj. l. tertia. soluet ergo medietatem de bonis paraphernalibus, aduentitiis, vel profectitiis, ex quo habet. Si autem non haberet nisi sola bona dotalia, crederem, quòd de illis non teneatur. argum. l. prima. ff. soluto matrimo. & propter dictum Specul. titu. de emptio. & venditione. §. tertio loco. verficulo, quod ergo si vir. de quo feci mentionem suprà, columna ducentesima septuagesima tertia. verficul. hoc tamen intelligo, vbi rogo videas, & cogita. Hovelle, quòd si vxor vnà cum marito dotem pro filia communi promisit, non sunt bona superlucrata, ex quibus dos soluatur, tenebitur vxor ad medietatem dotis soluendam ex suis bonis dotalibus, si alia non habuerit. tene memoriæ ille- 14 lam legem contra dictum Speculat. Si † tamen vir non esset potens ex seipso ad tantam dotem, quanta fuit promissa pro ipsa filia communi: tunc ipsa mater dines, ad illud reliquum videtur se ob

No. mirabile.

An vxor repetit à viro quod filia in dotem dedit.

Lex regni.

Quãdo vir non esset potens ad tantam dotem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se obligasse de suo, nec illud repetet: per id quod habetur in simili, in dicta lege finali. C. de dotis promis. dico infrà super textu, in iij. nota. ante finem. §. xxij. In constituenda tamen dote idem dicendum, quando mortuo patre sola mater administrans bona filiæ diuitis, promisit dotem profilia vltra patrimonium filiæ: nam tunc de illo excessu videtur de suo dotasse mater animo donandi. per textum in lege vna. §. accedit. iunctio §. extraneum. C. de rei vxor. actio. vbi expressè fit mention de matre, dum loquitur de quocunque ascendente per lineam fœmineam: nec ibi distinguitur, an filia dotata vel neptis à matre, vel auo seu auia maternis, est diues vel inops: quod etiam probatur in lege, Nesennius. ff. de nego. gest. vbi
15 † mater non repetit alimenta præstita filiæ, quam tenebat in domo: etiam quando filia de suo poterat alimentari, quando sua bona mater non administrabat. de quo notatur in l. alimenta. C. de nego. gest. cùm pari fauore procedant dos, &
16 alimenta. Sic si mater † redimat filium captum ab hostibus, non videtur animo repetendi, nisi fuerit protestata: vt est text. singularis in lege, liber captus. C. de captiuis. nec ibi distinguitur, an ipse filius redemptus fuerit inops, vel diues. Non sic, si extraneus redimeret: quia tunc animo repetendi videtur fecisse: vt ibi probatur secundùm Baldum Nouellum in dicto tertio speciali.

Quæstio Viscanorũ.

Ex istis aliàs in contingentia facti dicebam, quòd cùm quædam mulier vidua tutrix, seu curatrix filiorum, bona ipsorum administrans, promisit dotem magnam. forsan vltra vires patrimonij filiæ, quam nuptui tradidit: in eo, quòd excedebat patrimonium filiæ, videbatur mater ex suo donare, quando suo nomine dotem promisit. Vnde tenetur soluere integram dotem, & solutam non repetit: quia non videtur promisisse animo repetendi. Secus crederem in extraneo, qui administrabat bona puellæ tanquam tutor: quia licet simpliciter promitteret dotem vltra patrimonium puellæ, videtur animo repetẽdi promisisse: vt est text. valde not. in lege, cùm post mortem. §. qui cùm esset. ff. de admi. tu. & ibi gloss. & Bartol. in dicta lege, Nesennius. ff. de negotio. gest. di-
17 cens, quòd † gestor negotiorum in dubio videtur expendere de bonis illius, cuius negotia gerit: & est ista adeo violenta præsumptio, quòd tollit præsumptionem pietatis, quæ aliàs erat. quod reputat multum not. nam licet pater, vel frater, qui dotat filiam vel sororem, in dubio videatur dotare de suo: vt dicta leg. finali. C. de dotis promi. hoc est verum, nisi esset gestor negotiorum filiæ, vel sororis, vt ibi: & ita sentit gloss. in dicta lege final. circa principium. secundùm Bartol. vbi suprà, idem tenet Baldus in dicta lege fina. C. de dotis promi. fin. columna. verficulo quæro quid in matre. qui dicit, quòd si mater forsan administrans bona filiæ, det fundum communem sibi & filiæ in dotem: intelligitur partem suam donasse, non fiducia pietatis administrasse: licet in quolibet administratore potius præsumatur animo administrandi, quàm donandi, in administratione necessaria: vt dicta lege. cùm post mortem. & l. cum lege. & l. cùm quidam. eodem titulo secundùm Bald. vbi suprà. qui sentit (vt vides) in vlti-
18 mis verbis, quòd † si mater est administratrix necessaria, non videtur donare. quod est contra prædicta. Cogitabis: quia hoc videtur verius in patre & auo, & in aliis, qui tenentur dotare, licet gerant negotia filiæ. tamen in dubio intelliguntur dare de suo: vt dicta l. fin. & gloss. loquitur ibi in extraneo: & ita loquitur Barto. in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bo. viij. colum. Ludo. d. l. j. ff. solu. matri. reprehendendo Bar. in dicta l. Nesennius. & Alexand. viij. colum. in dicta l. j. dico. infrà, in cap. per vestras. §. xiiij. ad finem. Ex istis infertur, quòd si maritus ex bonis superlucratis, constante matrimonio, cum secunda vxore, dotauit filiam ex prima vxore: tenetur aliud tantundem ex eisdem bonis lucratis præstare secundæ vxori: quia debitum suum soluit ex bonis superlucratis cum secunda vxore. & si non sint alia bona superlucrata, ex quibus aliud tantundem percipiat, dabit maritus secundæ vxori medietatem ex bonis suis propriis: vt plene dico in præallegata. l. regni, Forole gum libro tertio, titul. iij. l. j. Prædicta sunt intelligenda, quando debitum descendit ex contractu: secus si ex delicto commisso per aliquem eorum, de quo fuit condemnatus. Nam tunc non debet solui de bonis alterius, nec de bonis communibus, sed solùm de bonis ipsius delinquentis. Volo dicere, quòd si maritus commisit delictum, propter quod fuit condemnatus ad certam pœnam pecuniariam, vel bona sua veniunt confiscanda, vel sunt confiscata ipso iure, quia forte commisit crimen læsæ maiestatis, hæresis, vel apostasiæ, nihil accipietur de bonis propriis vxoris, vel de sua medietate bonorum habitorum, constante matrimonio. Hodie habes l. Tauri lxxvij. quæ decidit
19 pro vxore. Primò, quia † vxor non debet pro marito. in rubro & in nigro. vbi ob maritorum culpam, vxores inquietari, leges vetant, vnde si aliquæ res ipsius à fisco occupatæ sunt, quas sui dominij esse probauerit, ius publicum exequetur.

Quãdo debitũ descendit ex delicto.

Ad idem tex. in l. j. C. de priuileg. fisci. & in l. j. C. ad l. Iuli. de vi. pu. vbi propter delictum viri, vel ciuile munus, res vxoris, quæ pignori capiuntur, vim contrahere videntur. Ad idem facit text.
20 in dicta l. cum duobus. §. fin. pro socio. vbi † si vnus ex sociis commisit delictũ, de quo fuit condemnatus, ista condẽnatio de communi solui non debet, sed solùm de bonis ipsius delinquentis. est etiam text. cum gloss. in l. quod quis. ff. de reg. iur. Idem si vnus ex tribus, qui sunt in communione, fuit condẽnatus propter delictum à se cõmissum, nam illud debet soluere ex suo proprio, non autem ex communi, vt est glo. no. in l. cum duobus. §. Papinianus. in ver. non redigetur. quam ad hoc multum commendat Io. de Imo. in l. cùm filiusfa. iij. colum. ff. de ver. oblig. & Alexan. in d. §. Papinianus. & Ange. de Are. in §. manet, in fi. Insti. de societate. Idem si alter ex cohæredibus condemnatus est ob maleficiũ à se commissum, licet aliàs bene tractauerit hæreditatem, tamen de parte sua tantùm soluenda erit condemnatio, necfiet compensatio eius, quod bene egit, vt ff. pro socio. l. & ideo. & l. adeo. & tenet Spec. in iiij. parte. tit. de iudic. §. sequitur. v. colum. versi. quid si alter ex cohæredibus. refert & sequitur Bald. in dicta l. si patruus. iiij. colum. C. communia vtriusque iudi. ver. & no. bene. facit l. si is cum quo. ff. cõmuni diui. vbi si is, cum quo fundum cõmunem habes, ad edictum non respondit, & ob id motu iudicis

iudicis, villa dirupta est, aut arbusta cæsa sunt, præstabitur detrimentum iudicio communi dividendo. quicquid enim in communi re culpa socij amissum est, eo iudicio continetur. Ad idem l. si com-
21 munis familia. ff. de noxa. act. vbi si † communis familia, vel communis seruus furtum fecerit, alterò ex dominis sciẽte, is qui scit, omnium nomine tenebitur, & conuentus alterum quoque liberat, nec à socio quam debebit consequi, sui enim facti nomine pœnam incurrit. Ad idẽ text. in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. fami. er. vbi quod ex facto suo vnus ex cohæredibus ex stipulatione hæreditaria præstat, à cohærede non petet, vnde ex dolo commisso ab vno ex sociis, vel cohæredibus, alij non tenẽtur. Cùm autem maritus & vxor sint socij (vt latè in superioribus dictum est) ergo delictum & condẽnatio vnius non debet alteri obesse. Sicut in simili dicemus in prælato respectu ecclesiæ, cuius maritus reputatur, vt c. sicut vir. &c. sicut alterius. vij. q. j. &c. inter corpor. suprà, de transla. episc. & in c. clerici. suprà, de vi. & hone. cle. glo. in c. dudum. in §. fi. in ver. intitulatã. suprà, de elec. Et propterea, sicut bona mariti sunt tacite obligata pro restitutione dotis, vt l. assiduis. C. qui po. in pign. ha. ita bona prælati pro dote ipsius ecclesiæ, si malè administrauit, vt est glo. in c. ex literis. in ver. obliga. suprà, de pigno. quam multum commendat ibi Ab. pro qua dicit non reperiri text. Item sicut fructus dotis cedunt ipsi marito ad sustentanda onera matrimonij, vt l. pro oneribus. C. de iure do. & in c. salubriter. infrà, de vsur. sic fructus præbendæ cedunt prælato, quia est vsufructuarius, vt est gl. no. & communiter approbata in c. præsenti. de offi. ord. lib. vj. & in c. cum olim. suprà, de rerum permu. cum pluribus aliis, de quibus vltra alios per And. Sicu. in c. fi. suprà, de pecu. cleri. Si ta-
22 men † prælatus delinquit dolosè aliquid faciendo, vel aliàs male administrando, tenetur soluere de suis bonis, non autẽ de bonis ecclesiæ, vt in c. qui abstulerit. xij. q. ij. gl. in c. fina. de succes. sio. ab inte. no. in c. peruenit. suprà, de fideiusso. & in cap. Odoardus. de solu. glo. in ca. j. de dol. & contu. & in c. de multa. suprà. de præben. delictum enim in damnum ecclesiæ redundare non debet vt capit. si episcopum. xvj. q. iij. & in cap. venerabilis. suprà, de præben. & in regula, delictum. de regul. iur. libr. vj. cum conco. de quo latè per Abb. in d. capit. j. suprà, de dolo & contu. quarta colum. & per Fely. in cap. cùm venerabilis. de except. v. columna. Imo plus dicit Specu. titul. de donat. §.
23 primo versic. quid si aliquid. quòd † si Abbas cum conuentu est ingratus delinquendo aduersus donatorem, Abbas cum conuentu expellitur de monasterio, sed donatio non reuocatur, & sic puniuntur personæ, sed non ecclesia. quod dictum sequitur Dominicus in cap. primo. §. ad hæc. de religio. domi. li. vj. pro quo est gl. fi. in c. de hoc. infrà. de simo. & ibi exclamat Io. de Ana. pe. colum. Fely. in c. nouit. de iud. viij. col. qui pro hoc alleg. no. per Abb. in dicto cap. primo. de dolo & contu. iiij. col. ver. sed aduerte. vbi dicit, quòd dispositio legis, si quis in tantam. C. vnde vi, non habet locum in ecclesia, licet prælatus per violentiã occupet rem suam, quia si alienãdo rẽ ecclesiasticã requiritur solẽnitas, multominus poterit prælatus delinquẽdo alienare. Ex his redditur dubia decisio Io. de Imo. in c. cũ M. suprà, de consti. iiij. co. ver. adúertendũ tamen. vbi dicit, quòd si ecclesia collegiata committeret ingratitudine aduersus principem priuilegiantem, posset princeps reuocare priuilegium. ar. gl. no. in c. ij. suprà, de ord. cog. in ver. dolum. quæ dicit, q̃ delictum prælati cõmunicato consilio cum capitulo, nocet ecclesiæ. idem vult glos. in regula, delictum. de regu. iur. libr. vj. not. Abb. in dicto c. ij. in ij. col. Sed vt videas, hoc non procedit sine scrupulo, signanter in exemplo Io. de Imo. ingratitudine ecclesiæ cum ecclesia ingratitudinem committere non possit, vt voluit Cardi. in cle. j. in pe. char. in q. iij. de iurei Si ergo prælatus delinquit, & ratione delicti fuit condemnatus, soluet de suo, si habeat vnde, per iura prædicta. si autem nõ habet, ad arbitrium iudicis punietur, vt c. illud. xvj. q. vj. Ita ergo erit dicendum in marito delinquẽte, & propter delictum condemnato, vt debeat soluere de suo, non autem de bonis vxoris, seu de bonis acquisitis constante matrimonio, saltem de medietate competenti vxori. Ad quod videtur mihi text. optimus in l. si quis posthac. in princ. C. de bonis damna. vbi litera dicit, si quis posthac (quod absit) Stylum proscriptionis exceperit, vxor eius res proprias ex quocunque titulo quæsitas, veluti manu iniecta, mox vendicet. Ecce, quòd res vxoris ex quocunque titulo acquisitæ, non capiuntur propter delictum, seu condemnationem mariti, imò ipsa sua propria authoritate potest illas capere, vt est ibi tex. optimus secundùm Ang. de quo facit festum Andre. Sicu. in c. ex literis. in princ. suprà. de pig. Idem dicendum est de arrhis sibi à marito donatis, vt vij. part. tit. xl. viij. Et multo fortius poterit vxor retinere sibi domum, vel alia bona mariti iure pignoris, si ad eam iure pignoris peruenerunt, secundum Bald. in l. pignoris. C. de pig. actí. & in l. pe. in princip. C. de non nu. pe. late per Iaso. in §. fuerat ante. Instit. de actio. Cùm autem bona acquisita constante matrimonio sunt communia mariti & vxoris, & ítatim acquiruntur vxori pro parte sua, vt suprà dictum est, ergo medietas, quæ ad vxorem pertinet, capi non potest pro delicto mariti. Sicut ergo propter hæresim, vel aliud crimen, propter quod maritus illud committens, non præiudicat vxori in dote, vt capit. decreuit. de hæreticis. libr. vj. intellige. dum modo re aliter constet, quòd sit dos vxoris. Nec videtur sufficere instrumentum, quo maritus confitetur se dotem recepisse, per Andream de Isernia, in capitul. primo versicu. diffinimus. de statutis & consuetudinibus contra liber. eccles. libr. feudorum. libro tertio & plures, quos memorauí suprà. post princip. §. Ex prædictis inferri potest ad q. quotidianam hic. quòd delictum mariti non præiudicat vxori in dote. aliqui volunt intelligere, quantum ad proprietatem dotis. secus in vsufructu, qui debetur marito ad onera matrimonij sustentanda. l. pro oneribus. C. de iure dotium. c. salubriter. de vsuris. Illa ergo commoditas fructuũ, quæ ad maritum spectat, efficitur propter delictum mariti, & veniret in confiscatione mariti, per l. Stratius Florus. §. Cornelio Felici. de iure fisc. ff. & ibi Glã. ad idem §. hæreditatem. lege, cum pater. de leg. ij. Pari ratione videtur, quòd si dos propter delictum vxoris confiscatur. l. si constante. §. fi. ff. solu. mat. & l. quicunque. cum sequenti. ff. de bo.

Prælatus et maritus æquiparãtur

Delictum prælati ecclesiæ non nocet.

Propter in gratitudinem prælati non reuocatur donatio ecclesiæ.

Prol siquis in tantam.

Propter ingratitudinem prælatis, non reuocatur priuilegium ecclesiæ.

ff. de bo. damnatorum. fructus dotis, viuente vxore, non veniunt in confiscatione. Cogitabis. Non obstat prædictis, si dicatur, quòd durante matrimonio maritus est dominus istorum bonorum, constante matrimonio acquisitorum: quia potest illa ad libitum alienare, vt dicit lex regni, quam edidit rex Henricus quartus, en Nieua, anno Mcccclxxiij. & lex Styli. ccv. & per Ancha. consil. cj. de quo suprà, folio lxxv. fin. colum. habita est mentio. Si ergo delinquendo alienet, valebit alienatio: quia ex quo maritus potest alienare per contractum modo prædicto, ergo per delictum: quia in † delictis quasi contrahitur, [a] & per quasi contractum se obligat delinquens ad pœnam, vt l. imperatores. ff. de iure fisci. & in l. fina. C. de cõl la. fundo. patri. libro xj. & ibi not. Ange. & not. glossa in l. prima. §. bestias. in versi. onerari. ff. de postulan. & in l. fi seruus. ff. de his qui no. infa. Cardi. & Imo. in c. quæsiuit. de his quæ fi. à ma. parte ca. & idem Cardi. in cle. pastoralis. in fi. principij. de re iu. Delictum enim est præparatio pœnæ: vt l. quæsitum. ff. qui & à quibus. & l. aliud. ff. de verbo. significatione. Qui ergo consentit in antecedenti, videtur consentire in consequenti: vt l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vtil. pu. & inde est, quòd in delictis est reperire obligationem naturalem: vt voluit Inno. in c. in nostra. infrà, de in iuriis. refert & sequitur Ange. in dicto §. bestias. in fin. Potest dici, quòd licet obligationes ex delictis habent consensum, iste tamen consensus est fictus, non verus: ideo magis debilis, secũdùm Angel. Pau. de Castr. & Iaso. in lege, si tibi decem. §. quædam. ff. de pactis. Non est ergo inconueniens, si dicamus, quòd per viam contractus possit alienare maritus ista bona non tamen delinquendo.

Vel aliter, & forte melius, dico, quòd illud procedit, quando in casu licito, vel saltem non doloso, vt dicunt isti leges. Secus si in casu licito, puta delinquendo: quia vt plurimum delictum nõ committitur sine dolo: vt not. in cap. j. suprà, de præsumpt. & per Barto. in l. Aurelius. §. Scia. ff. de liber. lega. & in hoc exemplum. C. ad l. Corneliam. de falsis. & per Baldum in l. vnica. C. de cõfessis. Angel. in l. vacantia. C. de bonis vacan. in repetitione. [b] Vnde iniquum esset, quòd vxor afficeretur ex delicto mariti: cùm pœnæ suos debeant tenere authores: vt l. sãcimus. C. de pœnis. & dicto c. quæsiuit. an bona acquisita inter coniuges stantim eis acquiruntur. Bona enim acquisita constante matrimonio, secundùm aliquos, eo ipso quòd ducuntur ad domum, efficiuntur communia, & dominium transit pro parte in ipsam vxorem, vt sentit glo. reputata singularis in l. j. §. in societate. ff. pro socio. text. optimus in l. si societatem contraxerit. eodem titu. imò etiam sine traditione, vt C. circa hoc tamen. & Bald. consil. ciij. ad finem. incipit, statuto. Tergest. in prima parte. vbi hoc tenet expresse, & alibi non legi ita bene. Ad hanc partem facit prælegata l. regni. lib. quinto, titu. iiij. l. iiij. dum dicit, quòd maritus potest alienare bona communiter acquisita dummodo hoc non faciat malitiosè & fraudulenter in præiudicium vxoris, ergo ipsa habet earum rerum dominium pro dimidia. Et videtur de mẽte legis regni, dum dicit, quòd acquisita per coniuges constante matrimonio, habeant æqualiter ambo, quod verbum refertur ad maritum & vxorem, quasi velit, quòd ista bona acquisita æqualiter deferãtur marito, & vxori, & non magis marito, quàm vxori. Sicut ergo marito statim quæritur dominium, sic & vxori. Cogita super ista ponderatione illius legis, & vide quæ dixi suprà, in prin. huius tertiæ limitationis. ver. idem videtur dicendum in vxore. Quamuis ergo lex permittat marito, quòd illa bona possit alienare, debet intelligi in casu licito, non autem delinquendo, vt est casus valde singularis in lege, res vxoris. C. isto titu. vbi litera dicit, Res vxoris, quæ vel successione qualibet, vel emptione, vel etiam largitione viri in eam antea reatum iure peruenerant, damnato ac mortuo ex pœna marito, vel in seruilem conditionem ex pœnæ qualitate deducto, illibata esse præcipio, nec alieni criminis infortunio astringi vxorem, cùm paternis, maternisue, ac propriis bonis fruendam integro legum statu, religiosum sit. Ecce quo modo bona quouis modo acquisita vxori, non auferuntur ab ea, propter delictũ mariti, & sic ipse delinquendo non potest illa alienare, imò ipsius vxoris remanent. vt etiam probat tex. in lege, sed si mors. ff. isto titu. quem pro singulari commendat Bald. in l. executorem. ix. co. ver. quæro, quidam. C. de executione rei iudi. & dico infrà §. lxj. versi. confirmatur etiam donatio. & hoc est satisrationabile. Nam sicut maritus ex delicto aliquid acquirẽs, puta ex furto, rapina, ex ludo, vel aliàs, non tenetur illud communicare vxori, vt suprà dictum est. sic non debet vxor grauari ex delicto à marito commisso, dando bona sua pro eius condemnatione, vt est tex. in l. si id quod in alea vel adulterio perdiderit socius, ex medio non est laturus. Præsuppositio sine veritatis præiudicio, quòd medietas bonorum sic acquisitorum constante matrimonio non esset acquisita statim vxori, imò sola spes reseruata post matrimonium solutum, adhuc videtur, quòd si ex delicto mariti eius bona veniunt publicanda, vel essent publicata ipso iure, quòd sua medietas reseruaretur vxori, per tex. singularem in l. iij. §. sed vtrum. ff. de minori. vbi publicatis bonis paternis, peculium filij etiam profectitium, in quo pater habet proprietatem, non est publicatum. [c] quod est bene not. secundum Bartolum ibi, qui dicit se nescire alibi. Ad idem tex. in lege, si filius tuus. C. de bo. damna. vbi publicatis bonis filij, peculium etiam castrense non publicatur, sed patri relinquitur. Sic ergo videtur dicẽdum in casu nostro. Cogitabis. Hinc est, quòd si pater dedit filio in peculium aliquam rem, cum hoc, quòd filius possit illam alienare, donare, perdere, & in mare mittere, secundùm velle suum, si committat delictum, propter quod omnia sua bona confiscãtur, nõ confiscabitur illa res in patris præiudiciũ. ita dicit Ang. quẽ sequitur ibi Io. de Imo. & cæteri Modern. in l. si filius familias. ff. de damno infecto. quod not. [d]

Ex istis concluditur, quòd si maritus possit alienare bona constante matrimonio acquisita, dummodo cesset fraus & dolus, vt puta, si adest causa, vt videtur requirere leges regni prædictæ, si gnanter lex Stili. ccv. dum dicit, Si meneſter le fuere. & in hoc differt maritus à socio. † Maritus enim ex causa solus suo nomine potest alienare res quæsitas constante matrimonio, socius verò non nisi portionem suam, altero dissentiente, vt l. nemo. ff.

Lex regni, quæ reperitur Ord li. v tit. iiij. l. iiij.

In delictis quasi contrahitur.

a Adde, quãdo procedat argu. a de cõtractibus ad delicta. per Ni. Gerard. in suis Topic. iuris fo 32. col. iij. Ioã. Bern.

b Adde hoc in tantũ procedere, q̃ in delictis non æquiparantur lata culpa & dolus, secundum cõmunem cõclusionem, vt firmat Iaſ. in l. in act. col. v. ff. de in lit iu. ni si in duobus casibus, vt ibi per eũ, & vide bo. reg. cũ suis fall in meis regul ultra Soc in reg. 3ũ inci pœna corporalis. Io. Ber. Lex regni.

c Adde, q̃ istum quæ tex. sing. ãlit Bald. in l. executorem. ix. C. de exec. rei iudi. de quo per Alexã. in fi finita. §. ultimo. col. xxx. ff. seq. de dãn. infect. vbi hoc limitat triplicitr. & Adde, q̃ idem tenet Ale. in d. l. si finita. quã suprã allegat. vide addit. & Socin. tract. de lucris cõiugum. col. iij. pe fin. Bern.

mo. ff. pro socio. intellige, nisi in mercibus, & rebus, quas haberent venales. nam in istis quilibet ex sociis videtur alterum ex sociis præposuisse ad vendendum: vt ff. si certum petatur. l. eius qui in prouincia. in fi. ff. de exercitor. l. tertia. in principio. Istud est de mente glossæ in dicta lege, nemo. & ibi tenet Baldus, & in rubrica. C. pro socio. in fin. & facit text. in lege, curator. §. duobus. ff. manda. & lege prima. §. si plures. ff. de exerci. & quoties quis exercet actum insolidum, vnus obligat alium: vt no. Cy. in lege, cum te. C. si certum petatur. Vberiorem ergo potestatem habet maritus in bonis acquisitis constante matrimonio, cùm possit ea alienare: quàm socius, in rebus societatis, quæ non sunt expositæ venales. Vnum tamen est, quòd nec venales posset socius fraudulenter vendere. ita dicit gloss. & Bald. in dicta lege, nemo. cùm fraudulentam alienationem inuicem mandare non videantur: vt l. si procurator. §. primo. ff. de condictio. inde. vbi in mandato procuratorum non venit, vt indebitum soluat, quasi fraudem commiserit indebitum soluendo. idem disponit l. regni. iiij. parti. titu. xiiij. l. xxiij. & videtur mihi tex. optimus, & ibi no. Bald. in lege, creditor. §. Lucius. ff. manda. vbi † data alicui generali administratione, non permittitur ei quid dolose facere, nec per hoc obligat dominum, sed bona fide, & in casu licito agere debet. Quem textum multum commendat idem Baldus in l. final. in fi. C. de contrahen. emptio. quem vide. Bart. in lege final. in fi. ff. de præto. stipu. qui pulchrè loquitur. & in lege, si sic. in fine principij. de leg. j. & in lege, fideicommissa. §. si sic. in fine. de legat. tertio. Adde glos. in clemen. sæpe. de ver. sig. in verbo, defensiones. in principio. quæ allegat dicta l. credita. §. Lucius. & Parid. de Puteo in tractatu, de re militari. libro secundo. c. x. columna tertia. & Ioan. Fa. & Ioan. de Platea, in §. in bonæ fidei. Insti. de acti. & ibi Iaso. ij. colum. vbi rogo videas. & Matth. de Afflictis, decisione cxxix. in fin. vbi per dictam l. creditor. §. Lucius. multa & singularia dicunt. Per quam l. dicebat Bald. in additionibus ad Specu. ti. de confessione. §. postremo. ij. column. quòd confessio procuratoris præiudicat domino, quando procurator confitetur bona fide: secus si per dolum, quia non videtur hoc sibi mandatum: vt d. §. Lucius. Hinc est, quòd si procurator meus, vel amicus, expendit aliquid simoniacé, vt mihi conferatur certum beneficium, non imputatur mihi, nec potest repetere à me, etiam si ei mandassem: vt notanter voluit Abbas in cap. bonæ. el ij. iij. colum. versi. not. bene. de postu. prælat. & sequitur Felyn. in cap. primo. suprà, vt lite non contestara. colum. xij. versi. & dicit Abbas. facit glos. not. cap. licet. intrà, de accu. in glo. j. ad finem. dicit, q̃ excusatur dominus ab expensis, si nuncius formam mandati excessit. idem de procuratore dicunt doctores in dicto cap. j. per text. in capitu. cùm olim. el j. de offi. dele. & no. gl. in regula, non debet. de reg. iur. lib. vj. gl. in c. fi. in ver. expresse de iureiu. lib. vj. & ibi not. Dominicus ad finem. Hinc est, quòd si prælatus, qui dicitur procurator, non dominus: vt c. ij. de dona. te mere litigauit, & condemnetur in expensis, soluet de suo: quia in generali sua administratione non venit, vt cãm intostam promoueat: vt l. si procurator. ff. de cõd. inde. & l. si pater. ff. quæ in frau. credi. Oldra. cõsi. lxvj. Ad idem bonus text. in l. si libertus ita iurauerit. ff. de operi liber. idem in omni † administratore generali, agitante seu litigante sine iusta causa: vt ibi notanter voluit Bar: quem refert & sequitur Abb. in c. reprehensibilis. in fi. de appell. est bonus text. cum gl. in l. non est ignotum. C. de admi. tu. de quo meminit Felyn. in d. c. j. vt lite non contest. col. xj. ver. & dicit Ab. de appel. vbi multa similia cumulat, quæ videas. ex quibus cõstat, q̃ in † generali mandato non includuntur illicita. Ad idẽ tex. in l. si cui. ff. de seruitu. & l. sicut venator. ff. de ædili. edicto. per quæ iura dicebat Paris de Puteo in tractatu syndicatus. in ti. de excessibus baronum j. colum. in fin. q̃ licet in concessione baroni facta à rege dicatur cum regalibus angariis & parangariis, & per hoc possint exigere seruitia à subditis soluta mercede, sicut ipse rex, vt verba priuilegij vel cõcessionis aliquid operentur, vt ibi latè per eum. subditamen, quòd propter hoc non possunt ipsi barones excedere & grauare subditos, quia facultas alicui concessa intelligitur, vt ex bona fide agat, & tali facultate vtatur ciuiliter & humaniter per iura prædicta. Idem est de mente Bal. in c. contingit, in fi. suprà, de transac. vbi inter cætera dicit, quòd per hæc verba, omnia possis, quæ possum ego, vel quę potest verus dominus. bene conceditur libera potestas, dum tamen bona fide se gerat, vt dicta l. creditor. §. fi. Idem tenet Bal. in ca. fin. j. col. de dilationi. & ibi Abb. in fin. Sic ergo dicendum erit in marito, cui permissa est alienatio acquisitorum, constante matrimonio, quando cessante fraude alienat. Secus, si in fraudem vxoris. vt puta, si alienet, vt conuertat in pecuniam, & eam filiis alterius matrimonij tradat, vel quid simile faciat. Ex hoc infertur, quòd si pro modico pretio tales res vendidit, præsumitur simulata venditio, in l. cùm hi. §. modus. ff. de transactionibus. gl. in l. per diuersas. C. mã. bonus tex. & ibi Bald. in c. j. §. donare. qualiter olim feu. po. alie. no. in capitulo, illo vos. de pig. de iniusto pretio. de cuius solutione aliter, quàm per confessionem mariti non apparet, nam licet marito confitenti præiudicet, non tamen vxori, vel eius hæredi, quia quantum ad eos, similiter præsumitur simulatio. ar. l. ab Anastasio. ver. si quis autẽ. C. mãda. autẽ. de æqualitate dotiũ. §. j. co. vij. Bar. & alij in dict l. per diuersas. Quãuis ergo maritus vẽdens nõ possit repetere partẽ suã. l. falso. C. de cõmuni. rerũ aliena. l. portionẽ. C. de dona. vxor tamen, vel eius hæres sic. l. officium. ff. de rei. ven. l. j. C. vbi in rem actio. Idem dicunt aliqui, si pretium fuit iustum & solutum, sed in malos vsus cõsumptum, vt in ludo, vel alea, si emptor participauit de fraude, vel dolo, quia sciebat rem ad illud venditam. Vnde ex dolo non debet cõmodum reportare. ar. l. si quis cùm sciret. ij. responso. ff. pro emptore. l. si à reo. in fine. ff. de fideiussoribus. Bart. tamen in d. l. si quis cùm sciret. videtur aliter sentire, cũ decidit, quòd si quis emit à lusore, & resoluit, non dicitur soluisse omnino cõsumpturo, quia forte vincet, vnde valet venditio. l. fi. ff. de aleato. intellige, nisi emptor fit collusor, nam tunc vterque delinquit. Vnde non valet contractus, nec venditor tenetur de euictione. l. fin. §. fin. ff. quarum rerum actio non datur. secundum Bartol. & alios. Ex his infertur, quòd cũ donare sit perdere, quamuis maritus

Generalis permissio nõ includit fraudem.

Maritus ac quisita non potest donare.

amplam habeat potestatem alienandi & disponendi de rebus, constante matrimonio acquisitis non tamen poterit donare similiter, qui voluerit, secundum Bald. dicto consi. ciij. quoniam
29 potestas † donandi non venit in generali & libera administratione, nisi specialiter concedatur: vt est tex. no. in l. j. §. j. ff. de offi. procu. Cæsaris. vbi litera dicit, si rem Cæsaris procurator eius, quasi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre: tunc enim transfert, cum negotium gerens Cæsaris, consensu ipsius tradit: denique si venditionis, vel transactionis, vel donationis causa quid agat, nihil agit: non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. Ecce, quòd procurator Cæsaris, quamuis liberam habeat administrationem à lege concessam, donare non *b* potest: secus si haberet ab homine, vt l.
b procurator cui libera. ff. de procu. ita notanter dicit Bal. in d. §. j. quod est valde notandum pro tutoribus, & administratoribus, qui habent liberã à lege: vt l. præses. C. de transac. gl. in l. mandato generali. gl. fi. in fi. ff. de procu. Bar. in l. inter bonorum. ff. de admi. tu. Vnde non poterunt donare res pupilli: vt l. j. post prin. ff. de tu. & ratio. distra. & l. prohiberi. §. plane. ff. quod vi aut clã. & in l. non quicquid. cum gl. C. ar bi. tute. Idem dicimus in prælatis ecclesiasticis, & aliis similibus, ad
c administrationem liberã habentibus: vt no. Cyn. & Bal. in l. j. C. etiam per procu. &c. & no. in d. l. præses. C. de transac. Non tamen possunt remittere exceptionem peremptoriam: quia in effectu est donare, secundum Inno. in cap. cum olim. el j. de offi. de. & in c. j. de deposito. Io. An. & alios, in c. ij. suprà de dona. nec remittere debitum liquidũ, quia esset donare: vt l. si quis deleganerit. ff. de noua. nec cõpromittere &c. in l. quod dicitur. §. si compromisero. C. de euic. sicut nec filius res peculij: nam & si maxime quis administrationẽ peculij habeat cõcessam, donandi ius non habet: vt l. contra iuris. §. si filius. ff. de pac. & l. j. ff. quæ res pigno. obli. po. & l. filiusfa. §. item videamus. ff. de donat. Ex istis, vt opinor, Io. de Imo. in l. ille autem. fi. co. versi. item aduerte. dicebat, quòd armigeri, qui dãt sibi inuicem potestatem, quòd vnus
32 dex† male iudicando, est casus fortuitus, vt no. in d. l. cum duobus. §. fi. & per doc. nostros in c. fi. su
33 prà. de emp. & ven. vbi † venditor non tenetur de euictione, si iudex male iudicauit. de quo ibi per doct. signanter per And. Sic. in vij. col. Casus
34 autẽ † fortuitus non imputatur socio, cui contingit, sed communi perditur, vt d. l. cum duobus. §. dãna. & § quidam sagariam. Sic ergo dicamus, in marito vel vxore iniustè condemnatis à iudice, vt ista condemnatio debeat solui de bonis constante matrimonio acquisitis. Adde Rapha. Fulg. cõsi. cxxix. incip. visis. vbi concludit, q̃ si ex mala sententia iudicis contra sociũ damnificatur, damnum spectat ad omnes socios, nisi propter inimicitiam socij lata esset. quod est bene notandum. ad limitationem prædictorum videtur tex. in d. l. cum duobus. aliàs incipit, si fratres. §. per contrarium. ff. pro soc. Vnde si iudex maritum condemnauit propter eius absentiam, vel contumaciam: sibi imputet, vt vult glo. in dicto §. per contrarium. ad hoc l. si ideo. ff. de euic. vide bonam glo. in l. ij. C. de contrario iudi. tute. Bald. in l. res. C. quibus res iu. non nocet. & in ca. j. si de feudo. va. ab ali. inter. fue.

a Adde, q̃ idem tenet Didac. de Segu. intra flatu. de bonis luc ratis constan ma tr. in fo. lx. colũ. tiij. in prin. Ioan. Bern. Porcellas do nandi non venit generali mandato.

b Adde in huius cõfirmationem, xij. conclusiones, quas cumulauit Fel. in c. pastoralis. §. fi. col. pe. de off deleg in quibus potentior est prouisio hominis, quã legis.

Quomodo solutur condemnatio de bonis acquisitis constante matrimonio.

Insolita & gredi ali culpa.

Quando & set iniusta condemnatus.

Iniusta sententia & casus fortuitus.

Limitatio.

SVMMAE RERVM.

1 *Vxor post mortem mariti luxuriosè viuens, perdit omnia bona, quæ sibi obuenerunt ex lucris habitis constante matrimonio.*
2 *Vxor gaudet priuilegijs prioris mariti, interim quòd est vidua.*
3 *Pœnæ statutæ contra secundò nubentes, habent locum in his quæ non honestè viuunt.*
4 *Legato priuari debet vxor luxuriosè viuens post mortem mariti.*
5 *Legatarius si post mortem testatoris dormierit cum vxore testatoris, perdit legatum.*
6 *Vidua si durante viduitate committit stuprum, perdit dotem.*
7 *Adulter sicut propter adulterium dicitur inimicus propinquorum mariti, ita etiam si post mortem ad viduam accessum habeat.*
8 *Mandatum factum procuratori, videtur eoipso reuocatum si postmodum efficiatur quidam ribaldus vel inimicus, aut aliàs conditionem mutauit in deterius.*
9 *Executor vltimæ voluntatis si postea mutauit conditionem in deterius, finitur eius officium.*
10 *Mutatio morum præsumit mutationem voluntatis eius, qui administrationem concedit.*
11 *Diuortium inter sponsos interueniens, arguit mutationem voluntatis.*
12 *Mutata causa propter quam datus est tutor à matre, non confirmatur.*
13 *Inimicitia superueniens inter dominum & procuratorem, facit finiri mandatum, & idem de tutela.*
14 *Mater, quæ relicta fuit tutrix in testamento, si transeat ad secundas nuptias, repellitur à tutela.*
15 *Executionem testamenti non perdit vxor, propter transitum ad secunda vota.*
16 *Vxor quæ post mortem mariti luxuriosè viuit, perdit priuilegia & commoda, quæ aliàs à lege sunt ei concessa perdit etiam tutelam filiorum.*
17 *Vidua seu viduitatem seruare dicitur quæ virum defunctum honorat non quæ inhoneste viuit.*
18 *Exclusus à beneficio, propter eius renunciationem, admittitur ex alio titulo superueniente.*

§. LXVII. De *vxore luxuriosa post mortẽ mariti. Lex regni.*

VNVM demum pro complemento huius articuli non est omittendum, quòd si † vxor
1 post mortem mariti turpiter viuit, & luxuriose, perdit omnia bona, quæ sibi obuenerunt ex lu-
6 cris constante matrimonio habitis. ita disponit
a lex regni, quam rex Henricus iiij. anno Mcccc-lxxiij. edidit, & applicantur hæredibus viri, vt ibi dicitur. reperitur Ordi. lib. v. titul. iiij. l. iiij. quod intelligendum est, de quibuscunque hæredibus, etiam extraneis. l. hæredis appellatione. ff. de verbor. significa. quamuis aliquando verbum, hæres, ad filios tantùm referatur. l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebel. l. Gallus. §. & si parente. ff. de li. & posthu. capitu. si clientulus. de alien. feu. lib. feu. & vtrobique no. Et pondera, quia dicit illa lex, & seyendo biuda. q. d. quòd debet honeste viuere, non solum infra annum luctus, sed etiam post, durante viduitate. Quod videtur satis rationabile: quia
No ista cõtra viduas. 2 ex quo interim † quòd est vidua, gaudet priuile-
7 giis mariti, & suam dignitatem retinet: vt capitu. ex parte B. de fo. compe. & ibi glos. & in cle. ne Romani. de elec. in ver. vacare. text. in l. filij. §. vidua. ff. ad munici. & præterea retinet domicilium viri, donec alteri nubat. l. fi. C. de bo. ma. not. in lege prima. §. exactio. C. de rei vxo. act. Barto. in d. §. vidua. Si ergo durante viduitate luxuriosè viuat, etiam post annum luctus, iustum est, quòd perdat lucra, quæ maritus acquisiuit, & sibi communicauit: quia quodammodo videtur esse in matrimonio, durante viduitate. Et ideo quantum ad prædicta, eadem castitas desideratur, ac si matrimonium duraret, non solum infra annum luctus: vt not. in authen. de resti. & ea quæ parit. in fin. & dixi suprà. colum. cclxxxij. ver. breue autem tempus. sed etiam perpetuo hoc est, viduitate durante. Ad hoc bene facit, quod no. voluit Bal. in c. firmiter. in fi. suprà. de sum. tri. dum dicit, q̃ si pater relinquit filiæ centum, si continenter vixerit: intelligitur de perpetua continentia. Quod tene memoriæ. videmus enim, q̃ ex transitu ad secundas nuptias incurrit aliquas pœnas: de quibus in l. fœminæ. C. de secun. nup. & in c. fi. eo. ti. Fortius dicendum erit de ea, quæ luxuriosè viuit, ne plus operetur luxuria, quàm castitas. vt d. authen. de restit. & ea quæ parit. in fi. & not. in c. quod ad te. de cle. coniu. Hinc est, q̃ omnes † pœnæ statutæ
3 contra secundò nubentes, habent locum in his, quæ non honestè viuunt, ita not. dicit Barto. in l. his solis. C. de reuo. do. de quo facit festũ And. Sicu. in d. c. ex parte B. de fo. compe. j. col. & Benzel. li. in c. ex parte M. de appel. in apostil. vide Bar. in authen. de non eli. secundo nub. §. cum igitur. in fi. & Ludo. Bonoñ. in addi. ad tractatum Mathesi. de succes. ab intest. xj. colum. Idem est, si mari-
4 tus aliquid donauit, † vel legauit vxori, vel ipsam vxorem instituit, & postea eo mortuo luxuriose viuat, priuatur hæreditate, vel legato vt indigna, licet maritus non adiecerit clausulam, si caste vixerit vt l. regni. Fo. legũ lib. iij. ti. xij. l. ix. & firmat Saly. in l. fideicommissum. C. de fideicõ. propter
5 glo. no. ibi, quæ dicit, q̃ † si legatarius concubuit cũ vxore testatoris, per hoc perdit legatũ: quam gl. multum no. ibi Bart. & in l. j. ff. de his quibus vt indig. in fi. Ad idem glo. not. in l. sororem. C. de his quib. vt indig quam mandat Bar. ibi notari. & Bal. in c. tuæ. in fin. de procur. quæ dicit, q̃ si testator aliquem instituit hæredem, qui post mortem testatoris concubuit cum vxore defuncti, auferetur ab eo hæreditas, tanquam ab indigno. Ex quo dicebat ibi Pau. de Cast. & in dict. l. fideicommissum. & latius consi. cxxj. q̃ si † vidua committat stuprum, durante viduitate, debet perdere do-
6 tem: sicut si viuente marito hoc fecisset: a quia videtur adhuc esse in priori matrimonio: vt l. fin. C. de bo. ma. ibi, dum dicit, in priori matrimonio &c. & ibi no. Bald. & facit quod dixi suprà. §. lx. ver. amplia secundò. quod videtur satis rationabile, quamuis Alex. in d. l. sororem. aliter videatur sentire: vt ibi per eum. Bene facit ad hoc, quod not. voluit Bal. in cap. accedens. de procur. in fin. verbis. vbi dicit, quòd si vxor adulteratur, non habet priuilegium dotis: quia reatus omnem honorem excludit: vt l. prima. C. vbi sena. vel cla. Nam si perdit dotem, multo fortius non habebit dotis priuilegia. Adde in simili, quod sicut adul-
7 ter † propter adulterium dicitur inimicus propinquorum mariti. l. vnica. C. si rector prouinc. & vnica. C. si quacunque prædict. po. ita etiam si post mortem, secundum Bald. in l. si mulier. C. de

No. contra viduam luxuriosam.

Lex regni. Vidua luxuriosa perdit dotem.

a Quia ista doctrina singularis est, & pluribus ardua videtur. & Ale. in l sororẽ. de his qui. vt indi. C. cõtrarium tenet. Ego huic opi. assentiẽs, collegere fuisse duo audito ribus semel declaratum: huc pas sum. Ideo adde vltra eum, quòd hanc opin. tenet Paul. in l. fideicõ. C. de fideic. vbi ait, q̃ vidua ita perdit dotẽ propter stuprum, sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

perderet propter adulteriū viuente marito, quod sequitur, & dicit cordi tenendū l. si in l. ij. co ij. ff. sol. mat. qui refert eundē Pau. consi. cxxj. idem latius tenentē, & respondentem fundamentis Ale. in d. l. sororem sicut si ipsum vidit vos. hocetiā dicit egregius Fel. in cap. pastō. de iudi. col. penul. idem cōmendando se quitur Hyp. in singu. 234. inci. pariadelilla in nobis idē Per. Ferrar. de Petra San. in sing. 48. incip. scias q̄ si mulier sequitur etiam Io. de Neuiz. in dus Modernorum relator, in sua sylua nuptiali fol. 7. colum j. in prin. vbi refert alios hoc sequentes licet tacite in d. l. fideicommissum cū Alexā videatur residere & vide Vincent in d. l. ff. solut. matri. Ioan. Ber. Nat. hoc de cōmissario. vide Paul. in l. fideicōmissum. C.

adul. Ista faciunt ad dubium de vasallo, qui dehonestauit vxorem domini sui iam mortui: de qua per Andream de Isernia, in c. ij. de feu. sine culpa non āmitten. cuius meminit Lucas de Penna, in l. fin. C. de inco. libro x. Ex istis iufero ad vnum, quod non reperio in specie tactum: quòd si maritus relinquit vxori facultatem pro eo testandi, & eo mortuo ipsa luxuriose viuat, per hoc videtur reuocatum sibi mandatum. Ad quod bene facit illa singu. licet vulgata doctrina Cy. Barto. & Paul. in l. fi cùm Cornelius. ff. de solut. vbi dixit, 8 quòd si post † mandatum factum procuratori, est factus quidam ribaldus, vel inimicus, vel aliàs cō ditionem mutauit in deterius: videtur eoipso reuocatum mandatum: vt ibi, & in l. cùm quis. in prin. co. ti. & tenet Cy. in l. falsus. in prima quæst. ff. de fur. & ibi Barto. & alij. Item tenet Bald. in l. mandatum. quarta colum. versi. venio ad quæstiones C. manda. & in l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de ver. obl. & ibi Ioā. de Imo. in prin. qui dicit idem esse in † executore vltimæ voluntatis: quia si post testamentum, vel mortem testatoris, efficiatur vnus ribaldus, finietur eius officium. ad quod facit secundum eum l. liberta. §. longius. ff. de an. lega. bene facit tex. & ibi Bar. in l. confirmando. ff. 9 de confir. tu. vbi ex † mutatione morum præsumitur mutatio voluntatis eius, qui administrationem concedit. de doctrina Barto. in dict. l. si cùm Cornelius. meminit Abb. in rac. concilij Basilien sis. fo. lviij. colum prima. & Lucas de Penna, in l. agentes. circa fin. C. de agen. in re. libro xij. vide ad hoc multa, quæ cumulat Fel. in c. ex parte decani. de referi cùm agit de reuocatione mandati propter mores mutatos. Ad idem facit tex. no. in l. quod Seruius ff. de condictione indebi. vbi 11 † dicitur in. e. ueniens inter sponsos, arguit voluntatis mutationem. per quę dicebat not. Bal. post Dyn. in l. miles. §. quærebatur. ff. de adul. q̄ si aliquis contrahit sponsalia cum minore duodecim annis, ea pubescente tacite matrimonium confirmatur: vt l. si vxor. §. si minori. ff. eodem titulo. Sed pone, quòd sponsus, antequam puella 16 præficeret duodecim annos, duxit aliam vxorem, quæ est mortua: quæritur, an illa puella pubescente matrimonium reconualescat. Dico quòd non, quia illud est verum, si spes primi matrimonij non fuit finita. Ad idem bonus tex. in l. pater 12 hæredi. ff. de test. tu. vbi mutata † causa, propter quam datus est tutor à matre, non confirmatur. Ex quo colligit ibi Bal. quòd cùm mutantur mores, mutantur honores. ex quo infert, quòd si pro a curator constitutus ad exigendum, mutauit bonam conditionem in malam, ex qua efficiatur suspectus: eo ipso finiatur mandatum, & debitores ei soluentes non liberentur, si hoc sciant. allegat iura. de quibus ibi per eum, & glossa in l. si non fortem. §. qui filio. ff. manda. ad idem glossa not. 13 in l. filius. § procuratorem. ff. manda. quòd † initorem, facit finiri mandatum. Item facit finiri tutelam. Inst. de exeu. tu. §. inimicitiæ. l. tutor. §. fi 14 tutor. & ibi Bar. ff. de suspec. tu. Vnde † mater, quę fuit sibi decreta tutela, per authen. vt liceat ma. & 17 auia, si transeat ad secundas nuptias, repelli debet à tutela. auth. vt sine prohi. ma. §. quia verò. col. vij. & auth. sacramentum. C. quando mulier tut.

offi. fun. po. quia præsumitur filiorum inimica. l. lex quæ tutores. §. fi. C. de admi. tut. vide in decisionibus Delphin. quæst. dxlix. Multo fortius si luxurioſe viuat, ne fauorabilior sit luxuria, quàm castitas: vt no. in c. ex parte. de appel. Ex his dicebat Ioā. de Imo. no. in l. fi quis arbitratu. ff. de ver. obl. quòd per examinationem superuenientem in persona arbitri, maxime ex parte alterius compromittentium, finitur compromissum. ad hoc l. patre. §. fi. ff. de testa. tu. & l. licet. ff. de arbi. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pe. c. ij. de procu. lib. vj. Ex istis aliqui audent dicere, quòd si maritus relinquit vxori potestatem faciēdi pro eo testamentum, vel illud exequendi, & mutet statum trāseundo ad secundas nuptias, perdit hanc potestatem. Ad hoc bene facit decisio no. Bart. in l. ex facto. v. colum. ff. de vul. & pup. vbi dicit, quòd facultas data ab illa l. matri substituendi filio furioso, vel mē te capto, & per consequens testandi pro eo: perditur per trāsitum ad secundas nuptias. hoc sequitur ibi Ange. Rapha. Pau. Alex. & alij Moderniores. licet Bal. in l. humanitatis. j. colum. C. de impu. & aliis. teneat contrarium. & sentit Bart. in l. à filio. ff. de ali. & cib. leg. Bald. in authen. iisdem pœnis. C. de secun. nupti. per l. cùm pater. §. hæreditatem. de lega. ij. dicentes, quòd † per transitum ad secundas nuptias vxor non perdit executionem testamenti. Cogita. Ex quibus etiam iudicio meo attentari potest, quòd authen. præterea. C. vnde vir & vxor. non habet locum in vxore, quæ post mortem viri luxuriose vixit. ad cuius cō firmationem multa potuissem adducere, quæ brevitatis causa omittuntur, quia non est iste locus accommodatus. Vide Ancha. in c. ex parte decani. de referip. & in c. quemadmodum. sup. de iureiu. & in c. tua nobis. sup. de deci. & Ioan. de Anania in c. qualiter & quando. col. ij. ij. col. ad fi. ff. de accusa. Ex istis forsan potest attētari, q̄ si maritus alquid donauit vxori, quæ postea adulterium cōmisit. tacitè videtur reuocata donatio: vt sup. dixi. Vnde non confirmabitur postea morte mari- 16 ti: vt dico infrà. §. xxxviij. ver. tacitè etiam. † vxor enim, quæ post mortem mariti luxurioſe viuit, perdit priuilegia & commoda, quæ alias à l. sunt ei concessa. Vnde quamuis lex concedat viduæ, vt interim q̄ est in viduitate gaudeat priuilegio fori mariti: vt l. filiis libertorum. cum simi. ff. ad municipa. si tamen luxurioſe viuit, amittit illud priuilegium. ita dicit no. Ang. in l. cùm quędā puella. ff. de iur. om. iudi. vbi videas doctores, signāter Alexan. col. ij. ver. quod autē. a Item perdit tutelam filiorum, secundū Spe. ti. de tutore. §. nunc dicēdū. ver. itē excipitur cōtra matrem. gl. & Bal. in auth. matri & auiæ C. quando mu. tu. offi. fun. po. & in auth sacramentum eo. ti. facit l. fi. eo. tit. quæ requirit, q̄ pudicę viuat. & no. in c. ex parte M. infrà, de appel. Idē dicendū in executione testamenti mariti relicta vxori: quia si turpiter viuat, perdet et illa, secūdū Imo. in d. l. cū qui. §. qui sibi. j. eo. ff. de ver. obli. quia sicut perdit tutelā, sic executionē: cùm executio testamēti & tutela ęqui parētur. gl. in l. antepe. ff. de tute. & ibi no. Bar. qui allegat in simili gl. ij. in l. vxori. ff. de fal. Illa enim dicitur vidua, seu † viduitatem seruare, quæ defuncti virum honorat, non quæ inhonestè vivit. vt authen. de nuptiis. §. quæ verò. colla. iiij. quem tex. ad hoc alleg. Bal. in authen. ex testamē to. ij.

de si. co. supra alleg.

a Adde generaliter vidua inhonestè viuēs non gaudet priuilegijs concessis viduis. ita fir mat Felin. post alios per eum relatos in c. si significantibus de offi. dele. pe. col. Ioan. Ber.

Not. limitationē ad l. omnē. C. ad Tertul.

to. ij. co. C. de secun. nup. refert & sequitur Marianus in ca. ex tenore. in fi. de foro comp. vide Bal. in l. vna. col. j. C. de priui. do. & Lucam de Penna, in l. fi. C. de inco. libr. x. & Valensem in summa, in pluribus locis, signanter in communiloquio, parte iij. dist. vj. cap. ij. Vnum tamen tene memoriæ, quòd licet vxor, quæ post mortem viri luxurioſe viuit, perdat priuilegia viri & c. de quibus supra. non tamen sic erit in ea, quæ transit ad secundas nuptias. nam ista non perdet, nisi habita distinctione, de qua in l. fœminæ. C. de secū. nup. & hoc, quando tempore transitus ad secunda vota habebat filios. Si tamen mortui erant, nō amittit eorum successionem, ex quo nullus filius superest. vt plene notatur in authen. ex testamento. eod. titu. secundum Bald. consi. ccxij. incipiente, quidam nomine. ij. volumine. Ex quo infertur, quòd lucra, quæ sibi obuenerunt ex bonis constante matrimonio acquisitis, non perdit, quamuis transeat ad secundas nuptias: nec tenetur propinquitatem eorum reseruare filiis prioris matrimonij, quia beneficio legis regni sibi obuenerunt. ad hoc tex. no. & ibi Bal. in l. fi. in fi. C. de bonis maternis. de quo feci mentionem suprà. §. v. prope finem. ver. confirmatur hoc. & ita aliàs in contingentia facti dixi, consului, & obtinui. quamuis alia videantur facere in contrarium, de quibus suprà. ibi, ver. verum est. Postea verò fuit hoc lege

Lex regni. constitutum in curiis Tauri. xiiij. incipit, Macedonios. Sed reuera illa procedunt in mero lucro habito ex bonis mariti. Nos loquimur in acquisitis constante matrimonio, quæ prouenerunt ex opera & industria mariti & vxoris. vnde tenet quod dixi. Idem videtur de arrhis vxori datis, nam id quod ex eis secundum dispositionem legis regni sibi debetur, suum est, quia dantur in præmium pudicitiæ. vt l. res vxoris. C. ista tit. & ibi no. Bal. dixi suprà. co. xliij. ver. quæ quidem. & sic titulo oneroso. ergo non perdet illas, quamuis transeat ad secundas nuptias, debet tamen in vita illis vti, reseruata proprietate filiis illius mariti, à quo habuit illas. vt dictat lex regni, Foro legum lib. iij. ti. ij. l. j. Ista faciunt ad dubiū, quod vidi in practica, & quotidie accidit. Mortuo marito, moritur eius filius, vxor succedit in bonis filij, quę postea luxurioſe viuit. nūquid bona, quę habuit ex filio, erunt sua propria, vt de illis in vita, vel tempore mortis possit libere disponere? an tenebitur ea necessario relinquere filiis defuncti fratribus legitimis? Per prædicta videtur quòd sic, nam sicut tenetur eis relinquere, si ad secundas trānsat nuptias, vt dicta l. fœminæ. C. de secun. nup. fortius tenebitur, si luxurioſe vixerit, ne plus operetur luxuria, quàm castitas. Cogitabis. Similiter faciunt prædicta ad quæstionem, quæ quotidie practicatur. Vxor alicuius in vita mariti eo inscio adulterium commisit, vel postea vidua existens, quapropter perdit lucra, constante matrimonio acquisita, vt suprà dictum est. Pone, quòd communes filij, qui bus ista lucra applicantur, mortui sunt in pupillari ætate, vel maiores facti, ab intestato concurrunt ad petendum bona filiorum mater adultera, & soror patris, quæ erit potior, præsertim in bonis superlucratis constante matrimonio, quæ vxor adultera, vel incontinens perdidit? Similis quæstio est de vxore maritum occidente, ex qua habuit filium, mortuo patre, moritur filius, mater petit bona filij, soror patris mortui similiter petit. quæ erit præferenda? Dicas, q̄ vxor præfertur. ar. c. cùm inter P. de rēnū. cum ibi no. vbi ex- 18 clusis † à beneficio propter eius renunciationem, admittitur ex alio titulo supeueniente. faciunt ad hoc multa, quæ cumulat Georgius Natan, in repetitione capi. quamuis pactum. de pact. libro vj. Quamuis ergo propter adulterium, vel mariti occisionem, illa bona perdiderit, propter superuenientem titulum ex testamento, vel ab intestato, succedit in bonis filij. Ex istis etiam potest inferri, quòd si vxor maritum occidit, præueniens illum volentem eam occidere, propter adulterij suspicionem: an per hoc perdat lucra constante matrimonio habita? Videtur quòd per l. si ab hostibus. cum ibi not. ff. soluto matrimo. & per ea quæ cumulantur infrà, §. lxx. vbi de hoc dicemus. dic vt ibi. Sed in contrarium facit, quod dixi suprà §. lj. prope fin. ver. si. ex his ergo. & §. lvij. in fin. ver. ex quo infertur.

Svmmae rervm.

1 *Fideiubere non potest mulier, postquam traducta est ad domum viri, nisi ipse vir consentiat.*
2 *Sponsa de præsenti nondum cognita, nec traducta, an & quando teneatur requirere consensum sponsi.*
3 *Mulieres habent consilium inualidum, & ad malum sunt fortes.*
4 *Contractus mulieris factus sine marito, est ipso iure nullus.*
5 *Consensus propinquorum, si in testamento mulieris necessario requiratur, si sine eorum consensu testatur, testamentum est nullum.*
6 *Alimenta præstare tenetur maritus vxori, & eius seruitoribus.*
7 *Actus gestus ab vxore, sine licentia viri, si fuerit sibi proficuus tenet, nisi a principio actus per aduersam partem opponeretur, quia talis oppositio reddit actum nullum, & si utrique consuluit sit vtilis.*
8 *Contractus appellatione, venit quasi contractus, latè sumpto vocabulo.*
9 *Adire hereditatem est quasi contrahere.*
10 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu consanguineorum, habet locum in distractibus, de hoc vide num. 13.*
11 *Distractus sue renunciatio proprie non est contractus.*
12 *Inuentarij beneficium releuat ab incomodo additionis.*
14 *Donatio non est proprie contractus.*
15 *Vxor an possit stare in iudicio sine marito, & nume. 20.*
16 *Adultera sicut perdit dotem, ita & paraphernalia.*
17 *Vxor non potest per procuratorem litigare sine licentia mariti.*
18 *Res ecclesiæ debēt dari in emphyteosim præsentibus œconomis & chartularijs. qui chartularij, nec œconomi, non poterant per se, vel per interpositas personas eas accipere in emphyteosim.*
19 *Spurium instituere non potest quis per se, nec per interpositam personam.*
21 *Consentire videtur maritus si præsens erat, & tacens, quando ipsius vxor procuratorē constituit.*
22 *Tutor autorari videtur, si erat præsens, & sciebat quod fiebat, & tacuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

23 *Ratum habere & non contradicere, paria sunt.*
24 *Societas contracta cum patre, intelligitur cum filio venouata, si patientia tutoris interueniat.*
25 *Procurator generaliter constitutus, non censetur habere mandatum ad delinquendum, nec obligandum dominum ad pœnam. Si tamen dominus sciat & patiatur eum delinquere in iudicio, malè gestum à procuratore redditur validum.*
26 *Vasallus si præsente domino & tacente de re feudali testatur præiudicat domino.*
27 *Licentia quando in actu requiritur, an sufficiat tacita licentia.*
28 *Confiteri si quis voluerit alieno sacerdoti peccata sua, iusta de causa licentiam prius postulare debet.*
29 *Religiosus non potest exequi vltimas voluntates, nisi habita superioris licentia expressa.*
30 *Vasallus si alienauit feudum sine consensu domini, potest dominus ex post facto consentire.*

§.LXVIII 6. *Effectus.* 1 *Mulier tradu-cta nõ potest sine viro contrahere.* *Lex regni.*

OPERATVR alium & sextum effectum traductio: quia postquam est †traducta ad domum viri, non potest sine eius licentia fideiubere, nec aliquòd debitum contrahere, nisi talis vxor consueuerit per se emere, & vendere: vt Fo. legum libro tertio. titu. fi. l. xiiij. & quod plus est, nullum pactum potest vxor facere sine marito. vt eo. For. legum libro primo titu. xj. l. fin. Oportet ergo, q̃ vxor fuerit traducta: vnde sequitur,
2 q̃ †sponsa de præsenti nondum coguita, nec traducta, non tenetur in prædictis requirere sponsi consensum, nisi per copulam transierit in eius potestatem: vt dicit Bald. in cap. iuranit. de proba. dixi supra. §. lviij. & plenius in prælleg. lege regni, col. ij. ver. ego teneo contrarium. Ratio huius est, ne per fraudem & circunuentionem mulieres defraudentur, & vt ex præsentia & licentia
3 maritorum cesset omnis sinistra suspicio, & per consequens maritus non damnificetur: vt est tex. valde sing. secundùm Barto. Bal. & alios in l. transactionem. C. de transa. & idem voluit Bald. in l. ij. C. de adop. Alexan. de Imo. in l. apud Iulianum. §. si pupillus. ff. ex quib. cau. in pos. catur. facit tex. in l. ii. secunda. §. verba. ff. ad Velleia. & in l. fina. C. de iur. & fac. ignor. vbi dicit †, quòd legislator considerauit fragilitatem sexus, & imbecillitatem consilij mulierum. Mulieres † enim habent consilium inualidum: vt dicit Bal. in l. prima. xvj. Column. versic. super quarto arti. C. qui accu. non poss. & propterea vt plurimum laborant aduersus propria commoda: vt dicit text. in l. tertia. in fin. C. de sponsa. & vt Iuuena. inquit, Fortem ani-
7 mam præstant rebus, quas turpiter agunt: maxime in actibus venereis. vt dicit Cyn. quem refert ibi Salyce. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iulia. ma. mulieres enim sunt fortes ad malum: vt ait Chrysostomus super Ioan. ix homel. lxj. & Valensis in communiloquio, parte iij. dist. j. capitu. iiij. Ne igitur per imbecillitatem mulierum, earum mariti damnificarentur: fauore ipsorum principaliter emanarunt dictæ leges regni, vt not. voluit Bald. in l. prima. in princip. C. vnde vir & vxor. vbi dicit, Si statutum dictat, quòd vxor non possit contrahere sine consensu viri: & vxor vult instituere virũ: vir renunciet iuri consentiendi: quod potest, cùm sit introductũ in fauorem viri. quod dictũ tene semper menti. refert & sequitur And. Sicu. in c. possessiones prope fi. de rebus ec cles. non alie. Hoc idem in effectu visus est sentire Angel. de Perusio, frater Bald. in consilio lxxxviij. in fine. dicens, quòd si statutum dictat, quòd mulier non possit testari sine præsentia mariti, seu filiorum: istud statutum cedit in fauorem mariti, & filiorum: quamuis secundario cedat in
4 fauorem publicum. Si ergo vxor † sine marito faciat obligationem, siue pactum sibi præiudiciale fideiubendo, emendo, vendendo, seu quouis alio modo: nihil valet, quia ex quo non interuenit consensus mariti requisitus per dictas leges regni, eius omissio vitiat actum ipso iure: per tex. in capitu. cùm in veteri. de elec. & in c. cùm olim. de arbi. & facit text. & quod ibi not. in l. non dubium. C. de legi. Et in terminis nostris decidit Bald. in l. duobus. ff. de vulga. & pupil. substi. vbi
5 dicit, q̃ si mulier † non potest facere testamentum sine consensu propinquorum si faciat, omisso eorum consensu, est nullum ipso iure. hoc idem voluit Ange. consili. clxx. in fin. dicens, quòd stante statuto, q̃ mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum: si fiat contractus sine eorum consensu, est nullus ipso iure: non tamen erit adeo nullus, quin maritus, in cuius fauore emanarunt leges prædictæ, possit illum ratificare: vt infrà subticiam. Ex illis infertur ad dubium quotidianum, quod vidi in practica, Vxor cuiusdam accepit puellam ad seruitium, inscio marito, postea verò approbante: quæ aliquot annis seruiuit in domo mortuo marito, puella petit salarium ab vxore: quæ se excusat eo, q̃ sine marito contractum fecit: item quòd maritus tenebatur eam alere, & alimentorum appellatione veniebant seruitores, quos maritus † alere tenebatur: vt voluit glo. in authen. de non eligen. secundo nu. dico in cap. per vestras. in iij. no. post prin. Vnde cùm non essent lucra, de quibus salarium puellæ solueretur, videbatur soluendum ab hæredibus mariti, non de dote vxoris, quæ erat sibi
6 præcipua remansura. l. j. ff. solut. matri. cogita. Si tamen contractus vxoris sit ei & marito vtilis, valebit, etiam absque mariti licentia vel consensu. ar. l. nõ eo minus. C. de proc. facit gl. in l. j. C. qui legi. pers. & in l. si tutor. C. in qui. casi. in integ. resti. nõ est necessaria. vbi acta facta cũ minore, sine autoritate tutoris, vel curatoris ad eius fauorẽ tẽ dẽtia, valẽt vt a expresse disponit lex Sty. li. xliiij. incipit, otro si enel. ti. de las deudas. Sic etiã intel ligo legẽ Tauri. xlv. quę indistinctè videtur repellere vxorẽ in iudicio litigãtẽ, absque mariti licen
7 tia vel cõsensu: nisi † actus ab ea gestus fuerit sibi proficuus. Quod aliqui volũt intelligere, quãdo à principio dũ actus gerebatur, nõ fuit oppositum per partem aduersam. secus si statim opponeretur: nam talis oppositio reddit actum nullum, etiam si fuerit marito & vxori vtilis. ita no. tenet Bald. in c. j. de rescri. sic intelligens & limitans dictal, non eo minus. nam & iudex ex officio suo potest à principio illam non admittere, & à iudicio repellere, ne iudicium suum reddatur illusorium. c. cùm causam. de iudi. & ibi no. Ab. ad idem l. ampliorem. §. ij. C. de ap. & in l. ij. §. fi. C. de tempo. ap. glo. in l. filiusfa. §. veterani. ver. præterm issum. ff. de proc. & in l. ita dem. ũ. C. eo. & in c. examinata. de iud. & in c. j. in ver. impugna. de elec. li. vj. Et procedent ista non solùm in contractibus, prout

Cõtractus mulieris est nullus ipso iure, sine marito fectus.

Ampliatio Idem est in quasi contractibus.

bus, prout disponunt leges prædictæ: sed etiam in quasi contractibus. Vnde si vxor quasi contrahendo sine marito faciat actum præiudicialem, seu obligatiuum: non valet actus ipso iure: per l.
8 Tauri. liij. lv. quia appellat. † contractus venit quasi contractus: vt voluit glo. in §. omnem. in ver. aliis. Insti. de act. est bonus text. in l. ex contractibus ff. de act. & obli. vbi text. actionem tutelæ appellat contractum: cùm in veritate actio tutelæ sit quasi contractus. Item negotiorum gestor quasi contrahit: vt Instit. de obl. quæ ex quasi contractu. in prin. & tamen lex appellat illum contractũ
9 vt l. sed cùm aliquis. ff. de nego. gest. Item † adire hæreditatem est quasi contrahere: vt l. ex maleficiis. ff. de act. & ob. & Insti. de obli. quæ ex quasi contractu. §. hæres quoque. & tamen lex appellat aditionem hæreditatis contractum: l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quib. cau. in po. ca. Nec ob. si dicatur, quòd appel. contractus comprehenditur quasi contractus, late sumpto vocabulo, non autem proprie: vt voluit glo. in ver. contractus. in c. fi. suprà, de fo. compe. & glo. in l. omnes. ff. de iudi. quia vbicunque duo ita se habent quòd vnum
13 late sumpto vocabulo venit appellatione alterius, & est eadem ratio in vtroq; ius loquens de vno, habet locum in reliquo: vt sentit glo. in cle. j. de reseri. & in cle. auditor. in ver. beneficio. c. ti. & cle. j. de elec. quas ad hoc reputat sing. An. Si. in c. fedes. de reseri. & in c. suspicionis. x. colum. de offi. dele. & in multis aliis locis. Ratio autem prohibitionis dictarum legum non minus militat in quasi contractibus, quàm in contractibus: cum etiam quasi contrahendo possit vxor graviter damnificare maritum, in cuius fauorem emanarunt dictæ leges: vt suprà dictum est, ergo per cõ
14 sequens videntur prohibere etiam quasi contractum. hoc tenuit expresse Ioan. Camp. in suo tractata. de dote. v. parte. quæst. cvij. vbi dicit, considerandum esse, an ratio statuti prohibentis contractum. sit generalis ad quasi contractum, & tunc illum comprehendit. Et quamuis ille non dicat, hoc videtur fuisse de mente Bald. in rubri. C. de pac. vbi dicit, quòd si per statutum mulier prohibetur contrahere sine consensu propinquorum, etiam prohibetur omnis conuentio ad liberandum, & tamen liberatio non est proprie contractus, vt l. labeo. §. contractum. ff. de ver. sig. Sed Bald. attendens identitatem rationis, extendit illud statutum de contractu proprio ad cõtractum improprium. Si ergo vxor velit liberare debitorem suum sine licentia mariti, non potest, secundum eum. Hoc etiam videtur sentire idem Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collat. in xxj.
10 quæst. vbi dicit, quòd † statutum prohibens mulieri contrahere sine consensu cõsanguineorum, habet locum in distractibus, & consequenter in renunciationibus, quia cùm illud statutum prouideat imbecillitati mulierum, quæ ratio habet locum in renuntiationibus, ergo idem ius. tamen
11 constat, quòd † distractus seu renunciatio nõ sunt proprie contractus, vt l. fina. & quod ibi no. Bald: C. de interdic. ma. & dicta l. labeo. §. contra-
a Adde ta men doctri nam notab. subtilis Aretini, in l. si quòd a stante statuto, quòd mulier non possit contrahere sine propinquorum consensu: non poterit adire hæreditatem sine eorum consensu, & sic quasi contrahere: quia pro contractu accipitur omnis obligatio, vt d. l. omnem. ff. de iudic. ita tenet Bart. quem alij communiter sequuntur in l. more. ff. de acq. hæred. Pau. Lud. & alij in l. multi. eod. tit. Ludo. consil. cccxciij. in prin. de quo per Abb. & alios in c. qua fronte. suprà, de app. & per Ias. in §. omnem. Inst. de act. xj. col. cum seq. & in l. siue apud acta. j. col. C. de transact. qui per hoc adducit aliqua, quæ per te videas. alia adducit Signo. consi. clxv. Fateor tamen, quòd si vxor velit hæreditatem adire cum beneficio inuentarij, be-
12 ne poterit. quia cùm † beneficium inuentarij relenet ab aditionis incómodo: vt l. scimus. & quasi per totum tit. C. de iure delib. & not. in c. j. suprà, de rest. aditio talis non est damnosa, & potest esse vtilis & proficua. Secus tamen si adeat sine beneficio inuentarij, vt suprà dictum est. Et illud teneo, quamuis contrarium senserit Bal. in d. l. siue apud acta. post princ. C. de transa. vbi dixit, quòd
13 statutum † prohibens mulierem posse contrahere sine consensu propinquorum, non habet locum in muiere faciente pactum de non petendo, & sic in muliere distrahẽte. quamuis mulier obligetur ad non petendum. nec habebit locum in muliere repudiante donationem sibi absenti factam: vt consuluit Pau. de Cast. consi. xj. quem refert & sequitur Ias. in l. beneficium. ix. col. de const. princ. de quo suprà habita est mentio in j. limitatione principali ij. col. Ad idem Bal. in l. contractus. ij. col. C. de fide instr. vbi decidit, quòd stante statuto, quòd de quolibet contractu soluatur gabella:
14 non soluetur de contractu † donationis, quæ non est proprie contractus: quia non est vltro citro obligatorius. l. si quis emptionis. cũ gl. C. de præscrip. xxx. an. de quo per Franc. consi. liij. in prin. Idem fuit de mente eiusdem Bald. in l. si donationis. C. quod metus cau. & Io. de Imo. in l. stipulationum aliæ. in prin. ff. de verb. obli. vbi dicunt, q̃ statutum de contractu non habet locum in stipulatione, quæ non est proprie contractus: vt dicit glo. in l. ij. C. de iure emphyt. quia obligat tantum promissorem: vt d. l. stipulationum. vbi Iure consultus posuit ista tanquã similia, & nullum simile est idem. l. quod Nerua. ff. de posi. hoc expresse fir mauit Signor. d. consi. clxv. incipit, Statuto ciuitatis. Sed nihilominus teneo primũ, quod iuri matis consonum quia cùm dictę leges regni nõ sunt fundatæ, nisi super ratione, de qua suprà. nec alia possit coniecturari: ex illa ratione possumus dicere leges extendere, ac si illa ratio esset in eis expressa: vt l. milites agrum. in fi. princ. ff. de re milit. gl. sing. in l. quamuis. C. de fideic. in glo. fin. quam multum not. ibi Bald. in princi. dicens, quòd isto casu nõ erit interpretatio extẽsiua, sed intellectiua. Idẽ sentit gl. in d. cle. j. de elec. in ver. eligitur. functis ibi no. maximè per Pau. idem tenet Bal. in l. maximum vitium. iiij. col. suprà, de lib. præt. vel exhære. & in auth. quas actiones. in ij. col. in iij. q. C. de sac. sanc. eccl. & in l. fin. C. de hæredib. instit. Abb. in c. fin. ij. col. de rescrip. & in cap. cùm inter vniuersas. iij. col. de elect. Illa autem ratio non minus militat in quasi contractibus, vt suprà dictum est, ergo, &c. Vno tamẽ casu forsan potuisset vxor sine marito cõtra-

quis cũ aliter. col. vj. ff. de verbo. obli. vbi firmat, q̃ quæcunque dispositio quãcunque exorbitans seu incorrecti ua loquens in cõtractu habet locum in distractu mouetur per glo. no. in l. ij. §. j. in verbo, liberatorii. ff. de cõtrario iudi. tute. lo. Ber.

Ratio legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum facere, si promitteret vel daret dotem filiæ, vt dixi suprà. §. xlviij. in fin. versi. ex quo si verum est. Et ex istis infertur ad vnum quotidianum, quod ego vidi in practica in cācellaria, quòd cum in iudicio quasi contrahatur. vt l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. sola † vxor sine marito non possit agere vel defendere in iudicio. quia sicut extra iudicium contrahendo posset vxor præiudicare marito, sic etiam in iudicio quasi contrahendo, modo illa bona super quibus litigatur, sint dotalia, in quibus vxor nullam penitus habet administrationem, quia dominium saltim vtile & possessio transit ad maritum, vt l. doce ancillam. C. de rei ven. cùm ex eorum fructibus habet sustinere onera matrimonij. vt l. pro oneribus. C. de iure do. & c. salubriter. de vsuris. infrà. Vnde in istis vxor non habet administrationem, nec de illis potest eleemosinam facere. vt not. per gloss. & doc. in c. quod deo patri. xxxiij. quæstio. v. de quo per sanctum Tho. secunda secund. quæstio. xxxij. arg. viij. ad secundum. & iiij. sententiarum. di. xv. arg. j. q. vij. per totum. & opusculo lxxxiij. c. xvij. per Albulensem Matthæi. vj. cap. quæst. xxj. de quo in Speculo conscientiæ libro primo, cap. lxxxiij.

An vxor potest stare in iudicio sine marito.

Bona quæ habet vxor diuersi generis.

16 Modo illa † bona, super quibus litigatur, sint paraphernalia, vt sunt illa, quæ habet vxor vltra dotem, quæ tradidit marito, non tamen in dotem, & in istis censetur maritus procurator, & potest tanquam procurator super eis agere, nec tenetur cauere de rato. vt voluit Bart. in l. maritus. C. de procu. quia ista bona censentur quasi dotalia, & sortiuntur naturam dotalium, vt sentit glo. in c. plerunque. infrà isto titulo. quæ dicit, quòd sicut vxor perdit dotem propter adulterium, sic & bona paraphernalia. & ita iudicantur sicut dotalia, & ideo sicut in dotalibus habet administrationem, sic in istis ex tacito mandato, vt l. fin. C. de pac. conuen. ita no. Bal. in d. l. maritus. in fi. & per consequens vxor de illis non potest se intromittere litigando in iudicio, vel aliàs. Sunt & alia bona, quæ habet vxor penes se, quorum administrationem retinet sibi. Et in istis cùm habeat vberiorem potestatem disponendi super illis, videtur prima fronte valere iudicium per eam agitatum super eis, saltem de iuris rigore, quamuis de iure regni secus crederem, propter dictas leges regni, 19 de quarū mente est, quòd vxor sola sine marito nō possit aliquem actum facere, per quem possit marito præiudicare, vel aliàs. ita intelliguntur & practicantur dictæ leges. Et per hoc tollitur contrarium, quod posset formari de doctrina Bar. communiter approbata in dict. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex qui. cau. in po. ea. quem refert & sequitur Bal. Ang. Ioan. Imo. Cumanus, & Alex. in l. mutuum. §. j. ff. de acqui. hære. & Abb. in c. qua fronte. suprà, de ap. vbi dixit, quòd si dictat statutum ciuitatis, quòd mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, bene poterit esse in iudicio, & aliquid confiteri, & procuratorem ad iudicium constituere. Nam illud procedit, quando simpliciter est prohibitus contractus, segni tamen quando prohiberetur (prout leges reomnes fatentur locis suprà, alle. & Bal. & Ang. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. q nec tunc poterit vxor quasi contrahere, præsertim cū ista prohibitio fiat per iura ciuilia, prout sunt leges huius regni, sicut dixi suprà, in prin. Vnde nō debet fieri ita stricta interpretatio, sicut si fieret per statuta: vt l. iij. §. hæc autem verba. ff. de nego. gest. & cap. in nostra. infrà, de iniur. Et intelligo 17 prædicta non solū quando vxor † per se litigat in iudicio, sed etiā si per procuratorem per eam solam cōstitutum: quia ex quo procurator nomine vxoris litigat, ipsa effectualiter videtur litigare: quoniam qui per alium facit, per seipsum facere videtur: & regu. qui per aliū. de reg. iur. lib. vj. cū concord. & est bonus tex. in d. l. apud Iulianū. §. contractum. vbi contractus factus cū tutore videtur in effectu celebratus cum pupillo. Si enim aliud diceremus, leges regni prædictæ essent ludibrio, quia quotidie fieret eis fraus, supponendo procuratorē, qui sub nomine vxoris contraheret, vel alios actus obligatorios faceret, & sic fieret fraus de persona ad personā, quod esse non debet vt l. hæc ratio. §. fin. isto tit. & c. sicut non suo. xlvj. dist. & c. quanto. de priuil. traditur per glos. in c. plerique. xiiij. q. iij. Ille enim qui non potest actū facere per se stante prohibitione, nec poterit per alium, vt reg. potest quis per alium. de reg. iu. lib. vj. cū concor. & propterea dicebat Bald. quē alij sequuntur, in l. non dubiū. vj. col. ver. ij. modo. C. de legib. q si nobilis in ciuitate nō potest emere immobilia, nō poterit per famulum suum ad hoc suppositum. Bene facit ad hoc tex. in authen. de alie. & emphy. §. œconomus. colla. ix. vbi dicitur, 18 q † res ecclesiæ debent dari in emphyteosim præsentibus œconomis & cartulariis ecclesiæ. & postea subdit q œconomi, nec ipsorū parentes, nec cartularij, per se vel per interpositas personas accipere possunt in emphyteosim. Ex quo dicebat ibi Ang. de Peru. q si dictat statutū, quòd gabellæ cōmunes debeant vendi per officiales ad hoc deputatos, præsentibus conseruatoribus monetę cō seruatores monetæ, vel ipsorum parentes per se, vel per subiectas personas non possunt emere dictas gabellas. Idem dicit, si statutum dictat, q mulier non possit testari in præsentia sui viri: quia nō poterit instituere ipsum virū præsentē, vel cōsanguineū viri, vel aliū recipientē pro viro, cū præsentia viri. Faciunt ad hæc no. per Bar. & alios in l. fi. ff. de hære. inst. vbi dicūt, q eo modo, quo nō potest quis instituere † hæredē filiū suum spuriū: vt in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. pe. & in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & auth. licet. in fi. C. de nat. lib. eodem modo non poterit per interpositam personam, instituendo eam, vel legando ei, cum hoc, quòd restituat spurio, promittendo hoc publicè, vel accommodando tacitam fidem. adeo quòd dicebat ibi not. Bart. quòd hæres tenebitur respondere positioni, an fuerit rogatus à testatore de restituēdo spurio vel incapaci. Sicut 20 ergo vxor † sine marito non potest contrahere, vel quasi contrahere, vel quasi contrahere, vel in iudicio esse per se: sic nec per procuratorem, vel interpositam personam. Nam & tunc ipsa in effectu videtur agere: vt in simili dicebat Angel. post Dy. in §. actio autem. in fi. Instit. de action. vbi dicit, quòd licet agat administrator vel procurator alicuius, in effectu videtur agere dominus. argu. l. ita autem. §. gessisse. ff. de administr. tut. cum aliis de quibus ibi per Ang. aliàs sequeretur absurdū, quia quod vna via prohiberetur, per aliam esset concessum, quod esse non debet, vt in l. fin. C. de reb.

Non potest vxor per procuratorem litigare sine licentia mariti.

reb. alie. non alie. & c. tuę. de procu. & c. vnico. de cle. coniuga. libr. sexto. & regula, cùm quid vna via. de regul. iur. in eodem libr. cum concor. Et fraudarentur leges prædictę amplectendo potius verba, quàm mentem. quod non est faciendum: vt l. fraus. ff. de legi. & cap. intelligentia. de verb. sig. Et istud teneo, quamuis Bartol. quem multi sequuntur in dicta l. apud Iulianum. §. fina. ff. ex qui. cau. in poss. eat. contrarium velit, dicens, quòd si dictat statutum ciuitatis, quòd mulier nō possit contrahere sine consensu propinquorum: bene poterit esse in iudicio, & aliquid confiteri, & procuratorem ad iudicia constituere, sine propinquorum consensu: quia tunc non propriè contrahit. Ipse tamen hoc non firmat, sed cogitandum relinquit, cum qua decisione transeunt Bal. Angel. & Imo. in l. mutuum. §. eum cui. & in l. more, eodem titu. & Abb. in dict. c. qua fronte. idem tenet Angelus consil. vlt. de quo vide latius in simili Signorelum, dicto consi. clv. incipiente, statuto ciuitatis. Sed reuera hoc dictum Bartoli, nunquam mihi placuit per prædicta. & illud in specie reprehendit Ioan. Campetius in suo tractatu, de dote. quinta parte. quæst. cviij. Fatetur tamen 25 ipse, quòd si in constitutione procuratoris specialis ad contrahendum, vel ad iudicia interuenisset solennitas statuti: valuisset contractus, vel iudicium postea per procuratorem solum, quamuis non interueniret alia solennitas. Et secundum prædicta vidi alias iudicari in magna causa, in cancellaria agitata per procuratorem à sola vxore constitutum. Crederem tamen, quòd si tempore, quo vxor procuratorem constituit, maritus erat præsens, & tacuit, vel saltem quando iudicium agebatur, non contradixit: per hoc visus

Maritus præsens & tacens quā do procurator constituebatur videtur consentire.

21 fuit consentire: † vt expresse voluit Bald in l. secunda. §. voluntate. in prin. ff. sol. ma. dicens, quòd si lex disponit, quòd mulier non possit testari sine consensu consanguineorum, sufficit eorum præsentia, sine contradictione, licet non interueniat eorum expressus consensus: quia vbi lex facit mētionem de voluntate, sufficit voluntas non solum vera & expressa, sed etiam tacita præsumpta, vel ficta: vt d. §. volūtate. quod dictū sequitur Ang. & alij ibi. & bene facit tex. ad hoc, secundū Bal. ibi, in fi. ff. de au. tu. Sed melius facit tex. cum gl. in 22 l. iij. e. ti. vbi gl. dicit, quòd si tutor erat præsens, & sciebat q fiebat, & tacuit: videtur authorari. ar. tex. in l. impuberes. & l. nō multū. eo. ti. Ad idē tex. cum glos. in l. quo enim. ff. rē ra. ha. in §. j. vbi 23 gl. dicit, † non contradicere ratihabitioni par est. Ad idem facit not. dictum Bal. in l. mandatum. C. 24 mand. in ij. col. vbi dicit, q † societas contracta cū patre, intelligitur cū filio reuocata, si interueniat patientia tutoris. Ad idem facit not. dictū Bal. in c. potuit. C. de iure delib. vbi dicit, q si pupillus maior infante, vnà cum tutore, ingressus est possessionem: per hoc hæreditas est legitimè apprehensa: quamuis aliter autoritas vel consensus non exprimatur. Ad idem facit, quod voluit Inn. in c. ex parte decani. suprà, de rescri. vbi dicit, quòd si dominus videt causam suam suo nomine agi per falsum procuratorem, & non contradicit, fit sibi præiudicium. a Nam ex voluntate sua creditur agere, cū possit eum prohibere, & non prohibet: vt l. sæpe. ff. de re iudi. & contra eum mandabitur sentētia executioni, cū credetur ex mādato age-

a *Adde Fe a li in d. c. ex parte decani. co. 3. post*

re. vt l. iiij. ff. de re iudi. debuit enim protestari, q factum procuratoris suo nomine agentis, cùm primò sciuit, sibi displicebat. arg. l. ij. C. de filiosa. ista sunt verba Innoc. Idem sentit ipse in ca. cùm in iure. suprà, de offi. del. in ij. col. ibi: vel domino sciente procuratorem nomine eius agere. Sentit etiam ille in c. cùm olim abbas. eodem titu. in ca. in nostra. de procu. & in c. cum super. de re iudi. in quibus locis videtur velle Inno. & sic cum allegat totus mūdus, quòd ex illa taciturnitate videtur sibi dare mandatum. quod dictum pro singulari extollit Abb. in dict. cap. ex parte decani. ij. colum. & in cap. cùm in iure. fi. colum. de offic. dele. & firmat Bart. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudi. Bald. in l. licet. C. de procu. & in l. ij. ad fin. C. si ex fal. instr. & in d. §. voluntate. & plenè no. in l. tutor. C. in quib. ca. in inte. resti. non est ne. & in l. licet. ff. de re iudic. & in d. l. sæpe. per Ludo. consilio clxx. per Andream Sicul. in repeti. rubri. de fide instru. lvij. colum. dicentem, quòd licet istud dictum Inno. per quosdam non leuis autoritatis doctores reprobetur, pro eo tamen est casus secundùm eum in ca. fi. de iureiuran. libr. vj. vbi li- 25 cet † procurator generaliter constitutus, non censetur habere mandatum ad delinquendum, nec obligandum dominum ad pœnam. vt l. iij. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. & l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obtempe. cum similibus. si tamen dominus sciat, & patiatur procuratorem suum delinquere in iudicio, ex quo venit pœna inferenda, ipsum male gestum à procuratore redditur validum, vt est ibi casus singularis secūdùm eum. Sic ergo videtur in proposito, quòd ex quo maritus sciuit vxorem suam constituere pro curatorem, & ipsam litigare per se, vel per dictum procuratorem: & non prohibuit cùm possit, imò tacuit, videtur cōsentire, & tacitè approbare constitutionem procuratoris. & ipsum processum, de quo videtur mihi casus in terminis in d. l. sæpe. ff. de re iudic. ex qua sumpta fuit lex regni iij. par. ti. xx. l. ix. vbi dicitur, quòd si maritus sciat vxorem agere vel defendere in iudicio, super rebus sibi in dotem datis, & non contradixit, sententia super hoc lata, præiudicat marito, quia iudicium videtur ex sua voluntate agitatum, ex quo potuit prohibere, & non prohibuit. de quo vide Bald. in l. si fine. ad fin. C. ad Velleia. Addē prædictis, quòd si 26 † vasallus testatur de re feudali præsente domino, & tacente, sibi præiudicat, secundùm Bal. in cap. primo. §. donare. qualiter olim feudum po. alie. per l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pignus vel hypothe. sol. Sequitur Iacobinus de sancto Georgio in tractatu feudorum, in parte, & cum pacto. quòd de ipso feudo possint ipsi vasalli. ver. sed quid si vasallus. Maximè si vnà cum taciturnitate interuenit aliquis actus factus per maritū, qui potius videatur declinare in consensum, quàm in dissensum. Nam tunc indistinctè videtur maritus consentire, vt puta si maritus duceret aduocatum, vel instruat causam, vel aliud simile, ita dixit not. Bald. in l. final. §. necessitate. penu. columna. C. de bon. quæ libe. motus ar. text in dicta l. secunda §. voluntate. ff. so. ma. & ff. de reg. iuris. vbi nō voce. & ff. de adop. l. si pater naturalis. & ff. de procu. l. mutus. & ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. si pupillo. Et bene facit tex. iuxta glo. fi. in cle. j. de procurat. vbi dicitur, quòd si ego constitui

Alex. in l. sæpe. col. j. cum pluribus seq. de re iudic. & quod no. Iaso in leg. si procurator vers. septimo lim. C. de procur. Io. Bern.

Quando cū taciturnitate interuenit actus de eliminans in consensum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitui te procuratorem, & literas procurationis ad te miſi, & tu eas recepiſti, & tacuiſti, per hoc viſus es approbare & conſentire. quem text. ad hoc multum commendat do. Abb. ibi in recollectis. & in cap. pen. ij. col. eod. tit. & in c. nonne. de præſum. & in quodam ſuo conſil. lxxxix. viij. col. Ad idem eſt bonus text. in cap. ex ore. de his quæ fi. à maio. par. cap. facit etiam tex. not. in l. filiusfa. ff. ad Mace. vbi eſt caſus, quòd ſi filiofam. mutuam pecuniam, & poſtea direxi patri ſuo literas, quibus dicebam, quomodo ego mutuaui filio ſuo pecuniam, rogans eum, vt ille mihi ſolueret. Ille autem literas ſuſcepit, & penes ſe retinuit, & tacuit, per hoc videtur approbare mutuum, & tenebitur mihi ſoluere, per illum tex. quem ad hoc multum commendauit Bart. in d. l. quo enim. ff. rem rat. hab. Et propterea dicebat no. Ioan. Andr. in regula, qui tacet. in mercurialib. & refert & ſequitur Abb. in c. nonne. de præſump. in iiij. col. quod ſi conſtitutio epiſcopi prohibet alienationem fieri ſine ſua licentia, ſi fiat alienatio in eum videtur conſentire, & licentiam dare: quia vltra ſcientiam & patientiam interuenit actus declinans in conſenſum, ſcilicet, receptio rei alienatæ. Et ſic vult
27 Ioan. Andr. quòd vbi requiritur † licentia in actu, ſufficit tacita quamuis contrarium ſentiat Inno. in c. cùm conſuetudinis. de conſuet. Ang. & Imo. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. ff. de acquir. hæred. & Ioan. And. in clem. j. de teſt. & in c. ſi abbatem, de elect. lib. vj. quem refert & ſequitur Ludo. in d. l. ij. ff. ſol. matr. & Andr. Sic. in c. poſſeſſiones. de reb. eccl. non alien. Ad iſta bene facit quod not. Bar. in l. cùm pater. §. libertis. per illum tex. ff. de leg. ij. vbi vult, quòd licet filiusfa. non poſsit in iudicio agere, vel conueniri ſine licentia patris. l. fin. §. neceſsitatem. C. de bo. quæ lib. tamen ſi pater & filius ſimul agant, valet iudicium ex parte filij, quãuis non appareat aliter de patris licentia. hoc ſequuntur Bald. Ange. & Modern. præſertim Alex. in l. qui hæres. §. fin. ff. de acq. hæred. Bal. in l. ſi filius. in fi. ff. de iudic. Ioan. de Imol. & Moderni in l. ſi cùm dotem. in fi. ff. ſolut. matri. cum concordantiis ibi ſignatis. Ang. in §. pupillus. Inſtit. de inuti. ſtipul. Iaſ. in l. quoties. la j. C. de fidecom. Abb. in cap. dilectus. in primo notabili. de conſuetudine. hinc eſt, quòd ſi filius alienat rem immobilem ſimul cum patre, vel econtra, non requiritur alius conſenſus, vel alia patris authoritas: iuxta l. fin. §. filij autem. C. de bon. quæ lib. ita dicit Ang. in d. l. quoties. per illum tex. & ſequitur ibi Iaſ. Hinc eſt etiam, quòd ſtante ſtatuto, quòd filius non poſsit ſe ligare ſine licentia patris: ſi in eodem inſtrumento reperiantur obligati pater & filius, non requiritur alia licentia patris, ſecundum Bald. in l. fin. ij. col. C. ad Maced. Et procedunt iſta, ſiue intelligamus, quod illud verbum Otorgamiento, poſitum in dictis legibus regni, importet conſenſum. Nam tunc licet à principio non interuenerit, ſatis eſt quòd ex poſtfacto præſtetur: vt in c. quod ſicut. de elect. & in c. cùm vos. de his quæ fi. à præ. & cap. cura. de iure patr. & l. ſin autem. cum ibi not. Bart. ff. de aqua plu. arcen. & gloſſ. in cap. prudentiam. in verſi. nihil. de offic. dele. & in c. quod ſicut. in ver. conſentire. de elec. Ad idem quod voluit Ioan. Andr. in cap. indemnitatibus. in ver. à minori. de elect. lib. vj. Siue illud verbum, Otorgamiento, importet authoritatem, prout aliqui firmant, nam licet de iuris ſubtilitate authoritas debeat à principio interuenire: vt l. obligari. ff. de autho. tut. & tenet Bal. in l. j. ad fin. C. qui admi. ad bo. po. & in l. ſi vxorem. j. col. C. de condit. inſer. Abb. in d. c. cùm vos. vide Io. And. in c. j. de reb. eccle. non alien. lib. vj. Inſpecta tamen mente legum regni prædictarum, ſatis eſt, quòd ex poſtfacto interueniat: cùm ratificatio actus præcedentis dependeat à ſola voluntate & ratificatione mariti. quod apparet ex eo, quòd in ſuum fauorẽ emanarunt dictæ leges, vt dicebat Bald. in l. j. C. vnde vir & vx. & dictum eſt in præcedentibus. Si ergo in terminis legis noſtræ maritus poteſt renunciare iuri cõſentiendi, vt dicebat ibi Bald. & ſic renuntiando valeret contractus, vel actus per vxorem, vel eius procuratorem geſtus, ſiue conſenſu mariti: multo ergo fortius valeret, ſi ipſe ratificaret expreſsè vel tacitè. Ad hoc ego allego tex. ſing. in §. pen. Inſti. de mil. teſt. vbi traditur ſingularis doctrina, quòd ita demum poteſt quis ratum habere, quod ab initio iure non ſubſiſtit, ſi nullam ſolennitatem deſiderat, ſed ſolùm ex voluntate ratificantis dependet. Sic debent intelligi no. per Bart. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. & per doct. in dictis iuribus. Ad idem facit text. in c. quàm ſit. de elect. lib. vj. & in l. licet. de iudic. vide gloſ. & Bar. in l. j. §. inchoare. C. vbi de crim. agi opor. Bald. in l. quicunque. ij. col. verſ. ſi autẽ pro cauſa. C. de bo. quæ lib. & Alex. in d. §. iuſſum. iiij. col. verſic. item in quantum Bart. & in v. col. ver. ſecundò dic. Idem dico, ſi teneamus, quòd dictum verbum Otorgamiento, importet licentiã, prout eſt veritas, per l. regni j. par. tit. iiij. l. xxxij. in princ. cuius verba ſunt hæc, Licentia en Latin, y Otorgamiento en Romance, todo es vna coſa. De hoc verbo, Otorgamiento, vide legem regni ij. par. ti. j. l. j. Et ex hoc forte inoleuit conſuetudo in his regnis, quando vxor alicuius contrahit, ſemper dicitur, quòd illud facit de licẽtia mariti, quæ quidem licentia de iuris ſubtilitate debuiſſet præcedere, aliàs non valeret, vt eſt textus qui ad hoc quotidie allegatur in cap. licet de regula. vbi dicitur, quòd ſi religioſus vult tranſire ad ſtrictiorem religionem, hoc faciat petita prius licentia à ſuo prælato. Ad idem text. in c. omnis vtriuſque ſexus. infrà. de pœni. & remiſ. in §. ſi quis. vbi
28 litera dicit. Si quis alieno ſacerdoti † voluerit inſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet. idem dicit d. l. regni xxxij. ad idem text. in l. j. C. de ſacroſan. eccl. quam ad hoc not. Bal. in l. bonorum. xvij. col. in fi. C. qui admi. ad bo. poſſ. poſ. Ad idem facit l. certa forma. C. de iure fiſ. & C. non licet metropo. in rubro & in nigro. & in l. vna. C. de commeatu. lib. xij. & quod not. in l. fi. §. neceſsitatem. C. de bonis quæ liber. præſertim per Bald. notat Bartol. in l. ſi autem plures. ff. de aqua plu. arcen. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. hæred. & firmat Campetius in ſuo tractatu de dote, in quinta parte, q. lxxxiiij. imo de iuris ſubtilitate debuiſſet licentia expreſsè concedi, vt not. voluit Ioan. And. poſt Archid. in c. ſi abbatem. de elect. & idem Ioan. Andr. in regula, quitacet. de regul. iur. libro vj. in iiij. q. & Lap. allegatione lxxxvj. & Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſ. & lega. Ludo. & Alex. in d. l. ij. §. voluntate. ij. colum. ff. ſolut. matri. eſt glo. quam

Maritus potest ratificare gesta per vxorẽ sine eius licẽtia.

Lex regni.

quam ipſi non allegant, iuncto textu in clemen. j.
29 de teſta. vbi tex. dicit, † quòd religioſus non poteſt exequi vltimas voluntates, niſi habita ſuperioris licentia. Dicit ibi gl. quòd ſufficit tacita: quam ad hoc allegat & cõmendat Campetius in d. trac. de dote. v. parte. quæſti. lxxxj. Attento tamen, quòd iſta licentia & validitas actus per vxorem geſti dependeat à voluntate mariti, in cuius fauorem emanarunt leges regni, quæ in contractu mu
a Adde Paul. Iun. in l. in concedendo. ff. de aqua pluui. arcen. a lieris licentiam mariti requirunt: mihi videtur, quòd ex poſt facto poteſt ratificare tacite vel expreſſe geſta per vxorem, abſque eius licentia in iudicio, vel extra iudicium: per ea quæ ſuprà dicta ſunt, ſignanter per tex. in d. §. pen. Inſti. de mili. teſta. & ita vidi pronuntiari in cancellaria. Ad prædictorum confirmationem facit quod notanter voluit Andreas de Iſernia, & ſequitur ibi Alua rotus, in c. imperialem. de prohi. feu. alie. per Fre
30 de. vbi dicit, quòd vaſallus † alienauit feudum ſine cõſenſu domini, poteſt dominus ex poſt facto conſentire, ſecundũ eum, quem refert & ſequitur Iacobinus de ſancto Georgio, in tractatu feudorum, in parte, cum pacto de non alienando. colũ. ix. verſicul. quæro quando vaſallus. & vide ibi an ſufficiat tacitus conſenſus hodie per legem Taurinam. lvj. lviij. Limita prædicta, vt vxor non poſſit contrahere, vel actum obligationum facere ſine licentia mariti, niſi hoc cum iuramento fecerit: nam tunc tenetur iuramentum ſeruare, vt notanter voluit Ancharanus in ca. j. de conſti. in repetitione colum. lxxvj. verſiculo, prædictis applico quæſtionem. & ver. pro confirmatione præcedentis &c. & faciunt rationes plures, quas ipſe recitat. verſiculo, quid dicet in materia iuramenti. Idem expreſſe firmat Franciſcus Aretinus conſilio liiij. ad hoc bonus textus in c. cùm contingat. de iureiuran. & c. licet. eo. ti. libr. vj. & c. quamuis pactum. de pactis. eodem libr. & quæ in illis iuribus notantur. videas multa, quæ ſcripſi ſuprà, §. xiiij. in fine. de alienatione dotis facta à muliere cum iuramẽto. Limita ſecundò, niſi maritus tempore contractus vel actus ſit abſens à prouincia in partibus remotis. nam tunc eius abſentiam ſupplet iudex, vt per Ancha. in d. c. j. de conſti. verſiculo, tranſeo ad ſtatuta: vbi alia ponit ad materiam prædictæ legis regni, quæ ego ſuper eadem lege in meo commento latius proſequor. videas per te. & bene facit textus in l. pe. ff. de bonorum poſſeſſionibus, & in l. bonorum. C. qui admi. ad bonorum poſ. po. & in l. ſi infanti. in fine. C. de iure deliberandi. vbi aliquando iudex præſtat authoritatem ſupplendo defectum tutoris, vel curatoris, hoc eſt hodie ita prouiſum, per legem Tauri. lix. incipit, quando el marido. Idem faciet iudex, quando maritus eſt præſens, & requiſitus non vult præſtare licentiam vel conſenſum ſine iuſta cauſa. nam tunc cogitur præſtare, vel ſaltim iudex præſtabit pro eodem. ar. c. nullus. de iure patronatus. ita diſponit lex Tauri. lege ſeptima, quam tenemus. item limita & intellige prædictam legem regni, prout continetur in curiis Taurinis.
Lex regni. lege, lvj. & lxj. quas per te vide. Iſta ſunt ſatis, quo ad iſtum quintum effectum, omiſsis multis, quæ potuiſſent adduci ad intellectum, ampliationem & limitationem dictarum legum regni: quia non erat hic locus accommodatus. Et per iſta ſum expeditus de iſta ſeptima & vlt. limitatione.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges, morte donatoris confirmatur.*
2 *Et idem eſt in donatione facta ante matrimonium, relata tamen in tempus matrimonij.*
3 *Donatio cauſa mortis ad ſui validitatem non requirit adiectionem.*
4 *Donatio inter coniuges de iure communi non valet.*
5 *Legatum non reuocatur per generalem donationem in dotem.*
6 *Legatum an reuocare videatur teſtator, alienando in ſpecie rem legatam.*
7 *Legatum an & quando per alienationem rei legatæ reuocetur.*
8 *Pignorare rem pro tanto, quanti valet, cenſetur totalis alienatio.*
9 *Creditor licet fundum pignori datum, vt onus ſatisfactionis euadat, non cenſeatur poſſidere, fallit tamen niſi eſſet ſibi pro tanto obligatus, quantum ferè valet.*
10 *Statutum prohibens forenſem acquirere immobilia, intelligitur etiam prohibere capere pignus pro tanto quanti res valet.*
11 *Donatio in dubio non præſumitur reuocata.*
12 *Reuocatio trahitur retro, quo ad fructus perceptos.*
13 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, nec reuocari ſiue modificari non poteſt.*
14 *Donatio vel conceſſio ab aliquo facta, poteſt per principem modificari.*
15 *Vaſallus ſi ſine filijs decedat, an res feudalis ad dominum reuertatur.*
16 *Priuilegium ſine cauſa reuocare an poſſit princeps.*
17 *Princeps in contractibus conſideratur vt priuatus.*
18 *Cardinales ſi ante creationem Papæ aliquid ſtatuunt, & quilibet promittit illud obſeruare, ſi fuerit electus, non tenetur electus obſeruare, ſi eſt in præiudicium dignitatis ſuæ.*
19 *Promiſſiones principum in principio ſuæ creationis, ſi ſint præiudiciales, non debent obſeruari.*
20 *Hæredis appellatio, an & quando intelligatur de primo an de omnibus.*
21 *Teſtator ſi ſimpliciter reliquit eleemoſynam tali conuentui in feſto ſancti Laurentij, intelligitur ſolùm de primo feſto poſt mortem teſtatoris.*
22 *Priuilegium principis debet eſſe perpetuum.*
23 *Priuilegium datum prælato, quòd clerici quatuor ſecum reſidentes percipiant fructus in abſentia, intelligitur de præſentibus & de futuris, loco illorum ſubrogatis.*
24 *Donatarius ſi decedat non relicto filio maſculo, relinquat tamen filiam fœminam legitimam, an ad illam tranſeant bona donata.*
25 *Maſculinum in conceſſionibus & donationibus fauorabilibus concipit fœmininum.*
26 *Filia in iure primogenitura an admittatur, filio legitimo deficiente.*
27 *Fœmina ſuccedit in feudo etiã ſi feudum ſit nobile.*
28 *Inueſtiue filiam vaſalli an teneatur dominus, non exiſtentibus maſculis an verò poſſit alij quemcunque inueſtire.*
29 *Donatio principis latiſſimè interpretanda eſt in eius præiudicium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

30 *Filij nomen, in materia feudali, ponitur pro quolibet descendente ex linea masculina.*
31 *Conditione defecta res manet apud grauatum.*
32 *Per additionem desinit hæreditas esse patris, & incipit esse filij adeuntis.*
33 *Feudum postquam transiuit ad fœminam, non potest ab ea remoueri propter superuenientiam masculorum.*
34 *Secundò genitus si à principio fuit exclusus, an sit postea admittendus.*
35 *Actus in dubio iudicatur perpetuus, non temporalis.*
36 *Exclusus semel, perpetuo est exclusus in materia feudali.*
37 *Pactum per quod quis se obligauit, vt pro obseruantia contractus possit capi personaliter, non transit ad hæredem pacisentis.*

§. LXIX. 1 2. Regula. Donatio inter cõiuges, morte donatoris confirmatur.

EXTRA casus prædictos donatio inter † coniuges est prohibita: vt in superioribus dictũ est. non tamen est omnino nulla, quod apparet ex eo, quia morte donatoris confirmatur: vt l.j. & tertia. & l.si maritus. la secunda. & l.Papinia. & l.cùm hic status. in prin.ff. isto titulo & l.prima, de dot.præle. & lege secunda, de pac.dota. & l.dotationes quas in parentes. C.isto titulo. & capit. fina.infrà, eodem. & quarta parti.tit.xj.l.iiij. vide Lud. Lusitanum in l.si inter virum. ff. de reb.dub. qui plura dicit circa hoc. Ratio potest esse, quia in eadem voluntate præsumitur quis esse, nisi venientem ad mortem appareat contrarium voluisse: vt dicta l.cùm hic status. cum aliis, de quibus suprà, & c.maiores. de baptismo. & l.sancimus. C.de testa. Vnde perinde est, ac si donatio esset testamento confirmata. & sic de ea detrahitur Falcidia, sicut de aliis legatis testamento relictis, secundum Barto. in d.l.cùm hic status. Quod procedit, non solum in † donationibus factis inter coniuges constante matrimonio, sed etiam in factis ante matrimonium, relatis tamen in tempus matrimonij: vnde si spõsus aliquid donat sponsæ ante matrimonium, vel confitetur dotem recepisse, & se refert in tempus matrimonij, secuto postea matrimonio, morte ipsius confirmatur donatio per iurà prædicta: nõ quidem ex verbis legis, quia non videtur verè facta donatio à marito, cum ante matrimonium fiat: sed ex sententia legis, quia collata in tempus matrimonij fictè videtur facta à marito. Casus est no.in l.cũ hic status. §.si sponsus. ff. isto titulo quam ad hoc ponderat Francis. de Aretio.in l.si diuortio. circa fin. ff. de ver. obli. Ex quo infert ipse vnum, quod reputat valde no. quòd vbicunq; ad priuilegium consequendum apponitur certa qualitas in persona contrahẽtium: si illa qualitas inest fictè, & non verè, non comprehenditur sub verbis legis. nam sponsus, qui donat, vt donatio post matrimonium habeat effectum: verè quidem non est maritus, ex quo confert donationem in tempus, quo erit maritus. & hoc refert & sequitur Socinus in l.j.xiiij. colum. in fin. ff. solu. ma. Item confirmatur donatio inter coniuges morte donatoris, etiam si donator post talem donationem fecerit testamentum, in quo nullum hæredem instituit: vel si instituit, hæreditas non fuit adita. nam per tale testamentum, vel hæredis institutionem, non videtur reuocata donatio: vt est tex. & ibi no. Bart. & Bal. in l.j. C. isto ti. est tex.not.in l.sequens. ff. de leg. secundo. secundum Bartolum ibi, quam etiam allegauit Bald. in dicta lege prima. C. isto titul. sicut diximus in donatione, quam facit pater filio: quia similiter illa ad sui confirmationem non requirit aditionem hæreditatis. vt voluit gl.no.in l.filię cuius. in ver. primo. in fin. C. fa. ercis. quam ad hoc pro no. allegat Angel. in l.ij. de legat.j. Ista enim donatio inter coniuges videtur quodammodo donatio causa mortis: cùm per mortem confirmetur, vt dictum est: quæ quidem † donationes causa mortis etiam ad sui validitatem non requirunt aditionem hæreditatis: vt expressè dixit Ange. in dict.l.j. C. isto titu. quamuis Bart. ibi dubitauerit. idem tenet Barto. in l. in mortis. in fine. ff. de dona. cau. mor. & l. qui Romæ. §. Flauius. in fin. ff. de verbo. obli. qui ad hoc allegat text. in l.j. qui sine manu. ad liber. perue. po. ad idem est bonus text. cum gloss. in ver. qui mortis. in l. post legatum. §. pe. ff. de his; quibus vt indig. Ad idem est glossa in l. etiam. ff. de inoffi. te. in ver. infirmari. quam ad hoc allegat Baldus in lege, & si non mortis. in princip. C. ad l. Falc. idem sequitur Bald. in lege secunda. C. quibus res iu. non no. & in lege, cùm quis. ff. de condit. ob caus. Saly. in lege final. C. de pac. Angel. in sua disputatione. incipient. Hastensis miles. charta v. Bald. in l. cùm virum. C. de fideicom. Io. de Imo. in d.l. si quis. de leg. ij. & in l. fi. ff. de donatio. causa mortis. vbi hoc sensit Bald. & Alex. in dicta l. ij. de lega. j. Francisc. de Are. cons. lxxiiij. pen. col. Valebunt ergo donationes inter coniuges, quamuis donator fecerit testamentum & hæredem instituerit, & nolit adire, vt suprà dictum est. Intellige, quando fecit generalem institutionem, vel dispositionem bonorum. secus si specialem de illis bonis: nam tunc bene esset reuocata donatio, & per consequens non confirmaretur. casus est not. cum glo. in l. si maritus. la ij. C. isto tit. & l. cùm hic status. §. si maritus. & §. qui quasdam. ff. eod. vbi dicitur, quòd si maritus rem, quam vxori donauit, alteri legauit, vel pignori obligauit, videtur donationem reuocare: adeò quòd morte mariti non intelligitur donatio confirmata. Ratio huius est, quia † donatio inter coniuges de iure communi non valet, licet iure singulari confirmetur morte: vt dict.l.Papinianus. cum aliis, de quibus suprà ff. isto tit. Illud autem quod valet iure singulari, facilius tollitur, quàm illud, quod valet iure communi: vt l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. milit. Intellige tamen, quando maritus specialiter pignorasset, vel obligasset rem, quam vxori donauit: secus si maritus obligaret generaliter omnia bona sua: nam tunc non videtur reuocata donatio, quia non videtur ea mente obligatum: vt dicto §. si maritus. Ratio diuersitatis est, quia plus operatur pignoratio vel obligatio specialis, quàm generalis, quia generalis non afficit ita rem, sicut specialis. arg.l.ex. differentia. ff. ex quibus causis pign. vel hypothe. ta. contra. hæc est decisio elegans Bart. in l. rem legatam. in fin. ff. de adi. legat. idem tenet Bald. licet de Bar. non fecerit mentionem. in l. si non verum. C. isto titu. quos sequitur Ias. in l.iij. in ij. colum. ver. ij. notanter limitat. C. de legatis. Ex quo infert ipse ibi in fin. colum. ad vnum valde singulare, q̃ si mulier testatrix, quæ † legauit domum vel fundũ alicui, & post testamentũ nupsit, & dedit omnia bona

Idem in donatione facta antematrimonium relata tamẽ in tẽpus matrimony. 2

Donatio causa mortis non requirit aditionem. 3

Si donator post donationem fecerit testamentum. 5

Si de bonis donatis specialẽ dispositionem faciat donator.

Quãdo per generalẽ obligationem rei donata reuocatur legatum. Per generalẽ donationem in totum non reuocatur legatum.

bona sua in dotem viro: per istam donationem generalem in dotem, non intelligitur reuocatum legatum. ita notabiliter consuluit Alexan. in consilio xxxj. incip. ponderatis his. in iij. volumi. quod miro modo extollit, tanquam nouum, & ab alio non tactum, Ias. vbi suprà, & illud confirmat ratione prædicta. Nam per alienationem voluntariam ita demum reuocatur legatum, si alienatio est facta in specie de illa re legata: secus quando fit alienatio in genere omnium bonorum. Sicut in simili dicebat Bar. in donatione facta inter coniuges. Ita ergo in proposito, licet testator alie
6 nando in specie rem legatam, intelligitur † legatum reuocasse: tamen dando omnia bona in dotem, & sic alienando generaliter, non intelligitur legatum reuocasse rei in specie legatæ: imo mens testatoris sit, vt illi generi per speciem derogetur, vt in iuribus vulgaribus. Si tamen bene ponderentur motiua Alexand. probant aliud, quod est singularius, quòd etiam si mulier dedisset in specie in dotem illam rem, quam prius legauerat: ad huc non reuocatur legatum. quod si est verum, est multum notabile: de quo vide latius Iason. vt su-
7 prà. An † autem, & quomodo per alienationem rei legatæ reuocetur legatum: vide textum, & ibi nota. in præallegat. l. rem legatam. ff. de adi. legat. & in dicta l.iij. C. de lega. & l. reg. in vj. partita. tit. ix. quam tene menti. Quid autem, si rem legatam à testatore alienatam, testator redemit, an reintegretur legatum? vide tex. notab. in l. cùm seruus. ff. de adi. leg. & Bald. in l. qui post testamentum. in prin. C. de leg. vbi vide Alexan. & consi. xxxj. col. fin. iij. volum. Prædicta sunt sane intelligenda, quando ista generalis obligatio, vel pignoris datio esset facta pro minori pretio, quàm valerent bona ipsius pignorantis, seu donatoris. Secus si pro tanto pretio quod non est verisimile ipsum velle luere. Nam tunc ista pignoratio habetur loco alienationis: vt l. antep. in princ. de leg. iij. & l. legata. in fin. ff. de sup. leg. & ibi Bar. ita tenet Bar. in dicta l. rem legatam. in fi. de adi. leg. Cyn. Fulg. Paul. Alexand. & Iason in dicta l. iij. C. de leg. Ioã.
8 Faber in §. idem rescripserunt. Insti. de lega. † pignorare enim rem pro tanto, quanti valet, censetur totalis alienatio: iuxta not. per Bar. in l. in quorum. in fine. ff. de pigno. Et facit quod voluit Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. & in l. fina. C. de rebus alien. non ali. & in capi. ij. §. aut libellario. qui. mo. feu. ami. in verbo, dolo versatus est. & in l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. & ibi Ias. & in dicta l. sciendum. §. possessor. in fin. ff. qui satisdare cogantur. Saly. in dicta l. fin. in fi. vbi dixit, quòd si trado tibi rem, cum pacto, ne exeat manus tuas, & tu pignorasti pro æquivalenti pretio: dicetis contrauenisse conuentioni, quia non est verisimile quòd eam amplius redimes. Idem est, si locares personæ adeò potenti, quòd non esset verisimiliter spes recuperationis, vt voluit Bal. quem sequitur Fulg. & Iason in l. manumissiones. pe. colum. ff. de iustit. & iur. argum. dict. l. qui habebat. ff. de leg. iij. facit quod in simili voluit Bart. in l. legata. in fin. ff. de sup. le. Iaco. de Are. Ange. Imo. Fran. Areti. & Moderni in l.j. §. per seruum corporalem. ff. de acqui. posse. vbi dicunt, quòd quando res est pignorata pro tanto pretio, quod non est verisimile eam debere lui per debitorem, tunc acquiret creditor possessionem per seruum, tanquàm verus dominus. quod est valde notabile pro ampliatione l. qui habebat. de leg. iij. quamuis aliter sentiat Bart. Soci. in dict. §. per seruum. Per rationes & fundamenta satis vrgentia, quibus non facile responderi potest. & in parte iuris illud videtur verius, nisi communis opinio esset in contrarium. ad cuius confirmationem facit quod voluit Alberi. Bal. Ioan. de Imo. Alexand. Iaso. & alij Moderni dicto §. possessor. vbi dicunt, quòd licet
9 creditor † dicatur possidere, quo ad multa, de quibus ibi per gloss. non tamen quantum ad hoc, vt releuet ab onere satisdandi, nisi fundus esset pro tanto ei obligatus, vel pignoratus, quantum fere valet. Nam tunc censetur tanquàm proprius, & releuat a onere satisdãdi, per tex. in l. legata. in fi. ff. de sup. lega. cum aliis, de quibus per Ias. vbi sup.
10 quando ex his infertur, quòd † statutum prohibens forensem acquirere immobilia, intelligitur etiã prohibere capere pignori pro tanto, quanti res valet, secundùm Ias. ibi. Si ergo maritus, qui fecit donationem, pignorauit generaliter omnia bona sua, pro tanto pretio, quantum valebant etiam cum re donata, verisimile est, quòd non voluerit ea luere, & per consequens præsumitur habuisse animum reuocandi. Vnde per eius mortem postea secutam, non confirmabatur dicta donatio, vt apparet ex prædictis. Quod intelligo, nisi forte ista res donata, quæ fuit pignorata generaliter, vel specialiter, fuisset maiorum ipsius pignorantis. quia tunc propter affectum, quem ad eam habebat, quamuis eam pignorauerit pro quãto valebat, tamen non est verisimile, quòd eam non debeat redimere, vt l. in emptione. ff. de minorib. & not. in l. dudum. C. de contrahenda emptione. & in capitulo, constitutus. suprà, de in integrum restitutio. Vnde hoc casu non videtur reuocata donatio ita notabiliter sentit Paul. de Castro. quem refert & sequitur ibi Alexand. in fine, in dicta leg. tertia. C. de legatis. & etiam Iason in prima columna. Ex quibus omnibus inferri potest ad decisionem quæstionis, quam meo tempore in cancellaria vidi agitari. Mulier nobilis, domina Maria de Gahete, quatuor habens filios, Petrum, Ioannem, Franciscum, & Ferdinandum, donationem fecit cuiusdam oppidi Petro & Ioanni inter vivos, vt ipsa dicebat, vt ipsi haberẽt post eius mortem, promittens non reuocare. Deinde in extremis posita condidit testamentum, in quo inter cætera eundem Ioannem in tertia parte omnium bonorum suorum meliorauit, siue domorum, siue reddituum & cæte. de dicto tamen oppido donato nullam expresse fecit mentionem, sed de domibus. vt suprà dixi, cùm nullas alias haberet domos. Itaque in effectu (vt paucis perstringam) ipsa testatrix nulla fere alia bona habebat, nisi illa, quæ generaliter in testamento nominauit. Dubitatum fuit vtrum per huiusmodi testamentum, & meliorationem, visa fuerit reuocare donationem prædictam. Videtur dicendum quòd sic, per ea quæ superius diximus, in cõtrarium tamen fortiter facit textus notabilis in lege, quosuos hæredes bona sua diuisit, & cuilibet certa bona cum mancipiis, quæ ibi erant, reliquit, non videtur voluntatem mutare, quamuis postea eadem mancipia vniuersa, non facta eorum discretione, commendanda putauerit hæredibus.

Quãdo res obligata fuit maiorum ipsius obligantis.

Mulier fecit donationem oppidi deinde fecit melioratio nem.

Omnium bonorũ, an videatur reuocata donatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad hoc possunt adduci notata per Dyn. & alios regula generi. de regul. iur. libro sexto. & per Modernos in cap. primo, de rescrip. Hinc est, quòd si princeps donauit alicui castrũ, quod erat in prouincia, postea alteri donauit totam prouinciam, intelligitur excepto castro alteri donato, quia id facere intelligitur sine præiudicio alterius. l. secunda. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. ita dixit Hostiensis in cap. nimis. de iureiurand. dixi in tractatu Insularum maris Oceani. cap. quinto. §. vj. circa finem. Ad confirmationem prædictorum facit, quòd quando sumus in dubio, † vtrum donatio sit reuocata vel non, per pœnitentiam donatorum, in dubio præsumitur non reuocata: vt est text. valde nota. in l. cùm hic status. §. pœnitentiam. ad finem. ff. isto titul. dum dicit, vbi semel donatorem pœnituit, etiam hæredi reuocandi potestatem tribuimus, si appareat defunctum euidenter reuocasse voluntatem: quòd si in obscuro sit, procliuior esse debet iudex ad comprobandam donationem. Ex quo infertur ad vnum valde nota. quòd si maritus confitetur dotem recepisse ab vxore constante matrimonio, ex qua confessione resultat tacita donatio, vt suprà dictum est: etiam si postea dicat confessionem illam falsam fuisse, non videtur reuocare tacitam donationem resultantem ex confessione: quia requirebatur expressa reuocatio viri dicentis, reuoco confessionem & donationem ex ea resultantem. Declarando autem, quòd non habuerat dotem, vel quòd confessio erat falsa, nisi aliud addat, non per hoc videtur donationem reuocasse, præsumitur enim potius voluisse, quòd illa haberet vxor tanquam donata, quàm vt debita: ita notanter determinauit Albericus Papiensis: vt refert & sequitur Ioan. Andr. in additionibus ad Spec. isto tit. in rubr. de qua decisione fecit festum so'nne Ludouicus in singula. dcxvj. incipien. scis quòd donatio. & ita practicaui in cancellaria isto anno Mcccc. Si tamen mulier expressè reuocasset donationem, quam filiis fecit, valeret reuocatio, quamuis in donatione promitteret non reuocare, & sic videretur donare inter viuos. l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mort. nota. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. maximè per Alexand. Intellige tamen, quòd mater potest reuocare donationem prædictam, quantum ad tertiam partem bonorum suorum, quæ reperitur habere tempore reuocationis, vel mortis ipsius donatricis, computatis etiam bonis donatis. in qua quidem tertia parte potuit meliorare aliquem ex filiis, vt Foro legum lib. iij. tit. v. l. ix. reuocabiliter tamen, vt l. cùm pater. §. à filia. cum gl. de leg. ij. Quod aliqui dicunt procedere, nisi forsan processum sit ad traditionem, vel ad aliquid, quod loco traditionis habetur altero de modis, de quibus infrà §. lxxvj. versic. aduerte nunc quo casu. & si de iuris subtilitate reuocari possit, vt d. l. cùm pater. §. pater filiæ. cum aliis, de quibus infrà §. lxxij. versic. ampliabis prædicta, vt donatio inter coniuges, &c. equitas tamen non patitur hanc reuocationem, & propterea iustum esset super hoc legem condere, quæ postea (me clamante) edita fuit in curiis Taurinis. l. xvij. incipiendo. ne filij donatarij, quibus res donatæ traditæ sunt per viam donationis inter viuos, decipiantur, & cogantur rem cum fructibus restituere: quos forsan in alendo se, vxorem, filios, & familiam consumpserunt, & tota eorum substantia non sufficeret ad fructuum restitutionem: quia 12 reuocatio † trahitur retro, etiam quo ad fructus perceptos, intellige naturales, nõ industriales. vt l. cùm quis. ff. de condit. ob caus. & l. videamus. §. idem quoque. ff. de vsur. tenet Bal. & sequitur ibi Pau. de Cast. in l. j. C. de his, quib. vt indignis. refert & sequitur Iacobinus in tractatu feud. fol. 24. col. j. in fi. dico infrà §. lxxij. in princip. imo, quod deterius est, vt plerunque fieri solet, filius donatarius, vtens re sibi donata, tanquam propria, ipsam vendidit, vel aliter alienauit, vel in alium transtulit, forte titulo oneroso, & per multas transiuit manus: per talem autem reuocationẽ omnes possessores fraudarentur, & nonnunquam pretium perderent, cùm filius esset mortuus, absens, vel pauper, non valens pretium soluere. Sanctius ergo esset, quòd tali casu pater vel mater donans reuocare non posset, nisi ex causis, ex quibus perfecta donatio inter viuos reuocari potest. vt l. fi. C. de reuoc. donat. & v. parti. ti. iiij. l. x. Vnde iudicetur de tertia, quantũ ad hoc, vt iudicatur de quinta, quæ irreuocabilis est, quando iudicatur per viam donationis inter viuos alicui filiorum acceptanti: quoniam extraneo donare potest irreuocabiliter: vt latè scripsi super dict. l. regni, & latius meo consilio incipien Domina Maria de Gahete, super facto, de quo suprà feci mentionem. vbi inter cætera dicebam, illam donationẽ quantum ad tertiam, fore irreuocabilem, sicut & quinta. quoniam dicebatur facta in remuneratione seruitiorum, quæ à filiis recepisse dicebatur: de quibus si constaret, & reserat clara, & sine aliqua 13 dubitatione, cùm † donatio remuneratoria non a fit propriè donatio, sed potius permutatio, vt dixi suprà colum. ccxxvj. §. limita secundò. cum sequentibus. vide hodie legem Tauri xvij. & xliij. quæ super hoc disponunt. Quo casu etiam rex vel princeps donationem à se factam reuocare non potest, nec priuilegium quod alicui concessit: vt dictum est suprà, colum. ccxxxviij. versic. ex istis infertur. imo nec modificare, vel cõditionare donationem, quam fecit, potest, vt notanter voluit Bald. consilio cclxxvij. in principio, incipit, pridie consului. in tertia part. sic intelligens & amplians l. perfecta donatio. C. de donatio. quæ sub modo, vt habeat locum in principe. quod tene menti, & alibi non legi. vide Abba. consilio tertio. colum. xix. secundo volumine. & Paulum de Castro consilio clxxij. column. x. qui idem tenent. Intelligo tamen sanè respectu temporis præteriti, bene tamen pro tempore futuro. quia facta concessione ab imperatore, vel rege, & translato dominio rei concessæ, potest à principe conditio apponi, non ex vi cõtractus, sed ex vi legis, quia omnis legum potestas est in pectore suo, vt l. qui fundos. C. de omni agro deser. lib. xj. qui text. ad hoc valde no. secundum Andr. de Barulo. & Ioan. de Plat. ibi. & Bald. in l. nuptæ. ff. de senator. Andreas de Isernia in cap. primo. §. finali. colum. antepen. de capitan. qui curiam vendidit. vide Lucam de Penna in d. l. qui fundo. & Andream Sicu. in cap. fin. suprà, de offic. lega. colum. xvij. versiculo, & in quantum. vbi dicit Bald. idem tenere in l. fin. ff. de constitut. princip. ad hoc vide notabilem legem regni Ordinationum libro quinto, titulo nono, lege vndecima.

In dubio nõ præsumitur reuocatio. 11

Quãdo mater reuocat donationẽ filio factã.

L. ex regni. vide l. Taur. 17. 44.

Lex regni. Donatio remuneratoria reuocari vel modificari non potest.

Clausula regis Henrici.

a Addequæ posuimus in regul. Ex fallent. de regul. iur. in 6. incip. domus. in vers. fexto fallit. Ioan. Bap.

De donatione regis non dissoluenda.

cima. & Foro legum, libro tertio, titulo duodecimo. l. viij. & ibi glo. Quinimò potest † princeps
14 donationem, vel concessionem ab alio factam, modificare: vt est textus mirabilis, & hactenus non cogitatus ab aliquo, in cap. quanto. suprà, de censib. Vbi fundator cuiusdam monasterij, per viam donationis prouidit, quatenus fratres eiusdem monasterij annuatim fratribus alterius monasterij procurationem præstarent: quo tempore vna marcha ad eorum procurationem sufficiebat. Numerus tamen fratrum adeò creuit ex post facto, quòd marchæ quatuor vix sufficere poterant: cúmque super hoc non leuis altercatio inter vtrosque religiosos extitisset, causa ad Romanum deuenit pontificem; qui auditis hinc inde propositis, per verbum, Indulgemus, & sic ex gratia, secundum glos. Innoc. Ioan. Andr. Abb. & aliorum, donationem, seu concessionem prædictam modificauit, ad priorem statum eam reducens, non obstante fratrum augmento: siquidem princeps, alterius donationem modificare potest, vt ibi. multo fortius à se factam modificare poterit. Adde quòd text. in dicto cap. quanto. ponderat Petrus de Ancha. ibi. cum allegat Ioan. And. in cap. olim, de verbo. signific. & Petrus Antibosi in tractatu, de muneribus. folio xvij. columna tertia, & Iacobinus in tractatu feudorum, in parte, & cum molendinis. per quam aliqui audent dicere, quòd clausula regis Henrici, de qua statim dicemus, trahit non solùm ad donationes quas fecit, postquam fuit rex, sed etiam ante: nam ex quo potest adiicere cõditionem, vel modificationem donationi ab altero factæ, multo fortius donatio ni à se factæ. teue menti, & cogita. Ex his iustificari & defendi potest illud, quod serenissimum dominum regem Henricum secundum olim fecisse legimus. Nam cùm tempore schismatis interse & dominum Petrum, plures & immensas donationes quibusdam regni magnatibus fecisset (pacatis regnis) modificare volens donationes prædictas, clausulam suo adiecit testamento, his verbis conceptam. Por razon de los muchos grandes, y señalados seruitios, que nos hizieron en los nuestros menesteres los prelados, & duques, condes, & marqueses, maestres, richos hõbres, & y fancones, & los caualleros, escuderos, & ciudadanos, ansi de los naturales de nuestros reynos, como los de fuera dellos, y algunas ciudades, villas, y lugares, delos nuestros reynos, & otras personas singulares, de qualquier estado, & condicion que sean, por los quales ouimos hecho algunas gratias, y mercedes, porque lo nos hauian bien seruido & merescido: y son tales, que lo serian y merescerian de aqui adelante. Porende, nos mandamos à la reyna, & al infante, que les guarden, y cumplan, & mantegan las dichas gratias, y mercedes, que nos les hezimos, y que gelas non quebranten, ni menguen, por ninguna razon, y nos gelos confirmamos, & tenemos por bien, que las ayan, segun que gelas nos dimos, y confirmamos, & mandamos guardar en las cortes, que hezimos en Toro. Pero toda via, que 18 las ayan por mayoraſgo, y que hinquen al su hijo mayor legitimo de cada vno dellos, y si muriere sin hijo legitimo: que se tornen los sus lugares, del que ansi muriere ala corona de nuestros reynos. De ista clausula meminit Montaluus in repertorio ordinationum, in verbo, primogeniti. & Foro legum lib. iij. tit. xij. l. viij. in verbo, non pueda. & Ludo. consil. lxxviij. de qua diximus suprà. §. l. post principium. aliàs fol. xxij. col. iiij. An autem mortuo † vasallo sine filiis, res feudalis reuertatur ad dominum, videas pulchrè per Raphael. Fulgosium consil. xxj. incipiente, Petrus. Quam quidem modificationem adiicere potuit regia maiestas, vt ex prædictis apparei, & firmat in terminis dominus Ludouicus Romanus consil. xcviij. incipiente, quo ad id quod de quo quæritur. in secundo dub. vbi de clausula & modificatione prædicta mentionem facit pro constanti. firmans ipsius conditionis vel modificationis validitatem: requisitus de consilio super hoc ibi. alibi non legi in specie tactum. Ideo tene memoriæ, quia quotidie videbis in practica. Et istud teneas, quam uis aliqui hoc impugnare nitantur, tum quia donationes prædictæ fuerunt perfectæ, quibus conditio adiici non potuit, vt dicta l. perfecta donatio & per Baldum in dicto consilio, in l. finali. ff. de senatoribus. Tum etiam, quia fuerunt remuneratoriæ, & per consequens irreuocabiles, vt sentit Bal. in l. qui se patris. ix. columna. C. vnde liber. dum dicit, quòd speciale est in principe, vt possit † reuocare suum priuilegium sine causa, vt d. 16 l. qui fundos. Conuentionem autem seu donationem reuocare non potest, nisi secundum ipsius rei naturam, quando iam translatum erat dominium, secundum Bal. ibi, sic intelligentem dictam legem, qui fundos. Cùm autem de natura donationis perfectæ, per quam translatum est dominium, sit, vt non possit reuocari, vel modificari, 17 vt prædixi, ergo, &c. Cuius ratio est, quia † princeps in contractibus consideratur, vt priuatus. iuxta legem secundam, §. j. ff. ne quid in loco publico. & quod per eam dicit Bart. in l. in fraudem. § neque. ff. de iure fisci. & Cardinalis consil. cxlvij. incipiente, dominus noster Papa quorum meminit Felynus in cap. j. de probat. col. ij. & iij. quem rogo videas, vbi etiam commemorat dicta Abb. de quibus statim fit mentio in versic & istis adde. Ad ista faciunt, quæ dicit Abb. in capit. nouit. xj. colum. de iudic. & in cap. suggestum. de decimis. & Cardinalis in repetitione capituli perpendimus. de sentent. excom. dum de reuocatione priuilegiorum loquuntur. Ista & alia multa adduci possunt, quæ breuitatis causa omitto, per quę modificatio prædicta impugnari posset. de quibus hodie superflua esset disceptatio, eo quòd rex & regina domini nostri, eam vt legem meritò seruari iubent, quia donationes & cõcessiones prædictæ fuerunt adeò immoderatæ & immensæ, ac regno nociuæ, quòd de earum validitate non ab re poterat dubitari. iuxta not. in cap. intellecto, de iureiuran. præsertim cùm tantæ angustiæ, tantæque tribulationes in schismatis tempore factæ fuerint. Facta autem per principem schismatis tempore in regno vel promissa per eum, non sunt implenda, vt sentit dominus Abb. in cap. primo. in tertio not. per illum text. suprà, de iureiurand. cùm dicit, quòd † si Cardinales ante creationem Papæ aliquid statuunt, & promittit quiliber illud obseruare si fuerit electus, si est in præiudicium dignitatis suæ, non tenetur electus obseruare. Idem not. Cald. in titu. de iureiur. consilio tertio. facit cap. cùm venisset. versicu. ipse verò timens.

Hec clausula ortum habuit secũdũ aliquos à c. j. de feudo guardiæ vel Castaldiæ. li feu. vbi videas Baldum et alios.

Lex regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà, de insti. Et hoc bene not. ad infringendas
19 †promissiones factas per principes in principio creationis suæ quia si sunt præiudiciales, non tenentur obseruare, secundùm Felynum in c.j. de probatio. colum. quinta. verficul. sexto declara. & ita dicit aliàs diffusè consuluisse. cuius consilium libenter viderem, quia pulchrum decidit casum, & quotidianum. Sunt tamen aliqui, qui plus quàm oportet, verbis illius clausulæ inhærent, dicentes per eam, quòd omnia bona ab ipso rege donata, hodie regno deferenda, imo delata sunt: eò quòd solis donatariis, eorumque primis filiis maioribus legitimis, non autem nepotibus, rebus donatis vti, & frui liceret: quia si appellatione hæredis soli filij intelliguntur, vt est tex. cum glo. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. idem fortius dicendum est, quando de filiis mentio fit.

Quæst. not. An veniat adnepotem maioratus. &c.

Præcipuè, quia dominus rex de filio in singulari numero mentionem fecit, dicendo, Et que sin que a su fijo mayor legitimo de cada vno dellos, quod dicunt intelligendum de primo filio maiore, & nō vltériore. ar. l. boues. §. hoc sermone. de verb. signi. & l. antiquitas. C. de vsufruct. Potuisse allegare ferè in terminis nostris Albericum de Rosate, post Petrum, in l. beneficium. pen. colum. verficulo. si autem in priuilegio. ff. de consti. principum. vbi dicit, quòd si in priuilegio fiat mētio de hærede in singulari, dicendo, tibi & hæredi tuo concedo priuilegium: tunc de primo hærede intelligendum est. Adde Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupil. & in l. Lucius. §. Sempronio. de leg. tertio. Cynus & Bald. in l. annalibus. & in l. fi. viij. oppo. & xxj. xxij. xxvj. quæst. C. de hæredi. instituen. & in l. in causæ. §. Papinianus. ff. de mino. & in cap. primo de matri. ad Morga. con. & quæ ibi addo. Saly. in l. voluntas. C. de fideicom. Io. de Imo. in l. fi quis filium. §. fin. ff. de acquiren. hæredi. & in l. filius familias. §. diui. de lega. j. Alexand. in l. Gallus. §. etiam. in fin. ff. de liberis & posth. vbi late tradūt prædicti doctores,
20 †an & quando appellatione hæredis intelligatur de primo, an de omnibus in infinitum. Ad cuius confirmationem facit in simili Bart. in l. pe. ff. de
21 annuis lega. dicēs, quòd†si testator relinquit simpliciter eleemosynam tali conuentui in festo sancti Laurentij: intelligitur solùm de primo festo
a Adde, q̄ a idem tenet Segur in repe. d. si ex legati causa. fol. 15. co ij. ff. de verb. obli, vbi & in colū seq. multa simi lia cumulat Io. Bern.
post mortem testatoris *a*: idem ergo erit in casu nostro dicendum, de primo filio maiore ipsius donatarij. Ad hoc possent adduci multa similia, quæ cumulat Felynus in cap. iij. suprà, de treuga & pace. ij. colum. verfi. tene etiam menti. quæ videas per te. Sed meo iudicio veritas est in contrarium. imo quòd bona transeunt in filium, & nepotem, & pronepotem, & deinceps maiores & legitimos, eò quòd mens regis hęc videtur fuisse à principio, quando fecit donationem, dum dixit, quòd donabat eis pro se, suisque hæredibus, & successoribus. Item quando adiecit modificationem sæpe dictam, dum dixit, Pero toda via, que lo ayan por mayoradgo, & que finquen al su fijo mayor legitimo de cada vno dellos. Voluit ergo, quòd ista donata deferantur iure primogenitutæ in primogenitos in infinitum, aliàs autem frustra diceret, Que los ayan por mayoradgo: si concessio in primum filium expiraret: præser-
22 tim, quia concessio & †priuilegium principis sui natura debet esse perpetuū: vt dicta l. beneficium,

& regula, decet. de regul. iur. libro vj. Si autem intelligeretur de primo filio, solūmodo esset temporalis, & contra naturam priuilegij principis, quod esse non debet: vt notanter voluit Ioannes Andreas, Domi. & alij in capi. licet. §. primo, de priuil. lib. vj. dicentes, quòd priuilegium dans alicui facultatem ingredien. do ecclesiam, tempore interdicti, cum familiaribus: intelligitur non solum de familiaribus, quos tunc temporis habebat, sed etiam de omnibus aliis, primis vel secundis, & vlterioribus, quos habiturus est. Idem fuit de mente Ioan. And. Dom. & aliorum, in c. fi. v. colum. verfic. sed pone quòd episcopus. de verb.
23 sig. eo. li. vbi dicunt, quòd†licentia data prælato, vt quatuor clerici secum residēres percipiant fructus in absentia: non intelligitur tantùm de clericis quos tunc habet, vel primis, quos habebit: sed etiam de futuris, loco illorum subrogatis, attenta concedentis mente, & naturacōcessionis, quæ debet esse perpetua. Concludo igitur, vt suprà. Adde præterea textum, in capi. finali. §. item opponitur, vigesimasecunda quæstione secunda, & capit. nam & ego. infrà, de verbo. significat. vbi colligit, quòd cedente vel decedente filio primogenito, filius secundò genitus, potest dici primogenitus: & quicunque alius, etiam vsque ad mille gradus secundùm Baldum, in capitu. primo de feudo Guardiæ. libr. feudorum. Natura ergo do-
24 nationis principis seu beneficij operabitur, vt nō finiatur in primo hærede, sed transeat ad alios: vt suprà dictum est. licet secus esset in contractibus, per textum, in capi. dilecti. de dona. vbi Hericus, & alij. Imo, quod plus est, videtur mihi de iure dicendum, salua decisione melius sentien-
24 tis, quòd si †donatarius, vel eius filius primogenitus, vel nepos, vel pronepos, decedat, non relicto filio masculo: relinquat tamen filiam fœminam: ad illam transeunt bona donata. quoniam in istis concessionibus & donationibus fauorabili-
25 bus, †masculinum concipit fœmininum: vt l. si ita scriptum. de leg. ij. & l. qui duos mulos. de le. tertio. & per gl. in c. in generali. de elec. lib. vj. & ibi doctores nostri. per Bart. in l. j. ff. de ver. signi. per Cynum. Bal. & alios, in l. quicunque. C. de seruis fu. Archi. in c. si quis suadente. xvij. quæst. iiij. per Andream Siculum, post alios, in c. si quis presbyterorum. suprà, de rebus eccle. non alienan. per Iaso. in l. quis id quod. ff. de iurisdi. om. iu. melius quàm alibi. Præsertim, quia tam de iure cō
muni, quàm etiam de lege regni, ac consuetudine regni, mulieres succedunt in bonis parentum: vt lege, maximam vitium. C. de liberis præteritis. Lex etiam regni, quæ de successione filiorum loquitur, æqualiter refert paternam hæreditatem filiabus, sicut filiis: vt vj. parti. titulo. xiij. l. iij. Idem in bonis maioratus: vt ij. parti. ti. xv. l. ij. in fin. & ita consueuit fieri in his regnis. Deficiente ergo filio legitimo, admittetur †filia in iure primo
26 genituræ: vt notanter decidit Pet. de Bellapertica, in l. pater. §. quindecim. de lega. iij. vbi per illū tex. dicit, Si cōsuetudo est, q̄ in bonis aliis nō succedat filia, & aliquis habet filiū vnū secūdōgenitum, & ex primogenito habet filiā: filia debet habere baroniā. hoc idē voluit Bal. in l. in multis. in prin. ff. de statu ho. licet de Petro non fuerit memor. q̄ si consuetudo regni dicit, q̄ primogenitus succedat: nō intelligitur fœmina, si stat masculus.

An veniat ad filium.

Lex regni.

aliàs intelligitur de fœmina, quia succedit in naturali dignitate secundū eum. quē refert & sequitur Ludo. in consi. j. & in d. consi. xcviij. in ij. dubio. decidens per hoc in terminis nostris, & bonis à rege Henrico donatis, non stantibus filiis, filiam fœminam succedere. quod tene menti. Ad hoc faciunt no. per Bar. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. vbi in fideicōmisso succedit fœmina in defectū masculorum. Bene facit rex. no. in c. di lecti. sup. de arbitris. & ibi notant doct. & ibi dixi in meis recollectis. Ad idē facit illud quod scribitur Numeri c. xxvij. Homo cùm mortuus fuerit absq; filio, ad filiā eius transibit hæreditas. Hinc
De Gothis. forte Gothi tēpore Pelagij qui Hispaniā à manibus Arabū recuperare cœpit, pro lege sanxerunt (vt refert Lucas Tholensis, cùm de eodē Pelagio agit) q̄ filius regis, cuiuscunq; ætatis relictus, si modò catholicus fuerit succedat in regno: filio autē masculo deficiente, filia fœmina succedat in regno: vt ibi latius dicitur. bene facit ad hoc c. j. de beneficio fœmine. & c. j. an maritus succedat vxo
27 ri. vbi †fœmina succedit in feudo, etiā si feudum
Cōsuetudo. sit nobile. vt per Raphaelē Fulg. consi. ccxx. incipiente, nobilis. Vbi etiā tāgit, an cōsuetudo inducat ex vno actu, vt solùm ad masculos transeat: & quæ requiruntur ad istam consuetudinem inducendam. de quo etiam per Io. Fab. & Ang in §. ex non scripto. Inst. de iure natu. bon. text. in c. cùm de beneficio. de præben. li. vj. An autē dominus
28 †teneatur inuestire fœminā filiam vasalli sui, non existētibus masculis: an verò possit alium quencunque inuestire: vide eundē Raphaelē Ful. consi. ccxxij. incipiente, nobiles. Et istud teneas: quamuis aliqui audent dicere contrarium. imo q̄ filia fœmina non succedat in istis bonis: quia videtur fuisse de mente regis illam excludere, ex quo de filio in genere masculino solum mentionē fecit, volens per hoc fœminā excludere. Quod tamen
31 falsum est, vt apparet ex prędictis: præsertim, quia
29 †donatio principis latissimè interpretāda est, in eius præiudiciū: vt c. cùm dilecti. de dona. cū concordātiis. Dicunt etiam isti, q̄ prædicta concessio, seu donatio regis, magis accedit feudo, quàm simplici donationi: quod apparet ex clausula prædicta, dū dicit rex, Et sō tales, que lo seruirā & merecerā de aqui adelante. Propter seruitium ergo, quod facturi sunt, istæ donationes fiunt: ergo feudum censetur, & per consequens nō transit in fœminas: vt c. vno. in prin. de alie. feu. pater. secundùm Henricū. in di. c. cùm dilecti. fi. co. post Pe. de Bellapertica. & Iac. de Ra. in d. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. & l. in cōuentionibus. ff. de ver. sig. melius hoc probat tex. in c. j. §. fi'ia. de successione feudi. vbi dicitur, quòd filia nō succedit in feudo, nisi inuestitura fuerit in patre, vt filij & filia succedant. In materia enim feudali verbū, fine hærede,
30 intelligitur. i. fine filio masculo, & nomen†filij ponitur pro quolibet descendente ex masculina linea. c. j. verfi. & si clientulus. de alienatione feudi. lib. feu. & ibi not. Bal. in octapo notabili. de quo facit festum Alexander, in l. Gallus. §. instituens. in fi. ff. de liberis & posthu. vide Raphaelem Fulgosium consi. ccxviij. & Iacobinum in tractatu feudorū, in ver. & quibuscūq; hęredibus. vbi plura cumulat, intellige, nisi in inuestitura dicatur, q̄ veniat ad fœminā: nam tūc ad fœminā transit. & sic loquūtur superius dicta. Et an fœmina sit feudi
capax. vide c. j. de feud. fœminæ. & c. j. §. hoc autē qui feudum dare pos. & Ludouic. consilio primo. Ad hoc facile est responsum. primò, quòd certē istud non est feudum, imo donatio remuneratoria, vt ex verbis donationis, & modificationis prædictis, liquidò constat. dicit enim, quòd propter merita & seruitia rex donauit. Item donatarius nullam fidelitatem fecit, nec pro illa seruitium aliquod fuit sibi iniunctum, & ita non est feudum. Sed præsuppositò sine veritatis præiudicio, quòd sit feudum, non est tale, quòd fœminas excludat: cùm non habeat seruitium virile, quod nō possit per fœminā expediri per alium: quo casu fœmina capax est feudi. vt c. j. de feud. fœmi. libr. feud. Concludo igitur vt suprà. De vno tamen sæpissimè dubitaui, si habens res donatas à rege domino Henrico, qui est vltimus possessor, filius, nepos, vel pronepos donatarij, ab hac vita migrauit, non relicto filio legitimo masculo, nec fœmina, reliquit tamen fratrem legitimum: nunquid bona prædicta venient ad fratrem, an redibunt ad regnum? In quo dubio multa se offerunt hinc inde. Dubium facit, quoniam ex quo præsupponimus primum donatarium filium reliquisse legitimum: nam videtur defecisse reuersionis conditio. per text. sing. vbi multa cumulat Iaſ. in l. pater Seuerinam. §. ita fideicommisso. ff. de cond. & de. vbi litera dicit, Ita fideicom. dato, volo restituas, si sine liberis decedas, conditio deficit ex voluntate, vel vno filio relicto superstite. imo solus nepos ex filia relictus, facit conditionem deficere: vt l. j. C. de condit. instit. quamuis filius vel nepos postea moriatur: vt l. pater. §. quindecim. ff. de le. iij. & l. si quis ita. ff. de verb. oblig. & l. cùm vxori. C. quan. dies lega. ced. in l. si quis hæredem. C. de insti. & substi. sub cond. fac. Ad idem l. j. §. finautem sub conditione. C. de caduc. toll. vbi defecta
32 conditione, †res penes granatum manet. Vnde in successione bonorum solùm attenditur vltimus possessor. Lsed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupi. vbi per †additionem deficit esse hæreditas patris, & incipit esse filij adeuntis, faciunt not. in l. si cognatis. de rebus dub. præsertim per Socin. ad fin. Inde est, quòd prohibitio facta filio, non intelligitur facta nepoti vltimo possidenti, sicut quando est facta expresso nomine proprio: vt nota. in auth. de restitutione fideicommis. §. manifestum. tenet Bal. in l. voluntas. iij. colum. C. de fideicom. Bartol. in l. filius familias. §. diui Seuerus. de legat. j. & in l. centurio. colum. xx. ff. de vulga. & pupilla. Concessio ergo & modificatio prædicta intelligitur de primo filio, & descendentibus ab eo, non de aliis. Ad idem facit text. not. in authen. sed si quis. C. de secun. nupt. vbi probatur, quòd si primum pactum committitur filiis existētibus, vt vxor acquirat certa bona, & deinde filij moriantur, committitur secundum pactum, quia non existunt filij: & illud est speciale illo casu. Ergo in contrarium est regula iuris, vt postquam ex donatario relictus est filius maior legitimus, quamcunque ipse moriatur sine filio, nam deficit conditio, vt bona deferantur fratri. Ita in terminis nostris per illum text. decidit ibi in fine Cyn. postea alios antiquos, quos ipse refert. Idem ad literam refert ibi Albericus, & latius Salycetus in fine. & Bald. secunda colum. verficu. quidam rex. vbi dicunt doctores prælegati, Quidam rex de-

An mortuo filio sine filijs veniat ad fratrem

No. ista, & vide Iaſ. in d. l. si quis. C. de instit. et substit. sub cond. fact. col. j. versſ. item facit prædicta regu vbi multa accumulat ad hoc propositum deseruētia, quæ omnia rogo videas

dit cuidam militi castrum, sic dicens, Do tibi castrum illud, ita quòd habeas tu, & tui hæredes, de tuo corpore descendentes: & si decedas sine hæredibus de tuo corpore descendentibus, castrum illud ad me reuertatur. Deinde decedit miles relicto filio hærede, postea decedit iste filius, non relicto hærede de corpore suo: quæritur, nunquid castrum deberet reuerti ad regem? Decidunt quòd non, quia satis est deficere conditionem, ex quo miles relinquit hæredem ex suo corpore natum, quamuis filius similem hæredem non reliquerit.

Idem tenet Bal. in l. fi. xxv. q. C. de hæredibus instituen. per tex. in d. §. quindecim. & sic sufficit in negatiua propositione excludenda primus & vnicus hæres illius qualitatis, secundùm eum. dicentem hoc tore nota. Idem voluit ipse in c. j. §. de cedente. iiij. col. ver. & nota, quòd si quis. qui feudum dare pos. dicens, quòd sufficit primus hæres ad restitutionem fideicommissi, ad exclusionem restitutionis. in auth. de restitutione fideicommissi. §. manifestum. per Accursium, secundùm Bal. vbi suprà. Vnde sic dictat statutum, quòd si quis habuerit filiam dotatam, ei succedat masculus, & alij filij descendentes ex ipso filio masculo: filius decessit relicto filio: postea decedit iste filius sine prole: tunc successio non reuertitur ad sororem: quia ex quo semel est exclusa, perpetuo est exclusa, nisi statutum loqueretur verbis temporalibus, dicendo, Quoad existant masculi &c. ita tenet Bal. in d. auth. sed si quis. ver. & per hoc infertur. Sed idem tenet ipse in cap. j. §. qui etiam. ad finem. in tit. episcopum vel abbatem. li. feudorum, versi. ij. not. facit, quod in similibus terminis voluit Old. ad. consi. xxj. incipiente, thema tale est: testaror &c. de quo meminit Alexander in d. l. finali. C. de hæredibus inst. iij. col. Adde Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthu. & in l. si Pontionilla. quando dies lega. cedat. Quinimo etiam si statutum excludens diceret, quousque, vel donec, nihilominus semel exclusus, vt sentit Innoc. in c. cum bonæ. de ætate & qualit. tenet expresse Bar. con. xx. incipiẽte, factum sic se habet: quidam dominus Iacobus &c. vide Bal. in c. j. ij. col. de eo qui sibi & hæredibus suis. vbi concludit, quòd postquã feudũ † transiit ad fœminam, non potest ab ea remoueri, propter superuenientem masculum: quia natura dominiorũ est perpetua. l. siue possidetis. C. de probationibus. Ex istis dicebat Bald. in tit. j. de filiis natis ex matrimonio ad Morganicam cõtracto. & referunt & sequuntur alij Moderniores, quòd si per pactum primogenitus ad maioratum vocatur, & primogenitus moritur sine liberis, nunquã admittitur secundogenitus. quia ex quo à principio † secundò genitus fuit exclusus, non est postea admittendus, quia semel exclusus semper censetur exclusus. Ita potest induci ista decisio Bald. Aliqui tamen deducunt in contrarium, ad excludendum filium secundogenitum. Ad cuius confirmationem facit, quod vult Barto. & alij referunt in l. liberorum. vij. colum. ff. de verbor. signifi. vbi dicunt, quòd si feudum vel maioratus defertur masculis, intelligitur de descendentibus per lineam masculinam, vnde nepos ex fœmina cùm procedat à radice infecta, vel exclusa, non admittitur etiam deficientibus omnibus masculis. facit capit. primo. §. hoc autem. qui feudum dare possunt. libro feudorum. semel enim exclusa fœmina, & eius familia, perpetuò censetur exclusa. vt suprà dictum est. Sic ergo videtur in casu nostro, ex quo rex fuit exclusus per defectum conditionis, quia donatarius relinquit filium legitimum, perpetuò erit exclusus: etiã si eius filius sine filio moriatur. veniet ergo ad prædicta bona eius frater. Si dicatur, quòd istud est feudum, quo casu omnes prædicti doctores fatentur, quòd reuertatur ad dominum, quia natura feudi est, vt mortuis hæredibus sanguinis, feudum reuertatur ad dominum, & non transeat ad hæredes extraneos. vt not. in d. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. per Dynum, & alios. & per Henricum in d. c. cùm dilecti. ad finem. de don. Dico, quòd non est feudum, vt prædixi, nec habet requisita in feudo. Sed posito, sine veritatis præiudicio, quòd feudum esset, adhuc succederet frater in feudo, quia erat paternum, vt capitulo primo de natura successionis feudi. & capit. primo de successione feudi. & in cap. primo in titu. imperator Lotharius Eugenio Papæ. & capi. primo de beneficio fratris. & c. primo de gradibus succedendi. cum infinitis similibus, li. feudorum. Facit præterea tex. ad propositum accommodatus, cum glo. in c. j. de eo qui sibi & hæredibus suis. li. feudorum. vbi dicitur, quòd si quis fuit de feudo inuestitus pro se, & filiis suis masculis, eisque deficientibus pro fœminis, quandiu extiterit masculus, etiãm remotior, descendens ab eo qui de feudo fuerit inuestitus, qui sine filiis masculis decessit fœmina etiam proximior nõ est admittenda. De hoc vide Iacobum de sancto Georgio, in tractatu feudorum. in parte, & fœminis. colu. iij. versi. sed ponamus. & veritem si quis. Et propterea dicit ibi gloss. no. quam aliqui reprobare nituntur, quòd filius ex filia præmortua, quamuis remotior sit à primo inuestito, excludit amittam, quæ iam successerat in feudo. quod est valde notandũ. quam gl. approbant ibi Andreas de Isernia, & Præpositus Alexandrinus, per rationem, de qua ibi per eum. quamuis contrarium sentiat ibi Bal. & Aluarotus. Cùm autem in casu, de quo agitur, res donatæ redeant ad regnum. tũc demũ quando nõ superesti, quin filius secundogenitus sit filius maior ipsius mortuo primogenito, cùm iuris fictione mortuus, fingat non natus. vt c. nã & ego. j. de verbo. signi. ergo ille est admittendus. Reperio tamen, quòd Bald. in loco satis extraneo tenet in terminis nostris sententiam contrariam, imo quòd bona taliter donata redire debent ad regnum. Dicit enim, quòd si regnum Siciliæ quod ex pacto refertur primogenito: quia secundògenitus non succedit, etiam primo mortuo sine hærede, quia de primogenito loquitur pactum, non de secundògenito, vt C. ad Trebellianum. lege, iubemus. §. finali. & in prima constitutione Digestorum. & sic ad Papam libera redeat dispositio regni. Ista sunt aurea verba Baldi in capitulo primo de filiis natis ex matrimonio ad Morganicam contracto. quem simpliciter refert ibi Præpositus Alexandrinus, & Nicolaus de Vbaldis, in tractatu. de successionibus ab intestato. columna. xxvij. versiculo vnum dicit Bald. bene aduertendum. Hanc decisionem Baldi refert Georgius in repetitione cap. quamuis pactum. de pactis libro sexto. colum. lxvj. ver. xxvij. quæro. & Iason in l. quoties. C. de rei vend.

col.

co. ij. ver. illud etiam perpetuo not. vide glo. not. secundùm Bald. in lege, in quibus casibus. de secun. nupt. cum dicit, quod in perpetuum discessit ab alius, quod ad vnum peruenit: quia res semel extincta, amplius non reuiuiscit. l. quæ res. §. aream. ff. de solu. c. quæ res. de consecratione. di. iiij. in dubio enim actus † iudicatur perpetuus, nõ temporalis. l. sufficit. ff. de cond. indebi. glo. in verbo, perpetuus. in ca. fina. de rescriptis. lib. vj. facit l. corruptionem. C. de vsufructu. l. si quis hæredem. C. de condi. to. in certis. l. ij. circa medium. ff. de excusat. tut. in quibus iuribus probatur, quòd quando ad aliquem actum requiritur certa qualitas, vel causa: sufficit q̃ semel existat. Vnde licet postea deficiat, habet perpetuum effectum. Tenet 36 regula generali semel † exclusus, perpetuo est exclusus. de qua in d. c. j. & in ca. j. §. quoniam. & in ti. episcopum vel abbatem. per Bal. in c. j. ij. colũ. ver. quapropter. de eo, qui sibi & hæredibus suis. lib. feudorum. & in l. fi. xxiiij. q. C. de hæredibus instit. & per plures alios, de quibus per Alexandrum in l. ij. C. de liberis præte. per Anchar. con fil. ccxxij. & per Georgiũ in repetitione c. quamuis pactũ. de pactis. li. vj. co. lxj. q. xxvj. Vnde cùm frater secũdò genitus fuerit exclusus per primogenitũ, perpetuo erit exclusus, & per cõsequens bona prædicta redeunt ad regnũ. Ita aliàs fuit iudicatũ in cancellaria, illis, & forsan aliis fortioribus fundamentis. quam sententiam impugnare videtur, & Cæsaris decisionẽ merito exposcens.

Sed quatenus Bal. loquitur, de successione regni Siciliæ, idem Bal. in l. cum antiqui oribus. C. de iure delib. col. vj. versi. nunc ad partem. sentit contrarium. dicit enim, quòd mortuo primogenito regis, fuit pronunciatum pro Roberto secũdò genito. quæ decisio fuit postea approbata per ecclesiam, vt habetur in clc. pastoralis. de re iudi.

Considera etiã, si illa regula, semel exclusus, quæ habet locum in materia feudali, possit trahi ad alias materias. Nam textus in d. c. j. de filiis natis ex matrimonio ad Morganicam cõtracto. videtur probare q̃ nõ: quoniã in aliis bonis, quàm feudalibus, filius secundi matrimonij semel exclusus, postea admittitur: quod etiã sensit Bald. si bene aduertatur, in d. l. cũ antiquioribus. in nono argumento. pro parte nepotis. Idẽ tenet Præpositus Alexãdrinus, in c. j. de feudo marchiæ. in xvij. argumento, pro parte nepotis. Consideta etiam, quòd Bald. in di. c. j. loquitur, quando pactum fit, quòd primogenitus succedat in regno, vel feudali: quo casu est exclusus secundogenitus: quia secundogenitus proprie non potest dici primogenitus: ideo non recedit ur à pacto partis; quoniã pactũ nõ egreditur personas paciscentiũ: vt traditur in l. si decesserit. ff. qui satisdare cogũtur. & in l. postulante. ff. ad Trebellianum. & in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. & Bald. in rũ. de pactis. in 37 decretalibus. Hinc est, quòd † pactum, per quod quis se obligauit, vt possit capi personaliter pro obseruantia contractus, non egreditur personam paciscentis. vnde eius hæres capi non poterit. ita notat dicit Bar. in d. l. postulante. in princ. refert & sequitur Abb. in c. fi. in prin. supr. de arbitris. In casu autẽ nostro non est pactum, sed modificatio imposita à solo rege, super sua donatione: quæ latissime interpretãda est, nõ faciens mentionem de primogenito filio: sed de maiore. Mortuo autem primogenito, cui dubium quin secundo genitus sit maior aliis superstantibus? & per consequens, ei tanquam maiori deferuntur bona iure maioratus in aliis maioribus? vt sentit Pe. de Bella pertica in d. l. pater. §. quindecim. ff. de legatis iij. & Bald. in dicta l. in multis. ff. de statu ho. & l. udo. in di. consil. xcviij. & lex regni, ij. part. titu. xv. l. ij. Cogitabis. *Lex regni.*

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio facta inter coniuges, confirmatur morte donantis etiam si sit violenta, & non naturalis.*
2 *Nisi coniunx donator mortem sibi conscierit ob criminis conscientiam, vel sit damnata eius memoria post mortem.*
3 *Occidere seipsum ob sceleris conscientiam, grauissimum crimen est, & detestabile.*
4 *Tormentorum metu falsa crimina contra se confitentes grauiter peccant.*
5 *Affligentes corpus ieiunio, vel aliàs, intãtum quòd moriantur, decedunt in peccato mortali.*
6 *Accusatus ad pœnam mortis, cum esset innocens si noluit se defendere, vel exceptiones, quæ sibi competebant, allegare, peccat mortaliter.*
7 *Sepultura ecclesiastica denegatur occidentibus se.*
8 *Donatio facta à marito se occidente ob sceleris conscientiam, non confirmatur eius morte.*
9 *Occidens vxorem propter adulterium, an lucretur dotem.*
10 *In generali cogitatione non venit id, quod quis in specie non esset verisimiliter concessurus.*
11 *Vestes quotidianæ & alia, sine quibus viuere quis non potest saltem honestè, non veniunt in generali hypotheca bonorum.*
12 *Libri sine quibus scholaris esse non potest, nisi cum decore & maximo damno non veniunt in generali hypotheca vel obligatione.*
13 *Hæres si occidit testatorẽ efficitur indignus: & hæreditas defertur fisco.*
14 *Occidens vxorẽ perdit mero iure ius succedendi ei.*
15 *Et quid in eo qui iure sanguinis succedere debet.*
16 *Præter si fratrem suum interficiat, priuatur feudo, & defertur agnatis sequentibus si est paternum, quia tunc non applicatur fisco.*
17 *Substitutus per fideicommissum sub conditione mortis non consequitur fideicommissum si institutũ interficiẽdo faciat cõditionẽ mortis existere.*
18 *Verba generalia legis confirmantis donationem inter coniuges, morte donatoris, non extenduntur ad donatarium homicidam, siue occidentem donatorem.*
19 *Alterius alterius sunt in patiente dispositio.*
20 *Occidens maritum, an debeat habere medietatem bonorum lucratorum constante matrimonio.*
21 *Procurans adulterium vxoris si postea eam occidat, non habebit lucrum dotis, nec donationem sibi ab vxore factam.*
22 *Negligentia inferiorum data, non deuoluitur per se ad superiorem, quando ipse superior illam negligentiam dolosè procurauit.*
23 *Procurans bannum alicuius, vt ipsum occidere possit non gaudet priuilegio, quòd qui impunè possit occidere bannitum.*
24 *Alimenta denegans, necare videtur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 *Donatarius alimenta denegans donatori, efficitur ingratus, vt possit donationem reuocare, maximè quando donatio consistit in magna re, vel quantitate.*

26 *Medicum vxori infirmæ non adhibens, cùm potuit ipsam occidere videtur, & per consequens priuatur lucro dotis. & nume. 29.*

27 *Vulneratus si non adhibuit medicum, præsumitur sui culpa decessisse, quando vulnus iudicio medicorum poterat se habere ad vitam & ad mortem, & sic vulnerans non tenebitur de occiso.*

28 *Vulneratus letaliter, si quis sit ab vno, postea ab alio totaliter occidatur primus vulnerans non tenebitur de morte sed de vulnere solum.*

30 *Inhabilem esse, vel non esse, paria sunt.*

31 *Denarius falsus, non est denarius.*

32 *Pecunia reproba, non liberat soluentem.*

§. LXX. *Confirmatur donatio morte violenta.*

CESSANTE autem reuocatione tacita vel expressa, morte † coniugis donantis confirmatur donatio ab eo facta: vt dictum est in præcedentibus. Intellige de morte naturali, etiam violenta per gladium. vt est text. in l. si tibi. C. de donat. ante nupt. & in l. res vxoris. & ibi gloss. C. isto titul. & vtrobique not. Bald. Ad idem est bonus textus in l. qui duos. §. j. ff. de rebus dubi. & text. in l. prima. C. de his qui ante apert. ta. in fortuitas ob causas vel casus humanos. per quem dicit Bald. ibi idem iuris esse de morte, secundùm naturam, & de morte præter naturam. quod dicit esse notatu dignum. Homicidium enim appellatur mors. vt voluit glos. communiter approbata, Instit. de capi. dimi. in princi. & facit text. in l. Cornelia. §. primo. versi. causam mortis præbuisse. & in l. nihil interest vtrum occidat quis; an causam mortis præbeat. ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. si foris, ver. mortis. C. eod. Ad idem text. in c. si perfodiens. & in ca. sicut dignum. & c. significasti. & c. tua. ca. Ioannes. infrà, de homic. &c. fin. de parē. qui filios occi. Et hinc est, quòd si stipulatus sum à Titio centum. Cùm Caius moriatur: si Caius fuerit occisus, debentur centum: quia nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat: vt in l. si mater. C. de instit. & substit. sub conditio. fac. &c. licet ex quadam. de testib. ita terminauit Pileus, quem refert & sequitur Ancha. in clem. j. de pœn. & remiss. in fin. reassumit Andreas Siculus in capitul. Raynaldus. xij. column. suprà. de testa. qui dicit idem in vltima voluntate in materia substitutionum: vt ibi per eum. Quod procedit,

1 nisi † donator mortem sibi ob sceleris conscientiam conscierit, vel etiam post mortem memoria eius damnata sit. Nam tunc reuocabitur donatio. vt est text. in dicta lege, cùm hic status. §. si maritus vxori. ff. isto titulo. Est enim grauissi-

3 mum, & detestabile crimen, seipsum † occidere ob sceleris conscientiam. vel alias: vt tradit Augustinus. j. libr. de ciuitate dei. & habetur in capitari commendat Abba. in capi. j. suprà, de test. coda. in principio. suprà, de sepultu. qui subdit idem esse, cùm quis talium dixerit testimonium con-

4 tra se. Ex quo infert, quòd † isti, qui timore 8 tormentorum falsa confitentur crimina contra se, grauiter peccant: ita quòd si mortem patiuntur, ob illam confessionem, quam saltim in extremo non reuocant, decedunt in peccato mortali: & sic sunt damnati. per illum tex. not. & eius rationem. idem sentit Anto. in dicto capitulo primo. de test. cogendis. Idem crederem, si † afflictione corporis, vt ieiunio, vel oratione, vel aliàs se occideret. nā & tunc peccaret, & diceretur decedere in peccato mortali. vt capitu. non mediocriter. de consecr. dist. v. tenet Abba. in capi. cùm infirmitas. infrà, de pœni. & re. Ex quo infero vnum quotidianum, & satis notabile, quòd si quis † accusatur in iudicio ad pœnam mortis, cùm esset innocens, noluit se defendere, forte vt vitam finiret, nec exceptiones, quæ sibi competebant, allegauit, cùm posset: peccat mortaliter, & nisi pœniteat, videtur seipsum occidere, & in peccato mortali decedere, quia non erat dominus membrorum suorum: vt l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & propterea non poterat renunciare exceptionibus sibi competentibus glossa notabilis in lege, pactum. §. inter hæredem. ff. de pactis. & ibi Moderni. & Ancharanus, in clementina vna de exceptionibus. Ad quod bene facit textus, & quod ibi nota. in capi. contingit. de sententiis excommunicatorum. Ioann. Fa. & Ioannes de Platea In stitutionum de iure naturali. §. iuris præcepta. præsertim quia si negligētia in alio imputatur ali cui, multo fortius in seipso, cùm plus debeat se diligere, quàm proximum, cùm charitas ordinata à seipso incipit. cap. nisi specialis. de author. & vsu pa. capite. si noluit. xiij. quæsti. v. l. præses. C. de seruitutibus. Ex quo infertur, quòd totaliter † se occidenti, tanquam decedenti in peccato 7 mortali, denegatur ecclesiastica sepultura. in ca. non æstimamus. decima quarta quæst. secunda.

Intellige, quando ecclesiæ de hoc constat. aliàs secus. vt traditur in capi. h. suprà, de sepultura. & in capi. a nobis. infrà, de sent. excommunicat.

Tales ergo in detestationem criminis ad montana & loca horribilia deferūtur, vt videmus quotidie fieri in his, qui sponte se occidūt, vt vitā perdant: aliquando timore acrioris mortis gladio se iugulant, aut laqueo se suspendunt: vt pridie fecit quidam frater Alfonsus Henr. ordinis Trinitatis, quē noui, qui propter crimē hæresis Segobię per inquisitores captus, & carceratus, multa falsa dixit testimonia: ex quibus multi forsan innocētes passi fuerunt, putans per hunc modum pœnam euadere. vel saltim differre: finaliter laqueo se suspendit, & igni traditus fuit: quod forte custodis culpa accidit. Debent enim custodes aduertere, quando habent aliquem detentum, maxime pro graui maleficio, quòd non introducatur in carcerē gladius, vel aliud, ex quo verisimiter aliquid prædictorū sequi posset, vel fieri: ex quo not. dicit Flor. in l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad legē Aqui. Fateor tamē, q̄ si quis mori cōstituit, prohiberi nō potest. Nam Porcia Catonis filia, mortuo Bruto, cū ferrū sibi subtractū esset, carbones ardētes ebibit. Si ergo officialis fecit quod potuit, & nihilominus captus se vulneret, vel occidat, vel laqueo se suspēdat, (vt pluries actualiter est repertū) nil potest imputari ipsi officiali: vt probat tex. in d. §. magistratus. secundùm Florianum ibi. Ex quibus omnibus concludo, † donationem factā à marito, ob sceleris cōscientiam se occidente, non cōfirmari eius morte, quę sunt notabilia, q̄ l. ix. ti. de los omezillos. li. iiij. Fo. leg. & per supradicta potest dicta lex ampliari, vt habeat locum in dictis casibus. Idem si donator interficiatur à donatario, quo casu irritaretur donatio, quia non videtur de hoc cogitatum. ar. tex. & quod ibi not. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solu. marr. ita dixit Bald. in d. l. res vxoris. quē refert & sequitur Io. de Ana. in c. fi. ij. col. infrà, de homic. Et videtur de mēte Cy. quē multi sequūtur, in d. l. si ab hostibus. vbi dixit, quòd licet vir, qui † vxorem occidit propter adulterium lucretur dotem quando à lege defertur sibi lucrum dotis vxoris præmorientis. Sēcus tamen si ex pacto, vel conuentione. quia cùm tale lucrum acquiritur secundum tacitam mentem partium. arg. l. non omnis. in princ. ff. si cert. pet. & non est verisimile, quòd vxor de tali casu cogitasset. Ergo etiā si lege permittente vxorem occidat, non lucrabitur dotem. hoc etiam tenuerunt Bal. Ang. & Alex. in d. l. si ab hostibus, & alij Moderniores. Et Christophorus de Nicelis in d. §. si vir. quem refert & sequitur ibi Lancelotus, ponderans ad hoc illum text. satis subtiliter. Ad idem facit l. maritus. de Carbo. edi. & in l. j. versf. extra quæro. C. vnde vir & vxor. qui idem tenet. Cùm autem in casu nostro morte vxoris donatricis, confirmetur donatio, propter præsumptam voluntatem, quæ durat, nisi reuocatio probetur. vt cap. maiores. de baptis. & suprà dictum est. quæ tamen voluntas hoc casu non præsumitur durare, quia nō est verisimile quòd vxor de hoc casu cogitauerit, ergo per cōsequens non confirmabitur vxoris morte. Non obstat, si dicatur, vt dicebat Raphael in d. l. si ab hostibus. q̄ imò videtur vxor saltem in genere de hoc cogitasse, cùm poterit accidere, quòd si maritus eam adulterantem inuenisset, occideret, maximè, lege vel statuto permittente. Ergo perinde haberi debet, ac si specialiter & expresse de hoc cogitasset. arg. l. sub prætextu. la ij. & ibi doctores C. de transact. & in l. qui iure militari. ff. de testa. mili. quoniam ad hoc respondet Ale. in d. l. si ab hostibus.

Quomodo donator interficitur à donatario.

De vxore adultera.

In generali concessione non venit illud, quod quis nō esset in specie &c.

dicens, quòd in generali concessione non venit illud, quod quis in specie non esset verisimiliter concessurus, vt d. l. obligatione generali. ff. de pig. & cap. fin. de offic. vica. lib. vj. & in regula, in generali. de reg. iur. lib. vj. cum concord. & traditur in §. item Seruiana. Instit. de actio. Ex quo dicebat ibi Ang. in princ. quòd † vestes quotidianæ & alia, sine quibus viuere quis non potest, saltem honestè, non veniunt in generali hypotheca bonorum, quia de illis non est verisimiliter cogitatum. Et per hoc infert, quòd † libri, sine quibus scholaris sine dedecore & maximo damno viuere non potest, non veniunt in generali hypotheca & obligatione. quod est not. Vnde ad propositum, si hoc in specie cogitasset mulier, non est verisimile quòd consensisset hoc casu maritum dotem vel donationem lucrari, ergo, &c. Et quanquam hodie secundum leges regni, ista inuestigatio non videatur necessaria primo aspectu, eo quòd vxor propter adulterium perdit omnia bona sua. tu dicas, imo necessaria est, & vtilis ista consideratio, quia si diximus donationem factam ab vxore, confirmatam per mortem vxoris, res donatæ efficiuntur propriæ ipsius mariti, & potest ad libitum de illis disponere, etiam si filios habeat. quod non potuisset, quando illa acquirit propter vxoris adulterium, stantibus filiis, vt dictæ leges disponunt.

No. pro legibus regni & vide l. antepenul. Tauri.

Porcia.

Cautela.

Tene ergo menti conclusionem prædictam, pro qua facit, quod voluit Bald. in l. hæreditas.

13 in fi. C. de his quibus vt indig. vbi dixit, quòd si hæres occidit testatorem, efficitur indignus, & hæreditas defertur fisco. iuxta not. in l. his cōsequenter. ff. familiæ erciscundæ. Si sunt duo fratres, & vnus occidit fratrem, sua portio confiscatur: vt d. l. his consequenter. §. j. secundùm Bald. in d. l. hæreditas. qui reprehendit Ban. contrarium tenentem in d. l. his consequenter. idem tenet Bald. in l. eam quam. iij. col. ver. hæc faciunt ad quæstionem. C. de fideicommiss. Et propterea dicebat no. idem Bal. in l. j. ver. extrà quæro. C. vnde vir & vxor. q̄

14 maritus † occidens vxorem, perdit mero iure ius succedendi ei. Vnde ab eo, velut ab indigno, auferetur hæreditas: quia nullo modo ei succedit. per d. l. si ab hostibus. §. si vir. qui enim occidit, videtur diuertisse sua culpa: vt l. consensu. C. de repu. & in hoc omnes sequūtur eum. Subdit tamen

15 ille, secus esse in eo, qui occidit eum, cui succedere debet iure sanguinis: quia non priuatur successione ipso iure, imo sibi acquiritur, & postea fisco applicatur. vt l. cùm ratio. §. fi. ff. de bon. damnatorum. & cum hac decisione transiit ibi Pau. & Ro. Sed Saly. tenet cōtrarium, quem sequitur ibi Alefin. colum. & in dicta l. si ab hostibus. ij. colum. vt ibi latius per eum: & per Franciscum Aretinum in d. §. fi vir. in iij. colum. qui allegat glo. quam reputat singularem, approbatam per Bal. in c. j. §. fi militer. quibus mo. feu. ami. li. feudorum. vbi dicitur, quòd † si frater interfecit fratrem suum, priuatur feudo, & defertur agnatis sequentibus, si est paternum: quia non applicatur fisco, vel domino, quia iam erat ei ius quæsitum per inuestituram, vt ibi latius per eum. Imò si frater occidit fratrem liberos nō habentem, & intestatum, etiā filij interficientis non succedunt ei, per l. fi. in fin. ff. de bonis damna. Ita no. dicit fuisse determinatum Ioan. An. in additionibus ad Spec. in rub. de successio. ad intesta. in princ. Ergo per cōsequens idem erit in marito occidente vxorem, vt apparet ex prædictis. de quo videas singulariter Campetium, in suo tractatu, de dote. v. parte. ij. quæst. cum tribus sequentibus. Facit quod in simili dicit Bal. consi. l. iiij. parte. incipit, super eo, quòd

17 frater † substitutus per fideicōmissum sub cōditione mortis, nō consequitur fideicōmissum, si fratrem interficiendo faciat cōditionē mortis existere, ne dolus ei prosit: vt d. l. si ab hostibus. §. si vir. quia non videtur testator honore ei dedisse hoc casu. ar. de leg. ij. l. codicillis Caio. §. pe. & sic homicida perdit substitutionem de eo factam per mortem fratris ab eo occisi, secundùm eum. idem tenet Anchar. in cle. prima in fin. de pœni. & remi. quem refert & sequitur Andreas Sicul. in dicto capit. Raynaldus. xiij. columna. versicul. & hoc do. Pe. suprà, de test. in repetit. Ex quo infertur, quòd si maritus alicuius mulieris occidit fratrem mulieris maioratum habentem, ad quam post fratrem absque filiis decedentem erat vocata: q̄ babiliter dubitari potest, an succedat soror, cuius maritus idemque occisor, vtetur vsufructu illius maioratus, vel alterius rei, in qua frater succedit viuente vxore. & an ea mortua succedat eius filius, eiusdemque occisoris. Videtur per iam dicta, quòd maritus occisor nō debeat habere cōmodum ex bonis, quę à fratre vxoris occiso

Vidi in practica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouenere. Cogitabis. Soror verò, & filius, qui non fuerunt delicti participes, bene succedet, maxime in bonis maioratus, quæ non proueniunt à fratre vxoris occiso, sed à primo instituente, vt sunt iura vulgaria. l. cùm pater. de lega. ij. l. cohæredi. ff. de vulg. & pup. cum similibus. ad prædicta vide quæ dixi suprà. §. lxvij. in fi. in additione. Ratio prædictorum potest esse, quia † verba generalia legis confirmantis donationē inter coniuges morte donatoris, nō debent extendi ad donatarium homicidam, seu donatorem occidentē: quia verba generalia debent referri ad merentes, non autem ad indignos, vel odiosos, etiam in materia mere fauorabili: vt in vlti. volunt. est tex. no. in l. Lucius. §. Lucius Ticius damnas. ff. de leg. ij. per quā l. dicebat Bal. in c. fi. j. co. de præsū. q. Papa nō præsumitur velle prouidere indignis: quia odiosi non cōpræhenduntur in gratiis. l. testamento centurio. ff. de manumi. test. Actus † enim actiuorum sunt in patiente bene dispositō, secundùm Philosophum. ij. de anima. probatur in c. venerabilem. de electione. & Luc. x. Matth. x. Marci. vj. Ex quo videtur inferēdum, quòd lex regni, quæ concedit vxori medietatem lucrorū habitorum constante matrimonio, de quā late in præcedentibus dictum est: debet intelligi de vxore, quæ caste vixit, non de ea, quæ in vita mariti, eo forte inscio, vel post eius mortem incontinenter vixit: vt dictum est suprà. §. lxvij. in prin. vbi plura addidi in fi. illius §. quæ per te videas. vbi inter cætera dico 20 de † vxore maritū occidēte, an debeat habere medietatē bonorum constante matrimonio lucratorum? Et videtur quòd non, per iam dicta. Sed in contrariū facit quod ibi scripsi. ver. ex quo infertur. & in additione vltima incipiente, ista faciunt. Cogitabis. Et hoc maxime procedit, si maritus 21 † procurasset, vel fuisset causa immediata, quòd vxor adulterium commisisset: nam tunc etiam si lege permittente vxorē occideret, indistincte nō haberet lucrum dotis, nec donationē sibi ab vxore factam. ar. text. & quod ibi nota. Ab. in c. postulastis. de concess. præben. vbi probatur, quòd ex 22 † negligentia inferiorum nō deuoluitur ad superiorem potestas, quando superior dolosē procurauit illam negligentiam: quia non debet dolus sibi prodesse, nec reportare commodum pro suo dolo. vt c. ex tenore. & ca. sedes. de rescrip. habentur plura in l. sed si hac. §. præstitutam ff. de in ius vocan. Ex quo dicebat Abb. vbi suprà, quòd si in certo delicto per aliquem commisso, bona debent ad certam personam peruenire: si illa persona dolosē procurauit illius delictum, non debet in casu delicti consequi bona. Idem dicit, si ex statuto liceat occidere impunè bannitum, quòd 23 dolosē † procurans bannū alterius, vt ipsum possit occidere, non gaudet priuilegio impunitatis. idem dicit in similibus. a Si ergo maritus præbuit causam adulterij vxoris: quātus postea ipsum occidat, non confirmabitur donatio sibi facta per mortem vxoris. Facit in simili dictū Spe. de quo quod vide, ista dicta Abbatis commemorat Lancelotus in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matri. in princip. dicens, quod si habiturus lucrum ex banno alicuius, dat operam, vt banniatur, non habebit lucrum. Idem si datur alicui commoditas, si ostendat seruum fugitiuum, & fuit causa fugæ. & per hoc limitabis quod dico infrà, in c. per vestras. in princ. §. ij. versi. quod tene menti. pro edictis vide quæ ibi addo, & commenda memoriæ quia facit ad multa similia. Amplia prædicta, vt procedant in marito non prouidente vxori de alimentis, vel aliis necessarijs, ita quòd vxor moriatur. nam tunc non debet aliquid lucrari ex donatione, pacto, statuto, vel alia dispositione. ita tenent Bald. & Rapha. in dicto §. si vir. & dicit ibi Pau. de Cast. quòd ita habuit de facto in ciuitate Florentiæ. idem voluit Bald. in l. quod in vxore. 24 C. de nego. gest. Necare † enim videtur, qui tenetur alimentare, & non alimentauit: vt l. necare. ff. de libe. agno. & in authen. si captiui. C. de epis. & cler. Facit ad hoc glo. no. in l. fin. C. de re. donatio. quæ dicit, quod si † donatarius non alimentauit donatorem, efficitur donatori ingratus, vt possit donationem reuocare, præsertim quando donatio cōstitit in magna re, vel quantitate: quia faciens alteri magnam donationem, assimilatur parenti: vt l. si patronus. ff. de confit. tuto. Et ideo sicut filius tenetur alere parentem inopem: vt l. si quis à liberis. & l. alimenta. ff. de liberis agno. ita donatarius tenetur alere donatorem. Ita tenent Cyn. & alij in dicta l. fin. Ancha. Ioan. de Imo. Abba. & Andreas Siculus, in c. fin suprà, de donatio. & est bene notabile, secundùm Abbatem, proistis mulierculis, quæ donarunt pene omnia bona sua, & donatarij negligunt eas alimentare: de quo latius per Andream Siculum in dicto capit. final. iiij. column. Idem ergo dicendum erit in 26 marito † denegante vxori alimenta. Et inde est, q. si maritus non adhibuit medicum vxori infirmę, cùm potuit, videtur ipsam occidere, & per consequens priuatur lucro dotis. Istud est, quod sentit gl. no. in d. §. si vir. quā Bal. ibi dicit esse aueam, 27 & præstare argumētum, quòd si † vulneratus non adhibuerit medicum, præsumitur sua culpa decessisse: quando vulnus iudicio medicorū poterat se habere ad vitam & mortem, & sic vulnerans non tenebitur de occiso. quod est nota. dignum, secundùm Bal. & Ioan. de Imo. & Paul. & Rapha.

b Idem tenet Tancretus in sua compēdiosa, in ij. rubr. in ix. quæstione. Bal. in l. qui occidit. §. fin. vbi bonus tex. ff. ad legem Aquiliam. per eum. in capi. j. in princ. quib. mod. feu. amit. notant docto res nostri in c. ij. de cleri. percu. Bene facit tex. in l. huic scripturę. §. j. in l. item Mela. §. Celsus. ff. 28 ad legē Aquiliam. quæ iura volunt, † quòd si quis etiam letaliter ab vno sit vulneratus, si tamen posteaab alio totaliter occidatur, primus vulnerans solùm de vulnerato, nō autē de occiso tenetur. c

Et propterea Bald. in dicto §. Celsus. not. mirabilem modum defendendi vulnerantem mortifere. Idem tenet Ludo. in singulari cclix. incipit, quidam fuit vulneratus. per quod dicit liberasse ciuem magnum, & diuitem, qui alium vulnerauit, quem prostratum in via publica, eius familiaris realiter occidit: & propter hoc dicit se lucratum fuisse vnam cappam de serico. Ex iis quidam aduocatus præstabat cautelam cuidam, qui mortifere vulnerauerat aliquem, & erat captus: consuluit consanguineis suis, vt illum occiderent totaliter, ad hoc vt primus percussor solum teneretur de vulnere. quod tamen reprehendit ibi Barto. & Bald. qui dicit, quòd ille aduocatus pro præmio salarij sui deberet suspendi furca: quoniam

Actus actiuorum.

No. de vxore luxuriosa, vel maritum occidente.

Quādo vir procurasset adulterium vxoris, propter quod eam occidit

a Adde Laso. in l. omnes populi. col antepe. ff. de iust. et iur. vbi ponitquinque casuum quibus bannitus non potest occidi impunè: licet alias statutum patiatur. lo. Ber.

niam certum est, quòd pro primo vulnere tenetur quis de occiso, quando certum est vulnus esse mortale. vt est text. cum gl. in verbo, teneri, in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. vbi hoc firmat Florianus. idem tenet Bartholomæus Veronen. in cautela xvij. incipiente, quidam tradunt mirabilem cautelam. qui latius loquitur, vt per te videre poteris, de quo meminit Iason in d. §. si viri. pen. col. Concludo ergo, q. si maritus cum potuit 29 medicum adhibere vxori infirmæ, † nō adhibuit, perdit lucrum dotis, secundùm gl. Bar. & alios, in d. §. si vir. & pari ratione morte vxoris donantis non confirmaretur donatio, quam marito antè fecerat: quia in effectu ipsam occidere videtur: cùm à pari procedant, aliquem occidere, vel infirmum sine medico negligere. vt est tex. valde singularis in l. si seruum. in princi. ff. de verbo. obli.

Idem si medicum adhibuit sed imperitū quia nihil & inutile aquiparantur.

Idem forte dicendum est, si medicum adhibuit, sed imperitum: cùm paria sint. nullum medicum adhibere, vel imperitum: vt sentit gl. in d. §. si vir. in verbo, lucrifacere. est tex. no. & ibi notat Ang. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædili. edic. idem tenet Lucas de Penna in l. fina. col. ij. in princi. C. de incolis. lib. x. idem enim est de non apparentibus, sicut de non existentibus. in l. reprehendenda. C. de insti. & substi. sub cōdi. fac. & facit c. in nonnullis. suprà. de Iudæis. vbi. Iudei debent discerni à Christianis in qualitate habitus, quem publicè deferre debent. Vnde nō est satisfactum iuri, si deferant occultè signum sub mantello, vel in plicatura mantelli, secundùm Abb. ibi. Paria enim sunt aliquid nō facere, vel vitiose, vel minus idoneè facere: vt l. quoties. ff. qui satisdare cogan. Sic paria sunt non habere pratum, vel inutilē habere: vt c. inter corporalia. suprà, de translat. præl. Item paria sunt non habere maritum, vel inutilē habere. glo. nota. in l. fina. C. de plagi. 30 Quia † paria sunt, non esse, vel inhabilem esse: vt l. j. §. penul. ff. quod cuiusque vniuersitatis no. & l. final. in fin. C. de na. lib. & ibi Bald. & Sali. Et facit textus in capitulo, tuæ. de cler. non resi. vbi paria sunt, studium nō esse in loco, vel minus com 31 petens. Item falsus † denarius. non est denarius. glos. no. in capitu. vera iustitia. xiv. distinctione. & glos. in l. ij. C. de hæreticis. ex qua infertur, quod si in posta reperitur vnus denarius falsus, 1 quo computato vincit vnus, non computato vincit alter: vt dicimus cum non computandum. ita decidit Ioan. And. in addi. ad Spe. ti. de crimine falsi. de quo meminit Anan. in c. fina. eod. titu. in fi. allegans bonum tex. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. vbi † dicitur, quòd reproba pecunia non liberat soluentem. hoc tamen intelligunt, quando faciens pōsitam, sciebat denarium esse falsum: aliàs secus: per id quod habetur in l. Cornelia. in princi. ff. de fal. Eodem modo forsan dici posset in casu nostro, in marito adhibente medicum imperitum scienter. secus si ignoranter. vt puta, si cōmuni opinione reputabatur peritus. quoniā tunc sine culpa est. Vnde credo rē confirmari donationem vxoris morte. Quid autem si maritus sine causa vxorem à se & domo sua expulit: an per hoc videatur saltem tacite reuocata donatio ab vxore facta marito, vt etiā morte vxoris nō cōfirmetur? Non reperio in specie tactum, videtur tamen q. sic, per id quod notanter dixit Bal. in l. j. §. sed scimus. C. de Lati. libe.

Nisi adhibeatur ignoranter imperitus.

Idem si maritus expulit vxorem sine causa.

Idem si vxo rē sine causa grauiter percussisset.

tol. per illum tex. dum dicit, q. maritus expellens vxorem de domo sine causa, priuatur lucro dotis, sicut si eam occidisset: de quo infrà, latius subiiciam super tex. iij. no. ver. ampliari possunt prędicta. dic vt ibi. Ecce quomodo Bald. æquiparat expulsionem factam à marito, & occisionem: sed si vxorem occidit, non confirmabitur. Ergo si à domo sine causa eam expellat, similiter non confirmabitur mutatione eorum morum donatarij in præiudicium donatoris. sic tacita reuocatio: vt paulo infrà subiiciam, cùm de tacita reuocatione donationis tractabo. Igitur vxoris morte non cōfirmatur donatio. iam reuocata. Idem forsan attentari posset, si maritus vxorem percussisset grauiter, & sine culpa, vel aliter ipsam offenderet: & per hoc iudicatur tacita reuocatio donationis, & per consequens morte donatricis non confirmatur. Ad quod bene faciunt quæ dixi suprà. §. lxvij. ver. vnum de mum. quicquid senserit Bald. in aliis terminis, in l. hæreditas. ante finem. C. de his qui. vt indign. vbi dicit, quod dicta l. si ab hostibus. & similes, quæ priuant aliquem dote, si vxorem occidit: non habent locum, si eam vulnerasset. & eodem modo, si eam à domo expulisset: vt firmat Alex. in d. l. si ab hostibus. & sequitur Iason Maynus. Quia cùm simus in materia pœnali, non debet fieri talis extensio. In casu tamen nostro secus videtur, cùm agatur de acquisitione lucri prouenientis ex donatione & voluntate donatoris: quæ voluntas præsumitur mutata ex mutatione morum donatarij: vt l. iij. ff. de adimen. lega. & l. cùm quis. in fin. & l. si cum Cornelius. ff. de solutio. de quo infrà statim dicetur.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges confirmatur morteciuili.*
2 *Mors ciuilis & naturalis æquiparantur.*
3 *Testamentum an per ingressum religionis confirmetur.*
4 *Mors est triplex.*
5 *Donatio facta à patre filio in potestate, confirmatur per emancipationem filij.*
6 *Patria potestas morte patris finitur.*

§. LXXI. *Donatio inter cōiuges cōfirmatur morteciuili De relegatione.*

CONFIRMATVR etiā † donatio inter coniuges morte ciuili ipsius donatoris. Vnde si maritus, qui fecit donationem, fuit relegatus, ita quòd perdidit ciuitatem, statim confirmatur donatio, vt est textus in l. sed & si mors. ff. isto titulo & in dicta l. res vxoris. C. eo. Istud teneas, quamuis glo. in capi. licet vndique. de officio delēg. contrarium sentiat, per textum, in l. cùm hic status. §. donatur. ff. isto titu. de celebratio. missa. §. cùm inter. & §. certum. Ex quo dicebat no. Bald. in l. executorem. ix. colum. C. de execu. rei iudic. quòd si maritus timens, ne fiscus sua bona inuaderet, fecit donationem causa mortis suæ vxori. Demum contigit, quòd imaginatio fecit casum: quia positus est in banno æris & personæ, cùm iste bannitus, quo ad ciuitatem suam, vnde exulat, patitur tale exilium, quo maius non reperitur ideo tanquam morte donatio confirmatur, & propterea vxor potest talia bona defendere à fisco. & de hoc est text. singularis secundùm eum, in di. l. sed si mors. Fatetur tamen ipse, quòd hoc casu potuisset adhuc maritus reuocare dictam

Universidad de Deusto
Biblioteca

re dictam donationem: quia nondum solutum fuit matrimonium: vt est text. no. in dicta l. sed si mors. & ibi no. Barto. Tenet etiam ille in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. de quo dixi supra colum. cclxiij. ver. quamuis ergo. Existis infertur, quòd si maritus donator ingrediatur religionem approbatam, & ibi faciat professionem, statim confirmatur donatio. ita dicit tex. singularis, & ibi not. Bald. in iiij. col. in l. deo nobis. C. de epi. & cle. est glo. in c. placuit. el ij. xvj. q. j. in ver. mortuus, tenet Ioan. And. Car. & communiter omnes, in c. fi. infrà eod. adde Dynum in l. ex ea parte. ff. de verb. obli. & Andream Siculum in c. ad petitionem. de accusationibus. col. iij. versi. an autem. in recollectis. vbi meminit de glos. in præallegato cap. placuit. & infert ad vnum satis notabile, quod per te videas. Ratio huius est, secundùm Baldum vbi suprà, quia mors ciuilis & naturalis æquiparantur, quando ex vtraque idem resultat effectus, circa rem, de qua agitur. vt est glos. not. in cle. ij. in ver. morte. de electi. quam ad hoc commendat Abb. in c. nisi essent. in fi. suprà, de præben. similis glos. in cle. j. in versi. mori. vt lite pendente. & in c. fi episcopus. in ver. mortem. de supplen. neg. præla. est bonus text. in l. j. §. penul. ff. de contratab. tenet Cy. & communiter omnes in d. l. deo nobis. sentit Barto. & alij in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verbo. obliga. tenet Ange. Aretinus in §. ij. in ij. col. ver. in glo. in ver. si mortuo. Instit. quibus modis ius pa. po. sol. & est bonus text. in c. beneficium. de reg. iur. libr. vj. Et secundùm ista debes intelligere glos. & quæ ibi notant Domini. & alij, in c. susceptum. in ver. non morte. de rescrip. lib. vj. de quo vide glo. & Card. ibi, in xiiij. q. in cle. fi. de procura. Io. de Pla. in l. fi. in fi. C. quã. & quibus quarta pars hære. debea. libro x. & Ludo. in singulari ccccxxiiij. & Bald. in authen. si qua mulier. iiij. colum. ver. & prædicta
3 sunt vera. C. de episco. & cle. dicens † testamentum confirmari per ingressum religionis: quæ dicitur mors ciuilis: quæ tantum operatur, quantum naturalis. & hoc in fratribus minoribus, vt
4 ibi per eum. Triplex † est enim mors: scilicet naturalis, ciuilis per deportationem, & plusquam ciuilis. & hoc dupliciter, vel mala: vt quia damnatus in metallum: vel bona, vt quia frater minor. & isti non coguntur adire, quia non habent nomen hæredis, nec aliquod principium essendi hæredes, aci esset institutus homo mortuus: vnde institutio est pro non scripta: vt ff. de iure codicillorum. l. quidam referunt. & nemo cogitur ad impossibile de iure: vt l. post mortem. C. de fideicõmissis. Ista sunt notanda verba Bal. in l. eam quam. eod. ti. col. v. versi. triplex est enim mors. Cùm autem in casu nostro per ingressum religionis post professionem censeatur mortuus: vt d. l. deo nobis. &c. monachi. xvj. q. j. adeo quòd non potest legere literas sine licentia prælati, vt c. nõ dicatis. xij. q. j. secundùm Abbatem in c. cùm nuncius. in fin. suprà, de testi. & per consequens matrimonium soluatur, saltim in effectu, quia non possunt coniuges scinuicem reposcere, vt c. accedens. &c. significauit. de conuersio. coniu. Ergo per talem ingressum confirmata erit donatio facta inter coniuges. & hoc tenẽt communiter omnes scribentes in c. fin. infrà, eo. Quod ego intelligerem verum, quando donator sponte intraret religionem. Secus tamen, si propter delictum detrudere tur in monasterium, nam tunc non confirmaretur donatio ab eo facta, per tex. no. cum gloss. in authen. sed cùm hodie. in ver. habitu. C. de adult.

De ingressu religionis.

Mors ciuilis & naturalis æquiparantur.

Donatio filiosa. cõfirmatur emã cipatione.

Ad confirmationem prædictorum facit, quod in simili dicimus de † donatione facta à patre filio in potestate, nam illa emancipatione filij confirmatur, sicut morte patris, quia sicut per mortem finitur † patria potestas, quæ est causa donationem impediens, sic per emancipationem. Iste est tex. no. in l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de dona. & in l. siue emancipatis. C. eod. ti. Ex quo infertur, quòd si pater filiofamilias aliquid dedit, vt haberet in peculio, quod postea emancipauit, confirmatur donatio, si in emancipatione non fuit ademptum peculium, vt est casus in d. §. pater. & d. l. siue emancipatis. quasi non adimendo tunc videatur donare. sicut dicimus in peculio seruo concesso, & tempore emancipationis non adempto, quia videtur donatum, vt l. ij. C. de peculio eius qui liber. me. & Instit. quod cum eo. §. peculium autem. & ff. de peculio lega. l. Sticho.

Confirmatur ergo donatio emancipatione. quod est singulariter notandum, secundùm Rapha. & Ludo. in dicta l. si donatione. iij. col. & Baptistam in repetitione l. frater. ff. de cond. inde. xv. q. j. in fin. qui reputant hoc mirabile, eo quòd plus operatur emancipatio filij, quantum ad confirmationem peculij, quàm patris mors, quia per mortem patris non confirmatur donatio facta filio in potestate, vt habeat in peculium profectitium ad solum vsum, imò æqualiter diuiditur inter patris hæredes, vt dicta l. si donatione. in ij. responso. & in l. filiæ licet. eo. ti. confirmatur tamen per emancipationem, vt suprà dictum est. Et an talis donatio, facta filiofa. confirmetur per contractum matrimonij, sicut per emancipationem, cùm per illud, quoad omnia, videatur emancipatus, vt voluit l. xl. ij. de Foro. videtur quòd sic, per ea quæ dico in §. lxxiij. infrà.

Confirmatur emancipatione.

Svmmae rervm.

1 *Donatio inter coniuges morte firmatur, & retrotrahitur, quo ad fructus antea perceptos.*
2 *Confiscatione bonorum ipso iure veniunt fructus à tempore confiscationis percepti. secus si per sententiam, nam tunc à tempore sententiæ, non à tempore commissi delicti.*
3 *Donatio inter coniuges celebrata, obitu confirmata, quo ad fructus, non trahitur retro, quando donatarius sciuit donationem esse nullam.*

§. LXXIII. Confirmatur quo ad fructus percepto tempore sententiæ.

Ampliabis prædicta, vt donatio inter coniuges † firmetur morte donatoris, non solùm quo ad fructus percipiẽdos, sed etiam quo ad fructus perceptos antea. Vnde etiam illi pertinebũt ad donatarium. ita tenet Bar. in l. nec vtilẽ. ij. co. ad fi. in ver. item video q. donatio. ff. ex quibus caus. maio. & Ang. in l. fi. C. isto tit. post glo. ibi, de quo est casus cum gl. in l. cùm pater. §. pater filiæ. de leg. ij. & in l. si is seruus. ff. isto ti. & in l. si res. & l. donationes. C. eo. Saly. in l. de fructibus. ff. eo. ti. l. ij. C. de inoffi. do. quę dicit, quòd trahitur retro, quo ad fructus, nõ tamen quo ad dominium: licet contrariũ dixerit, & malè gl. in l. sequẽs quæstio. de legatis ij. & in l. sub conditione. ff. de solu. & ita
1

intelligas, quòd voluit Bar. in l. ij. §. si vxor. ff. isto titu. dũ dixit, quòd donatio inter virum & vxorem non trahitur retro, sed confirmatur à
3 tempore mortis, intellige quo ad dominium. secus quo ad fructus perceptos. Isti enim debẽtur donatario possessori ratione possessionis: vt dico infrà. §. lxxvj. in fi. intellige secundũ distinctionẽ l. fructus ff. de vsuris. Item intellige, nisi donator reuocasset donationem: nã tunc reuocatio trahitur retro, etiam quo ad fructus perceptos. l. curã quis. ff. de condi. ob cau. l. videamus. §. idem quoque. ff. de vsuris. & l. j. C. de his quibus vt indignis. & ibi no. Ang. videas Fely. in c. de quarta. de præscri. col. xj. versi. faciũt postremo. & Antonium de Burgo in cap. ad nostram. de emptio. & vend. co. iij. qui bene loquitur. quod videtur mirabile: nam ex quo præsupponimus donationem inter cõiuges à principio valere, licet ex post facto reuocari possit, vt in præcedentibus dictũ est videbatur, q. p salte pro tẽpore præterito fructus
1 cederẽt donatario, per id quod voluit glo. cõmuniter approbata in auth. de incestis nupt. in prin.
2 vbi in † cõfiscatione bonorũ ipso iure veniũt fructus à tẽpore confiscationis percepti. secus si per sententiam: nam fructus percepti à tempore sententiæ, non à tempore delicti commissi. illam gl. approbant Iaco. de Bello. Bar. & Ang. ibi. Ancha. in ca. felicis. de pœnis. lib. vj. fin. co. in princ. ver. quæro. post Ioã. And. vide Bald. in l. incestas. C. de incestis nup. & in c. j. in fi. de pace tenẽda. lib. feudorũ. Modernos in tractatu maleficiorum, in parte. & eius bona publicamus. Sed quod prius dixi, verius est: quod etiam tenet Bal. & Paulus in l. j. C. de his quibus vt indignis. refert & sequitur Iacobinus in tractatu feudorũ. fo. xxxiiij. col. j. in fi. Adde hic, quòd licet bannitus restituatur adbona, nõ tamen intelligitur restitutus ad fructus bonorum. authen. idem de Nestorianis. C. de hæreticis. Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. de libe. & posth. ff. Io. de Platea, in l. quicunque. C. de fide in. & in. hastæ fisca. co. ij. ver. item no. li. x. Idem dicas, si donatio cõfirmetur expresse à donatore. puta si dicat in suo testamento. Confirmo donationem quam feci vxori meæ. vel, habeat sibi quod donaui. Nam & tũc donatio remanet firma, sequuta morte donatoris: & trahitur retro, quo ad fructus. vt est bonus text. cum glo. in l. ex verbis. & l. donationes. in fi. C. isto titu. Idem dicas, si fuerit confirmata vt legatum, vel fideicommissum: quod contingit, quando testator in suo testamento dixit, Illud quod vxori meæ donaui, lego vel fideicõmitto: nam tunc valet vt legatum, vel fideicommissum: vt l. si quãdo. de lega. j. quia videtur recedere à donatione: vt l. illud. ff. de acquir. hæredi. Idem est in eo quod non est confirmatum morte: vt si excedebat legitimam summam: nam tunc si dicat, Confirmo talem donationem quam feci vxori meæ, in eo, quod excedebat: valebit vt legatum, vel fideicommissum. vt d. l. donationes. & istis casibus traheretur retro, quo ad fructus. vt sentit glos. in dicta l. ex verbis. quam sic declarat Bart. in dicta l. si quando. Quod est vtile scire, quando valeat vt legatum, vel vt donatio: quia inter hæc maxima est differentia. vt traditur in dicta l. res vxoris. C. isto titul. Item in donatione non requiritur aditio, ad hoc, vt valeat. sed secus in legato: & donatio non venit in fideicommisso generali. sicut legatum: vt dicta l. sequens. de lega. ij. de quo suprà paulo antè dicebam. Vno tamen casu † donatio non traheretur retro, etiamquo ad fructus rei donatæ, si quando donatarius sciuit donationem esse nullã, nam tunc fructus rei donatæ restituuntur donatori, vt l. si vxor filio. & l. de fructibus. ff. isto tit. & l. fructus. ff. de vsuris.

Quãdo donatio confirmatur expresse.

Si confirmetur vt legatum.

Quando donatarius sciuit donationem esse nullam.

Svmmae rervm.

1 *Donatio inter coniuges, morte donatoris confirmatur, licet donator eam fecerit cum authoritate alterius, vt si filiusfa. donauerit patre permittente, quia tunc eius morte etiam patre superstite confirmatur.*
2 *A patria potestate an liberetur filiusfa. minor viginti quinque annis, per cõtractum matrimonij.*

§. LXXIII. Donatio facta cum alterius authoritate cõfirmatur.

Ampliabis etiam prædicta, vt donatio inter coniuges † confirmetur morte donatoris. etiam si donator donationem fecisset cum alterius authoritate: vt puta, si filiusfami. donat patre permittente (quod potest: vt l. tam is. §. filius. ff. de dona. causa mortis.) morte filij tantùm, superstite patre, confirmabitur donatio: arg. tex. in l. nec fratris. C. de donatio. causa mort. vbi hoc tenet glos. & in l. qui pretio. in fin. ff. eo. vbi etiam not. Bart. idem tenet glo. in l. cùm hic status. §. oratio autem. in ver. volente. ff. isto tit. est bonus tex. & ibi tenet Ang. in l. iij. C. isto ti. quãuis glos. ibi aliud sentiat, & male, secũdũ Ang. Sal. & alios.

Quod procedit, etiam si filius donauerit rem patris: quia tunc patris consensus operatur duo, vnum in rei suę alienatione, aliud in authoritate præstatione necessaria huic donationi. Respectu huius secũdi, scilicet authoritatis, mors patris nõ est necessaria, sicut nec in re filij. Respectu autem primi, licet magis posit dubitari, tamen idem videtur dicendum: quia eo momento, quo filius moritur, donatio etiam respectu patris cõfirmatur, cùm ipse potuisset illi donare in casu mortis filij: vt d. l. nec fratris. & bene facit d. l. iij. C. isto titu. imo per talem consensum videtur pater donatario siue vxori filij donare: vt l. in ædibus. §. quod filius. ff. de dona. non enim fit ista donatio, vt penes filium remaneat, sed potius vt res ipsa in vxorẽ filij transferatur: & sic filius incapax capit, vt capaci restituatur. l. j. §. sed si legatarius. ff. si quis omissa causa te. & l. cùm ei qui. de leg. ij. & l. cogi. §. hi qui solidum. & l. Marcellus. §. fi. ff. ad Trebel. ita firmat Salice. in d. l. nec fratris. quamuis aliqui contrà. Nec obstat text. in l. si vt proponis. C. isto tit. vbi dicitur, quòd donatio facta genero à socero, nõ cõfirmatur eius morte, sed etiã requiritur mors vxoris. & ita videtur requirere mortẽ vtriusque. Sed illud est, quia mortuo socero, filia viua, adhuc durat matrimonium. sed donatio ante mortem filiæ eius morte confirmatur, etiam si socer superuiuat: ita tenet Cyn. in additionibus, quem sequitur Salicet. in dicta l. tertia. C. isto titu.

Si filius donauerit rẽ patris.

Sed in casu, quo filius donat ex voluntate patris, cuius eorum pœnitentia reuocatur donatio: ponunt omnes in dicta l. nec fratris. C. de dona. causa mortis. vide ibi per eos, & in dicta l. in ædibus. §. quod filius. ff. eodem. & in dicta l. qui pretio. eodem titulo. & Anchar. consilio lxxv. inci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit, per modum cõsilij. qui cõsuluit in casu singulari, filius rẽ patris consentientis donat vxori suæ causa mortis, & pater per stipulationem promisit bona donata tradere post mortem filij, dictæ eius vxori, vtrum pater mortuo filio posset per pœnitentiam reuocare, siue fuerit processum ad traditionem, siue non? Et in casu, quo donatio valuerit, an pater consentiens teneatur de euictione, vel vltrà quàm facere possit, vide latè per eum.

Considera tamen, quòd cùm hodie secundùm † consuetudinem regni, filius familias etiam minor viginti quinque annis, per contractum matrimonij eripitur à patris potestate, & efficitur sui iuris. vt in superioribus dictum est, column. clxxxvj. §. sed quamuis. non erit opus in donatione, quam de rebus suis voluerit facere vxori suæ, quòd interueniat patris consensus. Proderunt tamen prædicta, quando filius donaret rem patris cum eius consensu. adde hic prædicta l. Tauri. xlvij. & vide quæ dixi suprà. §. lxxj. in fin.

Filiusfam. per matrimonium liberatur à patris potestate. 2

SVMMAE RERVM.

Donatio inter coniuges adeo donatoris obitu confirmatur, quòd procedit, etiam si ambo pariter moriantur. Et si non apparet. quòd simul sunt mortui, nec quis eorum prior decesserit, tunc possidentis melior est conditio.

2 *Verba legis confirmatis donationem inter coniuges per mortem donatoris, verificantur ambobus simul morientibus.*

§. LXXIII 7. *Amplia tio. Quando donator & donatarius simul moriũtur.* 1

ET QVAE dicta sunt procedunt, quando constat clarè, quòd † donator præmoritur superstite donatario coniuge. Idem est, si ambo pariter moriantur naufragio, ruina, incendio, vel simul ab hostibus capiantur, & nesciatur quis eorum præmortuus fuerit. nam & tunc valet donatio: vt l. cùm hic status. §. si ambo. ff. isto tit. glo. j. c. fin. infrà eodẽ. & ff. de reb. dub. l. si inter virum. cum l. sequenti. vbi vide Ludouicum Lusitanum, & Lucam de Penna. in l. j. C. de principibus agentibus in rebus libr. xij. verticulo xliij. Ratio huius est, quia † verba legis confirmãtis donationem inter coniuges per mortem donatoris, verificantur ambobus simul morientibus: quia in matrimonio decedunt, & per cõsequens deficiunt verba legis prohibentis donationẽ inter coniuges: quia cessant rationes, propter quas probatur donatio inter coniuges, scilicet ne mutuo amore se spolient, & aliæ de quibus suprà dictum est. Ita dicit gl. in d. l. si inter virũ. quam Bar. & alij cõmuniter sequuntur. Et ex hoc infertur ad vnũ valde singulare, quòd stante statuto, vel pacto, q̃ si vxor moriatur ante, quàm maritus, & filios non relinquat: maritus lucretur dotem. & si maritus decedat ante, quàm vxor, vxor lucretur donationem propter nuptias. Contingit, quòd ambo videlicet maritus & vxor, & pereunt simul ruina cuiusdã domus, ita q̃ nõ apparet quis eorum primò decesserit: an hæredes vxoris possint petere dotem à marito? Quilibet diceret q̃ non per prædicta.

Quæstio. An statutũ de vxore præmoriente, locũ habeat, si ipsa & maritus simul moriantur. 2

Sed contrarium est veritas. & ita in contingentia facti consuluit do. Signorelus de Homo. consil. lx. incipit, in nomine domini amen. quæstio præsupponitur &c. quod ad literam refert & sequitur Præpositus Alexã. in c. fi. iiij. co. infrà eodem. Monetur ipse, quia cùm isto casu expremorte vnius, & superexistentia alterius, occurrit, & purificari debet conditio lucri: quod non potest dici hic vnũ præmortuũ alteri, ex quo simul decesserunt: ideo nõ occurrit, nec purificatur conditio lucri. vt est tex. qui sic debet intelligi, in l. quod de pariter. cum l. sequenti. ff. de re. dub. & innuit glo. in l. si duo. §. si maritus. eodem tit. & Iacobus de Arenis, in l. si hi. ff. de dona. causa mor. quia ex præmorte vxoris. & ex superexistẽtia mariti debet maritus lucrari dotem, vt dictat statutũ. ergo &c. quia cùm isti simul mortui fuerint, vt dictum est, ista simultas impedit ordinem prioris, & posterioris: vt l. Arethusa. ff. de statu hominum. & l. pluribus. ff. de procurat. & l. si debitor. & l. si fundus. §. si duo. ff. de pigno. & l. qui duos. ff. de vulga. & pu. & l. si fuerit. ff. de reb. du. Ergo in casu nostro impeditur prioritas, & posterioritas, & per consequens conditio nõ est purificata. vt per eos latius, vbi suprà. Ex hoc infertur ad aliud non minus singulare, quòd si stante dicto statuto vel pacto, maritus & vxor eodem tempore intrent religionem, & professionem faciant: neuter eorum habebit iucrum ex dicto pacto, vel statuto. nec hęredes vxoris, vt probatur secundùm vnum intellectum, in authen. de sanc. episcop. §. si verò constante. colla. viij. & traditur per Cy. & alios in l. deo nobis. C. de sacrosan. ec. & sic in cõtingentia facti consuluit Ancha. cõsi. incipien. in dei nomine amen. an vtroque &c. quod refert & sequitur Præpositus in d. c. fin. infrà eod. v. co. versi. venit quoque. quem latius per te videas. adde prædictis legẽ regni. vij. parti. tit. fi. l. xij. quæ disponit, quòd si maritus & vxor simul perierũt, nec apparet quis prior, mulier quia naturaliter imbecillior, præsumitur prius decessisse. quod prodest ad ea, quæ vnus per alterius mortem erat lucraturus. hæc ibi. Et secundũ hoc si maritus donauit vxori, inualidatur donatio, si vxor marito cõfirmatur. idem dicit prædicta lex, de patre & filio impubere, quia filius præsumitur prius decessisse, secus si pubes, quod prodest ad successionem.

Simultas.

Illatio.

SVMNAE RERVM.

1 *Possidentis melior est conditio.*

2 *Beneficiatus si multa acquisiuit, & ignoratur, an intuitu ecclesiæ acquisierit, an consanguineorum, vel intuitu personæ suæ iudicabitur pro ecclesia si in possessione reperiatur.*

IST A procedunt, quando apparet. quòd simul mortui fuerunt coniuges. Si tamen non apparet, quod ũmul vel separatim aliquo ordine successiue, puta quia vnus hic, alter in Francia, & sic non apparet, quis prius discesserit. hoc casu † melior est conditio possidentis, nam si quidẽ hæres viri vendicat, ipse debet probare vxorem prædecessisse, si verò hæres vxoris, ipse debet probare virum prædecessisse, quod cùm non faciat, in pari causa melior erit conditio possidentis. vt l. fin. C. de rei vendi. & in l. in pari causa. de reg. iu. &c. in pari. eodẽ tit. lib. vj. nec aliqua est præsumptio pro actore, vt quòd semel vixit, vsque ad certum tempus vixit, vt l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de

§. LXXV Quando apparet simul mortui fuerunt. Opinio separatim mortui fuerunt. 3

ff. de excusationibus tutorum. Ista est singularis decisio Bar. in d. l. si inter virum. ff. de rebus dub. in fine quam dicit esse tenendam memoriæ. de qua meminit Alexan. consi. cxl. v. vol. & exclamat Franciscus de Curte in repeti. l. admonendi. ff. de iureiu. charta xxix. verticu. quartò moueor. Idem tenet Ioann. de Imo. & Raphaël in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. Facit quod voluit idem Bar. in l. qui duos. §. cùm in bello. ff. de rebus dub. vbi patre & filio simul morientibus in naui, si nescitur quis eorum prius decesserit, iudicabitur in fauorem eius, qui erit in possessione hæreditatis. Ad idem facit, quod voluit idem Bar. in l. j. §. j. ff. de bono. pos. secũdũ tab. & Bal. in proœ. C. vbi dicunt, quòd si appareant duo testamenta eiusdẽ tenoris & testatoris eadẽ die confecta, & nescitur quod fuerit posterius, præfertur ille hæres qui reperitur in possessione hæreditatis. Ad ide facit quod voluit Ange. in l. si cùm ambo. ff. de iudi. vbi dicit, quòd si duo impetrant præbendam in eadem ecclesia cathedrali, & inter eos est æqualitas, impediunt se per concursum, nec sorte dirimetur, sed locus erit gratificationi, cùm tractetur de præiudicio capituli. ita dicit tenere Ioã. An. in c. duobus. de rescri. lib. vj. qui allegat pro casu l. huiusmodi. ff. de lega. j. tamen hoc casu præfertur possidens: vt not. voluit Bal. in c. capitulũ sanctæ crucis. suprà. de rescrip. j. co. in fi. & videas ibi Fely. Ad idem facit glos.

2 in c. nulli. xij. q. v. quæ voluit, quòd si † beneficiatus multa acquisiuit, & ignoratur an intuitu ecclesiæ acquisierit, an consanguineis, seu intuitu sue personæ: iudicabitur pro ecclesia, si illa reperiatur in possessione. de quo vide Inno. & alios, in ca. cùm in officiis. suprà. de testa. Bald. & alios in authen. licentiam. C. de epis. & cleri. Ex istis, & aliis, quæ diligens indagator reperire potest, satis corroboratur decisio Bar. de qua suprà. quãuis Alexã. in d. l. ex facto. §. si quis autẽ. ff. ad Trebel. ipsam impugnet: motus principaliter, quia si hæres mariti agat rei vendicatione, & probet dominiũ, & hæres vxoris excipiat de donatione: ex quo donatio est nulla, de iure probare debet, q̃ maritus nõ superuixit. aliàs eius exceptio esset dubia, & sic nõ releuaret fundata contra fundatam intentionem hæredis mariti: vt l. matrem. C. de proba. & in c. in præsentia. eo. tit. & per Bar. in l. non solùm. §. sed non probari. ff. de no. ope. nunti. ij. co. præsertim quia si mulier est in possessione, & donatio nõ præsumitur reuocata, nisi probetur. quia in dubio præsumitur donatio cõfirmata: vt di. l. si inter virum. Et propterea si dubitetur, an pœnitentia fuerit reuocata: censeri debet potius non reuocata. Alleganti ergo reuocaram esse donationem, incumbit onus probandi: vt l. ei qui. ff. de probatio. & l. actor. C. eo. Ad ista tamen faciliter potest responderi, quòd intentio actoris non fundatur in reuocatione, quia donatio est nulla, sed in dominio. igitur reo incũbit onus probandi donationẽ esse validã: ita respõdet Bartho. Soc. in d. l. si inter virum. ad finẽ. Et subdit forsan posse teneri tertiam opinionem in totum contrariam opinioni Alexandri. nam licet donatio sit nulla, confirmatur silentio donatoris vsque ad mortem, vt supra dictum est. Probata ergo morte mariti, probatur confirmatio, ergo hæres donatoris, qui dicit nõ confirmatam morte, quia donator superuixerit, probare debet, quia fundata est intentio confirmationis per mortem.

2. Opinio contraria.

Et pro hac opinione est bonus text. in l. cùm hic status. §. si ambo. in versi. sed si non apparet. ff. isto titu. vbi dicitur donationem confirmatam per mortem mariti, si appareat quis prior decesserit. & dum text. dicit, quando plures simul moriuntur &c. gl. exponit, non quia eodem rempore moriãtur, sed quia non constat, quis prior decesserit, quæ ratio considerata à text. cum glos. militat in casu Bartoli. Pro decisione adducit etiam pro casu l. qui liberis. in prin. ff. de bono. post. secundùm tabu. iuncta l. qui duos. in princ. ff. de rebus du. Nam illud quod dicitur in d. l. qui duos. quando simul moriuntur eodem naufragio, illud idem disponitur in d. l. qui liberis. in princi. quando duo in diuersis locis moriuntur, & ignoratur de prioritate mortis. quæ inductio est valde nota. contra decisionem Bart. de quã suprà, secundum Socinum in dicta l. si inter. qui allegat Bald. consil. cxlv. in v. volu.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges confirmatur morte donatoris, quando præcessit rei donatæ traditio.*

2 *Vel si donator constituat se donatary nomine possidere.*

3 *Vel si maritus fateatur se ab vxore dotem recepisse, quia illa confessio loco traditionis habetur.*

4 *Vel si donator reseruauit sibi vsumfructum rei donatæ.*

5 *Vel si donans tradidit instrumentum, mediante quo ipse habuit rem donatam.*

6 *Vel si maritus fecit vxori instrumentum donationis, quia per hoc videtur tradere possessionem.*

7 *Traditio nulla non operatur effectum confirmationis.*

8 *Possessio quam habet vxor in rebus à marito donatis non dicitur ciuilis nec naturalis, nec corporalis, sed possessio apta producere ciuiles effectus, & acquisitionem dominij, si donatio morte confirmetur.*

9 *Et ista possessio operatur acquisitionem fructuum.*

ADVERTE nunc circa prædicta, ne decipiaris, inquantum dictum est, quod donatio inter coniuges confirmatur morte donatoris. intelige, † dummodo interueniat traditio rei donatæ, vt tex. cum glo. in l. Papinianus. ff. isto titulo. vt ibi notant omnes, signãter Alexã. tenet etiam Bald. in l. j. C. de dona. ante nupt. & in c. j. de feudo dato in vim legis commi. di. feudorum. Et ista est veritas, quicquid dixerint Azo. & Hostien. in summa huius titu. §. qualiter inutiles. in fine.

§. LXXVI 1

Nec refert, vtrum ista traditio fiat tempore donationis, vel postea, viuo donante. ita dicit Bal. in c. j. §. si quis. in fi. de feudo dato in vim legis cõmi. lib. feud. ar. tex. in l. ij. C. si quis alteri vel sibi. & l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de donat. vbi in donatione, quam pater facit filio emancipato, est necessaria traditio, & statim valet. fortius est necessaria, quãdo sit filio in potestate, ad hoc, quòd morte patris confirmetur, sicut in donatione inter coniuges dicimus, intellige, quando donat pater filiofami. inter viuos, secus si donet causa mortis, quia tunc morte confirmatur

paterna donatio, etiam non secuta traditione. ita not. dicit Bald. in l. si mortis. C. ad l. Falc. quia donatio causa mortis æquiparatur magis legato, quàm contractui, vt l. fina. C. de dona. causa mor. & l. illud. ff. eo. tit. & l. ij. ff. de dote prælega. in glo. Sed legatum confirmatur morte testatoris absque traditione, ergo & ipsa donatio causa mortis. ita dicit Ludo. in l. si donatione. C. de coll. iiij. vo. quod no. est text. in l. ij. ff. de Publicia. de quo infrà. §. lxxvij.

Idem, si interueniat aliud, quod loco traditionis habetur. 2 Idem ¶ dicas tu, si interueniat aliud, quod loco traditionis habeatur, vt puta, si donator constituat se nomine donatarij possidere. ita tenet Bald. in dict. §. si quis. in finalibus verbis. & facit secundùm eum, quod no. Bart. in l. si is qui pro emptore, ad fi. ff. de vsuca. & consi. incipiente, Martinus de Eugubio. & l. quod de suo. C. de dote cau. non nume, & hoc mihi satis placet. Hæc enim clausula constituti habetur pro traditione, quoniam per eam traditur ficta possessio, vt no. in l. quod meo. ff. de acqui. pos. & l. quædam mulier. ff. de rei ven. & datur parti facultas occupandi rem propria authoritate. vt est gl. singularis in l. cum creditor. ff. de fur. de qua facit magnum sestum Vitalis in lib. clausularum. in clausula, cõstituit se precario nomine possidere. v. col. tenet etiam Bar. in l. iij. C. de pignor. quem Andreas Siculus in c. fina. iiij. column. in fi. suprà, de preca. Intellige, quando constituens tempore constituti possidebat. glo. in l. si duo. C. de dote caut. tenet magister Ioã. in viatorio suo iuris, sub ista rubrica. co. iij. vide gloss. doctores in l. quamuis. ff. de acquir. po. Bald. in cap. j. §. si quis. in fin.

Si confitetur se recepisse dotem quam non recepit. 3 de feudo dato in vim legis com. Idem dicas, si maritus confiteatur se recepisse dotem ab vxore, quam non recepit. Nam ista cõfessio loco traditionis habetur. & per consequens. donatio quę resultat ex ista confessione, morte confitentis seu donantis confirmatur. ista est gloss. aurea, & singularis, in l. ij. C. de dote cau. non nu. quam ad hoc multum cõmendat Bar. in d. l. Papinianus. ff. isto titu. & Ang. in authen. de immensis don. j. colum. in fine. colla. vij. Bar. in l. cum quis decedens. §. Titio. de leg. iij. Bald. in l. ij. §. creditum. ff. si certum pet. & in l. j. de dona. ante nup. qui dicit hoc procedere, si fuit facta confessio animo donandi. Nam tunc bene confirmatur morte confitentis. Secus tamen dicit, si simulatè causa honoris: quia tunc non confirmatur morte confitentis, secundùm eum, post Iaco. de Arenis quod dicit esse menti tenendum. Idem etiam voluit Salyc. in dicta l. ij. C. de dote cau. non nume. ibi intelligit glo. ibi: quando confessio est facta animo donandi. Secus si spe futuræ numerationis. quod no. In dubio autem dicit ipse, quòd præsumitur facta spe futuræ numerationis, non animo donandi: quia quando potest capi alia coniectura, quàm donationis, nunquam donatio præsumitur: vt in l. si cùm aurum. ff. de solu. & hanc dicit esse veriorem opinionem Ias. in §. fuerat ante. xxxj. co. Insti. de actio. quãuis Ang. de Aretio ibi, charta viij. versi. & quòd primum, teneat cõtrarium: quã opinionem tenẽt multi doctores, quos ipse refert. de quo articulo videas per doctores, quos ibi allegat Ias. quia non est iste locus accõmodatus. videas etiã per Socinũ in l. j. xv. co. ff. sol. mat. & ibi etiã Bulgariũ in sua repetitione xl. co. & remissionem quã feci suprà §. xxxiij. ver. ex prędictis. Fely. in c. si cautio. de fide instr. xxvij. col. versic. fallit tertio.

Confessio causa honoris.

Cõfessio spe futuræ numerationis

Ex prædictis infertur, quòd si donator reseruauit sibi vsumfructum rei donatæ (cùm talis reseruatio habeat vim traditionis, vt l. quisquis. & l. si quis argentum. C. de donat.) morte ipsius donatoris confirmata erit douatio. Idem dico, si ¶ maritus donauit vxori aliquam rem, & tradidit instrumentũ: per quod ipse eam habuit: videtur rem tradere: vt l. j. C. de dona. & iij. parti. tit. iij. l. viij. sicut legando vel vendendo instrumentum: videtur debitum vel rem in instrumento contentam legare, vel vendere: vt l. seruum filij. §. eum. de leg. j. & hoc verum, si dominium erat penes tradentem, vt ff. de reg. iur. l. nemo. cũ concordantiis. Eodem modo dicendũ est in traditione possessionis, vt tunc demũ videatur trãslata per donationem instrumentorũ, si donator possidebat. aliàs non. ar. l. quædam. ff. de rei ven. & facit l. creditricem. ff. de remissio. pign. Idem dicerem, si ¶ maritus faciens vxori donationem alicuius rei, fecit sibi inde instrumentum donationis, nã per hoc videtur etiã sibi tradere possessionem, vt iij. parti. titu. iij. l. viij. & Foro legũ lib. iij. ti. xij. l. ij. quod tenet menti. Si ergo his casibus maritus præmoriatur, cõfirmabitur donatio. Idem videtur dicendum, si maritus per se, vel per alium suum annuũ debitum fecit transferri & describi in personam vxoris, in libro cõmunis, vbi describuntur nomina singulorum. Nam per talem descriptionem videtur maritus donare & tradere vxori, & per consequens mortę mariti est confirmata donatio. de quo vide latè & singulariter per Ancha. cõsi. xxxj. incipiente, in Christi & c. subtiliter ac copiosè. Nec obstat prædictis, si quispiã subtiliter obiiciat dicendo, quòd ex quo contractus donationis inter virũ & vxo. est nullus, quia à lege reprobatus, vt suprà dictum est, per consequens non transfertur possessio per actum fictum constituti, vel precarij appositi in contractu, quia cõstitutũ, vel precarium sunt immediata causa translationis. & clausulæ constituti vel precarij sunt nullæ, existente principali nullo, vt voluit Bal. in terminis, in l. ex testamento. C. de fideicom. tex. in l. fi. ff. de const. pr. quem pro singulari allegat Bal. in l. si absentis. C. si certum pe. glo. in l. si patronus. §. patronum. ff. de his quæ in frau pa. Facit quod voluit Bar. in l. quod meo. in prin. ff. de acqui. pos. Bald. in c. ij de feudo dato in vim legis cõmissoriæ. Item si possessio fuit translata virtute causæ validæ, licet illa causa efficiatur inualida, tamen possessio nõ transfertur, vt sentit gl. & Bart. ibi (si bene aduertatur) in l. ab emptione. ff. de pactis. Multo fortius idem erit, quando causa erat nulla à principio, quia potentius ius operatur nullitas à principio ad impediendum, quàm ex post facto ad resoluendum. arg. l. vnicæ. C. de vsucapi. transfor. & l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Bene facit text. in l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posthumis. iuncta l. posthumis. in princip. ff. de iniusto testamento. Ex quibus omnibus videtur concludendum, quòd vbicunque in contractu donationis prohibitæ (vt est donatio inter coniuges) traditur possessio per actum fictum, puta per constitutum, vel aliàs, ex quo actus est nullus, non transfertur possessio, quod

Quãdo donator reseruauit sibi vsumfructum. Traditionis instrumẽti loco possessionis. Lex regul.

Instrumentum donationis.

Lex regu.

Descripta

Ficta traditio est nulla quando traditio est reprobata

Traditio nulla non operatur effectũ confirmationis.

quod etiam videtur probari in d. l. j. §. si vir vxori. ff. de acquir. poss. à contrario sensu. vbi ideo possessio transfertur: quia traditio quæ est tacti, iure ciuili impugnari non potest, ergo à contrario sensu si traditio esset iusta: prout est illa ficta, quæ fit per constitutum, tunc esset impugnata lege: & per consequens possessio non transferretur. ita per illũ tex. tenet dominus Argentinus, filius domini Raynerij de Forliuio, in d. §. si vir vxori. quem refert & sequitur Paul. de Ca. ibi. Ex quo infertur, ¶ per ¶ talem traditionem, vel quasi traditionem, non confirmaretur donatio facta inter coniuges, quia si traditio est nulla, non potest effectum aliquem operari, per id quod habetur in l. cùm pater. §. cuicti. de legat. ij. & in l. non putauit. §. non quæris. ff. de bon. pos. contrata Ista dudum me fecerunt dubitare de veritate opinionis: quæ postea tacta reperi per dominum Bartholomæum Socinum in d. §. si vir vxori. qui defendendo communem opinionem, dicit ea procedere, quãdo contractus est omnino nullus, sine aliqua spe recõualescentiæ, vnde tunc ficta traditio nihil operatur. Secus tamen est, quãdo licet contractus est nullus, tamen speratur reconualescentia: & quia cõtractus non videtur omnino nullus, sed quodammodo pendere à futuro euentu reconualescentiæ: tunc operetur ficta traditio, licet nulla, eo ¶ principalis contractus reconualescit, & per consequens traditio: ita videtur probare tex. rectè intelligenti in l. cùm hic status. §. si sponsus. ff. isto titu. quod est subtile. Cogita tamen secundũ eum. Istud idem videtur tenere Ias. Maynus in d. §. si vir. ij. colũ. dicens, ¶ si vir tradit rem vxori ex donatione inualida, tamẽ transfertur possessio, quia acquisitio possessionis in facto consistit: & ea, quæ sunt facta; lex secundũ veritatem nõ potest infecta facere: nec hoc potest induci à lege per fictionem, quia non suadet æquitas, ex quo nulla esset vtilitas: vt dicit ibi tex. in ver. & quid attinet. Et ita licet in cõstituto, & sic in actu ciuili cesset prima ratio assignata in textu, quia possessio est quid facti: ita mẽ militat secũda ratio assignata in ver. & quid attinet. Quando autẽ in aliqua dispositione assignãtur duæ rationes, licet vna cesset (si tamen militat alia) habet locum dispositio: vt in §. affinitatis. Insti. de nup. & l. si ventre. cũ simi. ff. de priuile. cre. ita quidam ibi Ias. Adde etiam, ¶ ista possessio, vel quasi possessio, quam habet vxor in rebus à marito donatis, nõ potest dici ciuilis, quia nõ producit effectus ciuiles, scilicet præscriptionis, vsucapionis, & acquisitionis fructuũ: vt l. si eum qui. in ver. iure ciuili non possidet. ff. isto titulo. nec potest dici possessio naturalis formaliter sumpta, cùm non sit acquisitiua alicuius iuris, dicta l. cũ qui. notant doctores in d. §. si vir. Nec potest dici corporalis possessio, ex quo non est clandestina, aut violenter habita, vt l. clam possidere. §. fi. ff. de acqui. pos. est tamen possessio aptitudine apta producere ciuiles effectus, & acquisitionem dominij, cùm talis donatio sit cõfirmabilis morte, ex eo ¶ in ea processit traditio, vel aliud, quod loco traditionis habeatur. vt supr. dictum est. & sufficit, quòd absit sola aptitudo, & sola potentia, vt declarat Bar. in dicto §. si vir. in ij. q. principali. Quãuis ergo possessio, quam habet vxor, nõ producat effectus iuris respectu præscriptionis, tamen ¶ producit effectum, respectu acquisitionis fructuum, vt l. de fructibus. ff. isto ti. & l. fructus percipiẽdos. ff. de vsufruc. glos. notabilis secundum Bal. in l. ij. §. fi quis. ita dicit Iason solus in d. §. si vir. pen. colũ. vide quæ scripsi suprà §. vij.

Quæstio. Qualiter fit possessio quã habet donatarius coniux, antequam donatio cõfirmetur. 8

a Aduerte, ¶ inquantum iste dominus facit mentionem de corporali possessione, videtur assentiri opi. Bar. qui voluit, ¶ sit tertia

Species possessionis scilicet corporalis, in qua opinio Bart. cõmuniter damnatur, vt firmat Ale. in l. j. in princ. colũ. xvij. versic. sed dubium est. ff. de acquir. possess. & ibi Ias. in colũ. iij. versi. circa tertium.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio facta vxori per virum de domo, in qua simul habitant, nulla traditione vera vel ficta interueniente, non confirmatur morte viri.*

2 *Nisi donauerit cum tali clausula, quòd si haeres ei non soluerit, domum ex tunc ei legabat.*

3 *Donatio facta marito ab vxore de omnibus bonis suis, eum pacto quòd non liceat reuocare, nisi maritus præmoriatur (cum ista dicatur mortis causa donatio) vxoris morte confirmabitur, & si alias traditio non interueniat.*

§ LXXVI

Quãdo maritus donauit vxori domum in qua simul habitant.

Ex prædictis infertur, quòd si maritus donauit ¶ vxori domum, in qua viuentes communiter habitabant. vel rem domi existentem, nec alia interuenit traditio vera vel ficta, ista donatio per mortem viri non confirmabitur: quia viuente marito vxor non possidebat domum donatam, nec res domi existentes, sed ipsa vxor detinebatur in ea à marito, vt l. habebat. cum ibi no. ff. de precar. & in l. j. §. pen. ff. de his qui deie. vel effu. & l. si mulieri. ff. quib. mo. vsufru. ami. & l. quia iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. ita consulit Paul. de Castr. consil. clx. incipit, in Christi &c. dicta donatione. & ibi latius per eum. Ad cuius confirmationem facit quod voluit Bald. in l. pignoris. C. de pign. acti. & in l. pen. j. no. C. de non nu. pecu. & in l. cùm tibi. C. qui po. in pign. hab. vbi dixit, quòd vxor, quæ habebat bona mariti obligata pro dote, mortuo marito potest propria authoritate remanere in detentione domus, quam cum marito viuente habebat iure familiaritatis, tanquam vxor, non quidem ratione possessionis, quia non possidebat, sed ratione solius detentationis, secundùm eum. de quo exclamat Ias. in §. item Seruiana. xvij. colum. Insti. de acti. Si ergo vxor non possidebat domum, quamuis maritus eam sibi donaret, eius morte non confirmaretur donatio, vt suprà dictum est. Dicebat tamen Pau. in d. consi. quòd si maritus ¶ donaret vxori prædictam domum, cum clausula, quòd si hæres non soluerit, exnunc legat, tunc (quamuis nulla interueniat traditio) vxor debet habere domum donatam post mortem viri, non quidem vi donationis, sed vi legati, quia in legato transfertur dominium sine traditione, vt l. à Titio. ff. de furtis. quod bene no. Idem dicas, si maritus donaret vxori dictam domum causa mortis, quæ quidem donatio inter coniuges bene valet vt l. si cui. §. fi. cum l. sequen. ff. isto tit. ad cuius confirmationem sufficit mors donatoris, quamuis traditio non interueniat, vt colligitur ex notatis per Barto. & alios in l. ij. ff. de don. causa mortis. & tenet Bald. in l. & si mortis. C. ad l. Falc. cum quo transit Romanus in l. si donatione. C. de collatio. & Franciscus de Aret. consil. lxxiij. penul. colũ. versicu. venio ad quartũ. & Paul. de Castr. consilio cx. in fin. j. volum. & consi. lxxvij. in fin. incipiente, notandum. ij. volu. quia hæc donatio causa mortis habet instar legati, & per eam trans-

2. Limita. Donatio causa mortis cõfirmatur sine traditione.

fertur dominium sine traditione, vt est text. singularis cum glo. in l. vel mortis. ff. de Publiciana. & ibi Bald. & videtur tenere Bar. in l. j. eo. tit. Bald. in l. cùm hi. in prin. ff. de transact. Bald. & Paul. de Cast. in l. ij. de leg. j. Ang. in d. l. à Titio. ff. de fur. & in authen. de hære. & fal. in princ. de quo per Bald. in d. l. & si non mortis. C. eo. & in l. licet. C. de pact. & in l. j. C. si quis alteri vel sibi. & in l. ij. C. de secund. nup. per Ioannem de Imola, in l. ex hac scriptura. ff. de donatione. & ibi Alexand. & in l. j. ff. de donationibus causa mort. Si autem transfertur dominium, ergo non est necessaria alia traditio: quia traditio non fit ad aliud, nisi vt dominium acquiratur, vt no. in l. traditionibus. C. de pactis. & §. per traditionem. Institu. de re. diui. Concluditur ergo, quòd talis donatio causa mortis morte donatarij confirmatur, quamuis alia traditio non interueniat. Ex quo infertur,
3 q† donatio facta marito ab vxore, de omnibus bonis suis, cum pacto, q nõ liceat reuocare, nisi maritus præmoriatur (cùm ista dicatur donatio causa mortis) morte vxoris cõfirmabitur donatio: quãuis alia traditio nõ interueniat: vt appareret ex prædictis. Contrarium tenet Pau. de Cast. cõsi. xcix. incipit, in Christi &c. in ista donatione.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio inter coniuges non confirmatur morte donatoris, quando tacitè vel expresse illam reuocauit.*
2 *Donatio inter coniuges videtur tacitè reuocata, si donatarius mutasset mores in præiudicium donatoris: vt puta, si vxor cui facta erat donatio, commisisset adulterium.*
3 *Adulterium vxoris grauius est in mente viri, quàm occisio filij.*
4 *Grauitas delicti ex qualitate pœnæ arguitur.*
5 *Propter homicidium filij non licet separare thorum ab vxore filium occidente: sed propter adulterium secus.*
6 *Feudo non priuatur, occidens sororem domini. secus si cum ea concumbat.*
7 *Vxor quæ commisit adulteriũ nõ debet ali à viro.*
8 *Adulterium adeo est per se malum, quòd nulla causa potest iustificari.*
9 *Adulter si occidi potest, potest castrari.*
10 *Donationem vxori factam reuocasse videtur maritus si vxor luxurioso osculo pudicitiam violauerit, vel si passa est aliquem ad suum pectus vel mamillas manus apponere.*
11 *Et idem forte si probaretur vxorem fuisse in balneo cum alio.*
12 *Vel etiam si pernoctauit extra domum sine causa.*
13 *Et hæc procedunt, licet maritus ignorauerit prædicta.*
14 *Testis, ad hoc vt dicatur inimicus alterius, sufficit offensam esse factam inter eos, licet alter ignoraret.*
15 *Adulteræ vxori donans si ignorat eius adulterium, non valebit donatio.*
16 *Vasallus si in dominum feloniam commisit, & dominus in vita tacuit, an hæres domini poterit vasallum priuare.*
17 *Legatum reuocatur propter inimicitias capitales vel grauissimas inter testatorem & legatarium superuenientes.*
18 *Ingratitudo est maximum vitium, vetus vrens, & siccans fontem misericordiæ, & rorem pietatis, & fluenta gratiæ.*
19 *Donatio tacite reuocata videtur si coniunx donata rius graues iniurias coniugi donatori facere præsumpsit.*
20 *Faciens per alium, perse facere videtur.*
21 *Nuntium mittens, propriè dicitur facere.*
22 *Defensio est licita.*
23 *Vasallus qui testimonium tulit contra dominum, amittit feudum.*
24 *Gladium accipere non dicitur, qui iustitia mediante capit.*
25 *Donatio non censetur tacite reuocata, si vxor donatrix adulterando, vel aliàs fuit causa quòd maritus ipsam liberaret.*
26 *Legatum an reuocetur propter inimicitias.*
27 *Vasalli culpa fiorta sunt inimicitiæ contra dominum, non excusatur.*
28 *Legatum reuocatur, si palàm & publice testatori maledixerit.*
29 *Testis propter capitales inimicitias repellitur à testimonio.*
30 *Citatus ad iudicium, si non audet intrare ciuitatem propter inimicitias, culpa sua contractas, bene excusatur.*
31 *Inimicitias allegans, illam probare debet.*

ALIQVI tamen casus reperiuntur, in quibus † donatio inter coniuges non firmatur morte donatoris: etiam si traditio interueniat. Primus, quando donator eam reuocauit expressè, vel tacitè. Expresse, vt si donator dixit, reuoco donationẽ quam feci, vel alia verba æquipollentia: in qua quidem reuocatione, donator perseuerauit, vsque ad vitæ supremũ exitum, vt l. cùm hic status. §. ait. & §. pœnitentiã. ff. isto tit. & in c. fi. infrà eo. Item expresse fit reuocatio, si rem, quã donauit coniugi, postea alteri donauit, vel alio modo alienauerit, vel pignori dederit: vt l. cũ hic status. § si maritus. ff. isto. ti. & l. si maritus. la ij. C. eo. intellige vt dixi suprà extra casus prædictos. §. lxix. Tacitè autem fit reuocatio si prius decedat is, cui donatum est, vt l. à marito. C. isto titu. & in cap. fi. infrà eo. Idem si diuortium fiat inter coniuges, cum bona gratia, propter religionem, vel aliàs, nisi in diuortio donator voluerit donationem valere: vt dict. l. cùm hic status. §. si diuortium. & l. sed interim. §. si maritus. ff. isto ti & d. l. à marito. C. eo. Si tamen diuortium factum sit, & deinde restauretur: quia ecclesia reperit se deceptam, secundùm decretalem fraternitatis. suprà, de frigidis. vt in diuortio: vel mutata fuit voluntas, vel eadem durauit: si donator decedat, constante matrimonio, confirmata erit donatio. arg. tex. in d. l. sed interim. §. si maritus. cum aliis, de quib. suprà, ita tenet Ho. in summa. isto titu. §. qualiter inutiles. in prin. Tacitè etiam videtur fieri † reuocatio donationis inter coniuges, si donatarius mores mutasset in præiudicium donatoris: vt puta si vxor, cui facta erat donatio, adulterium commisisset. Ad hoc textus no. in l. res vxoris. C isto ti. vbi donatio, quã facit maritus vxori, fit in præmiũ pudicitiæ, vel propter pudicitiã. Si ergo illa impudicè viuat, cessat præ

§. Lxxvii. Donatio reuocata non cõfirmatur morte donatoris.

Tacitè reuocatur donatio.

Quãdo donatarius mutauit mores vxoris, reuocatur donatio.

dicta

dicta ratio: ergo præsumitur reuocatio. tene mente illum textum, secundùm Bal. ibi. Nam hoc ipso videtur donatio reuocata. arg. tex. & quod ibi no. Bart. in l. tertia. ff. de alimen. & cib. leg. vbi per 6 mutationem morum, vel iniuriam illatam testatori, videtur reuocatum legatum. *a* Ad idem tex. in l. cũ quis. in fi. pr. & in l. si cũ Cornelius. ff. de solu. vbi per mutationem morum tacitè reuocatur mandatũ. vt scripsi §. lxvij. versic. vnum demum.

a Idem si vxor luxurioso osculo pudicitiam violauerit, vt in versi. quinimò. infrà. Ioã. Bern.

Ad idem facit text. in l. sed interim. §. si maritus. ff. isto ti. vbi si maritus vxori donauit mortis causa, eaque diuerterit: statim dissoluitur donatio, nec amplius est in pendenti. Istud est, quod voluit Bal. in c. ex parte. tertia colum. de consue. vbi dicit quòd nihil debet habere de bonis viri, etiam ex pacto, mulier quæ fecit se pollui per a- 7
dulterium. Idem sentit Salyc. in l. cum hic status. in prin. & in §. si maritus. el ij. isto titu. Vxoris

Grauitas adulterij. 3 enim † adulterium grauius est in mente viri, quàm occisio filij: vt est tex. valde singularis in l. codicil lis. §. instituto filio. de leg. ij. versi. filium nostrum interfecit, & alia deteriora mihi fecit. quem tex. valde commendant doc. ibi, & Bald. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. & in d. ca. ex parte. fin. colum. suprà, de consuetu. & consilio l. iiij. parte. Andreas Sicu. in capit. at si clerici. §. de adulteriis. ij. colum. suprà, de iudic. quod intellige apud bonos & graues: secus apud eos, qui parum curãt de adulterio vxoris: vt est tex. & ibi no. Pau. in l. interdum. de publica. facit lex, isti quidem. ff. quod met. cau. infrà, alle. Vxor enim adultera, olim lapidabatur. Leuitici xx. transumptiuè in c. hæc imago. xxxiij. quæst. v. aliter hodie de iure ciuili punitur: vt l. quamuis. la ij. & ibi no. C. de adul 8
teriis. & in §. item lex Iulia. de adulteriis. Instit. de iniur. & ibi Ioan. Fa. & alij aliter, per leges regni. vij. parti. ti. xvij. l. xiij. xiiij. & Foro legum, lib.
4 iiij. ti. vij. l. j. Ex † qualitate autem pœnæ delicti grauitas arguitur. xxiij. q. iij. c. non asseramus. Vnde merito adulterium res nefaria appellatur. c. admonete. xxxiij. q. ij. maxime respectu mariti, vt ibi dicitur. Propterea homicidium filij non reputat pater æquale adulterio vxoris: vt sup. dictũ
5 est. Hinc infertur, quòd † licet propter homicidium filij non liceat separare thorum ab vxore filium occidente: vt infrà, de his quis filios occiderunt. cap. ij. & ibi doctores: & tamen propter adulterium sic. cap. dixit dominus. xxxij. quæsti. j. cum similibus. Patet ergo, quàm sit graue adulterium vxoris in mente viri: tam iustum enim dolorem nemo compescere potest. l. Gracchus. C. de adulteriis. nihil enim est deterius marito, quàm de homine fieri seruum. ita dixit Alex. in c. ij. in fine. j. co. sup. de sponsalibus. Ad hoc Genesis ca. xlix. vbi Iacob loquẽs Ruben filio suo primogenito, dixit, tu fortitudo mea, & principium doloris mei. exponit Nicolaus, id est, licet multos aliosdo lores substinui, nullus tamẽ ita durus, sicut iste, quẽ tu intulisti, coeũdo cũ vxore mea. hoc recitat ibi Abul. colũ. iij. Grauior est ergo cucurbitatio, quã graue dãnum bonorũ, vel alia atrox iniuria. & nõnulli vellẽt plus esse vulnerati, quã talia pati. ita dicit Io. Fa. Insti. de dona. §. secundũ est. refert Io. Sarceti in suo enchiridio. fol. vj. Absurdam igitur rem fecit Seleucus Asiæ rex, qui vxorem suam adulterandam filio tradidit, quia eius amo- 9
re peribat: vt per Valerium Maximum li. v. ti. vij. b

Propter adulteria enim & stupra, vrbes fuerunt euersæ, & bella ciuilia orta, & odium perpetuum inter ciues. Et hinc est, quòd occidens sororem domini, † non priuatur feudo, sed si cum ea concubuit, sic. per l. isti quidem. ff. quod metus cau. ita dicit Bald. in cap. primo. §. similiter. in fi. quib. mod. feud. amit. lib. feudorum. Et multo fortius vasallus perdit feudum, si concubuit cum vxore domini, vel cum filia, vel nepte, vel nuru, vel sorore. c. j. §. rursus. quæ fuit prima causa beneficij amit. Idem de concubina dicit Iacobus de Aluarotis, in d. c. j. quibus mod. feu. amit. refert Iaco. de sancto Geor. in tract. feud. fol. xxiij. col. ij. ver. quis autem. vide eundem fol. xxxij. col. iij. versic. noua causa. & ibi ponit, quid si vxor est vidua. Propterea † vxor quæ commisit adulterium, non 7
debet ali à viro. vt not. glos. in l. fideicom. C. de fideicom. secundum Bal. in dict. c. ex parte. Reputatur autem adulterium grauissimum, non solùm respectu mariti, sed etiam respectu ipsius delicti: vt d. §. de adulteriis. Quia etiam lege diuina prohibitum est mœchari, contra quam lex humana in contrarium lata non tenet. & ideo si cauetur statuto, quòd exbannitus possit impunè offendi: & aliquna mulier est exbannita, non tamen poterit adulterari, etiam si vir sit bannitus: vt est text. valde singularis in auth. de lenoni. §. j. collatione. iij. Ratio, quia ex hoc non iniuriatur maritus, sed consanguinei, & respublica. arg. l. j. §. vsque adeo. & in l. Stichum. ff. de iniur. puniretur enim ex tali adulterio, qui non delinquit, quod esse non debet, cùm pœnæ suos debeant tenere authores: vt l. sancimus. C. de pœnis. & cap. quæsiuit. de his quæ fiunt à maio. par. ca. Præsertim, cùm † adulterium sit adeo per se malum, quòd nulla causa potest iustificari: vt suprà, de iureiur. & si Christus. & traditur per Bal. in l. j. ff. de const. princip. & in l. fin. C. si contra ius vel vti. pub. quem refert & sequitur Andr. Sicul. in d. §. de adulteriis. ij. col. Alexand. in l. non solùm §. quanquam. ff. de iniuriis. Firmanus in tractatu gabellarum, ix. parte. quæst. xx. & ita licet statuto vel aliàs permittatur bannitum offendere (quo casu etiam eius bona capi possunt impunè) vt est text. valde not. in l. j. §. fin. ff. de alea. secundum Baldum in d. l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. idem tenet ille in l. iij. in fi. C. si pend. appel. mors interue. & in c. in literis. de restit spol. Bartol. in l. nec in ea. ff. de adul. Paul. de Cast. per illũ tex. in l. in suis. ff. de libe. & posth. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. vij. col. ver. nota ij. Et quod plus est: stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi, potest etiam occidi, secundum Io. And. in additionibus ad Spec. tit. de const. §. j. ad finem. Bar. in d. l. iij. ff. de adim. lega. & consil. clxxxviij. incipit, statuto castri ple bis. Paulus in dicta l. in suis. & facit tex. in c. fi. de homic. libro vj. vide Paridem in tractatu syndic. in parte, adulterium, cap. j. Et multo fortius contra si dictat statutum, quòd bannitus potest impunè occidi, poterit vulnerari, vt voluit Barto. in l. secunda. ff. de sepulchro viola. Ancha. in clem. j. in prima oppositione. de concess. præbend. Card. in c. perpendimus. de sent. excom. vj. col. in repetitione, sentit Bart. in d. l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. de adult. vbi dicit, quòd si permittitur occidere † adulterum, potest castrari. *b* In casu tamen nostro, quãuis permittatur bonorum occupatio,

b Adde Alex in add. ad Bart in l. insuis ff. de liber. & posth. in j. additio. in parte, occidere. Ioan. Bern.

Universidad de Deusto
Biblioteca

percussio, etiam occisio: adulterium tamen non est permissum, vt ex supradictis satis patet: tenet Bal. in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publ. Quinimo propter bellum initum contra virum, non potest vxor capi, secundùm Ioan. And. in c. non est vbi. supràd. de spon. Merito ergo adulterium grauissimum delictum reputabitur, vt propter illud maritus censeatur voluntatem mutasse, & donationem reuocasse: adeo quòd per mortem mariti non fit confirmata: vt suprà dixi. Quod autem dictum est de vxoris adulterio, intellige etiam ipsa volente, secundùm Ioan. de Pla. in l. vnica. C. de falgamo. lib. xij. dummodo donatarius sciêter vxorem donatoris cognouerit. Secus si ignoràter, putans forte propriam cognouisse vxorem. nam eum non priuabit donatione, vel feudo. vt est glo. no. in ti. paruo. hic potest esse titulus, quibus mo. feu. amittitur. secundùm Iacobinum, in tractatu feudorum. fo. xxxij. colum. iij. ver. quod dici. facit ad hoc l. ij. ff. de receptato. & glo. in capi. Felicis. de pœnis. lib. sexto. & plura alia, quæ brevitatis causa non recenseo. Quinimo non solùm si vxor adulterata est, sed etiam si absque carnali copula † pudicitiam violaret luxurioso oscu-
De vxore reperta in actibus venereis. 10 lo, vel permisit ab aliquo teneri manus ad suum pectus, vel mamillas: quia ista diffamant, & lacerant matrimonium: & ideo potest agi ad separationem thori, & amissionem dotis: quia ludus impudicitiæ debet puniri: vt est tex. optimus cum glos. in cap. j. quibus mod. feu. ami. lib. feudorum. vbi glos. exponit illum tex. punientem vasallum, qui turpiter ludit cum vxore domini, id est qui po-
a Videoptimè Ioan. Francis. de Ripa, in rubri. de ind. colū. iij. & iiij. vbi hoc optimè corroborat & limitat iiij. modis. Io. Bern. 3 suit manus ad pectus. *a* ita notanter dixit Bal. in cap. tuæ. in fin. suprà, de procu. refert & sequitur Benzellinus in c. plerunque. infrà eodem. in apostillis. & Fely. in c. præterea. ij. column. versic. vbi autem. suprà, de test. adde glo. Barto. & alios in l. quod ait lex. ff. de adult. & in l. capite quinto. eod. titu. Ange. de Are. in tractatu testamentorum. in parte, donec castè vixerit. cuius meminit Paulus de Monte Pico, in repetitio. l. Titia, de leg. ij. fo. pe. colum. tertia. in fin. vide Franciscum de Curte in trac. feudorum. fo. xxxiiij. colum. fi. versi. quarta. & Iac. in trac. feudorum. fo. xxxij fi. colu. Colloquium enim & oscula sunt præludia Veneris: vt dicit glo. iij. quam Ange. reputat singularem in l. j. ff. de extraordi. crimi. & glo. in l. quod ait lex. ff. de adul. & in cap. nec aliqua. xxvij. q. j. vide Bal. in l. quis non dicam rapere. colum. iij. C. de epi. & cle. & Fran. de Curte in tract. feudorum. fo. xxxiiij. fin. colum. Idem forsan dicendum esset, si
11 probaretur † vxorem fuisse in balneo cum alio. secundùm glo. in c. non oportet. lxxxj. distin. & tex. est in l. fin. vbi: commune lauacrum cum viris libidinis causa. C. de repu. vbi vxor priuatur dote, si
12 cum alieno viro renet balneum. Idem si perno-
Si maritus ignoret vxoris adulterium. 13 cauerit † extra domum, sine causa, secundùm Ange. in §. minores. in authen. de nup. per dict. l. fin. & facit tex. cum glo. in versi. foris. in l. consensu. eodem. ti. istis enim casibus, & aliis similibus, à marito donatore sciente, tacitè videtur induci reuocatio donationis, adeò quòd eius morte non confirmaretur. Imò videtur idem esse, si † maritus ignoraret, & fortius per ea, quæ notantur in l. fi. C. de adul. & per Bar. in l. j. in fi. ff. de his quibus vt indig. vbi dicit, q̃ si quis cõmisit culpã vel ingratitudinẽ contra testatorẽ ignorantẽ: & si ille sciuisset esse contractam inimicitiam tesset reuoc 2 tum legatum, tanquam testator scinisset: vt est gl. no. in l. fideicõmissum. C. de fideicommiss. Ex quo infertur no. verbum, quòd ad hoc, vt dicamus ali-
14 quem † testem esse inimicum alterius: sufficit of-
b Adde Ias. in l. fi. vers. col. fi. C. de his quib. vt ind. Io. Bern. b fensam esse factã inter eos, licet alter *b* ignoraret: quod no. refert & sequitur Bald. in c. j. ij. colũ. de pace Constan. lib. feudo. Ex istis constat, quòd si
15 maritus † donauit vxori adulteræ, ignorans eius adulterium: non valebit donatio. Si autem ante adulterium donasset, & postea adulterium commisit, reuocatur donatio. Cùm autem legatum sit donatio: vt l. prima. de leg. secund. idem dicemus in legato. Vnde si testator ignorans adulterium vxoris, eidem legatum reliquit: non habebit legatum, per glo. in d. l. fideicommissum. C. de fideicom. & in l. sororem. C. de his quibus vt indignis. firmat Ange. Are. in tract. testamentorum. in parte, donec castè vixerit. refert & sequitur Paulus de Monte Pico in repetitione §. Titia. l. Titia. de leg. secund. quæstione lxiiij. quod tene menti perpetuo. Si ergo illa legatum petat, poterit hæres mariti illam repellere prætextu adulterij. Sicut eam adulteram dotem petentem repellere potest, vt singulariter tradit Bald. Nouellus in tract. dotium. fol. lxxxiij. col. ij. aliàs viij. par. priuileg. xj. colum. x. Ex his infertur ad dubium, si vasal-
16 lus † commisit feloniam contra dominum, & dominus in vita tacuit, an eius hæres possit illum feudo priuare. Vide no. per Iacobinum in tractatu feudorum, fol. xxxiiij. col. fin. qui pulchrè loquitur, & poterit ad propositum nostrum deduci. vide bonam glo. in cap. j. in verb. concubuerit. tit. quibus mod. feu. amit. alia in cap. j. in §. porro. in ver. assalierit. in fin. tit. quæ fuit prima causa benefic. amitt. & ibi Bald. Quid autem si vasallus
17 ante querelam mortuus est, vide Iacobinum vbi suprà. Item adde, quòd † propter inimicitias capitales, vel grauissimas superuenientes inter testatorem & legatarium, legatum reuocatur. l. iij. §. fin. de adim. leg. etiam si post tales inimicitias testator fecerit codicillos, in quibus legatũ non reuocauit. arg. l. diuus. ff. de in integr. restit. vt latius per Petrum Girardum in suis singularibus, singulari v. quem rogo videas. vbi etiam ponit, an donatio causa mortis reuocetur per superuenientes inimicitias. Tacitè etiam videtur donatio inter coniuges reuocata, si donatarius ingratus fuisset donatori per aliquem modum, de his qui ponuntur in l. fi. C. de reuo. do. & in l. fi. C. de don. Nã si ex illis causis potest reuocari donatio perfecta inter viuos, vt ibi dicitur: multo fortius præsumendũ est, ex eisdẽ causis velle reuocare donationẽ donatorẽ, quã cõiugi fecit, cũ illa prohibita sit & inefficax, & habeat instar donationis causa mortis, vel legati, vt in superioribus. ostẽ-
18 sum est. † Ingratitudo enim est maximũ vitium, ventus vrẽs & siccãs fontẽ misericordiæ, roré pietatis. fluẽta gratię, vt inquit Bernar. super Cantic. Salom. & refert Io. And. quẽ alij sequuntur, in d. c. fi. & prouenit ex superbia: quia pleriq; putant omnia seruitia sibi debita: vt apparere potest ex multis, quæ adducit Valer. lib. §. c. j. de ingatis. Vnde ille qui donat vel indulget beneficia, sperat recipere grata seruitia, aliàs nõ facturus. & ideo nõ mirũ, si ingrati perdunt gratias: nam oppositum dissoluit propositũ. ita dicit Bald. in c. j. iij. col. de

Iniuria. 19 pace Constan. Hinc est, quòd † si coniux donatarius graues iniurias coniugi donatori facere præsumpsit, tacitè videtur reuocata donatio: vt d. l. fi. & d. c. fi. & facit tex. in l. alimenta. §. j. versic. contumelius. ff. de liber. agnos. Idem si manus impias contra donatore intulit, efficitur donatori adeo ingratus, quòd donationem perfectam reuocare potest, vt dicunt iura prædicta. & pari ratione donatio inter coniuges tacitè reuocari cẽsetur, propter præsumptam voluntatis mutationem, vt
Faciès per alium. 20 prædixi. Et † non solum quando per seipsum hoc fecisset, sed etiam si per alium: vt not. voluit Ioan. And. quem omnes sequuntur, in d. c. fin. per tex. in c. mulieres. infrà, de sent. excom. & in ca. si quis suadente. xvij. q. iiij. bene facit tex. not. in l. j. in princ. ff. de eo per quem factum erit. vbi pœna sunt, quòd quis suis manibus impediat aliquem iudicio sisti, vel per suos retinuerit, vel per alios extraneos. qui enim facit per alium, habetur acsi sua manu fecisset, vt ibi, & in l. j. C. de his qui in testa. sibi ascribunt. & ibi not. Bald. facit l. ij. & l. quæ in testamento. eod. tit. intellige, nisi in materia stricta requiratur, quod quis sua manu faciat, secundum Bartol. in l. per hanc. C. de erog. milit. annonæ. lib. xij. per illum tex. refert Ias. in l. quod quis. fin. col. C. de procurat. & in l. si quis id quod. penul. colum. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi vide aliqua similia, quæ ipse cumulat. Adde, quòd mittes
Nuntius. 21 nuncium, † proprie dicitur facere, secundum Bal. dum in rubr. de exercit. ij. colum. argu. l. pater. ff. de manu. vind. videtur mihi text. in c. vbi periculum. de elect. lib. vj. versi. nulli etiam. dum dicit, qui verò contrafecerit scripturam mittendo, vel nuntium. glos. ij. in c. constitutionem. de sentent. excom. eod. lib. & in clem. si summus. de sentent. excom. iuncto textu. Ad prædicta faciunt notata per doctores in cap. sicut dignum. de homicid. & in d. ca. mulieres. infrà, de sentent. excom. & per doctores plures. quos refert Fely. in capit. cùm inter vos. suprà, de re iudic. inj. colum. versic. sed pendet veritas. & per Alex. in l. j. in princ. iij. col. vers. ego non puto. ff. de verborum obligat. cum qua remissione sum contentus. Ex istis infertur, quòd si donatarius fuit leno, quem vulgus appellat Alcahuete, & similiter lex regni vij. parti. titu. cuius lenocinio vxor donatoris adulterium commisit, donatio reuocaretur, quia ista est egregia ingratitudo. vt dicit glos. magna in c. j. §. sed qui delator. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amitt. vbi vide Andream de Isernia, & alios doctores, & Iacobinum de sancto Georgio in tract. feudorum. fol. xxxij. fin. colum. verii. sed adhuc alias. in parte, dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. colum. viij. versicu. sed adhuc tenementi, & intellige vt ibi. Ex istis potest inferri,
Contra vxorem. q̃ si maritus fecit donationem vxori, & ipsa procuraret vt pater, frater, vel alius consanguineus maritum percuteret, seu vulneraret: ex hoc induceretur tacita donatio. de hoc vide Iacobinum in tractatu de feudis. fol. xxxiij. colum. ij. Hæc tamen aliqui limitare nituntur, nisi ipse donator
Quãdo donator fuit causa ingratitudinis. fuisset causa iniectionis manuum impiarum, vo- 24 lens offendere donatarium, & donatarius se defendendo, manus impias in donatorem intulerit: tunc enim imputaretur donatori, quia non dicerentur manus impiæ, cùm ad suam defensionem hoc fecisset: iuxta ea quæ notantur in l. vt vim. ff.

Quãdo donatarius se defendebat Defensione cessaria.

de iusti. & iu. & in l. j. C. vnde vi. cum concor. ita tenet Io. An. quem alij referunt, & sequũtur in d. c. fin. sic intelligentes & limitantes illum text. eo enim ipso, q̃ defendẽdo percussit, extra culpam est, etiamsi occidisset. vt traditur in legibus prædictis, & in c. significasti. infrà, de homic. maximè si hoc fecisset ad suam defensionem necessariam: vt tradit Bal. in l. vna. x. col. in fi. versi. item tu asses-
sor. de quo dicto exclamat Ludouic. in sing. xxix. incip. accusatus. Andr. Sicul. in c. fi. ij. col. suprà. de solut. qui pro hoc allegat tex. in l. is qui aggressorem. C. ad l. Corn. de fica. Alex. consil. cxj. ij. col. qui pro hoc allegat tex. in c. j. §. j. in versicul. non necessariæ. de pace tenen. facit l. quemadmodum. §. si nauis alteram. & quod ibi not Bal. ff. ad legem Aquil. & in l. scientiam. §. qui cùm aliter. eod. tit. & in clem. si furiosus. de homic. de quo etiam per Lanfrancum in repetitione ea. quoniam contra. de prob. in ver. confessiones. vij. colum. per Ias. in d. l. vt vim. in princ. ff. de iust. & iur. & in §. item si quis postulante. vij. col. Inssi. de actio. & in tractatu maleficiorum. char. lxxij. ij. colum. in fi. vide Iaso. & alios Modernos, in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Fely. & alios, in c. significasti. de homic. in tracta. malefi. in parte, & dictus Titius se defenden-
22 do. post princ. versic. dixi quod † licita est defensio. & ibi pulchra additio Augustini, quam rego videas. Si ergo donatarius se defendendo donatorem offendit: vel cùm esset iudex, & donator accusaretur coram eo, mediante iustitia, cum torqueret, vel flagellaret, non diceretur impias manus iniecisse, vt ingratus iudicetur: quia necessitatus ratione officij illud fecit. argumento text. in l. munerum. §. iudicandi. ff. de muneribus & honor. Secus si fuisset aduocatus. quia est officium voluntarium. l. post legatum. §. aduocatum. ff. de his quib. vt indig. adde Præpositum Alexandrinum in c. j. sed & qui delator. columna ij. quæ fuit prima causa beneficij ami. colum. iij. ver. quæ-
ro subsequenter. & Iacobinum in tractatu feudorum. in parte, dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. colum. vj. ver. quid autem
23 si vasallus. vbi loquitur † de vasallo, qui testimonium tulit contra dominum, an perdat feudum. glos. in dicto §. sed & qui delator. dicit quòd sic, vbi per doctores. ex quo videtur, quòd si donatarius tulit testimonium contra donatorem, per hoc reuocetur donatio. quod tamen mihi est satis dubium, cùm hoc non faciat voluntarius, sed coactus à iudice. Posset tamen procedere, quando donatarius sponte se obtulit ad ferendum testimonium contra dominum: vt vult glo. in §. sed & qui delator. in glos. magna, quæ incipit, aliàs perdit, nisi vasallus hoc faceret, vel donatarius suam vel suorum iniuriam prosequens, vel pro defensione patriæ, contra quam dominus commisit proditionem. glo. in cap. de forma. xxij. quæst. v. refert Iacobinus in tractatu feudorum, in parte, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramenta fidelitatis. colum. quarta in fin. Ad prædicta facit tex. no. in c. ille gladiũ. xxiiij. q. iij. vbi non di-
citur † capere gladiũ, qui iustitia mediante capit. & in c. non est crudelis. xxiij. q. v. Confirmatur hoc per illud, quod in simili dicit Bartol. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Bald. in l. nõ dubium. C. de legibus. & in l. decuriones. C. ex qui. cau. infa. irro. vbi dicunt, q̃ si statutum punit facientem

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudex homicida.

sanguinem in palatio, intelligitur de eo, qui impiè & iniurioſe ſanguinem fecerit. Et inde quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd homicida non poſſit eſſe de prioribus, & quidam tanquam iudex multos fecit decapitari, non habet locum diſpoſitio ſtatuti, vel pœna. ita Bald. in d.l. decuriones. & in l. data opera. C. qui accu. non poſ. & in c. j. de conſtitu. & ibi Anchar. Bart. in l. j. C. de agrico. & cenſi. lib. x. Pla. in l. nulla. ad fin. C. de delator. eo. lib. Baptiſta in repetitione l. omnes populi. charta xxix. infrà, eod. verſic. ex prædict. Abba. & Fely. in c. ſolutæ. ſuprà, de maio. & obe. facit glo. in c. vno. in ver. ſanguinis. de conſe. eccle. vel alta. lib. vj. & in c. is. qui. de ſen. excom. eod. lib. glo. j. facit text. in c. ſi perfodiens. de homi. Ex quibus videtur aliquibus dicendum, quòd ſi vxor † donatrix adulterando, vel aliàs, fuit cauſa, quòd maritus ipſam percuteret, vel vulneraret: non propterea cēſeretur donatio tacitè reuocata. & hoc fuit de mente Barto. in l. cùm in tabulis. §. j. ff. de his quibus vt indig. vbi dicit, quòd licet propter inimicitias † reuocaretur legatum: vt l. tertia. ff. de adimen. legat. eſt verum, ſi inimicitiæ interuenerunt culpa legatarij, ſecus ſi ſine culpa. per illum text. quod eſt menti tenendum, ſecundùm Barto. Pro quo facit tex. cum gloſſ. in l. ſi merces. §. cuppæ. ff. locati. per quem dicunt aliqui, quòd † ſi ex culpa vaſalli ortæ ſunt inimicitiæ contra dominum, non excuſatur vaſallus, ſecundùm Bal. in c. j. quo tempore miles inueſti. pe. de. quem alij referunt & ſequuntur. & Iacobinus in tractatu feudorum, fo. xxv. colum. ij. in fin. vide Bartolum in l. in his. in principio. ff. ſolu. matri. Si tamen vaſallus culpa domini incidit in pœnam amiſſionis feudi, feudum non reuertitur ad dominum, ſecundùm Aluarotum in c. j. §. fina. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. refert Iacobinus in dicto tractatu feudo. fo. xxxiiij. colum. fina. verſi. ij. limita. iij. Confirmatur per illud, quod in ſimili dicit Bart. poſt Dy. in l. miles. §. rea. ff. de adulte. vbi dicit, teſtator legauit centum eccleſiæ, ſi eccleſia eum ſepelierit in cœmiterio: qui poſtea moritur excommunicatus, nec poteſt ſepeliri in eccleſiâ culpa ſua: debetur legatum eccleſiæ: quia ipſe fuit cauſa denegatæ ſepulturæ. idem tenet Bald. in l. ſi quis ad declinandam. fin. column. C. de epiſco. & cle. & alij, de quibus ſuprà dixi in vij. limitatione principali. in quinto effectu traductionis ad domum. colum. ccl vj. verſi. limitabis ſecundò. Facit tex. in l. j. §. cùm quis. & quod ibi notat Barto. ff. de quæſtionibus. Cùm autem donatio inter coniuges aſsimiletur legato, ſicut legatum non reuocatur tacitè propter inimicitias ortas culpa teſtatoris, ſic non reuocabitur donatio inter virum & vxorem, quãdo donatarius fuit cauſa inimicitiæ. Ex quo poſſet inferri, quòd ſi vxor adulterium commiſiſſet, & propterea percuteretur, ſeu occideretur à marito donatario, non per hoc eſſet reuocata donatio. Cuius contrarium ſuprà firma dicta ſunt. Nec obſtat dictum Barto. in dicta leg. cùm in tabulis. quia loquitur contra textum expreſſum in l. iij. ff. de adimendis legatis. in verſi. & pœnituit teſtatorem prioris offenſę. vbi legatum fuit reuocatum: quia teſtator offenderat legatarium, & ſic inimicitia proceſſerat culpa teſtatoris. Subdit tamen ibi tex. quod ſi teſtatorem pœ-

No. illa gl. Quando vxor adultera occiditur à marito.

niteat offenſæ, reconualidatur legatum. Ad idem facit textus in l. ex parte. eodem titulo. ibi: teſtator inimicitiis eſt proſecutus. Ad idem facit l. ſi inimicitiæ. ff. de his quibus vt indig. vbi † legatum reuocatur. ſi legatarius palàm & apertè maledixerit teſtatori: ergo à contrario ſenſu, ſi bene dixerit, non reuocatur. In caſu autem dict. l. cùm in tabulis. §. primo. eodem titul. ſuper quo ſe fundat Barto. bene dixit, non patiendo ſe eſſe concubinam patroni: nimirum, ſi non reuocatur. & ſic illa lex nil facit pro opinione Barto. & contra eum tenet Iaſon in l. ſi filiam tuam. in prin. C. de inoffi. teſta. & Petrus Gerardi. de Petra Sancta, in ſuis ſingularibus, ſingulari v. Facit etiam gloſſ. not. ſecundùm Baldum ibi in l. athleteę. §. dat remiſſionem. verſicu. in cauſa. ff. de excuſa. tutorum. quæ vult, non referre, cuius culpa inimicitiæ proceſſerint: & propterea teſtis propter capitales inimicitias repellitur à teſtimonio: vt l. tertia in principio. cum gloſſa. & ibi Bartol. ff. de teſti. etiam ſi inimicitiæ proceſſerint culpa illius, contra quem deponit, niſi conſtaret de eius fraude: quia prouocauit inimicitiam hoc animo, ne poſſet contra eum deponere, puta alapa eum percutiendo. ita tenet Abba. in c. repellantur. de accuſatio. & ibi Franciſcus de Aretio. ſecunda colum. Ioan. And. in ti. de arbitris. §. finitur. verſi. item ſi capitales. in addi. ad Specul. & in c. fina. ſuprà, de teſti. Bart. & Bald. in l. ſed & ſi quis. §. illud. ff. ſi quis cautio. Fely. in dict. cap. repellantur. Roma. in l. facere. ſi. ſolu. mat. poſt prin. Bartholemæus Veronen. cautę. tertia. Florianus in l. iij. ff. de teſtib. vide Iaſonē in l. hæreditas. colum. ij. C. de his quibus vt indignis. & quæ dixi ſuprà §. xxxiiij. in principio. Reperio tamen egregium doctorem Petrum de Oropeſa, qui olim fuit collegialis in dicto Salmanticenſi collegio: tenere in rubrica, quod metus cauſa. in repetitione xvij. charta. ij. colum. indiſtinctè, quòd talis teſtis ſit recipiendus, vel ſaltem debeat reputari productus in cauſa. Pro eius opinione videtur bonus textus in l. j. §. cùm quis latrones. ff. de quæſtio. quem pro ſingulari ad hoc allegat Andreas Siculus in tractatu cardinalium. ij. parte. quæſt. iij. fina. colum. tene menti. vbi probatur, quòd admittitur quis ad teſtimonium, non obſtante inimicitia procurata ab eo, cõtra quem producitur: vel ſaltem teſtis habetur pro producto, contra eum, qui dolo præſtat cauſam, ne producatur. gl. in ca. cùm cauſam. de teſtib. cum pluribus aliis, de quibus ibi per Felynum col. xij. verſicul. in glo. in verſiculo, compellas. quæ multum faciunt pro opinione dicti doctoris. Cuius Petri doctoris autoritatem pro certo non reſpuẽdam, ego quidem magnificiens, vt decet, ſic arbitror, ſub breuibus eſſe dicendum, quòd ſiue appareat de fraude, ſiue non nullatenus inimicus eſt admittẽdus in teſtem, quia ratio, propter quam inimicus à teſtimonio repellitur, eſt, quia præſumitur, quòd non dicet veritatem: quæ præſumptio ſumitur ex eo, quod communiter accidit, quòd odium ſeu inimicitia ſolet impedire veritatem, ac perturbare rationem: in c. quatuor modis. xj. q. iij. Sed hæc ratio militat, etiam ſi fraudulenter aliquis procurauit inimicitiam teſtis, ne contra eum deponeret: ex parte enim teſtis etiam hoc in caſu contingit odium, & per conſequẽs rationis & veritatis perturbatio. Vnum tamẽ eſt, q̃ cõtra illum

Determinatio contraria.

iſtum malitioſe procurãtem iſtam inimicitiam, militabunt remedia, quæ contra ſubtrahentem probationem aduerſario ſunt prodita. de quibus in c. cùm cauſam. de teſti. in cap. conſtitutus. el j. eodem titulo. in cap. peruenit. de teſti. cog. & latẽ per prædictum dominum Petrum de Oropeſa, vbi ſuprà. Malitioſe autem fuiſſe probabitur ex perſpicuis indiciis, in capi. ſecundo de renun. lib. vj. in l. dolum. C. de dol. Sunt autem perſpicua indicia, quo ad iſtud propoſitum, ea quæ enumerantur per Franc. Are. in dict. capitu. repellantur. de accuſa. ſecunda colum. quæ videas per te. Iſta autem indicia, ſi à principio nõ appareãt, poſſunt in quacunque parte litis opponi: vt dixit Bal. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. Ex his ergo corroboratur in noſtro principali propoſito opinio ſuprà depicta. Ad cuius confirmationem facit tex. in l. nec timorem. ff. quod met. cauſa. & in c. veniens. el ij. de ſpon. vbi non refert, an petens iuuari propter metum, dedit cauſam metui, vel fuit in culpa. de quo vide gloſ. in capit. ij. ſuprà, quod met. cauſa. & in c. ij. de conſt. libr. vj. ver. ignorantes. & in cap. ſi. de homi. eo. lib. vide tex. in l. ſi mulier. ff. quod me. cauſa. Dominicum in c. ad eius verè, v. di. vbi glo. vide in ſimili Iaſo. in authen. res quæ. C. communia de leg. vj. colũ. ver. vlt. vide omnino quæ ſcripſi in c. ij. quod me. cauſa. & in c. fin. de appe. ſuprà. Vnde ille, qui aliquem offendit, ſi timet offendi ab aduerſario, poteſt implorare officium iudicis, vt ipſum ad uerſarium cogat, ad præſtandum cautionem, q̃ eum non offendet. & ſic etiam ſi ipſe fuerit cauſa huius metus. tenet hoc Bar. in l. qui bona fide. §. ſi quis iuxta. ff. de dam. infect. & ſequitur ibi Alex. de Imol. per l. denunciamus. C. de his qui ad eccleſ. confug. quæ indiſtinctè loquitur. idem tenet Abb. in c. j. ij. col. vt lite non conteſt. adde bonum text. in cap. ij. de homicid. lib. vj. quem ad hoc allegat Ioan. Fab. in d. l. denunciamus. Facit quod in ſimili voluit Collecta. in cap. ad audientiam. de cleric. non reſid. vbi dixit, quòd ſi † citatus ad iudicium non audet intrare ciuitatem propter inimicitias culpa ſua contractas, bene excuſatur. Et ex hoc dicit not. Ang. in quadam ſua diſputatione, quæ incipit, Bononienſis, in iiij. dubio. quòd ſi bannitus non comparet, nec mittit procuratorẽ, quando timet vim ſibi inferri, nedum ſibi, ſed etiam cauſæ, vt ſi eſt culpoſus propter partialitates, vel habeat cauſam cum potente, etiam ſi culpa ſua ſit bannitus, nihilominus excuſatur: de quo dicto facit teſtum Fely. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. xlv. colum. idem in effectu voluit Ioan. And. & ſequitur Dominicus in c. ſtatutum. §. cùm verò. de referi. lib. vj. quod ego intelligo verum, niſi timeret propter illud crimen, de quo agitur, ſecundùm Bald. in l. omnes. §. ſi verò apparitor. C. de epiſ. & cle. videas Fely. in rub. de treuga & pa. xj. colum. verſi. ociaua declaratio. No. hæc, & intellige, quando culpa præceſſit citationem: ſecus ſi poſtea: vt in l. ſi ſed ſi quis. §. j ff. ſi quis cau. Facit ad prædicta glo. ſing. in c. ſacrorum. xij. q. ij. quæ voluit, quòd iura loquentia de redemptione captiuorum, habent locum in captiuis ex maleficio: & ſic ex captiuitate ex culpa ſua inducta. & illam gl. ſequitur Io. de Ana in c. ſignificauit. infrà, de iud. iiij. col. qui alleg. Bal. in l. illud. in princ. C. de ſac. ſanc. eccl. & in l. quamuis. ff. ſol. matr. & ibi Imo. & Rom. & idẽ Bal. in auth. ſimiliter. in princ. ad l. Falc. facit l. ſi quis pro redemptione. in ver. piiſsimam. C. de dona. Bald. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. de quo vide etiam glo. in ca. ſicut omnino. xij. q. ij. & Abb. & Barb. in c. j. de pig. vide quæ dixi ſuprà §. xvj. poſt princ. ver. ex hoc. adde legem regni ij. parti. tit. xxix. l. ix. Poſſunt etiam hæc confirmari per ea, quæ cumulat Barba. in tractatu cardin. ij. par. q. iij. fin. col. & per ea quæ tradit Iaſ. in l. hæreditas. ij. co. C. de his quib. vt indi. Concludo igitur, vt ſuprà, quòd ſi vxor donatrix fuit cauſa quòd maritus illam percuteret, vel aliàs cenſetur donatio tacitè reuocata. Adde pro complemento prædictorum, quòd qui allegat inimicitiam, † debet illam probare: quia quilibet præſumitur amicus ex naturali ratione, nec ſufficit probare inimicitiã in genere, ſed debet probari eius qualitas, ſecundum Bald. in l. ſi quis teſti. in fin. C. de teſti. refert Fel. in c. cũ oporteat. j. col. de accu. vbi multa de inimicitia cumulat, quæ per te videas. Quis autẽ dicatur inimicus, ſecundum leges regni, vide vij. parti. tit. xxiij. libr. vj dixi plenè in c. j. de his quę vi metuſve cau. fi. in iij. not. quæ omnia ſunt notabilia pro his, qui alios offendunt: & vide glo. in l. ix. in parte, Enemigo. lib. ij. tit. de las teſtimonias. Foro legum.

Dans cauſam metui, iuuatur metu.

Captiuus ex maleficio ſuo.

Inimicitia

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio videtur tacitè reuocata, ſi donatarius donatorem ſuper omnibus vel maiore parte bonorum ſuorum in iudicio conueniret.*
2 *Perditio omnium bonorum, vel maioris partis, infert tutum metum.*
3 *A tutela excuſatur quis propter litem, quam habet cum pupillo ſuper bonis ſuis.*
4 *Donationem inter viros factam reuocare poteſt donator, ſi donatarius ei inferat iniurias atroces.*
5 *Inimici capitales præſumuntur, qui contendunt de ſtatu, vel de omnibus bonis, vel de maiori parte eorum.*
6 *Inimicitia capitalis ex verbis iniurioſis contrahitur.*
7 *Alienans omnia bona ſua, vel maiorem partem, præſumitur hoc facere in fraudem creditorum.*
8 *Donatio ſicut reuocatur donatario præſumente inferre vim in perſonam donatoris: ita & eo tantè ſalturam inferre in rebus.*
9 *Vaſallus ſi criminaliter accuſat dominum, vel accuſari permittit, vel fideiubet pro eo, qui accuſauit, vel ſe ſponte in cauſa criminali obtulit in teſtem, debet priuari feudo.*
10 *Reuocatio donationis an trahatur retro, quo ad fructus perceptos.*

TACITE etiam videtur reuocata donatio, ſi donatarius † donatorem ſuper omnibus, vel maiore parte bonorum ſuorum, eum in iudicio conueniret: & hoc argumento tex. in cap. frequens. de reſtit. ſpo. lib. vj. §. illum autem. vbi ille, qui criminaliter conuenitur, poſſit opponere exceptionem ſpoliationis ab alio factæ. Illum autem ſpoliatum intelligit textus, cùm criminaliter accuſatus tota ſua ſubſtantia, vel maiore parte ipſius ſuper violentiam deſtitutum affirmat. Ad idem facit quod notat Goffredus in capitulo,

§. LXXIX Quando donatarius cõuenit donatorẽ ſuper magna parte bonorũ.

Abb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Abb. suprà, quod metus causa. quem sequitur ibi Abb. post alios, & sensit ibi glo. in princ. dum dicunt, quòd † non solùm perditio omnium bonorum infert iustum metum, vt ibi, & in l. interpositas. C. de transact. vbi per Cyn. & Bal. de quo latius per Vitalem in libr. clausularum. in clausula, de metu rerum. in fin. sed etiam maioris partis 9 bonorum. Idem voluit Innoc. in c. cùm dilectus. eod. tit. Host. in summa, eod. titu. §. ij. post princ. Bald. in l. isti quidem. §. fi is qui. eod. tit. Bene facit text. in l. propter litem. ff. de excu. tut. in prin. & Insti. eo. tit. in §. item propter litē. vbi propter 3 litem † quam quis habet cum pupillo super bonis suis, aut plurima parte bonorum suorum, excusatur à tutela. ex quo dicebat Bald. not. in dicta l. propter litem. dari notabilem extensionem ad tex. in l. fin. C. de reuoc. donat. vbi dicit, quòd do- 4 nator † potest reuocare donationem factam inter viuos, si donatarius inferat donatori iniurias atroces, vel manus impias imponat, vel propter eum grauem iacturam in rebus suis patiatur, vt habeat locum quando donator moueret litem contra donatorem super omnibus suis bonis, vel plurima eorum parte, quod est valde notandum, 10 & ad propositum nostrum satis accommodatum. Ad cuius confirmationem facit, quod notanter voluit Bald. in d. l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excu. tuto. per illum tex. quòd vbi est capitale 5 certamen, ibi præsumitur capitalis † inimicitia, Vnde qui contendunt de statu, vel de omnibus bonis, vel de maiori parte eorum, præsumuntur inimici capitales, secundum eum. est lex regni vij. par. tit. fi. l. vj. in fi. Quinimo, quod plus est, dicebat Bar. in d. §. dat remissionem. & sequitur Ang. de Are. in dict. §. item propter litem. non solùm quando contendunt de maiori parte bonorum, sed etiam quando accusaretur aliquis de crimine propter quod tertia pars bonorum veniret publicanda, dicetur inimicitia capitalis. Nec est mirandum de hoc, quoniam si ex verbis iniuriosis 6 contrahitur † inimicitia capitalis, vt voluit Bal. in cap. veniens. in fi. suprà, de iureiur. A fortiori, quando maior vel magna pars bonorum ex hoc 1 veniret publicanda. Facit, quod in simili dicimus, in alienante † omnia bona sua, qui præsumitur hoc facere in fraudem creditorum: vt l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credit. Idem 7 si alienat maiorem partem bonorum: vt est glos. valde not. iuncto tex. in l. nomen. §. filio. in versi. prope omnes. de legat. iij. quam ad hoc multum commendat Ange. de Aret. in §. item propter litem. & Instit. de actio. §. item si quis in fraudem. ij. colum. tacit quod not. Ioan. de Imol. in cap. fin. 8 suprà, de donat. vbi dicebat, quòd sicut † donatio 2 reuocatur, si donatarius vitæ periculum inferre præsumpsit in personam donatoris: vt in l. generaliter. C. de reuoc. dona. in authen. quod mater. C. eod tit. in cap. fin. de donat. ita si tentauit iactu ram inferre in rebus, quantumcunque effectus non fuerit secutus. Ex quo infertur, quòd si vxor fecit donationem marito, & ipse dimittat ab ea, mouens contra eam litē super maiore parte bonorum, vel magna eorum parte, tacitè videtur induci reuocatio donationis, vnde eius morte non confirmabitur. Ex istis infertur, quòd propter huiusmodi litem omnium bonorum, vel maioris partis, non solùm possit reuocari donatio inter viuos, vt prædixi, sed etiam censebitur reuocata ipso iure. & est magna extensio ad d. l. fin. C. de reuoc. donat. & ad id quod satis eleganter tradidit egregius doctor de Oropesa, in d. sua repetitione. xviij. char. ij. colum. de quo latius scripsi in dict. cap. abbas. quod metus cau. in primo no. in meis recollectis. Adde, quòd vbi † vasallus criminaliter accusat, vel accusari permittit dominum, vel fideiubeat pro eo qui accusauit, vel spon te se obtulit ad testimonium in causa criminali contra eum, dignus est priuari feudo. gl. not. in c. j. §. sed etiam qui delator. glos. magna, quæ incipit, aliàs perdit. in ti. quæ fuit prima causa benef. amit. nisi suam vel suorum vasallus prosequatur iniuriam: vel hoc faciat pro defensione patriæ, contra quam dominus commisit proditionem. glos. in cap. de forma. xxiiij. q. refert Iacobinus in tractatu feudorum, in parte, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis. col. iiij. in fi. De reuocatione donationis expressa & tacita, & de pœnitentia donatoris, tradunt doctores in l. non omnis. ff. si cert. pet. & ibi not. per Iaso. Item ibi, quid si donator promisit non reuocare, quid hoc operetur. An autem † reuocatio donationis trahitur retro, quo ad fructus perceptos: vide suprà §. lxxij. & quæ ibi addo. Adde, quòd plures aliæ causæ sunt, in quibus induceretur tacita donationis reuocatio, quas ponit text. in cap. vno. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. vbi numerantur causæ, propter quas feudatarius feudo priuatur. Cogita, si possunt adaptari ad propositum, de quo agitur. & vide ibi doctores, & Iacobinum in dicto suo tractatu feudorum, cùm de hoc agit.

Lex regni.

SVMMAE RERVM.

1 *Donatio quandoque non confirmatur morte donatoris.*
2 *Vasallus qui occidit seipsum, non perdit feudum.*

§. LXXX. *Quãdo donator sibi interficit.*

SEcundus casus est, si donator mortem sibi ob sceleris † conscientiam conscierit, vel etiam post mortem memoria eius damnata sit: nam tunc reuocabitur donatio, quamuis ea, quæ aliis donauerit, valeant, si non mortis causa donauerit. vt l. cùm hic status. §. si maritus vxori. ff. isto titu. & ita morte ipsius donatoris non confirmatur donatio. Idem si donatarius interficiat donatorem: nam & tunc irritatur donatio, & per cõsequens morte donatoris non confirmatur. arg. eorum quę no. in l. si ab hostibus. ff. solut. mat. de quo dixi latè suprà, §. lxx. alias in §. cessante autem reuocatione. dic vt ibi. Adde, quòd † vasallus qui occidit seipsum, non perdit feudum, secundum Bal. in c. j. quib. mod. feu. amitt. refert Iacobinus in tractatu feudorum, in parte, dicti vasalli promiserunt nor. committere feloniam contra dominum. col. iiij. versi. vlterius pone. carebit tamen ecclesiastica sepultura. ca. placuit. xxiij. q. v. secundum Iacobinum, vbi suprà.

SVMMAE RERVM.

1 *Impetrans à principe bona confiscata, nulliter impetrat.*
2 *Electio facta ad importunum clamorem, non valet.*

Import

3 *Importunitate si qua impetrentur ab inferiore, à Papa, vel principe, contra ius, tunc illa non tenent secus si ab ipso Papa, vel principe, ex certa scientia.*
4 *Princeps si aliquid concedit absenti & ignoranti, quod est contra ius, præsumitur illud concedere ex certa scientia & plenitudine potestatis. secus si residenti in curia, quia tunc importunitate concessisse præsumitur.*
5 *Quæ per importunitatem conceduntur, videntur fieri inuito dante.*
6 *Ad ludum per vim vel nimiam importunitatem attractus. si vincit multa lucrando, non tenetur ad restitutionem.*
7 *Princeps non reuocat à se donata.*
8 *Cardinales si tempore creationis summi pontificis inter se promittunt cum iuramento aliqua seruare, quæ sunt in præiudicium dignitatis, si contingat aliquem eorum promoueri ad Papatum, non tenetur illa adimplere.*
9 *Promissiones factæ in principio creationis suæ, obseruare non tenentur principes, si sunt præiudiciales.*
10 *Donatio quam facit maritus vxori, propter nimiam importunitatem, non valet, nec donatoris morte confirmatur.*
11 *Blandis verbis prouocare virum licitum est vxori, vt eam instituat.*
12 *Si quis operas suas vni locauit, & deinde alteri hoc scienti, debet prius operas præstare primo, deinde secundo.*
13 *Vendens rem vni, non tamen tradit, si deinde eam alteri donat & tradit, dominium in secundum transfertur: in effectu tamen primus præfertur, quia poterit à donatario reuocare.*
14 *Appropinquantes morti, licet videantur aliquem vsum rationis habere, si tamen allantium importunitatibus lacessiti & victi mutant testamentum, & quodammodo consentiunt inuiti, nullum robur habebit talis voluntas.*
15 *Statutum, quòd vxor non possit testari sine consensu mariti, non valet.*
16 *Donatio propter merita, quæ non cesserunt an confirmetur morte donatoris.*
17 *Donatio facta mulieri tanquam vxori, cùm non est, non valet ab initio, nec postea morte confirmatur.*
18 *Donans filio propter merita, si non probentur merita simplex donatio eo nsebitur.*
19 *Qualitas meritorum adiecta donationi, quæ est separabilis ab ipsa donatione, videtur posita ad abundantiorem cautelam.*

§. LXXXI. *Quãdo maritus donauit vxori importuna.*

a *Adde Segur. in rep. l. j. §. si vir. ff. de acqu. poss. fol. xij. col. iij. ver. aduerte etiã. vbi dicit hoc esse*

TERTIVS casus est, quando maritus donauit vxori ex frequenti mulieris petitione a talis donatio non confirmatur morte mariti: quia quodam calore iracundiæ est facta. ita dicit Bal. in l. j. C. de pet. bo. subl. lib. x. ar. illius tex. dũ dicit, q† † impetrans à principe bona confiscata, nulliter impetrat: quoniam plerunque in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non cõcedenda tribuamus, 5 quod dictum tanquam singulare cõmemorat Ias. in l. j. §. si vir. fi. col. ff. de acq. poss. vide l. regni Ordinationum lib. vlt. l. fi. ad idem facit l. fi. C. de his qui à nõ domino manu. Hæc procedunt maximè quando donatio vel cõcessio principis fit in præ- c judicium alicuius: vt puta, quando concedit rem alienam. tunc enim præsumitur facere per importunitatem petẽtium, secundùm Raphaëlem Fol. q. xx. colum. iij. versi. superest tertius. per d. l. j. & ij. C. de peti. bo. sub. & bene facit l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Bene facit text. not. in c. fi quando. suprà, de rescrip. & in ca. 2 tuæ. de præben. vbi glo. dicit, quòd † electio facta ad importunum clamorem, non valet. ar. c. Ofius. de elect. suprà, & c. miramur. lxj. di. Ad idem c. cùm in iuuentute. infrà, de purg. ca. & in c. fi. de resct. libr. vj. & in cap. detestanda. de concess. præ. eod. lib. & in c. importuna. de pœ. Ioan. de Imo. in d. c. tuæ. in prin. suprà, de præben. qui 3 dicit, quòd † vbi aliqua contra ius conceduntur propter importunitatem ab inferiore à Papa, vel à principe: tunc illa non tenent: vt ibi not. Sed vbi à Papa, vel à principe ex certa scientia concederentur, tunc possent valere: cùm tales possent contra ius dispensare: vt c. proposuit. de concess. præ. & l. quidam consulebant. ff. de re iu. nisi aliud reperiatur expressum: vt dict. l. j. C. de pet. bono. subl. lib. x. & not. in c. fi. de rescri. li. vj. Vnum tamen non omitto, quòd si princeps aliquid con- 4 cedit, † quod est contra ius alicui absenti & ignoranti, præsumitur illud concedere ex certa scientia, & plenitudine potestatis, cum eo ipso, quòd scit illud esse, contra ius videtur dispensare. iuxta glos. in c. statutum. in prin. in versi. literarum. de resc. lib. vj. glo. & Abb. in c. pastoralis. §. præterea. j. colum. de offi. de. & ibi And. Sic. viij. colum. Ioan. de Imo. in cle. & si principalis. de rescri. in glo. fi. & in cle. gratiæ. eodem ti. b Secus si præ- b senti, & in curia residẽti; quia tunc non præsumitur certa scientia, sed importunitas, & suasio. hoc est no. dictum Bald. in cap. cùm adeo. suprà, de resct. fin. colum. quod multum extollit ibi Andre. Sicul. Quod est bene notandum, contra rescripta & priuilegia, quæ quotidie conceduntur illis, qui assidue versantur in curia. Nam tũc non præsumitur in principe libertas aliqua, nec certa scientia, sed importunitas impetrantis, & ideo non valebunt, vt dictum est, in principem præsumitur iustitia, cùm sit quoddã animal politicum, quod regitur dictamine rationis, secundùm Bald. in l. ij. C. de seru. Si ergo aliquid facit contra ius, non præsumitur motu proprio facere, sed stimulatus, & per suasionem, & sic importunitatem, & per consequens non debet valere. quia (licet in principe præsumatur causa in his, quę facit, vt voluit Cy. & Bald. & alij in l. rescripta. C. de preci. Imp. offe. signanter in his quæ sunt de iure positiuo, licet non in his, quæ sunt de iure naturali, vel gentium, secũdùm Abb. in c. quę in ecclesiarum. iij. colũ. suprà, de const. & Antonium de Rosel. in tractatu legitimationum. in ij. libel. in fi.) hoc debet intelligi, quãdo facit motu proprio, & ex certa scientia, secus ad instantiam partis, quia tunc non præsumitur. Ita tenet Anto. d. c. quæ in ecclesiarum. de const. refert & sequitur And. Sic. in ca. fi. eo. ti. & in c. cõstitutus. de rescriptis. Ea enim, 5 quæ per importunitatem † cõceduntur, videntur fieri inuito dante, vt c. audacter. viij. q. j. vbi vide glos. ij. & xxij. q. iiij. c. vnusquisq;. facit ad idẽ text. in l. si priuatus. ff. qui & à quibus manu. lib. non. Adidẽ facit tex. no. in c. fi. xx. q. iij. vbi si abbas alicui circũueniẽdo torõdit, & res eius tali per sua

sing. referendo Bal. quę iste dominus refert. Ioan. Bern.

De concess per principem contra ius.

b Adde Corset. in suis sing. in verb. rescriptum. loco vltimo.

c Addegl. in reg. scienti, de regul. iur. in vj. & in capi. dudum. de conuer. coniu. vbi Abb. in c. fin. hoc intelligit optimè, quãdo ille esset dolosè inductus, nõ vt Deo seruiret, sed vt bona haberet monasterium. item in hoc dolo totum monasterium cõcurrerit, secus si aliquis particularis. Idẽ dic, si dolo prioris, vel maioris claustri, quia tunc obesset monasterio in dictis bonis vt dicit Feli. in ca. in præsentia. iij colũ. de probat. io. Bern.

Universidad de Deusto Biblioteca

De inducẽte aliũ ad ludendum.

sione subripuit, pœnitẽtię canonicę, vtpote turpis lucri sectator, subiaceat: ille verò, qui illectus comã deposuit, in eo quod accepit, perseuerare cogatur: res verò eius hęredibus reddãtur. Ecce quo modo licet religio per importunitatẽ sumpta teneat, restamẽ religiosi nõ spectãt ad monasteriũ, de quo faciũt festũ Ab. & And. Sic. in c. præterea. sup. de offi. deleg. & est not. limitatio ad c. quia in gredientibus. sup. de test. & auth. ingressi. C. de sacrosan. ec. tene mẽti. vide quæ scripsi in c. j. de his quæ vi metúsue causa fiũt. in canone decidẽdi.

Facit quod voluit Innoc. in c. quia plerique. sup. de immuni. eccl. quẽ refert & sequit Io. de Imo. in c. clerici. vij. co. ver. aduerte. suprà, de vita & hone. cler. vbi dixit, ꝙ si attractus per vim vel nimiã importunitatẽ † ad ludẽdũ, vincit in ludo, multa lucrãdo: nõ tenetur ea restituere. Et sic ad paria iudicat in hoc, ꝙ aliquid fiat ꝓ vim, vel per nimiam importunitatẽ. Et inde est, ꝙ licet † princeps ab eo donata nõ reuocet: vt in auth. de referẽda. §. j. colla. ij. quia decet cõcessũ à principe beneficium esse mãsurũ, vt regula, decet. de reg. iu. li. vj. cum cõcor. tamẽ si per importunitatẽ sunt cõcessa, illa reuocat: vt dict. l. j. C. de petit. bono. sublat. & c. quãuis. de rescr. li. vj. & c. intellecto. sup. de iureiu. Et soli principi asserẽti cõcessum per importunitatẽ, videtur in dubio credẽdũ, sicut dicto solius Papæ creditur, vt c. cùm à nobis. §. fi sup. de testi. ita dicit Io. de Pla. in d. l. j. fi. co. Nota bene hoc dictum, & intellige in his, in quibus princeps habet plenitudinẽ potestatis, vt Papa in beneficialibus. c. ij. de præbẽ. li. vj. & rex in officiis, vt plenè dico in tractatu Insularũ. c. v. §. xviij. In his ergo, in quibus habẽt plenissimã potestatẽ, creditur sibi, etiã si ex hoc resultet alicui præiudiciũ, secundũ Host. & Abb. in d. c. cùm à nobis. Stabitur igitur eorum recordationi vel rememorationi, vt no. vult Andre. de Isernia in c. j. §. sed nec est alia iustior causa. fi. col. quæ fuit prima causa beneficij amittẽdi. & bene facit cle. vna. de proba. Hinc est, quòd error rescripti probatur per dictum Papæ, vel Imperatoris. gl. & Bal. in l. nec exemplum. C. de falsis. dico plenè in d. §. xviij. vbi rogo videas, quia plura super his cumulaui. dixi etiam in politica instructione Caroli. cùm de officiorum confessione agebã. Ex istis aliàs in regio senatu dixi, quòd promissiones quàmplures, quas reges nostri Ferdinandus & Isabella gloriosæ memoriæ in regni sui principio fecerunt aliquibus magnatibus, & aliis personis, propter eorum importunitatem, & ipsorum regum necessitatem, adimplere non tenebantur, cùm præsertim huiusmodi promissiones vergerent in præiudicium enorme, imo enormissimum dignitatis regalis. Ad hęc inter cætera inducebam, quòd not. in c. sicut. el. ij. de iure iur. vbi dicit Abb. quòd † si tempore creationis summi pontificis, cardinales inter se promittunt cum iuramento aliqua seruare, quæ sunt in præiudicium dignitatis, si contingat aliquem eorũ promoueri ad Papatũ, nõ tenet promotus illa adimplere. Idẽ vult Calderinus laureiur. co. iij. facit c. cùm venissent. ver. ipse verò timẽs. de institutioni bus. cuius meminit Fely. in c. j. de proba. col. iiij. ver. vj. declarat dicẽs hoc fore bene notandũ, ad infringẽdas † promissiones factas per principes, in prin. creationis suæ: quia si sunt præiudiciales, nõ tenẽtur obseruare, & ita dicit aliàs sic diffusè cõ

6

7

8

9

suluisse, cuius cõsiliũ libẽter viderẽ, si eius copiã haberẽ. Si ergo maritus † per importunitatẽ vxoris sibi fecit donationẽ, quasi facta ab inuito & ira cundo, non valet, nec donatoris morte confirmatur, quamuis deuentum sit ad traditionem. vt dicebat Bald. in dicta l. j. Secus tamen esset, secundùm eũ, si blãditiis vxoris vir inductus fuisset ad donandũ. ar. tex. in l. non eum. ff. de inof. te. & in l. fi. ff. si quis aliq. testari prohibuerit. & l. fi. C. co. vbi dicitur, quod licitum est † vxori blandis verbis prouocare virum, vt eam instituat, & ecõtra. Ergo eodem modo poterit, vt sibi faciat donationem, hoc idem voluit idem Bal. in c. j. §. fi quis. in fi. de feud. do. in vim legis commi. vbi dicit de marito, qui habebat vxorem, quæ multum sibi blandiebatur, & induxit maritum, filios non habentem, ad testãdum aduersus ipsam, hoc acto, quòd siue mutauerit testamẽtum, siue non, ista vxor iure donationis inter viuos haberet quandam dotalicium. Deinde ipse mutauit testamentum, de dicta donatione inter viuos nulla facta mẽtione. hoc casu mulier debet habere domũ prædictã, quia ista donatio est præsens, & pura. quia dicit, siue mutauero testamentũ, siue nõ. & ideo non est oppositum illa clausula in pœnã testamenti. intellige, dũmodo interueniat traditio illius domus, vel aliud, quod loco traditionis habeatur: vt dictum fuit in præcedentibus. Hęc tamẽ ego limitarẽ, nisi fortè in terminis, in quibus loquit Bal. quando videlicet per prius fecit maritus donationẽ vxori, & deinde fecit aliam dispositionem modo prædicto. Secus dicerem, si prius fecerat donationem alicuius rei alicui alteri, & deinde vxor blandis verbis vel adulationibus induceret maritum ad reuocãdum donationem, & sibi donaret: nam tunc licet ista donatio valeret, tamen primus donatarius reuocaret ab vxore illam rem sibi donatam per actionem de dolo, vel in factum. arg. tex. cum glo. in d. l. non enim. ff. de inoffi. testa. & quod ibi voluit Angel. & in d. l. fin. C. si quis aliq. testa. prohib. vbi notanter dicit, quòd licet blandis verbis liceat inducere testatorem, vt eum hæredem instituat, vt dictis legibus. verum est, nisi testator prius fecisset testamentum, & alium instituisset hæredem: quia tunc si quis blandis verbis vel adulationibus induceret testatorẽ, vt eum institueret (licet testamentum valeat) tamen primus institutus reuocabit à secundo per actionem de dolo, vel in factum. Et a ita dicit Ange. vbi suprà. quod aliàs fuit iudicatum Perusij, dum ipse esset vicarius episcopi. quidam enim in suo testamento instituerat prius hæredes quosdam religiosos, seu conuentum: & quidam agnati sibi tantum persuaserunt, dicendo, quòd erat malè factum instituere tales religiosos, quia talẽ hæreditatem cõuerterent ad malũ, & ita fecerunt, quòd eos instituerent: fuit iudicatum, quòd illi religiosi obtinerent successionem. quod est bene no. quãuis contrarium velit gl. cum qua transit ibi Cyn. in l. quicquid. C. arbi. tutelæ. Sic ergo dicamus in casu nostro. Ad cuius confirmationem facit illa singularis & vulgatissima doctrina Bal. in rubric. C. de his quæ in fr. cred. in prin. vbi dixit, quòd si vendidisti mihi rem aliquã, & antequam tradas, vendidisti & tradidisti eam Titio in fraudẽ meã, & in rei vendicatione & Publiciana potior est Titius: per l. quoties. C. de rei vendicatione. & l. siue

De vxore maritũ blandiente.

a Adde Ia. so. in l. fin. C. si quis a li. testa. prohib. quem legit cum l. j. Guillelmus. Oldrad. in l. dedi. §. quæsitum. ff. de cond. ob. caus. Socin. in repe. l. j. §. si vero. ff. de acq. pos. fol. xxj. col. iiij. Ioan. Bero.

siue autẽ. §. si duob. ff. de Publiciana. & v. par. ti. v. l. l. tamen si fraudẽ participauit, reuocabo: quam doctrinam refert & sequitur Ange. de Aretio in §. item si quis in fraudem. Insti. de actio. xiiij. co. versi. & pro complemento. & ibi etiam Iason. xl. colum. versi. extra glo. & in d. l. quoties. vij. colũ. ver. ix. principaliter. idem vult ibi Saly. in x. oppo. & Albericus, ponderãtes ad hoc gl. secũdam, ibi, dum requirit bonam fidem. intelligunt ipsi in secundo emptore. Si ergo secundus emptor sciuit rem esse prius venditam alteri, tam videtur esse in mala fide, & fraudulenter emere. vnde ista fraus non debet ibi patrocinari: vt est textus optimus, cum ibi no. in l. si ea res. §. vter que nostrũ. ff. de action. empti. Ad idem facit l. Sticho. ff. de vsufru. le. & c. inter cætera. de præb. & c. pastoralis. suprà, de iure pa. & c. quia in cunctis. de cõce. præ. li. vj. per quæ iura dicebat glo. valde singularis in c. fi tibi adsenti. de præb. cod. li. quòd si aliquis sciebat factam collationem alicui de beneficio, & acceptauit secundam eiusdem beneficij sibi factam, non tenet collatio, quia videtur fraudulenter facta. Ad idem bonus textus, iuncta gl. secundùm vnum intellectum in l. operis. ff. locati. vbi dicitur, quòd si aliquis locauit † operas suas vni, & deinde alteri hoc scienti: debet prius operas præstare primo, deinde secundo, quia secundus videtur in culpa, ex quo sciebat operas iam primo locatas. Sic ergo dicemus in casu nostro, vt vxor, quę fraudulenter induxit maritum ad reuocandum donationem alteri factam, & vt sibi donaret, non debeat gaudere tali donatione. quod tene semper menti, quia nullibi reperio tactum in specie. Videtur tamen hoc sentire Bal. in d. ru. C. de his quæ in frau. cre. dum dixit, quòd † si quis vendidit rem vni, non tamen tradidit: deinde eam alteri donauit, & tradidit: quamuis verum sit, quòd in secundum trãsferatur dominiũ, tamen in effectu primus præfertur, quia poterit reuocare à donatario. De hac decisione fuit memor Ange. & Iason. in d. §. item si quis in fraudẽ. xl. column. versi. extra glo. & Iaso. in d. l. quoties. vij. colum. ver. x. de qua facit ibi magnum festum. Differt tamẽ hæc decisio à casu nostro: quia Bal. loquitur, quando vna res fuit prius alicui vendita, deinde fuit alteri donata. Nos autem loquimur, quando prius vni fuit donata, & postea alteri. Cogitabis, quia vtroque casu militat eadem ratio meo iudicio. Et vt cessarent multa inconuenientia, quæ ex legatis, & hæredibus, & institutione, quam maritus vxori facit, & facere potest, & econtra: iustum esset statuere, quòd vxor non possit legare viro, nec ipsum hæredem instituere, vel econtra, quamuis non habeant filios. quod quidẽ statutũ valet de iure, ne vxor à viro cogatur testari. Nã & ius cõmune idẽ statuit de filio, vt l. hac edictali. C. de secũ. nup. ita not. dicit Bal. in l. cũctos populos. C. de sum tri. co. xviij. ver. & primò quæro. quod tene memoriæ. Vel saltẽ debet statui, ꝙ nõ ppsit vxor aliquid legare marito, vel eũ hæredẽ instituere, nisi in testamẽto in scriptis, quod stabit secretũ, donec ipsamoriatur, itaq; poterit ad libitũ disponere de bonis suis, cessante metu, vel importunitate viri. Audio, ꝙ in ciuitate Soriẽsi statutũ municipale dicat, ꝙ vxor nõ posset legare marito res immobiles, nisi solũ quo ad vsumf. plerũq; enim vxor in vltimo cõstituta, aut nimia reuerẽtia mariti, ne forsan sibi indignãtem reddat, de salute desperãs, præfert maritum consanguineis. l. fi. C. quorũ bonorũ. de quo per Pau. de Ca. cõs. lxj. in fi. Hinc dicit Scotus iiij. di. xv. q. isti, † qui appropinquãt morti, licet videantur habere aliquẽ rationis vsum, si tamen astantium importunitatibus lacessiti, & victi mutant testamentũ, & quodãmodo consentiũt inuiti, nullum robur habet talis voluntas, & præsumitur ope & malitia illorũ fecisse, non autẽ ex cõsensu, quia, vt dicit Philosophus iij. Et hic. ignorãtia & aliqualis coactio excludit voluntariũ. Hinc etiã dicit Pau. de Ca. in l. ex facto. ff. de vulgari & pupil. substi. & sequitur ibi Alex. & alij moderniores similiter sequuntur, quod non valet statutum, quòd † vxor non possit testari sine consensu mariti. Sũt enim aliqui, qui malè tractant vxores, vt sibi legata faciant, vel eos hæredes instituant, & postquàm fecerunt, non permittũt eis testamentũ reuocarẽ, vel ipsę reuocare nõ audẽt maritos timentes. vidi quendam iuuenẽ pauperẽ, qui duxerat in vxorem mulierem senẽ. & diuitem, quam minis, & terroribus, vel blãditiis secretè induxit ad instituẽdum eum hæredẽ, quod testamentũ illa volebat mutare. ipse tamen adhibuit tantã custodiam, & curam apud vxorem, ꝙ nunquàm reuocare potuit, & ita mortua est, cum dicto testamento. Aliquando econtra idem accidit marito respectu vxoris intportunæ. Ista inconuenientia, & multa alia cessarent, si maritus sciret, ꝙ vxor non posset eum hæredem instituere, vel ei legare, vel econtra. Sed si ambo conueniãt in faciendo societatem seu pactum reciprocũ, ꝙ præmoriens faciat hæredem superstitẽ, vel superstes habeat omnia bona, nõ stantibus filiis, & hoc fiat post annũ à tempore cõtracti matrimonij, vt disponit lex regni, de qua suprà col. cclix. §. limita. xj. ver. adde alium. non improbarẽ hoc pactum, quia æqualiter vtrũque prospicit. Quartus casus, in quo † non confirmatur donatio inter cõiuges morte donatoris, est, quando maritus donaret vxori, vel econtra, propter bene merita, & merita nõ præcesserint (quamuis interueniat traditio) ista donatio non confirmatur morte donatoris, quia præsumitur simulata, & in fraudem facta. Vnde ex ea nõ quæritur etiam ius confirmationis; ex ea tanquam simulata non transit possessio in donatarium, vt est tex. fin. in l. emptor. ff. de aqua plu. ar. & non est alibi. Donatio aũt inter coniuges nõ confirmatur morte donatoris, nisi interueniat traditio, vel aliud, quod loco traditionis habeatur, vt dictum est in præcedẽtibus. ergo &c. Hæc fuit no. decisio gl. & Ang. in l. si donatione. C. de colla. loquẽdo in donatione facta filio, refert & sequitur Ro. ibi, & Philip. Corneus fin. column. Bartholemæus Cæpolla in singulari cxlix. idem tenet Angelus in l. prima. §. si pater. ff. pro dona. & sequitur ibi Rapha. Cu. De quo videtur casus in l. cùm hic status. §. si quis sponsam. ad fin. ff. isto titulo vbi si quis † donauit mulieri tanquam vxori, cùm non esset, non valet donatio ab initio, nec postea morte confirmatur. quem tex. ad hoc reputauit singu. Bald. in l. eam quam. vj. colum. C. de fideicom. versiculo modo ego. de quo suprà, dictum est, colum. cxliij. §. amplia iij. versi. adeo non valet. Ita ergo dicendum erit in donatione facta vxori, vel filio, bene meritis, cùm non sint, non enim debet morte dona-

Lex regni.

Donatio propter merita quæ nõ præcesserint non confirmatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opinio contraria.

toris confirmari. quod dictum extollit Franci. de Crema in singulari cxxxix. incipiente, donatio simpliciter. de quo meminit Feli. in c. ficut. xvij. colum. in princip. de re iudi. Sed quamuis hæc opinio Ange. & sequacium videatur satis æqua, contrarium tamen tenet glo. in terminis, in l. ij. §. filium. in ver. pro hærede. ff. pro hærede. & in dicta l. j. §. si pater. in ver. nulla. quam ibi sequitur Bar. ff. pro dona. ad quod bene facit, quod voluit Cy. quem alij sequuntur in l. prima, in fin. C. de sa. fan. ecc. Bart. & alij. in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. iij. vbi volunt, quòd quando maritus confitetur se debere vxori centum, talis confessio in fraudem legis facta, intelligitur fieri animo donandi, & non impeditur morte confirmari, interueniente traditione, vel aliquo alio loco traditionis: vt etiam suprà tactum est: & facit tex. cum glo. in d. l. ij. C. de do. cau. non nu. quod no. Bar. in l. diuortio. ff. de ver. obl. Ad idem facit quod voluit Bart. in dicta l. si donatione. C. de colla. inquantum no. dixit, quòd si filio pater dixit,
18 se† donare propter merita, & non probentur merita, censetur donatio simplex. ergo idem dicemus in casu nostro. & hanc partem tenet & firmat Alexand. in dicta l. si donatione. viij. col. & respondet ad motiua Ang. & sequacium: vt ibi per eum, quem sequitur Iaf. Posset tamen dici, pro concordia opinionum, quòd si maritus, qui donauit vxori propter merita errasset in causa meritorum: tunc procedat opinio Ange. vt non valeat donatio, nec morte confirmetur. ita dicit Ra. in dicta l. j. §. si pater. ff. pro don. & refert & sequitur Ale. in dicta l. si donatione. & dicit hoc probari in d. l. cum hic status. §. si quis sponsam. vbi maritus donans errauit, putans illam esse vxorem suam. Vnde si non erat vxor, cessat finalis causa donationis: vt ibi dicitur in glo. per. l. si pater. C. de hære. inst. Si autem esset vxor, & per consequens staret finalis causa ipsius donationis, & sciebat merita nõ interuenisse, quamuis diceret se facere donationem propter merita, & sic in veritate donatio erat simplex: donator tamen fingebat facere donationem remuneratoriam: cui dubium, quin tunc valeat saltem vt simplex donatio? vt per totum titulum C. plus valere quod agi. & vtile non debet per vtile vitiari: vt reg. vtile. de reg. iur. li.
19 vj. cum concor. qualitas †enim meritorũ adiecta donationi, quæ est separabilis ab ipsa donatione, videtur posita ad abundantiorem cautelam, quando de meritis non apparet, ideo non debet vitiare: vt l. qui mutuam. ff. mã. & ita procedat secunda opi. Tene mẽti istam concordiam: de qua etiam per Philip. Corn. in d. l. si donatione. fi. col.

Svmmae rervm.

1 *Donatio inter coniuges nõ confirmatur morte quãdo excedit quingẽtos aureos, & non fuit insinuata.*
2 *Donatio ex causa dotis an & quando insinuationem requirat.*
3 *Donatio non confirmatur morte donatoris, quando erant coniuges putatiui.*

§. Lxxxi. *Quãdo donatio excedit quingentos aureos, & non fuit insinuata,*

ADDE alium casum, in quo donatio inter coniuges † non confirmatur morte, quando excedit quingẽtos aureos legales, & non fuit insinuata. Nã tunc etiã infrà quingentos aureos non confirmatur morte. iste est tex. sing. in l. donationes. la grande. C. isto tit. vbi dicitur, q̃ tunc donationes inter coniuges silentio cõfirmantur donatoris, si vsq; ad quãtitatem legitimam. s. quingentorum aureorum. vt l. pe. C. de dona. secundũ gl. ibi. vel eam excedentes, actis fuerint intimatæ. Nam amplioris quantitatis donationem minimè intimatam, nec per silentiũ eius qui donauit, confirmari concedimus. Ista sunt verba tex. ex quib. colligit ibi Sal. q̃ donatio excedens legitimã summam, non insinuata, non confirmatur morte donatoris, etiã in quingentis solidis. Et huius ratio est, & secundũ gl. ibi in ver. concedimus. quia talis donatio duobus caret adminiculis. s. ratione rei donatæ, in qua est excessus quantitatis à iure taxatæ: vt d. l. pe. & ratione personæ, cui donatur: cùm regulariter sit prohibita donatio inter coniuges, vt suprà dictum est. & ita aliàs in cõtingentia facti consuluit Bar. Soc. in primo anno studij Pisani, in ciuitate Florẽtię. cuius cõsiliũ fuit approbatũ à toto collegio, in quo erãt multi præstantissimi viri, & Bononiẽses, & Perusini: vt ipse refert in l. fi inter virũ. in prin. ff. de re. dub. idem refert ipse in l. j. xxiiij. col. ver. prima cõclusio. ff. sol. ma.
2 vide Lud. Lusi. in l. si inter virũ. ff. de reb. dub. in j. not. Non obst. si dicatur, q̃ † donatio ex causa dotis non requirit insinuationẽ. vt l. fi. C. de iur. dot. & l. fi. C. de do. ante nup. Respondet ipse, q̃ dicta iura loquuntur, quando donatio ex causa dotis fit à patre vel ab extraneo: & sic à personis permissis. Vnde non est extẽdenda prouisio illarũ legũ ad donationem ex causa dotis factã per maritum prohibita: quia generali cõcess. nõ veniunt prohibita. l. arbitrio generali. ff. de ri. nup. & l. quanquã. ff. de in. do. neq; habet locũ in casu prohibito. ar. eius quod habetur in l. si quãdo. C. de inof. test. & in c. j. de ca. qui cu. ven. & quia à se prohibitis, ne dũ q̃ l. cẽsea† fauere, sed cẽsetur resistere: vt l. nõ dub. C. de Ie. & per Bar. in l. cũ lex. ff. de fideiu. ergo lex non cẽsetur fauere donat. ex causa dotis facta per maritũ, cũ illã prohibeat, tanquã factum contra bonos mores: vt l. j. ff. isto ti. vt sup. latè dixi. Ista sunt not. ad instrumẽta dotalia cõtinentia confessionẽ dotalẽ constante matr, excedentem summam 500. aur. & est noua cõsideratio secundũ Soc. vbi suprà, & ab alio non tacta. Subdit tamẽ in d. l. si inter virũ. se postea reperisse Io. And. in ad. ad Spe. ti. de don. §. j. ij. co. ver. hoc scias. sentientẽ contrariũ, & dicentẽ, q̃ per silentiũ donatoris vel donatricis confirmatur donatio, si infrà legitimã quantitatem facta fuerit, vel vltra legitimam fuerit tamẽ actis insinuata in eo tantũ, quod excedit non confirmatur silentio. sic intellige text. in d. l. donationes. & bene iudicio meo. Adde alium casum, in quo donatio inter coniuges non cõfirmatur morte † donatoris, quãdo erant coniuges putatiui: vt dixi sup. col. 143. ver fi. & adeo non valet.

non confirmatur morte donatoris.

3

Svmmae rervm.

1 *Vxor quid de re sibi donata à marito, si post eius mortem castè vixerit facere possit.*
2 *Vxor donataria luxuriosè viuens post mortẽ mariti perdit quicquid sibi donauit maritus. & n. 6.*
3 *Mulier luxuriosè viues post mortẽ mariti, videtur iniuriã & tristitiã inferre marito, et animæ eius.*
4 *Defuncto potest irrogari iniuria.*
5 *Legatarius stuprans relictam testatoris, post eius mortem efficitur indignus.*
6 *Matrimonium censetur durare post mortem viri.*
7 *Qui offenditur de adulterio constante matrimonio, ille offenditur ex stupro durante viduitate.*

§. Lxxxii. *Quid potest facere vxor de re sibi donata à marito.*

VNVM circa prædicta non est silentio prætereundum, q̃ in casibus in quib. donatio inter cõiuges valet irreuocabiliter à principio seu ex post facto, morte donatoris cõfirmatur, sit matritus fecit donationẽ vxori, si post mortem mariti castè vixerit, potest ipsa vxor in vita eam habere, & tẽpore mortis de ea liberè disponere, si non habeat filios legitimos. Si autẽ de re sibi donata vxor non disponat, debet redire ad maritum si adhuc viuit, vel eo mortuo ad eius filios legitimos, vel eius hæredes ita dicit l. regni. Foro legũ lib. iij. tit. xij. l. ix. incip. si el marido. Idem est de arrhis, quas maritus donat vxori: vt eod. Foro. & lib. iij. tit. ij. l. j. Et hoc est mirabile, quia licet aliàs donatio pura & simplex post traditionem & confirmationem, pertineat ad donatarium, suósq; hę redes: vt l. cùm profiteatris. c. cũ duabus leg. seq. C. de reuo. dona. & Insti. de dona. §. alię autem. & in c. inter dilectos. §. accedẽtes. eo. ti. & c. non enim, xxij. q. ij. nec potest reuocari, nisi in casibus expressis à iure: vt l. si vnquã. C. de reuoc. dona. & c. propter eius ingratitudinem. suprà, de dona. & v. par. ti. iiij. l. x. & Foro leg. lib. ij. tit. xij. l. j. Hoc tamen casu, quãuis nulla causa illarum interueniat, res donata redit ad donatorem, vel eius filios, vel hæredes ex testamento, vel ab intestato, nec alibi repertio hoc dispositum, quàm in d. l. si el marido.

Lex regni.

Lex regni.

Matrimonium censẽtur durare post mortẽ viri.

De *vxore luxuriosa post mortẽ mariti.*

2 Idem dicit illa l. si forte † vxor donataria, mortuo marito donatore, castè non vixerit: nam tunc perdit quicquid sibi donauit, vel reliquit maritus. & pertinet ad mariti hæredes. quã l. teneas semper memoriæ, quia vult, q̃ vxor quę post mortẽ mariti castè non vixit, perdit legatum, vel fideicom. vt signanter firmat Saly. in l. fideicommissum. C. de fideic. gl. For. leg. libr. iij. tit. de las arrhas. l. fi. in verb. pierda las arrhas. Perdit etiã id, quod maritus in vita sibi donauit: vt voluit d. l. Cuius ratio est, quia mulier quæ post mortẽ viri luxuriosè viuit, præsumitur viro superstite non castè vixisse. vt in auth. de restit. & ea quæ pa. §. vnum siquidem. ver. mulier enim. colla. iij. & ex hoc videtur iniu-
3 riam & tristitiam † irrogare marito, & eius animæ: vt in auth. de nup. §. quæ verò. col. iiij. Nam
4 † & defuncto potest iniuria irrogari: vt l. sed & si quis. §. iudex. ff. de reli. & sump. fun. & l. j. ff. de his qui. vt indi. & l. sororẽ. C. eo. & l. j. C. de sec. nup. & prosecutio talis iniuriæ vel offensæ, pertinet ad eius hæredes. vt l. j. §. & si fortè. ff. de iniu. Ecinde
5 est, q̃ si hæres † legatarius, vel fideicommissarius post mortem testatoris stupranit eius relictam, efficitur indignus: vt est gl. valde sing. in l. sororẽ. C. de his qui. vt indig. & in d. l. fideicõmissum. C. de fideic. quia per hoc irrogare videtur iniuriam defuncto, adeò quòd si viueret, præsumitur quòd reuocaret hæredis institutionem, legatum, vel fideicommissum. Merito ergo pari ratione vxor, quæ post mortem viri cõmisit stuprum, quia honorem mariti non seruauit, indigna efficitur relicti: vt in auth. cui relictum. C. de indi. vid. tol. cũ ibi not. Et quod plus est, dicebat Paul. de Cast. in

Vidua quæ cõmisit stuprum perdit dotem.

d. l. sororem. & in d. l. fideicommissum. & latius in cons. cxxj. inci. in Christi, &c. reuocatur in dubiũ, q̃ si mulier mortuo marito commisit stuprũ, perdit dotem, ac si in vita adulteriũ cõmisisset. quod ipse firmat aliquibus fundamentis & rationibus, quæ per ipsum videri poterunt. idem tenet Benzellinus in d. c. plerunque. infrà isto ti. in apostil. & est noua & singularis decisio, de qua memini suprà §. lxvij. post princ. ver. ex quo dicebat. quam reprehendunt Ale. & Iaf. in d. l. sororem. Pro decisione tamen Pau. multum facit lex regni, quæ disponit, q̃ si mortuo viro mulier luxuriosè viuat, perdit omnia bona, quæ habuit ex his quæ fuerunt acquisita constante matrimonio, & deuoluuntur ad hæredes viri. de quo latè dictũ est sup. col. ccclxxj. §. vnum demum. Ecce quomodo ratione stupri, in viduitate commissi, mulier perdit sua propria bona, quę sibi obtulerunt nõ ex concessione, seu donatione mariti, sed ratione societatis inter eos tacitè contractæ. Ergo eadem ratione videtur, quòd etiam dotẽ perdere debeat, cùm violauerit matrimonium fictum, quod est inter coniuges durante viduitate: † quo tẽpore censetur & fingitur præcedẽs matrimonium durare. vt l. fin. C. de bo. ma. & l. filij. §. vidua. ff. ad munici. & l. fœminæ. in fi. ff. de sena. & in auth. de nupt. §. soluto. col. iiij. & in gl. magna, in c. ex parte. suprà de for. compe. vbi traditur, q̃ mulier durante viduitate gaudet priuilegio matrimonij, & per consequens debet viduitatem inuiolatam cõseruare: aliàs debet puniri, sicut violans matrimoniũ putatiuũ, ratione cuius sortitur priuilegiũ in quasi dote, sicut in vera dote: vt l. si cùm dotem. §. fi. ff. sol. matr. sicut enim non licet violare matrimoniũ ita nec opinionem matrimonij, vel fictionẽ. arg. c. plerunque. infrà eo. & dictum est suprà col. xlij. ver. ad prædicta. Item sicut mulier existens in viduitate, debet ali de bonis quondam mariti, si esset egena, etiam si dotem nõ habuisset, vt no. Cy. & alij in d. l. fi. C. de bon. mat. propter memoriam bene transacti matrimonij: vt l. vnũ ex familia. §. fi. de lega. iij. Igitur & pœnã de ipsius violatione sentiat: iuxta illud, Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis. vt l. secundum naturam. ff. de reg. iur. cum concord. Ad quod bene facit text. cum gl. & his, quæ not. ibi Bart. in l. si. C. de adult. vbi dicitur, quòd vidua non debet viduitatẽ stupro maculare: quod si feceris, venit ex hoc grauiter punienda, vt ibi. Ex quo no. ibi Bar. quia qui
7 offenditur de † adultero constante matrimonio, ille offenditur ex stupro viduitate durãte. & hoc est vtile scire, secundum eum, ad probandũ quandoque inimicitias. Nam ita iniuriantur consanguinei viri iam defuncti ex stupro, quod committitur in viduam, sicut si duraret matrimonium. & hanc doctrinam refert & sequitur Pau. in locis suprà alleg. signanter in d. consil. cxxj. & Ang. Are. in tract. malefic. in parte, che me ay adulterato x. col. versic. quòd si maritus. vbi videas August. in addit. Non est ergo mirandum, si propter tale stuprum perdat bona, quæ habuit ex his, quæ fuerunt acquisita constante matrimonio, & ea quæ fuerunt sibi legata vel donata in dotem. Quod vltimum ad præsens non firmo, sed cogitandum relinquo.

Lex regni.

Matrimonium censẽtur durare post mortẽ viri.

ET quanquam alia plura non impertinenter in materia scribere potuissem, quæ dicere statueram, quia tamen calor dicendi, & dignitas rerum paulo longius quàm volebam me tulit, & ne lectori fastidium generarem, ex voto prætermisi ea posteris differenda relinquens. Finem igitur parti primæ rubricæ impono. Super secunda autem parte non est opus scribere, tum quia tractatum

ipsa sola solum exposcit, forsan præcedente maiorem, tum quia Moderni latè super tit. ff. solut. matr. scripserunt: tũ etiã, quia duos reperio tractatus in materia copiosos, Baldi Nouelli, & Ioannis Campetij. Valeat ergo rubrica nostra, & ad decretalem iam transitum facimus.

REPETITIO
CAP. PER VESTRAS.
DE DONAT. INTER VIR. ET VXO.

Innocentius III. Archiepiscopo, & Archidiacono Ianuensibus.

1 †vergente ad inopiã, pro dote satisdatio peti potest. hoc dicit secũdũ Abb. antiquũ, quem sequuntur Ioan. Andr. Anton. Et secundùm istum intellectum est casus singularis & vnicus secundùm Abb. Sed reuera hoc idem videtur probare textus in l. in omnibus. ff. de iudic. vbi litera dicit: In omnibus bonæ fidei iudiciis, cùm nõdum dies præstandæ pecuniæ venit; si agat aliquis ad interponendum cautionẽ ex iusta causa condemnatio fiet. & sic vult ille tex. generaliter, quòd †existente iusta causa potest peti cautio. Vnde si maritus vergit ad inopiam, iusta causa erit petendi cautionem: & si petatur, fiet condemnatio. & ita in effectu probat ille textus illud idem quod iste: nisi dicamus, prout dicebat Cynus in l. fancimus. C. de verb. signifi. quòd textus in dicta l. in omnibus. loquitur de cautione cũ fideiussoribus. Sed decretalis ista loquitur de cautione iuratoria, secundùm Ioannẽ And. in præsenti. sed secundùm Innocentium loquitur etiã de cautione fideiussoria: & hoc placet Car. & Abb. hic, vt infrà latius dicetur. & ideo non videtur bonum istud summarium. Et propterea dominus Abb. post Car. inhærendo verbis literæ, aliter summat, & sic: Vir agens pro dote, non omnino excluditur, ex eo quòd vergat ad inopiã: nec præcisè cogitur satisdare vltra propriam facultatem: sed dos sibi assignatur sub cautione, quam præstare potest. Et si per illam cautionem non est sufficienter prouisum consumptioni dotis, deponetur dos apud mercatorem, vt de honesto lucro vir sustineat onera matrimonij. h. d. Ego verò aliter intelligo, & aliter summo istã decretalẽ, vt ỹ. subiiciam.

1. Summa.

PER vestras literas intimastis, quòd cùm magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro H. paupere autoritate nostra curaueritis conuenire, quam idem H. pro dote vxoris suæ requirebat ab eo. Dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, quòd vxorem suam à se expulerat, & tacita veritate super hoc literas impetrauerat quia cùm super eadem dote alia vice coram vestra ciuitatis Consulibus quæstio mota esset, ipsi pronuntiauerunt, vt quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret. Vnde vos ei, vt de saluanda dote caueret, & vxorem suam reciperet, præcepistis. Cùm ergo satis possit ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris.

Mandamus, quatenus dotem assignari faciatis eidem sub ea quam potest cautione præstare, vel saltẽ alicui mercatori committi, vt de parte honesti lucri vir onera possit matrimonij sustentare. Ne occasione dotis detentæ, vxor à viro dimissa seu vir qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat.

2 Exceptio dari debet ei cui datur actio.

RATIO dubitandi ad istam decretalem potuit esse: quia iste Henricus petebat dotem vxoris sibi assignari, & opponebat sibi, quòd non esset ei assignanda, ex quod erat pauper, & vergebat ad inopiam. quæ exceptio videbatur prima facie satis sufficiẽs, quoniam certissimum est de iure, quòd †cui damus actionem, multo fortius exceptionem: vt l. nec non. §. exemplo. ff. ex qui. caus. mat. & l. prima. §. quòd autem. ff. de superficiebus. & l. inuitus. §. ff. de reg. iur. & c. quemadmodum supra. de iure eiur. Item facilius conceditur retentio, quàm actio: vt l. si in arca. in fin. ff. de conditio. inde. Sed est ita, quòd viro ad inopiam vergente damus actionem vxori, vt possit ab eo dotẽ petere, & debet vxori dos restitui: vt l. si constãte. in pri. ff. so. ma. & l. vbi adhuc. C. de iu. do. & auth. de

2. Summa.

Summae rerum.

1 Cautio pro dote peti potest marito vergẽte inopiã.
2 Cautio peti potest iusta causa existente.

§. I. DIFFICILLIMA est hæc decretalis, & hactenus non bene declarata, secundùm do. Cardi. continet casum notabilem, & quotidianum, secundùm Abba. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur consultatio. In secunda cõsultationis responsio, cũ mãdato, ibi: cùm ergo. &c. Prima pars ponit causæ delegationẽ, actoris petitionem, rei exceptionem, & iudicis interlocutionem. Secunda ponit duas causas mandati alternatiui, quod inter illas interserit. Casus literalis. Quidam Henricus pauper impetrauit literas à sede Apostolica ad Archiepiscopum & Archidiac. Ianuenses. Isti iudices autoritate dictarum literarum, citauerunt magistrum R. ciuem Ianuensem, à quo prædictus H. petebat quandam summam pecuniæ pro dote vxoris suæ. Dictus verò R. exceptionem opposuit contra ipsum, quòd dos non erat ei assignanda, nec iudices vigore illarum literarũ poterãt de causa cognoscere, quia erant subreptitiæ, ex eo, quòd cùm super eadem dote alia vice coram Consulibus ciuitatis Ianuæ quæstio mota esset: ipsi pronũtiauerũt, vt quoniã idẽ H. ad inopiã vergere videbatur, dos nõ assignaretur eidẽ, nisi idoneã cautionẽ de dote nõ peritura præstaret: de quo processu nõ fuit facta mẽtio in istis literis. Iudices de legati visis hinc inde propositis, eidem Henrico præceperunt, vt de dote saluãda caueret, & vxorem suã reciperet. Sed cùm ipse cautionẽ præstare non posset, ad ipsius instantiam domino Papæ hoc rescribere curauerũt. Papa mãdat eisdem iudicibus, quatenus dotem faciãt assignari eidẽ sub ea cautione, quã potest præstare, vel saltẽ cuidam mercatori illam committant, vt de parte honesti lucri onera matrimonij valeant sustentari. Reddit duas rationes. Prima, quia satis potest ei modicũ credi dotis, cui creditũ est corpus vxoris. Secũda, ne occasione dotis detentæ vxor à viro dimissa, seu vir qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat. Hoc dicit in summa: Maritò

Diuisio.

Casus literalis.

1. Summa.

proprium, nõ agit, cũ neminẽ obligare voluerit, sed tamen potest retinere. firmat Bal. in l. si mãdatum. C. de negot. gest. Ioan. Bern.

§. III. Ratio decidendi.

auth. de æqua. do. §. fi. col. vij. Multo ergo fortius videtur sibi exceptio danda, vt sic vxor vel alius eius nomine dotem retinere possit: dolosè enim videbatur iste Henricus dotem petere, quam statim restituturus erat: vt d. l. dolo facit. ff. de doli exce. & l. in condẽnatione. ff. de reg. iu. cũ cõcor.

Summae rerum.

1 Dotis causa semper & vbique præcipua est.
2 Dotem exigere potest vxor à marito constante matrimonio.
3 Verbum, non sufficere, quandoque exponitur ad inopiam vergere.

PRO ratione verò decidendi, & multorum iurium concordia, quæ videntur sibi inuicem contrariari, præmittendum est, quòd inter alia priuilegia, quæ fauore dotis introducta fuere, vnum præcipuum reperitur. s. quòd dos mulieribus conseruaretur: vt l. j. ff. sol. ma. vbi litera dicit, †Dotis causa semper & vbique præcipua est. Nam & reipublicæ interest dotes mulieribus conseruari: cùm dotatas esse fœminas ad sobolẽ procrandam, replendamque liberis ciuitatem, maxime sic necessarium. Et quia multoties contingebat, quòd maritus dissipabat dotem, & sic non poterat dos vxori conseruari, prouisum fuit per iurisconsultos, quòd tunc dos sequestraretur. ita dicit tex. in d. l. si cùm dotem. §. si autem in squisimo, co. ti. Per hoc tamen non fuit sufficienter cautum mulieribus circa conseruationem dotis: quia plerunque maritus dotem mulieris non dissipabat: sed sua propria bona consumebat, adeò quòd non sufficiebant ad dotis exactionem ære alieno deducto. & propterea constitutum fuit, q

1 cùm illa dissipare cœpit. ita dicit tex. in dicta lege vbi adhuc. C. de iure doti. vbi multa adduntur ad leg. si cõstante. nã ibi nihil expressè cauetur de hypothecaria, nec de reiẽdicatione, nec de donationibus ante nuptias, nec de bonis paraphernalibus, nec quòd dos restituta debeat deseruire onerib⁹ matrimonij. Itẽ lex, vbi adhuc. venit ad ex

2 tunc† vxor etiam constante matrimonio posit à marito dotem exigere. ita dicit textus in l. si constante. in princi. eo. tit. Sed adhuc per ista non erat plene mulieribus consultum: quia secundùm istud ius non poterat vxor dotem exigere, nisi tunc demum, cùm maritus erat positus in illa extrema miseria: quia iam dotem dissipauerat, vel sua propria bona. Ideo superuenit ius Codicis, per quod plenius prouidetur. statuit enim Imperator, quòd licet bona mariti sufficiant ad dotis exactionem, & ad satisfaciendum creditoribus: tamen si maritus laborat inopia, vt puta si esset homo nobilis, non multum diues, quẽ honorificè viuere oportet, & omnia bona sua in hoc expenderet, & per consequens mulieri exinde præiudicium immineret maximum, si bonorum mariti consumptionem spectaret: quia his consumptis, quæ sibi pro dotis restitutione erant tacitè hypothecata: vt l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. & c. ex literis. suprà, de pig. non essent bona, ad quæ vxor posset habere recursum pro sua dote, forte perdita vel consumpta. quamobrem superuenit ius Codicis, per quod plenissime prouidetur, vt possit vxor dotem à marito petere, nedum cùm maritus sua propria bona iam dissipauit, verùm etiam

1 cùm illa dissipare cœpit. ita dicit tex. in dicta lege vbi adhuc. C. de iure doti. vbi multa adduntur ad leg. si cõstante. nã ibi nihil expressè cauetur de hypothecaria, nec de reiẽdicatione, nec de donationibus ante nuptias, nec de bonis paraphernalibus, nec quòd dos restituta debeat deseruire onerib⁹ matrimonij. Itẽ lex, vbi adhuc. venit ad ex

2 positionẽ dictæ l. si cõstãte. quia † verbũ, nõ suffi-

1. Remedium.

2. Remedium.

3. Remed.

cere, quod est ibi, exponit in d. l. vbi. id est, ad inopiam vergere. itaque nõ debet spectari, quòd bona mariti non sufficiãt ad exactionem dotis, secundùm Baldum in dicta lege, vbi adhuc. in secunda oppositio. Istud tamẽ ius solùm prouidit, quando maritus dissipare cœpit bona sua. & sic, quando certum erat maritum ad inopiam vergere. propterea superuenit ius authenticorum, per quod plenissimè ipsis mulieribus consulitur. statuens quòd licet maritus ad inopiam non vergat, puta quia est ditissimus, & eius bona sufficiat ad dotis exactionem, & ad satisfaciendum creditoribus, & de eis potest maritus commodè viuere: tamen est dubium, an vergat ad inopiam, quia incipit malè vti substantia sua, ludendo forsan, vel aliàs: nam & tunc poterit vxor dotem exigere, ita dicit textus in d. authent. de equalit. dot. §. si. colla. viij. Ex quo sumpta fuit lex regni. iiij. patita. tit. ij. le. xxix. & iij parti. ti. xxix. ley viij. quæ dicunt quòd si maritus deuastat bona, vxor potest dotem repetere: & si non repetit, ab eo tempore potest cõtra eam præscriptio currere in rebus dotalibus. Ad idem l. in rebus. C. de iure do. vbi per Salyce. & alios. & per Ang. de Aret. in §. fuerat ante. charta xiiij. j. col. ver. in eadem gl. ibi: si constante, &c.

4. Remed.

Summae rerum.

1 Actiones plures, etiam inter se incompatibiles, dantur muliери quoad dotem.
2 Mulier si quo ad dotem repetendã vnum eligat, & in illo succumbat, vel renunciet lis, an possit ad alterum redire.

§. IIII. Quæstio. Vtrũ vnũ istorum remediorum corrigatur per aliud.

ET sic omnia ista iura prouident in suis casibus, nec vnumius corrigit aliud, prout aliqui dicebant, & male: sed potius vnum ius addit alteri plenius prouidendo, vt voluit Bartolus in dicta lege, si constante. & sequuntur ibi Ange. Raphaël, & Paulus de Castro, & Baldus Nouellus in trac. priuilegiorum dotis. in sexta patt. in lxx. special. Nam potest secundùm eum dari casus, in quo vir malè tractet bona dotalia. tamen per hoc nõ diceretur labi facultatibus, seu vergere ad inopiam, maximè si in suis rebus esset ditissimus & diligentissimus. Vnde tunc vxor posset habere remedium sequestrationis, vt infrà latius dicetur, de quo etiam per Campetium, in suo tractatu, de dote. iij. parte. quæsti. xix. quem per te videas. Et adeo verum est, quòd dicta iura prouident in suis casibus, quòd dicebat Bartol. in d. l. si constante. in prima quæstione tertia parte. & in quarto contrario. quod in casibus, in quibus habet vxor remedium sequestrationis, non possit etiam hodie vti remedio dictæ legis, vbi adhuc. scilicet quòd possit petere dotem sibi assignari, quod tamen non mihi placet, cùm mulieris interfit multa habere remedia, etiam si circa idem, vt l. non est nouum. ff. de action. emp. & illa sunt in electione eius, cuius fauore introducta sunt, vt l. cùm filius. §. variis. de legatis secundo. cũ sim. quod fortius in muliere concedendum videtur, quo † ad dotem, cui à iure dantur plures actiones etiam incompatibiles inter se, vt patet in dicta lege, vbi adhuc. & not. in authen. permissa. C. de donationib. ante nupti. & vtrobique per Bald. & in dict. l. in rebus. C. de iure do. ita dicit Bald. Nouellus in dicto tractatu, septima parte. xxv. priuilegio. Fateor tamen, quòd si † mulier vnum remedium eligeret,

2 & in illo succumberet, vel lis renũciaret, nõ pos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

set ad alterum redire. secundùm doctores in di-
ctâ lege, in rebus. & facit quod habetur in l. fin.
C. de codicillis. & in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. & tenet Baldus Nouell. in dicto tractatu, octaua parte. xxv. speciali. Ista iura difficultant totam istam materiam, & offuscant intellectum huius decretalis. Et propterea meritò dom. Cardi. in præsenti dicit hoc cap. fore difficilimum, & hactenus non bene declaratum. doctores enim fuerunt varij. Ex quorum dictis possunt elici septem intellectus.

SVMMAE RERVM.

1 *Papa omnia iura scrinio pectoris sui videtur habere.*

§. V.
1. Intellect.

PRIMVS fuit Tancreti & Vincentij, qui inhærendo iuribus prædictis, dicebant bene sententiatum à consulibus, vt ex eo, quòd iste Henricus vergebat ad inopiam, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret: quam quidem ipse non præstitit, & propterea non fuit assignata ei, sed deposita apud mercatorem. Periculosus mihi videtur iste intellectus, quia videntur ipsi velle, quòd Romanus Pontifex nõ rectè decreuit. dicẽdo enim, quòd bene fuit sententiatum à consulibus, quorum sententia hic reprobatur per Papam, saltem ei non statur: per cõsequens videtur dicere, quòd decisio Romani Pontificis non fuit bona. quod non est dicẽdum. Sicut in simili dicit Abb. in cap. Pisanis. columna ante penultima. suprà de restitutio. spo. reputans temerarium intellectum quorundam ad illum textum, qui dixerunt Romanum Pontificem ibi sententiasse contra ius. Cùm
1 † Papa omnia iura in scrinio pectoris sui censeatur habere: vt in cap. j. de constitut. lib. vj. & l. omnium. C. de testam. & hoc propter valentes viros, qui debent sibi assistere. vt dicit Abbas in capit. tũ ex literis. de in integrũ restitutione. in quinto notabi. & sic non potest stare iste intellectus.

Impugnatio.

SVMMAE RERVM.

1 *Mulier debet esse particeps infortunij & casus mariti.*
2 *Virum egentem alere tenetur vxor de dote. & nu. 8.*
3 *Maritus est dominus dotis. & nu. 6.*
4 *Pauperias viri an faciat locum repetitioni dotis.*
5 *Tutor suspectus remouetur à tutela, quamuis satisdationem præstet.*
7 *Alienare non potest maritus bona dotalia.*

§. VI.
2. Intellect.

ET propterea alij aliter intelligunt hãc decretalem, & iste sit secundus intellectus. dicunt enim, quòd si maritus solam habet inopiam, & non est aliter suspectus de dilapidatione, vt puta, quia vi fluminis, vel hostium, possessiones suas perdidit, vel res amisit naufragio: tum mulier
1 non potest cõqueri de dote, quia † debet esse particeps infortunij, & casus mariti: vt dicta lege, si cũ dotem. §. si maritus. Vnde dos soluenda est marito modicum credi dotis. cui creditũ est corpus vxoris, vt dicit hic text. & in l. hac lege. C. de pact. conuentis super dotem. vbi textus dicit, bonum
1 est mulierem, quæ se viro committit, pati etiam res suas viri arbitrio gubernari. glos. in capitu.
2 præcipimus. xij. q. j. præsertim cùm † virum egentem vxor de dote alere teneatur: vt dicit textus in lege, mutus. §. mente. ff. de iure dotiũ. Et videtur hoc satis rationabile prima facie. quia † cùm maritus sit dominus dotis: vt l. doce ancillam. C. de rei venditione. iustum est cuilibet sua committi. vt l. nemo. la ij. C. de Iudæis. Si autem vltra inopiam suspectus est maritus de dilapidatione, quia male vtitur rebus suis: tunc non assignabitur dos marito, sed potius vxori. & ita dicunt intelligi iura deducta in ratione dubitandi, in hac sentẽtia fuerunt Laurentius & Bernardus in præsenti. & Hostiensis in summa ti. de dote post diuortium restituenda. in §. & quando competat. versiculo, sed hoc tamen. hos secutus fuit dominus Cardinalis in præsenti, in oppos. qui omnes in effectu
4 concludunt, quod sola paupertas † viri non facit locum repetitioni dotis, vt ipsa mulier possit repetere: sed mores viri, quia dilapidat bona. Et hũc intellectum videtur approbare lex regni iiij. parti. tit. vndecimo. l. xxix. Et ita, quoad propositum nostrum, dato quòd iste Henricus vergeret ad inopiam: quia tamen non erat aliter suspectus de dilapidatione, debuit audiri petens dotem, & cum effectu potuit consequi, vt hic fuit cõsecutus. Salua tamen pace tantorum patrũ, non videtur hoc bene dictum: quamuis enim vxor corpus suum marito committat, non sequitur propterea, quòd etiam dotẽ cõmittere debeat: quia non est tantum periculum consumptionis in corpore, propter paupertatem viri, sicut cõsumptionis dotis. quia si subest periculum respectu corporis, potest fugere: & si postea eam repetat maritus, obstabit exceptio seueritatis. vt c. literas. suprà, de rest. spo. Vbi tamen maritus pauper est, nõ habet vxor dotẽ tutã, nec potest commode fibi prouideri circa dotis conseruationem. Vnde licet maritus dicatur dominus vtilis dotis: vt d. l. doce ancillam. & propterea dos debeat sibi committi: debet intelligi, dummodo nõ sit suspectus.
5 ar. §. fi. Insti. de suspe. tuto. vbi dicitur, quod † tutor suspectus remouetur à tutela, quamuis satisdationem præstet. Maritus enim non dicitur pro
6 prie † dominus dotis, sed improprie: vt voluit gl. in l. in rebus. C. de iur. do. & in l. iij §. sed vtrum. ff.
7 de mino. quod patet ex eo, quia non potest † alienare bona dotalia: vt Insti. quibus alie. licet vel non in prine. & c. cùm contingat. suprà, de iurei.
8 Nec sequitur, quòd ex quo vxor † tenetur alere virum egentem, propterea non possit dotem repetere, vel retinere, & debet illam periculo consumptionis exponere: præsertim quia vxor repetit, & retinet dotem vt ex ea se, virum, & familiam alat. vt dicitur in dict. l. vbi adhuc. cum aliis, de quibus suprà.

Lex regni.

Impugnatio.

SVMMAE RERVM.

1 *Viro vergente ad inopiam dos debet vxori restitui, nisi præstetur idonea cautio de ea saluanda.*
2 *Fideiussor potest dari in casu inopiæ.*

§. VII.
3. Intellect.

ET sentiens fortasse ista domin. Antonius in præsenti ponit alium & tertium intellectum, dicens quòd per istum textum limitantur iura prædicta, de quibus in ratione dubitandi, in quantum dicunt, quòd viro † vergente ad inopiam, dos debet vxori restitui: quòd illud sit verum, nisi præstetur idonea cautio de ea saluanda: & si eam præstare non valet, præstet quam potest. & si adhuc per illud non esset bene cautum, attenta qualitate personæ, sequestranda esset, & vterque

vterque de fructibus alendus. Et ita vult dominus Antonius, quod si vxor petat dotem à marito vergẽte ad inopiam, offerendo maritus idoneam cautionem de dote conseruanda, cuitabit restitutionem dotis per istum textum. Hoc idem voluit Angelus, & clarius ibi Ludouic. Romanus in dicta lege, si constante. ff. soluto matrimonio. idem etiam tenuit Baldus Nouellus, in tractatu, de dote. vj. parte. in xxj. priuilegio. in v. limitatione. dicens, quòd licet mulier à principio non possit petere à marito sibi satisdari propter vergentiam ad inopiam, per textum. in l. ij. C. ne fideiuss. do. dentur. Si tamen mulier peteret dotem sibi restitui propter talem vergentiam ad inopiam, se 1
cundùm quod potest, vt habetur in iuribus, de quibus in ratione dubitandi, tunc potest vir, vt euitet talem restitutionem, offerre satisdationem per istum textum, quem ad hoc reputat singularem. Et sic ista satisdatio permittitur viro in eius fauorem, vt euitet restitutionem dotis, quæ est sibi magis damnosa & ignominiosa. Quo casu cessat ratio perfidiæ. imo hoc permittitur à iure, vt euitetur maior perfidia, secũdùm Ab. in præsenti. & ita debet intelligi, quod dixit Bartol. in d. l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrim. dum 1
2 vult, quòd † fideiussor potest dari in casu inopiæ per istum text. non quando vxor à principio petit satisdari, sed quando petit dotem. & maritus sponte sua offert satisdationem, nam tunc ista satisdatio licet principaliter admittatur fauore viri, vt dictum est, vt euitet dotis restitutionem, tamen etiam versatur hic fauor mulieris, in casu soluti matrimonij, si viri facultates non sufficerent.

Impugnatio.

Subdit tamen Bald. Nouellus, vbi suprà, se credere, quòd si vir nõ inueniret fideiussorem, nõ deberet recurri ad iuratoriam cautionem, quia per eam non esset consultũ indemnitati mulieris. & secũdùm ista ipse tenet intellectum prædictum ad istam decretalem. Sed contrarium tenet glos. communiter approbata in d. l. vbi adhuc. C. de iure do. & ibi Cyn. & Bald. iij. col. in fi. ver. sed statim quæritur. Idem tenet Bart. in d. l. si constante in x. q. primæ partis. & ibi approbat Alexan. in x. col. Idem tenet Bart. in d. l. vbi adhuc. Io. And. in additionibus ad Spec. in ti. §. fi. in additione incipiente, idem nota. & hoc sequitur Campetius in suo tractatu, de dote. iij. par. q. xxix. quia nõ est æquum mulierem se committere fragilitati cautionis: vt l. cogi. §. si pater. item quæritur. & l. qui ita. §. j. ff. ad Trebel. & ista est communis opin. & per consequens reprobatur iste intellectus.

SVMMAE RERVM.

1 *Remedia plura si alternatiuè vel simpliciter concedantur actori, electio est actoris.*
2 *Cui damus actionem multo fortius exceptionem.*
3 *In legitima imputari an debeat filio id, quod perdidit in ludo vel meretricando cõsumpsit & quod pater pro suis culpis & excessibus soluit.*

§. VIII.
4. Intellect.

ET OB hoc forte idem dominus Antonius 3
transit ad alium intellectum, & erit quartus intellectus. & dicit, quòd remedium prædictorum iurium, de quibus in ratione dubitãdi, & remedium huius decretalis locũ habet. Itaque viro vergẽte ad inopiam, poterit vxor ab eo exigere dotẽ, vt voluerũt iura prædicta, vel poterit à marito petere, quòd præstet sibi cautionem idoneam de dote non peritura, quam si præstare nõ possit, deponatur dos apud mercatorem, & sine vtatur mulier remedio dictarum legum, siue remedio huius decretalis, restitutio vel retentio dotis non est plena, quia vtroque casu vxor tenetur inde alere virum, & familiam, & hũc intellectum approbat Alexand. in dicta l. si constante. ix. & x colũ. & Campetius in dicto tractatu, de dote, iij. parte. q. xxx. Et hunc intellectum videtur tenere dicta l. regni. iiij. parti. ti xj. l. xxix. & secundùm hoc erit in optione mulieris, quòd remedium velit intentare, an dictorum iurium, vel huius decretalis, quia quando † actori conceduntur plura remedia alternatiuè, vel simpliciter, electio est actoris, vt l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. no. pulchre Bar. in l. cùm proponas. C. de trãsac.

Lex regni.

Salua tamen pace istorum patrum, iste intellectus, nec præcedens stare non possunt, quia secundùm hoc iste tex. qui loquitur in vxore excipiẽte contra maritum dotem petentem, extenderetur ad vxorem agentem, & dotem repetentem. & sic tex. loquẽs in exceptione, extenderetur ad actionem. quod nõ est dicendũ. quia licet verum sit, q
† cui damus actionẽ, multo fortius exceptionem, d. l. j. §. quod autem. ff. de superfi. & l. etiam. ff. de compen. cum si. non tamen econuerso. nam multa possumus iustè retinere, quæ non possumus petere, vt l. j. §. j. ff. de va. & extraordina. cogniti. Videmus enim, quòd contra obligatum naturaliter competit exceptio, vt l. iij. §. pupillus. ff. de negoget. & l. id quod naturaliter. & l. frater à fratre. ff. de cond. inde. non tamen datur actio, vt l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss. tenet glos. fi. in l. rerum quidem amotarum. ff. re. amo. & in l. naturalis. ff. de act. & ob. Et hinc est, quòd si filius familias viuo patre surripuit pecuniam patri, quam lusit, vel res patris dilapidauit, & consumpsit, deinde pater mortuus est, omnibus filiis æqualiter institutis, fratres dicunt, quòd iste qui pecuniam surripuit, tantum minus accipiat. Dicit Bal. quòd ex quo eo tempore, quo peciniam surripuit, erat in patris potestate, & inde non fuit nata actio, sed obligatio naturalis, vt l. serui & filij. ff. de furtis. subuenitur fratri ope actionis, sed ope exceptionis compensationis, si forte alij percepissent fructus vltra quàm deberẽt. Vnde si frater surripiẽs pecuniam agat, poterunt fratres compensationem opponere. Quod est bene notãdum pro tribus, vt sint cauti, cùm viderint, quòd frater suus pecuniam vel bona paterna consumpsit, vel dilapidauit, accipiant aliquid plus ex hæreditate paterna, quàm sibi pertineat. Nam tunc poterunt se tueri per viam exceptionis. aliàs autem non dabitur sibi actio. Ità notanter dicit Guilielmus in l. incerti. C. fami. ercii. & Bal. in l. filiæ cuius. ix. co. eo. ti. & ibi etiam Saly. penulti. co. in vij. q. Petrus de Vbaldis in tractatu, de societate. viij. parte. q. xxiij. quamuis aliter sentiat Bald. in authen. ex testamento. circa finẽ. C. de colla. ver. decimũ sextum capitulum. vbi dicit, q
† imputatur in legitimam filio illud, quod perdidit in ludo, vel meretricando consumpsit, & quod pater pro suis culpis & excessibus soluit, vt ibi per eum. & in auth. quod locum. in principio. ver. vltimò no. co. ti. & ibi Bar. & alios. Io. de Plateis, in §. sequẽs. Insti. de act. col. fin. Et sic ad propositum nostrum non videtur,

Cautela.

De filio surripiẽte rem patris.

Cui actio & excep.

Impugnatio.

detur, quòd iste tex. qui dat facultatẽ vxori exci piendi contra maritum vergentem ad inopiam, si petat dotem, debeat extendi ad vxorem ex hac causa agentem. & hoc fuit de mente Angeli de Perusio, in d.l.si constante.ff.solu.matrimonio.& ita isti duo intellectus dati per dominum Antonium non videntur posse stare.

SVMMAE RERVM.

1 *Pactum per quod reuertitur ad propriam naturam dotis, valet.*
2 *Res de facili ad suam naturam reuertitur.*
3 *Pactum, quòd maritus non teneatur tantam diligentiam præstare in rebus dotalibus, quantam præstare debet in suis, non valet.*
4 *Dos de sui natura debet constante matrimonio esse apud virum.*
5 *Prælati pactum, vel tacita renunciatio, potest præiudicare ecclesiæ, quando per hoc reditur ad ius commune.*
6 *Filiafami. pacisci potest, vt de dote agat, cùm sui iuris esse cœperit.*
7 *Creditores si à principio putauerunt hæredem suspectum, & passi fuerunt eum in hæreditate morari, non possunt ex post facto agere contra illum, tanquam suspectum.*
8 *Inquilinus, qui conduxit domum minantem ruinam, ita quòd non poterat commodè morari, non poterit agere contra dominum, vt sibi præstet cautionem damni infecti.*
9 *Molendinum in periculoso Tyberi conducens, quod postea fluminis impetu destructum est, tenetur ad pensionem.*
10 *Locator nõ potest expellere conductorẽ ante tempus conductionis, nisi propter necessitatem, quæ tempore locationis non imminebat.*
11 *Mulier scienter contrahens matrimonium cum hæretico, perdit dotem.*
12 *Iudex si tulit sententiam malam propter metum alicuius tyranni nõ excusatur, si à principio sciebat hoc posse euenire.*
13 *Vagabundum virum sequi non tenetur vxor: secus si tempore contractus matrimonij erat vagabundus.*
14 *De paupertate conuenire potest quis eum, quem pauperem vt diuitem acceperit.*
15 *Dilapidare quis dicatur.*
16 *Debitor si tempore contractus cœperat dilapidare, an possit vt suspectus capi.*
17 *Approbans mores alterius, non potest postea reprobare.*
18 *Accusare an possit maritus vxorem de adulterio nouo si antea adulterium, quod commiserat, sibi pepercit, & nu. 12.*
19 *Vetus delicti respicit præcedens delictum.*
20 *Legatus si delinquit in legatione, potest puniri.*
21 *Promissio de non offendendo, vel similis, non habet locum, vbi promissor de nouo offenditur.*
23 *Mandatum procuratoris simplicis videtur reuocari ex præsumpta mente mandantis, si procurator mutat conditionem in peius.*
24 *Bannitus, qui habuit securitatem pro delicto antea commisso si postea delinquat, videtur renouata securitas.*
25 *Gratia principis censetur subreptitia si ille cui conceditur pro maleficio commisso, tacuit, quod prius deliquerat.*
26 *Defensio nemini potest auferri.*

ET PROPTER ista forte idem domi. Anto. tranfit ad quintum intellectum, dicens. Si maritus à principio, cùm matrimonium contraxit. non erat pauper, & ex casu veniret ad inopiam, tũc potest mulier petere dotem: quia nihil potest ei imputari, ex quo à principio non erat pauper. & hoc modo intelligit iura, de quibus in ratione habitandi. Si tamen à principio maritus erat pauper, cũ hoc casu sit quid imputetur mulieri: quia cum paupere contraxit, & contrahendo cum tali, committendo sibi corpus & bona, eius personam approbauit: non poterit petere dotem, sed assignabitur marito eo modo, quo hic exponitur. Et ita debet intelligi iste tex. secundùm eum. & hunc intellectum ipse approbat, & videtur prima facie adaptari posse ad nostram decretalem, quæ videtur innuere, quòd iste Henricus à principio erat pauper: quod colligitur ex textu, dum dixit, q cùm magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro Henrico paupere &c. & ita contrahendo cum illo paupere, videtur approbare mores ipsius, & ideo non poterat postea pœnitere. Et quamuis do. Anto. non dicat, reperio quòd multi egregij doctores, & valentissimi iuris vertices, tenuerunt istam opinionem. hanc tenuit Collectarius in præsenti, Iac. de Arenis, Petrus, Cynus, Bal. Ange. Ludo. Ro. in di. l. si constante. ff. sol. ma. Martius de Fano, Cy. & Bal. in d. l. vbi adhuc. Oldra. in authen. quod locum. C. de colla. secundùm quod ibi refert Bald. vij. co. idem Io. And. in addi. ad Spec. isto ti. §. fi. ver. si cùm mulier. Mouentur principaliter hoc fundamento, quando per †pactum reuertitur ad propriam naturam dotis, valet pactum, & non dicitur conditio dotis fieri deterior: vt l. si vnus. §. quod & in specie dotis. ff. de pac. Nam si mulier ab initio fuit pacta, quòd dos confistens in pecunia, restitueretur solu. matrimo. incontinenti, & si non expectata dilatione legali, quæ hodie est annus: vt l. vnica. §. cùm autem. C. de rei vxor. acti. & postea per pactum fuit cõtenta, quòd dos non redderetur incontinenti, sed post aliquod tempus, licet per hoc pactum fieret conditio mulieris deterior in dotem, tamen valet tale pactum: quia † res de facili redit ad suam naturam, vt ibi dicitur. intellige tamen, dummodo talis dilatio postea non excedat dilationem legalem: aliàs tunc non valeret tale pactum, per id quod habetur in l. de die. & l. Attilicinus. ff. de pact. dota. licet forte tunc non vitiaretur tale pactum vsque ad dilationem legalem. argu. l. sancimus. in princ. C. de dona. Eodem modo non valeret †pactum factum per vxorem, quòd maritus non teneatur præstare illam diligentiam in rebus dotalibus, quam præstat in suis: vt sentit gloss. in l. etiam. §. licet. ff. solut. matrimon. dum allegat legem, Pomponius. ff. de pa. dota. quia per hoc fieret conditio dotis deterior: vt dicta l. Attilicinus. & l. licet. eodem titulo. intellige, quando fuit factum constante matrimonio. secus si soluto matrimonio. & sic intellige text. in l. contractus. ff. de regul. iur. & gloss. in l. prima. §. si conuenerit. ff. depositi. vbi culpa remitti potest.

§. IX. 5. Intellectus

Valet pactum per quod reuertitur ad propriam naturã dotis.

ita di

ita dicit Ioan. Campeti. in suo tractatu, de dote. ij. parte. q. lxxiiij. Quando autem valeat pactum, per quod fit conditio dotis deterior, ad præiudicium mulieris, vel mariti, videas per eundem, in iiij. parte. q. j. ij. iij. iiij. & v. Et ex istis sequitur, quòd si mulier ab initio fuit pacta, q̃ vir teneatur non solùm de culpa leui, sed etiam de leuissima, & etiam de casu: & postea ipsa mulier remisit viro dictum pactum, ei renũtiando, valeret tale pactum remissium, licet suæ dotis conditio deterior fieret: quia nõ fit deterior cõtra propriã naturam dotis, imò reditur ad naturam dotis, quæ est, vt maritus non teneatur de culpa leuissima, nec de casu: vt habetur in l. pe. in prin. & in l. etiã. §. j. ff. so. ma. & firmat Bald. Nouellus, in tractatu dotis, vij. parte. xj. priui. in vij. limitatione. Eodem modo videtur dicẽdum in casu nostro: quia natura †dotis est, q̃ cõstante matrimonio dos debeat esse apud virũ. Ergo pactũ vel renuntiatio prædicta, quæ tacite resultat ex cõtractu matrimonij scienter cum paupere, fouetur propria natura dotis: ergo valere debet. Quòd autẽ dos sit talis naturæ, apparet: quia talis cõsensus est ordinatus de mente iuris, & partium cõtrahentium. ideo enim dos datur, vt apud virum constante matrimonio resideat: vt l. ij. ff. so. ma. & l. pro oneribus. C. de iure dotium. & c. salubriter. infrà de vsuris. & vt maritus sit dominus, quãdiu matrimoniũ durat: vt l. docet ancillã. C. de rei vendi. Ad confirmationẽ huius opinionis facit tex. in ca. j. de pac. lib. vj. vbi dicitur, q̃ †pactum vel tacita renũtiatio prælati potest præiudicare ecclesiæ, quando per hoc reditur ad ius cõmune. ad hoc cõmendat Abb. illum tex. in c. veniens. viij. col. de præscriptio. de quo tacit festũ Fran. Areti. in rubr. ff. de ver. obl. Facit etiam c. ab exordio. xxxv. dist. & multa alia collecta, per Fely in c. cùm accessissent. iiij. col. suprà, de cõsti. quæ per te videas. Facit pro ista opinione tex. singularis in l. & hæredi. §. filiafamilias. ff. de pac. vbi litera dicit, Filiafamilias †pacisci potest, vt de dote agat, cũ sui iuris esse cœperit. Et ita est ibi text. q̃ mulier per pactum potest sibi præiudicare circa exactionem dotis, saltim ad tempus. Cùm autẽ mulier cõtrahendo scienter à principio cum paupere, tacite videtur pacisci, q̃ dos remaneat penes virum, & non possit eam ab initio petere. ergo valebit tale pactũ tacitũ. Adidẽ text. singularis in l. si is à quo. §. fi. ff. vt in possess. le. vbi si quis à principio malũ fideiussorẽ accepit, nõ dabitur ei postea alius, imputari enim debet sibi, ex quo à principio illum approbauit. Ad idem l. si creditores. ff. de priuile. credi. vbi si† creditores putauerũt à principio hæredem suspectum, & passi fuerunt eum in hæreditate morari, non possunt ex postfacto agere contra illum tanquam suspectum. Ad idem l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infec. vbi inquilinus, qui conduxit† domum vitiosam, minantem ruinam, ita quod securè non poterat in ea morari, & habere res suas, non poterit agere contra dominum, vt præstet sibi cautionem damni infecti, imputet enim sibi, quia à principio non præuidit. Hinc est, quòd qui conduxit† molendinum in periculoso Tyberi, quod postea fluminis impetu est destructum, tenetur ad pensionem, vt per Bald. in l. licet. quæst. ij. C. locati. Item si sciens rem alteri obligatam, illam emit, non potest agere contra venditorem, illam vt liberet. ar. ff. de acti. empt. l. j. in fin. & C. de euic. l. ti fundũ. secundũ Albe. in l. ex prædiis. C. eod. sic limitantem illam legem. Ad idem l. inter causas. §. abesse. ff. man. vbi si fideiussor delegat debitorem, qui non erat soluendo, & scienter fuit receptus à creditore, liberatus erit fideiussor. Ad idem c. propter sterilitatem. suprà. de locato. vbi locator non potest expellere cõductorẽ† ante tẽpus conductionis, nisi propter necessitatem, quæ tempore locationis non imminebat. A contrario ergo, si tempore locationis imminebat illa necessitas, non poterit istum expellere. Sic videbatur dicendum in casu. de quo agitur. Ad hoc inducebatur illum tex. Anch. & Ioan. de Imo. in prin. Ad idem est bonus tex. non solitus allegari ad hoc in capitulo, decreuit. de hæreticis. lib. vj. vbi mulier scienter† contrahens matrimonium cum hæretico, perdit dotem. Confirmantur prædicta per illud, quod notanter dicit Bald. in l. fi. in fine. C. de pœnis. iu. qui male iudica. vbi dicit, q̃ si† iudex tulit malam sententiam propter metum alicuius tyranni, non excusatur, si à principio sciebat hoc posse euenire, quia tunc non debuit illud officium acceptare, ad quod poterat non accedere. argu. dict. l. qui bona. §. defuncto. cum aliis, de quibus suprà. Ex his dicebat no. Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem. §. de his quæ in frau. credi. q̃ si quis facit contractum cum eo, qui à principio erat fugitiuus, non potest postea cum propria authoritate capere tanquam fugitiuum. idem tenet ipse in d. l. si creditores. & in dicta l. is à quo. §. fi. in fi. & in l. quæsitum. ff. de pigno. & in l. fi. C. de feriis. & in l. fi. C. de sponsa. & multi alij, de quibus per Ange. & Iasonem Insti. de ac. in prin. xix. col. Et hinc est, q̃ licet vxor non teneatur sequi† virum vagabundum, ait dicit gl. in c. j. de coniu. leprosso. si tamen tẽpore contractus matrimonij esset vagabundus, sequi tenetur, quia tunc videtur approbare mores suos, vt est glo. not. in cap. vnaquæque. xiij. q. ij. & cap. si quis ineuitabili. xxxiij. q. ij. & not. in c. de illis. suprà de sponsa. ita dicit Abb. in d. c. j. de coniugio leprosso. Io. de Imo. in rubr. ff. so. ma. v. col. qui secus dicit in marito carcerato, vel exulante, culpa sua. quod tene menti. vide Bar. in l. Mæuia. ff. de annuis legatis. Cynum, Albericum, Bald & alios. in l. j. C. de vxoribus militum. Bene facit ad hoc tex. in l. si arbitro. §. fi. ff. qui stisda. cogan. vbi non† potest de paupertate conueniri, quem pauperem vt diuitem acceptauit, nisi de nouo paupertas superueniat. per quem tex. dicebat ibi Ang. fecisse relaxari à carceribus multos debitores captos, vt fugitiuos. Nã assessores sequentes imperitos aduocatos, immediatè ostẽso eis instrumento debiti, & præstito iuramento de suspicione & fuga, consueuerũt concedere familiã, & capi facere talem debitorẽ. Et male faciunt, secundùm eum, nam debet eis constare, q̃ tẽpore cõtracti debiti ille erat idoneus, & soluendo, & sibi calamitas superuenerat insignis, aut inopia magna, vt ibi. & hoc causa cognita saltim summariè debet sibi cõstare, si enim eius cõditio nõ est mutata, imputet sibi, quia cũ talicõ traxit, & eius fidẽ fuit sequutus, vt ibi. & si modica paupertas aut calamitas superuenit, similiter non sufficit secundũ eum. Eodem modo, si post calamitatẽ diu tacuit, vt d. l. si creditores. ff. de priuil. cre.

Ratio.

Quod semel placuit, &c.

a Adde, quis dicatur vagabundus, & vbi fortiatur forum. no. per Marianum Soci. in c. si de so. compet. col. xx. post medium. et per totam seq. Ioan. Bern.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cre. Sit ergo cautus aduocatus actoris in faciendo fidem de debito per testes, vel instrumenta: & in narrando, q̃ tẽpore debiti cõtracti ille erat idoneus, & soluendo, & idoneus reputabatur. & q̃ ad notitiã sui de nouo peruenit, q̃ eidẽ debito insignis calamitas aut inopia superuenit, & super his duos testes producat, & nihilominus delato sibi iuramento, quod habet eum suspectum & fugitiuum: & tunc iudex cõcedat licentiam capiendi, quousque satisfecerit de iudicio sisti. hæc Ange. vbi suprà quem refert & sequitur ibi Paul. de Ca. de quo videas Fran. de Curte in repe. l. vnicæ. C. de prohibi. sequestra. q. ix. Ad prædicta adduci potest textus cum glo. & quod ibi tradit Bart. in l. si seruos. ff. de pig. act. vbi dicitur, q̃ si dominus cœpit facere ædificium in fundo suo, tempore quo erat dies: & propter casum sibi obuenientem, factus est pauper, ita q̃ non posset perficere: creditor, cui pignoratus est fundus, perficere nõ potest: quia debet intelligi rebus in eodem statu manentibus: vt l. cùm quis. & l. si cùm Cornelius. ff. de solu. secundum Bart. quem sequitur Paul. de Cast. in d. l. si seruos. Ad idem facit l. si pro ea.

15 C. mã. vbi ille † dicitur dilapidare, qui incipit postea dilapidare: & ille dicitur dissipare, qui taliter dissipat postea, q̃ fideiussor eius meritò potest timere: alàs secus. Vnde si sua bona valebant decem milia, & male expẽdit mille, certe fideiussor non propterea agit, secundum Iac. Bu. ibi, quem refert & sequitur Bal. ibidem. Ex quo infert q̃ si antè incepit dilapidare, si quidem taliter, q̃ deberet timere, sibi imputet fideiussor, vt ibi, & in iuribus præall. Si autem antea dilapidabat, sed nõ taliter, q̃ adhuc esset timor, tũc cõtinuata dilapidatione, ad suspicionẽ per similes dat agendi causam, quia suspicio oritur de nouo, vt d. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. co. quod Bal. dicit esse tenendum menti, de quo meminit Ias. Insti. de actio. in princ. xx. co. inferens ex hoc, quòd si tẽpore con-

16 tractus † debitor cœperat dilapidare, non tamen tantum dilapidauerat, quin adhuc esset idoneus, postea cœpit adhuc fortius dilapidare, poterit vt suspectus capi, quasi tunc de nouo oriatur ista suspicio. Secus si à principio totaliter esset suspectus. hoc idẽ videtur sentire Ang. in l. si credito-

23 res. ff. de priui. cre. idẽ erit, si debitor tẽpore debiti contracti nõ esset soluẽdo, & tamẽ dolo asserens se idoneũ, induxit creditorem suum ad contrahendũ secũ, quia isto casu poterit capi, etiã dato, quòd conditionem suã postea non deteriorauerit. ar. l. pe. ff. sol. mat. ita videtur sentire Bart. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. sol. matr. quem sic in

24 telligit & declarat Pau. de Cast. in l. etiam. §. licet. in fi. eo. ti. & sequitur Ias. vbi suprà. & in l. si arbitro. ij. co. ff. qui satisda. co. quod bene notabis. Ratio prædictorum potest esse, quia post-

17 quam aliquis † approbauit mores alterius, non poterit postea reprobare, vt c. horrendus. xxxij. q. v. & d. l. si. C. de spõ. & c. quemadmodũ. suprà de iureiur. &c. nulli. infrà. de accu. cũ. concor. ibi al-

De marito parcente vxori adultera.

leg. in gl. Ex quo dicebat Saly. in l. quoniã Alexandrũ. in fi. C. adul. quòd postquã † maritus per-

18 cerit vxori suæ adulterium, quod cõmisit, nõ poterit postea illam accusare de adulterio, quamuis nouum cõmittat adulteriũ, quia per dictã reconciliationem visus est approbare mores illius. de quo est tex. no. quem sic intelligit ibi Archi. in benedicto. xxxij. q. j. ibi, nullũ ei duntaxat simile cõmittenti periculũ illaturus. Ad idẽ facit in l. si vxor. §. fi. ff. de adul. & gl. fi. in cãstitati. C. eo. post quam enim venia delicti concessa est durè, non debet intelligi tacita conditio, nisi deliquerit, vt l. in commodato. §. sicut. ff. cõm. l. quicquid astringendæ. ff. de ver. obl. Contrariũ tamen sentit glo. iij. in c. plerunque. supr. eo. & ibi no. Præpositus. iij. co. in fi. Pro qua bene facit tex. in di. c. quemadmodum. suprà. de iureiur. & vij. parti. ti.

19 xvij. l. viij. quod mihi verius videtur. Quia † venia delicti, vel securitas præcedens delictũ respicit non futurũ, vt videtur casus no. in l. non alias. §. j. ff. de iudi. vbi dicitur, quòd licet legatus habeat securitatem de iure gentium, vt l. fi. ff. de le. l. sanctum. ff. de rerum diui. & tradit Bar. in l. j. in

20 prin. ff. ad l. Iul. ma. & tamen † si delinquit in legatione, potest puniri, vt d. l. non aliàs. §. j. Ad idem facit in ar. tex. in l. cum lex. ff. de legi. vbi dicitur, q̃ cùm lex in præteritum indulget, in futurum vetat. dicit glos. lex, id est. Imperator, qui est lex animata in terris, vt in authen. de consulibus. in fin. colla. iiij. Cõcordat l. vna. C. negotiatores nemi. li. xij. & ibi no. Io. de Pla. Ad idem l. eis quidem. C. qui militare possunt. eodem libro. ad idem facit text. & quod ibi no. in l. quæro. §. inter locato rem. ff. loca. & in l. qui seruum. de verb. obli. & l.

21 qui ergo. §. hæres. de leg. j. in quibus iuribus in effectu probatur, q̃ † promissio de non offendendo, vel similis, non habet, locum, vbi promissor de nouo offenditur, vel vbi ille, cui fit promissio, potest offendi ex culpa sua, quia de nouo delinquit. Si ergo vxor post veniã adulterij aliud adul-

22 terium † committit, poterit maritus illam accusare de nouo adulterio commisso. Imò quod plus est, posset forsan attentari, quòd etiam potuisset illam accusare de primo adulterio, quoniam venia sibi concessa. vel securitas, seu gratia, habet in se hanc tacitam conditionem rebus in eodem statu permanentibus, scilicet, q̃ aliud adulterium nõ committat, alioquin gratia facta, vel securitas concessa, reuocata videtur respectu adulterij præcedentis, pro quo accusare poterat. ar. text. in l. cùm quis. & l. si cũ Cornelius. ff. de solu. vbi man-

23 datum † adiecti, vel Procuratoris simplicis, videtur reuocari ex præsumpta mente mandantis, si procurator mutat conditionem in peius. ergò eodem modo erit dicendum in casu nostro, q̃ venia vxori concessa, videtur reuocata, quãdo vxor iterum fuit adulterata. Quod fere in terminis nostris tenet Ludo. in l. possideri. §. si seruus. ff. de

24 acqui. pos. fi. co. vbi dicit, q̃ si † bannitus, qui habuit securitatẽ pro delicto antea commisso, delinquat post securitatẽ habitam, propter nouum delictum commissum, videtur reuocata securitas respectu delicti veteris, pro quo poterat impunè offendi, vel occidi. quod est valde notandũ, secundum Franci. Are. ibi. vj. co. in prin. qui hoc firmat optima ratione, quia gratia principis nõ extenditur ad casum, de quo si verisimiliter cogitasset, non esset concessum, vt l. ex facto. in princ. ff. de vul. & pupil. Hinc est, quòd in confirmatione, quam facit Papa de tyrannõ, non intelligitur, q̃ perseueret in moribus tyrannicis, propter illum titulum, quia tales commissio Papæ non includit crimina, vt ff. de condi. inde. l. si procurator. & ff. de his quæ in frau. cre. l. si pater. ita notãter dicit Bart.

Lex regia.

Extrema.

Mandati.

Securitas.

Gratia.

Tyranni.

Delictum.

Bart. in tractatu, de tyranno. col. viij. versic. decimò quæro. in fi. refert & sequitur Felyn. in cap. j. suprà, vt lite non contest, col. x. versic. per istam regulam. vbi aliqua similia cumulat, quæ videas. Facit tex. in c. suggestum. & in c. nuper. suprà, de deci. qui enim de nouo delinquit, quodammodo abutitur beneficio principis, & est odiosior. vnde non præsumitur, quòd si princeps hoc considerasset, fecisset ei gratiam. Facit optimè quod singulariter tradit Bald. in l. iij. C. de epis. aud. vbi

25 dicit, quòd † gratia principis censetur subreptitia, si ille, cui conceditur pro maleficio commisso,

a Adde, q̃ hoc etiã dicit pulchrũ Ias. in l. nec dãnosa. C. de prec. imper. offer. col. j. vbi refert Andr. Sicu. dicentem, hoc iã fuisse practicatũ Bononiæ, & fuisse quendam decapitatum, quia eũ impetraret gratiam de secundo homicidio, de primo quod cõmiserat, nõ fecit mẽtionẽ. quod est singulare. Io. Ber.

a tacuit, quòd prius iterum deliquerat: a quia non præsumitur, quòd princeps si sciuisset, fuisset gratiam concessurus, & hoc quando princeps securitatem concessisset ex mera gratia: secus si ex iusta causa. Nam tunc non reuocaretur propter nouum delictum: quia respectu causæ, propter quam res fuit concessa, res dicitur eodem modo se habere, ex quo subest eadem causa, quæ fuit causa finalis concedendi securitatem. l. iij. §. fin. & quod ibi not. Bar. ff. de donat. & l. j. §. fexum. cum ibi not. ff. de postu. quid enim si securitas fuit concessa bannito, vt posset se defendere? certe ex nouo delicto non videtur reuocata, quia auferretur

26 defensio † bannito, quam etiam princeps nõ potest auferre: vt plenè tradit Bar. in l. cùm mulier. ff. solut. matri. Bald. in d. l. quoniam Alexandrum. C. de adult. vbi omnino est videndum, secundum Francis. vbi suprà.

SVMMAE RERVM.

1 *Indulgentiæ quæ emanant à sede apostolica, pro remissione peccatorum, intelliguntur de peccatis commissis.*

2 *Pluries ludens. an pluries incidat in pœnã statuti.*

3 *Delinquens sub spe veniæ, non excusatur propter eam superuenientem.*

4 *Cessionis beneficio gaudere non debet, qui sub spe cedendi bona debita contrahit, nec ille qui in fraudem creditorum bona dissipauit.*

5 *Per baptismũ non consequitur quis remissionẽ peccatorum, quæ sub spe ante baptismum commisit.*

6 *Immunitate gaudere non debet, qui deliquit in ecclesia sub spe immunitatis.*

§. X. 1 *Illatio. De indulgentijs.*

EX quibus forsan potest inferri, quòd † indulgentiæ quæ emanant à sede apostolica, pro remissione peccatorum, intelligantur de peccatis commissis, non autem de committendis. gl. in c. noli æstimare. xxiij. q. j. & Ludo. in l. iij. §. si quis seruum. ff. de acq. poss. & Moder. in tract. malefic. in parte, fama publica. versicul. v. quæritur. & quæ plenissimè dico in tractat. indulgentiarum. Quamuis in contrarium vrgeat decisio no. domi. Card. in c. cùm haberet. suprà, de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adulte. quem refert & sequitur ibi Præpositus Alexandrinus iij. colum. versic. & ideo infert. vbi dicit, quòd si quis tenebat concubinam, & per constitutiones synodales erat excommunicatus, propter hoc impetrauit literas, vt absolueretur: postea nihilominus perseuerauit, tenendo concubinam: poterit absolui à tali excõmunicatione, etiam pro tempore, quo postea habuit concubinam: quia excommunica-

Cõcubina.

tione non inducitur delictum. Ex quo dicit Alexandrinus, se in facto consuluisse in quodam domino, qui in suo castello imposuerat vectigal sine permissu superioris domini, & sic illicitum: per quod inciderat in excõmunicationem Papalem, quam Papa profert contra tales in die iouis Cœnæ: postea impetrauit literas absolutionis, & post illas impetratas, tandem exegit illud vectigal, do nec peruenisset ad actum absolutionis: quod etiã pro illo tempore potuit absolui, vigore illarum literarum, quia videbatur vnum delictum. secundum eum. Ad cuius confirmationem facit bonus text. in l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniust. testam. vbi si permittitur alicui inhabili facere testamentum, ipse verò testamentum antèa fecerat, & voluit id valere, fecisse id creditur: idẽ, si nihil dixit: quia testamentum ante factum validum est, & ita facultas testandi respicit testamentum iam factum, nisi dicas, quòd testamentum illud sumit vires ex voluntate expressa vel tacita testatoris superueniente, post facultatẽ, vt ex nunc, non vt ex tunc: vt colligitur ex d. §. ex quo infertur, quòd si quis non valens facere maioratum sine licentia principis, prius fecit maioratum, postea impetrauit licentiam, valebit ille maioratus, vt ex nunc, non autem vt ex tunc. quod est notandum. Cogitabis: & vide quæ plenius scripsi in tractatu maioratus. ad quod facit quod voluit Bart. in l. inficiando. §. infans. in ver. pro huiusmodi declaratione. ff. de iur. & in l. Pomponius in gestis. ff. de nego. gest. quem sequitur ibi Bald. & alij, & Moderni in tractatu maleficiorum, in parte, metidore de mal dadi. xiij. colum. versicul. quæro si

2 statutum. in illa quæstione, an ille, † qui pluries ludit, pluries incidat in pœnam statuti. Sed caue, quia illi se fundant in eo, quòd non videtur aliud nouum delictum committisse. Sed in casu nostro nouum committit peccatum, ad quod forsan indulgentia non extenditur. Fateor tamen, quòd si præparans se ad indulgentiã, quæ conceditur certo tempore & loco, dum sumit iter, cõmittit peccatum mortale, & statim doleat: tamen consequitur indulgentiam. Idem forte de eo qui habet indultum, vt possit absolui in articulo mortis plenarie, dummodo per annum ieiunet, quia si in illo anno committat mortale, poterit absolui: vt dicit Archiepiscopus Florentinus j. parte. titu. x. §. v. ad finem. dicens, quòd aliud est dicendum, de eo tempore, quo itur, vel disponitur ad indulgentiam: nam de tempore, quo consecuturus est indulgentiam, vtique oportet, quòd sit contritus & per cõsequens quòd sit sine mortali, alias non prodesset. Item, cùm est in articulo mortis, quando fit ei talis absolutio vel concessio, seu eo tempore quo visitat ecclesiam, vbi data est indulgentia. Sed tempore quo pergit ad vrbem vbi sunt ecclesiæ, vel tempore quo dat eleemosynas, vel facit ieiunium per annum, secundum formam indulgentiarum in articulo mortis: non videtur necessarium, quòd illa faciat extra mortale: quãuis vtique tutius & melius foret etiã tunc esse sine mortali, secundum ipsum: pro quo adde Franciscum de Mayronis idem tenentem in iij. distinct. xx. & Altensem in sua summa. lib. v. titu. xxxix. secundum Fely. in sermone, Hodie mecum eris in paradiso. colum. ij. versic. vlterius scias. & tene mẽti. Intellige prædicta, nisi forsan qui habet indulgen-

Vectigal.

Testamentum.

Maioratus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam, vel illam sperat habere, sub spe illius indulgentiæ peccaret: nam tunc non posset vigore illius indulgentiæ absolui ab illis peccatis taliter commissis. Moueor ad hoc per text. fin. in l.j.§. hæc autem actio. ff. si quis testa. lib. iuf. esse su. ibi, sed natura æquum est, non esse impunitum eum, qui hac spe audacior factus est. Quod est not. secundum Bart. ibi, contra præfectum vrbis Romę qui coronat Imperatorem. nam de consuetudine Imperator tunc satisfacit omnibus creditoribus suis, & cum à debitis liberat: & ipse præfectus quando sentit aduentum principis, audacior factus contrahit multa debita, propter spem liberationis fiendæ à principe: vt ab istis debitis non debeat liberari. Item facit ille tex. contra eos, qui sentiunt pacem promulgandam de proximo, & propter hoc festinant ad delinquẽdum, propter spem immunitatis, secundum Bart. vbi suprà. quẽ refert & sequitur ibi Ange. bene facit text. in l. fi minum §. item apud. & §. seruus. ff. de dam. infec. & in l. is quoque. ff. de act. & obli. & in l. in rebus. §. quod autem. ff commoda. vbi probatur, quòd quando quis †deliquit sub spe veniæ, quia tunc videtur culpa casum præcedere, non excusatur delinquens propter casum superuenientem. ita tenet Dy. in regul. peccatum. in fi. de reg. iur. de quo meminit Ang. in l. is cui bonis. ff. qui bo. ced. poss. dicens per hoc, quòd nõ gaudet beneficio cessionis, †qui sub spe cedendi bonis debita contrahit; nec ille qui in fraudem creditorum bona dissipauit: vt l. fin. in fi. ff. de his quæ in fraud. cred. & non est alibi, secundum eum: quem retulit Fely. in c. fi. vltima col. suprà, de test. vbi cumulat alia similia, quæ videas per te. Ad idem facit l cùm ita legatũ. §. j. de leg. ij. & l. nomen debitoris. de legat. iij. & vide Bar. in l. cõtra. ff. de legi. ad idem bonus tex. in c. quando quis. de consec. dist. iiij. vbi per baptismum non †consequitur quis remissionẽ peccatorum, quæ sub spe ante baptismum commisit.

Nota ista contra delinquentes sub spe veniæ. 3

Cessio bonorum. 4

5

6 Ad idem c. fi. de immun. eccle. vbi qui † delinquit in ecclesia sub spe immunitatis ratione ecclesiæ, non gaudet immunitate. dixi in rubr. de pœni. & remi. colum. ccccxlvij. vbi etiam tetigi de illo, qui sub spe veniæ delinquit, post Abb. in cap. illud. de cleric. excom. min. Eodem modo videtur dicendum in casu nostro, quòd ex quo vxor scienter contraxit matrimonium cum paupere à principio: cùm ex hoc videatur approbare mores illius, non poterit postea illos reprobare, & sic ab eo petere dotem, quamuis ad inopiam vergat. Ex quo dicebat no. Pau. de Cast. cons. cccxcij. incipit, viso libello. iij. col. quòd si bona mariti sunt in loco periculoso, puta in mari, præsumitur, q̃ efficitur non soluendo. vt sentit gl. ij. quę incipit, dixit quãdo. circa med. ibi: sed quomodo, &c. clarius Bar. in d. l. ij. ff. sol. mat. de quo infrà §. xviij. versic. hinc est etiam. illud debet intelligi, quãdo post contractum matrimonium incipit mercari per mare, aut si prius hoc ignorabat vxor. Secus si ante matrimonium contractum sic faciebat ea scienter: quod præsumitur, ex quo cum ea contrahebat: vt ff. de reg. iur. l. qui cum alio. cum ibi net. vnde sciebat, vel scire poterat hoc euenire posse, & sic ei nõ prouidetur remedio huius decretalis, & prædictorum iurium, per ea quæ dicta sunt. Et sic in effectu videtur do. Pau. approbare illum intellectum domini Ant. & aliorũ, de quibus suprà.

Conclusio prædictorum.

SVMMAE RERVM.

1 Res viri sunt obligatæ pro dote, nec potest mulier pacisci in contrarium.

2 Maritus si dedit fideiussorem vxori pro dote conseruanda, & restituenda in casu restitutionis dotis, nihilominus bona mariti etiam restitutioni subiecta, remanent obligata pro dote.

3 Si litigaui coram eo quem non poteram mea voluntate iudicem facere possum de nullitate experiri licet à principio non exceperim.

4 Communicans cum excommunicato, ab eo conuentus, potest contra eum excipere de excommunicatione.

5 Testes contra se produci permittens, nihil protestando vel excipiendo, an intelligatur consentire.

6 Transactio super beneficio ecclesiastico sine consensu superioris, nullius est momenti.

7 Testamentum inofficiosum approbare videtur quis per receptionem legati.

8 Legatus non potest committere causam cum clausula, appellatione remota, etiam de consensu partium.

9 Consensus priuatorum non potest facere iudicem eum qui nulli iurisdictioni præest.

10 Rescriptum impetratum ab excommunicato super alio quam excommunicationis vel appellationis articulo est ipso iure nullum etiam si de consensu partium fuerit impetratum.

11 Emologare siue approbare arbitrium nullum non possunt partes quando vitium nullitatis non dependet à consensu partium.

12 Mulier super dote non habet liberam facultatem.

SED quamuis iste intellectus per tantos iuris patres confirmatus existat, mihi tamen videtur de iure sustineri non posse, imò, quòd licet mulier à principio scienter cõtraxerit matrimonium cum paupere, nihilominus possit exigere dotem à viro. Et hoc ratione incõuincibili, meo iudicio, mulier nõ potest aliquid facere, per quod deterior fiat conditio dotis, vt l. de die. cum tribus sequen. ff. de pac. do. Et inde est, quòd cùm mulier dat dotem, non potest pacisci, quòd † res viri non sint obligatæ pro dote, vt tradidit Baldus in l. etiam. C. ad Velleia. & sequitur Alex. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mor. in postil. ergo multo fortius non poterit doti præiudicare, per tacitum pactum, quod videtur resultare ex eo, q̃ dotem dedit, vel promisit marito pauperi. Ad quod bene facit quod voluit Ludo. Ro. in sing. cclij. incipit, ego habui casum. vbi dicit quòd etiamsi maritus dederit † fideiussorem vxori pro dote conseruanda, & restituenda, in casu restitutionis nihilominus bona mariti, etiam restitutioni subiecta, remanent obligata pro dote, & itaper dationem fideiussoris non tollitur beneficium authen. res quæ C. communia de leg. quia facto mulieris recipientis fideiussorem non potuit fieri deterior conditio in dote, vt in prædictis iuribus. Hoc idem tenuit Pau. de Castr. cons. xiij. incipien. quia suprascriptum. in fin. & latius per eundem cõsil. cxxx. incipien. circa ea quæ superius. penul. columna. versicul. his non obstantibus. de quo dixi suprà, in rubr. in prin. column. xlvij. versicu. ex hoc secundò. Facit etiam quod consulit idem Paulus consil. cxxxj. & ccxxxv. incipiente, licet

§. XI. Impostu rio.

Pactum de tertia dotem.

ista

ista domina. in ij. colum. versi. sed videndum est. 5 vbi concludit, quòd si pater, vel frater, qui tenebatur filiam vel sororem dotare, aliquid ei legauit nomine dotis, prohibens ne possit plus petere, quamuis illa acceptasset legatum, non propterea perdidit ius petendi se dotari, seu supplementum dotis, etiam si ipsa daret patri, vel fratri, vel eorum hæredibus, generalem quietationem. vt ibi singulariter per eum. quod teneas semper cordi, quia quotidianum & vtile. An autem valeat pactum reciprocum inter filias, cum maritorum cõ 6 sensu, super dote, tetigi suprà, in rubri. §. v. post principium, versi. ex quibus omnibus. Item si tenemus hunc intellectum, præstaretur impedimẽtum nuptiis, nam pauper nũquam inueniret vxorem cum dote, eo quòd mulieres viderent se auxilio dictarum legum destitutas. Vnde contraria sententia est tenenda, veluti nuptiis fauorabilis, vt l. hoc modo. ff. de condi. & demonstrat. & l. adigere. §. si patronus. ff. de iure patro. Barto. in d. l. si constante. ff. sol. matri. v. colum. versi. vj. quæro. 7 per istum text. & in dict. l. si duo. §. fin. vt in posse. lega. & in d. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. Bald. in authen. quod locum. vij. q. C. de colla. tenet Anch. & Imo. in d. c. propter sterilitatem. in prin. suprà. de locato. & do. Abb. in præsenti. in fi. verbis. & Io. Campetius in suo tractatu, de dote. 8 iij. parte. q xxv. & Bald. Nouellus in tractatu, de dote. vij. parte. in xvj. priuilegio. Ipse tamen reliquit cogitandum, quia secundùm hoc vxor propter vergentiam ad inopiam viri posset ab eo petere fideiussores de dote conseruãda, & restituenda. quamuis à principio vir esset inops, & non soluendo, & esset secundùm eum magna restrictio ad totum titulum C. ne fideiusso. do. den. maximè cùm etiam tunc non cesset ratio per fidiæ, super 9 qua se fundat illa prohibitio, & quæ mouit legislatorem ad prohibendum fideiussores dari pro dote conseruanda, vel restituenda. Vnde fatetur ipse, quòd bene poterit petere dotem, propter vergentiam mariti ad inopiam, per iura deducta in ratione dubitandi, non tamen poterit petere fideiussores sibi præstari, secundum eum ibi, 10 & latius in sexta parte, xxj. priuilegio. in xv. limitatione. & dixi suprà, in isto intellectu, in prin. Vnde in effectu ipse tenet opi. Bald. in d. authen. quod locum. Quæ vltra ipsum confirmari poterit optima ratione. Certum est enim, quòd vbi confirmatio non dependet à voluntate approbantis, seu habilitantis, non obstante communione seu tacita approbatione, potest pœnitere, & cõtra illud instare, saltem per viam exceptionis. ista est no. theorica do. Abb. in c. ij. de excep. in ij. co. est bonus tex. ad hoc in c. dilecto. de præben. & in c. nosti. de elec. & facit quod no. Ioã. An. in regula, scienti. de re. iur. lib. vj. in mercurialibus. & glo. in 3 l. j. C. vbi de cri. agi opor. quæ dicit, quòd si † litigaui coram eo, quem mea voluntate non poteram iudicem facere: possum de nullitate experiri, 11 licet à principio non exceperim. Et ista est ratio, 4 propter quam communicans † excommunicato ab eo conuentus, potest contra eum excipere de excommunicatione, quia communicando cum excommunicato, non potest eum habilitare ad iudicia, quia non dependet à voluntate communicantis. vnde merito potest contra eum excipere de excommunicatione. Hinc est quòd licet permittens † contra se produci testes, nihil protestando, vel excipiendo, intelligitur consentire in his, quæ per eius consensum tolli possunt, vt in exceptione inimicitię, vel domesticitatis, secus in his, quæ non sunt introducta fauore tacentis, sed odio ipsius testis, vt in exceptione excõmunicationis vel banni. Ita no. dicit Bal. in l. si quis testibus. ff. col. ver. dubitatur hic. C. de testib. refert & sequitur Fely. in c. cum oporteat. de accu. iij. co. ver. modo aduerte. Ad idem facit tex. no. c. constitutus. de transac. vbi † transactio super beneficio ecclesiastico sine superioris consensu, nullius est momenti. & propterea non officit paciscenti, nec litem finem imponit, nec per mutuum consensum recipit firmitatem, & huic nullitati renunciari non potest, quia est inuitis partibus introducta. ff. de ritu nup. l. à Diuo. & ibi no. secundum Bald. vbi suprà. Ad idem facit pulcher text. in ratione sui, in l. post legatum. in prin. ff. de his qui. vt indi. & quod ibi no Bar. quem rogo videas, vbi per receptionem †legati videtur approbare testamentum inofficiosum, quia hoc dependet à sua facultate, vel potestate recedere à quærela. no tamen videtur approbare testamẽtum falsum, quia hoc non potest etiam expresse, vt ibi dicitur. Ad idem facit in simili, quod voluit Rota, ti. de iudiciis. vj. in antiquioribus. vbi dicit, quòd † legatus non potest committere causam cum clausula, appe. remo. etiam de consensu partium propter gl. in c. fi. de hæreti. li. vj. quod dictum refert & sequitur Fely. in c. j. ij. colum. de referip. quia hoc non dependet à facultate vel potestate partium, sed solius principis, vt traditur in pluribus locis, de quibus ibi per eundem. j. colum. Ad idem facit tex. in l. priuatorum consensus. C. de iur. om. iud. vbi dicitur, quòd † priuatorum consensus eum iudicem facere non potest, qui nulli iurisdictioni præest, quia non dependet ab eorum potestate.

Ad idem facit no. dictum Ioan. An. in additio. ad Spec. tit. de rescripti præsentatione. §. ratione autem impetrãtis. pe. co. & refert & sequitur Ant in c. cæterũ. fi. co. sup. de rescrip. & Fely. in c. fi. ij. co. sup. vbi dicit, quòd † rescriptũ impetratum ab excõmunicato super alio, quàm excommunicationis, vel appellatiõis articulo, est ipso iure nullum, etiam si de consensu patium fuerit impetratum. & est magna extensio ad dictũ c. j. quod ideo est, quia ista approbatio excõmunicati nõ dependet à facultate, vel voluntate partiũ, vt in expresso dixit no. Abb. in c. exceptionẽ. in fi. sup. de excep. licet ipse nõ dicat. idẽ tenuit ibi Card. secundum quod refert & sequitur ibi Fely. in fi. dicens, post eos, q̃ adeò excõmunicatus nõ põt vt actor esse in iudicio, vt c. intelleximus. sup. de iudi. & c. cum inter. sup. de excep. cũ concor. q̃ non potest reus velle, q̃ in iudicio admittatur, quia nõ dependet ab eius voluntate. Ad idem facit, quod no. voluit Abb. in c. examinat a. suprà, de cõfir. vti vel inuti. vbi dicit, q̃ licet †partes nõ possunt approbare, vel emologare arbitriũ nullũ, vt ibi, vt tenet Bal. in c. j. §. sententiæquoq;. in prin. de pace Const. li. feu. hoc verũ, quãdo vitiũ nullitatis nõ dependet à consensu partiũ, sed vbi cõtinet merũ fauorẽ earum, approbando scienter, tenentur ad obseruantiam laudi, per l. ij. C. communia vtriusque iudi. de quo dicto facit festum Marianus, consi. lxij. incipiente, monasteriũ. vt refert Fely. in c. cum dilecta. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mulier super dote an habet liberam facultatem.

rescrip.xxiiij.co.ver.amplia octauò.& in c.significasti.de fo.compe.iiij.col.ver.ij.declara.vbi pulchre apostillat dictã l.ij.videas per te.facit ad idē quod in simili vult gl.& Abb.in c.cum olim.infrã, de offi.& in c.fi.§.j.jj.no.eod.ti.& Anto.de Burgis.in c.cum dilecti.de em.& ven.co.ix.& x.

Sic ergo videtur,dicendum in casu nostro, quòd 1 2
cum mulier super dote † non habeat liberam facultatem,quia expedit reipublicæ dotem mulieribus conseruari:vt d.l.j.ff.sol.mat.nec potest illam alienare,nec alienationi consentire: vt c.cùm cõtingat.supra.de iureiur.& Insti.qui.alie.li.in princi.nec potest facere pactum, per quod fiat deterior conditio dotis:vt l.Attilicinus.ff.de pac. do. Bar.admiratus est de illa l.de qua latè & sing. per Ioan.de Imo.& Alex.in l.si socer.§.Lucius.ff.soma. Ergo per consequens tacitus consensus mulieris resultans ex illa tacita approbatione,in præiudicium dotis:quia cum inope scienter à principio contraxit: non habet sibi nocere, quo minus pœniteat, & dotem suam repetat, vel retineat, si nondum tradiderit.

SVMMAE RERVM:

1 *Dos restitui debet mulieri soluto matrimonio, vel eo constante si vir ad inopiam vergat.*
2 *Pactum per quod conditio dotis fit deterior, an & quando valeat.*

§. XII. *Solutio ad contraria.*

EX HIS confunditur intellectus domini Antonij,& aliorũ ad istum tex.& etiam resultat solutio ad fundamenta in contrarium adducta.Et primò ad illud, quod dicebatur, quòd istud pactum tacitum, quod resultat ex contractu matrimonij, cum paupere, reuertitur ad naturam dotis:cùm de natura dotis sit,quòd debeat mulieribus conseruari,vt d.l.j.ff.so.ma.& quòd dos † so- 1
luatur soluto matrimonio, vel eo constante, si vir ad inopiã vergat,vt d.l.si constante.& d.l.vbi adhuc.ita dicit Ioan. de Imol. in d.l.si constante.vj. colum. Ad textum in d.l.& hæredi §.filia.ff.de pac.responderi potest,vt ibi respondet Bal.videlicet, quòd ibi datus erat alius expromissor idoneus, aduersus quem mulier regressum habere poterat,ita quòd mulieri erat omnino cõsultum. Vel aliter potest dici, secundum Imo.in d.l.si socer.§.Lucius.quòd d.§.loquitur in casibus in quibus mulieri permittitur sibi in dote præiudicare. de quibus ibi per eum. Ad omnia alia, præter quam ad c.decreuit.dici potest.quòd non obstãt, ex eo q; loquuntur in casibus,in quibus approbans habet liberã facultatem super illud,quod approbat:nos autem loquimur in dote,in qua vxor non habet liberam facultatẽ, vt superius dictum est. Ad c.decreuit. stat clara respõsio,quoniam ille tex. inducit casum specialem in fauorem fidei,secundùm Alex.in d.l.si constante.ix.colũ. & ratio specialitatis potest esse, quia ibi mulier approbauit mores ab ecclesia reprobatos.vnde meritò ex hac causa perdidit dotem.Sed in casu nostro approbauit mores reprobatos à leg. & ideo permittitur vxori, quòd non obstante approbatione posit pœnitere,& contra factum suum venire, præsertim, quia si bene ponderentur verba huius decretalis, ex nulla sui parte potest colligi, quòd iste H.erat pauper à principio,imò potius contrarium potest colligi ibi,dum dicit, *Quoniam* 1
idem H. ad inopiam vergere videbatur. Ergo nõdum erat inops,nec pauper,quamuis ipse pauper appellaretur,priuatio enim præsupponit habitum, vt l.decem.ff.de verb. obl. & c.ad dissoluendum. supra,de despon. impu. cum similibus. potuit enim esse, quòd illud verbum, Pauper,esset cognomen, sicut alius, quem ego noui, appellabatur Gundissaluus Dines, quamuis in veritate pauper esset.vel fortè ipse in sua petitione,quam obtulit Ro.Pon.dixit se pauperem,cùm non esset, vt citius sibi prouideretur. Vel potest dici, quòd licet nunc,cùm petebat dotem sibi assignari fuisset pauper, non tamen erat pauper à principio, quando matrimonium contraxit. & hoc videtur velle ista litera,cùm dicit,quòd Consules pronunciauerunt,vt quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur &c.Et ergo nondum erat inops,seu pauper,sed tunc incipiebat ad paupertatem venire,& ita non erat pauper à principio,quãdo matrimonium contraxit. In eo autem,quòd Bar. in d.l.si constante.v.co.ver.vj.quæro.dicebat hic fore casum, quòd licet vxor à principio scienter contrahat matrimonium cum paupere,nihilominus potest dotem repetere, salua eius pace, hoc non probat, sed solùm prouidet mulieri. quæ nõdum trãdidit dotem,non tamen prouidet mulieri,quę iam dotem tradidisset,vt suprà,late dictum est. Vnde non meretur iste textus ad hoc allegari.

Casus in quibus pactum potest fieri deterior.

Aduertas circa prædicta,quia quamuis regula- 2
riter non valeat † pactum,per quod conditio dotis fit deterior,vt suprà,dictum est,decem tamen reperiuntur casus,in quibus valet, quos cumulat Baldus Nouellus,in dicto tractatu de dote.vij.parte.xj. priuilegio. quos videas per te, quia late & singulariter loquitur. Adde alium casum,secundùm aliquos, quando esset pactum reciprocum, vtputa si filię dotatę inter se cum maritorum consensu paciscerentur,quòd alterã earum sine liberis decedente,eius dos,vel ipsius pars ad aliam deueniret,vel ad eius filios per tex.in l si pater puellæ.C.de inof.testa.de quo latius dicetur infrã colum.ccxx.ver.ad cuius confirmationem. quod tamen ad præsens non firmo,sed cogitandum relinquo, quia lis est sub iudice. An autem per istud pactum factum,per quod dotis conditio fit deterior,valeat in præiudicium viri,aut patris,vel hæredis ipsius mulieris,vel aliarum personarum,videas singulariter eundem in xij.parte.q.xj. Et per hoc sit expeditus iste quintus intellectus.

SVMMAE RERVM.

1 *Fructus sequestrari debent appellatione pendente si timetur de dilapidatione.*

§. XIII. *6. Intellect.*

ALII sentiunt alium & sextum intellectum ad hanc decretalem, dicentes quòd verum est, quòd dos propter inopiam viri debuisset remanere penes vxorem, sed hic non fuit sibi assignata,nec penes ipsam remansit, quia erat suspecta de minus idonea administratione,& de dilapidatione,& ob hoc fuit deposita apud mercatorem. bene facit ad hoc in simili text.in l.imperatores. §.fiual.ff.de appel. & in ab l.executione. C.quorum appellationes non reci. vbi dicitur, quòd si timetur de dilapidatione fructuum,† & pendente appellatione sequestrabuntur. Et hunc intellectum ad istum tex tradit Inn.in præsenti.& idem sentit Bart.in dicta l.si constante.ij.co.versi.quarto opp.dicens,quòd vbi mulier est furiosa vel talis conditionis,quòd dissiparet dotem:tunc non debet dos ei restitui, sed debet sequestrari apud tertium,vt sic viro & vxori cõsulatur.& sic intelligit ipse tex.in d.l.si cùm dotem.& iste intellectus placet domino Abb.in præsenti,qui dicit,sic debere intelligi hanc decretalem. Sed re vera si intelligamus hunc tex.in dote iam tradita marito, quæ nunc repetitur ab vxore propter inopiam viri,nihil noui nobis adduceret, cum iam esset dispositum per d.l. si cùm dotem. quæ disponit de muliere furiosa, & sic de ea, quæ est de dilapidatione suspecta.Si autẽ hoc intelligamus indote nõ dum tradita,& in vxore excipiente,adhuc iste intellectus nõ placet,cùm in nulla parte istius text. probetur,quòd ista mulier esset suspecta. Dicere ergo illam suspectam,est diuinare.Intellectus autem diuinatorius non est tenendus:vt voluit glo. quam ibi no.Abb.in c.peruenit.suprà,qui fil. sint legi.in prima gloss.post principium. & tenet Bal. in l.j.C.de dotis promis.& facit tex.in c.vnico.vt ecclesia.benefic.

Impugnatio.

Intellectus diuinatorius.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotior vbi refert plures opiniones, vel intellectus, nec apparet, quam elegerit, videtur in dubio vltimam approbare.*
2 *Dos debet esse penes maritum.*

§. XIIII. *7. Intellect.*

ETOS hoc fortè Innoc. videtur recedere ab illo intellectu,dicens quòd verum est,quòd penes ipsam vxorem remanere debet dos:vt probant iura deducta in ratione dubitandi: sed satis habebat vxor,ex quo pro ea mercator habebat.

Et iste intellectus,tanquam vltimus,videtur in- 1
tellectus In.quoniam hoc regulare est, quòd quãdo glo.vel † doctor refert plures opiniones,vel intellectus, nec apparet quem eligit, in dubio videtur vltimam approbare: *a* vt est gl.vulga. in l.qui filium.§.Sabinus.in glo.quæ incipit, si paulo.ver. respondeo. ff.ad Trebel. quam ad hoc commendat Bal.in authen.ex testamento.ij.col.C. de collã.& in c.j. post principiũ. in ti.an apud iudicem vel do.li.feu. tenet idem Bal.in l.si mater. C.ne de testa.defunct.per illum tex.tenet etiam Ioã. And. in c.j.de pœnit. libr.vj.& in c.j.de senten.excom. eod.li.Et plures alij, quos refert Iaso.in l.si idem cum eodem.in fin. ff.de iurisdi.om.iudi.dicam infrã.ij.not.§.sed est pulchra dubitatio.in prin.ver. alij tamen. Et hoc maxime verum est in dictis Inno.vt expresse voluit Bal in d.authen.ex testamento.& collectarius in c.forus.infrã,de ver.sig. Et ita iste intellectus vltimò relatus per Inn.dicetur suus, qui eodẽ modo placuit domino Abbati. Sed mihi iste intellectus non placet: quoniam ex isto tex. non potest colligi, quòd iste mercator, penes quem deposita est dos in terminis huius decretalis,debeat illam tenere nomine vxoris:imò potius videtur,quòd illam teneat nomine mariti: 2
quia aliàs de iure est, quòd † dos debet esse penes maritum,& istud est de natura dotis: vt d.l.ij.ff.solu.mar. & l.pro oneribus. C.de iure do. Vnde ex quo propter suam inopiam non potest penes se retinere, retinebit penes alium, qui suo nomine eam teneat, cùm sit subrogatus loco mariti:ergo debet sapere eius naturam.vt c.sane.suprà,de offi.dele. & c.ecclesia sanctæ Mariæ.el j.suprà,vt lite penden.cum similibus. Consignatio enim, vel sequestratio, quæ hoc casu fit apud mercatorem, non dicitur restitutio facta vxori. Imo differt à restitutione:vt not.Bart. in l.si quis sic stipuletur.ff. sol.mat.& in d.l.si constante.in ij.q.principali.q. v.ergo per consequens magis dicetur possidere maritus, quàm vxor. Hoc euidentius apparet ex eo,quod voluit Hosti.in præsenti,prope fi.in ver. dictus vir.& sequuntur Io.An.Ant.& alij,dum dicunt,quòd hoc lucrum debet reddi marito, vt ex eo se, vxorem & familiam alat. & sic in effectu maritus percipit fructus dotis,& per consequens dotem possidet, mediante persona mercatoris: quia perceptio fructuum depẽdet à possessione: vt l.bonæfidei.ff.de acqui.rer.dom.& l.iij de vsufruct.not.Inno.in c.dilectus. de relig.dom. Abb. in cap.transmissam.iij.col.suprà,de electio. Et ita iste intellectus non videtur bonus. Et per ista euacuati sunt omnes intellectus, vsque in hodiernum diem,dati ad nostram decretalem, per antiquam & modernam iurisprudentiam.

a Adde hoc esse triplici ter limitandum,vt per Iaso. in l si idem cum eodẽ. §. fin. de iurisdic. omn.iudic. quæ limitationes reseripsit Io. de Neuiza. in sua fyl. nup copiosius allegando fol. xx. col. iij. Io. Bern. Impugnatio.

SVMMAE RERVM.

1 *Verba dispositionis alternatiuæ quando referuntur ad iudicem, iudicis est electio.*
2 *Finis iuris canonici est euitare peccatum, & lucrifacere animas Deo.*
3 *Possessor male fidei nullo tempore præscribit.*
4 *Remedia plura quando dantur actori alternatiuè, electio est actoris.*
5 *Sententia lata pro marito petente dotem promissam mandabitur executioni, licet ab ea sit appellatum quando maritus esset ita inops, quòd esset ei impossibile vel saltem difficile onera matrimonij supportare.*
6 *Causa dotis est summaria, & in ea dilationes & termini debent abbreuiari.*

§. XV. *8. Intellectus istius domini.*

RESTAT nunc videre, quomodo debeat intelligi iste textus. Et salua decisione melius sentientis,ego eum intelligerem, prout litera iacet.vt dicamus, quòd si maritus vergens ad inopiam,qui vxorem à se expulit,propter dotem non solutam,petat dotem vxoris:assignanda est ei sub ea cautione,quam præstare potest: vel si iudici visum fuerit, deponetur apud mercatorem ad partem honesti lucri,ad onera matrimonij sustinenda. Et ita intelligo & summo istam decretalem,& est nouus & singularis intellectus, hactenus non cogitatus. Duo addidi ad summarium Abba. in quibus consistit veritas intellectus huius decretalis.Primum,inquantum dixi,qui vxorem à se expulit, propter dotem non solutam. Hoc dixi pro tanto, quia ad hoc, vt habeat loco decisio huius decretalis, oportet quòd maritus vergens ad inopiam, qui petit dotem,exoneris, expulerit à se vxorem, propterea quia dos non soluebatur ei. & hoc clare colligitur ex isto tex.in eo,quod dicit,quòd iste magister R. opposuit exceptionem contra H. petentem dotem, quòd vxorem suam à se expulerat. Pater etiam hoc ex sententia iudicum delegatorũ, qui præce-

Probat ex litera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perunt eidem H. vt de dote soluenda caueret, & vxorem suam reciperet. Hoc idem patet latius in decisione Rom.Pont. dum in fine dicit, *Ne occasione dotis detenta vxor a marito dimissa seu vir qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat.* Et ita clarissimè constat, quod iste tex. loquitur in marito qui vxorem à se expulit, propter dotem non solutam. Vnde si petat dotē sibi assignari, assignanda est ei sub ea cautione quam præstare potest. Et hoc ideo fit, vt euitetur peccatum adulterij, quod isti coniuges sic separati incurrere possint. 3 Quod est grauissimum delictum, vt dixi suprà in rubric. §. lxxviij. versic. vxoris. Si autem maritus vergens ad inopiam, petat dotem vxoris, non tamen vxorem à se expulerat: tunc non haberet locum decisio istius decretalis, quia cessat periculum adulterij, ex quo maritus secum retinet vxorem: sed tunc remaneret dos penes vxorem, per iura prædicta, de quibus in ratione dubitandi. & per hoc videtur mihi, quòd non bene dixerit Bal 4 dus Nouellus in dicto suo tracta. de dote, vij. par. xxxij. priuilegio fin. colum. dum dicit, quòd iste tex. loquatur in dote promissa, nondum tradita: tamen idem videtur dicendum in dote iam soluta, vt ibi per eum. Addidi secundò ad summarium domini Abba. *Vel si iudici visum fuerit, &c.* hoc ideo dixi, quia optio vel electio istius alternatiuæ. *Vel saltim committit apud mercatorem, &c.* datur iudici: vt voluit hic Abb. prope finem. & Io. de Imo. in d.l. si constante. vij col. ff. solu. matrim. Et re vera, ponderatis verbis huius decretalis, hoc fuit de mente Rom.Pont. qui loquendo iudicibus delegatis, qui prius de ista causa cognouerunt, dixit, *Mandamus quatenus dotem ex assignari faciatis*, 1 &c. Quando autem †verba dispositionis alternatiuæ referuntur ad iudicem, iudicis est electio: vt est doctrina vulgatissima Bart. in l. ij. ff. de effract. & tenet Bal. in l. quæcunque. C. de ser. fu. Abb. in c. inter cæte. de rescr. & in c. à crapula. suprà, de vi. & ho. cle. & in c. sicut. infrà, de Iudæ. Et per hoc videtur, ꝙ non bene dixerit Card. in suo summa. & in vij. oppo. ꝙ æquū est, ꝙ dos assignetur viro sub ea cautione, quā præstare pōt. Vel si mulier contradixit, deponet apud mercatorē. Et sic volebat ipse, ꝙ istius alternatiuæ daretur optio mulieri. quod etiam voluit dicta lex regni iiij. parti. ti. xj. l. xxix. sed quod dixi, videtur verius. *Lex regni.* Considerabit ergo iudex qualitatem personarū, & circumstantias negotij: quibus consideratis, faciet assignari marito dotem sub ea cautione, quā præstare poterit. Et si viderit per talem cautionem non esse sufficienter cautum consumptioni dotis, faciet illam deponi apud mercatorem, ad partem honesti lucri, ad onera matrimonij sustinenda. Ratio huius decisionis fuit, quia latis poterat ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris: vt dixit hic tex. & in l. hac lege. C. de pactis conuentis super dote. vnde fuit sumpta ista ratio. Nam dicit ibi tex. bonum est vxorem, quæ se viro committit, pati etiam res suas viri arbitrio gubernari. à quibus sumpta fuit d.l. reg. quæ idē dicit. Ista tamen ratio fuit impulsiua, non finalis, quia vt dixi suprà, non est tantū periculum circa consumptionem corporis vxoris, sicut consumptionis dotis. Et ob hoc fortè Ro. Pon. assignauit aliam rationem magis concludentem, scilicet. *Ne occasione dotis detenta, vxor a viro dimissa, seu vir qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurreret.* Et sic intentionis Ro. Pon. fuit violare aliquo modo regulas iuris, vt euitetur peccatum: quod ex denegatione dotis poterat prouenire. Et hoc ideo, quia finis iuris canonici est euitare peccatum, & lucrifacere animas deo. vt voluit gl. & ibi no. in c. cùm contingat. suprà, de iurein. & in regula, possessor, de regu. iu. libr. vj. Sicut in simili videmus in præscriptione immemoriali, quæ secundùm iura ciuilia procedebat, etiam cum mala fide. Sed ius canonicum considerans, quòd † istud non poterat fieri sine peccato: statuit, quòd possessor malæfidei nullo tempore præscribat: vt c. vigilanti. suprà, de præscrip. & dicta regula, possessor. Et sic ista decretalis decidit casum alibi non decisum, & induxit nouum remedium, vt dicebat Ioan. de Imo. in dict. l. si constante. vij. colum. ff. sol. ma. & ibi Alexan. xiiij. colū ver. nec obstat lex. qui dicit, quòd per remedium huius decretalis nō excluditur mulier à remedio prædictarū legum: quia vbi† actori dantur plura remedia alternatiuè vel simpliciter, electio est actoris: vt l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. & no. pulchre Bar. in l. cùm proponas. C. de transactio. Alia enim iura, de quibus in ratione dubitandi, loquuntur, quando vxor tradidit dotem marito, quam postea repetit ab eo, quia vergit ad inopiam: & tunc dos assignatur vxori. Nostra autem decretalis disponit, quando maritus vergens ad inopiam, quī vxorem à se expulit, propter dotem non solutam, & decidit. quòd tunc dos debet ei assignari sub cautione, Quam præstare potest: vel, Si iudici visum fuerit &c. Vnde illa iura non tangunt casum decretalis nostræ. Et mirandum est, quomodo tāti patres scribentes & insistentes super intellectu huius decretalis, nunquam ad hoc animaduerterunt, turbantes & confundentes eius intellectum, propter illa iura, quæ diuersa & separata sunt à casu istius decretalis. Ratio diuersitatis stat clara, quia in casu illorum iurium, scilicet cum vxor repetit dotem à viro vergente ad inopiam: maritus & vxor simul cohabitant, vel cohabitare debent: quia nō potest maritus propter hanc causam vxorem expellere à se: quia iure permittente, tunc vxor petit dotem: ergo non propterea potest, nec debet expelli. argum. l. Gracchus. C. de adulte. cum simil. & sic cessat periculū adulterij. & ideo iustum est, quòd dos assignetur vxori. In casu autem decretalis nostræ iam maritus vxorem expulerat propter dotem non solutam: quod potuit de iure fieri, vt hic, & in l. fin. C. ad Velleian. & infrà latius dicetur, vnde imminebat periculum peccati adulterij, quòd alter coniugum poterat committere. Et propterea si maritus petat dotem vxoris, vt euitetur illud periculum, iustum est, quòd assignetur marito dos sub ea cautione, quam præstare potest, &c. Nec facio differentiam, quo ad casum decretalis nostræ, an vxor sit industriosa, vel de dilapidatione suspecta, prout aliqui: vt Innoc. Bart. & Abb. faciebant, & male. quoniam vtroq; casu dos debet assignari marito, secundum distinctionem ibi traditam: quamuis aliàs vxor dotem repetat à marito vergente ad inopiam, si sit industriosa, assignabitur ei: si autem de dilapidatione suspecta, sequestrabitur apud mercatorē: vt notatur in dict. l. si cùm dotem. §. sinautem in fœnisimo. ff. solut. matrimo. & firmat Bald. in dict. l. vbi adhuc.

Nouum remedium huius decretalis.

Quæstio. Vtrū decisio huius decretalis habebit locū in iudicio seculari.

huc. iiij. col. ver. sed pone. C. de iure dō. Ex istis resultat clarus & verissimus intellectus ad istam decretalem. Cuius decisio necdum habebit locum in iudicio ecclesiastico, sed etiam in iudicio seculari: quia cùm iste casus non sit decisus per leges imperatorum, nec per leges regni: cùm illæ disponant eo casu, quo maritus vergens ad inopiam receperat dotem vxoris: decretalis autem nostra, quando maritus vergens ad inopiam petit dotem promissam sibi assignari: vt suprà dictum est in vtroque foro stabitur huic decisioni canonicæ: iuxta ea quæ notantur in c. j. infrà, de operis no. nun. & in c. si adiutorium. & c. leges. x. di. & in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. leges enim non dedignantur sacros canones imitari. vt in c. cleri. suprà, de iudiciis. & in ea fi. infrà. titul. proxi. maxime vbi agitur de materia peccati, prout agitur in casu nostro: quia agitur de pecca to euitando, quod poterat sequi ex adulterio com misso ab altero, vel ab vtroque coniugum, propter dotem detentam. Ad quod bene facit, quod in simili voluit Anto. & Abb. in c. cùm esses. suprà, de testa. & ibi Andre. Sicu. v. & viij. co. quod per te videas. Aduerte ꝙ adeo remedium huius decretalis est fauorabile, respectu mariti dotem petentis, quando vxorem à se expulit, propter dotem non solutam, vt per hunc modum euitetur peccatum: ꝙ † à sententia in casu huius decretalis in fauorem mariti lata, non poterit appellari, vel saltim non obstante app. sententia mandabitur executioni, præsertim si maritus erat in ops adeò, ꝙ impossibile esset sibi, vel difficile. onera matrimonij supportare. sine dict. dote. Istud est nouum & singulare dictum, perpetuā recordatione dignum Bald. Nouelli, in tractatu suo de dote. ix. parte. in vij. specali. & xij. parte. q. xxiij. motus per tex. in l. fi. ff. de ap. cum his quæ ibi no. per Dy. Bart. & alios. vbi dicunt, ꝙ à sententia dotis in fauorem mulieris non potest appellari, sicut nec à sententia pro alimentis præstandis. Idem dicit Bar. in l. Mela. ff. de admē. leg. de quo etiam per Spe. & Io. And. ibi, tit. de ap. §. in quibus. ver. viij. & sequenti. vbi loquendo de alimentis, post varias opiniones finaliter videntur hanc tenere, post Gul. de Suza. quia licet non reperiatur iure cautum, quòd à sententia in causa alimentorum pro alimentis nō appelletur: dicunt tamen, æquū esse, quòd si ille pro quo lata est sententia, non haberet interim vnde se alat, quòd pendente appellatione pars appellans dabit alimēta. ar. l. si instituta §. pe. ff. de inoffi. testa. & facit quod habetur in c. ex parte. infra, de accusa. *Nor.* Idem dicendum videtur, quando sententia lata est pro dote, fauore mulieris forte viduæ vel pupillæ pauperis, vt exinde se possit nutrire vel alere, cū nihil aliud haberet: nam licet tunc possit appellari, tamen propter hoc non impediretur eius executio. secūdū eū: qui idē dicit, si sententia esset lata pro marito petente dotem sibi promitti fam: & sic contra mulierem vel socerum, vel extraneum, si maritus esset inops adeo, ꝙ impossibile esset, vel saltim difficile onera matrimonij supportare, sine dote. nam tunc, vt dixi, sententia mandabitur executioni. quod dictū alibi non legi. Et sic debet intelligi, quod voluit Bald. in l. j. iiij. co. ff. so. ma. vbi videtur sentire, quòd à sententia super dote nō possit appellari, vt procedat sicut ad finē, vt interim non impediatur executio talis sententiæ. quod teneas memoriæ. Ad quod facit, quod ipse voluit in eadem parte. xij. specia li. & xij. parte. in fin. vbi dicit, quod † causa dotis est summaria, & in ea dilationes & termini debēt abbreuiari per iudicem, vt celeriter expediatur vt voluit glo. quā sequitur ibi Bart. & communiter omnes in d. l. j. ff. so. ma. per id, quod habetur in l. ij. ff. de re iudi. dicit ipse hoc procedere, non solum cùm mulier agit pro dote, sed etiam quando vir ageret ad dotem promissam, pro sustentandis oneribus matrimonij, & sic pro alimentanda vxore, & sua familia. Et sic ad paria iudicat virum & vxorem, quo ad executionem dotis. Ergo idem in casu prædicto. 6

§. XVI. De Bartolo

SVMMAE RERVM.

1 *Bart antequam scribere inciperet, repetijt in ciuitate Pisarum legem si constante ff. sol matrs.*

QVAMVIS ad huius decretalis intellectum prædicta sufficiant. cum generali remissione, ad ea quæ late tradunt doctores in iuribus prælegatis: signanter Bar. in d. l. si constante. vbi miro quodam ordine hanc materiam orsus est, eoque mirabiliori iudicatur ab omnibus, quia (vt Pau. de Cast. testatur.) Bar. fin iuuentute sua iura ciuilia in ciuitate Pisarum legens, ante quam ad præclarū opus, & admiranda commentaria in iure ciuili manus apponeret, legem illam repetiit. In multis tamen inueniliter scripsit: cui contrarium ipse idem maturius cōsiderās, alibi sensit. Vt tamen posteris innotescat, à quāta perfectione ingeniū suum initium sumpserit: noluit postea in senectute quicquam de his, quæ antea scripserat, immutare, secundùm Pau. de Ca. Verùm quia non omnes possunt singula perscrutari, præsertim ij, quibus (sicut mihi) copia librorum non est antiquorum, & modernorum: item vt labor prolixus etiam habentibus modernorum commētaria euitetur: quia iste locus accommodatus est, & doctores nostri leuiter scripserunt in hac materia vtili, & quotidiana: dignum duxi, quanto breuius atque compendiosius, possibile sit, eam nouo saltim ordine perstringere, communiorem semper opinionem amplectendo, in his. in quibus doctores inuicem aduersantur. Quo (deo duce) fiet, vt posteris nostris alleuiatus sit labor, maxime Canonistis, qui (vt eorum pace loquar) in hac materia, & nonnullis, mendicatis pascimur fragmentis. Procedo igitur per vnam conclusionem, cum aliquibus extensionibus seu ampliationibus. Postea subiungam aliquas limitationes: per quæ omnium scribentium dictā in locis ordinariis, & alibi sparsa (adiuuāte domino) enucleabuntur.

SVMMAE RERVM.

1 *Maritus si constante matrimonio sua sponte dotem vxori restituat, non liberatur.*
2 *Administratione abutentes debent ea priuari.*
3 *Abutentes priuilegio, merentur illud perdere.*
4 *Castigans filium, contra debitam pietatem, debet priuari administratione personæ filij.*
5 *Pater sciens filium velle committere crimen læsæ maiestatis, tenetur illud propalare, & si filium principi præsentat pœna filio remittitur.*
6 *Filius anteneatur propalare hæresim, vel delictum patris, vel eundem accusare.*
7 *Filius potest impune contra patrem insurgere si aliquid contra principē vel rem publicā molitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Præmium datum reuelantibus crimina, non datur participi reuelanti.*

9 *Præmium si promittatur primo intranti castrum, si plures simul intrant, quis debeat habere.*

10 *Currens ad brauium, si cecidit, & equus solus primus accessit, an lucretur brauium.*

11 *Pecuniam accipiens vt indicet ea propter quæ proximus iniustè damnum pateretur, an peccet.*

12 *Pater expellens, vel exponens filium, perdit patriam potestatem.*

13 *Pater si dissipat bona filij administratio sibi auferetur.*

14 *Pater si proprijs suis bonis male vtatur, filius ista reperit apud iudicem, vt interdicat patri administrationem, vel assignet sibi legitimam.*

15 *Pater si aliquid donauit concubinæ, vel filijs eius, vel meretricibus, vel alij inhonestæ personæ, vel eius nomine ematur, filij possunt repetere.*

CONCLVSIO.

§. XVII. De *marito ad inopiã vergente.*

MArito ad inopiam vergẽte, cõstante matrimonio, potest vxor dotẽ & donationẽ propter nuptias, ac bona paraphernalia à marito repetere: vt d.l.vbi adhuc. & auth. de æquali. do. §. illud. col. vij. cum aliis suprà. de quibus suprà habita est mentio, à quibus sumptæ fuerunt leges regni. iij. par. ti. xxix. l. viij. incipit, los menores. in fin. & iiij. part. ti. xj. l. xxix. cuius verba sunt. Baratador & destruydor se vẽdo el marido, delo que ouiere, de manera, que entendiesse la muger, que vernia el marito a pobreza por su culpa, ansi como si fuesse iugador, o ouiesse ansi otras malas costumbres, por que destruyesse lo suyo locamente, si temiere la muger, que le desgastara, o lo mal mediera su dote, puede le demandar por iuyzio, que le entregue della, o que le de recabdo, que no la enagenara, o que la meta en mano dealguno que la guarde, & que gane con ello derechamente: & que delas ganancias guisadas & honestas les den donde biuan. Esto puede hazer en esta manera mientras dure el matrimonio. Mas si el marido fuere de buena proui-sion, en aliñar, y enderecarlo que ouisse, & no malmetiesse lo suyo locamente, segun que es sobredicho maguer veniesse a probreza por alguna occasion, no le podria la muger demandar la dote mientra durasse el matrimonio. Et en tal razon como esta se entiende lo que dize el derecho, que la muger, que mete el cuerpo en poder de su marido, que no le deue de sapoderar del dote que le dio. Et ita quamuis aliàs durante matrimonio vxori actio de dote contra maritum non detur: vt l.ij. in princip. ff. solu. matrimo. & in l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. cum concor. imo † si maritus sua sponte dotem vxori restituat, constante matrimonio, non liberatur: vt l.j. C. si dos constante matri: &c. Propter inopiam tamen mariti in casu nostro aliter constitutum est, vt disponunt iura prædicta. Ratio est secundùm aliquos, quia maritus vergens ad inopiam, quodam modo dicitur abuti † administratione dotis sibi à lege concessa. Et propterea iustum est, q̃ dotis administratione priuetur. arg. l. iij. C. de procur. vbi si procurator abutitur potestate sibi commissa, quia dominum non defendit, vt debet: interdicitur ei procurationis officium à iudice: aliquando etiam interdicitur à lege propter morum mutationem: vt l. si cùm Cornelius. ff. de solutio. & ibi Bar. de quo suprà feci mentionem in rubrica. §. lxvij. verticulo, & ex istis. Sicut dicimus de † priuilegio, q̃ qui eo abutitur, meretur illud perdere. xj. q. iij. c. priuilegium. de priuilegiis. c. tuarum. faciunt multa, quæ cumulat Guido in decisionibus Delphinatus, decisione cxcvj. Montaluus in repertorio Ordinationum, in verbo, generosus. in principio. inferentes ad generosum vel militem, qui male vtitur sua generositate, vel militia, vt propterea illam perdat, saltem interim, q̃ perseuerat in male vtendo: vt ibi per eos. Adidem facit tex. in l. fi. §. j. ff. de admini. tuto. vbi si curator non defendit minorem, & sic abutitur officio suo, aufertur sibi omnis administration: vt ibi latius per Bar. & alios. Idem videmus in patre, cui à lege † conceditur filiorum caltigatio: vt l. vna. C. de emenda propin. Si tamẽ contra debitam pietatem filium percutit, vel flagellat, abutendo facultate sibi commissa, auferetur ab eo administratio personæ filij. l. fina. cum gloss. ff. si quis à paren. fue. manumi. Idem si cogeret filium ad peccandum: vt puta si cogit filiam peccare in corpus suum. l. si lenones. C. de episcopali audien. facit l. fi. C. de spectac. lib. xij. Idem si alio modo, eum induceret ad peccandum, vt puta ad hæresim, vel apostasiam. Sicut Leonogildus Gotborum rex, inducebat Ermegildum filium ad sectam Arrianam: & quia noluit acquiescere, occidi eum fecit. vt narrant annales illius tẽporis, cùm de Leonogildo agũt. & textus in ca. fin. xxiiij. q. j. Si autem huiusmodi patris delictũ sit occultũ, poterit filius illud propalare; & si tale est, quod vergit in damnũ principis, vel reipublicæ, tenetur illud manifestare: vt est tex. no. in l. milites. §. desertorem. ff. de re mili. vbi † pater sciens filium velle commitere crimẽ læsæ maiestatis. tenetur illud propalare: & si filium principi præsentat, pœna filio remittitur, secundũ Saly. in l. propter insidias. C. qui accus. nõ possunt. refert Fel. in c. j. de offi. dele. co. ij. infine. de quo latius per Cepollam in prima cautela. Idem ergo erit de filio respectu patris volentis committere crimen læsæ maiestatis: quem velut patriæ hostem poterit impune occidere filius: sicut de patre bannito dicit Bar. in l. amissione. ff. de capitis diminutione. Abbas in cap. j. co. ij. de conuersione infidelium. de quo etiam per Episcopum Abulensem, in libro, de amore & amicitia. parte. j. c. xvij. vbi pulchre loquitur. An autem † filius teneatur propalare hæresim, vel delictum patris, vel eundem accusare: vide infrà in tertio notabili. §. xxvj. post princ. versi. plus est. Adde in simili quod dicit Petrus Antiboli in tractatu munerũ, folio lxxxix. col. ij. ver. inter aliquos. Ex quibus omnibus concluditur, quòd † filius impunè potest insurgere contra patrem, aliquid contra filium, principem, vel rempublicã molientẽ. Idem ecõtra dico infrà. §. xxvj. post principiũ. ver. plus est quod fecit Alexander, quo casu filius potuisset libere ab eo discedere, & eius delictum propalare, ex quo consequitur cõmodum, quia habebit sibi bona paterna, quãuis pater condẽnetur: per l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. de quo habemus hodie extrauagantem Federici, quæ incipit, cõmissi. §. cæterũ. ver. nec quidã. & refert Canchinus in tractatu hæreseos. q. xxv. dũ tractat de cõfiscatione bonorũ quodpotо fore cõstitutum, vt filij alliciantur ad reuelandum

De patre castigante filium.

De patre qui peccare facit filiũ.

Lex regni.

Pobreza por su culpa.

Nota.

1

2 *Abutens ad ministratione remoueturab ea.*

6

7

Patre dissipante bona filius agit.

dum paterna delicta: quia expedit reipublicæ, vt delicta puniãtur: vt l. ita vulneratus. ad legem Aquiliam. & c. vt famæ. infrà, de sen. excommuni. Ad prædicta facit tex. not. in c. si quis Papa. in fine. lxxv. di. vbi si quis scit de tractatu mortis Pontificis, etiam si sit particeps, liberatur, & debet præmiari, si reuelat. Et est mirabile, quòd socius reuelans præmietur: ex quo datur not. limitatio ad doctrinam Bar. in l. iij. ff. de condi. ob turpem

8 causam. vbi dicit, quòd † præmium datum reuelantibus, non datur participi reuelanti: refert Felinus in c. j. de offi. dele. co. iij. in principio. nã debet intelligi, nisi in crimine læsæ maiestatis. vide Bar. in l. idem est. in fi. ff. de condi. ob turpem causa. Bald. in sua rabula, in verbo, castrum. Felinum in c. j. de offi. dele. colũ. iij. Adde in simili, quòd si

9 † promittatur præmium primo intranti castrum: & plures simul intrant, omnes debent habere præmium, cùm ante eos nemo præcedat. ita dicit Bald. per illum text. in prima constitutione ff. veteris. §. itaque. & plures alij, de quibus per Felinum in c. capitulũ. suprà. de rescriptis. ante finẽ, ver. de duobus castrũ. vbi videas plura similia. vide etiam Paridẽ in tractatu, de ludo. col. xiiij. ver.

10 an sicut ludus. An autem si † currens ad brauium cecidit, & equus solus primus accessit: an lucratur brauium? Vide Paridẽ de Puteo in tractatu de ludo. colum. xv. ver. an si vnus. & Antonium Corsetum in tractatu, de brauio. vbi multa de hoc. Redeo ad propositum. Et propterea aliquando emanat edictum, quòd qui reuelauerint delictum occultè commissum, indemnitatem cõsequantur: quo casu, si plures commiserunt, & reuelauerunt, qui primo reuelabit: indemnitatem consequitur: vt notanter sensit Fulgo. in l. fi. §. sed quia quidam. ij. colum. C. de iure deliberãdi. & clarius Iason in l. conuentionem. ij. colum. ver. ij. infertur. ff. de pact. quod tene menti pro edictis quæ emanant quotidie, quòd qui malefactorem ostenderit, habeat certam pecuniæ quantitatem, debet enim solui ostendẽti, vel reuelanti. quod no. vide Bart. in l. nulla. C. de delato. li. x. & in l. cũ nauarchorũ. C. de nauicula. li. xj. & ibi Plateam, Albericum, & Bal. in l. j. in fi. principij. ff. de iust. & iur. & ibi Iason. v. colum. Felinum in c. cùm dilecti. viij. col.

11 in principio. de accusa. An autem quis † peccet accipiendo pecuniã, vt indicet ea, propterquæ proximus iniustè damnũ pateretur, nisi manifestaret, præsertim cũ ad reuelationem in tali casu simpliciter obligetur ex fraterna charitate de iure canonico saltẽ. vt c. qui cum fure. de furtis. & ibi no. Antonius, quem sequitur Henricus Herp. in suo præceptorio, præcepto vij. sermone lvj. cogitabis. videtur tamen quòd sic. Si ergo pater fecit peccare filium, abutitur potestate, quam habet in eum. vnde meritò aufertur ab eo. Idem si pa-

12 ter expulit à se filium, vel illum † exposuit: nam per hoc perdit paternam potestatẽ, vt in c. vno. infrà, de infanti. langui. expo. facit text. in authen tic. de sanct. episcopis. §. si monachus. colum. ix. & in l. j. §. sed scilicet. C. de Latina liberta. tol. & quod ibi nota. Bald. de quo dicetur infrà, in tertio notabili. versi. si autem maritus. Ad ista bene facit tex & quod ibi not. Bartolus in l. fin. C. de sentẽ. pa. vbi si pater dissipat bona filij, aufertur ab eo administratio, & datur curator bonis, quia abutitur facultate sibi à lege commissa. Et hinc est, quòd si pater fuit rogatus restituere filio fideicommissum vniuersale, & dissipat bona restitutioni subiecta, auferentur ab eo, & cogitur restituere filio, etiam in potestate existẽti ante conditionis euẽtum. vt est casus singularis secundum Bartol. & alios in l. imperator. ff. ad Trebellia. qui non reperitur alibi, secundum Ioan. de Imol. ibi. Quinimo si pater suis propriis bonis male vtatur, quæ nulli sunt restitutioni subiecta, ea dissipando, poterit † filius instare apud iudicem, vt interdicat patri administrationem, vel assignet sibi legitimam, vel saltim tot bona, ex quibus percipere possit alimenta. arg. istius tex. & d.l. vbi adhuc. ita not. voluit Bart. in l. ij. C. si quid in fraud. pat. quem refert & sequitur Ludo. Rom. in d.l. ij. §. quod si in patris. ff. solut. matr. & doct. signanter Pau. Ludo. & Alexan. in d.l. imperator. col. vj. versic. item facit ista lex. & Iason in §. item si quis in fraudem. colum. ij. institut. de actio. reputantes hoc valde not. quamuis idem Bart. in l. non potest. ff. de adoptio. & Saly. in d.l. ij. aliud senserint. Itaque non solùm poterit filius agere contra patrem bona propria dissipantem, ne ea dissipet: vt tradit Barto. in d.l. ij. §. quod si in patris. ff. soluto matrim. quem alij sequuntur. Angel. & alij in d.l. fin. C. de sent. paf. sed etiam poterit sibi petere legitimam assignari, vt dictum est. Imo si pater in fraudem filij alienauit bona in aliquem de fraude participantem, etiam titulo oneroso: vt puta, si pater habens odio filium, tractauit recum de priuando filio: tu suasisti, quòd omnia bona tibi venderet, & pretium prodigaliter consumeret, & ita fecit: certè filius saltim de æquitate canonica reuocar, vsque ad legitimam, ne emptor sua malitia glorietur: vt not. voluit Host. in cap. Raynutius. supra, de testament. quem refert & sequitur Bald. in d.l. ij. versi. quæro an filius. C. si quid in fraud. patro. de quo latius per Angel. & Iaso. post alios, quos ipsi referunt in d. §. item si quis in fraudem. in principio. vbi etiam per eos, quid de his, quæ pater in ludo perdidit. de quo dicetur infrà, in tertio notab. versic. sed quamuis hanc opinionem. Ex istis forsan potest attentari, quòd si pa-

15 ter † donauit aliquid concubinæ, vel filiis eius, vel meretricibus, vel alij inhonestæ personæ, vel eius nomine ematur, licet repetitio patri nõ competat, filij possunt repetere, & admittẽtur pro suo interesse. argum. l. j. C. de natur. libe. post princip. ibi: ita vt quicquid talibus liberis pater donauerit, siue illos legitimos seu naturales dixerit, totum retractum legitimæ soboli reddatur, aut fratri, aut sorori, aut matri. Quod est benenotandum ad ea, quæ dixi suprà, in rubrica, §. ex istis infertur. cum sequentibus. Cogitabis tamen.

No. ista, et vide glos. Fo. legum, titu. de tas mandat. l. ix, versi. no pueda.

SVMMAE RERVM.

1 *Administratio alicui remouetur propter eius malam administrationem.*

2 *Conuenus pro re mobili si est suspectus, auferri debet sibi res, & poni in sequestrum.*

3 *Maritus quando dicatur vergere ad inopiam, ad hoc vt vxor possit contra eum agere pro restitutione dotis.*

4 *Tutor potest alienare molendina posita in flumine, quæ deteriorãtur quotidie, & similiter prælatus.*

Flumina

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Flumina censitoris loco finguntur, vt ex priuato in publicum adducant & econtra.*
Inundatio fluminis interrumpit præscriptionem.
7 *Restitutio in integrum quando detur aduersus interruptionem per inundationem factam.*
8 *Fideiussor idoneus non reputatur, qui bona immobilia iuxta flumen impetuosum possidet.*
9 *Vsuræ sunt vtroque iure prohibitæ.*
10 *Fideiussionis contractus periculosus est.* 1
11 A *vergere ad inopiam dicitur maritus, si bannitur, vel fiat exul à ciuitate. & etiam si damnetur in metallum.*
12 *Bannitus & deportatus æquiparantur.*
13 *Dotem repetere an possit mulier, si maritus eius est excommunicatus, & in excommunicatione & contumacia perseuerat.*
14 *Excommunicatio est medicina per quam iudex ecclesiasticus peccatorem quodammodo excludit à regno seu gratia.*
15 *Gladius ecclesiæ non occidit, sed viuificat.*
16 *Minus malum quandoque sustinetur, vt maius euitetur.*
17 *Excommunicationem imponere non debet iudex, nisi quando viderit eam medicinalem.*
18 *Excommunicari non debet quis, nisi pro contumacia.*
19 *Monitio si fiat ab homine, constituit eum contumacem, si autem à iure prohibitio ipsius iuris habetur pro monitione, & contra facientē constituit in contumacia.*
20 *Obligati facere residentiam monitione facta in synodo, possunt priuari absque alia monitione.*
21 *Verbum moneo, vel præcipio, siue æquipollens, habet vim trinæ monitionis.*
22 *Excommunicatio non est ferenda pro leuibus culpis.*
23 *Excommunicationis vinculum dependet à voluntate iudicis.*
24 *Excommunicatus si per annum sustinuit excommunicationem, præsumitur contra eum de hæresi, vel infidelitate.*
25 *Contrahens matrimonium per verba de præsenti, cum aliqua muliere, si illa viuente propria authoritate contraxit cum alia præsumitur contra eum de hæresi.*
26 *Monachus professus si relicto claustro clam contrahit matrimonium, est ipso iure excommunicatus.*
27 *Contrahens matrimonium per verba de præsenti, si aliquem de sacris ordinibus susceperit, matrimonium non dissoluitur, nec potest in susceptis ordinibus ministrare, etiam si matrimoniū non fuerit per carnis copulam confirmatum.*
28 *Vergere ad inopiam dicitur maritus si eius bona essent publicata, vel saltem eorum pars.*
29 *Item si à patre iusta causa fuerit exhæredatus.*
30 *Prodigus dicitur, qui vltra propriam substantiam expendit.*
31 *Maritus quòd vergat ad inopiam, qualiter constabit.*
32 *Paupertas vel diuitiæ melius probantur per vicinos quàm per alios.*
33 *Damnum quod datur in agris, potius dicitur datum à vicinis quàm ab alijs.*
34 *Furtiuæ res si apud quem reperiatur, an præsumatur quòd sit fur.*
35 *Inopia mariti melius probatur per vicinos, quàm per alios.*
36 *Delictum commissum nomine vniuersitatis, an imputetur vniuersitati.*
37 *Consuetudo legitimè præscripta, inducitur ex vnico actu habente causam successiuam, per tempus legitimum durante.*

§. XVIII. *Supra de dilapidatione.*

EX quibus omnibus satis apparet, quòd propter malam † administrationem alicuius, interdicitur & remouetur sibi administratio. Intelligo, non solùm quando iam dissipauit bona, verùm etiam quando est suspicio, q̃ in futurum dissipabit: per tex. sing. in l. imperatores. §. fin ff. de appel. vbi si est suspicio, q̃ victor dilapidabit fructus rei, super qua victoriam reportauit, proceditur ad sequestrationem fructuum. Ad idem l. si fideiussor. §. fin ff. qui satisd. cog. vbi si conuentus pro re † mobili est suspectus, aufertur sibi res & ponitur in sequestrū. Ex quo dicebat ibi Ang. quem sequuntur Pau. & alij, q̃ ille tex. facit cōtra transeuntes per ciuitates cum equis alienis, vel aliis rebus: nam domini recognoscentes possunt per officiū iudicis facere sequestrari tales res penes hospitatorē, quia sunt suspecti, quasi semper habeant pedem in stripedio: vt ibi per eos. quod sequitur Ias. in princi. faciunt not. in l. vna. C. de prohib. sequest. Et ex his infertur ad propositum nostrum, quòd dicitur † maritus vergere ad inopiam, vt vxor posit contra eū agere pro dotis restitutione, &c. non solùm quando maritus iam dilapidauit bona sua, ita quòd non posit dotem soluere: quo casu sine dubio dicitur malè vti substantia sua, l. iis qui. §. fin. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & l. j. ff. de cura. fu. sed etiam quando esset de dilapidatione suspectus: vt colligitur ex præallegatis iuribus, & videtur de mente gl. in d. l. ij. ver. suspectum ff. sol. mat. tenet Bart. in d. l. si constante. §. j. col. iiij. eo. ti. gl. in d. auth. de æqual. do. §. illud. ver. inchoante. Et inde est, quòd si maritus erat quidam homo nobilis, habēs sufficiens patrimonium ad dotis restitutionem, quē oportebat honorificè viuere, sed statum suum sustentare non potest, nisi bona sua vendat: propter huiusmodi coniecturam poterit vxor dotem, & alia bona de quibus suprà, repetere. ita not. dicit Bar. in d. l. si constante. j. col. ver. iij. oppono. & dixi suprà in ratione decidendi. col. v. versic. sed adhuc. Hinc est etiā, q̃ si cœpit maritus facere mercantias & ire per mare, & incipit nimis perdere & de pauperari secundum vulgi opinionem, propter suspicionem & coniecturam futuri periculi, dicetur maritus ad inopiam vergere, secundū Bart. in dict. l. si constante. iiij. q. primæ partis. Hinc est etiam, quod si maritus haberet bona iuxta flumē corrodens illa, verisimile est propter impetum ipsum ad paupertatē deduci, vel quòd malè vratur substantia sua: & per consequens dicetur ad inopiā vergere. vt sentit gl. in ver. suspectus. in l. ij. ff. sol. mat. secundum Ang. in d. l. si constante. in prin. quod est bene notandum. vide Paul. de Cast. consi. ccclxij. cuius memini suprà §. x. in fi. ver. eo dē modo. Ea enim quę prope flumen posita sunt, propter aquarū impetum aut inundationem, sunt in periculo totalis destructionis. vt dicebat Ang. in l. non solùm. ff. de pet. hæredit. inferens ex hoc, quòd † molendina posita in flumine, quæ deteriorantur quotidie, & quæ per impetum aquarū sunt in peric

Universidad de Navarra Biblioteca

Lex regia. De fideiuſſ. fort.

dùm iura regni, poterit conueniri non diſcuſſo principali: vt Foro legum li. iijtit. xviij. l. iij. per quam cotrigitur authen. præſente. C. de fideiuſ. Merito ergo tanquã debitis implicatus maritus, dicetur male vti ſubſtantia ſua, & per conſequens ad inopiam vergere: quod tene memoriæ, vide in §. xxxij. in fine verſicu. ad iſta. Ad hoc bene facit quod voluit Petrus de Bellapertica, in l. ſpadonem, §. ſi ciuitatis. ff. de excuſa. tuto. & ibi Iacob. quos refert Petrus Antiboli in tractatu, de muneribus. charta xxij. colum. fi. vbi dicunt, quòd ſi baro introducit, quòd nullus eius ſubditus debitor in centum accederet ad conductionem pedagiorum ſuorum, ſub certa pœna: Titius fideiuſsit pro aliquo in centum, qui cõduxit pedagium: incidit in pœnam, præſertim ſi debitor principalis non erat ſoluendo, quaſi ille ſit debitor propter fideiuſsionem: ar. ff. de donatio. l. nam is. Hinc

De marito bannito. Peregrinatio.

11 eſt etiam, †ꝙ ſi maritus eſt bannitus, vel exul à ciuitate, & ſic efficitur peregrinator dicetur vergere ad inopiam: quia peregrinatio ſumptibus affligit homines. in authen. de introducendis reis. in princ. colum. vj. ita dicit Specu. iſto titulo. §. fin. ver. quid ſi vir. Bart. in d. l. ſi obſtãte. v. co. verſic. quintò quæro. & ibi Alex. xij. co. ver. item inquantum. Bart. in v. q. & in l. ſi cùm dotẽ. §. ſi maritus. j. colum. ver. ex his infert. Io. Campe. in ſuo trac. do. iij. parte. q. xxiij. Idem dicas, ſi maritus damnetur in metallum; nam & tunc dicetur maritus

De damnato in metallum.

vergere ad inopiam: per l. j. C. de repu. ſentit gloij. poſt medium in d. l. ij. ff. ſo. ma. & ibi tenẽt Bar.

12 Bal. & alij. †Bannitus enim & deportatus æquiparantur. glo. & doc. in §. relegati. Inſtit. qui. mod. ius patr. pote. ſoluitur. & in titulo, hîc finitur lex Corradi. lib. feu. circa principium. tenet Bar. in l. ſi cõſtante, v. co. in prin. quem alij ſequuntur, ſignanter Alex. xij co. & idem tenet Bar. in aliquibus libris. in l. ij. eo. ti. & in l. j. C. de repudiis. Bal. in d. l. ij. Ang. in l. cùm notiſsimi. §. illud. C. de præſcriptio. xxx. ann. Ioã. de Imo. in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. ma. Pau. de Caſt. in l. ſi marito. in prin. eo. tit. Ioan. An. in Spe. iſto ti. §. fi. ver. quid ſi vir eſt in bãno. authen. in præſenti. Idem forſan dicendũ eſt, ſi maritus eſt excommunicatus: nam & ipſe videtur ad inopiam vergere, quo

De excommunicato.

niam excõmunicatus æquiparatur deportato. gl. in §. minor. Inſti. de capi. di. & in c. paſtoralis. ſuprà, de appell. & ibi no. Abb. quem videas. Poterit ergo mulier agere contra illũ ad reſtitutionem dotis &c. vt videtur ſentire Alber. in d. l. vbi adhuc. co. iij. ver. quid ſi maritus. remittens ad ioan. An. in Speculo, iſto titulo §. fi. colum. vj. ver. ſe-

13 cunda quæſtio fuit. vbi dicit, quòd ſi† maritus eſt excommunicatus, & in excõmunicatione & contumacia perſeuerat, mulier dotem repetere poteſt de iure ciuili: per d. l. j. C. de repudiis. Subdit tamẽ, quòd de iure poli & diuino ſecus eſſet, cùm duret matrimonium, & vxor marito cohabitare teneatur. vt ca. inter alia. infrà, de ſenten. excom mu. & quod ibi notatur in penultima gl. Hæc ſunt ferè verba Io. An. vbi ſuprà. in quibus (vt mihi videor) ſentit, quòd de mero iure ciuili à marito excommunicato, & in excõmunicatione perdurante, vxor dotem repetere poteſt, quanquam Alberic. in d. l. vbi adhuc. col. iij. ver. quid ſi maritus. & io. de imo. in d. l. ſi cõſtante. col. vj. ver. & adde etiam. & Alex. ibi colum. xij. ver. item in quantum. Bart. hic in quinta quæſtione. & ioan. Campetius in ſuo tractatu, de dote, tertia parte. quæſt. xxiij. aliter eum referant, & intelligant, dicentes quòd à marito excõmunicato vxor dotem repetere non poteſt. iſta ſunt quæ in hoc articulo ſcripta reperio: & quia articulus eſt quotidianus. in quo incidenter aliqua veniunt tangenda, quæ guſtum habent ſaporis, oportet aliquãtiſper inſiſtere: in quibus videbimus, an, & quando, & pro quibus cauſis, vel culpis, maritus poteſt excõmunicari, & conſequenter examinabitur verus intellectus c. nullus. & c. nemo. xj. q. iij. videbimus etiã de marito excommunicato, & in excommunicatione perſeuerante, quomodo ſit procedendum contra eum, & qualiter ſit puniendus. videbimus inſuper excõmunicationis vim & effectũ. Præmitto igitur in primis, quòd excõmunicatio eſt quoddã medicamentum ſeu medicina, per quam iudex eccleſiaſticus peccatorem quodammodo excludit à regno, ſeu gratia. Vnde non debet excludere, niſi indignos, ſeu peccatores: nec aliquis redditur indignus, niſi per peccatum mortale amiſerit charitatem, quæ eſt via ducens ad regnum. ideo nullus excõmunicari debet, niſi pro peccato mortali. Et quia damnificando aliquem corporaliter, vel in rebus mortalibus, aliquis mortaliter peccat, & cõtra charitatẽ facit, ideo pro damno temporali illato eccleſia aliquem ex communicare poteſt. Sed quia excommunicatio eſt grauiſsima pœnarũ. cùm nulla maior, quam inter homines non eſſe, & hominum carere conſortio. l. hi qui ſanctã. C. de apoſtat. & c. corripiãtur. xxiiij. q. iij. Pœnæ autem medicinæ ſunt, ſecundùm Philoſophum ij. Ethicorum. de quo pulchrè Plato ix. de Legibus. propterea excommunicatio appellatur medicina. c. j. de ſen. excom. lib. vj. Sapientis autem medici eſt à leuioribus medicinis, & minus periculoſis incipere, ideo excommunicatio infligi non debet etiã pro peccato mortali, niſi contumax fuerit, vel non veniendo ad iudiciũ, vel ante terminationem iudicij ſine licentia recedendo, vel determinationi non parẽdo, tunc enim poſtquam monitus fuerit, ſi obedire contempſerit, cõtumax reputatur, & excõicari debet à iudice, iam non habente quid contra ipſum faciat amplius. Hæc ſunt verba ſancti Thomæ. iiij. ſen. di. xviij. q. ij. quæſtiuncula iij. in ſolutione.

De excommunicatione.

Excommunicatio eſt medicina.

In quibus ſentit duo, quæ ſunt aduertẽda. primo, ꝙ excommunicatio eſt medela, per quam peccator corripitur & purgatur. quando enim videt ſe hominum conſortio, & ſacramentorum participatione priuatũ, vt c. ij. ſuprà, de exceptionibus, ſatisfacit, & liberatur à peccato ad eccleſiam rediens, priſtinũ recuperat ſtatum. Si autẽ iudex videt vel cognoſcit excommunicationẽ non eſſe medicinalem. ſed mortalem, quia ille contra quem eſt proferenda, non parebit mandatis eccleſiæ, imò deterior fiet, non debet ipſam proferre, vt not. voluit Hoſt. in c. Romana. de ſen. excom. li. vj. & ibi Io. An. col. iiij. ver. in gl. ſuprà. eo. quẽ refert & ſequitur Domi. ibi in §. ſed nec. in finalibus verbis. & Io. An. in c. conſtitutionẽ. in fi. eodẽ tit. & ibi etiã Petrus de Ancharano ij. co. ver. circa hoc. & Dominicus in §. fi. in fi. & ibi Phi. in finalibus verbis. & per hoc increpat Hoſti. vbi ſuprà, quẽdã legatum, qui exercitibus armatis, & volentibus iam aggredi, præcepit ſub pœna excommu

communicationis latæ ſententiæ, ne cõgrederentur. nam ſpreto eius mandato, perierunt multo-

No. hoc.

15 rum corpora & animæ: † gladius enim eccleſiæ nõ occidit, ſed viuificat. c. inter hæc. xxiiij. q. ij. bona glo. in c. ex literis. el ſecundo. ſuprà. de ſponſa.

Idem in effectu voluit Hoſti. in c. j. in verbo, cognoueris, ſuprà, de offi. dele. & ſequitur ibi Antonius. pe. colum. & Ioan. de Imo. in fi. vbi dicit, ꝙ ſi prælatus videt turbatores ſuæ iuriſdictionis adeo peruerſos, quòd ſi excommunicarentur. peiora facerent: nec per cautionẽ mederi poteſt: ne ceſſe eſt cenſuram ſuſpendere, vel non imponere, quouſque mutentur tempora, vel per deum; vel eius vicarium aliud conſilium apponatur.

Nota.

Et hinc eſt, ꝙ ſi prælatus cognoſcit, quod clericus cõcubinarius efficeretur deterior, ſi præcise compelleretur dimittere concubinã: poterit ad

16 tempus tolerare † ſine peccato. Nam quandoque ſuſtinetur minus malum, vt maius euitetur. xiij. di. c. duo. xxxiij. q. ij. c. ſiue de coniugij. ita notanter dicit Abbas in c. vt clericorũ mores. ij. co. ſuprà, de vita & honeſtate clericorũ, ad quod ego allego tex. ſingularem, de quo ipſe non meminit, in c. requiſiuit. ſuprà. de ſponſalibus. vbi probatur ſecundùm eundem Abbatem, quòd eccleſia non compellit quem ad pœnitentiam, ſed patitur eũ ſtare in peccato: vt euitetur maius malum futurũ tolerandum eſt ergo minus malũ de præſenti, de quo eccleſia certa eſt, vt euitetur maius malũ, veriſimiliter futurũ, licet illud nõ poſſet cõtingere: vt ibi probatur, & eſt valde notandum: & facit ad multa. faciunt no. in c. inter opera charitis. ſup. de ſpõſalibus. & quæ dixi in rubr. §. iij. in fi. ver. quintum fundamẽtum. facit quod de correctione fraterna dicimus, quòd licet ſit de præcepto, tamen fallit vbi dubitatur vtrum monitus efficiatur deterior. quia tunc meritorie omittitur, ſecũdùm Archi. in c. ſi peccauerit. ij. q. j. de cuius dicti veritate vide per Abba. & alios in c. nouit. ſuprà, de iudi. Adde pro opinione iſtorum bonũ text. in ca. eſt iniuſta. xxiij. q. iij. præſertim in fine, dum dicit, nonne etiam cùm vni indulget indigno, ad probationis contagium prouocat vniuerſos? facilitas enim veniæ incẽtiuũ tribuit delinquendi. vt ibi, & in clericorum mores. Ex quibus omnibus ſatis patet, quòd non debet iu-

Tene mẽti hanc doctrinam.

17 dex † excommunicationem imponere, niſi tunc demum, quando viderit eam medicinalẽ, & animabus profuturam, quarum iura noſtra canonica curam principalem gerunt: vt dicit glo. in cap. cum contingat. ſupr. de iureiurando. & in regula, poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. Imo quod fortius eſt quamuis iudex contumacem iam excommunicauerit, ſi tamen videat eius ſaluti expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata eſt potest diſcrete excommunicationem iuſte latam remittere, & ſic excõmunicatum abſoluere, etiam manente contumacia. Iſta eſt mirabilis doctrina

No. pro excommunicatione.

Not. hanc doctrinam pro iudicibus.

18 † eiuſdem ſancti doctoris eadẽ diſtin. xviij. q. ij. arti. j. quæſtiuncula ij. in ſolutione ſecundi argumenti. quam vt ſingularem referunt & ſequuntur Io. And. Ancha. Dominicus & Philippus in cap. j. de ſentent. excom. lib. vj. Abbas in cap. ab excommunicato. fi. colum. verſic. ſed no. vltimò. ſuprà, de reſcrip. & in c. ad reprimendam. ſuprà. de offi. or. co. j. ver. ij. no. ex gl. & in c. fi. co. xxxj. ver. item facit. ſuprà, vt lite nõ cõteſtata. & in c. ſignificaſti. in fi. ſupr. de eo qui duxit in ma. quam polluit. & in c. clericos. de coh. cle. & mulierũ. Io. de Imo. in cle. j. poſt principium. de pœn. & remiſſionibus. & quamuis ipſi non dicant, idem fuit de mente Pauli de Liazaris, in c. & ſi vnanimiter. ſupr. de poſtu. præla. co. ij. ver. nunquid inuictus. An. Sic. in d. c. fi. §. fin. co. x. verſi. ſed ſtat pulchra dubitatio. ſuprà, vt lite nõ conteſtat. Ad hoc bene facit tex. no. in c. presbyter, lxxxj. diſt. ibi, corporis & ſanguinis domini ne indureſcat particeps fiat. a

Adde no. per Fely in c. apoſtolicæ. de excepţio. col. 2. cũ ſeq. vbi vide, in co. iij vnũ verbum Richardi, quod ibi refert, videlicet ꝙ excõmunicatus à iure indiſtinctè, non debet abſolui ſine voluntate & requiſitione: ne. quod dicit ſe alibi non legiſſe, & multum declarat ſuprà dicta. ideo no. Io. Ber.

Intellige tamen, dummodo ſpes ſit de reuerſione excõmunicati, aliàs non eſt abſoluendus. Ita notanter limitat idem Ab. in c. ab excõmunicato. motus per tex. quem reputat ſingularem in c. prodeſt. in fi. xxiij. q. v. quod eſt valde notandum contra tyrannos obſtinatos. Hæc ſint, quo ad primum, quod ex verbis ſancti Thomæ colligitur. Idem tenet Abbas in d. c. clericos. de coha. clericorũ & mu. & per hoc aliqui audẽt dicere. ꝙ cùm experimẽto competũ ſit in Hiſpania, quod cõuerſio hæreticorum ad fidem non ſit vera, eò quòd ferè omnes relabũtur in hæreſes abiuratas: hodie non ſit aliquis ad reconciliationẽ admittendus. cũ non ſit ſpes bonæ reuerſionis: imo quòd ſeueritas contra eos exerceatur: per tex. in d. c. prodeſt. ſicut olim conſuluit fieri Ioan. Dominic. Cardinalis ordinis Prædicatorum, vir ſanctæ vitæ, qui à Papa Martino ad inſtantiã Imperatoris Sigiſmũdi miſſus fuerat ad Bohemos, apud quos magnæ ambulabant hæreſes, anno Mcccxv. qui expertus, quòd duræ eſſent ceruicis, & incorrigibiles, Imperatori perſuaſit: quòd illos gladio exponeret, antequam illam regionem totam inficerent: non enim ita inualuerãt, quin multi adhuc immunes ab errore illo remanerent: & ideo cum adiutorio illorum facilè poſſe infectos extingui. Sed Imperator nimis illis compatiens, quia regnum ſuum erat, cogitauit proceſſu tẽporis poſſe ſine materiali gladio illis mederi, & ab errore reuocare. Sed contrarium accidit: nã cum quotidie angerentur, auerſi à veritate, in errorẽ illum declinantes, coacti magno exercitu, armis vtebantur, cogẽtes variis cruciatibus omnes ad aſſenſum ſui erroris, monaſteria religioſorum, quia contraria prædicabant eis, cõbuſſerũt, euerteruntque, occidendo renitentes, vel de patria eiiciebant, ſicque totũ illud regnũ Bohemiæ à fide deuiauit, quia cancer vlceroſus non cito, vt oportuit, aduſtus eſt. Itaque Cardinalis cernens rem irreparabilem, nec verbis opus eſſe, ſed gladiis, quibus falſa pietate Sigiſmundus parcendum exiſtimauit. Iſta ſunt fere verba Archiepiſc. Florentini iij. parte hiſtoriali. tit. xxij. c. vij. in principio. & latius tradit Pius ſecũdus in ſua Bohemica hiſtoria. c. xxxv. & xxxvj. Secundum, quod ex verbis ſancti doctoris colligitur, eſt, quòd regulariter nunquam aliquis eſt excõicandus, niſi pro

Nemo excommunicatur, niſi pro contumacia.

18 † contumacia. Nam & ipſa eſt delictum, vt l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re militari. imo eſt grauiſsimum delictum, vt capitu. ſciendum. viij. quæ. j. & peccatum infidelitatis, vt capitulo ſi qui presbyteri. lxxxj. di. Vnde iuſtum eſt, quòd propter eam debeat quis excommunicari, vt not. in capitulo primo. ſuprà, de iudi. eſt textus valde ſingularis, non ſolitus allegari ad hoc, in cap. ij. ſupr. de maiori. & obe. vbi littera dicit, Siquis non obedierit principi, morte moriatur, id eſt excom-

Universidad de Puerto Rico Biblioteca

Prohibitio iuris habetur pro monitione.

municetur, secundùm expositionem Abbatis, in c. per venerabilem. suprà, qui filij sint legitimi. & c. j. infrà, de homicid. Quamuis enim aliquis grauissimum delictum committat, propter ipsum tamen delictum non excommunicabitur, sed propter contumaciam in obtemperando & satisfaciendo pro ipso delicto, postquam delinquês fuit monitus ab homine, vel à lege, vt non delinqueret: & si deliquit, vt satisfaceret. Itaque delictum est causa mediata ipsius excõicationis, sed contumacia est causa immediata: vt notãter voluit glo. in c. episcopi. xj. q. iij. & probatur in c. sacro. infrà de sen. excom. Est glos. in c. de presbyte. xvij. q. iij. in fi. & Abba. in c. officij. in primo notabili, de sente excom. & in rubri. eodem ti. Vnde si † monitio fiat ab homine, constituit eum cõtumacem. Si autem à iure, prohibitio ipsius iuris habetur pro monitione: & contra facientem constituit in contumacia. vt no. voluit Ioan. And. in c. proposuit. infrà, de clerico exc. mini. Rota in nouis. cccc xxxvj. aliàs reperitur sub titulo, de dolo & contumacia. vltima. Vbi dicunt, quòd quando aliquid mãdatur in synodo, vel prohibetur fieri per episcopum in statuto, sub aliqua pœna: id habetur loco trinæ monitionis. ad hoc bonus tex. in c. apostolicæ. de re iudi. li. vj. in fi. & ibi no. Dominicus in §. ita nos. itaque dicens per illum text. quòd quando profertur excommunicatio, propter delictum futurum, non est necessaria trina monitio, sed sufficit prohibitio sola, quasi illa habeatur pro trina monitione. quod tene menti. vide Bald. in l. si quis seruo, ad fin. C. de fur. & in c. j. in fi. de raptoribus. †Et inde est, quòd obligati facere residentiam monitione facta in synodo, possunt priuari, absque alia monitione, *a* tanquam ter moniti. secundum Fredericum, consi. cix. incipiente, quæstio magis colligitur. dicens, † q̃ siue in constitutione sit verbum, moneo, siue præcipio, siue æquipollens, talia præcepta edicta loco trinæ monitionis habentur: vt ibi latius per eũ. Inde est etiam quòd monitio facta in synodo generaliter contra executores testamentorum, negligentes exequi in annum, deuoluit executionem ad episcopum, absque alia speciali monitione. ita dicit Franciscus Paulinus in additionibus, quas fecit ad suas gl. extrauagantium. fo. vlt. earum. col. j. quod plene examinat Io. An. & alij. in c. nos quidem. suprà, de testa. Inde est etiam, q̃ vbicunque excommunicatio fertur propter delictũ à iure damnatum & prohibitum: non est necessaria alia monitio, vt notanter voluit Abb. in c. fi. ij. col. de vita & hone. cle. est tex. singularis, & forte non alibi, in c. reprehensibilis. suprà, de app. ibi: nisi talis sit culpa, quę ipso suo genere suspẽsionem inducat. *b*

Idem si iudex extra iudicium defendendo iura sua, vtendo mucrone, vel censura ecclesię tãquam armis materialibus, aliquem excommunicat: potest enim sine aliqua monitione, vt notanter voluit Inn. in c. venerabili. suprà, de censibus. & sequitur ibi Antonius, & alij. Lapus allegatione lxxiij. Ange. in l. vt vim. in fi. ff. de iust. & iu. Abb. in c. cùm venissent. pe. col. suprà, de iudiciis. Ioan. de An. in c. dilecto. de sen. ex. li. vj. & ibi Dominicus. ij. col. in fi. quod est valde notandum. prohibitio enim legis vel statuti, habetur pro monitione, vt prædixi. Ex his omnibus clarè liquet, q̃ excõmunicatio nõ pro delicto, sed pro contumacia, quæ propter delictũ emanat à iure, vel ab homine ferenda est: licet aliquando excommunicatio feratur propter reatum, vt ex prædictis colligi potest: est bonus text. in c. fi. de pœnis. ex quo dicebat ibi Andre. Sicu. in recollectis, se consuluisse, cum quidam Prior esset iniuriatus à suis canonicis: quia cum ipse cãtaret missam, & antequam compleuisset, venerunt canonici, & cœperunt cãtare alta voce: vnde ille Prior eos excommunicauit: valuit excommunicatio: quia processit culpa ex parte canonicorum, nisi infra triduum satisfaceret de iniuria sibi illata. per c. Romana. §. caueant. de sen. excõ. li. vj. vnde non fuit necessaria alia monitio secundum eum, quod dicit esse valde no. ad limitandum c. sacro. de sen. excõ. potuisset allegare dictum Inno. in d. c. venerabili. de censibus. de quo per Fely. in d. c. reprehensibilis. de ap. col. ij. ver. ij. quod dicitur. & Fely. in c. cùm sit Romana. eo. titu. viij. col. de quibus ego memini in c. j. de iudi. fo. v. fi. col. ver. idem dicas in meis recollectis. Cauent tamẽ prælati, & iudices ecclesiastici, ne sint 22 faciles in † excomunicando, maximè pro leuibus culpis: vt dicit tex. in c. nullus. & ca. nemo. xj. q. iij. Apostolum imitantes, qui non nisi ter excommunicauit, & pro grauissimis criminibus. vt habetur Galatarum j. vbi Apostolus excommunicauit angelos, & alios euangelizantes aliud Euangeliũ: dicit ibi sanctus Thomas, q̃ hanc excommunicationem protulit Apostolus non propria authoritate, sed authoritate Euangelicæ doctrinæ, cuius minister erat: cuius doctrinę authoritas habet, vt quicunque contra illam dicunt excludendi & repellendi sunt: iuxta illud Io. x. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. & propterea ista excõicatio comprehendere poterat angelos, secundum eum. Item prima ad Corinthios. v. Apostolus excommunicauit fornicãtem patris vxorem, & tradidit eum Sathanæ in interitum carnis. Item prima ad Timotheũ v. Apostolus excõmunicauit Hymenęũ, & Alexandrum, circa fidẽ naufragantes, tradens eos Sathanæ, vt discant nõ blasphemare. Mathæi etiã xviij. dicitur de illo, qui ecclesiã audire contẽnit, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. & habetur in c. si peccauerit. ij. q. j. & in c. nouit. suprà, de iudiciis. Vide Archiepiscopum Florentinum, parte ij. ti. iiij. ca. vj. §. fin. Ethnici enim sunt extra ecclesiam: ergo & illi, qui ecclesiam audire contẽnunt, per excommunicationem extra ecclesiam sunt ponendi. per excommunicationem quidẽ separatur quis à cõmunióne fidelium, & participatione sacramentorum: vt traditur in c. ij. suprà, de exceptio. & priuatur suffragiis, quibus homo munitur cõtra impugnationẽ Sathanę, propter quod de ecclesia deijcitur, iuxta illud Canticorum vj. Terribilis, vt castrorum acies ordinata, scilicet dæmonibus. ita declarat sanctus Thomas j. ad Corin. v. col. ij. vide bonum tex. & ibi Inno. & Abb. in c. si quis presbyterorum. suprà, de re. eccle. non alie. & habetur in c. audi deniq;. xj. q. iij. ex quo dicebat ibi gl. signãda, q̃ excõicatus dicit tradi Sathanæ, quia diabolus habet in eo potestatem, quasi in pecore suo: vt xxiiij. q. §. his authoritatibus. in fin. & tenet Host. in c. ita quorundã. in. fi. de Iudęis. quẽ refert & sequit ibi Io. de An. iiij. col. & hinc est secũdũ eos, q̃ excõicat' nõ ita faciliter resurgit, nec recuperat gratiã dei, sicut alius peccator non excõicatus. Et

orationes

a Adde quæ scripsi in meis regul. & fallen in regula inci piente, monitio. in ij. fallent. Ioã. Bern.

Nota hoc.

b Adde Feli in c. ij de sen. excom. qui ponit 50 casus in quibus monitio nõ requiritur. Io Bern. Nota hoc dictum innocentij.

Excommunicatus non est ferenda pro leuibus culpis.

Nota de generali excõmunicatione.

Nota circa excommunicatũ.

De excõmunicato, quia non paruit.

orationes, & eleemosynæ, & alia opera de genere bonorũ, sunt excõmunicato debiliora, quàm in alio peccatore: & angelus deputatus ad eius custodiã, nõ ita operatur in eo, sicut in alio. Est enim excõmunicatus separatus ab ecclesia, & tentationibus Sathanæ expositus, vt liberius ruat in peccatũ, secundũ illud Apocalypsis, vlt. c. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Traditur excommunicatus Sathanæ in carnis interitum: quia, vt dicitur Galatarum vltimo, qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. ita declarat sanctus Tho. vbi suprà. Cui adde bonum tex. in c. omnis Christianus. cum c. sequenti. xj. quæstio. iij. vbi dicitur, quod excommunicatus sit membrum diaboli, & extra ecclesiam dei. Quæ sunt valde notanda contra excommunicatos, vt nullo modo excõmunicationẽ ferant, nec in ea perseuerent: quoniã maximã vim habet excõicatio. vt ex prædictis apparet. Ex quo videtur merito reprehendenda gl. in c. quodcũq;. xxiij. q. dũ dicit, q̃ excommunicatio, quo ad deũ, parũ aut nihil operatur. vt meminit Abb. in c. ad probandũ. de re iudi. iiij. colũ. & in c. dilectus. in fi. de appel. & in d. c. si quis presbyterorũ. in princi. vel oportet eam intelligere de excõmunicatione iniusta, secundum Abba. & Ananiã in d. c. ita quorũdam. qui latius loquuntur. videas per te. Ecce quàm graue damnũ affert excommunicatio iusta, & consequenter quomodo iudices (quantũ possibile sit) debẽt ab excõmunicatione abstinere, vt nõ excomunicẽt, nisi pro grauissimis culpis: nõ autẽ pro leuibus, vt dicebant canones prædicti. Ex quo infertur vnũ mirabile & quotidianũ, q̃ excõmunicatio generalis ab homine, lege, vel statuto prolata, cõtra furantes res ecclesiæ, non arctat eos, qui res paruas, & infimas subtraxerũt, vt puta candelam, vel clauum &c. quia cũ canones prædicti prohibeãt excõmunicare pro leuibus culpis, & excõmunicatio nõ liget, nisi ex intẽtione proferẽtis: vt dicit illa gl. notanda in c. ad apostolicæ. infrà, de clerico excõi. mi. nõ est verisimile, q̃ iudex voluerit excõmunicare contra dispositionem iurium prædictorũ. ista est noua & singularis decisio domini Abb. in d. c. j. suprà de iudiciis. iij. colũ. quem alij Moderniores sequuntur, quod dictum ego sequutus fui, dum ordinariè legerẽ illũ tex. Sed dicebã, tutius esse pro animalibus tenere cõtrà: quia volũtatem iudicis ignoramus, & bonarum mentium est ibi timere culpã, vbi culpa nõ reperitur vt c. consiliũ. suprà. de obseruatione ieiuniorum.

23 cum cõcordantiis. A voluntate autem † iudicis excommunicationis vinculũ depẽdet. gl. not. in c. ad apostolicæ. de clerico excõ. mi. de qua suprà, habita est mentio. Secundò infertur aliud non minus aduertendum, q̃ si aliquis fuit vocatus ad iudiciũ pro re leui: & venit, noluit tamen parere mandato iudicis aliquid præcipientis: nõ est excommunicandus, quia ista est leuior culpa, quàm eius qui noluit cõparere: ille enim qui nõ cõparet, dupliciter peccat, quia nõ cõparet, & quia nõ

24 paret. ille verò qui cõparet, & non paret, peccat in vno: ideo mitius venit puniendus: vt in simili no. gl. in cle. vnica. de dolo & contuma. alia in l. properandũ. §. sint autem. C. de iu. facit tex. cum gl. in l. creditor. §. iussus. ff. de appella. ita decidit dominus Ab. in d. c. j. reputans hoc valde not. ad intellectũ prædictorũ iuriũ, nemo & nullus. & glo

riatur se dixisse rem nouam, quem refert & sequitur ibi Franciscus Aretinus. vj. co. Andreas Siculus in c. de causis. vij. co. suprà, de offic. dele. Sed ipse idem Andreas Siculus in c. causam. suprà, de rescriptis. & in c. olim. eo. tit. dicit Abbate vehementer erraſſe. & dixisse contra casum expressum in c. ex literis. suprà, de consti. in verſic. quia non paruit. vnde propter hoc ille magister fuit excommunicatus. & istam opinionem ego sequor, & vltra ipsum allego tex. expressum in c. certũ. xj. q. iij. qui non patitur calumniã. vbi litera dicit, Certum est pro his tribus criminibus aliquẽ excommunicari debere: cũ ad synodum vocatus venire contemnit: aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis &c. & sic vult ille tex. q̃ propter contumaciã, in nõ parendo potest aliquis excommunicari. Nec valet, si dixeris, q̃ ibi loquitur tex. quando fuit vocatus vt veniret ad synodũ: & sic nõ pro leui re, vt dicebat Abba. quoniam meo iudicio in hoc non est vis, vt rũ contumacia insurgat ex re magna, vel leui: imò tanto maior est contumacia, quanto ex minori re surgit: vt dicit glo. in c. duo sunt. xcvj. di. Qualitercunque ergo reperiatur contumax, etiam in non parendo, poterit excommunicari. vt in expresso voluit sanctus Thomas iiij. sen. di. xviij. quę. ij. cuius verba suprà, retuli. vnde iura prædicta ca. nemo. &c. nullus. nõ considerauerunt causam immediatã ipsius excõmunicationis, quæ est cõtumacia: vt suprà, declarauimus: sed causam mediatam, id est ipsum delictũ, vel crimen. super quo emanauit contumacia. præsertim quia illa iura de cõsilio & non de præcepto disponunt. vnde si pro leuibus causis vel culpis velit iudex excommunicare, valebit excommunicatio. Istis sic præhabitis, à quibus propter saporem calamũ reprimere non valui, ad rem venio: & dico, q̃ si maritus ob aliquã contumaciã fuit excommunicatus, in qua excommunicatione induratus longo mãsit tẽpore: si ex hoc vxoris doti periculũ futurũ verisimiliter timeretur, ego vxorẽ circa dotis exactionem consulẽdam crederẽ. Quid enim, si maritus de hæresi suspectus excommunicatur, & in excommunicatione duraut per annũ? cuius perseuerantia addidit præsumptionẽ præsumptioni, propter quam de iure potest, vt hæreticus, condẽnari: vt c. cum contumacia. de hæreticis. lib. vj. & per consequens eius bona confiscarentur. vt c. cùm secundum leges. eo. ti. nonne propter huiusmodi periculũ verisimiliter præsumptũ, vxori consulendum est? negari enim non potest, quin per hoc dicatur maritus ad inopiã vergere. nã si ex hoc, q̃ cœpit mercãtias exercere per mare, vel habeat res suas prope flumẽ, vel in flumine: & ex aliis causis, de quibus supr. & infrà dicitur ad inopiã vergere, pari, imò fortiori ratione idẽ erit dicẽdum in casu nostro, quãuis nullã habeamus certitudinẽ futuri periculi: sola enim suspicio ad hoc sufficiens: est: vt traditur in præallegatis iuribus. Idẽ fortis esse, & per annum excommunicationẽ sustinuit: nã & tũc præsumitur de hæresi vel inf. delicta recõtra eũ: vt no. in c. ruſus. & in c. quicũq; xj. q. iij. & in c. j. sup. de iudiciis. vbi dixi in meis recollectis. Ex qua præsumptione resultat effectus magnus: præstat enim iustã causam procedendi contra eũ, per ordinariũ, vel inquisitores fidei iudi-

De marito excommunicato propter suspicionem hæresis.

De excõmunicato perseuerãte in excommunicatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces, vt sciatur qualiter sentiat de fide, eiusq; articulis & sacramentis: vt notatur in prælegatis in ibus: præsertim per gl. in d. c. cum cõtumacia. & ibi Philippus in fi. Host. Ioan. And. & alij, in c. excommunicamus. §. j. eo. ti. Abb. in c. postulasti. de homicidio. in fin. qui dicit sic debere intelligi tex. in c. fin. infrà. de pœnis. qui de biennio facit mentionẽ: facti enim contingentia narratur. Sic etiam debet intelligi gl. nota. in c. cõtingit. suprà. de dolo & cõtu. in ver. nancisci. in prin. quæ dicit, q; si quis pro causa ciuili fuit excommunicatus, & per mille annos in excommunicatione perdurauit: non per hoc censetur conuictus. secus incriminali, & sic intelligit dictũ capi. rursus. & c. quicunq;. quam glo. velut singularẽ cõmendant ibi Antonius, Abb. & alij; & Ludoui. singulari eccv. incipiente. de hoc heri. idẽ videtur sentire gl. iij. in dicto c. fi. infrà de pœnis. vbi vide Marianũ in iij. notabili. Sed quamuis non habeatur pro conuicto, post annum tamẽ habetur pro suspecto de hæresi, vt possit cõtra eũ procedi, vt prædi. & meritò: nam cùm excõmunicatio tantã habeat vim, vt per eam excõmunicatus tradatur Sathanæ possidendus, vt dictum est: si maritus tanto tempore à Sathana possideri, & quodãmodo eius membrum effici patiatur, præsumendum est quippe eum infidelẽ, & hæreticũ. Sicut videmus in fimili de eo, qui cũ aliqua muliere matrimoniũ † cõ
25 traxit per verba de præsenti, postea illa viuente, propria authoritate cõtrahit cũ alia: præsumitur contra eũ de hæresi, adeò q; poterit inquisitor hæreticæ prauitatis cõtra taliter contrahentẽ inquirere, qualiter sentiat de sacramento matrimonij. ita notanter dixit Lapus. Abb. in c. accusatus. de hæreticis. li. vj. in §. sanc. qui dicit, q; sic aliàs fuit cõsultum. refert & sequitur ibi Dominicus in fin. & Philippus in prin. illius c. & Doctor de Villadiego episcopus Ouetensis, in suo tractatu, de hæresi. q. ix. post princ. ver. infertur etiã. qui taliter cõtrahendo videtur cõmittere cõtra vnũ de sacramen. eccle. & per consequens hæreticus est habendus: vt c. ad abolendam. infrà. de hæreticis. bene facit tex. in d. c. accusatus. §. cũ verò. Adde, q; ille, qui prima vxore viuente aliam superduxit, est infamis, & debet acriter puniri. l. neminẽ. C. de incestis nuptiis. & ibi Bal. qui dicit idem de habente duas cõcubinas. Idem si habet vnam vxorem, & vnam concubinã, secundum eum. & talis contugatus habens concubinam, est excommunicatus, secundùm Cardinalem Salinonsem in suis constituti onibus. tit. de adulteris. vide Abba. & quæ ibi addo, in c. ij. de sponsa duorum. meritò contra eum, qui duas habet vxores viuas, inquiritur. Idem fuit de mente Iacobi Bu. in l. iij C. de summa trinitate. quem refert & sequitur Bal. ibi, prope finem. Abb. in c. cum quidam. fin. col. ver. item faciunt hæc. suprà. de iureiuran. & in c. de homine. ij. co. ver. & ex istis. infrà, de celebra. miss. episcopus. in prælegato loco. vbi dicunt, quòd
26 si † monachus professus, relicto claustro, clàm matrimonium contraxit, est excommunicatus ipso iure. vt cle. vna. de consan. & affini. & potest inquisitor hæreticæ prauitatis contra eum procedere. quod reputant valde notandum, quia facit ad multa. Ex quo meo iudicio idem posset dici de eo, qui in sacris ordinibus constitutus, clàm matrimonium contraxit: vt nõ solũ perdat beneficia, & incurrat alias pœnas, de quibus in c. j. sup. de clericis cõiugatis. & prima partita. ti. vj. l. xlj. quæ incipit, casando. & est excommunicatus ipso iure: vt d. cle. vna. imò etiam reddatur suspectus de hæresi, vt possit contra eum per inquisitores procedi. quod tene menti, ad extensionẽ iurium prædictorum. Idem ego dicerem econtrà de
27 eo, † qui post matrimonium contractũ per verba de præsenti, etiã si per carnis copulã nõ fuerit cõfirmatum, aliquem de sacris ordinibus clàm suscipere præsumpserit. quo casu matrimoniũ non dissoluitur, nec ipse in susceptis ordinibus ministrare potest, nec ad superiores ordines proueh, nec ad aliquod beneficiũ vel officiũ ecclesiasti cum valet promoueri, nisi religionem approbatã ingressus profiteatur: vt disponit notabilis extrauagans, quæ incipit, antiquę concertationi. & vltra hoc potest per inquisitores contra eum procedi, vt appareat qualiter sentiat de sacramentis. Idem ergo erit in casu nostro in marito excommunicato, & in excõmunicatione perseuerante per annũ. nam per hoc videtur cõtemnere excõmunicationẽ, & superiorẽ excõmuni cantẽ, vel ius excõmunicationẽ imponens: quia tanquã inobediens grauissimè peccat. c. sciendum. viij. q. j. & idololatriæ peccatum incurrit, quia peccatũ ariolandi est nõ obedire, & scelus idololatriæ nõ acquiescere. Peccatũ igitur paganitatis incurrit, quisquis dum Christianũ se esse asserit, & sedi apostolicæ obedire contẽnit. ita dicit Gregorius, vt habetur in c. si qui presbyteri. lxxxj. distin. Tanto igitur tẽpore maritus ferendo excõmunicationẽ, nõ videtur bene sentire de sacramẽtis, cũ non faciat, nec facere possit, quod alij fideles faciũt, & facere tenẽtur: nõ ergo longe distat ab hæresi, & per consequẽs meritò contra eum procedi potest per inquisitores. in quo processu expensas non modicas facere oportet (vt experientia docet) propter quas verisimiliter eum ad paupertatẽ, vel inopiam venturũ creden
dum est: vergit ergo ad inopiam, vt sit locus repetitioni dotis: præsertim, quia vltra prædicta tales excõmunicatos, lex regni, quã edidit rex Ioãnes in oppido de Guadalaiara, era Mcccxc. acriter punit: dicit enim, q; si excommunicatus in excõmunicatione triginta diebus perseuerat, pœnam sexcentorum nummorum incurrat. Si quidem sex mensibus in eadem perduraverit, sex mille nummos exoluat: & deinde qualibet in die sexaginta nũmos: insuper à loco suæ habitationis expellatur. Et ita quodãmodo fit exul, vt sit locus repetitioni dotis. Cõcludo igitur ex omnibus prædictis, q; vbicũque excõmunicatio mariti affert de præsenti, vel afferre potest in futurũ vxori dotis periculũ, poterit vxor illã repetere: aliàs secus. Et ista tene memoriæ, tanquã ab alio nõ tacta. in quibus si aliquid impertinenter dictum est, parce lector: tantum enim salis habebant, quòd (me inuito) inobediens calamus laxauit habenas. Redeũdo igitur ad propositũ, vnde fumus egressi, di
28 cetur maritus ad inopiã † vergere, si eius bona essent publicata, vel saltẽ eorum pars: ita notanter voluit Barto. in d. l. si constante. in quinta quæstione primæ partis. per tex. in l. si marito. eo. ti. Sed Io. de Imo. in d. l. si marito. in fi. tenet contrarium. & ad illũ tex. respondet, q; loquitur, quando matrimoniũ est solutum. quod sequitur Lancelotus

Lex regni.

De eo qui post matrimoniũ clàm sacros suscepit.

Lex regni.

De illo qui vxore viuẽte aliã superduxit.

De monacho matrimonium contrahente.

Decius

Decius in d. l. si cõstante. ij. co. in prin. quia leges illius ti. cõmuniter loquuntur in casu soluti matrimonij: vt per Bar. in rub. eo. ti. Itẽ si in casu l. si matrimoniũ constaret: obligatio, qua tenetur maritus, cùm sit cõditionalis, si matrimoniũ soluatur, nõ transiret in fiscum, per l. quoties. in fi. secundum intellectũ Bar. ff. de nouatio. Cùm autem obligatio dotis transeat ibi in fiscum per publicationẽ partis bonorũ, videtur purificata, & sic solutũ matrimonium, secundum eum. Sed mirandũ est, q; non viderit eundẽ Ioã. de Imo. in d. l. si cõstante. in v. co. vbi dicit, q; licet ista procedant secundũ illa tẽpora. hodie tamẽ etiam sine aliqua publicatione bonorum, dicetur maritus ad inopiã vergere, vt sit locus repetitioni dotis: & multo fortius, quando pars bonorũ, quamuis maritus aliàs sit dives, & soluendo ex bonis sibi
Exhæredatus. manentibus. & hoc teneas. Dicetur etiã maritus ad inopiam vergere: vt paretur vxori actio pro restitutione dotis à tempore aditæ hæredita
29 tis, † si à patre suo fuit exhæredatus ex iusta causa: vt l. filiũ. §. sed cùm exhæredatio. ff. de cõtrahenda
Lex regni. empt. & l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. & vj. parti. tit. vij. l. ij. Bar. in d. l. si cõstante. §. si exhæredato. de quo ibi per Modernos, & per Io. Campetiũ, in tracta. dotis. iij. part. q. lxiiij. & latius per Bal. Nouellũ, in tractatu dotiũ, parte
Cloacamũ dare. vij. priuilegio xxxij. xxxiij. vbi videas. Ex prædictis attentari potest, q; si maritus omnia bona sua haber in ædes, & ex negligentia vel defidia earum cloacas nõ mundauit, vel nõ refecit, cùm possit: dicetur malè vti substantia sua, & ad inopiam vergere: quoniã immunditiæ cloacarũ ruinas minantur. si non reficiantur: vt l. j. §. sub hoc titul. ff.
Fundamenta inaquosa. de cloacis. Idem si fundamentum ædium aqua vitietur, seu corrodatur, quod maritus cum possit reparare negligit: nam vitiato fundamẽto, cor
Paries apud puteũ. ruit ædificium. l. fluminũ. §. idẽ Seruius. ff. de dam. infec. Idem si maritus ædes habeat apud puteum altè fossuminam ibi parietes domus securè stare non possunt: vt d. l. fluminũ. §. fin. Si ergo ex hac causa maritus habet res suas, vel maiorẽ partem earũ in periculo, dicetur ad inopiã vergere.
Coteras. Idem si tecta domorũ nõ repararet, quia tecto rum neglecta procuratione, ædes pluuiis infectæ
Frumẽtum veterascens pereunt: vt l. cũ ad quãlibet. C. de cõditis in publicis horreis. li. x. Idem si haberet omnia bona in frumẽto, & illud inueterascens non erogauerit, quia vetustate species corrupta, damnum affert,
Mixtio. vt l. j. eo. ti. Idem si frumento arenã, vel quid aliud immiserit, ita vt difficilis sit separatio, quia talis cõmixtio corrũpit frumentũ, & dãnũ affert. l. si seruus seruum. §. itẽ si quis frumẽto. ff. ad l. Aquiliam. Idem si maritus habens omnia bona
Iumẽta male tractans. sua, vel maiorẽ partẽ in iumentis, ipsa malè tractaret, ita vt eius culpa pereant, vel perire possint. ar. l. j. C. de cursu publico. li. xij. Idẽ si aggeres maritus nõ faceret, vel flumina nõ auerterit,
Impensa necessaria. vel ædificia vetera nõ fulcit, si iter nõ refecit, si arbores in locum mortuarũ nõ imposuit, si seruos infirmos non curauit, si seminaria pro vtilitate agri nõ fecerit, vel horreũ non cõstruxit, si moles in flumen non proiecit, causa faciendi por-
30 tum, vel causa munitionis vel domus, vel fundus rueret, vel procliua molendini, quia omnia ista sunt impensæ necessariæ, sine quibus res perit, vel minuitur. l. j. ij. iij. & l. impen. ff. de impẽ. in rebus dota. fact. Et sic maritus ea omittens, dicetur malè vti substantia sua. si exinde sequitur vel sequi potest totalis rerũ perditio, vel diminutio, in omnibus bonis mariti, vel maiori parte eorũ, & per consequẽs dicetur vergere ad inopiã. Idẽ si maritus incepit nauigare cum omnibus bonis suis, vel maiori parte tẽpore nõ apto ad nauigandum, puta à Calendis Octobris vsque ad Calendas Aprilis, quia verisimile est, q; patietur naufragium, vt l. quoties. C. de naufragiis. li. xj. & quinta parti. ti. ix. l. ix. Idẽ si maritus fornacarius sit negligens in custodiendo ignẽ, quia nec extinguit, nec ita munit, ne euagetur, vel si est negligens in eligendis ministris, qui diligenter ignem seruent. d. l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. cum sequenti. ff. ad legem Aqui. Si ex hac causa speratur periculum totius substantiæ, vel maioris partis rerũ ipsius mariti, dicetur malè vti substãtia sua, & ad inopiam vergere. Idem si maritus fuit negligens in petendo sibi caueri de dãno infecto, cum vicini ædes minantur ruinam, quæ postea cadentes, mariti ædes destruxerunt. nõ enim tunc habet actionẽ dãni infecti, vt l. quod forte. ff. de damno infecto. & non sibi prospicere cautione damni infecti, cùm possit, culpa est. l. qui bona fide. §. cùm inter ædes. ff. eod. Si igitur ex hac causa maritus patitur, vel pati speratur omnium bonorum, vel maioris partis periculum, dicetur male vti substantia sua, & cõsequenter ad inopiã vergere. Idem si habeat ædificia in loco palustri, vel arenoso, quia naturaliter sunt loca vitiosa ad ædificandum. l. fluminum. §. vitium autẽ. ff. de dãno infec. quæ lex bene facit ad ea, quæ supr. dixi. co. li. de ædificio in flumine, vel prope flumẽ appositò. Idem dicendum est, si maritus incipit facere maiores expensas, quàm suppetant facultates; nam per hoc verisimiliter creditur eum ad paupertatẽ vẽturum, & per cõsequẽs dicitur ad inopiam vergere. ita dicit singulariter Pau. de Ca. in d. l. si cõstare. co. ij. ver. postea per authenticã. ad quod bene facit rex. notandus in l. iij. in princ. ff. vbi pupillus educari debet. vbi iurisconsultus cõsulit tutori, q; moderatè alimenta pupillo dicernat, vt non vniuersum reditum patrimonij in alimenta cõsumat, inde sumpta fuit lex regni, vj. parti. ti. xvj. l. xx. ex quo colligit glo. in d. l. iij. versi. reditum. q; nõ debet quis omnes fructus, quos ex suis possessionibus, vel aliunde habet, expendere, sed semper ita facere, vt ex reditu aliquid superfit. & not. ibi Bald. facit cap. j. de restitutio. ad idem tex. in authen. vt determinatus sit numerus clericorum. in prin. co. j. vbi dicitur, q; nõ debent esse tot ministri in ecclesia, vt illorum expẽsis sanctissima ecclesia incidat in causam mutuorum maximorum, & paulatim ad nouissimã inopiã deponãtur. & paulo pòst dum dicit, Sed ad inopiã descenderet nouissimã. & postea subdit, Et quẽadmodum nõ fiat, prouidemus. nã si nõ aliquis ferret libentereum, qui vltra substantiam suam expendit, quomodo non de his nobis est cogitandum &c. dicit Angel. quòd ille text. est not. tradit enim doctrinam, quisnam dicatur prodigus, appella-
30 tur enim † prodigus, qui vltra propriam substantiam expendit. Expendere vltra propriam substantiam dicitur, cùm expendit vltra suam substantiam, quam habet tempore, quo expendit. quod intellige, quando expendit vltra necessita-

Nauigabile tempus.

Ignem seruare.

De damno infecto.

Locus paluster.

Expensæ iuxta facultates.

Lex regni

Prodigus quis dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca.

tem,in casu vbi non debet expendi:vt l.fin. C.de cura. furiosi. & per istas leges habes determinatum,quis intelligatur prodigus,secundū Ang.vbi suprā.Ad prædicta facit gl.j.iuncto text.in c.quoniam.sup.de vita & hone.cle.dum dicit, habendam rationem expensarum.& dicit Ab.ibi, q̄ debent aduertere,maximè iuuenes, vt tantū expendant,& nō amplius, quantū habent in reditibus: imò consiliū est, vt semper aliquid supersit : nam si quis expendit tantū, quantum habet in reditibus,ex casu aduerso,efficitur pauperior:vt patet in iuribus prælegatis. hoc idem consuluit sanctus Bernardus,in epistola, de regimine domus. Audi,inquit,& attende,q̄si in domo tua sumptus & reditus sunt æquales, casus inopinatus potest destruere statū eius.fortius ergo cadet, si maiores fecerit sumptus, quàm sint reditus. iuxta illud,Qui plus expendit, quàm cēsus summa rependit,Nō admiretur,si paupertate grauetur. Abb. in c.apostolus. secundo notabili. de censibus. & tex.in c.de monachis.de præb.& quæ ibi addo.& c.j.de institutionibus. His, & aliis similibus casibus, dicetur maritus malè vti substantia sua, & per consequens ad inopiam vergere, vt locus sit petitioni dotis constante matrimonio.De quata men inopia debet euidentissime constare:vt vult tex.in d.l.si constāte.in prin.ibi:ex quo euidentissime apparuerit. Constabit autē euidentissimè
31 de inopia,per eiusdem mariti confessionē,etiam extraiudicialem,si confitetur se inopem, & propterea mulieri dotem consignatā stando est enim huic confessioni,nec præsumetur simulata,secundum Dy.in l.si constante.quem refert & sequitur ibi Ange.in prin.idē tenet Bar.in quarta quæstione quartæ partis.& etiā Bal.idē sequitur Ioan. de Imo.x.co.ver.circa quartā partē, dicens, q̄si vir confessus est extraiudiciū se vergere ad inopiā,& restituit dotē vxori:tenet restitutio: dūmodo nō excedatur modus circa pretiū rerū:quia talis confessio tēdit ad executionē obligationis præambulæ,non autē ad obligationē inducendam. Hoc idem tenet Cy.in d.l.vbi adhuc.q.xij. & ibi Saly. in §.creditoribus.in prin.& Albe.pe.co.ex prędictis.& ibi Io.Fab.& Collectarius in præsenti vers. sed nunquid maritus. Cāpetius in tractat. dotis. iij.parte.q.lxvij.quod tamē ipsi intelligunt, quo ad præiudiciū solius mariti,nō autē creditorū:vt latius per eos videre poteris. quod etiam tenent multi,de quibus supr.in rubrica.col.cxxxv.§.ex prædictis inferri potest.& Bald. Nouellus in tractatu dotis.ix.parte.xlj.speciali.de quo infrà fiet mentio.infrà.ver.fateor tamen. Constabit etiam per opinionē vulgi,quæ habet,q̄ maritus ad inopiam vergit.ar.tex.in l.cū de lanionis.§. afinā. ff. de fundo instru.& l.de minore.ff.de quæstio.& l. j.ff.de flumi.ita dicit gl.in d.l. vbi adhuc.& in di. authē.de æqua.do.§.illud.in versi. inchoante. ad quod bene facit tex.& quod ibi no. in l.si vno. in prin.ff.locati.& in l.si pro ea.C.mādati.vbi dicitur,q̄ si dubitatur vtrū fuerit sterilitas,vel vbertas,vulgi opinio attenditur.ita dicit gl.in dicta l. vbi adhuc.& ibi Odofredus,& in authētica,quod locū.C.de collatio.Cy.in d.l.vbi.in prima oppo. & ibi Bal.in v.col.in prin.ver.quærit hic gl. Alb. & Saly.in prin.ver.& subiūgit glo.Bar.in d.l.si cōstante.co.ij.ver.circa primū quæro.& Henricus in præsenti.prope fi. & Hostiēsis in summa.ti. de dote.post diuortiū restituenda.§.& quādo competat.ver. hodie autem intelligitur. Vulgi autem opinio sunt vicini, per quos melius quā per
32 †alios probantur paupertas vel diuitiæ. vt voluit gl.singularis secundū Angelum ibi,in l.ij.C.quando fiscus vel priua.& tenet Bald.in d.l. vbi. & in l.scimus.§.j.col.vj.ver.& nota q̄ vicini.C.de iur. delibe. Ratio prædictorum est,quia vicini præsumuntur scire ea,quæ vicinos suos tāgunt.l.dominus horreorū.ff.locati.l.j.§.j.ff.de flumi.c.cū dilectus.de purga.cano.&c.quāto.&c. quosdam. &c.literis.de præsump. Et inde est, q̄ si testis dicat, scio Titiū ad inopiā vergere.interrogatus de causa,dicat,scio quia sum vicinus.probat, secundum Bar.in l.j. ff. si cer.pe.& in l.de ætate. in ij.q.principali.ff.de mino. & in trac.de teste. iij. col.& in l.de tutela.C.de in inte.resti.mi. Bal. in authen.quas actiones.in fi.C.de sacrosan. eccles. & in l.cōuenticula.vj.col.C.de episcopis & cle.& in l.testium.fi.col.C.de testi.& in l.j.vj.col.versi. nunc venio ad secundā partem. C. de seruis fugi. & in l.quicunque.in prin.co.ti.& in l.j.C. de collu.dete.& in c.j.§.sacramentum. de consue. rectfeu.& in l.data opera.col.xiij.C.qui accusa. non poss.Ang.in authen.de hæredi.& falci.§.hinc nobis.ij.col.& in authen.de testi.in fi.princ.Abb.in d.c.quosdā.And.Sicu.in c.j.supr.de offi.dele.co. xij.Franciscus de Curte, in repetitione l. admonendi.ff.de iureiu.charta xxix.col.j.Felinus.in d. c.literis.Adde prædictis, quodnotat Bart.in l.si
33 ita.§.fi.ff.de fundo instructo.vbi dicit,q̄ dānum, †quod datur in agris,potius dicitur datum à vicinis;quàm ab aliis Idē dicit de furto,de quo etiam per eundē Bar.in l.dominus.ff.locati.vbi dicit,q̄ officiales,quando cōmittuntur maleficia occulta. consueuerunt capere vicinos, à quibus verisimiliter potest declarati veritas, & de facili possunt torqueri.vide Bal.in l.j.C.locati.Bar.in l. in eos. in fi.ff.furti aduersus nautas.& in l.j. in princi. ff. de officio præfecti vigilū. vbi dixit,q̄ quando de nocte fieret aliquod furtum,possunt custodes torqueri,vt furē indicent.facit quod voluit Bar. in l. dominorū.§.tormēta.ff. de quæstionibus & Bal. in l.inciuilem.C.de furtis.in illa quæstione.Si res furtiua inueniatur apud aliquē, an præsumatur,
34 † quòd sit fur?Et concludit secundum glos. quòd non, nisi propter qualitatem personæ,& frequentiam actus de aliquo malè præsumeretur:secus si esset persona gravis,& honesta. Ista iustificant constitutionem villæ de Madrid, quòd vbi reperitur damnum datum de nocte, & nescitur quis damnum dederit,præsumitur datum ab animalibus, quæ damno proximiores reperiuntur. quæ præsumptio habetur pro sufficiente probatione ad condemnationem. Ex quibus omnibus pa-
35 tet, † quòd inopia mariti melius probatur per vicinos,quàm per alios:apparet enim aliquando in patrimonio alicuius multa esse bona,& tamen latet grande æs alienum:vt l.fi.C.de alimentis pupi.præf.& l.fin.in prin.C.de iure delibe.quod extranei scire non possunt,sed vicini, qui quotidie conuersantur cū eo. Hoc tamē intellige, quando inopia viri prouenit ex actibus habentibus causam cōtinuā,vel successiuam:vt pura si paulatim crescit vel decrescunt facultates alicuius.quo casu,testes vicini cōcludunt dicendo, scio quia sum vicinus:vt videtur de mēte Bar.in similibus

terminis

Nota pro inuenibus.

Quomodo cōstabit maritū vergere ad inopiam.

Vulgio opinio.

Testiū vicinu.

Limitatio. De habentibus causam successiuam vel cōtinuā

terminis,in l.ciues.C.de app. & in l.hæredes palam.in princ.ff.de testa. & in l.si vero.§.qui protei.ff.qui satisda.cog.& in l.ab Anastatio.§.nuntiatores.ff.ad Turpi.quem refert Alex.in d.l.constante.col.xj.ver.item in quantum.dicit enim, q̄ factum affirmatiuum habens actum permanentem,potest transire in notorium.& hoc bene probatur per testes vicinos dicentes,q̄ sciunt.vt notarum.voluerunt Saly.& Fulg.in d.l.j.ff.si cer. pet. & ibi alij moderniores.Andre.Sic.in d.c.j.de offi.de leg.co.xij.& Fely.in d.c.literis.col.ij.ver.si est verum,inducentes ad hoc in simili vulgatam doctrinam Abb.in c. cum causam.& in c.constitutis.de testib.dum dicit,q̄ factū familiaris vel cōsanguinei,si habet causam cōtinuā,vel successiuā: vt ibi per eos,& per Fely.in c.Petrus.j.col.ver.fallit secundò.infrà,de homicidio. & in c.cum omnes.suprà,de cōsti.col.xxx.ver.vj.declaratio.vbi inter cętera allegat no.decisionē Anch.cōs.cclviij.inci. in Christi &c.ex narratis in facto.vj.co.quem sequitur Io.de Ana.in c.dilectus.el ij.col.viij.infrà, de sim.idē Anch.in cle.j.de pœnis.& ibi Cardi.in
36 versi.ciuitas.in ij.q.vbi dicunt,q̄ delictum commissum nomine vniuersitatis, imputatur vniuersi
a tati,a si habeat causam successiuā:quāuis nō procedat tractatus.quod est valde notandū, & facit ad multa,de quo ego late scripsi,in c.fi.sup.de appel.fo.iiij.co.ij.versi.sed ne dictū Bar.in meis recollectis,loquēs de metu adhibito per familiares iudicis. Ad cuius cōfirmationē facit text.singularis,qui alibi nō reperitur,in c. cū de beneficio. de præbē.li.vj.vbi ex vnico actu habente causam successiuā,durante per tēpus legitimū, inducitur
37 consuetudo †legitimè præscripta: ad hoc cōmendatur per Abb.in c.fi.sup.de cōsue.& per And.Si cu.in c.j.xij.co.sup.de offi.deleg.Idē sentit gl. antepenul.in princ.in c.cùm ecclesia Sutrina.suprà, de causa possessio.& proprie.bene facit tex. in c. vno.§.si quis per triginta.si de feudo inter dominum & agnatos vasalli lis oriatur. ex quo aliqui dicūt,q̄ si quis possideat aliqua bona iure maioratus per tēpus sufficiēs, ad causandā seruitutem maioratus in illis,amplius dicentur bona maioratus , quamuis non interueniāt duæ vel tres generationes,vel successores:vt videntur requirere Cynus,& alij,in l.ij.C.quæ sit longa consue. & Ioan.Fab.in §.ex non scripto.Insti.de iure natu. iij.col.ver. sed an necesse sit. Sufficiat ergo cōsue tudo taliter inducta,vt videtur de mente Io.And. in Spe.de instru.edi.§.compendiose.ver.sed nunquid dicemus.de quo meminit Ange.in l.iij.ff.de testa.in prin.cuius contrarium tenet Alexand.in l.si non speciali.C.de testa.col.ij.ver.f.& an illudi de quo amplius non insisto,quia non est præsentis speculationis. scripsi aliàs latè in mea allegatione xxxv.incipiēte,& si per ea quę.fo.iiij.j.col. ver.ex istis tollitur. Concludo igitur ad propositum nostrum, quòd si inopia mariti prouenit ex facto habente causam successiuam, vicini sunt testes legitimi, & forsan meliores, quàm extranei: quia melius præsumuntur scire facta vicinorum. Secus tamen esset, si inopia proueniret ab actu momentaneo, vt quia maritus vna nocte in ludo perdidit totam substantiam suam:vel si mercēs, quas alibi habebat, incendio perierunt, vel in mari fuerunt submersæ : tunc enim vicini forte de hoc ignari,non essent legitimi testes.Bonus ergo iudex ex diuersitate casuum hoc poterit cognoscere. Fateor tamen,quòd cùm in casu nostro , cùm de viri inopia tractatur, non sit graue præiudicium ipsi marito, sed leue : ex quo de tuitibus dotis debet alimentari, vt infrà dicetur: probationes non requiruntur adeò integræ, acsi de pleno ageretur præiudicio : vt voluit Barto in dicta l.si cōstante.in vj.quæstione tertiæ partis.facit quod in simili voluit ipse in l.à diuo Pio. §. si super rebus.ff.de re iudi. & in l prima in fin.ff.de præto.stipul.Propterea sufficit sola mariti confessio , etiam extra iudicium facta : vt dictum est suprà columna lxxvj.versic. constabit autem. adeò quòd si maritus, qui etiam in veritate non vergebat ad inopiam , rebus dotalibus vxori redditis, velit pœnitere, & confessionem reuocare non potest : quia per hanc restitutionem non fit deterior conditio dotis,imò melior.Nec est verum, quòd ex tali restitutione resultet donatio inter coniuges : vt aliqui dicebant, & malè, in dicta leg.vbi adhuc. quoniam vxor non lucratur fructus, cùm habeant matrimonij oneribus deseruire : vt dicta l.vbi. ita signanter tenet Barto. in dict.l.si constante.in iiij.q.quatæ partis.quem alij moderniores sequuntur, & Petrus de Ferraria,in sua practica,in forma libelli,quo vxor agit ad dotem.in verbo,vxor quondam.in fi. Si tamen ageretur contra extraneum in dicta causa, puta hypothecaria, cùm in eo verseretur plenum præiudicium,vel si ageretur contra virū, vel eius hæredes ad dotis restitutionem, solut. matrimo. tunc requireretur plena & integra probatio, & potuissent dicere contra mariti confessionem,& ille potuisset eam reuocare docto de errore.vt dicit glos.in cap.fin.de iureiur.lib.vj.tenet Bart.in d.l.si constante,quem alij sequuntur. refert & sequitur Baldus Nouellus in suo tractatu dotis. ix. parte.xij.speciali.quod tene menti. Vnum finaliter non est omittendum , quod eo casu quo de probanda inopia mariti agitur , vel contra eum, vel contra extraneum : non sufficit, quòd testes dicant,scio quòd talis vergit ad inopiā.sed oportet,quòd dicant,manifestum esse maritum ad inopiam vergere.ad hoc est tex.valde singularis,qui forsan alibi non reperitur,in l.in rebus.§.si.inverbo,clarierit. C.de iure dotium.quem ad hoc no. ibi Bart.& sequitur Alexand.in dicta l.si constante.columna duodecima.versiculo, & vnum nota. Ioannes Campetius in suo tractatu de dote. tertia parte,quæst.xx in fine. quod tene memoriæ, quia quotidie venit in practica.Adde,quod eo casu, quo repetit vxor dotem à viro vergente ad inopiam, res viri non adiudicabuntur sibi pro dote ex secundo decreto:quia etiamsi maritus assignaret,non transfertur dominium:vt not.Guielmus de Cun.in l.si noxali.§.denique. ff.de peculio. Ista ergo non est plena restitutio , sed ad cautelam.vnde non liberatur vir,nec alia eius bona ab hypotheca.quod tene menti.ita dicit Bald. in cap.primo.suprà,vt lite non contestā. in principio.versic.quæro si vxor,&c. vide iuxta hoc infrà.§.xxj. Et per hoc me expedio de prima ratione,quam aliqui assignant,quare remouetur administratio dotis à marito ad inopiam vergente , scilicet, propter malam administrationem.

a Aduerte, q̄ cùm iste dominus requirit quòd hoc casu vt delictū imputetur vni uersitati, fiat eius nomine. Doctores quos ipse refert, hoc non sentiūt (ni fallor) sed solū volunt, q̄ ideo illud delictū imputetur vniuersitati, quia cū sit continuum, non obuiando ei, dicitur relinquere , etiā si non præcedat consiliū seu tractatus & sicilud operatur, non q̄ fuerit à principio mine cōmissū, sed quia post, quam diu durat non obuiando ei, et hac est mens doctoris nostri & doctorū quos ipse

Qualiter probatur inopia.

pridie vidi consulisum in casu, qui accidit durante tempore Cassellæ partibus communitatis sua factionis & tyrannidis ferrissima. hoc anno 1521. vide tamen in meis sallent. vltra Socinum in tract. vniuersitatum in reg. quæ incipit vniuersitas nō dicitur. Ioan. Ver.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMAE RERVM:

1 *Maritus bānit⁹ an alimētari debeat de bonis vxoris.*
2 *Matrimonium non soluitur, licet vir damnetur in metallum.*
3 *Bona si ex vi statuti auferantur homicidæ, & applicentur filijs, filij non tenentur ex eis patrē alere.*

§. XIX. *Alia ratio I. vbi adhuc.*

SED quamuis ista iusta causa videtur, alia tamen vrgentior colligitur ex prælegatis in ribus, scilicet speciali fauore dotis, ne pereat: vt voluit glo. j. ver. ex prædictis. in d. l. vbi adhuc. & tenent ibi communiter omnes, signanter Salyc. in iiij. oppositione. & Bald. in l. doce ancillam. C. de rei ven. interest enim reip. dotes mulieribus conseruari: cū dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, maxime sit necessarium. Voluerunt ergo iurā prædicta, quòd dos hoc casu ponatur in tuto, & non solùm fauore dotis conseruandæ, sed etiam propter liberorum & familiæ alimenta præstanda. & ideo non solùm petitur dos, sed etiam donatio propter nuptias, quę ad dotis securitatem præstatur: vt dixi suprà in rubrica. colum. lxx. versic. ex istis. imo etiam petuntur bona paraphernalia, vt ex eis alatur maritus, vxor, filij, & familia, vt d. l. vbi adhuc. & l. mutus. §. manente. ff. de iure do. cum aliis, de quibus infrà. Et non solum sunt filiis communia, sed etiam filiis mariti ex alio matrimonio, imo & socero, si tāta est dos, & tot sunt bona, quæ omnibus sufficiant, secundum Cy. in d. l. vbi adhuc. quem sequitur Alber. iij. colum. in fi. ver. quærit etiam Cynus, idem tenet Bar. in d. l. constante. in vltima quæstione, quartæ partis. & sequitur ibi Alexander, in fine principij. & Collectarius in præsenti. vers. sed nunquid exiget.

Alimentantur filij ex dote vxori reddita.

Sed Lancelotus in d. l. si constāte. in fi. principij. hoc reprehendit, motus, quia si hoc verum esset, ex tali restitutione fieret conditio mariti deterior, quod esse non debet, nam dote non restituta, maritus ex fructibus dotis vxoris suæ non tenetur alimentare priuignos, imo illos lucratur, si superexcedūt onera matrimonij. l. dotis fructus. in principio. ff. de iure dotium. iuncta l. si paterno affectu. & quod ibi nota. Bald. C. de neg. gest. ego allego tex. de quo ille non fuit mentor, in l. quamuis. ff. so. ma. vbi permittitur marito cōstante matrimonio soluere dotem vxori, vt consuleret filiis vxoris ex altero matrimonio indigentibus ad alimenta, vel aliàs, ex quo sequitur, quòd maritus non tenetur eos alimentare. ita intelligit tex. in d. l. mutus. §. manente. ff. de iure dotium. dum dicitur, se suosq; alat. s. filios eiusdem matrimonij, non autē alterius. Nō ergo poterit mulier ex fructibus sic excedētibus onera matrimonij. alimētare filios alterius matrimonij, quoniā isti fructus excedētes onera matrimonij debēt marito restitui, vt decidit Bar. in d. l. si cōstāte. in vij q. vlt. par. & bonus tex. in l. Lucius. in §. à te peto. & quod ibi no. Io. de Imo. ff. de leg. ij. Aduerte, ne decipiaris, quia meo iudicio Lancelotus infideliter recitat Bar. & impudēter eum reprehēdit. Bar. enim loquit de filijs mariti alterius matrimonij, quos sine dubio pater alimētare tenetur, vt l. si quis à liberis. ff. de liberis agno. & l. qui liberos. ff. de ritu nupt. De fructibus igit excrescentibus potuisset maritus eos alere, cùm sint sui, ergo & vxor poterit & debebit similiter eos alere, filios autē vxoris ex altero matrimonio nō potuisset ali mentare per prædicta. quæ teneas cordi. Quod autem de alimentis marito præstandis dixi, intelige, etiam si delictum commisisset, propter † quod esset bānitus, ita quòd non conuersetur cum vxore: nam & tunc mittet sibi alimenta, secūdùm Specu. isto ti. §. fi. versi. quid si vir est in banno. quem referunt & sequuntur in præsenti Ioan. An. prope fin. in ver. & ibi virum. Antonius in ver. & dic illud. Cardinalis in v. q. Albericus in d. l. vbi adhuc. co. iij. versi. quid si maritus. Ludo. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. so. ma. & dixi in rub. colū. cccxiiij. ver. & hinc est. per text. in l. aduersus. C. de crimi. expi. hære. vbi dicitur, quòd maritus & vxor sunt socij diuinæ & humanæ domus: vt latè dixi suprà, in rubri. colum. cccxciiij. ver. operatur alium & quintum effectum. Adidem l. si cùm dotē. §. si maritus, ff. de so. vbi: quid enim tam humanum est, quàm vt fortuitis casibus mulieris maritum vel vxorem viri participem esse. Vxor enim non obstante banno, vel excommunicatione, viro cohabitabit: infrà, de sententia ex. c. inter alia. & facit glo. no. in l. ij. ff. so. ma. gl. ij. quæ vult, quòd † licet maritus damnetur in metallum, non soluitur matrimonium: vt authen. de nuptiis. §. quod autem. & tamen dos repetitur: vt l. si marito. co. ti. ex qua glo. colligit Bald. ibi argumētum, quòd propter bānum mariti, quanquam non soluatur matrimonium, tamen dos venit restituenda cōstante matrimonio. & ad hoc allegatur quotidie illa glo. secundum eum, ergo ex ea alimenta bitur maritus, vt prædixi, post Spe. vbi suprà, quę refert & sequitur Bar. & dicit esse menti tenēdum in d. l. si constante. v. colum. in fi. v. q. Ad quod facit secundùm eum d. l. mutus. §. manente. ff. de iure dor. ibi: vt in exilium vel insulam relegato parenti præstet alimoniam: aut vt egentem virum, fratrem, sororémue sustineat. & ita vult ille tex. quòd filius tenetur alere patrem exulem. Idem vult tex. in authen. de incestis nup. §. si vero contingerit. ibi: pacisc̄entur autem. & ibi no. Bar. col. iij. & in authen. incestas nu. ibi: ab eis alatur. & ibi no. Bald. Pari ratione tenebitur vxor maritum alere. Intellige sanè, nisi maritus deliquisset in vxorem contra legem matrimonij, committendo forsan adulterium, propter quod vxor iudicio ecclesię recesit ab eo, quo ad thorum, & mutuam cohabitationem: quo casu dos reddenda est vxori: non tamen tenebitur vxor ex ea maritum alimentare, quia peccauit in l. matrimonij, & per cōsequens propter matrimonium non debet consequi præmium. ar. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solu. mat. secundum Bal. in dicta l. vbi adhuc. v. co. ver. pone vir. Faciunt multa, quæ adduxi suprà, in rubri. colum. ccl vj. versi. limitabis secundo. & colum. cccl. dum dicebam, donationem factam viro ab vxore non confirmari morte vxoris, quando maritus vxorem occidit. Facit in simili c. quia frustra. infrà, de vsuris. vbi frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. facit etiam tex. in capitu. primo. §. si omnem, de pace tenenda, & eius viol. vbi ex bonis, quæ alicui auferuntur propter delictum, non debet quis ali. Et inde est, quòd si ex † vi statuti homicidæ auferuntur bona, & applicantur eius filiis, filij non tenentur ex eis patrem alere, secundum Bald. in authen. bona damnatorum. C. de bonis dam. prima columna. versi. hic quæro.

Alimentatur maritus bannitus.

Limitatio

Nō

SVM

SVMMAE RERVM.

1 *Vxor an sit domina dotis restitutæ.*
2 *Priuilegium à principe concessum, intelligitur sine præiudicio alterius.*
3 *Res nostræ nobis non debetur.*

§. XX. *Effectus restitutionis dotis propter nuptias, & donationis propter nuptias.*

EX his resultat effectus restitutionis dotis, & donationis propter nuptias, & assignationis rerum mariti. fit enim solummodo ad tuitionem dotis, & vt ex fructibus maritus, vxor, filij, & familia alimententur, secundum doctores communiter omnes in d. l. si constante. & etiam in præsenti, signanter per Antonium in versic. vel dic q illud & istud. quem alij Moderniores sequuntur.

1 Per hoc † tamen vxor non consequitur earum dominium, vt liberè possit de eis disponere, & propterea aliqui dicunt, quòd nō datur vxori ad ea consequenda directa actio in rem ratione dominij, sed solùm ratione hypothecæ: vel personalis: vt voluit gl. in ver. vendicare. & in d. l. vbi adhuc. & in d. l. doce ancillam. C. de rei vendi. quas multi docto. non leuis authoritatis sequuti sunt. & Ang. in d. l. si constante. & in l. seruum. ff. de manumi. fuit de mente Spec. isto titu. §. fin. colum. v. versi. sed nunquid. quem sequitur Bald. Nouel. in tract. dotis. viij. par. in vj. priuilegio. in limitatione x. & in vltima, vbi hanc partem pulchrè comprobat, vt per eum videre poteris. concludens, q̄ per hanc restitutionem dotis, vel assignationem rerum mariti, vxor non acquirit dominiū, imo apud maritum remanet. Quamuis Cyn. Bar. Bal. & Cuma. consi. xcij. & nonnulli alij aliter sentiāt, vt ibi per eum. & per Campe. in tracta. dotis. iij. par. q. lv. In casu enim d. l. vbi adhuc. non dicitur 3 propria & vera restitutio dotis, cū adhuc sit matrimonium, & fiat hoc ad finem, vt mulier exinde se suosque alat, vt dictum est. Et ideo licet aliàs in casu veræ & propriæ restitutionis transferatur dominium in mulierem sine traditione, vt l. in rebus. C. de iure dot. tamen in casu nostro non transfertur dominium in vxorē, & sic non potest intentare actionem in rem ratione dominij, quia non reperimus iure cautum, q̄ bonis dotalibus, vt marito vergente ad inopiam, detur rei vendicatio mulieri: sed solùm iura loquuntur de personali actione, & etiam de hypothecar. igitur, &c. Nec obst. tex. in d. l. vbi adhuc. in ver. vendicare. quia Imperator non habuit respectū ad vendicationem ratione dominij, sed ratione hypothecæ. vt ibi sentit gl. quia largo modo dicitur vendicari res, quæ auocatur per hypothecariam, cùm ipsa fit actio in rem scripta, vt l. pignoris. C. de pigno. & in §. item Seruiana. Inst. de act. & ideo dicitur res vendicari per hypothecariam, in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor. hoc colligitur ex princ. d. l. vbi adhuc. ad quod se refert illud verbū vendicare. dum loquitur de bonis mariti supposītis pro dote. hoc etiam declaratur per text. in l. in rebus. C. eo. tit. ibi: hypothecas suas exercere iam nostra lege humanitatis intuitu diffinitū est. Præterea d. l. in rebus. dum loquitur de actione in rē danda mulieri, solū loquitur quando solutū est matri. Itē quādo lex, vel † princeps inducit aliquid 2 de nouo in beneficium alterius, illud debet censeri prouisum sine iactura alterius, maximè quando posset tale beneficium transire sine damno ipsius tertij. l, impuberibus. ff. de admi. tutor. l. ij. §.

An vxor sit domina dotis restitutæ.

Rei vendicatio.

Vēdicatio.

Priuilegiū sine alterius præiudicio.

merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pu. in c. quamuis. de rescri. li. vj. Sed si mulier efficeretur domina rerum dotalium, propter superuenientem inopiam viri: consequēter maritus perderet dominium suum, & afficeretur damno. pone enim dotem esse amplā, adeò quòd fructus valde super excederent onera matrimonij: si vir remaneret dominus, tales fructus superabūdantes cederent eius lucro, & si domina efficeretur mulier, eos perderet vir, & sic adderetur afflictio. & infortunium patienti. quod esse non debet, vt ca. ex parte. suprà, de clerico ægrotante. cum concordantiis. & consequenter vxor non esset particeps infortunij mariti, vt debet, per l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. ma. & faceret cōtra l. tam dementis. cū similibus. C. de epi. audi. Pro hac opinione vrget vna ratio satis euidens. Si enim vxor à principio, quando matrim. contraxit, sciuit maritum inopem, & sibi tradidit fundū dotalem, inopia mariti non impediret translationem dominij, quia concurrit titulus habilis, & voluntas tradentis, volentis constituere fundum dotalem, vt l. traditionibus. C. de pactis. §. per traditionem. Insti. de rerum diui. & si vxor volet transferre dominium, non constitueret fundum dotalem. §. j. ff. de fundo dotali. qui tex. est notabilis. Si ergo inopia mariti à principio non potuit impedire dominij translationem fundi dotalis, ergo inopia superueniens non auferet à marito tale dominium. arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Item pro hac opinione videtur tex. in l. seruum dotalem. ff. de manumis. dum vult, quòd viro ad inopiam vergentes, res dotalis debetur mulieri. Si debetur, ergo non est domina. † res enim nostra nobis non debetur. §. j. Insti. de actionibus. Item si diceremus eam dominam, & dari sibi rei vendicationem ad fundum dotalem, concurrerent quatuor specialia, cōtra l. j. C. de dotis promissione. Primum, quia constāte matrimonio fieret dotis restitutio, contra l. ij. in prin. ff. sol. matr. cum concordantiis. Secundum, quia transferretur dominium sine traditione, contra l. traditionibus. C. de pactis. Tertium, quia mulier haberet hypothecam rem suam, contra l. nec pignus. ff. de re iudica. Quartum, quòd mulier fieret domina sine titulo aliquo, contra l. nunquam nuda. ff. de acqui. rerum domi. Hanc partem finaliter reperio tenere Lancelotum Decium in dicta. l. si constante. colū. vj. qui pulchrè respōdet, ad authen. quod locum. C. de colla. vt per eum videre poteris. & ista magis placet, ꝓpter prædicta. Vel potest dici, prout dicebat Hosti. in ti. de dote post diuortium restituenda. §. & quando competat. ad finem. versi. in his autem. quem multi alij sequuti sunt, quòd dabitur vxori hoc casu rei vēdicatio vtilis, mariti enim est dominium directum de subtilitate legis, vt Insti. de rerum diuisio. §. per traditionem. & C. de rei vendicatio. l. doce ancillam. & C. de iure dotium. l. in rebus. vt ibi latius per eum. qualiscunque sit actio, ipsa non consequitur dominium verum, sed solum administrationem dotis, vt ex fructibus ipsa, maritus, filij, & familia alantur, vt in præcedentibus dictum est. & propterea non est opus super hoc vltrà procedere. Vel potest dici, quòd tunc demum vxor acquirit dominium rerum mariti sibi reddi tarum, quando egit contra maritum actione

Fructus excedentes alimenta.

persona

Universidad de Deusto
Biblioteca

personali pro sua dote, quæ forsan consistebat in pecunia, & loco illius data fuerunt vxori in solutum bona mariti: quia cùm datio in solutum vicem venditionis obtineat: vt l. si prædium. C. de euictionibus. cum similibus. merito earum rerum acquirit dominium: vt est de mente Barto. in dict. l. si constante.

SVMMAE RERVM.

1 *Dos à marito propter vergentiam ad inopiam restituta vxori, si deterioretur vel pereat, cuius erit periculum. & num. 7.*
2 *Res perit illi cuius est.*
3 *Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, marito non existente soluendo, in qua re vxor præfertur omnibus creditoribus.*
4 *Aestimatio rei dotalis an faciat emptionem, & quando.*
5 *Aestimatio rei facit quem teneri de casu fortuito, & inducit generalem renuntiationem casuum fortuitorum.*
6 *Bona dotalia si vxori ex falsa causa inopia restituta pereant vel deteriorentur, imputari debet marito, ex quo vxor non est facta locupletior.*
7 *Maritus si ex causa necessaria puta quia vergit ad inopiam soluit dotem, si res pereant vel deteriorentur, an erit liberatus ab vxore.*
8 *Venditor si non vult recipere pretium, & emptor illud deponit, si pretium perdatur, imputatur venditori periculum.*
9 *Si rem tuam tibi per nuntium tuum quem misisti remisi. periculum erit tuum, secus si elegerim nuntium.*
10 *Casus fortuitus contingens non imputatur eligenti, si non fuit in culpa in male eligendo.*
11 *De casu fortuito non tenetur quis si culpa præcessit, si talis casus interuenisset, etiam culpa non intercedente.*
12 *Et si erat æqualiter peritura apud dominum, non tenetur detinens ad eius æstimationem.*
13 *Ius offerendi quod competit possessoribus bonorum mariti, contra vxorem repetentem dotem, non habet locum quando vxor repetit dotem constante matrimonio.*
14 *Fundus in dotem datus marito si maritus non præstitit domino feudi seruitia debita, an mulier perdat feudum.*

§. XXV. *Sires vxori restituta pereunt, cuius erit periculum.*

EX istis infertur advnũ satis notabile, & quotidianũ, quod tangit solus Bar. in d. l. si constante. in prin. col. xviij in v. q. quartæ partis. vbi quæritur, Quid si res quas maritus vxori pro sua dote ex causa inopiæ fierent † deteriores, ad quem incommodum pertinet? Decidit, quòd si fuerunt restituꝛ in pignus & hypothecam, periculum est viri: vt C. de pig. act. l. pignus. Hoc mihi satis placet in terminis, in quibus loquitur Bart. scilicet, quando vxor egit hypothecaria pro sua dote contra maritum ad inopiam vergentem, & ex bonis mariti loco pignoris fuerunt assignata vxori certa bona mariti. & quod sic loquitur, apparet ex his, quæ antea dixerat in quarta q. Pone, inquit, quòd vir constante matrimonio extra iudicium vxori restituit cætera bona pro sua dote, &c. in q. v. dicit, Quòd tales res restituet, &c. & sic loquitur de rebus, de quibus in quarta q. fecit mentionem: & in hoc nihil dubitationis habet sua decisio. Nam ex quo bona data in pignus erant mariti, eius est periculum: vt d. l. pignus. & l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & l. incendium. C. si certum peta. & c. vno. de commodato. nisi culpa vxoris accidisset vt traditur in præallegatis iuribus. Secus tamen esset, si vxor pro suis rebus dotalibus egit contra maritum ad inopiam vergentẽ, quod potest. vt est casus in l. in rebus. C. de iur. dot. & res illæ dotales fuerunt assignatæ iure pignoris vxori, quæ pasiæ fuerunt incommodum. Nam tunc periculum ex fortuito casu superueniens, vxori imputatur, si res fuerunt datæ inæstimatæ. Secus si æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem: vt d. l. plerunque. & iij. part. tit. xj. l. xviij. & xxvj. Nec puto Bartol. aliter sensisse. quoniam quando inæstimatæ sunt, remanent vxoris, quo ad naturale dominium: vt not. in l. docet ancillam. C. de rei vendi. & consequenter eius tanquam dominæ erit periculum: quia datio in pignus vel hypotheca, ex causa inopiæ mariti, non videtur earum qualitatem mutasse, cùm illæ & omnia alia bona mariti tacitè erant hypothecata. vt l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. iudicabitur ergo de illis, tanquã de rebus dotalibus hoc casu. Si autem res mariti essent vxoris in dominiũ restitutæ ex vera causa inopiæ: tunc periculum erit mulieris. quia illi res †perit, cuius est. vt d. l. pignus. & erit commodum & incommodum, sicut in aliis rebus dotalibus. vt l. iiij. & l. plerunque. ff. de iur. dot. & dictis legibus regni. ita decidit Bar. vbi suprà. Ego non bene capio intentionem Bart. nam in principio huius membri videtur loqui, quando res mariti fuerunt assignatæ vxori in dominium, quia forsan egit actione personali contra eum pro sua dote, & datæ fuerunt vxori in solutum, quæ quidem datio in solutum venditionis vicem obtinet. vt l. si prædium. C. de euictionibus. cum similib. tunc enim res taliter assignatæ pereunt vel deteriorantur vxoris periculo, tanquam veræ dominæ. Postea verò subdit Bar. q̃ erit cõmodum & incõmodum, sicut in aliis rebus dotalibus, secundum distinctionẽ d. l. plerunque. & per hoc sentit, q̃ istæ res vxori assignatæ sunt dotales. & tanquam dotales iudicari debent. quod est contrarium eius, quod antea dixerat. Vnde si rectè verba Bar. eiúsque mentẽ capio, necessariò dicendũ est, q̃ si res mariti assignantur vxori pro dote in solutũ, per hoc efficiatur vera domina, periculũ erit vxoris. Secus autem si res dotales assignãtur vxori in dominium pro dote: quia secundum opin. Barto. & aliorum, retransfertur dominiũ rerum dotalium in vxorem; cui restituuntur, propter mariti veram inopiam, quasi per hoc non mutetur natura dotis, & res maneant dotales, & de eis vt de rebus dotalibus iudicetur, vt dicebat Bart. seruata distinctione l. plerunque. vtrum fuerunt æstimatæ, nẽne. Si enim fuerunt inæstimatæ, remanent in dominio vxoris, & suo periculo pereunt. Sed si tradantur inæstimatæ, ea æstimatione, quæ facit emptionem, transeunt in maritum omnino respectu vtriusque dominij, & si postea restituuntur vxori in dominium, quia dantur ei in solutum eius erit periculum, quia datio in solutum, facit desinere res esse dotales, & transfert dominium in vxorem, vt prædixi. Eius ergo erit periculum, ex quo est vera domina. Intellige sane prædicta,

Quãdo res dantur in dotem æstimatæ.

ta, quando res datæ in dotem fuerunt æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem, quia transierunt in virum, habentẽ plura alia bona, ex quibus posset vxori consuli super dote, quo casu res desierunt esse dotales, vt propriæ ipsius mariti assignentur vxori in solutum. Si tamen non haberet maritus alia bona, quãuis illæ res fuissent æstimatæ vera æstimatione, non per hoc desinerent esse dotales, quo minus ad illas, vt ad res dotales, posset vxor habere regressum, ita no. probat tex. iuncta gl. in verb. æstimatæ. in l. in rebus. C. de iur. dot. & ibi not. Bal. vide quæ scripsi in rub. §. xvij. post principium. versi. intelligo quando. & versi. intelligo tamen. ad idem text. cum glo. & ibi Bar. in auth. siue à me. C. ad Velleia. & in auth sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. & ibi not. Bal. in v. q. bene facit quod in simili legitur & not. in l. si vt proponis. C. de rei vend. & in l. cùm vxor. ff. de in re do. & in l. vxor mariti. ff. isto tit. vbi res empta ex † pecunia dotali efficitur dotalis, marito non existente soluendo. qua in re præfertur vxor omnibus creditoribus, secundum Bald. in d. auth. sed iam necesse. v. q. propter iura prædicta, quæ similiter ad hoc allegat Bald. in c. j. §. decedente. iiij. col. in fi. de his qui feudum dare pos. lib. feudorũ. & in l. interest. in fi. C. de vsufruct. Ex his inferes quòd tales res æstimatæ vera æstimatione, maritus qui non est soluendo, non poterit alienare vel obligare, quod est valde notandum, & pro singulari commendat Franciscus de Crema, in singul. xix. Si autem illæ res æstimatæ remanẽt dotales, non obstante æstimatione, ergo de eis, vt de dotalibus, iudicandum est, acsi nulla præcesisset æstimatio per iura prædicta, per cõsequens peribunt periculo vxoris, nisi dixeris, quòd hoc fuit introductum fauore dotis, ne pereat. vnde non debet retorqueri in eius odium: quod fieret, si rei ũ periculum ad vxorem spectaret. Cogitabis super hoc, quia non reperio in specie tactum. Aestimatio † autem regulariter præsumitur facta, vt faciat emptionem, ex quo facta est commemoratio pretij, vt not. per glos. & doctores in l. si inter virum. C. de iur. dot. & in l. si æstimatis. ff. sol. mat. vide gl. in l. j. ff. de superficiebus. Intellige, quando pretium est rei condignum, & æstimatio fit in ipsa rei traditione à principio. Secus si ex intervallo, nam tunc non præsumitur fieri nouationis causa. vt l. fin. C. de nou. sed causa probandi interesse. ita notanter declarat Bal. in l. ex conuentione. C. de pact. ver. iij. casu. idem dicas, si in æstimatione poneretur aliquod pactum emptione contrarium, vt si bos æstimatus daretur rustico in occidam, cum hoc, quod fructus bouis debeant esse communes, illa æstimatio non facit emptionem: nam si esset emptio, fructus essent solius emptoris. Vnde æstimatio in contractu, in quo tota vtilitas vel incommodum non pertinet ad recipientem, non facit propriè emptionem, vt est casus not. in l. cùm duobus. §. damna fatalia. ff. pro soc. secundum Bal. in l. si pascenda. in fi. C. de pact. & ista commenda memoriæ. Adde aliam limitationem, quòd tũc æstimatio rei dotalis facit emptionem, quando maritus est soluendo, nam tunc maritus potest alienare, quia fundus ille censetur proprius mariti, nec soluto matrimonio potest mulier fundum illum vendicare. Sed si maritus efficeretur non soluendo, tunc æstimatio non facit venditionem, imo mulier potest fundum illum vendicare. ista gl. singularis in l. in rebus. in prin. C. de iure dotium. tenent Bald. & Salyc. in l. inter antiquam. C. de vsufruct. Ioan. de Imol. in l. si æstimatis. ff. sol. mat. latius in cap. cùm contingat. de iureiur. quos refert & sequitur Iaſ. in l. vna. ff. de æstimatoria actione. colum. ij. versic. illud tamen. Adde Franciscum Aretinum in l. ex conuentione. C. de pactis. Bart. in quarta parte consiliorum. consi. xij. & xviij. & Marianum Socin. consil. lvij. incipiente, stantibus. vbi multa dicit de dote æstimata, quæ rogo videas. Adde similiter, quod æstimatio † rei facit quem teneri de casu fortuito, & consequenter inducit renuntiationem generalem casuum fortuitorum, vt sentit glo. singularis in l. si vt certo. §. nunc videndum. in versiculo periculum. ff. commodati. de quo per Baldum in l. prima. C. eodem. per Modernos in l. si quis rei. §. quæsitũ. ff. si quis cautio. Ex prædictis infertur ad decisionem quæstionis quam vidi in practica, pater tradens filiam nuptui, promisit genero ducenta in dotem, & statim soluit sibi centum. deinde constante matrimonio, pro aliis centum tradidit fundum. soluto matrimonio sine filiis per mortem viri, vxor petit fundum tanquã dotalem sibi reddi hæredes viri dicunt fundum non esse dotalem quia datus fuit in solutum æstimatus in centum, quæ æstimatio facit emptionem, per iam dicta. vxor dicit, quòd licet daretur in solutum æstimatus, saltem medietas fundi, tanquã constante matrimonio empti sibi debetur propter legem regni, quæ de lucris constante matrimonio habitis clare disponit de emptione constante matrimonio facta. Foro legum, lib. iij. tit. iij. j. de qua suprà, in rubr. §. lxij. in prin. Pro vera decisione huius dubij, videnda essent & ponderanda verba contractus & æstimationis, ex quibus appareret, an fit fundus venditus vel non, discriminando per casus, quos pulchrè ponit Marianus Socin. in dicto consil. lvj. primæ partis. quod semper teneas corde in hac materia. & vide Bald. in l. quoties. in fi. C. de iure dot. quem allegat Marianus, vbi suprà fina. colum. versic. ex quibus concluditur. vide rogo Philippum Corneum consilio xv. incipiente, in nomine. in hac consultatione. ij partis. qui pulchrè loquitur. Redeo ad Bart. qui dicit subsequenter, quod si maritus ex falsa causa inopię res prædictas vxori restituit, quæ postea perierunt, vel deterioratæ sunt, marito imputandum est, quia non debuit restituere vxori perdituræ, vt l. mutuus. §. manente. ff. de iure dot. vbi litera dicit, manente matrimonio, non perdituræ vxori, ob has causas dos reddi potest, vt se suósque alat, vt fundum idoneũ emat, vt in exilium vel insulam relegato pareti præstet alimoniam, aut vt egentem virum, fratrem, sororem sustineat, eo, quod in casibus in quibus permittitur dos vxori reddi, oportet, quòd vxor non sit perditura. Adidem est text. no. in l. si. eo. ti. vbi permittitur marito reddere vxori fundũ dotalem, vt vẽdat, ad soluendũ creditoribus. si pretium creditoribus soluatur, recte solutũ est. & dicit gl. in ver. creditoribus. tunc enim non est perditura quod exigitur: vt d. §. manete. vt de emptore rei ecclesiæ dicitur. & ita sentit, quòd si pereat fundus, vel creditoribus nõ soluatur, imputetur marito, qui vxori perdituræ reddit. Imo plus sentit illa glos. singula. quod si maritus

Aestimatio facit emptionem. 4 a Adde re a gul. clxxx. incip. æstimatio. in mtis regul. et fallentijs vltra Soci. Ie. Bern.

Quãdo dos restituitur vxori ex falsa causa inopiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritus soluit ex aliqua de causis prædictis, liberatur ab actione de dote: ita demum si probet maritus vxorem, cui dotem restituit, eam expendisse in
7 aliquam ex causis iustis: aliàs non liberatur: vt voluit illa. gl. dum dicit idem esse in marito, quod in emptore rei ecclesiasticæ. iuxta auth. hoc ius pro rectum. cum ibi no. C. de ia. san. eccle. ad hoc reputatur no. illa glo. per Ludo. Ro. in l. quamuis. ff. sol. ma. quem refert & sequitur Alexan. ibi. j. col. ver. item intellige. qui subdit, quòd tex. in l. fi. hoc innuere videtur, dum in fine dicit, Si pretium creditoribus soluatur, recte solutum. Oportet igitur probari per maritum, quòd pretium fuit vxoris creditoribus solutũ. facit etiã text. in l. fi cum dotẽ. §. j. ff. sol. ma. & ibi. hoc expresse firmat Bar. in ver. quæro quis debet probare. per l. iij. §. fi mutuatus. ff. de in rem ver. ad idem text. in l. seruus si in rem. eodem titul. Et secundùm ista debet intelligi glo. j. in fi. in l. ij. ff. sol. mat. dum dicit, quòd maritus reddens vxori dotem constante matrimonio non liberatur, nisi quatenus illa facta esset locupletior: quam gloss. multum commendat ibi Bart. ij. col. ver. quinto quæro. & ibi latius. ij. col. Idem voluit glo. in l. cùm in fundo. §. vxor viro. in ver. recepisse. ff. de iure do. & in authẽ. de nupt. §. dotes. collat. iiij. approbat Bald. in l. debitor. ff. de iure do. no. plenissime per Iac. de Aret. Cy. & alios in l. vna. C. si dos constan. ma. Ex quibus omnibus videtur concludendum, cum Barto. quòd si
6 † bona dotalia vxori ex falsa causa inopiæ restituta pereant, vel deteriorentur: imputetur marito, ex quo vxor non est facta locupletior. Quod ego intelligerem verum ex mente Bart. in iij. q. eiusdem partis, quando maritus participauit de fraude, quia sciebat se diuitem, & diligentem, &
8 malitiosè confessus fuit se vergere ad inopiam: quæ confessio sibi soli præiudicat: vt dixi suprà, col. lxxvj. ver. constabit autem. nec potest reuocare, vt dixi suprà, col. lxxx. ver. fateor tamen. Valebit ergo ista confessio, quo ad sui præiudicium, non autem quo ad præiudicium vxoris: quoniam
9 hoc casu maritus, ex quo causa non est vera, spõte restituit dotem vxori constante matrimonio: quod regulariter prohibitum est, vt dict. l. j. si dos constante matrimonio &c. propter quod est in culpa, & fraudem committit, & per cõsequens non liberabitur, nisi quatenus probauerit vxorem factam locupletiorem, quia fraus & dolus sibi patrocinari non debent, ad hoc videtur casus secundùm vnum intellectum in d. l. fi. ff. de iure do. ibi, maritus consensit, si nulla in ea re captio sit futura. vbi per illum tex. dicit Bald. quòd satis est marito, si dotem vxori soluit ex causa probabili. tenementi illum tex. ad hoc. ad idem facit text. in l. pe. eodẽ ti. vbi socer, qui fraudulenter induxit generum vt ei insidiaretur, maiorem promittens dotem, quàm soluere poterat, perdit beneficium, vt non conueniatur, deducto, ne egat, propter fraudem, quam adhibuit: vt dixi suprà, in ru. column. xc. & xcj. Si autem maritus de fraude non participauit, nec est quòd sibi imputetur, quamuis causa inopiæ esset falsa, vt puta quia testes dixerunt mendacium, vel corruptus iudex malam
10 protulit sententiam, cui maritus paruit: & vxor communi opinione approbante restituit: quamuis postea pereant etiam culpa vxoris, non credem imputandum marito: imo de eis iudicabitur, vt de rebus dotalibus. Ita terè in terminis nostris voluit Bar. quem alij sequuntur, in l. si constante.
7 §. si post solutũ. ff. so. ma. vbi dicunt, quòd † si maritus soluit dotem ex causa necessaria, vt puta propter eius vergentiam ad inopiam: liberatur maritus ab vxore, quamuis res pereant, vel deteriorentur. & in hoc omnes sunt concordes, quos sequitur Io. de Imo. ibi in ij. col. in ver. in glo. communis. dicens, quòd siue maritus soluat dotem vxori constante matrimonio ex causa necessaria, siue voluntaria, dummodo fuerit iusta, & mulier verisimiliter non esset perditura, vt quia erat honestæ vitæ, & bonæ discretionis, & apta ad retinendum & conseruandum, & diligensin suis agendis. & sic communiter reputabatur, licet postea casu perdantur res vel pecunia, quia furto subtracta fuit, absque eius culpa maritus liberatus erit, ex eo, quia soluit authoritate legis, & in nulla culpa fuit, ergo debet dici liberatus, ne aliàs reperiatur deceptus legis authoritate. contra l. ij. C. de his qui veniam æta. impe. & l. Gracchus. C. de adul. & quia lex non debet esse captiosa, nec mittere alicui laqueũ, vt c. literas. suprà, de rest. spo. & xxij. q. j. c. de viduis. Idem etiam videtur dicendum sub dubio forte, licet mulier ex postfacto culpa sua perdiderit, ex quo maritus non fuit in culpa tempore solutionis, cùm videat ipsam diligentem, & verisimiliter talem, quæ non erat perditura. Secus si verisimiliter debuit scire, vel dubitare ipsam perdituram tempore quo soluebat. ar. l. si quis cũ sciret. ff. de vsucapio. pro empto. ista sunt no. verba Io. de Imol. vbi suprà, quem refert & sequitur ibi Pau. de Ca. cum quibus concor. Rapha. ad quod bene facit, quod notat Bar. in l. si soluturus. ff. de sol. vbi dicit, q̃ si venditor non vult † recipere pretium, & emptor illud deposuit, & non potest ei imputari culpa malæ electionis, vel alia culpa, quamuis perdatur precium non imputatur ei periculum, sed venditori, vt ibi per eum. Ad idem facit text. no. in l. eum qui. §. fi. cum l. seq. ff. commo. vbi dicitur, quòd si † rem tuam tibi remisi, cum eo cum quo tu mandasti, quòd tibi remitterem, periculum erit tuum. Sed si ego elegi nuntium cum quo remisi, & ille fugit, meum est periculum, qui enim non tam idoneum hominem elegit, vt rectè id fieri possit, in culpa est, vt ibi dicitur. Ad idem facit l. argentum. eodem ti. vbi litera dicit, Argentum commodatum si tam idoneo seruo meo tradidissem ad perferendum, vt non debuerit quis æstimare futurum, vt à quibusdam malis hominibus deciperetur, tuũ, nõ meũ detrimentum erit, si id mali homines intercepissent. Ad idem tex. no. in l. si res pupillaris. s. ff. de admi. tu. vbi si res pupillaris in curiu latronum pereat, vel argentarius, cui tutor pecuniam dedisset; cùm fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor præstare cogitur. de quo inferebat Ang. in l. fi à bonę fidei. ff. de rei vend. vnum verbum satis notandum, de quo fecit mentionem in rub. col. xxvij. in fi. ver. & per ista. & infrà, co. ccccxlviij. ver. sed si tutor. vbi videas multa similia. Ex quibus apparet, quòd si
10 † quis non fuit in culpa, in mala electione personæ, casus fortuitus postea contingens, non imputabitur eligenti. Vnde ad propositum nostrum, si maritus nõ fuit in culpa, nec dolũ adhibuit in assignanda vel restituẽda dote vxori, quamuis causa inopiæ

inopiæ falsa fuisset, & postea dos pereat, non debet marito imputari, qui bona fide, & ad mandatum iudicis, & lege permittente, imo lege cogente, dotem restituit vxori. videbitur ergo liberatus à muliere: vt etiam sentit Alexan. post Bart. & alios, in dict. l. si cùm dotem. §. si post solutum. iij. colum. ver. nec obstat. vbi dicit, quòd licet maritus, qui constãte matrimonio soluit vxori dotem ex causis voluntariis, à iure permissis: non liberatur tamen ab ipsa vxore: vt l. quamuis. eodẽ tit. Si tamen soluitur dos ex causa necessaria propter vergẽtiam ad inopiam, quia soluit necessitate cogente, & soluere potuit etiam sine cõsensu patris: tunc liberatur maritus: quamuis res dotales pereant, vel deteriorentur: vt in auth. quod locum. C. de col. & in corpore vnde sumitur, secundùm Alexan. vbi suprà. ita intelligo Bart. in d. l. si constante. & hanc puto eius mentem fuisse. Idem forsan attẽtari potest, quãdo maritus ex falsa causa inopiæ vxori dotem assignauit, vel restituit, vt se exoneraret ab onere administrandæ dotis, vel ex alia simili causa, & dos periit, vel dos deteriorata est ex casu fortuito, ex quo certissime periret vel deterioraretur, etiam si non esset vxori restituta, vt puta quia cũ dos retineretur in domo, in qua simul maritus & vxor cohabitabant, quæ quidem domus incendio combusta est, cum omnibus bonis, quæ ibi erant, sine culpa mariti. æquitas suadet, quòd cùm hoc casu dos esset peritura, quamuis vxori non esset restituta, vt de ea iudicetur, ac si non esset restituta. Vnde tenenda erit distinctio d. l. plerunque. Idem si dos consisteret in animalibus fuit adhibita diligẽtia necessaria, quanta posset adhiberi, si maritus illa teneret, itaque non est vis, apud quem fuerint, ex quo erant peritura. Pro ista decisione allego textum, cuius non fui memor cùm hæc scripsi, in l. fin. §. si ea. ff. ad legem Rhodiam, de iactu. vbi non tenetur quis de
11 † casu, si culpa præcesit, si talis casus interuenisset, etiam culpa non interueniẽte. quod tene menti. facit l. si quis. §. est & alia. ff. quod vi aut clam. & l. is qui. ff. de act. & obli. & ita limitantur, quæ dicunt casum imputari quando culpa præcesit casum, secundùm Pau. in d. §. fi. vide l. si ex legati causa. adde etiam no. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & in l. incendium. C. si cer. pe. & in c. j. de commodato. & Petrum de Palude iij. sen. di. xv. q. ij. ar. j. ad finem. vbi inter cætera refert opinionem Martini
12 dicentis, quod si fructus erat æqualiter peritura apud dominum, non tenetur detinens ad eius æstimationem. Ex prædictis infertur, quòd ius offeren-
Ius offerẽdi
13 di, † quod competit possessoribus bonorum mariti, contra vxorem repetẽtem dotem, secundùm l. mulier. ff. qui po. in pign. hab. non habet locum, quando vxor repetit dotem constante matrimonio, quia illa non est vera dotis restitutio, sed in tutum collatio. & ideo cessat ius offerendi, aliàs ius cedendarum actionum. ita dicit singulariter Bal. in c. cùm contingat. in fi. iij. colũ. suprà, de dolo & contu. dicens transire Cy. & Iac. de Aret. in l. cùm tibi. C. qui po. in pig. ha. secũdùm Benzellinũ hic, adicis ix. idem tenet Cy. in d. l. vbi adhuc. iiij. col. ver. decimotertiò quæritur. Ioã. An. in Spe. de dote post diuortiũ cessti. §. formatis. ver. sed cùm mulier. facit l. cũ tibi. à contrario sensu. C. qui po. in pig. ha. Idẽ tenet Alb. in l. vbi adhuc. co. v. ver. ex
1 prædictis soluit. q. a cũ nõ possit fieri solutio, nec a
oblatio, l. fi finita. §. postquam autem. ff. de dam. infe. cùm enim non sit tempus soluẽdę dotis, oblatio non fit congruo loco & tempore. l. si soluturus. ff. de solut. & quia expedit, ne mulier sit indotata. l. generaliter. C. ad Velleia. & quia fauore mulieris inductum est, quòd agere possit hypothecaria, licet personalis nondum competat: ergo in eius læsionem retorqueri nõ debet. l. quod fauore. C. de legib. cum simil. & ideo non potest ei offerri. Idem tenet Bal. in d. l. vbi adhuc. col. ij. ver. ibi postea acquisiuerit. Sed idem Bal. in auth. quod locum. C. de collat. ver. quinto quæro. & in d. l. si constante. ff. sol. matrim. tenet contrarium: imo quòd sicut vir potuisset offerre, & vxorẽ repellere: ita videtur, quòd creditores possẽt. arg. d. l. mulier. ff. qui po. in pig. hab. hanc sequitur Angel. in dict. l. si constante. ad finem principij. & ibi Io. de Imol. ix. col. ver. item in quantum dicit. & etiam Pau. de Cast. iij. col. in prin. hos sequitur ibi Alex. colum. xvij. ver. item in quantum. Barto. hic in eadem q. huic sententiæ adhæret Ioan. Campetius in suo tractatu dotis. iij. par. q. lj. & Bald. Nouel. in suo, vij. parte, priuilegio xlvij. & hanc sequor, cùm per eam vxori & creditoribus consulatur: quia potest vxor à creditoribus recipere, & illam apud mercatorem ad partem honesti lucri deponere: vt hic. & si forte mercator idoneus non reperiatur, penes quem fiat depositio pecuniæ dotalis, tunc procedere posset prima opinio. Ista concordia fuit de mente Ioan. de Imol. in d. l. si constante. vel aliter, secundum Bald. in d. auth. quod locum. Prima opinio posset valere, quando ageretur vtili rei vendicatione pro re quasi dotali æstimata, vel hypothecaria pro eadẽ re, quia est affecta oneribus matrimonij. l. in rebus. C. de iure dot. Secus in mera hypothecaria: vt ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. l. Paulus. §. qui pignoris. Bal. Nouel. vbi suprà, videtur sentire aliam concordiam, quòd si ex oblatione, quam faciunt creditores, non ita faciliter potest mulier vitã transigere, sicut ex bonis mariti nõ permittitur dicta oblatio, aliàs secus: quia licet faueatur mulieri in sua dote, non tamen iura hoc permittunt, vt lucretur propter hoc mulier cum aliena iactura. l. iure succursum. §. fin. ff. de iure dot. aliàs esset in potestate mulieris, quando videret virum labi facultatibus, eludere alios creditores, dicendo se velle retinere vniuersa bona pro dote. quod esset captiosum in iacturam aliorũ creditorum, & malitiis hominum non est indulgendum. l. in fundo. ff. de rei ven. c. sedes. de rescrip. Adde hic, quòd si
14 vxor dedit marito in † dotem fundum feudalem, & quia maritus non præstitit domino feudi seruitia debita, vtrum mulier perdat feudum: vide notanter Iacobi. in tract. feud. in parte, & promiserunt eodẽ domino suo præstare debita seruitia. q. xxiiij. ver. sed hic cadit pulcherrima dubitatio.

SVMMAE RERVM.

1 *Matrimonium putatiuũ habet priuilegia veri matrimonij.*

2 *Res empta ex pecunia dotis putatiuæ efficitur dotalis.*

AMoliabis primò istum text. & prædicta, vt vxor possit repetere dotem, & alia, de quibus suprà, non solùm à marito vero, sed etiam à putatiuo: quia † matrimonium putatiuum habet priuilegia *a* veri matrimonij. gl. in l. dotale. ff. de

§. XXII. De *marito putatiuo*

a Adde bonam legem 81. *in legib. Tauri. vbi vxor putatiua punitur de adulterio sicut vera. Ioan. Bero.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fundo dota. & in rub. ff. sol. ma. & in l. ij. §. fin. ff. de priu. cre. & in l. j. C. de cõd. ob. cau. & in l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. in gl. magna. in fi. & in §. aduersus. Insti. de nup. hinc est, q† res emptę ex pecunia putatiuæ dotis, est dotalis. l. si cùm dotem. §. fi. ff. so. mat. faciunt multa, quæ cumulauit in rubr. col. cxlj. §. amplia tertiò.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotem propter viri paupertatem repetere an possit vxor si quãdo cõtraxit sciebat maritum inopẽ.*

§. XXXIII.

AMPLIABIS secundò etiam, si maritus à principio fuisset pauper. ita tenuerunt Bar. & multi alij, de quibus suprà, col. xxviij. in fi. cum sequentibus. ad hoc in fi. & Alex. in l. si constante. in prin. col. xij. vers. in quantum. Bart. hîc in sexta q. qui respondet ad motiua eorum, qui tenẽt opinionem cõtrariam, quos retuli suprà, col. xv. ver. & quamuis. quibus adhæret Collectarius in præsenti. vers. quid si mulier. Ioan. Fab. in d. l. vbi adhuc. & ibi Albe. col. ij. ver. item quæritur. distinguens: aut vxor sciebat maritum inopem. & facit
1 sibi præiudicium cum tali contrahendo, vt nõ possit ab eo † dotem propter paupertatem exigere, adducens pro hoc aliqua de his, quæ ego adduxi in loco proximè allegato. aut ignorauit à principio, & postea scit: & tunc secus. ar. C. de epi. au. l. & si legibus. & l. mulier. §. is quoque. ad idẽ Pau. de Cast. consil. cccxcij. pe. col. hanc opinionem se
2 quitur Petrus de Ferraria, tanquam veriorem, & magis æquitati consonam, in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. in parte, vxor quondam. co. v. ver. vlterius quæritur. Saly. in d. l. vbi adhuc. in v. q. nititur opiniones concordare, dicens quòd subuenitur mulieri, si constante matrimonio maritus inchoat male vti substãtia sua: & sic licet antea inchoasset, si tamen postea nil inchoat, lex nõ subuenit. eo verò inchoante malè vti post matrimonium, hoc remedium locum habet. licet quidam forsan dicerent, quòd hæc potius esset continuatio, vel perseueratio mali vsus. quod non est verum, attento & considerato quodã medio, videlicet contracti matrimonij, omnis malus vsus postea interueniens, potest dici inchoatus, post matrimonium contractum. & isto casu licet mulier ante matrimonium sciuerit eum inopem, vel prius malè vti inchoasse, habet istud remedium, propter inchoatum post contractum matrimonium. Et isto casu toleratur sententia Bart. secundùm eum: de quo tamen vide quæ latè dixi in loco præalleg. &, adde legem regni, quæ videtur decidere, quod tunc demum potest vxor petere dotem à marito, quãdo maritus constante matrimonio incepit male vti substantia sua. Quamuis ergo tempore matrimonij esset pauper, non tamen dissipat bona, imo ea bene conseruat, non erit locus huius dotis repetitioni. ita dicit lex xxix. titu. xj. iiij. parti. quam tene menti, & in iudicando & consulẽdo non discedas ab ea. quicquid dixerint doctores prælleagati.

Lex regni.

SVMMAE RERVM.

1 *Paupertas viri non facit locũ repetitioni dotis, sed mores.*

2 *Captura fœrui fugitiui à principio ante litem contestatam licita est & etiam debitor, si lite pendente incipiat effici non soluendo.*

§. XXIIII. *De marito*

AMPLIABIS tertiò, vt ista procedãt, etiam si à principio maritus esset dives, & postea cõtracto matrimonio, sine culpa sua efficiatur pauper. Nã & tunc põt vxor dotẽ repetere. & alia, de quibus suprà dictũ est. propter generalitatem d. l. si constante. & dictæ l. vbi adhuc. secũdùm Bar. in d. l. si constante. iiij. q. j. partis. dum loquitur de mercatore, qui naufragio res suas amisit. Hãc sententiã cõmuniter sequitur doct. in d. l. si cõstante. & in l. si cũ dotẽ. §. si maritus. eo. ti. vt ibi latè per Ale. col. vj. ver. nota j. post alios, quos ipse refert, & Cãpetius in tractatu dotis. iij. parte. q. xviij. de quo aliquid tactũ est sup. co. viij. §. & propterea. Contrariã opi. tenuerũt Cyn. Io. Fa. & multi alij. in d. l. vbi adhuc. Host. in summa. de dote post diuortiũ restituenda. §. & quãdo cõperat. idẽ Host. in præsenti. & sequitur Francis. Cardinalis, & nõ
1 nulli alij, dicentes, quòd † paupertas viri non facit locum repetitioni, sed mores viri. Hãc opi. approbat lex regni prælleagata iiij. par. ti. xj. l. xxix. dum dicit, q† si maritus malè nõ administrat, licet casu ad paupertatem venerit, non potest vxor ab
2 eo dotem exigere: *a* vt dicit illa lex, quam in iudicando & consulendo sequere, tam in foro ecclesiastico, quàm seculari: ex quo de iure canonico non habemus decisionem, oportet recurrere ad iura regni: vt dixi in rub. in introductione col. vij. ver. merito ergo ad confirmationem huius tertię ampliationis, facit quod in simili dicimus, quòd si
2 cut licita est captura † debitoris fugitiui à principio ante litem conestatã: vt l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his quę in frau. cre. Inst. de ac. in princ. no. in c. cùm non ab homine. suprà. de iudi. Sic etiam, quando lis pẽdebat cũ debitore, & lite pendente incipiat effici non soluẽdo, secũdùm Ang. in repetitione l. nemo carcerẽ. C. de exac. tri. lib. x. post medium. ver. item quæro quid si lite pendente. sentit gl. in l. fi. C. de fer. secundũ eum sequitur Alex. con. xvij. co. pe. incipit, magnifice præsatisda. col. Et per hoc videtur non tenẽda decisio Bar. in d. l. si constante. iiij. co. ver. iiij. quæro. dum dicit, q† licet vir bene inchoet vti substantia sua, si malum exitũ habuit, quia perdit, vel deperatur: nihilominus poterit vxor vti remedio prędicto: quia res dicitur malègeri respectu finis. l. an in totum ff. de impen. in reb. fa. Item in ambiguis pro dote est respondendum. l. in ambiguis. ff. de re. iur. hæc videtur sentire glosl. in authen. de æquali. do. §. illud. & Barto. vbi suprà. Sed per prędicta tene contrarium, quoniam si maritus cœpit bene vti substantia sua, non potest tunc dici ad inopiam vergere, si postea casu male succesit, & effectus est pauper, non debet sibi imputari, vt apparet ex prædictis, signanter ex prælleagata lege regni.

paupere à principio.

Lex regni.

a Adde q̃ ista l. regni hodie dicitur (vt à doctissimis viris audiui) pro Ecclesia, quæ testatur pro testamento à viro relictam sibi dotem à viro suo, nullo appositio verbis expresse disertis: eis tamẽ in fidibus præsumptionibus vxor cõtracte matrimonio, & etiam viro existente inope ob eius culpam, & non suis malis moribus, quæ vxor præsumitur ex dictis & potest iuxta potere pro dicta l. nã vt fraudare quæ practica est satis equa. vt considerat. Ioan. Bar.

§. XXV. *De marito pauperi*

SVMMAE RERVM.

1 *Dotem repetere an possit vxor à marito, si maritus pauper vel inops & negligẽs à principio postea efficiatur dives vel diligens.*

2 *Priuilegia debent esse perpetua.*

3 *Cessante causa cessare debet effectus.*

AMPLIABIS quartò prædicta, vt procedãt, etiam si maritus † pauper, vel inops, & negligens à principio, postea efficiatur dives, vel diligens. ita dicit glo. in d. l. vbi adhuc. in ver. abutatur. & ibi Cyn. in quæstione xvij. & ibi Ioannes Fab. & multi alij. Barto. in dicta l. si constante. §. j. in fine.

j. in fine. per bona fundamenta, quæ videri possunt. & ibi Ioan. de Imo. fi. col. & etiam Alexand. in fine, & eo tacito Campetius in tractatu dotis. iij. parte. q. xlvij. Ioan. An. in præsenti ver. in glo. ibi: vbi &c. & Anto. in ver. nec ea restituta. Card. in iij. q. Alexandrinus pe. col. ver. sed quæro post gl. Petrus de Ferraria in dicta forma libelli, qua agit vxor ad dotem, in parte, vxor quondam. col. v. ver. sed quid dices: motus per tex. in l. si mulier. ff. so. ma. & ti. col. ver. fi. item quæritur. Item quia ista remedia introducta sunt in priuilegium mulieris,
2 & priuilegia † debent esse perpetua. authen. de defenso. ciui. §. aliud. facit ad hoc tex. in d. l. vbi adhuc. ibi, si quis forte postea acquisierit &c. ad idẽ

Opinio cõtraria.

facit tex. in l. sancimus. C. de admi. tu. ibi, quod ab initio actum est &c. & in l. quicunque. ff. de actio. & obli. Contrariam sententiam tenuerant famosi doctores, non leuis authoritatis. Spe. isto ti. in fi. pe. co. ver. sed pone maritus, & in ti. de dote post diuortium re. §. formatis. ver. si autem ipse post modum. Iaco. de Arenis, Ang. & nonulli alij, in d. l. si. constante. in principio. ff. io. mat. Albericus in d. l. vbi adhuc. colum. vj. versi. idem quærit. Collectarius in præsenti ver. sed quid si in casu illius legis. & multi alij, quos referre non curo. Motiuum eorum est, quia † cessante causa, cessare debet effectus c. cum cessante. de app. cum concordantiis. Ad idem tex. in l. j. §. tam diu. ff. de curatu. & l. si cùm dotem. §. ii verò. ff. so. ma. Ad idem
3 l. adigere. §. quãuis. ff. de iure pa. l. ti rullo. ff. de cõdi. sine causa. & l. cura. §. deficientibus. ff. de mune. & ho. & l. his quoties. §. quod autẽ. de vaca. munerum. & l. semper. §. negotiatio. ff. de iure immuni. & l. si pecuniæ. §. fi. ff. vt in poss. le. l. hoc amplius. ff. de dam. infect. in quibus probatur, quòd si res venit ad casum à quo incipere nõ poterat, vel cessat illud, propter quod actum est, cessare debet quod est gestum, vel effectus ipsius, ergo idem in casu de quo agitur. Fortius adhuc dicebat Vbertus de Bobio, solennis doctor, vt refert Ioan. An. in Spe. de dote post diuortium restituenda. §. formatis. verti. it autem ipse. quòd adeo vera est hæc secunda opinio, quòd non solum per iudicem restituenda sit dos marito in casu prædicto, verum
1 etiam ipso iure dos exacta à marito inope redit ad eum factum iopletem, per l. riparum. ff. de rerum diui. §. fi. & l. sequenti. in prin. ff. de religio. & sumptibus funerum. l. cum loca. de curato. fu. l. j. in princi. Ex quo infertur, quòd secundũ istam opinionem non est necessarius iudex ad faciendum hanc restitutionem, sed iudex aditus declara
2 bit restitutionem à iure factam. quod esset magni effectus, si verum esset. Henri. tamen in præsenti in fi. nititur opiniones reducere ad concordiã, dicens, quòd si maritus ex post facto factus est dives, prudens, & sapiens, restituenda est ei dos, & alia bona, quia cessat omnino causa & inopiæ & suspicionis, propter quam iura hanc dotis exactionem permittunt, & ita procedat secunda opinio. Sed si solum dives factus est postea, non tamẽ prudens, sapiens, vel discretus, vt puta, quia delata est sibi magna hæreditas ex testamento, vel ab intestato, à parentibus, vel consanguineis, tunc procedat prima opinio, vt nullo modo fiat marito restitutio pro hoc. ff. de priuilegiis cred. leg. fi creditores. Insti. de suspectis tutoribus. §. suspectus. & §. fin. & hanc concordiam tene memo
3 riæ, quia de iure & æquitate videtur procedere, nec alibi eam reperio.

Nota cõcordia

SVMMAE RERVM.

1 *Bona mariti minoris 25. an sint obligata pro dote.*

2 *Bona minoris obligari non possunt obligatione hominis secus tamen in obligatione legali.*

3 *Minor non habens curatorem, potest se obligare ad quantitatem, & tamen non potest pro illa quantitate obligare bona sua.*

4 *Minor 25. an maior 18. potest sine curatoris autoritate in pecunia redimere testatorem, vel consanguineum à carcere.*

5 *Filius non restituitur super fideiussione, quam facit pro patre.*

6 *Restitutio in integrum non datur minori 25. ann. maiori tamen 18 si vendidit, vel alienauit bona, etiam mobilia sine decreto iudicis.*

7 *Minor 25 an maior 18. non restituitur in integrum in his, quæ sunt de iure naturali vel quasi.*

8 *Inuentarij confectio, si à muliere tutrice penitus omittatur, nõ excusatur, secus si aliquas res omisit ponere in inuentario.*

9 *Rusticus mulier, vel minor si omittãt, vel faciant aliquid contra ius ciuile in dubio præsumitur error iuris, & non dolus.*

10 *Restitutio in integ. non datur minori quando omisit exceptionem criminis, per quam vellet aliquem repellere. & nu. 13.*

11 *Ecclesia non restituitur aduersus peremptorium præfixum ad opponendum crimina contra litigantem super beneficio.*

12 *Restitutio in integ. non habet locum in executionibus pœnarum.*

14 *Maritus minor 25. an non habet in integ. restit. in contractu dotis recepta. quo minus vxor conueniat eum, vergentem ad inopiam habeat exactionem dotis.*

§. XXVI. *De marito minore 25. annis.*

AMPLIABIS quintò prædicta, vt procedãt, etiam si maritus sit minor xxv. annis. vt sentit glo. in l. fi. C. de legi. tuto. Cy. in d. l. vbi adhuc. iiij. col. q. xvj. & ibi Albe. col. iiij. versi. item quærit. Bona † enim minoris tacite sunt obligata pro dote, nam ex quo est pubes, potest cõtrahere matrimoniũ. Inst. de nup. in prin. & c. j. & ij. cum aliis suprà, de despon. imp. ergo & accessoria matrimonij. f. dotẽ recipere, cum nõ debeat ratione minoris ætatis vxor esse indotata l. fi extraneus. ff. de cõd. causa data. facit lex mutuo. in prin. ff. de iure do. qa licet † obligatiõe hominis bona minoris obligari nõ possint, secus tamẽ est in obligatione legali. in qua hominis misteriũ nõ est necessariũ, vt l. ij. & iij. in prin. ff. de reb. eorũ. hanc opi. sequitur Ang. in d. l. si cõstãte. in fi. prin. & aliqui alij. huic opinioni adhęret Alex. de Imo. in d. l. cõstãte. co. xvij. ver. sed hęc distinctio. vt ibi per eũ, qui respõdet ad motiua cõtraria. Sed Bar. ibi co. xiij. ver. iiij. quæro. tenet cõtrariũ per bona iura, & rationes. quæ videas per te, & respõdet add. l. mutuo. q† ibi nõ agit de hypotheca, vel obligatione accessoria, sed de obligatione principali, quæ & in quibus rebus cõsistat, remittiq decreto iudicis, potest enim recipere, dũ tñ recipiat modo legitimo. Hãc opin. sequitur ibi Io. de Imo. col. ix. vers. secundò adde. nec sequitur secundũ eũ, minor † nõ habens curatorẽ, potest se obligare actione personali ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotem, ergo etiá tacitè obligantur bona sua: quia certum est, quòd minor habẽs curatorem, potest se obligare ad quantitatẽ: & tamen nõ potest pro illa quantitate obligare bona sua. l. j. & ij. ff. de re. eo. iuncta l. fi. C. de rebus alie. non alie. Sicut ergo non posset expresse, sic nec debet posse tacite. arg. l. cũ quid. ff. si cer. pe. Tu tene primam opinionẽ, quę videtur verior, & doti fauorabilior. Pro quâ bene facit lex Styli ccvij. incipit, todo el deudo. in fi. vbi dicit, que el hombre menor de edad desque casado es sera tenido a todo empreſtido & obligamento de deuda. quod est bene notandum. Si autè ad alia debita tenetur, fortius ad hoc quod contrahitur ex receptione dotis, ad cuius confirmationem facit, quod in simili voluit Bald. Nouellus in tractatu, de dote. vj. parte. priuilegio
4 lxiij. vbi dicit, quod † minor xxv. an. maior xviij. forte posset tolerari, vt possit saltem in pecunia re dimere testatorem, vel consanguineum à carcere, sine curatoris authoritate: per textũ in authẽ. si captiui. C. de epi. & cle. & in corpore vnde sumitur. confirmo gl. Fo. segum ti. de las cosas, que se ganan por tiẽpo. lib. iij. vbi filius non restituitur super fideiussione, quam facit pro patre. vt in l. j. C. de filiosa iiij. colũ. qui aliàs poterat exhæredari. authen. vt cùm de appellatione cogno. §. cau sas. & subdit tertius Bal. Nouellus vbi suprà, q̃ ta
9 lis minor solus potuisset alienare bona sua ad dictam causam, siue habeat curatorem, siue nõ: quia in hoc ipsa lex facit ipsum maiorẽ, & legitimę ætatis, si excedit xviij. an. abbreuiando ætatẽ xxv. an. & ideo posset pro dicta causa alienare etiam immobilia, sine decreto, tanquâ maior, per illũ textum. Pari ergo ratione idem videtur dicendũ in casu nostro: quia lex reputat virum ætatis legitimæ, quantum ad hoc, postquâ matrimonium contraxit: cùm dos secundum aliquos sit pia causa. vt l. cum hi. §. fi mulier. ff. de cõd. inde. & dixi infrà, iij. no. §. xij. Et adeo puto maritum obligatũ, & eius bona, in hoc casu, quòd licet sit minor, non potest petere in integrum restitutionem. † Et videtur
5 tenere lex Styli prædicta, in fine, cùm dicit, Empero en las otras cosas, dunde es otorgada restitucion. est dicere, quòd licet in hoc casu non possit restitutionem petere, in aliis tamen sic. ad hoc bene facit glo. no. secundum Bald. ibi, in dicta authẽ. si captiui. quæ vult, quod si maior xviij. annis, minor xxv. neglexerit redimere testatorem, vel consanguineum, licet ex hoc incidat in pœnam, non restituitur in integrũ. Idem tenet Saly. in l. j. C. de filiosa. minore. Ex qua glo. cũ dictis Bald. colligitur notabiliter, quòd vbicunque lex vel statutum procedit limitando ætatem, puta abbreuiando ætatem xxv. ann. tunc cessat restitutio in integrum. Sicut econtra, quando lex, vel statutum elongaret ætatem xxv. annorum, tunc etiam vltra illud tempus xxv. annorum daretur restitutio in integrum, vt ex tex. no. in l. fin. C. de repu. hæred. Ex quo infertur vnum verbum nouum,
6 & singulare, quòd si maior xviij. annorum, minor xxv. † vendidit seu alienauit bona etiam immobilia solus, sine decreto iudicis, & sine authoritate curatoris, pro redimendo testatorem, vel consanguineum à carcere, vel captiuitate, non competeret sibi restitutio in integrum aduersus huiusmodi actum. ita dicit Bald. Nouel. vbi suprà.
Ad prædicta facit nota. dictum Iacob. de Bello.

Lex regni.

Restitutio in integrũ.

vt ibi refert Bal. in cap. j. §. præterea. el j. de prohib. feud. alie. per Federic. dicens, quòd si adultus maior xviij. annis, minor xxv. legem spreuit & cõtempsit, & sic in iure naturali vel quasi, aut communi delinquit, & tunc maior xviij. annis non restituitur in integrum. Est dicere, quòd in his, quæ
7 facit maior xviij. annis, & † minor xxv. in his, quæ sunt de iure naturali, vel quasi, non restituitur in integrum, de quo dicto exclamat Franc. Aret. in cap. fraternitatis. suprà, de testib. colum. xix. ver. & aduerte. per quod videtur reprehendere dictum Bald. in l. j. §. solent. ff. de offic. præfect. vrb. vbi singulariter dixit, quòd mulier nõ excusatur à dolo præsumpto, quando nulla subest causa colorata, saltem grosso modo & vulgari, cùm non
8 faciat id quod tenetur facere. vnde si omisit † penitus confectionem inuentarij, cùm sit tutrix, nõ excusatur. Secus si aliquas res omisit ponere in inuentario, prætensa causa aliqua, quæ habeat ali quid coloris, saltem grosso modo. Quod dictum posset habere rationem secundum Aret. quando mulier omitteret aliquid, vel faceret, quod esset contra ius naturale, vel gentium. quo casu etiam non excusaretur ab ignorantia iuris. l. venia. cum ibi not. C. de in ius vocan. & facit dictum Iacobi de Bello. de quo suprà, secundum eum. Sed vbi
9 mulier † vel rusticus, vel minor omitteret facere aliquid contra ius ciuile, sicut est omissio confectionis inuentarij, dictum Bal. non videtur habere rationẽ, quia in talibus personis in dubio præsumitur error iuris, & non dolus, à quo excusantur. vtl. fin. C. de iur. & fact. ignoran. & l. ij. §. fin. ff. de iure fisci. Hoc intellige, nisi minor vellet restituì aduersus declinatoriam, quam omisit opponere, vel aduersus ipsius declinatoriæ probationem, quæ non est multi præiudicij. Nam tunc nõ restituitur minor. vt not. voluit Innoc. in c. corã. suprà, de in integ. rest. & sequuntur ibi omnes, & Bal. in l. peremptorias. C. senten. resci. non pos. iiij. colum. ver sic. quæro vtrum sicut minor. & in l. scio. ff. de in integr. restit. Fely. in d. cap. fraterni tatis. v. colum. versi. fallit secundò. suprà, de testi. Ludoui. & Alex. in l. j §. nuntiatio. ff. de noui ope. nun. & ibi Ias. de quo per Lap. alleg. iij. Si verò sit exceptio non leuis præiudicij, sicut exceptio recusationis rei iudicatæ, & similes, tunc minor restituitur, vt not. tradit Guil. in Spe. ti. de rest. in inte. §. j. versi. illud si minor, vel ecclesia. gl. ordinaria, quam approbat Bart. in l. minor autem. ff. de mi
10 nor. Item non restituitur minor, † quando omisit exceptionem criminis, per quam vellet repellere aliquem, vt no. sentit Io. And. in c. auditis. de rest. in integ. ad hoc bene facit quod voluit Spec. in ij. par. de in integ. resti. §. ij. ver sic. sed pone. vbi di
11 cit, quòd ecclesia non restituitur aduersus peremptorium præfixum, ad opponendũ crimina contra litigantem super beneficio, quia ex omissione illius probationis non sequitur aliquod dam-
12 num pecuniarium. Item quia in † executionibus pœnarum non habet locum restitutio: vt in l. auxilium. ff. de minorib. sed litigans puniretur, si probarentur crimina contra eum: quia excluderetur à iure suo: vt c. accedens. infrà, de accus. De quo dicto facit testũ do. Abb. in d. c. auditis. iiij. col. versi. item limita. & sequuntur docto. de quibus suprà. tenet etiam Compostel. in capi. quod sicut, suprà, de electionib. glo. penul. in clem. non
potest.

potest. de procur. gl. & Anto. in ca. licet infrà, de accus. Bal. in l. fi. C. in quibus casib. in inte. rest. nõ est necess. & in d. l. auxilium. vbi est bonus tex. vide Fely. in d. cap. fraternitatis. col. v. versic. fallit tertiò. & in d. c. licet. de accus. col. ij. versi. nota q̃ minor. Ex istis infertur ad vnum, quòd non re-
13 perio in specie tactum, quòd † minor non restituetur ad opponendum crimina vel defectus contra testes aduersarij, vel ad illa probanda. quod tene menti. & hoc est hodie statutum per legem regni nouiter editam, per serenissimos reges nostros in villa de Madrid, anno Mccccxcix. ley xvj.
Lex regni. Ex quibus omnibus concluditur, vt suprà, quòd
14 maritus † minor xxv. ann. non habet in integrum restitutionem in contractu dotis receptæ, quominus vxor contra eum vergentem ad inopiam, & contra eius bona habeat remedium prædictum.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotem petere potest vxor à marito ad inopiam vergente sine eius licentia.*
2 *Mulier quando possit esse in iudicio sine consensu mariti.*
3 *A patria potestate an liberetur filius per contractum matrimonij.*
4 *Filius an possit agere contra patrem inuitum, & retinentem. & 12. & num. 20.*
5 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio in causa dotis.*
6 *Curator datur mulieri inuitæ, ipsa tamen potest eligere quem vult.*
7 *Vxor dotem repetens. si sit excommunicata, an audiatur. & num. & 19.*
8 *Excommunicatus an debeat audiri in iudicio, si reus est fugitiuus, vel res tempore peritura.*
9 *Necessitas & periculum verisimiliter speratum, facit licitum quod alias erat illicitum.*
10 *Feriatis diebus propter imminens periculum intendere licet circa collectionem messium & vinarum & scholaribus studere licet.*
11 *Necessitas multa operatur.*
14 *Actus non vergit in detrimentum alicuius, quando non infert principaliter detrimentum.*
15 *Ad excussionem bonorum citandi sunt fideiussores, vel bonorum possessores. cum talis excussio principaliter fiat in eorum præiudicium.*
16 *Protestatio facienda est ei, quem negotium principaliter tangit.*
17 *Verba generalia non extenduntur ad personas, quas negotium principaliter non tangit.*
18 *Vindictam facere si permittatur offenso, intelligitur de principaliter offenso.*
21 *Pater tenetur alere filium etiam de propriis bonis.*

§. XXVII. *Vxor sine licentia mariti potest contra eum agere.*

1 AMpliabis sextò prædicta, vt possit vxor † petere dotem à marito vergente ad inopiam, etiam absque eius licentia, imo eo contradicente, ita tenet solus Albe. in d. l. vbi adhuc. in fin. C. de iure do. dicens, quòd cùm iure Lombar. mulier transeat in potestate viri: vt not. Inst. ad Tertullianum. §. j. & probatur in l. Lombardia, quali-
7 ter mulieribus alienare permissum est. l. j. quomodo facit mulier. si maritus nolit sibi consentire, quòd dotem petat, ex forma d. l. vbi adhuc. &
2 ipsa † sine ipsius consensu in iudicio esse non possit: vt l. fin. §. j. C. de bonis quæ liber. Dicit Alber. quòd hanc quæstionem habuit de facto Pergami, vbi seruatur ius Lombardum. Et dictum fuit, quòd tunc agere possit sine consensu viri: sicut etiam dicit gl. quòd hoc casu poterit agere sine consensu patris: vt nota. C. de colla. authen. quod locum. vel saltem cogetur maritus consentire ad instar patris: vt d. l. fin §. j. de bon. quæ liber. cum ibi not. & per Rofred. in libello, de personis litigantium. ver. item nec mulier. ista sunt ferè verba Albe. vbi suprà, quæ tene menti. Ex quibus infertur, quòd licet hodie secundum iura regni nostri, filia per cõtractum matrimonij liberetur à † patris potestate, vt dixi suprà in rubr. colum. clxxxvj. §. sed quamuis. & quodammodo transit in potestatem mariti, vt sine ipso non possit contrahere, nec in iudicio esse: vt dixi in rubr. colum. cclxxviij §. operatur alium & sextum effectum. nihil ominus tamen poterit agere contra eundem maritum nolentem & inuitum: quia authoritate legis hoc facit. Et iste est vnus casus, in quo vxor sine licẽtia mariti potest esse in iudicio, sicut aliàs
4 filius † agit contra patrem aliquando inuitum & renitentem. vt traditur in l. generaliter. ff. de in ius voc. & in §. pœnales. Insti. de act. & in l. is nulla. ff. de iudic. interueniente licentia iudicis, quæ forsan non est necessaria in casu nostro: quamuis tutius est, quòd interueniat, si maritus non consentiat. arg. c. nullus. de iur. pat. cum ibi not. Hoc intellige, dummodo vxor sit ætatis legitimæ xxv. annorum. minor enim: etiam contra maritũ inopem, dotem & alia bona petens, non potest stare in iudicio, vt videtur casus in d. auth. quod locum. C. de colla. secundum Bald. ibi. vers. octauò quæritur, dicentem, quòd † minor non habet legitimam personam standi in iudicio in causa dotis. quia etsi in causa matrimoniali, cui est dos connexa, stare possit in iudicio sine curatore, vt cap. si annum. de iudic. lib. vj. non tamen sic erit in dote. quia licet dos sit matrimonio annexa, non est eiusdem naturæ, secundum eum, de quo feci mentionem suprà, col. clxxxiij. in prin. Et ita quamuis ad contrahendum cum marito, dum est in matrimonio, Stylus habeat vxorem etiam minorem xxv. ann. tanquam si effet ætatis perfectæ, vt dicit lex Styli ccvij. de qua paulo ante feci mentionẽ, quæ dicit, quòd si vxor minor xxv. ann. se obligat pro debito vna cum marito, tenetur illa pro dimidia, & si in solidum se obligauit, tenetur in totũ, quoniam matrimonium & malitia supplent ætatis imperfectionem. Ad petendum tamen dotem à marito, & alia bona prædicta, non reputabitur persona legitima, imo dabitur sibi curator ad litem. Inuiti enim adolescentes curatores recipiunt ad litem. vt Insti. de cura. §. item inuiti. cum similib.
6 Sed quamuis † mulieri inuitæ detur curator, ipsa tamen potest eligere quem vult, vt est glos. signanda in l. mutus. §. is qui curatorem. ff. de procurat. & ibi eam notat & commendat Angelus, de qua facit festum Baptista, in tractatu arbitrorum. in princip. iij. quæstio. & Lanfrancus in suo tractatu arbitrorum. in quarta columna. Secundò intellige, nisi forsan vxor quando † vult agere, sit excommunicata: nam tunc non admittitur ad agendum, vt capit. intelleximus. suprà, de iudic. & cap. cùm inter. suprà, de exceptionibus. capitupia. eodem titul. libro sexto. cap. excommunicamus. §. credentes. infrà, de hæretic. capit. si verò.

Vxor minor.

Lex regni.

De vxore excommunicata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infrà, de senten. excommu. & hoc ne ex suo dolo commodum reportet: vt dicit glo. in dicto capit. intelleximus. Ex qua ratione videtur, quòd cum vxor ex hac dotis petitione reportet commodum, non sit audienda. Sed aduerte, quia cũ hoc casu vxor stimulata inopia mariti veniat ad iudicium, ne sua dos pereat, videtur quòd sit admittenda, per illud quod no. voluit Ab. in d.c. cùm inter. colum. tertia, versi. & per hanc rationem. vbi formaliter inquit. Et per hanc rationem puto posset attentari, quòd si reus † est fugitiuus, vel res tempore peritura, excommunicatum debere audiri: stimulatur enim ad agendum ex eminenti præiudicio, & potest dici defensio quædam: & hoc est æquissimum, secundũ eum. facit quod legitur & no. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. & in l. nullus. C. de Iudæ. secus dicit, si cessaret periculum, quia posset facere se absolni: per id quod dicit Host. in c. significauerunt. eodem titu. hãc decisionem Abb. tanquam singularem, refert & sequitur Fely. in cap. dilectus. el primo. suprà, de rescrip. pe. colũ. ver. fallit iij. & in dicto cap. cùm inter. colum. x. versi. limita secundò qui hoc temperat, vt ibi latius per eum. Necesitas † enim, & periculum verisimiliter speratum, facit licitum, quod aliàs est illicitum. vt est tex. valde no. in c. licet, infrà, de feriis. vbi rei tempore perituræ possumus dare operam diebus etiam feriatis. & inde est, quòd circa collectionem † messium, vel vuarum, potest etiam diebus feriatis intendi, secundum Abb. ibi in fin. post Ang. Inde est etiam, quòd diebus feriatis licitum est scholaribus studere propter fragilitatem memoriæ: vt in die dominica non obliuiscantur, quod aliis diebus didicerunt: & ideo est periculum in mora, ratione cuius permittitur, quod aliàs non permitteretur. Ita dixit Cy. in l. diuus. ff. de feri. prout ibi refert Angelus. idem tenet Lucas de Pẽna. quod ego admitterẽ in scholaribus studentibus, ad illuminationem proprij ingenij, & aliorum, dummodo debitis horis instetur circa diuina: licet exinde in futurũ speretur lucrum. Secus tamen, quando speratur lucrum de præsenti, & principaliter fit studium propter lucrum: vt decidit Ang. & Abb. in ca. fi. de fer. nisi necessitas aliud suadeat, vt pro expediendo illum qui de longinquo venit. a Bonum tamen est tunc aliquam eleemosynam in pauperes erogare, secũdùm eos. ar. d.c. licet. Multa alia, quæ operatur † necessitas; propter quam licitum est transgredi iura, facile mihi esset adducere, quorum aliqua cumulat Fely. in cap. cum accessissent. de consti. colum. xv. versi. confirmari potest. Aliqua etiam ponit And. Sic. in capi. nullus. prima colum. suprà, de pigno. Fran. de Curte in repetitione l. admonendi. ff. de iureiur. charta xxij. colum. ij. & ibi Iason. columna xcj. in repetitio. vide quę scripsi suprà. rub. §. lxv. intellige prædicta cum sequenti. Sed quæ maior † necessitas, quam illa, in qua vxor ex mariti vergentia ad inopiam constituitur: cùm ex hoc eius dos, & per consequens alimenta sunt in periculo totalis perditionis? Sed quamuis ipsa excommunicata agere possit, vt prædixi: honestum tamen est, quòd non per se, sed per procuratorem agat: iuxta not. in d.c. intelleximus. vbi secundum aliquos etiam reus cogitur procuratorem constituere, si est excõmunicatus: & procuratorem habere potest, vt ibi late scripsi in meis recollectis. Et ista tene memoriæ, tanquam ab alio in specie non tacta. Ex istis redditur mihi dubia decisio Bar. in l. si constante. in prin. quæstio. x. ij. partis. vbi præsupponit, quòd si vxor est excommunicata, non possit agere contra maritum ad inopiam vergentem, poterunt tamen filij agere nomine matris, tanquam coniunctæ personæ † ad eorum vtilitatem. ad quod vltra sua fundamenta facit l. patri pro filio. in principio. ff. de mino. vbi pater agit pro filio, nisi dixeris, quòd ibi pater prætendebat interesse negotij principalis. Itẽ dicit Bart. quòd possunt filij agere suo proprio nomine, saltem vtilibus actionibus, quæ mulieri competebant directo. quod late ipse comprobat, vt videbis per eum, quem fortiter reprehendunt Ioan. de Imo. & Ludo. Ro. ibi per magna fundamenta, & rationes satis vrgentes. & hoc videtur de iure verius, quoniam filij in casu nostro non videtur prætendere principali interesse, quia nõ est inter esse totalis negotij, de quo loquuntur fundamenta Bart. sed est quoddam interesse particulare & secundarium, respectu alimentorum, quod non venit in cõsideratione, cum nihil ipsi dederint de suo. Vnde non video, quomodo dos ex parte filiorum sit titulus onerosus, vt dicebat Bar. Illud autem, quod secundariò venit, non est in consideratione, vt est glo. no. iuncto tex. in c. quamuis pactum. de pac. lib. vj in verbo, detrimentum. dicit glo. scilicet principale. ex qua colligit ibi Dominicus, quòd actus non vergit in detrimentum alicuius, quãdo nõ infert principaliter detrimẽtum, licet sic secũdario. Vnde si ex forma statuti in actu debẽt authorari illi, in quorũ detrimentũ sit actus, intelligitur de illis, quibus principaliter & directè fit præiudicium, nõ secũdariò, secundũ eum, pro quo vide Inno. in c. humilis. de ma. & obe. vbi no tanter dicit nõ esse citãdos illos, quos incidenter potest negotium tangere, sed sufficit citare principalẽ cuius interest. Idẽ voluit Dominicus in c. fi. in fi. de elec. li. vj. dicẽs, q illi, quos incidẽter negotium tãgit, nõ sunt necessariò citãdi. ex quo dicebat Ang. in l. cũ filius. in prin. ff. de ver. obli. q cũ † excussio bonorum principaliter fiat in præindicium fideiussorũ, vel bonorũ possessorũ, ipsi sunt citãdi, aliàs eis nõ fieret præiudiciũ, vt ibi per eũ, & per Lac. de Arenis, in tractatu suo, de discussione. facit gl. no. secundũ Ange. ibi. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. tex. optimus in l. j. §. denuntiare. ff. de ventre inspi. ibi, hæredi instituto. quẽ tex. alleg. Bald. No. in d.c humilis. & in rubrica. C. de succes. edi. & in multis aliis locis, de quibus per Fely. in c. humilis. suprà. de ma. & obe. prima colum na. versicu. & tene menti. iuxta hoc, & in capitu. quamuis. pe. colum. suprà, de re iudi. & Bald. in l. non solum. §. quæritur. ff. de procur. & in rubrica suprà, de rescrip. iij. colum. b Hinc est, quòd protestatio † facienda est ei, quem negotium principaliter tangit, vt voluit Ioan. Ancr. in regula, in generali. de regu. libro vj. per capitul. pastoralis. §. si suprà, de offi. or. vbi contra iudicem facientem aliquid ad commodum partis, fit protestatio corã eo, nõ corã parte, quia principaliter agitur de rescindendo facto iudicis, sicut corã iudice appellatur, nõ corã parte. l. cũ quidã. ff. de app. l. eos. in fi. C. eo refert & sequitur Fely. in c cũ M. sup. de cõsti. co. xxvij. ver. fallit ij. Ad prædicta facit tex.

Necessitas. 9

10

11

12

a *Add nar. Boloni. in rep authẽ. habita. C. ne filius pro patre. fol. xiij. col. iij. Ioan. Ber.*

An filij possunt agere cõtra patrẽ.

De ea cui principaliter interest.

b *Adde Cr. org. Nach. in c. quia nuptiarum. col. xix. de pac. li. 6. & hanc doctrinã inferunt inter medias doctrinas magistri*

les, in litera a. in verbo, actius & vltra ibi per me scripta, adde Iaſ. in l. decem. x. col. ff. de verb. obt & eundẽ in l. nec quicquã. §. vbi decretũ 6. col ff. de off. procõſ. & Fel. inc. cũ M. de cõſti. co ver ſi fallit & in c. ſi. co. 1. cũ ſequẽ de maio. & obed. Ioan. Ber.

cit tex. no. in l. non solùm. §. quæritur. ff. de procura. vbi probatur secundũ Ang. q † verba generalia nõ extẽduntur ad personas, quas negotium principaliter nõ tangit. Ex quo dicebat ibi Bald. q si promisi tibi recipienti pro omnibus, quorũ interest, vel possit interesse: intelligitur de principalibus personis, non de aliis. facit l. plura. §. fi. ff. de actio. & ob. secundũ eum. Ad idẽ facit l. principaliter. la ij. C. de hbe. cau. & ibi no. Bald. & inde est, q si permittitur † offenso facere vindictã. intelligitur de principaliter offenso, nõ per mediã personã: quia verba sunt intelligẽda per prius & nõ per posterius. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pu. Facit quod voluit Abb. in c. ex conquestione. suprà. de resti. spol. v. col. ver. quo adsecundum. & in c. post cessionem. de proba. xij. co. ver. sed nunc quæro. ibi: debemus enim secundũ eum attendere &c. Ludo. in singulari dclxix. incipiente, impensa. Multa alia his similia potuissem adducere, quæ breuitatis causa omitto: per quæ appareret non esse curandum de eo, quod secundario venit. Cùm autem in casu nostro principaliter intersit mulieris dotem esse securã, & secundariò filiorũ, qui ex dote debent alimentari, vt sæpe dictum est: ergo illa, † quãuis excõmunicata, admitteretur: quia stimulata mariti inopia. imò posset perire, si vxor non admitteretur: nõ autem admittentur filij. Cogitabis. Bene tamen fateor, q si vxor pendente iudicio moreretur, eius filij possunt iudiciũ prosequi, quia successerunt in ius matris: vt regula, his qui in ius. de reg. iu. lib. vj. facit l. cùm hæres. ff. de diuer. & tempo. præscr. ita dicit Ioã. And. in additionibus ad Spec. tit. de dote post diuor. resti. in fine. Et si dicatur illud fuisse priuilegium maternum, & sic non transire ad hæredes. ff. de admi. tut. l. ex pluribus. respondetur, l. loqui de hærede non suo: nos autẽ de suo hic tractamus. facit ff. solu. matri. l. marium. D. qui potio. in pigno. l. assiduis. in fi. præcipue cum causa priuilegij materni filios respiceret, scilicet, vt ex dote possent ali. C. de iure dotium. l. vbi. Subdit tamen Io. And. q ex alio capite videntur filij repellendi. scilicet quia † filij contra patrem litem mouere non possunt. l. lis nulla. ff. de iudiciis. & in hac opinione, tanquam vltima, videtur residere. Idem tenet Albericus in dicta l. vbi adhuc. iiij. col. ver. quid si mulier. per l. post finitã. de suspectis tuto. & quia cessant causæ, propter quas dos exigi poterat: quia istud priuilegium est personale mulieris, ideo eius personam excedere non debet. l. priuilegia. ff. de reg. iur. l. j. C. de priui. do. & quia cessat ratio dictæ l. vbi scilicet, quia ex dote debet ali vxor. consuletur tamen filius hoc casu: hoc modo, si casus esset dandi curatorem patri, puta propter furorem daretur, & ille dotem & reliqua seruaret. ff. de tuto. & curato. l. is qui. §. diuus. vel dabitur curator solùm doti, quia conseruabit proprietatẽ eius filiis, & vsumfructum patri, & potissimè si in mobilibus dos consistat. In immobilibus enim dotalibus non sic est alienandi periculum. Item propter hypothecam filiorum contra possidentes non est etiam periculum tale in aliis. in authentico, vt liceat matri & auiæ. in principio. C. de bonis ma. l. prima. Dicunt etiam quidam, quòd posit iudex ex circunstantiis ponderatis cogere patrem, vt dotem filiis restitueret, securato patre de vsufructu, per l. Imperator. ff. ad Trebel. & l. filius matrem. C. de inoffic. test. quod satis placet, & bene facit iste textus secundùm Ioan. Andr. vbi suprà, quod tenemenți. Ioan. de Imola in dicta l. si constante. colum. viij. tenet opinionem prædictam, & dicit, quòd de iure verius est, quòd sufficit partem satisdare, si potest, & vult: aliàs si nõ potest officio iudicis, consulendum erit filiis, vt pecunia sequestretur penes mercatores; vel res aliqua loco pecuniæ assignetur, vt vsusfructus nihilominus sit patris: nisi forte filij egerent, & non haberent aliunde vnde se alerent: quia tunc debebit prouideri eis, ne egeant: ex eo quia pater † tenetur alere filium, etiam de propriis bonis. Ergo multo fortius de vsufructu bonorum maternorum, vel forte esset æquum tunc assignari filiis dimidiam vsufructus, sicut fieri debet emancipato. l. cùm oportet. §. pe. C. de bo. quæ lib.

An filius mouere agant cõtra patrem. 17 18 19 20 1

21

Svmmae rervm.

1 *Dotem repetere potest vxor à marito vergente ad inopiam, quando actio aetis est communis sibi, & patri.*

2 *Et si pater & filia simul concurrant ad agendum contra maritum vergentem ad inopiam filia est præferenda.*

3 *Filia ſa habet legitimam personam ſtandi in iudicio in his, in quibus non quæritur patri vſusfructus.*

4 *Vſusfructus in dote aduentitia nũ quæritur patri.*

5 *Procuratorem constituere potest filia pro dote aduentitia a. vel profectitia sine consensu patris.*

6 *Monachus potest constituere procuratorem in casu, in quo potest sine consensu abbatis stare in iudicio.*

7 *Lite non contestata non potest procedi ad testium receptionem, vel diffinitiuam sententiam.*

§. XXVIII.

AMPLIABIS septimò prædicta, vt vxor † possit petere dotem. & alia, de quibus suprà à marito vergente ad inopiam: non solùm quando actio dotis competit soli vxori verùm etiam quando esset communis sibi, & patri. vt est casus in authentica, de æquali. dotium. §. illud. ver. q si in potestate. collatione vij. à qua sumpta fuit authentica, quod locum. C. de collatio. tenet Cynus in d. l. vbi adhuc. sexta quæstione. & ibi Salyc. in viij. q. Et si forsan vxor fuerit negligens, pater poterit agere. l. si constante. ff. solu. matrim. secundũ Albertic. in d. l. vbi adhuc. col. iiij. ver. quid si mulier. Sed si mulier non est negligens, sed habet aliquam iustam causam contradicendi, poterit patrem impedire, ne agat: per l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. & l. dotem. eo. ti. secundũ Bar. in d. l. si cõstante. in iij. quæst. secun. q etiã si ipse pater sit suspectus, nihilominus poterit agere: quia nullum doti periculum immittet, nec ex quo ad patrem non debet peruenire, sed ad filiam, vt oneribus matrimonij valeat deseruire. d. l. vbi adhuc. cum prælegatis. Necesse hoc contrarium eius, quod dixerat Bar. in di. l. si constante. quia ipse non negat, quin dos non debeat esse in manibus patris, sed filiæ. Dicit tamen, quòd si iustam causam habuit filia contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendi,audietur:ita ſaluat Barto.Alex. in d.l.ſi conſtante.iiij.col. ver.ab his nemo. quod tacito authore ſibi atribuit Ioannes Campetius in ſuo tractatu dotis,parte tertia.quæſtione xxxv. Et
2 ſi forſan concurrant ad agendum † pater & filia, contra maritum vergentem ad inopiam: videtur filia præferenda : quia plus iuris habet filia conſtante matrimonio in dote,quàm pater:cùm exinde ſilla debeat ali.& in hoc iudicio non requiritur patris conſenſus, vel authoritas : quia pater non prætendit ius ad proprietatem,nec ad vſum fructum:ideo non poteſt dici legitimus adminiſtrator:quia filiæ tantùm intereſt:vt ff. de euic. l. pater. Debet tamen pater citari , niſi periculum ſit in mora expectationis, intellige in dote profectitia;ſed in aduentitia nec citandus eſt pater,nec
5 eius conſenſus firmat iudicium: vt authentica, quod locum.C.de collatio.ſecundum Bal. ibi. in iiij.q.& ibi eſt gl.in verbo,mater. idem tenet ibi Bar.& communiter alij,gl.& doc.in l.ij. §. quod ſi in patris.ff.ſol.mat.glo.in authentica, de æqua li.do.§.illud.& ibi Iac.de Bello.gl.in l.fi.§.neceſſitate.C.de bo.quæ lib.Bal.in l.fi.in prin.C.de iure dotium,iſta eſt communis ſentẽtia, vt per Alexan.& alios in dicta authentica , quod locum. & in d.l.ij.§.quod ſi in patris.Et ſecundùm hanc opinionem conſuluit Bal.conſi.incipiente , domina Anna in poteſtate patris conſtituta. vt refert Ludouicus in d.authentica,quod locum.motus prin
5 cipaliter tali fundamento:quia in his, †in quibus patri non quæritur vſusfructus, filiusfamilias habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.c.fi.ad finem.de iudi.libr.vj.& ibi gloſſ.in ver.regulariter.ad idem glo.no.in l.iij.§.ſi filio.glo.ij.ff.com
6 moda.declarat Bar.in d.l.fi.§.neceſſitate. C. de bonis quæ lib.& in l.fin.§.pupillus.ff. de verbo. obl.vide Specu.titu.de actо.§.j.ver.ſed nunquid in caſibus.de quo facit feſtum Ludouí. in ſingulari cccxviij.incip.tu Sai. vide Ang.de Are.in §.ius
4 autem.Inſti.de patria poteſtate.†Sed in dote aduentitia patri non quæritur vſusfructus: vt l. fin. ver.ſi tamen.C.cõmonia vtriuſque iudicij.vbi hę redes patris tenentur reſtituere fructus perceptos ex dote patri reſtituta.Ergo vſusfructus dotis aduentitiæ non pertinebant ad patrem : aliàs non tenerentur hæredes illos reſtituere.Item,q 7
de dote aduentitia nihil acquiratur patri, patet: quia nec actio patri competit, ſed ſoli filiæ : aliàs non poſſet ſoli filiæ ſolui.l.ſi cùm dotem.§.j.ff.ſoluto.ma.ad hoc l.quæcunque. C. de bon. quæ libe. Hanc opinionẽ ſequitur Ludo.in d.authen.quod locum.contra quod inſurgit Iaſon in penul. colum.dicens, q non eſſet apponere os in cœlum, tenere quòd mò ad dotem aduentitiam non poſſit filia in poteſtate patris agere ſine conſenſu patris.vt d.l.ſi.§.neceſſitate.fatetur tamen ipſe,q in caſu noſtro,quando durat matrimonium,ſed maritus vergit ad inopiam,propter periculum , lex diſpenſat, q filia ſola ſine patris conſenſu poſſit agere : cùm dos adhuc oneribus matrimonij deſeruire debeat. vt ibi latius per eum. Tu dicas, q cùm hodie ex conſuetudine regni filia per contractũ matrimonij liberetur à patris poteſtate: vt dixi in rub.col.clxxxvj.§. ſed quamuis: poterit filia agere pro dote aduentitia,vel profectitia ſola ſine patris conſenſu, cùm nihil patri ex dote acquiratur:vt prædixi:& per conſequens non eſt legitimus adminiſtrator , nec eſt neceſſarius eius conſenſus. & ſic ſuperflua erit hodie diſputatio prædicta,& alia,ſuper qua doctores ſunt varij. in d.authẽtica,quod locũ.ſcilicet quando pater non vult cõſentire , an poſsit agi ad conſentiendum. Concludę ergo,quòd filia ſine patris conſenſu poteſt agere pro dote aduentitia, vel profectitia.

Vxor.cõſtituit procuratorem. Poterit etiam,ſi voluerit, ipſa ſola† procuratorem conſtituere,ſine patris conſenſu: quia in caſibus , in quibus patri non acquiritur vſusfructus, poteſt filius per ſe agere , vel procuratorẽ cõſtituere.vt d.l.non ſolùm.§.neceſsitate.C.de bonis quæ liberis.& d.c.ſi annum. de iudi.libr. vj. vbi hoc notat Dominicus.Bald.in l.nec.C.de procu. & iij.partita.titu.v.l. ij. qui enim ſuo nomine habet actionem,vel pro ſuo intereſſe, poteſt cõſtituere procuratorẽ,& etiam ante litem conteſtatam.& quandocunque: vt probatur in l. ſi vnus. §.idem ait.ff.de iniuriis.Ita notanter dicit Bal.in c.fi.ſupra.de iura.cal.Ex quo dicit , q ſi pater eſt vſufructuarius in bonis filij,poteſt ſuper illis procuratorẽ conſtituere:ſecus ſi non eſt vſufructuarius.gl.no.ſecundum eum,in l.j. C. de bonis mater.refert & ſequitur Andreas Siculus in d.c. fin. col.viij.in princ.qui pro hoc allegat tex. elegantes & celebres(vt eius vtar verbis)in l.etiã.§. ex præterito tempore.ff.de manu.vin. per quẽ Bar. ibi refert doctores dicere,q eo caſu , quo minor poteſt ſtare in iudicio,ſine curatore, poterit conſtituere procuratorem per ſe ſine curatore.addu cit l.diuus.§.fi.ff.de peti.hære.tex.& doc.in c. ex parte. de reſti. ſpo. facit ad hoc notabile dictum Inno.in c.cùm I.& A. de re iudi.& ibi Bald.vbi dicit,q eo caſu,quo † monachus poteſt ſtare in iudicio,ſine cõſenſu abbatis: poterit in illo iudicio cõſtituere procuratorẽ,ſine abbatis cõſenſu.Idẽ voluit Bar.in l.ſeruos ad cuſtodiã tẽpli. ff. de ali. &cib.leg.Bald.in l.filiusfamilias.ff.de proc.Hinc dicit Bal.in l.reos.C.de accu.x.col.q eo caſu,quo pater admittitur pro filio in cauſa criminali pro ſuo intereſſe,poteſt cõſtituere procuratorẽ. Faciũt multa alia quæ cumulat Andreas Siculus in d.c.fin.de iura.calũ.col.viij.quæ videas per te.

Quãdo maritus dicitur vergere ad inopiam. Quòd ſi forſan maritus cõtumax noluerit cõparere,quo caſu nõ procedetur ad ſentẽtiã diffinitiuã:quia lite † nõ cõteſtata nõ põt procedi ad teſtiũ receptionẽ,vel diffinitiuã ſentẽtiã: vt per totũ titu.ſup.vt lite nõ cõteſtata.Sed mittetur vxor in poſſeſsionem bonorum dotis & mariti , cauſa rei ſeruandæ:vt regulariter fit in aliis.ſuprà, vt lite non conteſta.c. quoniam frequẽter. l. proponas.C. de bonis authoritate iudicum poſ. tenet Barto.in dicta l.ſi conſtante.ix.q.iij.partis.ff.ſol. ma.Spec.titu.de dote poſt diuor.reſti.§.fin.verſi. quid ſi vir vocatus. Ioannes Fabri in dicta l. vbi adhuc. Campetius in dicto ſuo tractatu , de dote. tertia parte.quæſt.lij.

SVMMAE RERVM.

1 *Arguere de re ad tempus licitum eſt.*
2 *Fortalitium ſiue caſtrum,in cuſtodia habens ſi requiritur de proditione præbere aures, & facere tractatum duplicem, dũmodo caſtellanus prius domino denuntiauerit.*
3 *Iudex, quem altera partium vult pecunia corrumpere poteſt licitè aures præbere & ponere teſtes ſecretè qui eius corruptionis audient verba, & coram eis pecuniam recipere.*

Ampliabis

§.XXIX. *De ſocero adinopiam vergente.*

AMpliabis octauò, vt procedant prædicta, non ſolùm contra maritum vergentem ad inopiam, ſed etiam in ſocero, qui recepit dotem, ſi ad inopiã vergat:poterit enim vxor agere contra eum ad dotis & aliorum bonorum reſtitutionem,ſicut poſsit agere contra maritum:quia militat eadẽ ratio:ergo idem ius.l.à Titio. ff. de ver. obli.l.fina. C.ad legem Falc.l.non alias.in fine.ff. de iudi.l.j.ff.de exercito.cùm ſimi.facit l. diuortio.§.eodẽ.ff.ſo.ma.& l.j. C.de interdictis. Item
1 licitum eſt † arguere de re ad tẽpus.l.ita.§.& quia dicimus.ff.de re militari.Sed in re,ſeu quantitate ita datur contra ſocerum , ſicut contra virum. l. rei iudicatę.§.fi.ff.ſo.ma.l.diuor.§.interdũ.eo.ti. ergo & in tempore.Non ergo ſumus nos, qui d. l.vbi adhuc. & alia iura prælegata extendimus: ſed aliæ leges, quæ talem permittunt extenſionem ex idẽtitate rationis,quæ non eſt proprie extenſio,ſed ex mente:vt dicit glo. no. in c. j. de temp.or.lib.v. quam multum cõmendat ibi Dominicus,cum aliis concordantibus.talis enim extenſio fit etiam in caſibus exceptis à iure,vt probat tex.ſecundũ Ab.ibi,in c.cũ dilecta. de cõſir. vtili & inuti.iuncto c.quoniã frequẽter.ſup. vt li. non cõte. etiam ſi excipiãtur cũ dictione taxatiua,tantũ : vt eſt gl.iuncto tex. in l.ob æs alienum tantum.C.de prædi.mino.& in l.fi.C.de reuo.dona.dixi in rub.col.lvj.ver.confirmatur hoc.videmus enim aliquãdo,q lex de vna perſona loquẽs, extẽditur ad aliã.vnde l. ſi quis ſeruo. C. de furt. quæ in ſeruo loquitur,& in caſu ſpeciali,& odioſo,extenditur ad filiũ:per tantũ.§.fi.ff.de ſer.cor. vt dixit glo.in l.quod vero.ff.de legi.facit gl.in d. l.ſi quis.§.j. Extenditur etiã ad vxorẽ ſecundũ Pau.de Ca.ibi,qui dicit,q ſi vxor alicuius requiritur per aliquẽ,vt adulterium cõmitteret:quæ hoc marito pandit:maritus vxori ſuæ iniunxit, q fingeret ſe præbere aures,& daret ſibi tempus,& horã,ad quã ad domũ ſuã veniret : ex hoc culpã aliquam nõ incurrit, quamuis ex poſtfacto maritus hunc virũ caperet,& male tractaret: quod eſt valde notan. Idẽ laicus.firmauit ille cõſi.cxcij.inci.in
1 cauſa incarceratorũ.in iij.col.ver.vnde licuit marito.de quo in tractatu maleficiorũ,in parte, Andreã auxiliatorẽ.pe.co.& in parte,appẽſatæ.in fi.

Pro vxore pudica.

Pro caſtellano. Idem dicit Pau.in d.l.ſi quis ſeruo.quando aliquis, qui habet † fortalitiũ in cuſtodia, requiritur
2 de proditione:poteſt dare aures, & facere tractatum duplicẽ.& nõ delinquit:imò cõmendatus eſt. Intellige,dũmodo caſtellanus prius hoc denũtiauerit domino caſtri , ſecundũ Ang.in d. l. ſi quis ſeruo.C.de fu.& in l.quicũque.C.de ſer.fu.quem refert Iacobinus in tractatu feu.in parte , de caſtro Rubei montis.colũ. iiij. ver. habetis etiam. Sed ipſe non laudat ſic facientem.Idem ego dice-
3 rem de iudice , quem altera partium vult pecunia corrumpere: nam poteſt licitè aures præbere,& ponere ſecretè teſtes,qui eius audiãt corruptionis verba:& coram eis pecuniam recipere:& poſtea partem caſtigare. & ſic de ſimilibus caſibus habentibus ſimilem rationem,vel ſimilem æquitatem.Idem ergo erit in caſu noſtro, vt quam uis iura prædicta loquantur in marito ad inopiam vergente:idem dicendum erit in ſocero pari ratione vt ſentit gl.in d.l.vbi adhuc.& ſequitur ibi Odof.ij.colum.verſi.ore ſignori.& Albe.j.colum.in fi.ver.item ſecundũ gl.Salyc.iij.col.verſi. quæro modo.& Ioan.Fab.& alij doct. ibi. Sentit etiam glo.in l.ſi conſtante.§.j.& ibi Bar. v.& vij. col.ver.ſeptimò quæro.& ibi Io.de Imo.j.colum. ver.in ver.in glo.magna.& ibi Pau.de Ca.iij. col. ver.tu dic breuius. Nec obſtat ſecundùm eum l. ij.cum ſimilibus.ff.ſol.mat.quia loquuntur de ex actione dotis,per quam dos ponitur in manibus mulieris,vt faciat quicquid vult.illa enim non poteſt fieri conſtante matrimonio:nos verò non loquimur in tali,ſed in ea , per quam non ponitur in manibus mulieris,ſed vt ſequeſtretur:vt dict.l. vbi adhuc.in fin.& in hoc non habemus aliquam l.dicentem,q non poteſt fieri,ſed bene habemus leges dicentes contrariũ , q poteſt fieri extenſio propter paupertatem viri, vel cùm vergit ad inopiam. Cùm igitur prouiſio ſit pia,& vtilis,debet fieri extenſio de perſona ad perſonã , vel caſu ad caſum ſimilem,etiam ſi eſſet appoſita dictio taxatiua tantũ,vel ſolùm,vt l. illud.circa fi. cũ ibi no. C.de ſac.ſan.ecc.cum aliis de quibus ſuprà ſecundum eum.& Alex.ibi ij.col. & Campetium in di. ſuo tractatu.iij.parte.q.xxvij.Et iſtã partẽ teneas quamuis Lancelotus Decius in di.l. ſi conſtante. col.ij.ver.circa ſeptimam quæſtionem.nitatur tenere contrarium,& reſpondere ad motiua Bart.

SVMMAE RERVM.

1 *Pro dote obligare ſe poteſt extraneus , qui ſi vergat ad inopiam poteſt vxor illam repetere.*
2 *Dotis cauſa ſemper & vbique eſt præcipua.*
3 *Dotem repetere an poſſit vxor à patre, vel extraneo promittente dotem marito, ſi maritus confitetur ſe dotem recepiſſe, deinde vergit ad inopiam, non obſtante confeſſione mariti, eiuſque inopia.*

§.XXX. *Contra extraneum.*

AMpliabis nonò prædicta, vt procedant non ſolùm contra ſocerum,ſed etiam contra alium extraneũ recipientem dotem, qui poteſt ſe obligare pro dote:vt l.ſi.C.de do.cau.Nam ſi ille
1 ad inopiam vergit,poteſt † vxor dotẽ, & alia bona mariti petere.gl.in d.l.ſi conſtãte. quem ſequitur ibi Bar.col.vij.ver.ix quæro.quia eadẽ ratio eſt,quæ in ſocero. Lex ergo prolata in vno caſu, extenditur ad alium habentem eandẽ rationem. Idem tenet Dy.in l.quę propter neceſsitatẽ.ff.de reg.iur. Vnde lex ſimpliciter diſponens nõ dari actionem cõſtante matrimonio:debet intelligi, niſi propter inopiã viri, vel extranei, qui accepit dotẽ per eandem rationẽ.facit tex.cũ glo.in l.ob æs alienũ.C.de prædi.mino.& quod ibi no. & in l.ſerui nomine.ff.de vſu.& in l.cõtractus.in prin. ff.de reg.iu.& alia quæ dixi ſuprà,in proxima ampliatione.maximè , quia ex hoc reſultat legũ declaratio,nõ correctio,in materia fauorabili. Tene ergo gloſ.quã ſequitur Odof.in d.l.vbi adhuc col.iij.ver.ſed quid ſi extraneus.dicens,q idẽ eſt in extraneo, quod in patre mariti, & in marito, nõ inſpecto fauore perſonæ,ſed cauſæ.Et ideo di
2 cit lex, † dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt.l.j.ff.ſo.ma.facit ad hoc l.etiam.ff.de iure immu.& l.ij.in fi.ff.de priui.cre. & l. omnibus cauſis.ff.de regu.iur.& ſi bene aduertatur d.l. vbi adhuc.ibi videtur tex.clarus. Nã dicit, q hæc actio dacur vxori cõtra extraneos poſſeſſores, qui forſan habuerunt titulum & cauſam à marito : fortius da

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius dabitur vxori cõtra extraneũ, qui ab illa dotem recepit. & ista cõmunis & indubitata omnium sententia. Sed cadit hic no. quæstio. Pater vel
3 extraneus ꝙ promisit dotẽ marito: maritus cõfitetur se dotem recepisse: deinde maritus vergit ad inopiã: an tunc vxor poterit dotem à promittente repetere, nõ obstãte cõfessione mariti, eiusque inopia: an ab ipso marito ad inopiã vergente, constante matrimonio: an ab eius hæredibus, matrimonio dissoluto? De quã videas no. Ludo. Ro. consil. xlvj. incip. in causa dominæ. qui pulchrè loquitur, & decidit ꝙ non à promittẽte, qui per mariti cõfessionem fuit liberatus: nec à marito constante matrimonio, sed eo mortuo ab hæredibus. vide per eum latè differentem.

SVMMAE RERVM.

1 *Extraneus quando in omnẽ euentũ, & casum restituendæ dotis stipulatur sibi vel sui potest agere vt sibi restituatur. si maritus vergit ad inopiã.*
2 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam & naturam contractus.*

§. XXXI: *Quãdo extraneus dat dotem.*

AMPLIABIS decimõ, vt procedant prædicta, quando extraneus dedit dotem pro muliere: quia marito ad inopiam vergente, poterit vxor dotem repetere: vt ex eaipsa & familia alimententur. sentit glo. in d.l.fi cõstante. in ver. mariti. ibi: quid si extraneus &c. & ibi Dyn. & Bart. in vj. q. ij. partis. Ang. in §. illud. in authen. de æquando. & Marti. Syl. li. & Iac. Butri. in l. fi extraneus. ff. de iure do. Cyn. in d.l. vbi adhuc. col. ij. ver. octanõ quæritur. & ibi Ioã. Fab. & Albe. iij. col. versi. quærit. Odofre. qui subdit, ꝙ si vxor hoc casu nolit dotem petere, extraneus qui dedit dotẽ, compellit mulierem ad dotem petendam iudicis officio. Nam aliàs ago, vt agas. l. cùm in plures. §. ineſt. ff. locati. quod etiam tenet Salyc. in d.l. vbi adhuc. in vij. q. habebit tamen extraneus contra mulierem, quæ iam dotem recepit, remedũ. l. in omnibus. ff. de iudi. quæ licet in actionibus bonæ fidei loquatur, tamen in stricti iuris locum habet. l. in creditori. ff. de priuile. cre. & in l. in possessione. ff. quibus ex cau. in po. ea. & ibi not. facit l. vniuersã. C. de præci. impe. offe. quia ista mulier ex stipulatione extraneo non est obligata. Sed cùm mulier idoneam cautionẽ non daret, sequestrandã etiam dos. per l. fi cùm dotem. §. si vero. ff. sol. mat. Sed ista sequestratio non esset per viã depositi simplicis, sed per viam locationis apud mercatorem partem honesti lucri: vt hic ita dicit Bart. d.l. cõstante. Ioã. de Imo. ibi. co. vij. ver. iij. ad-
1 de. videtur tenere, ꝙ † quãdo extraneus stipulatur in omnẽ casum, & euentum restituendæ dotis sibi restitui: potest agere, vt sibi restituatur, si maritus vergit ad inopiã. quia est casus & euẽtus restituẽdæ dotis. Fatetur tamẽ, ꝙ debet dos deseruire oneribus matrimonij, licet ipse extraneus repetat, vel pater, vel quiuis alius: sicut deseruiret, si
2 mulier repeteret, per d.l. vbi adhuc. & quia † verba debẽt intelligi, secundũ subiectã materiã & naturã contractus. l. si vno. in prin. ff. loca. & l. si stipulatus. ff. de vsur. cũ similibus. Nec obstat d.l. vbi adhuc. in quantũ dat actionẽ mulieri: quia illud debet intelligi, quãdo ipsa mulier dat dotẽ. vel si alius dedit, nõ fuit stipulatus dotẽ sibi reddi in talẽ casum: aliàs secus. ar. l. quoties. ff. so. ma. quia illa l. & lex, si constante. nõ prohibẽt extraneũ stipulari, quãdo dat dotem: & ideo potius intelligitur permisisse. ar. d.l. quoties. Hoc idem firmat Io. de Imo. consi. c. iuci. in quæstione & lite. in primo dubio. vbi quidam Nicolaus per solennem stipulationem promisit cuidam Bernardo recipiẽti pro Magdalena eius filia, & eius hæredibus, in omnẽ casum, & euentũ dotis restituendæ, constante matrimonio vel soluto, eam restituere sibi: verbum enim restituendæ, comprehendit etiam casum restitutionis, quæ fit ob inopiam constante matrimonio: & sic casum configurationis, ne aliàs superfluat. quod esse non debet. l. fi quando. ff. de leg. j. facit secũdum eum, quod no. Bal. in rub. C. de contrahen. emp. vbi dicit, ꝙ verbũ quodlibet in contractu appositum debet taliter intelligi, ꝙ aliquid operetur, si fieri potest: nec aliàs superfluat. & hæc pars verior videtur per prædicta, secundũ eum. Sed si extraneus stipulatur dotem sibi reddi soluto matrimonio, & nõ dixerit, vel eo cõstante, nõ comprehendetur casus inopiæ cõtingens matrimonio cõstante. quia iste casus fuit omissus in stipulatione: ideo relinquitur dispositioni iuris. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. Ideo tunc mulieri competet actio, per ea quæ habentur in di. l. vbi adhuc. & in d.l. fi constante, & in l. si cùm dotem. in prin. eo. ti. Si verò extraneus dans dotem, stipuletur sibi illam restitui in omnem casum, & euentum restituendæ dotis: tunc proprie locum habet. quod no. Bar. in d.l. si quis stipuletur. vbi concludit, ꝙ non includetur casus restitutionis dotis propter inopiam, constante matrimonio: quia illa non est vera restitutio. Idem voluit in d.l. fi constante. vij. q. principali. j. partis quando pater stipulatus esset solùm sibi restitui in omnem casum & euentum restituẽdæ dotis. vt suprà dictum est. & sic patet, ꝙ Bar. non est sibi contrarius in his, quæ dixit in d.l. fi quis sic stipuletur. & in d.l. ficonstante. imò in diuersis casibus loquitur. & hæc est proprie veritas, licet aliqui aliter dicant, secũdũ Io. de Imo. in d. cõsilio. Ioannes Campetius in tractatu dotis, iij. parte. q. xl. dicit, dato ꝙ ista restitutio sit impropria, tamẽ propter illa verba latissima posita in stipulatione, in omnẽ casum restituendæ dotis, debet cõprehendi casus restitutionis propter inopiam: vt in simili dicitur de verbo, quibuscunque, & similibus. vt not. Bald. in ca. imperialem. col. vj. de prohibita feu. alie. per Fed. bene facit quod no. glos. in l. cùm posteà. ff. de ar. bi. vt ibi latius per eũ. Alex. in d.l. fi cõstante. co. iiij. ver. in eadẽ gl. ibi: quid si extraneus dicit, ꝙ imo etiã mulieri detur actio de dote isto casu, marito vergẽte ad inopiã, quãdo extraneus stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio, quia cũ de hoc casu extraneus per stipulationẽ sibi expresse nõ prouiderit, videtur voluisse in casu omisso donare mulieri. §. accepit. C. de rei vxo. act. & prin. illius l. Quocũque ergo modo extraneus stipuletur dotẽ sibi reddi, semper vxor habebit actionẽ, propter mariti inopiam. & istud teneas.

SVMMAE RERVM.

1 *Paupertas vnius quando alteri nocere debeat.*
2 *Debitores plures habere, nostra interest.*
3 *Super dote vxoris si superueniat alius conreus cum marito ad inopiam vergente, non debet agi contra conreum, nisi discusso prius marito.*

Ampliabis

§. XXXII: *Quãdo dos datur socero & marito.*

AMpliabis vndecimò prædicta, vt procedant etiã si dos esset data socero & marito. Nam alteri eorum ad inopiam vergente, poterit vxor vti remedio prædicto. gl. j. in d.l. vbi adhuc. & in d.l. fi constante. §. j. cum quibus transeunt communiter doct. vt robiq; signãter Odof. in d.l. vbi adhuc. fi. col. ver. sed denuo quæro hic. arg. l. iiij. ff. de lib. leg. in fi. vbi dicitur, quòd interest nostra plures habere debitores. Idem tenet ibi Cy. in ij. q. sequitur ibi Albe. col. ij. ver. quid si socer. Saly. ibi in ij. q. Idem tenet Iac. de Belloui. & Angel. in auth. de æqua. dot. §. illud. per illum tex. Io. And. in addit. ad Specul. tit. de dote post diuort. restit. §. formatis. ver. sed cùm mulier. Bar. in d.l. fi constante. 1a princ. col. vj. versi. octauò quæro. & ibi Io. de Imo. ij. col. Collectarius in præsenti. versic. quid si maritus, qui allegat in argumentum c. j. supra, de treug. & pa. cum similib. Intellige, quando maritus & socer sunt obligati tanquam duo rei debendi: puta si hoc est actum tacitè vel expresse. vt l. ij. ff. de duob. reis. & l. reos. §. cùm in tabulis. Nam tunc etsi sunt socij, propter paupertatem vnius potest agi contra alium. vt l. pen. ff. de duob. reis. Si autem nõ sunt socij, idem quantum ad hunc casum, licet regulariter factum vnius nõ noceat alteri, tamen fallit ad perpetuandũ actionem. vt l. fi. C. de duo. reis. & auth. hoc ita. eo. tit.
1 Item paupertas † vnius nocet alteri, quia aufertur sibi beneficium diuisionis: vt d.l. fi. ita in proposito nostro paupertas vnius nocet alteri. Præterea non est dubium, quin casus mortis contingens in persona viri, faciat dari actionem contra socerum. Vnde idem erit in casu paupertatis in persona alterius immunentis. Præterea hoc videmus in pluribus hæredibus vnius debitoris facti, qui conditionaliter promisit pœnam, vbi factum vnius nocet alteri, & facit actionem dari contra alios. ff. de verb. obl. l. iiij. §. fi in facto. cum l. seq. & hoc modo sustinentur glo. prædictæ, & sequaces. intellige duos reos debendi posse constitui in dotem, patrem & filium, vel plures fratres, vel nepotes, forte simul habitantes, quorum promissio non est causa generandæ perfidiæ in viro, vel matrimonio. Secus tamen est, si non sunt obligati, tanquam duo rei debendi, puta quando mulier dedit vni dotem contemplatione vtriusque, vbi obligati sunt ambo, non tamen tanquam duo rei: nam tunc propter inopiã alterius, possit agi contra alium, quia est cõtra omnia iura. Nam factum cuique suũ, &c. vt in regula iuris, non debet quis alterius odio prægrauari. Ratio diuersitatis est, quia quando sunt duo rei, debet imputari obligato, eo quòd alterius obligationẽ participauit: vnde eius inopia sibi nocet. In secundo casu nil potest sibi imputari: vnde alterius inopia nil debet nocere sibi. vt not. Dy. in regula, mora. de regulis iuris, libro sexto. Ista sunt fere notanda verba Bartol. in dicta quæstione octaua. quem simpliciter recitat Salyce. in dicta l. vbi adhuc. secunda quæstio. & posteà subdit, sibi videri, quòd illa similia, quæ Bartol. adducit, sunt à nostra materia multum remota, & non bene conuenientia, præter secundum de paupertate, quod aliqualiter facit, sed non plenè. Quapropter dicit, quòd si socer & vir simul cohabitant in eadem familia, quòd propter superuenientem inopiam viri non possit exigere à socero locupletc, & idoneo, si paratus est vxorem sustentare ex fructibus dotis, & cæteros, qui ex dote restituta veniunt sustentandi. Secus si ad hoc non esset paratus, vel honestè cum eo morari nõ posset, vel minus idoneus esset, vel effici speraretur. & ratio est, quia vno casu satisfacit iuribus, permittentibus vxori actionem & alia bona petere, propter matitu vergentiam ad inopiam, vt dos sua ponatur in tuto, & ex ea vxor & familia alimententur. In alio verò casu non ita quieuit Salyc. cuius opinio videtur satis æqua, cum per eam satis securetur vxor in sua dote, & in alimentis, præsertim si teneremus opinionem eorum, qui dicebant, quòd in casu, quo maritus ad inopiam vergeret, euitaret dotis restitutionem, dando fideiussores de dote conseruanda, per illum textum, secundum vnum intellectum, sed si socer esset locuples, cùm teneatur ad dotem cõseruandam, & restituendam, secura est dos: ergo non poterit exigi à marito ad inopiam vergente, nisi dicas tutius esse vxori suam dotem & res dotales habere, quàm personalem vel hypothecariam actionem contra socerum intentare, vt dicetur infrà in duodecima ampliatione. & de hoc videtur casus non cauillando literam in d. §. illud. vbi dicitur, quòd si maritus incipit dilapidare, licet adhuc soluendo sit, etiam in decuplum: pro dote tamen potest vxor agere constante matrimonio. Idem ergo erit dicendum in casu nostro, quòd si maritus cœpit vergere ad inopiam, consulatur vxori circa dotis exactionem, quamuis socer sit soluendo: ita per illum textum firmat Ioannes de Imol. in dicta l. fi constante. colum. ij. verficu. tu potes dicere. nec facit vim, vtrum sint duo rei debendi, vel non, vt tacitebat Bartol. quia in hoc casu non est simpliciter factum vnius, quod noceat alteri, sed est dispositio legis inducta fauore mulieris, ꝙ possit dos repeti, vbi incipit res malè geri. Et per hoc dicit posse attentari idem fore, si solùm pro parte quilibet esset obligatus. Debuit ergo præcogitari obligans se pro dote, hunc casum posse euenire: ideo non habet de quo conqueratur. arg. l. si quis domum. §. j. ff. locati. & ita finaliter ille tenet simpliciter gl. prædictas, spreta restrictione Bart. & sequacium. Paulus de Cast. in d.l. fi constante. tertia colum. verficu. puto dicendum. voluit opiniones ad concordiam deducere, per quandam mediam viam. dicit enim, quòd si perueniat ad paupertatem, vel incipiat malè vti substantia sua, ille qui subiit onera matrimonij, peti potest ista contignatio in bonis eius: & si illa non sufficerent etiam in bonis alterius: quoniã fit propter duo, scilicet vt mulier cum sua familia alatur, & vt sit de dote secura, & hoc nisi fieret, frustraretur altero ipsorum. Si autem alter, qui non sustinet onera matrimonij, deuenit ad paupertatem: ille verò qui sustinet non: tunc cessat remedium prædictarum legũ, quia tunc mulier non fraudatur aliquo istorum, nec debet considerari, quòd etiam ipse poterit ad pauperrtatem deuenire: quia hoc non præsumitur, & casum aduersam que fortunã considerare non debemus. l. inter stipulantem. §. fãceram. de verb. oblig. Aduerte, quia Paulus forsan inaduertenter videtur in effectu in secundo membro tenere contra communem opinionem. Bal. & Ang. in d.l. fi constante. videntur aliter opiniones concordare, dicentes, quòd quando sunt duo

obligati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

obligati,, vt puta maritus & socer; contra eum qui vergit ad inopiam. potest vxor agere, non autem contra diuitem: quia est inconueniens, quòd ex postfacto propter casum superuenientem, surgat inæqualitas in duobus reis. l. eãdem. §. fi quis. ff. de duobus reis. Hanc opinionem Bald. tanquam æquiorem, sequitur Rapha. Cuma. Ludo. putat veram opinionem Bartol. quando non essent duo rei: sed si duo rei essent, dicit contra neutrum agi posse, per l. fi plures. §. præterea, ff. de fideiu. & ar. l. quoties. C. quo quis ordine conueniatur. lib. xj. & l. mulier. cum gloss. C. de iure do. ita residet Ludo. in d. l. fi constante. Alex. ibidem iij. col. dicit hunc passum esse dubitabilem, & finaliter decidit, quòd etiam quando sunt duo rei debendi, inopia vnius in casu isto non debet alteri nocere, & non posset conueniri, nisi inops. lege, mora. §. fi. ff. de vsuris. & sic approbat opinio. Bald. & Angel. nisi sint socij, vt dicebat Bartol. quo casu inopia vnius alteri præiudicat: vt l. pe. cum ibi notatis. ff. de duobus reis. & d. l. mora. §. fi. cum ibi no. secundum communem intellectum Hoc idem tacito Alex. tenet Ioã. Campe. in suo tractatu, de dote. tertia parte. q. xxviij. Pro ista opinione facit, quod notanter voluit Bar. in l. fi ita stipulatus. §. fi. ff. de verb. obli. vbi dicit, quòd licet nostra interfit, plures †habere debitores: vt dicta lege iiij. in fi. ff. de liberatione lega. hoc verum est: sed illud interesse non æstimatur de præsenti, nisi quatenus principalis non est soluendo. Si ergo vnus ex conreis est soluendo, non videtur vxor prætendere aliquod interesse, in habendo duos, vel plures debitores, quantum ad hoc, quòd altero eorum ad inopiam vergente, possit ab omnibus dotem exigere. Sed certe mihi tutior videtur opinio glo. propter prædicta, signanter propter dictum §. illud. inductum eo modo, quo suprà cui nemo doctorum bene respondet. Tene ergo illam, quæ est fauorabilis doti, & sequere in hoc Ioan. de Imo. in d. l. si constante. Et tenendo istam opin. cogitabam, si forsan dici posset, quòd præsuppositа obligatione mariti & soceri, nõ sit agẽdum contra eam, quæ ad inopiam vergit: vt dicebant Bal. & Aug. sed potius agatur prius contra eum, qui dotem recepit, & retinet. arg. text. in l. inde quæritur. ff. commo. & eorum quæ dixi in v. notabili. ver. hinc est. Ad hoc bene facit in d. l. vbi adhuc. in ver. qui non posteriora.

3 quæ dicit, q̃ quando† cum marito interueniat alius conreus super dote vxoris marito ad inopiam vergente, non debet agi contra coureum, nisi discussò prius marito. & probatur in authen. hoc si debitor. C. de pig. & in corpore vnde sumitur. Et hoc expresse est Florentiæ constitutum, q̃ omissa excusione, & eius exceptione non obstante, possit perueniri ad conreos, vel fideiussores, vel obligatos, vel extraneos bonorum possessores: & ea opposita, non retardetur iudicium, seu processus. ita dicit Ioan. de Imola, in consi. c. incip. in quæstione & lite. fin. col. versi. circa secundum. Ad ista facit lex regni, Foro legum lib. iij. ti. xvij. l. iij. quæ dat creditori facultatem conue- 4
2 possunt adduci ad quęstionem, vtrum † succedens in maioratu, vel bonis restitutioni subiectis, teneatur cauere vel satisdare de restituendo sequenti in gradu? Dicas quòd sic, per prædicta: & est casus in l. peto. §. fi atreff. de leg. ij. vbi videas doctores, signanter Paul. de Cast. qui pulchrè loquitur, & post eum Alex. & alij moderniores optimè limitantes & intelligentes illum tex. De hoc est casus singularis rectè intuenti in l. cùm pater. §. libertis. in fine. de legat. ij. & l. iubemus. §. in suprà dihæc stipulatio. ff. vt leg. nom. caueatur. l. cùm Arthimedoram. ff. vt in poss. leg. ad idem l. inter omnes. ff. qui satisd. cog. vbi vide doctores, signanter Iaf. & in l. Paul. ff. de præto. stipu. vbi reprehendit Fulgosium contrarium sentientem. Ad idem l. in omnibus. ff. de iudi. quibus aperte probatur, cum qui de † restituendo grauatus est, teneri ad satisdandum de restitutione facienda, dum casus restitutionis venerit. bonus textus in lege, vnum

Quæstio notabil. An succedẽs in maioratu teneatur cauere de restituẽdo &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex familia.§.quod sit alia.ff.de leg.ij.& ibi notant Bar.& alij,vbi grauatus est de restituendo vnl ex familia,tenetur cauere de re ipsa restituēda,post mortem electi.Non obstat l.Paulus no.ff.de pręt. stip.prælegata.quę aliquibus videtur contrariū probare,cùm dicit quòd institutus sub conditione agnita bonorum possessione,pendente conditione, non satisdat substituto.nam si recte attendatur,non cōtradicit decisioni prædictæ,imo potius concordat, si intelligamus verbum,notat.ibi positum,id est approbat:& verba vltima illius legis legātur interrogatiue cùm dicit, Et potest videri calumniosē satis petere,quem alius antecedit?quasi dicat, non potest. & sic concordat cum d.l.inter omnes. Si autem legas sine interrogatione,debet intelligi de instituto sub conditione,qui potest satis calumniosè petere, ne satisdet, cùm alius.id est substitutus,possit illum antecedere de ficiente cōditione. Secundò potest dici,quòd cùm satisdatio petatur simpliciter à substituto, id est, in vtrunque euentum: siue conditio existat, siue deficiat:satis potest videri calumniosè petere sub stitutus,cùm existente conditione ad institutum, & non ad substitutum sit hæreditas peruentura. Tertiò adhuc dici potest,quòd ibi institutus agnouit bonorum possessionem , cùm sit iam ex toto exclusus substitutus,si petat cautionem,satis videtur calumniosè petere: cùm illius non interesit illam habere,secundùm gl.ibi.vel dic, quòd in hoc casu etiam sine dubio tenetur satisdare institutus:vt vult Bar.in dict.l.Paulus.reprehendens gl. in hoc, quia loquitur contrà d.l.inter omnes.Præterea si rectè consideras dictam l. Paulus. casum satis diuersum à casu nostro ponit: ibi enim substitutus erat datus instituto sub conditione : qua aduenięte, in totum spirat substitutio. At in casu nostro substitutio est fideicommissaria,quę de sui natura non spirat, etiam instituto hæreditatem adeunte imo tunc confirmatur& validatur substitutio,& substituti intererat cautionem sibi præstari.hæc colliguntur ex mente gl.& doctorū in præallegata lege.Ex quibus omnibus patet,quòd stāte statuto,vel quauis alia dispositione, quòd filio decedente,filia fœmina admittatur:filia potest petere cautionem à filio,de non dissipando,vel dilapidando bona, & hæreditate restituenda, si casus obuenerit, quòd decedat sine liberis. ita notanter firmat Bal.in l.si quis filium.C.de inoffic.test. & in l.extraneum.ad fin.C.de hære.instit. Ioan.de Imo.in l.eum qui.ff.eod.quamuis Bar.in l.fin.pe. col.ff.ad Trebe.cogitandum relinquat. & consequenter idem videtur dicendum in possessore maioratus,qui ex testatoris dispositione tenetur maioratum restituere, si sine liberis decesserit,per iura prædicta:quæ aliqui cauillare nituntur, dicentes,quòd disponunt in fideicommisso, non autem in maioratu:non aduertētes, quòd dispositio maioratus cum conditione, si sine liberis decesserit, est fideicommissum,omne enim † testatoris verbum,legare vel fideicommittere volentis,quibuscunque verbis exprimatur,siue dicat,iubeo, siue rogo,siue volo, siue mando, siue fideicommitto, fideicommissum est.l.ij.C.communia de leg.l.etiam.de le.j.l.vnum ex famil.§.fi.de l.ij.l.Pamphilo.de le.iij.cum multis si itaque non refert,quòd testatoris verbum fuerit præceptiuum , vel aliàs dispositiuum:vt d.l.peto.in princip.de leg.ij.quā legem ita sumniat,& intellegit ibi Barto. Nec refert,cùm testator loquitur, cùm talia verba proferuntur:vt l.milles.& l.vnum ex familia.§.fina.& l.cùm pater.§.donationis.de leg.ij. & vtrobique per Bar.& alios recentiores. Cùm autem maiora tus vt plurimū,ficut & bona alia restitutioni subiecta relinquantur, per verba præceptiua,vel dispositiua, vt si sine liberis decesserit, restituant & transeant ad sequentem in gradu: merito de illis, sicut de fideicommisso , iudicandum est : & per consequens in bonis maioratus, sicut in bonis restitutioni subiectis,cautio præstanda est, ne sit in potestate possessoris,dispositionē defuncti fraudare, & sequentem in gradu damnificare , saltem de facto bona maioratus in potentiorem gratis vel pretio transferendo. Quod quidem non lene successori forte præiudicium , si laboribus & expensis maximis in talium bonorum assecutione grauaretur : vt quotidie fieri videmus. Quapropter si iura omnia deessent, recta tamen dictat ratio , quòd maioratus possessor sequenti in gradu caueat de restituendo, cùm casus restitutionis euenerit. quæ quidem cautio vel satisdatio debet esse fideiussoria , vel pignoratitia , quæ cautionis nomine intelligitur:vt l.sancimus.C.de verb.sig. præsertim quia recte intuenti hæc satisdatio est prætoria:vt colligitur ex l.j.in prin.ff. vt leg. no. caueatur.& ex l.j.ff.de præto.si ipu.ibi: legati stipulatione.prætoriæ autem † stipulationes fideiussoriæ sunt l.j.ff.qui satisd.cog.l.si quando.ff.vt leno.ca.l.j.in prin.& l.generaliter.ff.de præt.sti.l.j. §.caueri.ff. de collat. bo.l.j §.pe.ff. quorum leg. vbi tex notanter dicit , Satisdatum sic arbitror, si sic satisdatum sit , vt legatario ipso iure acquisita sit idonea cautio,quæ pignora vel fideiussores requirit.l.si mandato Titij. §.fi.ff.man. & l.ergo.§. adiici.ff.de fideicom.li.gl. in c.quoniam frequenter.§.in alij.vt lite non conte. in ver.cautione.& in c.ex transmissa.in verbo,sufficiēti.de resti.spo. & in c.j.in verbo,sufficientem.de sequestr.pos.& fructuum.&in c.qua fróte.inver.cautione.de ap. & in c.si cui.ver.idoneū.de pig.in c.ex parte. ver. sufficiens.de verb. sig in c.felicis.de pœnis. li.vj. cum multis aliis, quæ breuitatis causa omittūtur: quoniam in re tam aperta & clara , tam multi testes & probationes necessariæ non sunt. Concluditur ergo, vt suprà, quòd si forte tam amplū fuerit patrimonium, quòd talis securitas pignoribus vel fideiussoribus præstari non potest, vt est videre in regno,vel comitatu,& similibus:tunc præstetur ea, quę præstari potest. Si autem possessor eam præstare noluerit,cogatur per media,quibus illi, qui iudici vel iuri non obtemperant, cogi solent: de quibus per Barto.& alios in l.j.ff.si quis ius dicenti non obtemperauerit. vel sequestrantur castra, vel terras, vel alia loca apud fidā personam, qui ea loco pignoris teneat,pro successoris securitate,aut mittatur sequens in gradu in possessionem eorum,sicut in tali casu iure prouidetur , vt patet per totum tit.ff.& C.vt in possessionem legatorum,&c.

Cauillatio,

4

SVMMAE RERVM.

1 *Citatio adhoc vt valeat,& sit legitima,debet interuenire petitio partis,& authoritas iudicis.*
2 *Citatio cui committi debeat.*

Citatio

3 *Citatio dicitur tunc fieri , quando nuntius exequitur mandatum,non quando fit commissio.*
4 *Citatio potest parti committi.*
5 *Pars an possit autoritate propria vocare aduersarium ad iudicium.*
6 *Appellationis extraiudicialis prætextu contra aduersarium interposita non tenetur aduersarius coram superiore comparere.*
7 *Citare non potest creditor debitorem suum propria autoritate.*
8 *Nuntius non debet citare debitorem ad petitionem creditoris,nisi iudex præcipiat*
9 *Citatio quo tempore fieri debeat.*
10 *Feriato tempore in honorem dei,est interdictus actus iudicis.* 3
11 *Iudex procedens contra contumacem,& ipsum citans ex officio suo,nulliter procedit.*
12 *Capi non debet persona per partem, sine autoritate iudicis competentis.*
13 *Debitorem suum si quis capiat autoritate incompetentis iudicis scienter,captura non tenet,& perditum creditū.*
14 *Debitorem fugitiuum clericum,quibus casibus possit quis propria autoritate capere.*

1.*Notabile.*

VENIO ad notabilia. *Per vestras literas intimastis,& cum magistrum* R. *super quadam summa pecuniæ pro* H. *paupere autoritate nostra curauerit is conuenire.* Dicit Bernardus,quem alij sequūtur.i. ad iudicium euocare,ad petitionem Henrici.vult dicere, quod H petiit à iudicibus, vt magistrum R.citari facerent ad causam , & iudices eum citauerunt. Ex quibus verbis no.primò,quòd † ad hoc, vt citatio valeat, & sit legitima, duo debent concurrere,scilicet petitio partis, & autoritas iudicis.Accedet ergo pars ad iudicem , & petet ab eo, vt citari & vocari faciat aduersarium , vt veniat ad iudicium,responsurus super tali re,quia citatio debet fieri ad instantiam partis. vt hîc probatur,& in c.j.suprà,de iudi.ibi.quem cùm aduersarius petisset ad iudicium introduci.ad idem c,significasti.& c.pe.suprà,de fo.cōpe.& c.j.de do.& cōtu.li.vj.vbi litera dicit,Actor qui ad terminum venire,ad quem citari aduersarium fecerat , non curauerit &c.ex quo no.ibi Ancha.in prin.quòd ad instantiam litigatoris.aduersarius est citādus, & similiter omnis actus explicandus. Ad idem ex bonus tex.& ibi no. Bar. in l.ad perēptorium. ff.de iudi.& in l.fin.C.de bo. auto. iu. po. & in l.si accusatoribus.& ibi not.Bar. C.de accusa.probatur in auth.de manda.princ.§.si tibi.versi. & non permittas.colla.iij.notat Hosti. in conquerente. suprà, de resti.spo. Bald. in l.consentaneum. in princi.C.quomodo & quādo iud. Facta autem petitione iudici per partem, discretus iudex non debet statim cōmittere citationem , sed prius videat, an petitio sit iusta, vel non: & si videatur sibi petitio iniusta, potest denegare commissionem citationis, secundùm Odofr. quem refert & sequitur Bald.in cum clericis. C.de episc. & cler.

Citatio debet fieri ad petitionem partis , ex authoritate iudicis. 1

Cui possit committi citatio. 2

Iudex constituit nuncium.

Si autem videatur sibi iusta, tunc cōmittat † nuntio citationem, vt citet talem ex parte sua, & quòd præcipiat sibi, vt tali die & tali loco compareat, & hoc incontinenti scribi faciat in actis, secundū Spec.ti.de citatione. §.sequitur.ver.vtrū autem citatus. Si autē nuntium nō habet , potest constituere quem vult, vt probatur in l.pri. C.de sportu. & in auth.de iudicibus.§.necessitatē. colla.vj.est text.& ibi not.Abb.in c.postoralis.§.itē cùm totum.suprà,de offi.deleg.tenet Bar. in extraua.ad reprimendam.in ver.per nūtium.Ange. de Aretio in §.quadrupli.Insti.de act. charta v.j. colum.versi.dixi in libello. Item sentit glo.j.in c. significauit.suprà, de appellatio. quæ dicit per illum text.quòd iudex potest quem citare per nuntium,etiam priuatum,non publicum , etiam sine literis,dando ei aliquod signum suum , & sic viso signo debeat credi nuntio. Ista autem datio signi,vel commissio de citando,nō est citatio, quia tunc † dicitur citatio fieri , quando nuntius exequitur mandatum,non quando fit commissio. vt dicit Bald.in l.si sponsus. §.si quis rogatus.ff.isto tit.argum. illius text. appellatur tamen sententia interlocutoria: vt probatur in l. cum clericis. & ibi not.Bald.& fine ista commissione non posset nuntius citare:vt dicit Bar.in dicta extrauaganti, in verbo, per nuntium. probatur in l. neminem. C.de exhib.reis.& ibi not.Cyn.Bart.Bald.Salyc. & alij,Innoc.Ioan.And.Antonius & alij in capit. quoniam contra falsam.in ver. citationes. suprà, de probationib.Bald.in l.magis puto. §.nec passim.versic.illud.ff.de reb.cor.qui sub tute.vel cu. sunt.Salyc.not.in l.absentem. v. col. C.de accus. Antonius, Abb.& alij in d.c.j.suprà,de iudi.& in cap.cùm parati.suprà,de appel. Abb.in cap.cùm sit Romana.eod.tit.v.colum.versi.sed quæro nunquid.est bonus tex.& ibi not.Bald.in dicta l.cùm clericis.C.de episc.& cleri. & in auth.de quæstore.§.si verò aliqui.in versic. sine iudiciali præcepto.& ibi not.Bart.collat. vj. ad idem est text.in c.ex parte.suprà,de rescrip. ibi,cúmque authoritate prædictorum iudicum,&c. tenet Spec. tit.de citatione. §.sequitur.versic. vtrum autem citatus. Hanc † autem facultatem citandi non solùm poterit iudex concedere nuncio, vt suprà dictum est,sed etiam parti.vt est glo.satis notab. in l.si vt proponis.la ij.C.quomo. & quando iud. alia in l. miles.§.j.& ibi doctores.ff.de iudic.quas glo.ad hoc allegat & commendat Ange.de Aretio in §. pœnales.instit.de actio.charta x.j.col.& in §.quadrupli.char.vj.j.col.de quo videtur text.in l.eum qui.§.si epistola.ff.de fur.& in l.j.§. hoc autem senatus.& ibi Bar.ff.de ser.fug.& per Bar.in l.iustè possidet.ff.de acqui. pos.not.in c.cùm dilecti.suprà,de dolo & contum.tenet Abb.in cap.cùm sit Romana.v.col.in fi.suprà,de app,& multi alij , de quibus ibi per Fely.vj.col.versi. citatio verbalis. Si tamen pars † sua propria authoritate appellet aduersarium ad iudicium,non tenetur venire , vt apparet ex prædictis.& est gl.in c.cùm sit Romana.in ver.nec solent.suprà,de app.tenet Inn. in c. dilecti.sup.de maio.& obe. Bart.in l.pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.ope.nū.ex quo dicebat gl.not.in d.c.cùm sit Romana.qd † prætextu appellationis extraiudicialis, quæ interponitur contra aduersariū,nō tenetur aduersarius corā superiore cōparere,ad hoc valde cōmendat illā gl. Abb. v.col.ver.sed quæro nunquid, quod probat per l. neminē. C.de exhi.re. vbi patet neminē citandū verbaliter vel personaliter,nisi iudex prius decreuerit.cùm autem in appellatione extraiudiciali, quamuis sit procuratio ad causam , vt traditur in cle.causam.de elec.& in c.dilecti.de appel nō interuenit

3 *Index potest dare parti facultatē citandi.*

4 *Adde hoc in extraua ad reprimendum versi. denunciauerit. Vide la son.in l.iustè. de acq. posses ff an pars potest appellare aduersariū ad iudiciū.*

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

teruenit mãdatum iudicis ergo non arctat aduersarium ad comparendum. quod est notandum, & quotidie accidit: & consultus de facto sic respondi. quod intellige, nisi in casu c.j. de elect. libr.vj. & d.cle. causam eodẽ ti. Hinc est etiam, quòd creditor non potest sua propria † authoritate citare suum debitorem fugitiuum, etiam quo ad effectum præueniendi iurisdictionem: ita dicit Antonius in dicto c.j. suprà, de iudi. & sequitur ibi Abb.xix.colum. & in c.proposuisti.tertio not. suprà, de foro competenti, & Paly. in dict.cap. cùm sit Romana.vj.colum.ver.citatio verbalis. quem videas. Quinimo nec nuntius debet citare debitorem ad petitionẽ creditoris, nisi præcipiat iudex, vt suprà dixi. & tenet Bald. in dicta l.cum clericis. Sufficit tamen, si iudex à principio sui officij concederet nuntio principalem facultatem, vt durante suo officio faceret quascunque citationes, tam in ciuili, quàm in criminali. Nam tunc valerent citationes ab eo factæ sine alia speciali commissione. ar.c. qui ad agendum. & cap. si duo. de procurato. li.vj. & facit quod no. Bart. in simili, de licẽtiis reuocatis. in l. fundi. §. primo. ff. de acquiren. pos. ita tenet & firmat Angel. de Aretio, in dicto §. quadrupli charta v. colum. l. verfic. aduertas tamen. dicens se sic fecisse, cùm prima vice assidebat. Quod tamen ego intelligerem in citationibus, quæ non requirunt causæ cognitionem: vt sunt citationes simplices ad comparendum coram iudice. istas enim bene facere potuisset nuntius, sine speciali commissione: vt puta si citat partem, vt videat iurare testes. Secus tamen esset, quando in citatione requiritur causæ cognitio: quia forte est nimis præiudicialis. Nã talem citationem non potuisset facere nuntius sine speciali † commissione. ita tenet singulariter Bald. in l. si quãdo. xij. quæstio. C. de testi. Et secundùm ista debet intelligi & restringi opinio Inno. & aliorum in d.c. quoniam cõtra falsam. dum dicunt, quòd nuntius publicus potest citare sine speciali commissione. Nam debet intelligi de citationibus, quę nõ requirunt causæ cognitionem, secundùm Bal. vbi suprà. De istis etiam citationibus forte debet intelligi consuetudo, quæ in aliquibus locis viget, quod nuncius sine aliqua commissione iudicis possit citare, secundùm Paul. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocand. Melius tamen esset, quòd nuntius nullo modo posset citare sine commissione iudicis, propter multa inconuenientia, quæ ex tali citatione proueniunt, quando non fit ad mandatum iudicis informati de petitione actoris. Si tamen nuntius virtute huius consuetudinis habeat citare, nõ faciat istam † citationem die feriata, quia non potest, eò quòd tunc nuntius vtitur ex consuetudine quadam iurisdictione, quæ impeditur propter diem feriatam. ita dicit Bal. in dicta l. cum clericis. j. co. in fi. C. de episcopis & cleric. reputans hoc valde notabile. est bonus text. ad hoc in l. fi. C. de feriis. vbi litera dicit. Taceat apparitor, sileat horrida vox præconis, & nulla quenquam vrgeat admonitio. per quẽ tex. not. ibi Bal. in secundo not. quòd tẽpore feriato in honorẽ dei est interdictus actus iudicis: vt probatur in' versi. admonitio. & actus nuncij, siue executoris. vt in verbo, taceat apparitor. vide Cyn. & alios in d.l.fin. & Specu. tit. de citatione. §. cõtra citationẽ. versi. item excipitur quòd facta. Bar. in l.j. §. nuntiatio. ff. de noui ope. nuntiatio. Lucam de Penna in l. vnica. in fin. C. ne opera à collatoribus exhib. lib.x. Ex prædictis infertur, quòd iudex procedens † contra contumacem, & ipsum citans, nulliter procedit, si non citauit ad petitionem partis, sed ex officio suo: vt l. properandum, §. & siquidem. C. de iudic. ita firmat Bart. in l.iiij. §. hoc autem iudicium. ij. col. in fi. ff. de damn. infect. Et inde est, quòd in citationibus semper ponitur ad instantiam talis, secundum Bart. in l. fi finita. §. Iulianus. ff. de damno infect. & potest esse ratio, quia iudex non debet impartiri officium suum ad vtilitatem priuatam, nisi petatur à parte. vt d.l.iiij. §. hoc autem iudicium. not. Innoc. in cap. ad nostram. el ij. suprà, de iureiuran. & in cap. bonæ. el ij. suprà, de postul. præla. Spec. tit. de citatione. §. sequitur. ver. illud autem. & ver. item nota, quòd ipse citator. Et procedunt ista necdum in citatione verbali, de qua loquitur iste text. & iura prædicta, sed etiam in citatione reali, hoc est, in † apprehensione personæ: illa enim non potest fieri per partem sine authoritate iudicis. vt est text. in dicta l. neminem. C. de exhib. reis. & in l. omnes. C. de episcopis & cleri. & tenet Barto. in dicta l. neminem. & Abb. in d.c. j. suprà, de iudi. xviij. col. in fin. Intellige, quòd debet interuenire autoritas † iudicis competentis. Nam si quis fecit capi debitorem suum verum authoritate iudicis incompetentis scienter, non tenet captura, & vltra hoc perderet ius crediti. Istud est mirabile dictum Baldi, in c. causam marimonij. in fin. suprà, de offic. deleg. quod refert & sequitur Franciscus de Curte, in repetitione l. vnicæ. C. de prohibend. sequestra. pe. xvij. quæst. & Ias. in l.ij.vj. colum. in fi. ff. de iurisdict. om. iud. Quod tamen ego intelligo verum, nisi in casibus, in quibus à iure permittitur, vt puta, capere debitorem deprehensum in flagranti delicto: vt l. vnica. C. de raptoribus virgi. & l. si quis in seruitute. ff. de furtis. Item in debitore fugiente: vt l. ait prætor. §. si debitorem. ff. si quis in fraudem cred. & notatur Instit. de actio. in prin. & cap. cùm non ab homine. suprà, de iudic. bene facit glo. singularis in l. nullus. C. de Iudeis. vbi apertè sentit, quòd si offensorem meum nõ possum ad iudicium adducere, & sit timor de fuga: possum propria authoritate vlcisci. de quo videas ibi optimè per Salyc. ad idem facit glos. j. in cap. ius gentium. j. dist. quæ voluit, quòd vbi non potest quis rem propria authoritate ius sibi dicere. quam gl. multum commendauit Bald. in l. fi. C. de his qui à non do. manumit. & idem voluit Innoc. in cap. olim. el j. suprà, de restit. spoli. de quo latissimè per Ancha. in regula, peccatum. de reg. iuris, libro vj. in repetitio. cuius ratio est, quia sine iudice fieri poterat. gl. not. Instit. de libertis. §. multis. Istis enim casibus † poterit quis sua propria authoritate capere suum reum, vel debitorem fugitiuum, etiam si sit clericus: vt notanter voluit Baldus in dict. cap. cùm non ab homine. suprà, de iudic. in iij. colum. & Abb. ibi in iij. colum. Idem Bald. in capit. dilectis, v. colum. sup. de appell. quos refert & sequitur Ias. in dict. l.ij.vj. colum. in princi. ff. de iurisd. omn. iudic. Multo ergo fortius potest hoc facere per iudicem, etiam incompetentem: vt sentit Bal. in l. fin. C. vbi in rem act. & tenet expressè Ancha. consilio cxcij. incipien. in auxilium veritatis. dicens,

Nuntius nõ potest citare nisi præcipiat iudex.

Quo tempore debet fieri citatio.

An iudex teneat ex officio.

Captura non potest fieri sine authoritate iudicis competentis.

In casibus quibus licet capere parti.

cens, quòd debitor captus, tanquam suspectus de fuga, non potest opponere exceptionem incompetentiæ iudicis capi facientis: cuius dictũ refert & sequitur Lud. cons. ccxlij. incip. vnũ a est idem. & idem Lud. in l. de pupillo. §. meminisse. in additionibus nouissimis. ff. de no. ope. nunt. & Alex. idem Lud. in d.l.ij. ff. de iurisdom. iud. & sequitur ibi Iaso. vj. col. hoc firmans quatuor optimis rationibus, quicquid dixerit Francis. de Curte, in d.l.j. xvij. q. C. de prohi. sequestra. pe. & Frãc. de Are. cons. xcv. incipit, respondebo breuiter. quos per te videas. Item procedunt ista, etiã si statutum diceret q̃ iudex debeat vel teneatur citare: quia debet intelligi ad partis instãtiã, vt recipiat interpretationem passiuã. l. vt gradatim. §. sed si ex l. ff. de mun. & hon. Ista tamẽ intellige quando proceditur ad priuatã vtilitatẽ, & partis petitionem: nam tũc iudex non debet impartiri officiũ suum, nisi parte petẽte: vt d.l.iiij. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dãno infecto. & c. ad nostram. el ij. suprà, de iureiur. Secus, si iudex procederet ex officio suo ad publicam vtilitatẽ. ita dicit Maria. in c. postulasti. suprà, de foro compe. in ij. no. de quo remittit ad id, quod ipse latissimè dixit in c. qualiter & quando. el ij. infrà, de accusa. octauo principali articulo.

a Adde Iaso. insistit. de act. in princi. in 12. col. ver. an autem debitor Io. Bern.

Quãdo statutum dicit iudicẽ debere citare.

Iudex sine petitione partis procedit ad publicam vtilitatem.

SVMMAE RERVM.

1 *Citatio an in dubio præsumatur facta ad instãtiam partis.*
1 *Argumentum à communiter accidentibus, trãsfert onus probandi in aduersarium.*
3 *Actus, in quo requiritur impensa, præsumitur facta instante eo cuius interest.*
4 *Solennitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur.*
5 *Citare an possint nuncij, sine mandato iudicis.*
6 *Præscribens præsumitur habere bonam fidem.*
7 *Possessio immemorialis habet præsumptionem bonæ fidei, nisi possessor alleget titulum inualidum: vel nisi aliàs constet de iniustitia, vel inualiditate tituli.*
8 *Instrumentum venditionis rerum ecclesiæ, sine solennitate, si ostenditur, non iuuabit possessorem.*
9 *Comparitio citati ffitanea. purgat inepti tudinem citationis.*
10 *Citatio quando propter aliquem defectum est nulla, si citatus comparet, tenet actus.*

§. I. *Vtrum citatio præsumatur facta ad petitionem partis*

VNVM tamen non est omittendum, quòd si exactio non apparet, quòd fuerit facta † ad petitionẽ partis, sed solum est descripta citatio, & citationis commissio, & relatio nuntij: in dubio præsumendum est, quòd præcesserit petitio partis, ex quo requiritur ad validitatem citationis: nec aliter potest dici citatio cum effectu. vt apparet ex prædictis. ita tenet Gui. de Suza. in dicta lege, ad peremptorium. ff. de iudi. & Anto. in cap. primo, eodem titu. & ibi etiam Abba. ij. colum. refert & sequitur Franciscus de Are. consil. xxxvj. in fine. facit ad hoc quod not. Bald. in capi. pe. suprà, de iur. calum. vbi dicit, quòd si dictum sit in instrumento, quòd lis fuit legitimè contestata, licet non exprimatur, qualiter fuit contestata, sufficit. dicit fore text. rotundum de hoc, vt ibi latius per Andream Siculum iiij. colum. Quod potest confirmari tali ratione. Iudex præsumitur fecisse illud. quod de iure debuit, vt l. Herennius. §. Caia. ff. de euictionibus. & l.ij. C. de offic. ciuil. iudic. & in cap. in præsentia. de renunciat. sed iudex habet cõmittere citationem ad petitionem partis, vt suprà dictum est. Sequitur ergo, quòd si reperiatur citatio commissa, & relatio facta, debet præsumi, quòd præcesserit partis petitio. Itẽ validum est argum. à communiter † accidentibus: vt cap. j. suprà, de cler. non resid. & in l. neque natales. C. de probat. *b* adeo quòd transfert onus probandi contra aduersarium: vt sentit gl. in d.l. neque natales. quam ad hoc multum commendat Lud. Rom. in fing. cccxcvij. incip. alio sero. & Andreas Siculus in capitulo nouit. columna lxxxviij. de iudiciis. Sed communiter accidit, quòd citatio fit ad petitionem partis: ergo præsumendum est, partis petitionem præcessisse: quia solennitas consueta interuenire, semper præsumitur. vt l. fin. & ibi not. C. de fideiuss. Bene facit ad hoc, quod in simili dixit Ioannes Andreas in additionibus ad Specul. titu. de emptio. & venditio. §. nunc videndum. prout refert Franciscus Aretinus in d. cap. j. de iudic. iiij. colum. verfic. vnde dicit notanter Ioan. And. vbi voluit, quòd cùm inuestitura communiter soleat fieri præsenti, si appareat inuestituram esse factam, & non appareat de præsentia, bene præsumitur, quamuis regulariter præsentia non præsumatur, nisi probetur: vt l.ij. C. de statuis & imagi. & l.iij. §. idem respõdit. de verb. obl. Item pro ista opinione facit optima ratio: quando enim fit † actus, in quo requiritur aliqua impensa, præsumitur facta instãte eo cuius interest, & ad quem spectat actum facere: vt est casus not. in l. fin. C. de aliment. pupil. præstandis. vt not. Bartol. in l. cùm seruus. ff. de verb. oblig. bene facit text. & quod ibi not. Bald. in l. si seruus. §. qui margaritam. de leg. j. Sed citatio rei communiter non solet fieri sine aliquo sumptu, vel expensa: iuxta not. in l.ij. C. de spor. ergo præsumitur facta instante & pstente parte. Bene facit quod in simili dicimus de mercatore, scribente rationem ad me pertinentem: nam præsumitur eam scribere me requirente, & c mandãte, vt voluit Guil. de Cun. in l. edita. C. de eden. allegat glo. in l. fin. C. de pactis conuen. quod reputat ipse multũ notabile, prout refert & sequitur Bal. in l. prima. fina. column. C. de edendo. Facit ad hoc, quod notat Inn. in cap. fin. infrà, de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. & notatur in l. sciendum. ff. de verb. obli. & in §. fin. Insti. de fideiu. & in §. si ita scriptum. Insti. de inutilibus stipula. & tex. cum gl. in l.ij. C. de dotis promiss. & quod no. Barto. in authen. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & in l. qui aliena. ff. de acquirenda hæredi. & quod notatur in cap. vnico. suprà, de litis contestat. & bonus text. in l. siue. in princip. ff. de interrogatoriis actio. Et istam partem ego teneo, quamuis quidam Moderni in dicta l. sciendum. ff. de verb. obli. teneant contrarium, moti leuissima ratione, & fundamento, dicentes quòd petitio partis quam debet facere ad iudicem, ad hoc vt faciat citationem, est quædam solennitas † extrinseca, quæ non præsumitur, nisi probetur: vt l. quęcũqi. §. qui à pupi. ff. de pub. & ad iura præ dicta dicũt ipsi, q̃ loquũt in solẽnitate intrinseca, quæ semper præsumit. Sed reuera ista ratio parũ

valeti

Proiudice.

Argumentum à communiter accidentibus. b Vide suprà in §. ix. vers. ad propositũ. & §. lvij. in prin. & ad de Nic. Euerardũ in suis topicis iuris fo. 75. co j cũ seq. Io. Bern.

Innestitura

Actus cum expensa.

De libro mercatorie c Adde Fr. Are. in c. j. co. q. ver. in glos. posita. de probat. Ioan. Ber. Pro parte contraria.

Solennitas quando præsumitur. Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

valet: quoniam potest dici, quòd regulariter est verum, quòd solennitates extrinsecæ non præsumuntur, nisi probentur. Fallit tamen hoc, quando actus in quo debet interuenire solennitas, fit cum aliquo sumptu vel expensa: nam tunc bene præsumitur, vt apparet ex prædictis. Vel aliter potest dici, q̃ cùm ista sit solennitas, quę prout communiter solet fieri, & regulariter non prætermitti: locus à cõmuniter accidentibus, facit præsumi solennitatem interuenisse. Vel aliter verum est, q̃ solennitas extrinseca non præsumitur interuenisse, intellige principaliter, secus tamen inciden ter, & ex quadam consequentia, sicut in simili dicimus, q̃ episcopus non restituit ad famam: vt ca. cùm te ab eo. suprà, de re iudi. Tamen dispensando cum criminoso, videtur dispensare super infamia. tex. est singul. in c. at si clerici. §. de adulte. suprà, de iudic. Vnde ita dicamus in casu nostro, q̃ quamuis solennitas petitionis partis de per se nõ præsumatur, quando de ea principaliter quæritur: bene tamen præsumitur, cùm constat de ipso principali, hoc est: de ipsa citatione: accessorie ergo, & per quandam consequentiam præsumetur de illa, q̃ interuenerit, quod nota, quia est noua consideratio. Et hoc idem dicendum censeo in authoritate iudicis, vt si apparet de citatione facta per nuntium, si non constet ex actis de cõmissione vel authoritate iudicis, nihilominus præsumatur interuenisse, secundum Guil. de Cun. in d. l. ad peremptorium. ff. de iudi. Idem sentit Iacob. Butr. d. l. neminem. C. de exhib. reis. vbi dicit, ad uocatos tenere, q̃ nuncij citant sine mandato iudicis, quia †præsumitur eis mandatum, secundũ cum, quem refert & sequitur ibi Ang. qui subdit cautum esse, vt etiam in actis appareat de cõmissione. Et pro ista opinione facit ratio: quoniam certum est, q̃ habitis extremis, præsumitur medium: vt probatur in l. si mater. C. ne de statu defunct. & in l. quicunque. C. de apoch. public. & tenet glos. in c. volumus. xvj. q. iiij. verfic. inconcussam. Cùm autem in casu nostro habeantur extrema. s. quòd pars petierit à iudice, q̃ citet aduersarium: item etiam, quòd nuntius citaret, & retulit, ista sunt extrema citationis. ergo per consequens præsumi debet medium, scilicet commissio iudicis. Et istam partem teneo, quamuis Bart. in d. l. sciendum. ff. de verbor. oblig. & in l. j. §. sane. ff. de offic. præfect. vrb. & dominus Anto. in d. ca. j. de iud. teneant contrarium: moti, quia hæc est solennitas, quæ præuenit actum. & ideo non præsumitur. vt notatur in l. j. C. de fide instrument. & iure hastæ fisca. lib. x. Et pro eis facit ratio subtilis, & noua, omnis præsumptio solennitatis adhibitæ; resultãs ex facto iudicis, cessat, siue tollitur, quando ex inspectione actorum, quæ producuntur, apparet talem actum in actis non inueniri. ita dicit Innoc. in cap. cùm ad sedem. suprà. de restit. spol. sentit ille in cap. innotuit, infrà, de eo qui fur. or. re. probatur in cap. Hipo. suprà, de litis contesta. tenet Ioan. Andr. in cap. quoniam contra falsam. suprà, de probatio. & in additio. ad Specul. titulo, de sententiis. §. vt autem. verfic. & no. secundum ver. quosdam. Bartol. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellat. & in l. j. in princip. ff. vt can. post pu. absi. tutor. & bene facit tex. in l. fin. C. de rebus credi. & iureiur. Ad cuius confirmationem facit, quod in simili dicimus, quòd ille qui † præscribit, præsumitur habere bonam fidem, & in hoc statur suæ assertioni: vt not. glo. Instit. de vsuca. in prin. in cap. si verò. infrà, de sent. a excom. hoc verum, nisi præscribens habeat titulum reprobatum à lege, de quo constat per confessionem aduersarij, vel aliàs. nam per hoc cessat præsumptio prædicta: vt est tex. & ibi not. Bar. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xj. faciunt no. in l. cùm lex. ff. de fideiuss. & in l. j. C. de fide instrumen. & iure hastæ fisca. lib. x. Idem clarius firmat Anto. in cap. peruenit. de fideiuss. in repetit. fol. iiij, versic. circa quod dubium facit. vbi dicit, quòd † possessio immemorialis habet præsumptionem bonæ fidei, nisi possessor alleget titulum inualidum, vel nisi aliàs constet de iniustitia, vel inualiditate tituli. idem consuluit Ancha. consil. lxxxj. incipit, dicta. colum. ij. verficul. sed aliis rationibus. quod tenementi. de quo latius scripsi in mea allegatio. xviij. quæ incipit, præsupponendum fol. penul. versi. & si mihi dicatur. faciunt quæ dixi suprà in rubric. col. cclxxxix. versi secundò limita. Ex quibus infertur vnum valde notandum, quòd si ostenditur instrumentum venditionis rerũ ecclesiæ, sine aliqua solennitate, cursus temporis non iuuabit possessorem: de quo dicendum, vt not. per Anton. & alios in c. ea noscitur, suprà, de his, quæ fi. à præl. vbi est pulcher tex. videas Anch. no. consi. cxxxv. inci. ex consiliis. de quo faciunt mentionem Moderni in c. quoniam contra falsam. suprà, de probatio. & in c. sicut. de re iudic. & in c. licet Heli infrà, de simo. Cùm autem ista præsumptio solennitatis resultet ex facto iudicis, de qua non constat in actis, meritò cessare debet præsumptio, q̃ interuenerit. Pro ista parte bene facit text. in c. prudentiã. in prin. in verb. per nuntium. suprà, de off. deleg. vbi dicitur, quòd iudex qui se debet excusare, debet istam excusationẽ exponere, & per nuntium certum, vel excusatorem literatorie destinatum, vel aliàs de eadem excusatione, vel impedimento debet canonicè constare: aliàs non poterunt reliqui iudices procedere. & sic vult ille text. q̃ in facto dependente à iudice, non stamus præsumptioni, sed debet de eo canonicè cõstare. Ad idem c. si quando. de rescript. Finaliter pro ista parte est tex. not. quem ad hoc ponderat ibi Bald. in l. his solis. C. de reuoc. don. vbi tex. dicit, q̃ si mater aliquid donauit filio, qui postea fuit ingratus, poterit mater reuocare: in qua reuocatione veniet quicquid ex rebus donatis tenet filius, ex eo die, ex quo controuersia qualecunque principiũ visu iudicantis haberet. dicit Bal. no. expressum, q̃ debet apparere de cõmissione iudicis: alias per citationem non datur initium litis certũ. Et si dicatur, q̃ quemadmodũ præsumitur petitio partis, ita præsumitur cõmissio iudicis: potest dici. q̃ commissio citationis quã facit iudex, est de actis, & in actis debet scribi. vt c. quoniã contra. suprà, de prob. ideo non præsumitur, nisi probetur, sed petitio partis non est de actis, vt patet in d. c. quoniã contra. ideo præsumitur, quãuis de ea non appareat. Sed ego non recederem à prima opin. quæ videtur mihi verior de iure, & magis æqua. Possunt tamen istæ opin. reduci ad concordiam, vt dicamus, q̃ si nuntius qui fecit citationẽ, & relationẽ, sit aliàs bonæ famæ, & agitur de modico præ iudicio, præsumitur cõmissio. ar. eorum quæ no. in c. cũ dilectus. sup. de cõsue. & in d. c. ea noscitur.

Alia solut.

Alia sol.

Mediũ præsumitur habitis extremis.

Opinio cõtraria.

a Adde gl. in l. super longis in gl. ij. C. de præscri. lon. tẽ. aliàs in l. pe. C. de emẽt. aliàs in c. sanctorum. in verb. facere. de præscrip. Segu. in rep. l. ij. §. fin. ff. de li & posth. fol. vj. col. j. & in rep. l. j. §. si vir. ff. de acquir. poss. fol. 6. colũ. iij. & fo. 8 col. iij. et vide quæ ibi addidi, in repet. in ver. præscr. quod fallit, nisi præscribens habeat tantum reprobatũ à lege de quo constat per cõfessionem aduersarij, vel aliàs. vt in d. ver. & pro eis sup. Io. Bern.

2. Concordia.

Spontanea cõparitio citati purgat citationis ineptitudinẽ.

noscitur, suprà, de his quæ fiunt à præla. & per Inno. in ca. j. suprà, de cler. pere. istam concordiam sentit Abb. in d. c. j. xix. col. de iud. Vel potest dari alia concordia, vt dicamus, quòd si pars præ textu citationis factæ comparuit, & non oppositum contra citationem. concurrentibus istis tribus simul, scilicet citatio nuntij, & relatio eius, scriptura tabellionis, & comparitio partis: bene præsumitur commissionem iudicis præcessisse: vt sing. voluit Io. And. in addi. ad Spe. ti. de teste. §. sequitur. ver. sed pone. quam refert & sequitur dominus Anto. in c. fraternitatis. in fi. super glo. vlti. suprà, de testi. & Francis. de Are. in d. c. j. iiij. col. suprà, de iudiciis. Et ratio huius potest esse (quãuis illi non dicant) quia spontanea comparitio† citati purgat ineptitudinem citationis: vt glo. voluit Bal. & Alexan. in l. j. in prin. ff. de seriis. & facit in simili tex. in l. metũ. C. quòd metus caus. vbi spõtanea solutio purgat metum præcedentem. Et ex hoc dicebat singulariter Inno. quòd si duo ex delegatis citauerunt partem, & pars comparuit, & in cõparitione erant congregati omnes tres: tenetur respõdere, quasi per suam comparitionem purgetur vitium citationis. ita dixit ille in c. cum causa. suprà. de offi. de leg. q̃ recitat ibi Abb. ij. col. Idem sentit Bald. in authen. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti. dicẽs, quòd quãdo † citatio est nulla propter aliquem defectum: si citatus cõparet, tenet actus, non ratione citationis, sed ratione præsentiæ, adeò q̃ potest iudex ad vlteriorem procedere, de quo dicto meminit Fely. in c. illud. suprà, de præscrip. iiij. col. ver. iiij. declaratio. vbi cumulat alia, quæ videas per te. Si autem ineptitudo citationis purgatur per spontaneam cõparitionem, à fortiori dicemus, quòd ex tali comparitione præsumitur interuenisse solennitas cõmissionis iudicis. quod videtur mihi satis notandum. Et quia ista non est propria materia huius decretalis, nõ me extendo vlterius, ista sufficiant.

1

9

10

SVMMAE RERVM.

1 *Iudex ecclesiasticus an possit de causa dotis cognoscere & nume. 4. & 14.*
2 *Exceptio non numeratæ dotis debet opponi coram administratore ciuili vel militari, & in eius defectum coram episcopo.*
3 *Dos dicitur hæreditas, & patrimonium mulieris.*
5 *Miserabiles personæ & pauperes possunt conuenire laicum coram iudice ecclesiastico.*
6 *Pauperes dicuntur personæ miserabiles.*
7 *Miserabilis quis dicatur, & quare.*
8 *Pauperes non tenentur ad onera personalia.*
9 *Causæ miserabilium personarum spectant ad ecclesiam.*
10 *Pauperes habent omnia priuilegia ecclesiarum.*
11 *Conuersi de nouo ad fidem, dicuntur miserabiles personæ.*
12 *Miserabiles personæ quæ dicantur.*
13 *Vxor, cuius maritus est bannitus, gaudet priuilegio viduarum.*
15 *Papa non potest tollere leges, ciuiles quo ad forum seculare.*
16 *Causa dotis an spectet ad iudicem ecclesiasticum, & quando. & nume. 17.*
18 *Dos succedit loco alimentorum.*
19 *Alimenta possunt coram iudice ecclesiastico petiinter merè laicos.*
20 *Causa dotis est pia.*
21 *Minor 25. annis, maior xiiij an habeat legitimam personam standi in iudicio, in causa dotis.*
22 *Canon in causa pia debet præualere legi.*
23 *Dos an sit causa pia.*
24 *Iudex ecclesiasticus non est iudex competens in causa dotis, inter meros laicos, opposita exceptione incompetentiæ.*

An ecclesia possit se intromittere de dote.

NOTA secundò ex text. ibi: *Auctoritate nostra curaueritis conuenire.* Dicit Host. & sequitur Io. And. id est, authoritate literarum nostrarum pro H. paupere impetratarum. Ex quibus verbis colligit Abb. argumentum, quòd † ecclesia potest se impedire de dote, non solùm in fauorem viduarum, vt suprà c. j. sed ettam in fauorem mariti petentis dotem. Ego autem dico, quod imo est hic casus formalis, & text. optimus, & forte alibi non ita bonus, quòd iudex ecclesiasticus est competens iudex ad cognoscendum de causa dotis inter puros laicos, etiam si de dote principaliter agatur. Nam hic tam magister R. quàm H. pauper laici seculares erant: quod apparet ex eo, quia ista causa prius fuit agitata coram consulibus ciuitatis Ianuæ, & de ea nunc principaliter agebatur coram iudicibus delegatis à sede apostolica. Et sic isti legati cognoscebant de causa dotis principaliter inter puros laicos. Ita per istum tex. firmauit Inn. in c. de prudentia. infrà, eo. cuius opinionem approbant ibi Hosti. Ioan. And. Henricus, & Abb. eandem tenerunt Hosti. Anch. & Io. de Imol. in c. ex literis. suprà, de pig. vj. notabili. & ibi Cardi. in v. oppo. tenuit etiã Raphael Fulgo. in authen. quòd locum. C. de coll. Bald. Io. de Imol. Pau. & Ludo. in l. j. ff. so. mar. Ludo. in l. Titia. iij. columna. Bald. in l. j. C. de dotis promi. c. j. qui feu. da. po. li. feudorum. vbi dicit, quòd Papa. potest dare iudicẽ super causa dotis inter laicos.

Idem videtur sentire Spec. tit. de dote post diuor. resti. prope fin. ver. vtrum causa dotis. vbi dicit, quòd causa dotis spectat ad ecclesiam, quia accedit ad causam matrimonialem. idem Card. in cle. dispendiosam. de iudiciis. xxx. q. dum dicit, q̃ illa cle. habet locum, quando agitur de dotibus restituendis: quia actio de dote fortitur priuilegia causæ matrimonialis, secundùm ea quæ notantur in l. j. ff. sol. matrimon. Hanc etiam opinionem tenuit Fely. in c. licet ex suscepto. de fo. compe. j. co. eandem etiam nouissime firmat Bald. Nouellus, in suo tractatu, de dote. ix. parte. xvj. priuilegio. cum moderatione tamen: de qua infrà, quia ista opinio est fauorabilis & benignior pro mulieribus & dotibus, per id quod habetur in l. in ambiguis. ff. de iure dot. & quod notat Ioan. Andreas post Hostien. in capit. primo de cogna. spiritua. Glos. tamen in dicto capitu. de prudentia, suprà eodem. tenuit indistinc. contrarium. dicit enim, quòd vbi iudex ecclesiasticus de matrimonio cognoscit: causa dotium spectat ad eum, vt ibi. Si verò de dote principaliter agatur: vt puta, si constante matrimonio agat mulier de dote: quia forte maritus labitur facultatibus, vel dissipat bona sua, vel quia mortuus est: tunc causa debet coram iudice seculari agitari: quia modo causa dotis principalis est. & ita concludit ibi

Opinio cõtraria

gl. quòd quando agitur principaliter de causa dotis iudex ecclesiasticus non est competens iudex.

Et videtur ibi tex. expressus de hoc, cùm dicit: Quia agitur vos, qui de matrimonio principaliter cognouistis, de dote, quæ est causa incidens, accessoriè voluistis & similiter diffinire &c. A contrario ergo, si non cognosceret de matrimonio principaliter, non potuissent cognoscere de dote accessorie. & sic per consequẽs. cùm de dote principaliter agitur, non potest iudex ecclesiasticus de ea cognoscere. Et hãc opinionem tenet ibi Anto. Ang. & Soci. in l. j. ff. so. ma. pro qua videtur tex. singularis, in l. in contractibus. in fi. C. de non nu. pec. vbi dicitur, quòd exceptio nõ †numeratæ dotis debet corã administratore ciuili vel militari opponi, & in eius defectum corã episcopo. & sic apertè probat ille text. & ad hoc no. eum Bal. ibi, in §. in omni vero. in fi. ꝙ episcopus nõ est iudex in causa dotis, nisi in defectum iudicis secularis. Item pro ista opinione allego tex. singularem nouiter ponderatum ad hoc, in c. ex tenore. suprà, de fo. cõpe. vbi illa nobilis mulier corã iudicibus delegatis à Papa, agebat contra Io. de Mediolano, super sua hæreditate, id est, super sua dote: quia† dos dicitur hereditas, & patrimoniũ mulieris: vt est tex. in l. Póponius Philadelphus. ff. fa. erci. & in l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Sed noluit Papa, ꝙ delegati de ea cognoscerent, nisi data negligentia iudicis. Et secundùm istã ponderationẽ est ibi casus formalis pro ista opinione, secũdum And. Sicu. ibi col. pen. & vlt. Hanc opinionem sentit gl. no. in d. c. ex tenore. in ver. viduis. ad finem. ibi: & præcipue circa dotes, allegando c. nuper. suprà, isto ti. quasi velit, † quòd tunc solum eccle sia potest de dote cognoscere, quãdo est causa viduæ. Idem sentit Speculator in ti. de repe. præsentatione. §. ratione autem formæ. ver. item mulieri. co. pe. hoc fuit de mente Bal. si bene aduertantur eius verba, in authen. ꝙ locũ. C. de colla. col. fi. ver. iij. quæritur. idem tenet Anto. in d. c. licet ex suscepto. de foro compe. col. xj. ver. sextus ratione connexitatis. & ibi Marianus. co. vij. versi. duodecimus ratione connexitatis. & in rub. e. ti. col. j. ver. ij. accessorieratis. & col. iij. ver. tricesimo sexto. & Ancha. consi. xx. incipiente, pro solutione. ad fi. ver. venio ad sext. Ex his redditur dubia decisio Inno. & sequacium, adeò quòd dicebant aliqui, quòd necessaria esset decisio principis. Et sentiens forte hanc difficultatẽ Host. in præsenti, super parte, cur aueritis cõuenire. quem sequitur Ioan. And. in ver. autoritate. dicit, quòd ideo fuerũt literæ impetratæ à Papa. quia iste magister R. qui erat reus, erat forte clericus: & ita iste H. actor sequebatur eius forum: vt c. cùm sit generaliter. suprà, de fo. compe. cum concordantiis. Sed reuera iste intellectus nullo modo potest stare: quia si verum esset, quòd iste magister R. esset clericus, non potuisset conueniri coram iudice laico: vt c. si diligenti. suprà, de fo. compe. Et proptrerea reprobatur iste intellectus per do. Car. in secunda op. & per Abb. in j. not. Et ob hoc forte idem Hostien. & Io. And. non resident in isto intellectu, imò transeunt ad alium, dicẽtes, quòd ideo istæ literæ fuerunt impetratæ à Papa: quia iste H. impetrans, erat pauper & miserabilis persona. quod aperte probat text. dum dicit, pro H. paupere: & propterea tanquam pauper & miserabilis persona potuit habere recursum ad ecclesiam, quamuis laicus esset. Et secundum istũ intellectum est hic tex. singularis, secundum Abba. quòd pauper † & miserabilis persona potest laicum conuenire corã iudice ecclesiastico. quod est bene notandum, secundũ eum. Et bene facit tex. in c. significantibus. suprà, de offi. dele. & in c. super quibusdam. infrà, de ver. sig. Facit etiam secundũ vnũ intellectũ, in c. cõstitutus. sup. de in integ. resti. vbi secundum aliquos ille magister R. erat pauper, & ratione paupertatis cõueniebat ad uersarios suos laicos coram iudice ecclesiastico. Facit etiã ad istũ intellectũ, quod no. Inno. in d. c. cũ sit generale. sup. de fo. cõp. vbi dicit, ꝙ de qua libet oppressione vel fraude, non solũ clericorũ, sed etiam pauperũ, cognoscit ecclesiasticus iudex pro quo est tex. in c. si quis. de potẽtibus. & c. paternarũ. & c. si quis Romip. & c. illi qui. xxiiij. q. j. Ad idem facit tex. in c. ex parte B. de fo. cõp. vbi dicitur, ꝙ illa regina miserabilis, spoliata ab illo milite, eum cõueniebat corã iudice eccl siastico, etiam super re feudali. fortius ergo idem faciet pauper. Et hoc est iuri & rationi satis consonum: quia† pauperes dicuntur personæ miserabiles: vt voluit Io. And. & sequitur ibi Abb. in d. c. significantibus. suprà, de of. del. Et dicuntur miserabiles, quia natura mouetur ad miserandum eis, secundum eos. & rectè loquuntur: quia vt scribitur Ecclesia. xl. Melius est mori, quàm indigere: nam vita pauperis est in cogitatione victus. Miserabilis† autem dicitur, ꝙ sit miseriæ habilis, & propriè appellatur miser, eò ꝙ omnẽ fœlicitatẽ amiserit. secundum Isid. in ij. etymol. in litera m. & rectè pauperes miserabiles dicuntur, quia multis periculis sunt subiecti, iuxta illud Salomonis, Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandũ: aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen Dei mei. Prouerb. 30. & Ecclesiast. 27. dicitur, Propter inopiã multi deliquerunt. item 2. ad Corin. 8. dicitur, Vobis autem tribulatio. exponit gl. id est, paupertas. itẽ 1. Thessa. 5. super illud, Rogamus autem vos, &c. dicit gl. sicut diuitiæ negligentiã pariunt salutis: ita egestas dum saturari quæritur, à iustitia declinat. de quo latissimè per sanctum Tho. opusculo xix. s. cõtra impugnantes religionem. ij. par. cap. vj. & ij. ij. q. clxxxvj. art. iij. itẽ Dauid inquit, Languerunt oculi mei præ inopia. Psal. Domine Deus salutis meę. Dicuntur ergo pauperes miserabiles personæ, quia ex inopia descendit miseria. secundum glo. in auth. de exhib. & intro. re. in princ. in ver. agun tur. Et inde est, quòd† pauperes ad onera personalia non teneantur, cùm sint occupati in quę rendis sumptibus pro victu. secundum Bal. in authen. defuncto. fin. ccl. C. ad Tertul. nec etiam ad sumptus bursales: vt d. l. indictiones. C. de ann. & trib. lib. x. & tenet Bald. in c. i. §. nos Romanorũ. iij. col. de pace Constant. lib. feu. Et propterea pauperes sunt cancellandi de libro æstimi, porrecta prius supplicatione, secundum Bal. in d. auth. defuncto. Leges tamen huius regni voluerunt, ꝙ pauperes debeãt soluere tributa, de his quæ pro mercede quotidiani laboris habẽt, seruata certa forma in eis tradita: humanius tamẽ esset, ꝙ nihil soluerẽt, cùm sint occupati in quærẽdis sumptib. pro victu: vt suprà dictũ est. & cũ sint miserabiles personæ

Hic reus erat clericus

Impugnatio.

Pauper conuenit laicũ coram eccle siastico.

Pauperes dicuntur miserabiles.

Priuilegia pauperta tis.

Lex regni.

personæ, quibus omnino fauendum est: nam ege state sordentibus mors est solatium, vita supplicium: vt dicit tex. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. Si statutum eximit à gabella miserabiles personas, de quibus intelligitur? vide Bar. & Bal. in l. vnica. C. quan. Imperator inter pupillum & viduam. de quo etiam per Firmianum, in tractatu gabellarũ, parce vij. q. xxvij. Iustum est ergo, vt † causæ miserabilium personarum spectent ad ecclesiam: vt est tex. & ibi no. in c. super quibusdam. infrà; de verbo. sig. & no. in d. c. significantibus. de offi. dele. & in d. c. ex tenore. de fo. compe. & per Spec. in ti. de fo. compe. §. j. versi. xix. Et ratio potest esse, quia† pauperes habent omnia priuilegia ecclesiarum: vt voluit Bal. in l. illud. C. de sac. san. eccles. & in l. pe. §. fi. iij. col. in fi. C. ad Trebel. no. in authen. de ecclesia. tit. in prin. coll. ix. & est glo. si bene ponderetur, in l. fi. in verbo, captiuorum. C. de sacrosan. eccle. Merito ergo iste H. tanquã pauper, & miserabilis persona potuit impetrare literas à Papa, ad iudices delegatos, quãuis ille esset purè laicus. Ex istis inferri posset vnũ verbum nouum, & singulare, ꝙ ille, qui de nouo est conuersus ad fidẽ nostrã, potest causas suas tractare, & aduersarios suos cõuenire corã iudice ecclesiastico: quomã isti tales dicuntur miserabiles personæ: vt mirabiliter voluit Innoc. in c. Iudæi, siue Sarraceni. infrà, de Iudæis. refert & sequitur Andreas Siculus in d. c. significantibus. in fi. suprà, de offi. dele. Idem posset dici de senibus, decrepitis, & diuturno morbo † fatigatis, & debilibus, & de omnibus illis, quibus naturà mouetur ad miserandum, propter fortunæ iniuriam: quoniam isti quamuis diuites sint, dicuntur personæ miserabiles: vt notanter voluit Azo in summa. ti. quando Imperator inter pupi. & vi. in finalibus verbis. Idem videtur dicendum de causis viduarum, quæ etiam dicũtur personæ miserabiles: vt l. vnica. eo. ti. & no. Inno. in d. c. significantibus. Quod intellige, nõ solùm de illa, cuius vir mortuus est, quę propriè dicitur vidua: vt xxxiiij. distinctio. c. vidua. sed etiam de illa, quæ est sine virõ, quia numquam nupsit, vt l. malum. §. vidua. de verb. sig. Et etiam de illa, cuius vir adhuc vivit, sed est sibi inutilis. arg. c. ij. de transla. præla. nam etiam illa dicitur vidua: vt dicit glo. multum singularis, in l. fi. C. de plagiaris. quam extollit Andreas Siculus in d. c. significãtibus. in prin. & Io. de platea, Insti. de pub. iudiciis. §. est inter. j. col. Ex qua infert ꝙ vxor, † cuius vir est bannitus, appellatur orbata, & gaudet priuilegio viduarum. de quo in d. l. vnica. C. quãdo impe. inter pupil. & vid. Et per consequens, si agat super dote, poterit aduersariũ conuenire coram iudice ecclesiastico: licet talis vidua lite non sit oppressa, seu licet non alleget in sua petitione dictã qualitatẽ oppressionis, prout videtur requirere opinio Io. An. An. in d. c. de prudentia. quia ecclesia debet dictis viduis, tanquam miserabilibus personis fauere in dotibus, vt ibi dicitur, & ecclesia hortatur eas, vt mortuo viro nubant, vt in c. fi. infrà, de sec. nup. Et diceretur tunc fauere non solùm doti, sed in cõsequentiam ipsi matrimonio, vt sic facilius nubant. Subest etiam fragilitas sexus, & quia iam dicuntur derelictæ & orbatę viro suo. facit quod habetur in c. ex parte B. suprà, de fo. cõpe. & ibi glo. & in c. ex tenore. eodem titu. hoc fuit de mente Paul. de Cast. in dicta l. j. ff. sol. ma. quem refert & sequitur Bal. Nouellus in d. loco. adde bonum tex. & ibi Lucam de Penna l. cùm scimus: §. illud. in verfic. idoneus. C. de agricolis & censi. lib. xj. Secus tamen dicit ipse, si dos repeteretur ex causa inopiæ viri constãte matrimonio, vel propter separationem thori, & sic non repeteretur per viam, nam tunc non posset agi coram iudice ecclesiastico. & sic debet intelligi secundum eum quod voluit gl. in d. l. j. ff. sol. ma. Idem dicit, si repeteretur à patre mulieris, vel viua filia, vel post eius mortem, & tunc coram ecclesiastico contra laicum non posset tale iudicium intentari, vel si repeteretur ab hæredibus mulieris, & multo minus si dos peteretur à viro, tanquam promissa, quia tale priuilegium est merè personale, valet, quando dos peteretur à mulie re vidua, secundùm eum, qui ita quicuit. Ecce quanta reperitur † varietas inter doctores in isto articulo. Aliqui non valentes congruum dare responsum his quę pro prima parte facere videntur, nituntur opiniones ad concordiam reducere, dicentes, quod in terris ecclesiæ procedat opinio Inno. & sequacium, vt tunc iudex ecclesiasticus sit competens iudex ad cognoscendum de causa dotis, quæ coram eo principaliter tractatur inter meros laicos. In terris verò imperij tunc demum, cùm de dote agitur incidenter. sic procedat opinio glo. in d. c. de prudẽtia. & sequacium. Isto modo concordat opiniones Alexand. in d. l. vij. col. ff. so. ma. & Ioan. Campetius in suo tractatu. de dote. prima parte. q. xc. ar. notatorum per doctores in c. ij. de arb. & per Bald. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccle. Et quidem ista concordia satis æqua videtur, nam cum hîc non agatur, de materia peccati standum est legibus in terris imperij, & canonibus in terris ecclesiæ, quia † papa non potest tollere leges ciuiles, quo ad forum seculare, vt est glo. ordinaria. & no. in c. ij. in verfi. ciuili. & ibi dominicus. de arbi. lib. vj. An. in regula, possessor. de re. iur. eo. lib. & ibi Ancha. fi. col. no. Bal. in c. fi. suprà, de re iudi. do. Abb. in c. eccle. col. vij. suprà, de consti. & in c. relatum. el primo. in fi. suprà, de testa. bene facit ad hoc glos. singularis, in cle, dispendiosam. de iudiciis. in verfi. vsuris. ad finẽ. quę dicit, quòd papa non intendit, nec potest tollere ordinem iudiciarium in terris imperij. & sequitur Bald. in l. eos. ad fin. & in l. si pro te. C. de vsuris. nota. Ludo. Ro. in authen. simíliter. C. ad l. Falci. q. xxxiiij. col. lx. verfi. iij. quia. Et propterea dicebat Anto. in c. ij. infrà, de adult. se credere, quòd Papa potuit ibi mitigare ius ciuile in foro suo, sed non in foro seculari, & refert ibi do. Cardi. quòd illi decretali non statur inter laicos subiectos imperio, per c. si duobus. de app. & subdit se sic respondisse in contingentia facti. Nunc ad propositum, supposito quòd clarè & apertè & voluisset Papa disponere, quòd causæ dotium, vel alterius qualitatis, inter meros laicos, in terris non sibi subiectis spectarent ad ecclesiam, etiam si principaliter intentarentur, non posset illud facere in præiudicium secularium potestatum. Iura ergo, quæ super hoc videntur disponere, debent intelligi de necessario in terris sibi subiectis vel quando principaliter agitur de matrimonio, & accessorie de dote, per prædicta. Et per hoc datur responsum ad omnia iura, quæ contrarium videntur probare, vt habeant locum in

Causæ miserabilium spectant ad ecclesiam.

De cõuersis ad fidem.

De senibus & infirmis.

De viduis.

Inutilis ma ritus.

De marito bannito.

Quando nõ esset vidua, & ageret su per dote.

Cõcordia.

terris ecclesiæ subiectis. Ad istum tex. patet solutio ex præcedentibus. primò iste magister R. reus erat forte clericus: & Henricus actor sequebatur eius forum, secundum Hosti. & Io. And. in præsenti. Et iste intellectus est planus & sequêdus. quamuis do. Car. in præsenti, in ij. oppo. & Abba. in j. no. hoc reprehendant, vt dixi suprà, versi. & sentiens forte. Sed primum videtur amicum litteræ huius decretalis. secundum métem Bernardi, in positione casus. dicebat enim, quòd inter Henricum virum, & vxorem suam, coram consulibus ciuitatis Ianuæ, super dote ipsius mulieris, quæstio vertebatur: coram quibus dictus H. petebat dotem vxoris sibi assignari. mulier econtrà dicebat, quòd sibi assignari non deberet, cùm ad inopiam vergeret, nisi cautionem præstaret de dote saluanda: & quia eam à se expulerat. Iudices, quia ad inopiam vergere videbatur, pronũtiauerunt. ꝙ dos illa non assignaretur eidem, nisi præstaret cautionem idoneã de ipsa non peritura. & sic dos ipsa remansit penes quendã magistrum R. in depositum, vel aliàs. Postmodum vero dictus H. impetrauit literas ad archiepiscopum, & archidiaconum Ianuenses contra illum R. super dote prædicta. Et ita iudicium fuit inceptum contra vxorem coram consulibus ciuitatis Ianuæ, qui erant laici, corã quibus conueniretur etiam magister R. si esset laicus: sed quia erat clericus, fuerunt impetratæ literæ contra eum à Papa. Et placet mihi iste intellectus. Et si adhuc pertinaciter dicas, quòd imò magister R. erat laicus, potest dici secundùm Hosti. & Io. And. in præsenti, quòd iste H. erat pauper, & miserabilis persona, & ob hoc potuit trahere magistrum R. quamuis laicum, coram Papa, vt dixi suprà. Et ob hoc forte. Et si dixeris, quòd hoc non constat ex textu, quòd Henricus esset pauper, appellaretur, quia forte erat cognomen: aliqui enim cognomento appellantur pauperes, vel diuites, non eò quòd pauperes vel diuites sint. Vnde si iste Henricus esset pauper, potuisset vxorem suam conuenire à principio coram Papa, sicut postea conuenit ipsum magistrum Richar. Potest dici, quòd magister Richar. quamuis laicus, cùm posset opponere exceptionem incompetentiæ iurisdictionis, non opposuit, & sic valuit iudicium agitatum coram iudicibus delegatis. istud fuit de mente do. Antonij, in dict. c. de prudentia. sup. eo. qui sic intelligit hunc tex. Quocunque igitur se vertat veritas, iste textus nullo modo probat id, ad quod Innocentius & alij illum ponderant. Ad textũ in c. j. & ij. quę pro opinione cõtraria ab aliquibus adducũtur, facile est responsum: ibi enim procedebatur super matrimonio, & accessoriè super dote, quod apparet ex c. j. dũ dicit, ꝙ si mulieres pro aliqua licita causa à propriis viris fuerint separatæ, totã dotẽ præcipimus sibi reddi. & sic agebatur super diuortio: & cõperta legitima causa, pronũtiatur sententia diuortij, & mãdatur dos restitui vxori. Idẽ colligitur ex c. ij. quicquid dixerit Fel. põderãs illũ tex. in c. licet ex suscepto. ij. co. ver. respectu dotis. sup. de foro cõpe. Idẽ dicas ad c. & si necesse. eo. ti. Ad text. in c.

16 nuper. dico, quòd licet ad ecclesiam spectet protectio dotiũ, & viduarũ: debet intelligi, quãdo earũ causæ veniũt examinandæ per ecclesiã, vel eius iudices: alioquin non posset iudex ecclesiasticus de dote se intromittere, quamuis viduam tangat. quoniam protestatur Papa, quòd propter viduitatem non vult aliis præiudicare: Ita, inquit, sumus viduis debitores, vt aliis iniustitiam non faciamus. c. ex tenore. de foro compe. Nec dicas, vt dicebat Felyn. vbi suprà, quòd illud contingit magis fauore dotis, quàm viduitatis: quoniam si illud verum esset, omnes causæ dotis quomodocunque otirentur, spectarent ad ecclesiam, quod mihi videretur terribile: per hunc enim modum eneruaretur funditus iurisdictio secularis. Et propterea Papa in d. c. ex tenore. de foro competen. causam dotis remisit ad iudicem secularem, vt dixi suprà col. clxix. vers. item pro ista opinione. quamuis Fely. vbi suprà aliter sentiat, allegando pro se Ioan. And. ibi in fin. pro opinione contraria. Sed meo iudicio hoc non vult, imo exponendo post Hosti. verbum hæreditate, dicit, id est, de hæreditate re ipsa sibi in dotem concessa. dos enim potest intelligi hereditas mulieris, quia suũ patrimonium appellatur: vt d. l. iij. §. sed vtrum. in fi. ff. de minoribus. de qua potest ecclesia cognoscere. vt dict. cap. de prudentia. & sic vult Ioan. And. quòd ibi agebatur super dote principaliter, sed nihilominus remittitur ad iudicem secularem cognoscenda. Si tamen ageretur principaliter de matrimonio, & accessoriè de dote, posset ecclesia cognoscere. ita sentit Ioan. And. cum allega. d. c. prudentia. quia dicta doctorum debent intelligi, secundum iura quæ allegant, iuxta vulgatam doctrinam Bart. in l. cùm quidam. ff. de his, quibus vt indign. & in l. non solùm. §. liberationis verba. ff. de libe. leg. de quo meminit Ludoui. consil. ccxj. fin. col. & Franc. de Curte, in repet. l. admonendi. ff. de iureiurand. colum. v. Iaso. in §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. col. xviij. Andreas Siculus in cap. super quæstionum. suprà de offi. del. colum. vij. & in cap. ex literis. col. vj. eod. tit. sentit idem Abb. licet de prædictis mentionem non faciat in c. postulasti. colum. ij. vers. in glo. ij. in fi. de cleri. exc. minist. Idem voluit Io. And. in c. cùm mitius. sup. de testib. quem refert Abb. in c. insuper. col. iiij. vers. venio ad secundũ. eo. ti. Facit tex. in l. ait prætor. in fi. ff. de re iud. & ita (salua pace do. Fely.) Io. And. non sentit illud, ad quod eum allegauit, imo contrariũ. Ad tex. in c. ex parte B. de fo. cõp. vbi inter meros laicos aditur Papa super dotalitio. i. super donatione propter nupt. dicas, ꝙ illud contingit, eò, ꝙ illa regina erat vidua oppressa, & spoliata, nõ autem fauore donationis propter nuptias, secundũ glo. & docto. ibi. faciunt quæ dixi suprà col. clxx. ver. & ob hoc fortè. cum seq. Idem potest responderi ad c. peruenit. sup. de empt. & ven. vbi vxor quondã Petri, & sic vidua pauper, petebat ab alia muliere res sibi pro dote obligatas, &c. fauor enim viduitatis hoc operatur vt possit aduersarios trahere coram iudice ecclesiasticos: non autem fauor dotis vel donationis propter nupt. Eodem modo respondetur ad c. ex literis. sup. de pig. vbi illa mulier agebat cõtra possessores bonorum mariti quæ erãt obligata pro dote vxoris corã delegato à Papa: hoc ideo fuit, quoniã ex quo eius maritus erat condẽnatus, & fugitiuus, & per consequens sibi inutilis, reputabatur hæc mulier vidua, & gaudet priuilegio viduarum, vt dixi suprà col. clxxiij. vers. & etiam de illa. Et ita non probat ille tex. illud, ad quod cum allegãt doct. ibi, & alibi: quãuis enim

Secundum iura quæ allegat.

enim mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeatur, vt dicit ibi tex. & etiam in constituendis & conseruandis: quia dotis causa semper & vbique præcipua est: cùm dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendámq; liberis ciuitatem maxime sit necessarium: vt l. j. ff. sol. mat. & similiter fauent iura causæ dotis, vt habetur in clem. dispendiosam. de iudiciis. non tamen propterea sequitur, quòd dotis petitio vel exactio, quando de ea principaliter agitur, spectet ad ecclesiam, nisi tunc demum, quando de matrimonio principaliter agitur, & accessoriè super dote, vt sæpe dictum est. Et hæc opinio est rationabilior, secundum Andream Siculum in d. cap. ex literis. iij. colum. versi. & pro certo. Subdit tamen, quòd opinio, quæ fauet doti, in dubio est tenenda. l. in ambiguis. ff. de iure dot.

Dictũ Bartoli. Ex quo infert ad vnum, quod reputat nouum & singulare, quòd non solùm super dotibus recur-

17 perandis potest † adiri principaliter iudex ecclesiasticus inter meros laicos, sed etiam super dotibus de nouo constituendis, ita quòd mulier principaliter possit adire iudicem ecclesiasticum, vt cogat eos, à quibus debet dotari, ad constituendam dotem: & hoc firmat animosè, quia fauetur dotibus, tam ante matrimonium, quàm constante matrimonio, quàm etiam soluto matrimonio: vt not. in d. l. j. ff. solut. matr. Dicit tamen, quòd si iste casus occurreret in contingentia facti, esset labor non mediocris inquirere, quid iuris, pro quo dicto potuisset allegare istum text. vbi agitur de dote assignanda, quæ forte nondum erat promissa, & agitur coram delegatis à Papa. Ad quod tamen responderi potest vt suprà.

Contra Barb. Mirandum est profectò de domino Andrea Siculo, cuiusue profundissima memoria, quomodo non allegauerit Petrum de Ancha. qui ante eum hanc dubitationem excitauit, consi. xx. incipien. pro solutione. fina. colum. ver. sic. venio ad sextum. vbi dicit, quòd in casu, quo agitur ad constitutionem dotis de nouo, non est tex. nec dictum doctorum, quòd iudex ecclesiasticus censeatur competens. vnde cùm sit de hoc quæstio inter laicos, & de re temporali, tutius est tenere, quòd ista quæstio agatur coram iudice seculari, secundum eum: quod est bene notandum, & ad propositum nostrum satis accommodatum. Non

Dos succedit loco alimentorum. 18 obst. si dicatur, † ꝙ dos succedit loco alimentorũ. l. dotis fructus. §. si vsusfructus. ff. de iur-dot. Cy. in l. non omni. C. de admi. tut. Bal. in l. fi. ij. col. C. de dot. promi. & in l. fi. ff. de his, qui. vt indi. Abb. in c. cùm haberet. vlt. no. sup. de eo qui du. in matri. quam pol. per adul. & per consequens debet sapere naturam alimentorum. c. sane. sup. de off. dele. c. ecclesia sanctæ Mariæ. sup. vt lit. pen. cum concor. ibi positis per gl. Sed alimenta possunt

Alimenta petuntur coram ecclesiastico. 19 peti corã iudice † ecclesiastico inter meros laicos, secundũ Bar. in l. solet. ff. de ali. & cib. le. c. iij. ver. quæro corã quibus. refert & sequitur. Io. de Imo. in c. relatũ. el j. sup. de testa. ij. col. vers. no. ꝙ valet. Domi. in c. fi quis deliquerit. xxx. dist. ergo & dos similiter peti potest, præsertim cùm fauorabilior sit causa dotis, quàm alimentorũ: vt voluit Cy. in d. l. non omni. & Bal. in d. l. fi. C. de do. promis. in ij. lectu. Abb. in c. peruenit. in princ. suprà, de arbitr. & in cap. j. suprà, de desponsa. impuber. Respondetur, quòd alimenta tunc peti possunt coram iudice ecclesiastico, quando relinquuntur pauperibus. vj. dist. c. significantibus. suprà, de ofdele. & ibi no. per omnes. & in c. si hæredes. & in cap. tua. suprà, de testam. Possunt etiam peti corã seculari, & sic iudex laicus exequitur relicta ad pias causas: vt d. l. solent. & l. liberto. & largius. ff. de an. leg. & facit l. hæreditas. § j. ff. de pet. hæred. & ibi no. cuius contra. tenet Anch. in d. c. relatũ. per illũ tex. vt refert ibi Io. de Imo. Sed si alimenta sunt relicta ob non piam causam, vt vxori suæ, & non pauperi: tunc iudices seculares habent hoc facere: vt d. l. solent. ita tenet ibi Bart. post Spec. de fide instr. §. nunc aliqua. versi. sed nunquid iudex. idem tenet Io. de Imo. in d. c. relatum. quod bene notabis. Eodem modo respondendum est

20 ad illud, quòd aliqui audent dicere, ꝙ cũ † causa dotis sit pia. l. cum his. §. si mulier. ff. de cond. ind. & tenẽt multi, de quibus ibi per Ale. in apostil. retigi suprà, in rub. §. xlvij. in fi. dicam plenius infrà in iij. not. ver. sed ita est. de quo per Bal. Nouel. in tract. de dote, par. vj. priuileg. xliij & l. quoniam. vt dixit Alex. in d. l. si mulier. tunc causa dotis est pia quando datur personæ pauperi. Secus si propter debitum vel amicitiam: iuxta no. per Bar. in l. alio. ff. de alim. & cib. leg. & faciunt not. in auth. res quæ. C. com. de leg. secundum eum. Non ergo dotis, sed paupertatis fauore causa dotis deferri potest ad ecclesiam. vt de alimentis dictum est. Non obst. si dicatur, ꝙ iudex ecclesiasticus potest se intromittere non solùm de matrimonio, sed etiam de consecutiuis ex matrimonio inter meros laicos: vt c. gemma. suprà, de spõsal. vbi iudex ecclesiasticus fuit aditus contra laicos super extorsione pœnæ appositæ super matrimonio, secũdum Abb. ibi. cũ autẽ dos sit consecutiua ad matrimonium, & ab eo dependeat, vt d. c. prudentia. suprà, eod. glo. in ver. dependentibus. in ca. si annum. de iud. ii. vj. adeo quòd dos non potest esse sine matrimonio. l. iij. ff. de iure dot. l. fi. §. sicut. C. de don. ante nup. Confirmatur hoc per gl. in d. c. si annum. iuncto tex. vbi sicut permittitur maiori quatuordecim annis, ꝙ per se possit agere & defendere coram iudice ecclesiastico in beneficialibus & aliis spiritualibus causis: sic etiam in dependentibus ex eis, dicit gl. vt puta in dote, quæ dependet à matrimonio, & ita æquiparatur ibi, quantum ad iudicium, causa spiritualis, & dependẽs ab ea, vt ille qui reputatur habilis ad causam spiritualem quo ad iudicia, reputetur habilis quo ad dependentia in causa spirituali. Ita dicamus de iudice, vt qui est competens ad causam, quæ dependet à matrimonio. Ad hoc facilis est solutio, vt procedat, quando principaliter agitur de matrimonio: potest idem iudex de causa dotis cognoscere, quæ est annexa, & dependens à matrimonio, ne continentia causæ diuidatur: quia ratione incidentiæ ampliatur iurisdictio iudicis: vt traditur in l. quoties. C. de iudiciis. & in cap. tuam. suprà, de ordine cognit. cum similibus. Et ita debet intelligi glos. in capitu. licet ex suscepto. suprà, in ver. vacante. de foro compet. dum dicit, quòd iudex ecclesiasticus potest aditi inter laicos ratione connexitatis causæ, id est dotis. Sic etiam est intelligenda glos. fin. in cap. accedens. el ij. suprà, vt lite non contest. in verbo, terræ. quæ exponit, scilicet dotalis. eius enim cognitio pertinet ad Papam ratione connexitatis. allegat iste glo. c. j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ij.& iij.suprà,isto ti. vbi causa dotis veniebat accessoriè ad matrimonium, & per consequens debent intelligi secundum iura,quæ allegant,vt pau lo antè dicebam. Sed quãdo principaliter agitur de causa dotis, quãuis dependeat à matrimonio, non propterea venit tractanda coram ecclesiastico iudice. Nec est simpliciter verũ illud,quod sen
21 quæritur.dicens,quòd† minor xxv.annis, maior xiiij. quamuis habeat legitimã personam standi in iudicio,in causa spirituali,vt in matrimonio:vt d.c.si annum.non tamen potest stare in iudicio in causa dotis, per illum tex. quia licet sit connexa, non est eiusdem naturæ,secundùm eum. quod est notan. Et quamuis ille non dicat,videtur fuisse de mente Ioan. And.in c.cùm olim.el j prope fi.suprà, de offi.deleg. vbi post Aegidium doctorem antiquũ,dicit, quòd procurator datus ad causam matrimonialem,nõ potest tractare causam dotis. quod refert & sequitur Antonius ibi col.pe.ver. quæro an procurator.quia sunt diuersæ species.l. si procurator.C.de procu.quod etiam refert & sequitur Bartholemæus de Bellenzinis.in dict.c.de prudentia.ad fi.suprà,eo.in apostillis.Oportet ergo dicere,quòd quælibet lex seruetur in suo foro: itaque in terris imperij seruentur leges, in terris verò ecclesiæ seruentur canones. & opinio Innocentij in d.c.de prudentia.& sequacium, vt vterque sit vt compens iudex, & locus sit præuentioni. Et per ista confunditur doctrina singularis domini Antonij,in c.clerici.ad finẽ.suprà, de iudiciis. dum voluit, quòd licet in materia mixta, quælibet lex seruetur in suo foro:tamen fallit in materia pia: & exemplificat in materia dotis, in
22 qua †canon debet prævalere legi indistinctè:quia tales causæ piæ sunt sub protectione ecclesiæ:per no.in c.licet ex suscepto.& in c.ex tenore.de foro compe.& per gl.in c.cùm esses.de testa. Idem videtur sequi Io.de. Imo.in d.c.clerici. ita refert & sequitur Benzelinus in d.c.de prudẽtia.in apostillis. & Felyn. in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ. col. xxxiiij.versi.iij. declaratio restrictiua. Sed caue, quia ipsi infideliter recitant doctrinam Anto. (si liber meus vitium non patitur)dicit enim Antonius, quòd si materia est mixta & lex obuiet canoni, & potest seruari sine peccato in foro ciui. seruanda est lex in foro canoni. lex cano. si fori sunt diuersi,vbi est lex.vt no.de testa.c. relatum. & c.cùm esses hoc verum, nisi esset materia pia: quia seruandus esset canon.Ideo puto, si in causis libertatis testamenti, ad pias causas pupillorum,viduarum,vel aliarum miserabilium personarum, canon aliquid statuerit contra rigorem legum: quòd ille seruandus esset in illa materia: quia quo ad tales protectiones & defensiones,
23 sunt subiecti iudici ecclesiastico. Et† ita,vt vides,dominus Antonius nihil de dote dixit.sed de causis piis:dos autem non est causa pia, nisi tunc demum,quando datur pauperi. Et propterea canoni disponenti hoc in præiudicium iusdictionis secularis, non est standum, vt suprà dictum est. causa enim dotis non est ita priuilegiata, sicut causa pia: vt sentit gloss. notabil. in l.cali.§. primo. ff. de pactis dotalibus. quam pro singulari allegat Præpositus Alexandrinus in dicto capit. de prudentia. in principio. suprà, eodem.

Dos pia.

24 Ex his omnibus concludo,vt suprà,quòd †iudex ecclesiasticus inter meros laicos, opposita exceptione incompetentiæ,non est iudex competens super causa dotis, quando principaliter intentatur coram eo,nisi esset vidua,pauper,vel miserabilis persona talis, quæ ex priuilegio possit laicum trahere coram iudice ecclesiastico: vel quãdo incidenter vel accessoriè tractatur. Ego tamen non video, qualis sit iste fauor, & ad quid profit viduis, vel miserabilibus personis, conuenire super dote, vel aliis rebus, laicum coram iudice ecclesiastico: cùm ibi tardius possint iustitiam consequi: quia in foro ecclesiastico lites fiunt immortales, propter longas dilationes, & plures appellationes, quæ iura nostra canonica permittunt. Et propterea multoties consului aliquibus personis ecclesiasticis, monasteriis, & piis locis habentibus ecclesiasticos iudices, coram quibus poterant aduersarios laicos conuenire: quòd eos coram iudicibus secularibus conuenirent: quoniam ibi vberius & citius ius redditur, præsertim hac tempestate, qua Christianissimi reges nostri felicissimè regnant,& rempublicam in pace & tranquillitate tuentur, iustitiæ administrationem peritissimis hominibus committendo. Quod (proh dolor) aliqui ecclesiarum prælati minimè faciunt, imò illiteratis,& insipientibus,& (vt ita dixerim) asinis ferratis nonnunquam committunt, & quod deterius est, iurisdictionem vnà cum redditibus maiores offerenti pecunias (sine personarum distinctione) concedunt. Qui,vt pecunias promissas, & aliquid lucri consequantur, per fas & nefas exigere non verentur. Quo fit,vt rarò apud ecclesiasticos iudices iustitia ministretur. Quis ergo tam insanus, támque demens, hoc velllet vti priuilegio, quod hodie (propter sceleratissima facta nostra) in graue damnum & iacturam non mediocrem retorquetur? Impossibile tamen est, quòd hæc duret calamitas: quia scriptum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Expectemus igitur altissimi ac summi Dei consolationem: non enim dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel. Hæc autem quamplures huius regni prælatos (quos noui) non tangunt, qui prouinciam & oues sibi commissas rectè gubernant,sed illos tantum,qui contrarium faciunt, præsertim delegati,iudices, & conseruatores.

Conclusio.

SVMMAE RERVM.

1 *Iudex ecclesiasticus an possit sententiam suam exequi contra laicum.*
2 *Clericus si reconueniatur coram iudice laico, an poterit iudex laicus exequi sententiam in bonis ipsius clerici.*
3 *Iudex ecclesiasticus potest compellere laicos de iniuriis & damnis ecclesiæ illatis satisfacere.*
4 *Iudex secularis cognoscit de causa merè ciuili contra clericum coniugatum.*
5 *Iudex ecclesiasticus priuat laicum militia temporali.*
6 *Episcopus potest pro crimine retinere laicum in perpetuos carceres.*
7 *De dote restituenda potest episcopus pronunciare, non*

non tamen potest mittere in possessionem laicalem, nisi per iudicem secularem.
8 *Iurisdictio mera non trahit ad se mixtum imperium.*
9 *Sententia lata à iudice, qui non præest territorio (vt est episcopus) mittetur executioni per alium qui præest territorio, absque requisitione iudicis iudicantis.*
10 *Delegatus Papæ non potest mandare executioni sententiam in rebus temporalis iurisdictionis.*
11 *Episcopus non potest exigere pœnam pecuniariam à laico sibi temporaliter non subiecto.*
12 *Confiteri debet Christianus peccata semel in anno.*
13 *Statutum laicorum contra arma portantes, ligat clericos.*
14 *Sententia contra laicum à iudice ecclesiastico lata, remittitur exequenda iudici seculari.*
15 *Clericus degradatus, si se immiscet in ministerio sibi interdicto, excommunicandus est, & qui cum eo communicauerit.*
16 *Papa non potest tollere ordinem iudiciarium in terris imperij, nec committere causam cum clausula, appellatione remota.*
17 *Papa non potest mandare laico de terris imperij & de iurisdictione temporali, vt rem suam alij præstet.*
18 *Iudex ecclesiasticus delegatus, vel ordinarius, cognoscens principaliter de matrimonio, & incidenter de dote, nõ poterit suam sententiã exequi.*
19 *Iudex ecclesiasticus potest quandoque cognoscere contra laicos.*
20 *Clericus legalibus pœnis puniendus per iudicem secularem, non punitur per eum nisi tunc demum facta traditione per iudicem ecclesiasticum.*
21 *Laicus licet ratione causa sortiatur forum episcopi, non tamen per hoc potest dici subditus.*
22 *Hæretici possunt à iudice ecclesiastico capi, & carcerari.*
23 *Concubina clerici punitur per episcopum, & si non potest eam punire, tradat eam iudici seculari.*
24 *Laicus ratione sacrilegij efficitur de foro ecclesiæ.*
25 *Carcerandi non sunt laici, nisi per iudices seculares, quibus subsunt, respectu personarum & bonorum.*
26 *Doctor qui habet iurisdictionem in scholares, potest sententiam ferre non tamen poterit suam sententiam exequendo alicui dare possessionem corporalem.*
27 *Consuetudo tribuit iurisdictionem non habenti. & nu.28.*
29 *Delegatus inferioris à principe, potest subdelegare, si hoc habeat consuetudo.*
30 *Laicus potest capi & carcerari à iudice ecclesiastico, si consuetudo legitimè præscripta interuenit.*
31 *Excessiu appellatione veniunt omnia delicta & crimina.*
32 *Causæ criminales censentur arduæ.*
33 *Ex consuetudine an possit quis acquirere iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus.*
34 *Præscribi non possunt incorporalia, siue scientia & patientia eius, cuius interest.*
35 *Iurisdictio non præscribitur, nisi data scientia & patientia eius contra quem præscribitur.*
36 *Consuetudo si est nota ei, qui potest priuilegiare, a-*
quipollet priuilegio.
37 *Consuetudo non valet, nisi sit vniuersalis.*
38 *Clericus an consuetudine reconueniri possit coram iudice seculari.*
39 *Præscribi non potest locus, sine territorium, sine scientia & patientia regis.*
40 *Iurisdictio quanto tempore contra regem præscribitur.*
41 *Rex non potest donare vnam de ciuitatibus sui regni inuitis ciuibus.*
42 *Villa castra, & fortalitia regni, quamuis sint regis tanquam domini, regno tamen de iure pertinent, & successoribus reseruari debent.*
43 *Rex dicitur à regendo. quia res & iura regni regere debet.*
44 *Possessio vel quasi possessio, non re leuat possessorem ab onere probandi.*
45 *Generosum, vel exemptum à tributis iure sanguinis, vel ex priuilegio se prætendens, nisi statim doceat priuilegium tale, quod saltim præstet iustam causam præscribendi lite pendente, non tenebitur in possessione libertatis.*
46 *Possessor non tenetur ostendere titulum suæ possessionis.*
47 *Emphyteota an teneatur ostendere titulum, seu instrumentum emphyteoticum, & dare copiam illius.*
48 *Titulum in re aliena quam fatetur alienam prætendens, cogitur ostendere titulum suæ possessionis.*
49 *Rex est iudex competens in causa sua, vbi vertitur dubitatio de iurisdictione, vel iuribus regalibus.*
50 *Causa dotalis debet plenariè cognosci, non summariè, & in ea offerendus est libellus, lis contestari, & sententia in scriptis proferri.*
51 *Iudex debet abbreuiare dilationes in causa dotis.*

SED EST pulchra dubitatio, præsuppositofine veritatis præiudicio,q† ecclesiasticus sit competens iudex inter laicos super causa dotis, quando principaliter vel incidenter tractatur: vel si ad instantiam viduæ & miserabilis personæ condemnauit laicum super dotem:nunquid potest contra eum exequi sententiam suam: & quomodo se debet habere. Item an poterit mittere actorem in possessionem rerum, super quibus pronunciauit?Hanc dubitationem ante omnes or sus est Inno.in ca.significasti.suprà,de offi.deleg. ad finem, vbi recitat duas opiniones his verbis. Item nõ credimus, quòd delegatus Papæ in rebus,quæ non sunt eius iurisdictionis, puta in possessionibus laicalibus, possit dare possessionem corporalem:puta si cognoscat de dote,vt infrà de donatio.inter vir.& vxor.de prudentia.vbi notatur,vel de aliis consimilibus. Sed laico iudici dandam mãdabit.ff.de re iud.à diuo Pio.§.j.xcv.dist. cùm ad verum xj.q.j.de persona. in fi. Secus autem in possessionibus ecclesiarum, quia in illis dabit corporalem possessionem,vt est dictum.

An iudex ecclesiasticus possit exequi sententiam cõtra laicos &c.

Alij tamen dicunt, quòd ex quo causa est de iurisdictione ecclesiæ, licet possessiones sint laicales,tamen iudex ecclesiæ siue ordinarius, siue delegatus,etiam in possessiones laicales sententiam exequetur. Hæc ille. qui in effectu videtur residere in secunda opinione, quamuis aliqui aliter eum referant, & malè. quoniam hoc

Opinio vltima.

certum est, quòd quando glos. vel doctor refert plures opiniones, præsumitur in dubio approbare vltimam, secundùm glos. in l. qui filium. ff. ad Trebellia. facit glos. finalis in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictio. om. iudi. & in c. super inordinata. suprà, de præbend. Ioan. Andre. post Hosti. in c. j. in verficu. nostra. de pœnis. lib. vj. in c. j. co. v. verficu. in glo. vt quia. de sentē. excom. eodem li. Collectarius in c. forus. infrà, de verb. sig. qui expresse loquuntur de Innocentio, plures opiniones referente. facit texus in c. capellanus. supr. de feriis. tenet Bal. in c. j. in titulo. an apud iudicem an dominum. libro feudorum. & in authen. ex testamento. iij. col. C. de col. Io. de Imo. in c. fin. pe. char. suprà, de præscrip. Io. de Anania, in c. fin. ij. col. infrà, de cle. percu. Ludo. in l. iij. §. Neratius. ff. de acqui. pos. & singulari xcij. incipiēte, quæro à te. Fely. in c. j. suprà, de const. co. fin. ver. quartò no. Iason in l. j. col. xix. in prin. C. de iure emphy. & in dicta l. si idem cum eodem. in fi. dixi suprà, §. xiiij. Hanc ergo vltimam opinionem videtur approbare Innoc. quam sequitur ibi Andreas Siculus. ix. col. versi. mihi videtur. motus per text. & quod ibi notatur, in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorū. & in l. si prædium. C. de prædiis minorū. per Bald. in l. j. C. de cōtrahen. emptio. & nota. in c. in venditionibus. xvij q iiij. in c. pastoralis. de priuilegiis. & in c. in nostra. de sepult. vbi tradit secundùm eum, quòd si minor huius domicilij alienauit rem existentem in diœcesi Mutinensi, vel ecclesia Bononiensis alienat rem existentem in diœcesi Mutinensi, potest interuenire authoritas iudicis domicilij, pro re existente alibi, ita videtur dicendum in proposito, secundùm eum. Hoc idem videtur de mente io. de imo. in c. j. de mutuis petitionibus. vbi dicit, quòd si
2 †clericus recōueniatur coram iudice laico. iuxta no. in c. at si clerici. de iudi. per gl. & in authen. & consequenter. & in l. cùm Papinianus. C. de sen. & interlocu. om. iu. poterit iudex laicus exequi sententiā in bonis ipsius clerici. licet propter opiniones euitādas cautius est, secundùm eum, quòd episcopus illā exequeretur. fortius idem erit dicendum de iudice ecclesiastico, respectu laici. Hanc sequitur Andreas Sic. in c. licet. de pœnis. qui pro hoc allegat text. in c. cōquestus. de foro compe. in
3 fin. vbi permittitur iudici ecclesiastico †compellere laicos, de iniuriis & damnis ecclesiæ illatis satisfacere. & bene facit tex. in d. c. licet. de pœnis. in verbo, exigunt. quia exigere est ab inuito extorquere. l. lex fideicommissa. de leg. iij. Idē tenet Andreas Siculus in c. ad aures. de pœnis. per illum tex. vbi vide Marianum, in primo nota. Ad
4 idem facit, quia licet †iudex secularis cognoscat de causa merè ciuili contra clericum cōiugatum. c. vno. de clericis coniug. lib. vj. per Io. And. & alios, sed iudex ecclesiasticus illam exequitur, secundùm Ancha. ibi, in iiij. notabili, per c. fi. de exce. eo. li. Multo ergo fortius poterit iudex ecclesiasticus exequi cōtra laicos sententiam. quam ipso iure profert. Ad idem bonus text. in c. ij. de pœni. & remi. vbi iudex †ecclesiasticus priuat laicum militia temporali. vide ibi Marianum, in primo notabili. ego ibi latissimè scripsi, atque diffuse, colum. cxiiij. bene facit c. finali. de pœnis, ibi, propter excommunicationis contemptum sumitur per ecclesiā pœna tēporalis, absoluendo subditos ab eius subiectione, & debitores ab eius debito, secundùm Hosti. ibi. ar. ca. cùm secundum leges. de hæretic. lib. vj. & c. pro humani. de homicidio. eo. lib. quod est valde no. secundùm Ab. ibi ex quo infert, quòd iudex ecclesiasticus potest mulctare laicum excōmunicatione contemnentem. quod dicit esse not. de quo infrà latius. Hāc sequitur Fely. in d. c. significasti. in fin. dices, quòd iudex ecclesiasticus modestè facit, nō exequēdo sententiam in bonis laicorum, si eo exequitur, executio tenebit. Sed communis opinio procedit de vrbanitate, hæc verò de rigore, quia cum episcopus possit punire laicum non sibi subiectū, pro crimine spectāte ad ecclesiā, ergo eodē modo poterit in bonis laicalibus exequi sententiā, super rebus, superquibus potest ferre sentētiam. allegat etiā Dominicū in c. cū episcopus. de offi. or. li. vj.
6 vbi dicit, q †episcopus pro crimine potest retinere laicum in pœnā in perpetuos carceres, quod dicit Felyn. fore notandū, & ita refidet. Adde ℣ Dominicū refert, & sequitur Io. de Anania in ca. qualiter & quando. el ij. §. ad corrigendos. colū. viij. de accu. & in c. ij. de adul. & in rubrica, de sortilegis. & Stephanū Aufrer. in repetitione clem. j. de offi. or. fo. xxxviij. col. iij. ver. j. pro crimine. pro quibus videtur text. in c. attendendum. & c. quisquis. xvij. q. iiij. & in c. contra idolorū. in verbo, perpetuas inclusiones. xxvij. q. v. & c. j. de hęreticis. libro vj. & clemen. j. eodē titu. ibi, duro carceri, & cętera. quæ iurā permittunt iudici ecclesiastico, qui de crimine ecclesiastico conti a secularē cognoscit, eum carcere perpetuo deputare, aliisq; pœnis tēporalibus afficere. Sed reuera, si rectè verba Innocentij in d. c. significasti. attēdantur, contrariam videtur tenere sententiam, dicit enim in principio, Item non credimus. per quod videtur illā opinionē reprobare, & alterāeligere, quam statim subiicit, cùm dicit, Sed laico iudici dandū mandabit. quanquam postea aliā referat opinionē, dicendo, Alij tamen dicunt. quia quando aliquis doctor vel glo. plures recitat opiniones, ex eius tamen verbis cōstat, quam eligit, illa dicetur sua opinio. Idē, si simpliciter eas recitat, & postea subdit, Alij dicunt, vel Quidam dicunt. nam tunc prima opinio censetur esse sua, nō secunda, vel vltima. ita colligitur ex gl. in rubr. ff. si certum peta. iuncta gl. in l. certi cōdictio. in prima. eo. ti. Quod videtur rationi cōsentaneū, quia dictio, alij, excludet loquentem. ita dicit Iason in d. l. si idē cum eo. in fi. ff. de iurisd. om. iudi. Prima ergo opinio dicetur esse Innocentij, quamuis aliqui contrà. Sed Hosti. in d. c. significasti. sequitur primam opinionē, tanquam iustiorē, per ea quæ notantur in c. postulasti. supr. de foro cōpe. cum hoc transit ibi Io. An. circa finē. & etiam Anto. in fi. &
7 Bal. dicens, quòd †episcopus potest pronuntiare de dote restituenda, nō tamen potest mittere in possessionem laicalē, nisi per iudicem secularem.
8 & hoc teneas secundùm eum, quia †mera iurisdictio non trahit ad se mixtum imperium, imo est ratio secūdùm eum: quia est territorium alienum: vt l. cùm auus. §. is qui. ff. de bonis autho. iudi. po. & ideo dicit glo. ordina. in simili, quòd licet ratione dubitationis contractus vel delicti, iudex possit sententiare, non tamen poterit mittere in possessionem, sed ex eius relatione mittet, iudex, in cuius solo vel territorio res est, vt not. ff. si quis

Opinio contraria.

Nota.

quis in ius vo. non ierit. l. ex quacunque. in gl. no. ex causa. quam gl. tene fixè menti, secundū Bald. qui subdit se credere, quòd si esset incertum, an esset de territorio pronunciantis, vel non, quòd possit in possessionem mittere ratione dubitationis territorij. & ita quieuit. Huic sententiæ videtur adhærere gl. fi. quam sequitur Bal. in l. episcopale. C. de epi. audi. vbi dicit per illum tex. quòd sentē
9 tia †lata à iudice, qui non præest territorio, vt est episcopus, mittetur executioni per alium. qui territorio præest. absque requisitione iudicis iudicantis. de cuius dicti veritate vide Alex. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. §. sententiā. v. col. ver. iij. limita. Hanc opinionem sequitur Ange. in l. fi. C. de iu
10 diciis. vbi dicit, quòd †delegatus Papæ non potest mandare executioni sentētiam in rebus tēporalis iurisdictionis: vnde si fuit delegatus superactione de dote, non mittet actorem in possessionem rerum conuenti. allegat Innoc. in d. c. significasti. & in c. verum. de fo. compe. licet in eo libro ibi non dicit. Eandem opinionem tene Laudimius in cle. j. de offi. dele. & sequitur ibi Cardinalis v. q. & An. Sicu. in c. si quis contra clericum. de fo. cōpe. col. lxxvij. dicentes, quòd, in possessionibus laicalibus executor, vel alius delegatus Papæ non exequitur, sed recurrit ad brachium seculare. Ista est cōmunis sententia scribentium: ad cuius confirmationem facit illud, quod no. voluit Io. An. in
11 c. j. de hdmici. lib. vj. iij. col. in ver. bonis mundanis. vbi dicit, quòd †episcopus non potest exigere pœnam pecuniariam à laico sibi temporaliter nō subiecto, sed debet per laicum illam exequi. De ista decisione Ioan. An. meminit Abb. in c. licet. j. de pœnis. prope finem. de qua infrà subiicio. ver
14 si. & quamuis ex permissione principum. & videtur de mente eiusdem Ioā. An. in c. omnis vtriusque sexus. de pœni. & remissio. in verbo, studeat.
12 vbi post Hosti. dicit, †q; si Christianus negligens fuerit confiteri secretx suæ, saltem semel in anno, per censuram ecclesiasticā est cogēdus: vt patet, de spō. c. ad audientiam. in fi. & tandem ad requisitionem ecclesiæ per brachium seculare: vt patet in eo, quod legitur & notatur de Iudæis. ita quorundā. §. pe. & de hære. c. excommunicamus. cl j.
15 §. si vere dominus temporalis. hæc ille. Bene facit c. secundùm canonicam authoritatem. xxiij. quę. viij. in fi. ibi, & regia potestate dare cogatur. Ad

Arma.

hoc facit, quod in simili dicimus econuerso, licet
13 statutum laicorum, †contra arma portantes, liget clericos, quia in his quæ concernunt publicam vtilitatem comprehenduntur clerici. l. addictos. C. de epis. audien. & quod no. in l. ex ea. ff. de postu. sed non portare arma concernit publicam vtilitatem. vt authen. de armis. in princip. & de hoc est casus in cap. j. de clerico violatore pacis. lib. feudor. in prin. aliàs est sub ti. de pace tenenda, & eius viola. §. si clericus. Item quia eis est prohibitum deferre arma, vt capitulo secundo. de vita & hone. cle. Pœna tamen huius delationis exigetur coram iudice ecclesiastico, non seculari, vt authenti. statuimus. C. de epis. & cle. & cap. si diligenti. de foro compe. & dicto §. si clericus. Ista sunt notanda verba Ioan. de Plat. in §. item lex. Iuli. Institt. de publicis iudi. iiij. colum. versiculo, item nunquid. Pari ergo ratione idem videtur dicendum econuerso, vt pœna contra laicos sit exigenda corā iudice seculari, vt idem ius, quòd seruatur clericis, quantum ad hoc, seruetur etiam laicis. Fundamentum principale huius partis est text. in c. postulasti. suprà de foro compe. vbi si episcopus, in cuius diœcesi commissum est delictū, condemnauit & priuauit clericum beneficio, quod in alia diœcesi habebat, non exequitur sententiam, quo ad beneficium: sed episcopus diœcesis, vbi est beneficium, illam exequitur. & ita iudex non potest exequi sentētiam in bonis alibi sitis. Cùm autē bona laici sint prorsus exempta à potestate iudicis secularis, non poterit manus extendere, sed iudici seculari remittere debet. Facit text. & quod ibi notatur, in l. à diuo Pio. §. sententiā. ff. de re iudi. & c. Romana. §. contrahentes. de fo. cō petē. Ad idē facit tex in c. postulasti infrà. de Iudæis. vbi si Iudæus manus iniecit in clericum: quamuis per hoc sacrilegium committat: si non est de temporali iurisdictione ecclesiæ, remittendus est suo domino temporali, vt compellat eum, quatenus passo iniuriam, & ecclesiæ satisfaceret competenter. & ita quāuis super iniuria ratione criminis possit iudex ecclesiasticus se intromittere, quo ad satisfactionē, tamen remittendus est ad iudicem secularem, respectu bonorum. Ad idem facit ca. in nonnullis. in fi. & c. ita quorundam. & c. ad liberandum. eo. ti. & c. postulasti. de homi. Ad idem c. post miserabiliter. & c. quāto. de vsuris. vbi Iudæi per potestates seculares compelluntur vsuras restituere. Ad idem text. in c. ij. de maledicis. vbi laicus blasphemans deum virginem, vel sanctos, condemnatus per iudicem ecclesiasticum, si diues fuerit, in quadraginta solidis: per temporalem potestatem cogendus est solu
ere. Ecce, quòd †condēnatione à iudice ecclesiastico factā contra laicum, ille nō exequitur, sed iudici seculari exequēdā remittitur. Aliter potest ille tex. induci. ibi enim imponitur à iudice ecclesiastico laico blasphemanti pœna, quòd vnum, duos, vel tres pauperes reficiat, vel alia pœna similis: quam si noluerit implere, ecclesiæ sibi interdicatur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura. non tamē exequitur alius. Ad idem tex. in c. ij. de clerico excō. minis. vbi si clericus degredatus se immisceat in ministerio sibi interdicto, excommunicandus est: & quicunque cum eo cōmunicauerit, sciat se esse excommunicatum. q; si aliquis omnia ista contempserit, & episcopus minime emēdare potuerit, regis iudicio ad requisitionē ecclesiæ exilio damnetur. Ecce quomodo pœna imposita laico per ecclesiam, venit per iudicē secularem exequēda. Ad idē facit text. in c. nec licuit. xvij. di. intelligendo, quòd illi delinquentes erant laici. Nam dicitur ibi in fi. secundū canones, per seculares oportet opprimi potestates. Ad idē c. petimus. xj. q. j. vbi contra
tur secundùm statuta gloriosissimorum principum secularium, hoc est ex sua commissione, vel mandato seu permissione: non ergo aliàs. Ad idem c. de Liguribus. xxiij. q. v. ibi: quod si forte & hoc contempserit, & permanserit, diuisiones primantur. & in fi. cum dicit, Vt facientes scissuras in sancta ecclesia, non solùm exiliis, sed etiam proscriptione rerum, & dura cūstodia per publicas potestates debeant coerceri. Ad idē est bonus tex. in c. laicus. de fo. cōpe. li. vj. vbi ille laicus

ratione

ratione iuramenti per censuram ecclesiasticam compellitur fideiussorem seruare indemnem, non tamen per captionem rerum suarum, vel alias. Ad hoc bene facit l. placet. C. de sacrosan. ecclę. vbi iudex ecclesiasticus excommunicat, & secularis deportat sacrilegum facit etiam tex. in c. causam quæ. el j. suprà. qui filij sint legi. vbi iudex ecclesiasticus ratione incidentiæ cognoscens de hæreditate, non mittit manus ad illam, sed iudici seculari remittit. gl. in cle. j. de vsuris. in ver. censura. Ratio prædictorū potest esse, quia iurisdictiones & potestates ecclesiastica & secularis, diuersæ sunt, & separatæ: & alter alterius honorem & præeminentiam seruare debet. & falcem in alterius messem mittere non intendit: vt c. cum ad verum xcvj. di. & in c. nouit. de iud. cum concor.

Ratio prædictorum.

16 Et inde est, quòd †Papa non intendit, nec potest tollere ordinem iudiciarium in terris imperij: vt est gl. no. in cle. dispendiosam. de iudiciis in ver. vsuris. ante fin. quam ibi no. doc. & Bald. in l. eos. ad finem. & in l. si pro te. C. de vsuris. de quo fecimentionem col. ccxxv. in princ. & propterea in terris imperij Papa non potest committere causam, cum clausula, appellatione remota inter laicos: quia Papa non habet exercitiū iurisdictionis temporalis in terris imperij. cle. pastoralis. de re iu. Hinc dixit no. Inno. in c. inquisitioni. de
17 sen. excōmuni. q† Papa non potest mandare alicui laico de terris imperij, & de iurisdictione tēporali, vt rem suam alij præstet. quod est valde notandū, secundū Abb. ibi, in fi. & in ca. ad audientiam de præscr. iij. colum. & in ca. venientes. de voto. & in c. quæ in ecclesiarū. suprà. de cōsti. iiij. colum. vbi late per Fely. xl. col. Procedit ergo iudex ecclesiasticus contra laicos, secundùm quod canones censent, primo excōmunicando, deinde anathemutizando, & inter dicēdo, postea cum ecclesia non habeat vltra quid faciat, inuocet brachium seculare. Antè enim, quàm ista faciat, non debet inuocare brachium seculare. vt est gl. no. re lata ad tex. in cle. dispendiosam. de iudi. in ver. coercere. & ibi no. Lanfran. in repetitione viij. colū. fi. gl. in cle. fi. de decimis, vide Oldr. consil. lxxxviij. incipiente, episcopus inuocat. & Anc. in
19 regula, ea quæ fiūt. xlvij. co. q. xj. licet cōtrà sentiat Pau. de Ca. consi. infrà allegando. & traditur in prædictis iuribus, & in c. cū nō ab homine. de iu. Ex quibus iuribus sumpta fuit lex regni, quā edidit rex Ioānes secūdus, in ciuita Burgēsi, an. Mcccc xxix. petitione v. & an. Mcccc xxx. petitione xxxviij. vbi statuit, quòd iudex ecclesiasticus iurisdictionem secularis iudicis non perturbet, nec in laicorum bonis, vel personis executionem faciat, sed ad talem executionem faciendam requirat, & inuocet brachij secularis auxiliū vt li. j. Ordi. tit. de los prelados. l. vij. ti. de los iuizios. l. iij. & infrà. fo. lxx. co. in fi. In casu igitur, de quo loquimur, quòd iudex ecclesiasticus reperiatur iudex, ad cognoscendum de causa dotis inter merè laicos, & de temporali iurisdictione, ita debet procedere: non poterit suā exequi sententiam in bonis & rebus laicorum merè profanis, sed executionē iudici seculari remittere. Et istud teneo, teneāt alij, quod voluerint, quorū opinio potest procedere in terris subiectis ecclesiæ. Nec facio differentiā, quantū ad huiusmodi inuocationem brachij secularis, inter iudicem ecclesiasti-

Lex regni.

Brachiū seculare.

cum ordinarium, & delegatum: nam vterq; potest inuocare: vt no. in c. j. de off. or. & in d. c. significasti. vbi communiter omnes doctores tenent, & Arch. in c. administratores. xxiij. q. v. Fred. cōl. clxiij. incipiēte, in Christi, super inuocatione. & Car. in d cle. j. de offi. dele. in x. q. & Dominicus in c. vt officium §. denique. de hæreticis. lib. vj. & Pau. de Ca. consi. xxix. incipiēte, in Christi &c. vi sis actis tractatis in captura &c. videas Ant. in catanta. de excessibus prælatorū. In quo articulo, tanquā indubitato, non est vlterius insistendum. Ex prædictis infertur conclusio generalis, quòd
18 †iudex ecclesiasticus delegatus, vel ordinarius, cognoscens principaliter de matrimonio, & incidenter de dote: non poterit suam sententiā exequi nec capiendo bona, vt prædixi, nec capiendo personā Itaque in omnibus casibus, in quibus damus iurisdictionem iudici ecclesiastico inter meros laicos: quamuis possit sententiam inter eos proferre, & pro executione sententiæ excommunicare, & interdicere, non tamen poterit exequi in bonis temporalibus, nec capere personam, & carcerare, sed debet hæc iudici seculari remittere. cius, si opus fuerit, auxilium inuocando. Ita tenet Oldra. licet non bene firmet, consi. lxxxvj. incip. quæritur cui ecclesia. & clarius Io. An. in additionibus ad Specu. tit. de offi. or. Io. An. & Anch. in c. cùm episcopus de offi. ord. lib. vj. Idem Anc. latius in repetitione regulæ, ea quæ fiunt. q. xj. Ludo. in singulari dcciij. incipiente, tu scis, quòd de iure ciuili. primò per ea quæ dicta sunt. signanter per text. in d. c. postulasti. vbi data facultate alicui iudici iudicandi non subditū, non est data facultas exequendi in bonis alibi sitis: fortius nec in persona, cuius sunt bona, cùm persona sit quibuscunque rebus dignior: in § fi. Inst. de iure na. & l. iustissime. ff. de ædi. edic. præsertim, quia & si laici ex aliquibus causis ratione delicti vel aliàs, efficiantur de foro ecclesiæ. non tamen propriè dicūtur subditi: vt no. in c. à nobis. el. j. infrà de sen. excom. sentit gl. no. in cle. vna. ver. subditos. de fo. compe. Secūdò facit text. in c. j. suprà, de offi. or. vbi episcopi singularium vrbium habent liberam potestatem, †adulteria & scelera inquirere, vlcisci, & iudicare, secundùm quod canones censent, absque impedimento alicuius. & cùm opus fuerit, publicum inuocent auxilium non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ deo sunt placita, prosequendum Datur ergo iudici ecclesiastico facultas cognoscendi aliquando contra laicos. secundùm quod canones censent. scilicet vtendo mucrone spirituali, & postquam non habent, quid faciant, inuocent auxilium brachij secularis. iste est sensus illius literæ, si non cauillemur. Tertio hoc clarius probat textus in dicto capitulo cùm episcopus. de offic. ordin. libro vj. vbi episcopo permittitur audire causas spectantes ad ecclesiasticum forum, ir. loco etiam exempto suæ diœcesis, personas tamen ecclesiasticas, cùm earum excessus exegerint, capere, ac carceri deputare. Ecce, quòd licet permittatur iudici ecclesiastico cognoscere inter laicos de causis ad se pertinentibus: quatenus tamen loquitur de carceratione, solummodò permittitur sibi capere clericos, vel ecclesiasticas personas: non ergo laicos: idem probat textus in capitulo quamuis. de pœnis. eod. li. dum dicit, Nos tamen non improbamus,

An iudex ecclesiasticus possit laicos carcerare.

bamus, si subiectos sibi clericos, confessos de criminibus, seu conuictos, in perpetuum, vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mācipes. Vn de exquo illa iura loquuntur de captura clericorum, ergo non debent extendi ad capturam laicorum: quia limitata causa limitatum parit effectū. item quia iurisdictio ecclesiastica distincta est à seculari: vt d. c. cùm ad verum. & d. c. nouit.
20 de iudi. Item sicut †clericus legalibus pœnis puniendus per iudicem secularem, non punitur per eum nisi tunc demum facta traditione per iudicem ecclesiasticum: vt d. c. cùm non ab homine. &c. vt fame. de sen. excom. & c. degradatio. de pœnis. lib. vj. ergo pari ratione, nec ecclesiasticus debet laicum capere, nisi de mandato, vel permissione secularis. Item quando iudex ecclesiasticus procedit contra sacrilegum, ipse profert sententiā: sed secularis ipsum deportat, illud ergo, quòd in personam fiendum est, seculari iudici reseruatur: vt l. placet. C. de sac. san. ec. & in authen. de manda. principum. §. si verò canonicum. col. iij. & merito, quia in casibus, in quibus iurisdictio datur iudici ecclesiastico cōtra laicos, non potest ille solus cognoscere: sed præses prouinciæ cum illo cognoscit. ille ergo solus non poterit carcerare, nisi saltim interueniat cōsensus secularis. Ad idem allego text. à nemine allegatum ad hoc, in c. postulasti. infrà, de homicidio. vbi littera dicit, Quæsiuisti præterea, vtrum contra quosdam contempta excommunicationis sententia, debitas ecclesiis decimas subtrahentes, tibi regiam implorare liceat potestatem, ad solutionem ipsarum, vix absque sanguinis effusione valeant coarctari. Ad quod simpliciter respondemus, quòd si re de huiusmodi querimonia simpliciter deponēte, rex, cui ad bonorum laudem, vindictam verò malorum gladius est commissus, vt in eosdem rebelles traditam sibi exerceat potestatem: eorum erit duritiæ imputandum. Ecce, quomodo ibi episcopus procedebat cōtra laicos propter sacrilegium à se commissum, cò quòd decimas ecclesiarum subtrahebant: quos episcopus excommunicauit, & fecit quòd in se erat: & demum recursum habuit ad regem, vt illos caperet, & castigaret. vide pragmaticam, quæ reperitur in principio, & li. iij. Ordina. ti. de los iuizios. l. iij. Istam partem tene, quamuis aliqui contrarium velint, signanter Io. de Imol. in d. c. cùm episcopus. de offi. ord. quem refert & sequitur ibi Dominicus, & etiā Philip. & Io. de Anania. in rub. de sacrilegiis. ij. col. ver. quomodo autem. Motiua istorum sunt ista. Primò, quia qualitas delicti facit laicum, de fo. eccle. vt no. in c. cùm sit generale. & in c. ex tenore. de fo. compe. & in authen. item nulla communitas. C. de epi. & cle. ergo potest illum capere, & carcerare. Ad hoc respondet Anch. in d. regula, q† nō sequitur, efficitur laicus de foro eccle. ergo habet executionē. hoc enim non conceditur, nisi in subditos suos, & in suo territorio. vt in capi. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. libr. vj. & l. cùm vnus §. is qui.
21 de bonis authori. iudicis possidendis. †Laicus autem, licet ratione causæ sortiatur forum episcopi, non tamen per hoc potest dici subditus: vt dicit glos. in simili, in cle. j. de foro compe. Similis glos. in cap. nuper. in verbo, tunc erit. de senten. excom. & ibi notat Abb. prope finem. dixi ple-

Conclusio.

Solutio contrariorum.

nius in c. qui presbyterum. infrà de pœni. & remis. col. xij. & in multis similibus hoc cōtingit, q† iura dant alicui potestatem cognoscendi, sed non exequēdi actualiter: vt d. l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iu. & l. iij. de dam. infe. Item licet territorium dici possit, quo ad laicos, & diœcesis reputetur in eodem situ, loco sibi subiecto, tamen territorium dici potest, quo ad laicos; & ipsorum possessiones & bona: quo ad clericos, & ecclesias, & eorum bona, potest dici diœcesis. facit cle. ne Romani. de electione. Licet ergo ratione quā dōque casuum emergentium, iudex ecclesiasticus cognoscat inter laicos, & de bonis ipsorum: & econuerso laicus iudex, quandoque de causis clericorum: tamen executio actualis videtur suo iudici reseruanda hoc est illi qui habet personā subditā, & bona in suo territorio. & hoc fatererentur Canonistæ de leui, ecōuerso, scilicet quòd licet iudex laicus cognoscat de causa clerici, vel de rebus suis, tamē coercere personas ecclesiasticas, vel eorū bona, per executionē realē, nō posset, sine mādato episcopi. cap. vt fame. de sen. ex. facit quod no. in c. postulasti. & in c. verū. suprà, de fo. comp. Vtātur ergo eodem iure episcopus in laicis, vt in bonis ipsorū: sicut vellet vti iudicē laicū in personis, & bonis clericorū. l. j. ff. quod quisq; iuris. Nō obstat ratio, super quā se fundant prædicti. s. q† ex quo habet episcopus potestatē cognoscēdi de possessionibus laicalibus, ergo habet potestatē exequēdi. Nā illa consequētia non est bona inter nō subditos, vel de bonis nō territorij: vt expresse patet in d. §. contrahentes. cū similibus prælegatis. Adducūt præterea pro causa auth. causa quæ fit cū monacho. in fi. C. de epi. & cle. vbi datur potestas episcopo detrudēdi laicū in carcerem: quia ibi est casus specialis sicut in hæresi, & aliis similibus, de quibus infrà subiicia: vel aliter melius procedat in terris imperij, vbi Imperator potuit dare episcopo hāc facultatē: sed in regnis nostris, nec imperator nec eius leges, vim habēt: cū regna nostra exēpta sunt Imperatore, vt in principio dixi, in introductione. col. viij. Adducūtur insuper c. j. de offi. or. vbi episcopo datur facultas in suis diœcesibus adulteria & scelera inquirere, & vlcisci, & iudicare: ad quod est necessaria captura & carceratio. ergo &c. Sed respondetur quòd hoc sibi permittitur, secūdum quod canones censent. Canones autem de hac captura laicorum, vel executione in rebus laicalibus, non expresse loquuntur, sed de censura. de verb. sig. quærenti. Non debemus ergo absque canonibus hoc firmare: quia erubescimus, cū fine lege loquimur. l. illam. C. de collationibus. & in authen. de triente & semisse. §. considerēmus. & quod non est sanctorum patrum decreto sancitū &c. c. inter corporalia. suprà: de translatione prælatorum. ista sunt verba Ancharani, vbi suprà. & ita quiesc. Non obstat tex. in c. excōicamus. el ij. in fi. de hæ. & c. vt cōmissi. c. o. ti. li. vj. & incle.
22 j eo. ti. vbi †propter crimē hæresis permittitur iudici ecclesiastico laicos capere, & carcerare: quia ille est casus specialis in fauorē fidei introductus. est enim crimē merè ecclesiasticū, in quo iudex secularis nullo modo se intromittere potest, directe, vel indirecte: vt in di. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. eo. ti. & li. vide legē regni j. parti. ti. vj. l. xlviij. Et inde est, quòd si iudex ecclesiasticus aliquem

Hæresis.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliquē lapsum, vel relapsum in hæresim, vt hæreti cum cōdemnauit, & illū protestati seculari tra dit puniēdum, potest as secularis debet illū puni re, & nō potest petere processum, ad videndū v tī iustè vel iniustè fuerit cōdemnatus. Ita tenēt Anch. Io. de Imo. & Ab. in c. j. de offi. or. dānantes per hoc doctrinā Bart. in l. diuus. ff. de custodia reo. & in l. magistratibus, ff. de iurisd. om. iu. & ibi Bal. approbat. Sed Ang. & Ia. reprehendunt Bar. Idē fuit de mēte Bal. in authē. clericus qui. C. de epi. & cle. Sed An. Sic. in d. c. j. col. xxxj. ver. tu pōdera. dicit, quòd in crimine hæresis iudex ecclesiasticus est cōpetēs iudex ad cognoscēdū, & declarādum aliquē hæresim cōmisisse: sed iudex secularis ad puniēdum. vt probatur in c. super eo. de hære. li. vj. in ver. relinquēdi sunt iudicio seculari. ergo est index, & nō nudus, vel merus executor. Idem probat tex. in c. præsidentes. eo. tit. & li. dum dicit, quòd præsidētes, & alij iudices seculares, in causa hæresis debēt iustitiā & suū officiū exercere: officiū autē iudicis est iudicare. Vnde non dixit ibi tex. sentētiam iudici ecclesiastici exequi, & per cōsequens sequitur, q quo ad imponēdam pœnā corporalē, iudex secularis est nō solū executor, sed iudex, secundum eum qui meo iudicio bene loquitur. Antiquitus enim punitio hæreticorū ad seculares spectabat principes: nam Deutero. vij. c. mādatū fuit populo Israel, vt aras hæreticorū subuerteret. & habetur xxiij. quę. iij. c. si audieris. & q. viij. c. Ie. & de Iehu rege Israel legitur, q occidit sacerdotes Baal. iiij. Re. c. x. & xxij. q. ij. c. vtilem. & eod. lib. c. xxiij ver. rex. itē Iosias ossa hæreticorū combusit. Iudex ergo secularis erit cōpetens ad puniendum hæreticos: vt l. quicunque. C. de hære. *Lex regni.* Et hoc etiā voluit lex regni. vij. partita. ti. xxvj. l. ij. quæ dicit, quòd hæreticus debet accusari coram episcopo, vel eius vicario: qui eos iudicabunt hæreticos, & tradent eos iudicibus secularibus, qui eos punient, secundū distinctionē ibi traditā. Cui legi in his regnis standū est. Sufficiat ergo iudicibus ecclesiasticis, quòd rex per suas leges remittit sibi causas hæreticorū, quantū ad cognitionē: sed punitionē sibi reseruat: & ita obseruatur in practica. Vnde iste casus nō debet trahi ad cōsequētiam: imo per locū à speciali probat cōtrariū. quia si hoc casu permittitur captura laicorū à iudice ecclesiastico, in cōtrariū est regula. ar. c. præsenti. §. loca. de præben. lib. vj. cap 24 sus enim excepti fiemant regulā in contrariū: vt c. quoniā frequenter. supra, vt lit, nō cōtē. cū concordātiis. *Concubina* Eodē modo respōderi potest ad tex. in c. fraternitatis. xxxiij. di. vbi concubina clerici traditur carceri, quòd similiter sit casus specialis & ratio specialitatis potest esse, quia concubina clerici grauiter delinquit in deū, & ecclesiam, adeò q efficitur serua ecclesiæ, & episcopus potest eā vēdere: vt dicit tex. in c. quidā. lxxxj. di. & hoc si nō habet filios. Si autem habuerit filios, claudatur in monasterio, ne filij pereant, secundum gl. j ibi. per d. c. fraternitatis. vbi vide gl. & tex. in c. ij. de coha. cle. & mu. in ver. fœmina vero canonicè iudicetur. & ibi gl. Ad idē glo. no. in c. eos. in ver. indulgemus, xxij. di. vbi dicitur, q 25 cōcubina clerici debet puniri per episcopū: & si nō potest eā punire, tradat eā iudici seculari. & sequūtur ibi Archi. & Domi. assignātes rationē, quia clericus in sacris, est astrictus voto castitatis: & illa fornicatrix cōmisit incestum, & sacrilegiū. c. virginibus. xxvij. q. j. & crimē sacrilegij punitur in iudicio ecclesiastico. c. quisquis. xvij. q. iiij. &c. cū sit. de fo. cōp. Item dicūt quod ideo adlitur iudex secularis in detectū, & non principaliter, quia talis non efficitur ancilla de iure ciuili, sed de iure canonico: vt est dictum. ideo propter hoc eximitur à iurisdictione seculari, & efficitur de foro ecclesiæ: vt etiā firmat Ab. d. c. cū sit generale. xiij. col. de fo. compe. & in c. si concubinæ. de sent. excōi. Itē quia efficitur de familia clerici, secundū Dom. in d. c. eos. ex quo infert, quòd familia clerici, etiā si sit prohibita retineri, dicitur esse de socero ecclesiæ, & potest per ecclesiā puniri.

Vel aliter poteris dicere, quòd licet concubina clerici possit tradi carceri, vt dictū est: nō tamen ibi dicitur, per quē, debet intelligi per iudicem secularē, cui est subdita. Vnde eius delictum non potuit eā eximere ab eius iurisdictione: & propterea leges regni eas puniri & castigari mādant per iudices seculares: vt dico infrà col. ccc. viij. Per ista patet solutio ad tex. in c. ij. de adul. vbi ille Felix, qui virginē stupraut, quāuis esset *Stuprum.* de lege pœna plectendus: Papa tamē legis duritiā molliens, mandat, quòd illā: quam stuprauit, vxorē habeat: aut corporaliter castigatus, excommunicatusque, in monasterio, in quo agat pœnitentiā, retrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine præcepto licētia. Dico enim, q ille tex. loquitur in foro cōscientiæ: vel si loquatur in foro contentioso, ille Felix erat de tēporali iurisdictione ecclesiæ. aliàs nō video rationē, quare iudex ecclesiasticus potuisset ratione stupri cognoscere contra laicū. Itē quia nō dicitur ibi, quòd detrudatur per episcopū: vnde intelligitur, q debeat detrudi per suū proprium iudicē. vide fratrē Ange. de Clauasio, in sum. in verbo, stuprū. in fi. Ex istis etiā resultat solutio ad c. attendendū. xvij. q. iiij. super quo principaliter se fundant doc. cōtra riam tenētes sententiā: vbi litera dicit, Attēdendū est omnibus, ne prædia vbibus secretorū cœlestiū dedicata, à quibusdam irruentibus vexētur: quod siquis forte fecerit, post debitæ vltionis a- *Sacrilegū.* crimoniā, quæ erga sacrilegos promenda est, perpetua dānentur infamia. & careceri tradantur. dicit ibi glo. ecclesia ergo habet carcerem. Procedit enim iste tex. in clericis sacrilegis. Et si dicas, idem in laicus, qui ratione sacrilegij efficiuntur de foro ecclesiæ: vt traditur in d. c. cū sit generale. de fo. cōpe. & c. cōquestus. Respon. quòd non dicit, quòd tradatur carceri per iudicē ecclesiasticū: nec est credendū, quòd Papa velit præiudicare principibus secularibus in sua iurisdictione, iuxta no. in c. nouit. de iudi. Vnde intelligendum est quòd debeat carceri tradi per suum iudicem secularem. Quod videtur de mente Hugo. & magistri Petri Mediolanēsis ibi super verbo, tradatur. sapatitoribus, vt iudicatus interficiatur. Nō ergo Papa vult ista fieri ab ecclesiastico iudice, sed ostēdit quid faciēdum sit à seculari: quamuis per carcerem, inclusio in nouū monasteriū per exiliū deportationis, reclusio in monasteriū renuatū. hæc sunt eorū verba. Vel intelligēdū, quòd ibi sit speciale ratione enormitatis criminis in ecclesiam cōmissi, vt de hæresi, & aliis dictū est: præsertim quia hodie per leges huius regni, sacrilegij puni

tio remit

tio remittitur ad episcopum, vel iudicem ecclesiasticū, vt habetur prima par. tit. xviij. l. x. incipit, defendimento. & Foro legum lib. j. ti. v. l. vij. incipit, ninguno. *Sortilegi.* Idem respondetur ad ca. contra idolorum. xxvj. q. v. vbi litera dicit, Contra idolorū cultores, vel aruspices, atque sortilegos, fraternitatem tuam vehementius pastorali hortamur vigilare custodia, quòd si emendare se à talibus nolle repereris, si serui sunt, verberibus vo lumus castigare, si verò liberi, inclusione digni, districtamque sunt in pœnam dirigendi. Et dicit ibi glo. colligi ex textu, quòd episcopus potest carcerare eos, intelligo, quando sunt clerici, vel 25 ecclesiasticæ personæ, laici enim non sunt carcerandi. nisi per iudices seculares, quibus subsunt, respectu personarū & bonorū. Vel loquitur ille tex. de hæreticis, & idolorum cultoribus, vel aruspicibus, qui similiter hæretici appellantur, & de sacrilegis, quos puniendos, castigandos, & carcerandos lex ciuilis regni nostri, iudici ecclesiastico remittit, vt in superioribus ostensum est. Ad hoc bo. tex. in c. accusatus. de hæreti. li. vj. vbi contra tales, velut hæreticos, procedendum est per inquisitores & fidei iudices. Et quamuis isti non sint proprie hæretici, satis tamen est, quòd largo sumpto vocabulo hæretici dicantur, ad hoc vt ecclesia de his cognoscat, & se intromittat, ex quo lex regni, quasi priuilegiū ecclesiæ concedendo, hoc sibi permittit: vt patet ex his, quæ dicta sunt. Vnde tale priuilegium in præiudicium concedentis extendi oportet: iuxta no. in l. beneficiū ff. de consti. prin. & in c. dilecti. supra. de dona. Et ita, quamuis ex permissione principum secularium ecclesia, & eius ministri, amplissimam habeant potestatem circa laicos, & eorum bona temporalia, quando sunt notoriè delinquentes, & inobedientes: quia episcopus excommunicat rebelles, & reddit eos ineligibiles, intestabiles, & inhabiles ad quælibet officia publica: vt d. c. excommunicamus. el ij. §. credentes. de hære. & in c. nouerit. de senten. excō. honore & successione priuat vt ca. j. de homicidio. lib. vj in c. licet. de voto. in carcerat hæreticos, & alios, de quibus supra ver berat, citra vindictam sanguinis: vt in c. in archiepiscopatu. de raptoribus. infligit characterem. sine periculo corporali. c. ad audientiam. de crimine falsi. infligit seruitutem: vt c. ita quorundam. de Iudæ. imponit multā, & cętera bona omnia confiscat: vt d. c. ita quorundam. & c. ad liberandam. & in d. c. j. de homi. li. vj. exiliū infligit. de iudi. cū nō ab homine. l. dist. c. accedens. Ad harū tamen pœnarum executionē, ad brachiū seculare recurritur. ita dixerunt Host. & Io. An. in d. c. j. de homici. lib. vj. iij. colum. in verbo, bonis mundanis. vt paulo antè dicebam. Non ergo poterit iudex ecclesiasticus bona eorum, vel personas capere: vt satis ostensum est. Et videtur hoc sentire Bal. in dict. ca. significasti in fi. de offi. dele. vbi di 26 xit, quòd † doctor, qui habet iurisdictionem in scholares, quamuis possit sententiam ferre, quia habet iurisdictionem in illos. authen. habita. C. ne filius pro patre. non tamen poterit suam sententiam exequendo alicui dare possessionem corporalem: quia ei nullum est assignatum territorium, licet sint assignati ei homines, id est personæ scholarium. Nec putat Bald. quòd possit scholares personaliter capere sua authoritate: sed debet recurrere ad superiorem. quia & si captura rerum sit imperij, captura tamen personarum maior est, & est meri imperij: vt ff. de iurisd. om. iud. l. magistratibus. hoc refert & sequitur ibi Cardi. & quamuis illi non dicant, idem voluit Spe. titu. de execu. sententiæ. §. nunc videndum. ver. qui de sententia rectoris. loquendo de executione sententiæ rectoris scholarium. vbi dicit, q eam mandabit executioni ordinarius. per authē. si quis litigantium. C. de epi. au. Vide Ioā. An. in addi. ad Spe. vbi suprà & Abb. in c. si quis contra clericum. suprà, de foro compe. Ad propositum nostrum quamuis ratione delicti, vel aliàs laicus efficiatur de foro ecclesiæ, vt ecclesia possit illum condemnare: non tamen poterit exequi suā sententiam in eius bonis, vel capere eius personam: quod est valde notandum, & vt credo verissimum. Vide quæ late scripsi in c. qui presbyterum. de pœni. & re. col. cxiij. ver. sed posito. Intelligo tamen, & limito prædicta, vt procedant, nisi forsan consuetudo legitimæ præscripta esset in contrarium, quæ habet quòd iudex ecclesiasticus, qui certis casibus potest cognoscere inter laicos, possit suam sententiam in eorum bonis exequi, vel ipsos carceri mancipare: quoniam cōsuetudo in hoc casu valida reputaretur, vt in terminis nostris decidit Bal. in d. c. significasti. in fin. suprà. de offi. dele. dicens, quòd licet de iure rector, qui potest inter scholares cognoscere, non possit exequendo suam sententiam, dare possessi corporalem, nec eos personaliter capere, fallit, ni si lex municipalis, vel consuetudo aliud disponeret, vt l. j. cum gl. C. de eman. libe. & ff. de testi. E 27 iij §. fi. vbi dicitur, quòd † consuetudo tribuit iurisdictionem non habenti. Ad idem est tex. in ca. irrefragabili. §. excessus. supra. de of. ord. & in c. dilecti. supr. de arbi. & non solum iurisdictionem habenti, vt loquuntur iura prædicta, sed etiam hūlam penitus iurisdictionem habenti, consuetudo tribuit iurisdictionē etiā priuato, vt est tex. vbicus, & singularis, in c. cū cōtingat. suprà, de foro compe. & nō repetitur alibi, secundū Io. An. quē alij sequuntur. Idē tenet Inno. in c. nouit. in ver. consuetudine. de iudi. & Ar. in c. conquestus. in fi. ix. q. iij. idem tenet gl. iiij. in c. cū quidā. de excep. li. vj & in c. Romana. in verbo, consuetudine. de app. eo. li. glo. iij. in c. cùm in ecclesiis. de præben. eo. lib. glo. vij. in capi. quoniam. de immunitate eccle. eo. lib. glos. maior in fin. ca. j. de pœnis. eo. lib. glos ij. in c. seruitū. xvij. q ij. Bart. Io. de Imo. & Ludo. in l. j. §. denique. ff de aqua plu. arcen. Bal in c. j. ij co. ver. consuetudo. qui teu. da. pos. Iason in l. more maiorum. vj. col. ff. de iu. om iud. gl. nō. in d. l. j. C. de eman. lib. quæ loquitur in iurisdictione voluntaria. vt not ibi Cyn. Bald. & alij, & Marianus in d. c. cùm contingat. iij col. Et hinc est, quod priuato homini ex consuetudine potest competere ius dandi tutores, ita dicit glos. not. in l. j. ff. de tut. & cura. da. ab his. quam dicit vnicam. Nico. de Neapo. ibi. Non est ergo mirandum. si is, qui aliàs est iudex, & iurisdictionem habet, potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem iudicandi in casibus, ad quos sua iurisdictio non extenditur: vt probatur in d. §. excessus. & in ca. fin. supr. de offi. archi. & in cap. accedentibus. infrà de priuile. & in c. Romana. §. debet. de appli. vj. & in l. cū prætor. §. iudicē. ff. de iudi. Ex quo

Cōsuetudo dat iurisdictionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde Felyn. in cap. super quæstione. §. si verò. col. si ver. 6. fallit de of. dele. & Ia. in l. à iudice. colum. iij. ver. limita de in. to. Ber.

dicebat ibi Angel. quòd † delegatus inferioris à principe, poterit subdelegare, si hoc habeat consuetudo, & dicit se nescire alibi. Ex quo resultat magna limitatio ad tex. in l. à iudice. C. de iud. & in c. super quæstionum. §. si verò. de offic. deleg. & in c. cũ causam. in fi. suprà de appel. vbi delegatus ab inferiore à principe, non potest subdelegare, nam debent intelligi, nisi hoc habeat consuetudo. bonus tex. in cap. licet ex suscepto. de foro compe. ibi, ad tuam. sicut hactenus obseruatum est, vbi probatur, quòd consuetudo potest † tribuere iurisdictionem iudici ecclesiastico super laico, vel quòd in causa laicorum pendẽte coram iudice seculari, possit ab eo appellari ad iudicem ecclesiasticum. Ad idem tex. secundum vnum intellectum, in c. fi clericus laicum. eo. ti. vbi probatur valere consuetudinem, quòd clericus conueniat laicum coram iudice ecclesiastico. de quo vide ibi And. Sicu. col. v. ver. glo. fi. quærit. cum sequentibus. Ad idem l. iij. ff. de test. vbi consuetudo potest facere, quòd quis in alieno territorio possit iurisdictionem exercere. & ibi not. Bald. & in c. j. suprà. de testi. col. reputans hoc valde notandum. Ad idem est bonus text. in ca. vt litigantes. in fine. de offi. ordi. libr. vj. secundum Iasonem, in l. fi. xij. limitatione. ff. de iurisd. omnium iudi. vbi archiepiscopus de cõsuetudine potest causas audire, vel committere, extra suam prouinciam. Item iurisdictio, & merum imperium possunt ex consuetudine acquiri: vt l. viros. C. de diuer. offi. lib. xij. secundum Ioan. de Imo in c. cum contingat. fi. co. de foro compe. Adde prædictis Io. An. in c. at si clerici. de. iudi. colum. iij. qui sentit valere consuetudinem, q͡ clericus possit reconueniri coram iudice seculari: de quo per Abb. ibi col. xj. ver. nec obstat, si dicatur. & And. Sicu. col. xx. Cuius contrarium sentit Calder. in c. decernimus. eo. ti. & Io. de Lig. in c. clerici. eod. tit. & ibi Abb. in fi. & An. Sicu. col. iiij. dicentes, non valere consuetudinem in criminali, nec in ciuili: vt ibi latius scripsi, in meis recollectis, nisi sit à Papa tolerata. de quo vide Marianum in c. j. penul. colũ. ver. decimonono fallit. de foro compe. And. Sic. in c. verum. de foro compe. co. iiij. co. ti. An autem, & quando sicut iurisdictio potest priuilegio acquiri, sic consuetudine. vide gl. Archi. Dom. & Præpositum, in c. catholica. xj. d. & Marianum in d. c. cum contingat. de fo. compe. col. ij. ver. quo

Conclusio. ad secundum. Concluditur ergo, quòd si † consuetudo legitimè præscripta interuenit, poterit laicus capi, & carcerari à iudice ecclesiastico: quamuis illud sit de arduis causis: quoniam consuetudo etiam in arduis tribuit iurisdictionem: vt patet ex præallegatis iuribus, signanter ex d. c. cum contingat. de fo. compe. & d. c. irrefragabili. §. excessus. de offi. ord. in quibus dicitur, quòd capitulũ potest ex consuetudine acquirere iurisdictionẽ corrigendi & castigandi excessus. † Appellatione autem excessus veniunt omnia delicta, & crimina. vt probatur ex. in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. & ibi no. Bal. in finalib. verbis. probatur etiam in rubro, iuncto nigro. infrà. de excee. præl. Causæ autẽ † criminales cẽsentur arduæ. ar. l. in seruorum. ff. de pœnis. & inde dicimus crimina debere probari per testes luce clariores, & omni exceptione maiores, vt l. sciãt cũcti. C. de prob. gl. in c. at si clerici. in ver. legitima probatio ne. sup. de iu. & in c. j. de cõsa. & aff. Cõsuetudo igitur potest dare iurisdictionẽ in arduis. Et per hoc datur ruina decisioni Host. in c. literas. de resti. spo. qui dicebat, quòd cõsuetudo tribuit iurisdictionẽ non habẽti in leuibus, non autẽ in arduis. ex quo infert, quòd nõ potest quis ex cõsuetudine † acquirere iurisdictionẽ cognoscẽdi de causis matrimonialibus. Cuius decisionẽ simpliciter refert And. Sic in c. suspicionis. iiij. co. in fi. sup. de offi. dele. vbi ponit aliqua specialia ratione arduitatis causæ, quæ videas per te. Refert etiam, & sequitur Ias. in d. l. more maiorũ. col. vj. ff. de iur. om. iudi. Sed contra Host. & sequaces vltra prædicta est glos. j. communiter approbata in d. c. literas. quæ vult, q͡ inferior prælatus, potest ex cõsuetudine acquirere iurisdictionẽ cognoscendi de causis matrimonialibus. Ad idẽ tex. cũ gl. in c. accedentibus. & in c. ad hæc. de excess. præla. tex. opti. in c. auditis. & in c. cũ olim. de præscrip. & ind. c. conquestus. iij. q. ix. Dixi autem consuetudinem debere esse legitime præscriptã: quoniã ad inducendã talem consuetudinem, oportet interuenisse regis scientiã, cujus est iurisdictio in laicos sibi subiectos. Et de eius præiudicio agitur ex tali consuetudine, vel præscriptione: quia ista in corporalia non possunt præscribi sine scientia & patientia eius, cuius interest: vt in c. bonæ. el ij. suprà de postu. præla. & in l. j. C. de serui. & aqua. & no. in d. c. cùm contingat. de fo. compe. Bal. in l. ij. C. quæ sit lon. consue. Bart. in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arc. inferens ex hoc, quòd cùm longo tempore Imperator non fuerit in Italia, ciuitates Italiæ non poterunt præscribere, & multo fortius eo mortuo. Not. etiam Barto. in l. fi publicanus. §. in vectigalibus. ff. de public. & vecti. quẽ omnes moderniores ibi sequũtur. & Marianus in c. cùm contingat. de foro compe. col. iij. in prin. & Iacobinus in tractatu feudorum. in parte, cum mero & mixto imperio. col. iij. ver. ex hoc infertur. & col. v. in prin. ver. sed an ad acquirendum.

Idem tenuit Inno. in ca. bonæ. el ij. sup. de postu. prælato. plenius in c. cõquerente. sup. de offi. ord. & in c. ij de in integ. resti. Bar. in l. j. §. j. iiij. co. ff. de iti. actuq; pri. Abba. in c. j. de præscrip. & in c. de quarta. pe. col. ver. ij. principaliter. eo. tit. Ang. de Are. in §. æque si agat. Insti. de act. colũ. viij. Ratio est, quoniã in istis præscriptionibus, & iuribus incorporalibus, quæ nõ possunt verè possideri nõ põt acquiri quasi possessio, nisi sciente aduersario, qui ẽ possidet: vt videtur probari in d. l. ij. C. de serui. & tenent Innocen. & alij, vbi suprà & sine possessione non procedit præscriptio, ideo requiritur scientia aduersarij. Iurisdictio ergo nõ præscribitur, nisi data scientia & patientia eius, cõtra quẽ præscribitur: vt d. l. j. & secũda. C. de seruit. & aqua. Alioquin nõ procedit præscriptio in hoc iure incorporali. bene facit l. penul. ff. de seruitu. titu. generali. videas Iacobinum in tracta. feudo. in parte, cum mero & mixto imperio. co. v. in principio. Ista enim quasi possessio incorporalium nõ est aliud, quàm patientia aduersarij. l. quoties. la primiera. ff. de seruitu. & qui ignorat, non dicitur pati: ergo &c. Allego præterea gl. no. in c. dilectus. in ver. nõ obstante. suprà. de presb. in prin. dum dicit: Sed illud introductũ est ex cõsuetudine, ex certa scientia Papæ: & ita perinde est, ac si Papa specialiter cõmitteret. Vult

An inducẽdo consuetudine requiratur scientia & patientia illius cuius interest.

ergo

ergo illa glo. singulariter, quòd consuetudo non introducitur in præiudicium principis, vel iurium suorum, nisi ad id certa principis scientia & patientia accedat. quam gloss. ad hoc propositum extollit Domi. in ca. catholica. xj. di. & facit tex. in c. quod translationem. suprà. de offi. dele. in c. super quibusdam. §. præterea. infrà. de verb.

36 sig. † Consuetudo quidem nota ei, qui potest priuilegiare, semper æquipollet priuilegio, videtur enim priuilegiare: vt sentit Inno. in c. nouit. de iudi. & in d. c. cùm contingat. de foro comp. & in c. si diligenti. de præscrip. refert & sequitur Oldr. consi. cclviij. inci. quia tota decani. in iiij. col. Ista

39 autem scientia regis regulariter non præsumitur nisi probetur: quoniam consuetudo est facti, & in facto consistit, cuius præsumitur ignorantia: vt c. j. const. lib. vj. & ob hoc forsan glos. no. in d. c. catholica dicebat, q͡ consuetudo generalis contra iura Papæ, procedit: quasi ex consuetudinis generalitate præsumatur Papam scire, & tolerare: vt no. dicit Bal. in l. ij. in fi. C. quæ sit longa cons. quoniam in his, quæ publicè, & palam, & generaliter fiunt, præsumitur scientia: vt traditur in c. ab excommunicato. de rescri. & in c. j. de postu. præla. cum simi. Secus tamen dicit glo. de particulari cõsuetudine alicuius loci: nam illa non procedit, ni si aliàs probetur scientia & tolerantia Papæ. Et propterea dicit ibi glo. q͡ particularis consuetudo nõ excusat, sed generalis, in his, quæ tantũ ex

37 priuilegio possunt haberi, vbi nõ valet † consuetudo, nisi vniuersalis sit: vt c. cõtra morẽ. c. di. intelige, vt supr. declaraui, secundùm Dommic. & Præpositũ, in d. c. catholica. Si ergo in casu illius glo. Papa sciret consuetudinẽ particularẽ, & tolerare: cui dubiũ, quin valeret, & Papę præiudicaret? Vnde proposito sine veritatis præiudicio, q͡ va-

38 leret consuetudo, q͡ † clericus possit reconueniri coram iudice seculari: oportet, quod interueniat expressus, vel saltem tacitus Papæ consensus, seu tolerantia ex certa scientia: aliàs potius fieret corruptela. vt voluerunt Ioan. de Lig. & An. in c. at si clerici. de iud. & Ioan. de Lig. in c. clerici. eo. ti. & ibi Abb. in fin. & Andre. Sicul. xiiij. colum. Car. in decernimus. eod. ti. videas Maria. in ca. j. pe. ver. decimononò fallit. de foro compe. And. Sic. in c. versũ. eod. titu. iiij. col. Abb. in c. at si clerici. xj. col. ver. nec obstat. Pari ratione dicendum est, quòd in præscribenda iurisdictione contra regem requiritur eius consensus expressus. vel tacitus: vt per Bar. in l. fina. ff. vti possid. & infrà dicemus. Oportet ergo, quòd in casu nostro probetur regis scientia verè, vel saltem præsumptiue. verè quidem probabitur, si prælatus hoc faciens, certificaret regem, sibi dicendo, vel denuntiando, quòd contra laicos, & eorum bona, suas exequebatur sententias: & cùm opus erat, ipsorum capiebat personas. ar. l. denuntiasse. in prin. ff. de adul. & l. emptor. & l. si controuersia. & l. si pronuntiationes. C. de euic. cum si. Præsumptiuè autem probabitur, quando prælatus hæc faciens probauit, q͡ pluries hoc fecit, per tempus ad præscriptionem sufficiens, rege præsente in loco, ita quòd verisimiliter sciebat, tunc enim præsumitur in rege scientia. ar. l. quisquis. C. de rescin. ven. ad quod facit quod no. in l. verius. & in l. cũ de in debito. in prin. ver. & ideo. ff. de proba. cũ si. Ista autẽ scientia & patientia regis, probata expressè vel tacite, dicitur habere causam continuam. ar. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. Conclu-

Conclusio.

do igitur, q͡ in præscribenda iurisdictione. vel acquirenda ex cõsuetudine, debet cõsiderari actus superioris scientis & patientis: & appellatur superior ille, ad quem pertineret locus ex natura loci, idest exitu. ff. de iud. l. insulæ. Exemplum: Rex habet regnum suum, & totum illius regni solũ in eius potestate consistit: vt l. j. §. cùm vrbẽ. ff. de offi. præfe. vr. & cũ sine isto solo præscriptio nõ procedat, vt d. c. bonæ. de postu. præla. & in l. ij. §. pe. ff. de aqua plu. ar. l. fi publicanus. ff. de pub. & vecti. Sicut locus, vel territorium præscribi † nõ posset sine regis scientia, & patientia, sic nec ipsa iurisdictio, quæ est plantata in loco, vel territorio à quo non potest euelli, tacit l. in modicis. ff. de cõtrahen. emp. & d. l. j. §. cùm vrbẽ. & l. fi. eo. ti. & l. iij. de offi. præsi. & l. ij. ff. de iu. om. iu. in quibus dicitur, q͡ iurisdictio cohæret territorio. ad idem c. fi. in fi. de consti. lib. vj. & in l. fi. C. vbi & apud quẽ. & l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. & l. quicunque. C. de fun. limi. li. xj. De scientia autẽ principis altero de prædictis modis difficiliter probari potest, ergo raro, vel nunquam procedere potest consuetudo, vel præscriptio sæpe dicta, præsertim cùm hæc scientia principis non solùm requiratur semel, & à principio præscriptionis, sed semper toto tempore, quod est necessarium ad præscriptionem, debet perseuerare: c in scientia, quia & eius patientia, non solùm scientia requiritur, sicut dicitur in præscriptionibus aliorum iurium incorporalium, vt d. l. ij. C. de seruit. & in l. seruitutes. la grande. & ibi Flo. ff. de seruit. & tenet Saly. in l. vectigalia. C. ne noua vecti. imp. refert & sequitur Firmanus in tra. gabellarum. j. parte. vij. col. in fi. ver. prædictis adde. Et adeo est necessaria principis scientia, quòd non sufficit scientia iudicis, in cuius territorio iurisdictio præscribitur. quicquid dixerit Bar. in d. l. fi publicanus. §. in omnibus. vt no. voluit Saly. reprobando Bar. in d. l. vectigalia. ver. sed pro prædictorũ, quia, vt prædixi, requiritur scientia illius, qui habet potestatẽ concedendi iurisdictionẽ, quæ præscribitur, vt d. l. ij. C. de seruit. Sed in casu nostro rex habet potestatẽ concedendi iurisdictionem, non autem iudex prouinciæ, vt est notissimum, ergo non sufficit eius scientia. sequitur Firmanus vbi suprà. Vnde raro, vel nunquam poterit præscribi iurisdictio contra regem. Si ergo aliquis vellet probare, se vsum quasi possessione iurisdictionis, ad eam præscribendam, non sufficeret probare vsum iurisdictionis simpliciter, sed oportet probare vsum, sciente eo, cuius est iurisdictio, quamuis probet, quòd sciente populo, in quem exercebatur iurisdictio, vsus fuerit, vt latè per Alexan. & Iaso. post alios antiquiores, in l. j. in fi. ff. de iur. om. iud. de quo videas Iacobinum, in tracta. feudorum. in parte, cum mero & mixto imperio. column. pen. vers. ficu. sed an ad acquirendum. scripsi latè tractat. Insularum maris Oceani. c. vij. §. xiiij. versi. & est vtile hoc scire, quæ sunt notanda, licet Bald. in ca. j. quæ sint regalia. voluerit, q͡ non requiratur scientia superioris in d. præscri. quem sequitur Alex. in consi. vj. j. volu. & Franc. Antius iunior. in consil. lxviij. j. vol. & sentit glo. in l. v. titu. de las cosas, que se ganam por tiempo. Foro legum. lib. j. Aliud nõ minus necessarium

Quæ spatio præscribitur iurisdictio contra regem.

est tempus legitimum, quod ‡ secundum aliquos est decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes: per l. fi. C. de præscrip. lon. tem. quãdo præscribens iurisdictionem, habet titulum, & bonam fidem. Sed quando possidet bona fide absque titulo, præscribit spatio xxx. an. quia hoc modo præscribitur dominium. vt C. de præscri. xxx. an. l. si quis emptionis. Iurisdictio autem æquiparatur dominio: vt l. qui furere. ff. de sta. ho. imò est supra dominium: vt ff. de acqui. poss. l. qui vniuersitatis, §. item cùm prætor. Itaque videtur, q̃ per illud tempus, quo quis potest præscribere territorium, vel locum, in quo est plantata (vt ita dixerim) iurisdictio, à quo euelli non potest: quia iurisdictio cohæret territorio: vt l. j. §. cùm vrbem. ff. de offi. præfec. vr. cum concordantiis. potest etiã ipsam iurisdictionem. Tanto ergo tempore iurisdictio, ius incorporale cohærens territorio, regulariter præscribitur, & consuetudine potest acquiri, quanto tempore quæritur territorium: vt d. l. fi. C. de præscrip. lon. tem. & ibi no. Bald. & in d. l. ij. C. de seruitu. Sed res, & iura regni non possunt alienari: vt c. intellectu. suprà. de iureiur. no. Hosti. quem Abb. & alij sequuntur, in c. dilecti. de maio. & obe. Bald. in c. in generali. fi de feu. fue. contro. inter dominum & agnatum. lib. feu. vbi

41 dicitur, q̃ rex non potest donare vnam de ciuitatibus sui regni, inuitis ciuibus. & lex regni ij. parti. titu. xv. l. iiij. qua prohibetur regi vendere, vel alienare bona regni. etiam vt adimpleat legata patris. vide legem regni Ordi. li. iij. titu de las præstaciones. l. fi. & gl. For. legum. ti. de las cosas, que se ganã por tiempo. l. v. in fi. & inde est, q̃ si rex in suo testamento relinquat legata vel fideicommissa, quæ filius inobediens non adimplet, non propterea priuatur regno: secundum Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicõ. j co. in fi. quia loca & iura regni non sunt regis, sed dignitatis regalis, secundum Abb. in d. c. intellecto. & est lex regni. ij. partita. ti. xvij. l. j. quæ facit differentiam inter bona quæ sunt regis, & alia quæ sunt regni.

42 Ad idé ij parti. ti. xviij. l. j. quæ dicit, q̃ ‡ villæ, castra, & fortalitia regni, quamuis sint regis tanquã domini, regno tamen de iure pertinent: debent ergo successoribus reseruari. lxxv. di. c. quoniam quidem. quæ reseruatio successori fit, legis autho ritate: vt c. illud. xij. q. ij. etiam quo ad possessionem: vt sentit Bal. loquendo in feudo, in l. cùm in antiquioribus. C. de iure deli. col. antepe. ver. de cimo sic. & facit l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. ex qua sumptã fuit lex regni. quinta parti. ti. iiij. l. vij. incipit, talla dia cierto. Postea quam ista scripti, condita fuit lex regni in curiis Tauri nis, quibus ego interfui, quòd possessio rerum maioratus possessore defuncto, vel aliter priuato ipso iure, transeat in sequentem post eum. est lex xlv. Quid autem operetur hæc possessio, & eius vigore potest agi interdicto vnde vi, vel saltem possessorio recuperandæ dico in trac. maioratus, qui deo fauente post dies paucos in lucem exibit. vid. l. regni Ordi. lib. iij. ti. de las donationes. l. iij, & v. Sola enim administratio est commissa regi, non autem dominium rerum: vt traditur per glo. & Barto. in proœ. Digestorum. quia bona & iura regnorum sunt publica, & per consequens in nullius bonis sunt: vt ff. de rerum di. l. j. §. quæ-

43 dam. & Insti. eo. in prin. Et propterea ‡ rex dicitur à regendo, quia res & iura regni regere debet, vt ij. parti. ti. j. l. vj. vnde si male regat. iam perdit nomen regis. c. scelus. ij. q. j. not. Archi. in c. regum. xxiij. q. v. And. de Iser. in c. j. de prohibita feudi aliena. per Fede. Vnde malè regendo, magis dicetur tyrannus, quàm rex, secundum Bal. in l. eam quam. vj col. in fi. C. de fideicõ. & in c. j. circa prin. de feudo marchiæ. lib. feudorum. Et ideo si rex non bene regit, subditi non tenentur ad seruitia. l. j. ff. de consti. prin. no. in l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Bal. in proœmio Digestorum. & aliquid in rub. ff. de rerum di. Rectè autem regendo, non potest alienare bona, & iura regni. nam ea ratione, qua potuisset alienare vnam ciuitatem, potuisset aliam, & alias, vsque ad totalem regni perditionem quod esse non debet, authent. quomodo oportet episcopos. §. fi. colla. j. Hinc est, q̃ cùm vectigalia, collectæ, seu tributum, & alia quæ sunt regalia, vt c. j. quæ sunt regalia. & tradit Bal. in c. j. episcopum vel Abbatem. §. j. in fi. & lex regni. iij. parti. ti. xxviij. l. vj. quæ incipit, las rentas. non potest, nec debet rex alienare, sed ea successoribus reseruare, vt per Bald. vbi suprà. Hinc est, q̃ quinta, quæ debetur regi de præda, est de regalibus, & non potest rex in perpetuum donare, vt ij. parti. ti. xxvj. l. iiij. Annona enim, & tributa, & iurisdictio, & alij reditus regni, inter immobilia computantur, vt probat rex. & ibi not. Bald. in l. iubemus. la ij in prin. C. de sac. san. eccl. & per Bal. in c. statuimus. in fin. suprà de transac. est text. in authen. de non alie. vel permu. §. j. co. ij. fuit de mente Ioan. And. in c. fraternitatis. suprà, de dona. quem alij sequuntur, signanter And. Sicu. col. iij. quamuis ipsi loquantur in prælato, seu administratore. sed idem est in casu nostro. Ex quibus omnibus patet, quòd bona & iura regni sunt inalienabilia, & plures reges iurauerunt per viam contractus non alienare, vt dicunt leges regni, ergo præscribi non possunt. vt latè concludit Luc. de Penna, in l. viros. C. de diuer. offi. lib. xij. qui idem dicit in exactionibus vectigalium, quia alienationis verbum, vsucapionem & præscriptionem continet. l. alienationis verbum. ff. de verborum significationib. glos. & nota. Bartolus in l. cùm lex. ff. de vsucap. bon. text. & glossa Barto. & Bald. & alij in l. secunda. C. de vsucapio. pro emp. Bald. in rubr. suprà, de præscrip. fina. column. Ab ba. in capitulo cùm non liceat. quarta columna. versiculo, & circa istam primam partem. eodem titu. qui pulchrè loquitur. Bald. in l. prima colum. viij. de seruis fugitiuis. per Barto. & alios, in l. filiusfamilias. §. diui. de le. j. & ibi Alexand. tertia column. per Ange. in d. l. j. C. de præscri. longi temporis. per Paul. & alios in l. iij. §. pen. C. communia de leg. per Iaf. in authentic. res quæ. colum. j. C. eo. Et præsupposito sine veritatis præiudicio, q̃ bona & iura regni præscribi possunt, vt expresse dicit lex regni, quam edidit rex Alfonsus, in villa de Alcala, era de Mccclxvj. titu. xxvij. l. prima. quæ incipit. an si es nuestra voluntad. vbi formaliter dicitur. Los derechos, qui dizen, que las cosas del reyno se pueden ganar por tiempo, se entienden de los pechos, & tributos, que al rey son deuidos. Establecemos, que la iusticia se pueda ganar contra el rey por espacio de cient annos continuadamente, sin della alimento alguno, & no meno. intelligo, sciente & patiente

Lex regni.

Lex regni.

Annona & iura regni non possunt alienari.

Lex regni. ordi. li. iij. tit. xvij.

tiente rege, vt prædixi. nec sufficiet probare tempus immemoriale, vt no. gl. Io. And. in c. cum nobis. de præscrip. quem sequuntur alij, signanter Abb. ibi. & in c. fi diligenti. ij. co. ver. oppono contra finem. eod. titu. Idem voluit Bald. in authen. quas actiones. fin. colum. C. de sacr. san. eccle. vbi dat formam probationis centum annorum. Vide Felyn. in dicto cap. cum nobis. qui videtur tenere contrarium, quo casu ad probandum tempus immemoriale, oportet, quòd testes dicant de fama in eodem articulo. nec sufficit hoc dicere in vltimo articulo famæ, vt notanter decidit Signore lus consil. lxx. Imò vltra hoc videtur necessarius titulus in huiusmodi præscriptione, quoniam ius resistit prælato præscribenti. Oportet ergo de titulo docere, vel saltem allegare. nisi talis sit præscriptio, cuius in contrarium memoria non existit, vt est casus in capi. j. de præscrip. libr. vj. Quòd resistat ius, probatur, quoniam rex in suo regno fundat intentionem suam de iure communi, quo ad ciuitates, & loca, intra regni sui limites constituta. ar. d. c. j. de præscri. lib. vj. & c. ad decimas. de resti. spol. co. li. est casus in c. qui iure. vij. di. x. q. j. per totum. xvj. q. vij. c. omnes basilicę. de reli. dom. c. de xenodochiis. traditur per Do. in c. cùm episcopus. de offi. ordi. lib. vj. saltim quo ad iurisdictionem, & protectionem, vt traditur in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. & in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & in c. quæ in ecclesiarum. suprà de consti. & tenet Inno. quem alij sequuntur. in c. si diligenti. de præscri. Henri. & alij in c. nimis. de iure eiuran. Io. And. & alij in d. c. j. de præscrip. lib. vj. & lex regni. ij. parti. tit. j. l. ij. dicit, q̃ Imperator a iure habet facultatem iudicandi, puniendi, corrigendi, & castigandi delinquentes, & sic merum & mixtum imperium. Et quamuis loquatur in Imperatore, eandé potestatem haberet rex, vt in l. viij. co. ti. incipit, sapida cosa. ad idem lex Ordinationis regni. lib. ij. ti. j. l. iiij. quæ loquitur de prælato præscribente iurisdictionem contra regem, vt debeat probare titulum, alioquin non permittitur iurisdictione vti. Tenementi illam l. in hoc, quòd loquitur de prælato possidente iurisdictionem regis, vt cogatur ostendere titulum suæ possessionis, propter iuris resistentiã. Vnde si rex, vel eius officiales reassumant sibi iurisdictionem, & non permittant prælatis ecclesiarum laicorum bona, vel personas capere, nullo modo restituentur prælati in sua quasi possessione, nisi euidenter docuerint, quòd iurisdictionis possessionem legitimè adeuti fuissent quia a eam occupasse iniuste verisimiliter præsumitur, cùm proueniat ex loco & personis regis subiectis, & in suo regno constitutis, sitque manifestum, nisi aliud ostendatur, eam de iure communi ad ipsum regem pertinere, vt est casus in di. c. ad decimas. Confirmat hoc tex. notandus, & ad propositum nostrum valdè accommodatus, in cap. cùm personæ. de priuileg. libro sexto. vbi subditi episcopi, si dicant se exemptos ab episcopo, propter iuris resistentiam, quam habent contra se: oportet ante omnia ostendere, titulum suæ exemptionis, quod si non ostendant, & præscriptionem probare nitantur probatione præscriptionis pendente, cùm de iure communi ordinariorum intentio sit fundata, sua iurisdictione vti possunt liberè in eosdem, donec de præscriptione canonica fecerint plenam fidem. Et ita est ibi casus sing. secundum omnes, quòd contra illum, qui prætendit se exemptum præscriptione, potest ordinarius exercere iurisdictionem, quousque ille, qui ex præscriptione nititur, de ipsa docuerit: quamuis ille sit in possessione exemptionis: quod est valde notandum. Ex quo videtur ille text. inferre, q̃ lite pendente, possit iste possessor, contra quem facit ius commune, turbari, & violèter expelli, sicut qui possidet vi, clàm, vel precario. ita dicit Anch. ibi in xj. notabili. Et

44 hinc est, q̃ ‡ possessio, vel quasi possessio, non relevat possessorem ab onere probandi exemptionem, vel priuilegium: vt ibi notabiliter probatur, secundùm Cy. in l. si solennibus. C. de fide instrumen. videas Abb. in c. j. ij. col. supr. vt lit. pen. & in c. cùm venissent. suprà. de inst. vbi est bonus tex. Ista contingunt propter odium præscriptionis: vt suprà de deci. c. cùm contingat. & fauore iuris communis. vt d. c. ad decimas. & d. c. j. de præscrip. libro sexto. facit quod no. Archi. in c. volumus. xvj. q. iiij. & Io. And. & Dominicus, & alij, in d. c. cùm personæ. in fine. Ex quo infertur vnum

45 quotidianum, quòd si aliquis prætendit se esse generosum, vel exemptum à tributis, iure sanguinis, vel ex priuilegio, nisi statim doceat priuilegium tale, quod saltim præstet iustam causam præscribendi lite pendente, non tenebitur in possessione libertatis: imò soluet tributa. quamuis aliàs esset in quasi possessione exemptionis, vel libertatis. Et vide l. vj. tit. ij. libro iiij. Ordi. & in pragmaticis, folio trigesimoquarto. cum sequenti. & ita obseruatur in practica, quod est valde notandum. bon. tex. in l. j. C. de res post. lib. xij. & ibi glossa, quæ hoc idem sentit. allegat illum textum Petrus Antiboli, in tractatu, de muneribus. folio vigesimotertio. columna secunda. vide Abbatem in cap. j. in fine. de restit. spolia. Infertur etiam aliud non minus singulare, quod licet regulariter possessor non teneatur ostendere titulum suæ possessionis, vt l. cogi. C. de petit. hæred. & c. vno. vt eccle. benefic. & propterea rex non potest citare baronem, vel magnatem seu militem, vt ostendat iura, quæ habet in castris, alias auferret ea sibi, vt colligitur ex d. l. cogi. iuncta l. vnica. C. de condu. & procu. prædi. fisca. libr. xj. vbi hoc tenet And. de Barulo, quem refert & sequitur ibi Bartol. & Io. de Pla. & Iaf. in l. ij. C. de iure emphyte. colũ. lxxxvij. in illa. q. an ſemphyteota teneatur ostendere titulum, seu instrumentum emphyteoticum, & dare copiam illius. a & quamuis illi non dicant hoc ante eos tenuit Hosti. in c. dilectus. supr. de offi. or. quem refert & sequuntur Io. An. & Anto. j. col. & Fran. Card in iiij. no. vide Spe. ti. de iur. om. iu. §. j. ver. scias. qui pulchre loquitur. & in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. lix. & lxxvj. de quo meminit Alexan. in l. si fic. §. fi mihi. de lega. j. vide etiam Bal. & Henri. in c. si diligenti. de præscri. & tex. & Inno. & alios, in c. cõstitutus. de elec. Iaso. in prælud. is feudorum. xvij. colum. Hoc procedit respectu proprietatis rerum, in quibus rex (secundum communem sententiam) non fundat intentionem suam, respectu iurisdictionis, in qua suam habet intentionem fundatam à iure, vt suprà dictum est. vide legem regni in Ordin. libro tertio. titulo xiij. l. final. quæ videtur contrarium sentire, cùm dicit. a vnque. Sed pro eo,

Titulus in præscriptione.

Rex fundat intentionẽ suam quo ad iurisdictionem. Lex regni.

No. hoc & vi. d. l. regni Ordi. li. iij. ti. xij. l. ix.

a Adde quod voluit sing. Ange. in l. prætor. §. 1 ff. de ædẽ q̃ si dominus petit ab emphyteota, quòd ostẽdat sibi instrumẽtũ inuestituræ nisi ostẽdat, statim potest expelli, quia præsumitur finita emphyteosis, quã decisionem retulit commendando Segura in repet. l imperator ff. ad Tre fol. 5. col. 4. o. Ber.

quod hic dixi, vide l. regni. Or. ti. iij. ti. j. l. ij. cogita. Ex his infertur, quòd si facerdos, vel prælatus, posit præscribere in subditos alterius animarum curam. c. auditis. &c. olim. suprà. de præscri. debet tamen intelligi, quòd habeat sua cõcomitantiam: cum sit contra ius: vt c. omnis vtriusque sexus. oportet, quòd habeat titulum, & bonam fidem: vel si non habet titulum, quòd sit tanti temporis, cuius memoria de contrario non exist. vt d. c. j. de præscri. lib. vj. ita vult Abb. post alios, in d. c. omnis vtriusque sexus. & ibi ego latissime scripsi, in meis recollectis, allegando inter cætera c. dudum. de decimis. & d. l. regni Ordinationum. lib. ij. ti. j. l. iiij. cuius paulo ante memini.

Cogitur ergo quis ostendere, quo titulo possideat; aliàs poterit ea priuari: vt ex prædictis patet. & tenet Bal. in l. ij. in ij. co. C. quomodo & quã
48 do iu. dicens, q̃ qui prætendit titulum in re aliena, quam fatetur alienam: cogitur ostendere titu- 50 lum suæ possessionis, secundùm eum, quem refert & sequitur Aluarotus in c. j. in prin. in fin. co. de controuer. inuestitu. facit quod voluit idem Bald. in l. instrumenta. col. j. C. de fideicom. quod est valde signandum. quia noua consideratio est ad dictam legem regni. Ad cuius affirmationem facit, quod vult Inno. in c. licet causam. de ptobationibus. in verbo, ex priuilegii. s. in fi. & ibi recitat Bald. col. iij. ad finem. vbi dicit Inno. quòd qui possidet iura in re aliena, tenetur probare titulum, & ita vult Innocentius illud, quod voluit Bald. in l. ij. hic alle. quamuis Bald. de eo non fuerit memor. de quo etiam per Archidia. in ca. quæ contra morem. c. diffin. & per Fely. in d. c. licet. col. vij. & Anch. in c. ad decimas. de restitu. spo. lib. vj. per illum textum. Ex his concludo, quòd iudex ecclesiasticus, qui ratione incidentiæ, vel aliàs, cognoscit de dote, vel de alia causa contra laicum: non poterit eius personam, vel bona capere, nisi tunc demum, quando probauerit legitimè hoc sibi licere ex priuilegio, titulo, vel præscriptione: & interim lite pendente priuatur sua quasi possessione. Et sic defenditur lex regni, de quâ suprà col. cxcij. ver. ex quibus. aliàs fol. lxviij col. iij. in princi. Adde prædictis, quòd licet in præscribenda iurisdictione, vel in præscribendis aliis iuribus regni, aliquando requiratur tempus centum annorum, aliquando tempus immemoriale; prout suprà dictum est, procedit, quando dire ctè præscribitur contra regem, secus si contra alium inferiorem, cui rex iurisdictionem, vel alia iura concessit, vel ex præscriptione, vel quouis alio modo sibi quæsiuit, nam contra eum sufficit tempus decem annorum, cum titulo: vel triginta, sine titulo, ita no. voluit Bar. in l. fi publicanus. §. fi. ff. de publi. refert & sequitur Ab. in c. super quibusdam. infrà de verb. sign. Idem tenet Saly. in lege, vectigalia. C. ne noua vecti. impo. Firmanus in trac. gabellarum, parte j. q. x. ad fin. & Iacobinus in trac. feudorũ. in parte, & cum mero & mixto imperio. col. pe. ver. sed an ad acquirendum. vide etiã Bal. in c. j. quæ sunt regalia. col. ij. vbi hoc limitat, vt per te videbis. vide etiam Ab. in cap. ad audientiam. de præscri. & ibi Fely. col. vij. Adde etiam, q̃ in præscriptione immemoriali non est necessarius titulus, vt aperte colligitur ex l. j. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & in d. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. & in c. j. de præscr. lib. vj. per quæ iura ita concludit Ioan. de Imo. in d. l. ij publicanus. §. fi. & sequuntur ibi Moder. Adde similiter, q̃ vbi vertitur dubitatio
49 de iurisdictione, vel iuribus regalibus, apud alũ repertis, rex est competens iudex in causa sua, vt l. proxime. ff. de his quæ in test. delẽ. & c. cùm venissent. de iudi. etiam si prælatus, vel alia persona ecclesiastica, imò ipsa ecclesia illa teneat, non enim poterit declinare regis iurisdictionẽ, vt colligitur ex prælegata lege regni Ordi. lib. ij. ti. j. l. iiij. & sic firmat Odot. col. lxxxiij. incip. an episcopus, qui mirabiliter loquitur. Cuius consiliũ recitat Albe. in auth. statuimus. C. de epi. & cle. col. ij. ver. sed licet verũ. cuius meminit Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. col. vj. in fi. ver. in glos. ij. tene hoc menti. quia facit ad multa.

Vnum finaliter non est omittendum, q̃ ad quẽcunque iudicem spectet cognitio causæ dotalis, debet de ea plenarie cognoscere, non summariè vnde in ea est efferendus libellus. & litis cõtestatio, & sententia ferẽda in scriptis. secundũ Bar. Bal. Ang. Pau. Inno. & communiter omnes, in l. j. ff. solu. ma. ad hoc bo. tex. in l. fi cũ dotẽ §. eo autem tempore. ibi, his cõtest. eo. ti. & in l. iij. ibi, more iudiciorũ. & ibi Bal. C. de do. promis. Bar. in l. fi constante. vj. q. iij. parte. ff. fol. ma. Camperius in trac. de dote. j. parte. q. lxxxvij. & Bal. Nouel. in suo tractatu de dote. ix. parte. xij. speciali. non solũ de iure ciuili, verũetiam de iure canonico, secundùm eos, signanter Bald. Ang. Pau. in d. l. j. ff. solu. ma. & Anch. in cle. dispendiosam. de iudi. quãuis Card. in d. cle. & Inno. & Ludo. Ro. in d. l. j. ff. solu. ma. & in d. l. fi cõstante. in princ. eo. ti. contrariũ teneãt, per tex. cum gl. in d. cle. dispendiosam. ibi, in matrimoniis. & cum quoquo modo tangentibus, sed dos dependet à matrimonio, vt l. iij. ff. de iure do. cũ si, ergo &c. Sed istud forte procedet, quando principaliter ageretur de matrimonio coram iudice ecclesiastico, & incidenter de dote, quo casu etiam super dote, sicut super matrimonio, summarie procederetur, vt videtur sentire Bar. in d. l. fi cõstante. absurdũ enim esset, q̃ causa dotis principaliter intentata, reciperet fomentum à natura accessorij, id est, matrimonij. l. ex pupillari. ff. de vul. & pup. & no. gl. in l. pecus. C. de pac. aliàs sequeretur, q̃ si filius, tanquam natus ex legitimo matrimonio, ab intestato peteret hæreditatẽ paternam, q̃ hęc causa, tanquã tãgens matrimoniũ, esset summarie cognoscenda, cõtra no. per gl. in d. cle. dispẽdiosa. in ver. matrimoniis & in hãc sententiã inclinat Bald. in l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quanti. profe. Fatẽtur tamẽ omnes prædicti, q̃ in dilationibus dãdis, debet iudex
51 † abbreuiare, vt causa celeriter expediatur, sicut in causis alimentorũ, vt habetur in l. ij. ff. de re iud. & in l. fi quis à liberis §. fi vel parẽs. ff. de libe. agno. dos autẽ & alimenta procedunt à pari, vt dictum est. Et hoc nõ solum, quando iuuenis mulier forte vidua peteret dotẽ. & vellet se renubere, quod est verisimile, quia esset iuuenis, & sic esset periculum, quia difficile reprimere iuueniles calores, vt l. fi. §. filia autem. C. de bo. quæ lib. verum etiã, quando vir ageret ad dotẽ promissam, pro supportandis oneribus matrimonij. & sic pro alimentanda vxore, & sua familia, secundũ Bal. No uel. vbi supr. Subdit tamen ille, q̃ propter hoc nõ debẽt omitti in hac causa probationes legitimæ, & planæ, secundum Bar. & doct. in d. l. j. ff. so. ma. quod procedit, quãdo verteretur plenum præiudicium, vt esset, quando ageretur contra virum, vel eius hæredes solo. ma. vel cõtra tertium possessorem secus si ex causa inopię vt dictum est suprà. col. lxxx. ver. fateor.

Conclusio.

Præscriptio immemoriabilis.

An causa dotalis sit plenaria.

Limitatio.

Iudex debet abbreuiare dilationes in causa dotis.

Probatio causa dotis.

SVMMÆ RERVM.

1 *Maritus an possit expellere vxorem propter non solutam dotem.*
2 *Dos ab extraneo promissa, si non soluitur, potest maritus alimenta denegare vxori. & à se illam expellere, quamuis maritus sit dues.*
3 *Dos proprium patrimonium mulieris.*
4 *Expellens personam, non debet habere eius bona.*
5 *Vxorem sine dote ductam, debet maritus alimentare, & affectione maritali tractare.*
6 *Vxor potest licite à marito fugere, si maritus eam acriter verberaret, nec tenetur ad eum redire, nisi sufficiens securitas sibi detur. & idem si concubinam ducebat ad domum.*
7 *Vxor fugiens à domo viri, redditur de adulterio suspecta.*
8 *Argumentum à communiter accidentibus, transfert, onus probandi contra aduersarium.*
9 *Delicta non præsumuntur, nisi probentur.*

An potest maritus expellere vxorem propter dotem non solutam.

TERTIO sequitur in textu: *Dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, quòd † vxorem suam à se expulerat.* Dicit Vincentius, & approbat Bernard. q̃ nõ debebat audiri iste H. nisi prius restitueret vxorem spoliatã. vt in c. cũ dilectus. & c. fi. supr. de ordi. cogni. & in c. ex cõquestione. de resti. spol. Inno. dicit, q̃ hæc erat sufficiẽs exceptio: quia si eã nõ sustentabat, dotẽ habere nõ debet: quia de dote debet maritus vxorem sustẽtare. vt in l. examino. ff. isto tit. & l. pro oneribus. C. de iure dotium. Subdit do. Inno. q̃ licet dictus magister R. istam exceptionem opposuit nõ tamẽ erat vera. Cardi. in iiij. oppositione dicit, q̃ vtrum exceptio esset vera, vel nõ, nõ colligitur ex litera: sed præsuppositio, q̃ vera esset. nõ cõpetẽbat, nisi mulieri spoliatæ: vt d. c. cũ dilectus. & c. fi. de ord. co. Hostiẽ. dicit, q̃ hæc exceptio efficax erat, & vera: vt appareat ex sententia iudicũ delegatorũ, per quam præceperũt dicto H. q̃ vxorem suã reciperet: ergo erat expulsa. alioquin frustra præciperent iudices, q̃ reciperetur: sed magister non poterat illud opponere: quia si vxor spoliata erat, non propterea magister poterat dicere se expoliatum. Vnde cùm ipse proprio nomine conueniatur ex vi promissionis factæ: quia forte promisit dotem, de expoliatione mulieris non poterat excipere, cùm nec ratione mulieris conueniatur: & maximè cùm idem magister occasionẽ dederit spoliationi, quia noluit soluere dotẽ, quam promisit, nec habebat vir aliunde, vnde aleret mulierẽ: sic coactus est ipsam abducere, propter nimiam pecuniæ necessitatem, ideo ipse magister videtur ipsam potius expoliasse. ar. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. & c. fi. infrà de inio. & c. pascẽ. & c. nõ satis. lxxxvj. dist. finaliter dicat Host. quòd expulit vxorem, quia non reddebatur ei dos, & paratus erat ipsam recipere, dummodo ei dos redderetur. ita quieuit Host. quẽ simpliciter refert, & sequitur Io. And. & cum eo transeunt Collectarius, Ant. & Abba. Ex his, & ex tex. colligit Ab. ar. optimum, q̃ potest maritus expellere vxorẽ, si dos sibi promissa non soluitur: nam vt apparet ex prædictis iste H. expulit vxorem, quia dos promissa non soluebatur. Ad hoc allegat & commendat istum text. Io. de Plateis in §. fuerit ante. Insti. de act. in iij. colum. & ibi Ias. xxxiij. col. Contrarium tamen tenet hic Car. in iiij. opp. dicẽs, q̃ vir non potest expellere vxorem suam à se propter dotem non solutam, quia hæc causa non reperitur approbata à iure. suprà elit. proxi. c. porro. nec debet maritus ius sibi dicere, vt. vnica. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat. & d. cùm venissent. supr. de iud. idem tenet Bald. Nouellus in tractatu dotium. vj. parte. xliij. priuilegio. iij. colum.

Determinatio.

Sed ego teneo primum, scilicet q̃ possit maritus expellere vxorem propter dotem non solutam, & allego glo. singularem, de qua do. Ab. non fuit memor, in authen. de non eligẽ. secun. nub. §. fi. ver. onera. col. j. quæ expresse hoc voluit, & ad hoc eam allegat, & commendat Io. de Pla. in d. §. fuerat ante. iij col. & ibi Ias. xxxiij. colum. & Bal. in c. quemadmodum. supr. de iureiu. pe. col. & in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. & in l. fin. C. ad Vell. & in l. fin. C. de sent. quæ sine certa quan. profe. circa fin. & in l. si donaturus. ff. de condi. ob causam. & Abb. consi. lxxxv. ij. col. in prin. in ij. volu. Ludo. consi. ccccxvij. j. col. Vital. in li. clausularum. char. ccxix. in fi. aliàs in clausula, an possit renuntiari iuri alimentorum. x. col. in fi. vide Aud. Sicu. in c. iurauit. de proba. colum. vj. ver. & inquãtum dixit Bal. vbi multa allegat, quæ per te videas. Ad hoc est tex. valde singu. in l. fin. C. ad Vell. vbi litera dicit, generaliter sancimus, vt si quis maior viginti quinque annis, siue masculus, siue fœmina dotem pollicitus sit, vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est contrahere, omnimodo compellatur suam sponsionem adimplere. nec enim ferendum est quasi casu fortuito interueniente, mulierem fieri indotatam illi, & sic à marito forsitan repelli & distrahi matrimonium. Pondero text. in eo quod dicit, *Et sic à marito forsan repelli.* probat enim, quòd propter dotem non solutam vir potest repellere vxorẽ à domo sua. & ad hoc eũ no. ibi Bal. Cuius ratio est, secundum eũ, quia non tenetur maritus dare vxori victũ, nisi habeat dotẽ promissam. facit tex. cũ gl. in d. authen. de nõ eligẽ. secundo nub. §. fi. co. j. quia de dote tenetur vir sustentare onera matrimonij, vt l. si cum dotẽ. §. finaliter in fœuissimo. ff. so. ma. & l. pro oneribus C. de iure do. & c. salubriter. infrà de vsur. non enim cogitur maritus vxorem indotatam habere vt d. l. si donaturus §. j. ff. de condi. ob cau. in quibus quidem oneribus veniunt non solum alimenta vxori præstanda, sed etiam seruientibus vxori, vt voluit gl. no. in d. authẽ. de nõ eligen. secundo nub §. fi. ver. onera. quã multũ commendat Bar. ibi, dicens eam perpetuo memoriæ tenendam. Si autem ista onera debet maritus subire ex dote, & dos promissa sibi non redditur, merito hæc onera recusare poterit, ex quo non habet vnde ea sustineat. Et hoc non solum quando nihil penitus de dote solutum est marito, sed etiã si pars dotis soluatur, non tamen tota dos. nam & tunc non tenetur maritus eam alere, ita voluit Bald. in l. in sũlam. §. vsuras. ff. solu. matrim. quem refert & sequitur ibi Pau. de Cast. & bene facit ad hoc tex.

Not glo.

Quando pars dotis est soluta.

Universidad de Bibliotec

Quæstio facti.

in l. Iulianus. §. offerri. ff. de ac. empt. vbi dicitur, quòd rũ emptor potest agere actione ex empto, quando totum pretium soluit. Et per ista fuit aliàs decisum in contingentia facti, cum quædam vidua, vt haberet virum pulchrum & iuuenẽ, promisisset omnia bona sua in dotẽ, asserendo ascẽdere ad valorẽ duorũ millium ducatorũ: postea, contracto matrimonio, vir cõperit hæreditatem paternã illius mulieris magno ære alieno pressam, adeo quòd vix ascenderet ad trecentos: certum est enim, q̃ propter huiusmodi dolum matrimonium rescindi nõ potest, licet dederit causam contractui, cum matrimonium sit spirituale & sacramentale: vt per glo. in c. veniẽs. de trãsac. ideo nõ potest retractari ratiõe delicti cõmissi. etiam per restitutio. in integ. ratiõe minoris ætatis: vt no. gl. & ibi doc. in c. ex parte. de resti. spo. & in l. ait prætor. in principio. & ibi Bartol. ff. de minori. & per consequens valida remanet dotis cõstitutio, nec potest mulier se iuuare beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere potest, de quo in l. maritũ. ff. so. ma. cum simili. ex quo sic scienter & dolosè promisit talem dotẽ, per tex. sing. in l. pe. ff. de iure do. cũ tale beneficium perdatur propter dolũ: vt l. etiam §. licet. ff. so. ma. & ideo si integram dotem, quã promisit, nõ soluat, poterit à marito expelli à domo. ita dixit Bal. Nouel. in tractatu dotium. vj. parte. xliij. priuilegio. ij. col. cũ se subdit tamen, q̃ de iure canonico non posset expellere. quod admitterẽ, si mulier nulla bona haberet, vn de possit integrã dotem soluere. Ex istis similiter infertur ad dubiũ de facto cõtingens. Titius induxit me dolo malo, q̃ acciperẽ eius filiã in vxorem, promittens intẽtione nõ adimplendi, q̃ eam institueret hæredẽ, cũ aliis fratribus, æquali portione, vel q̃ eã melioraret in iij. & v. parte bonorum suorum: quod tamẽ nõ fecit: an valeat matrimoniũ. Videbatur q̃ nõ, per iam dicta. Sed in contrarium est veritas: valet quidẽ matrimoniũ, quia dolus nõ officit matrimonio, quo minus valeat. gl. in l à diuo Pio. ff. de ri. nup. & in c. fi. xx. q. iij. & in c. pe. glo. fi. de his quæ vi metúsue causa fiunt. & ibi no. Abb. per quam dicit ibi Ioan. de Imo. q̃ si mulier dolo suasit viro, q̃ eã duceret in vxorem, asserens se habere amplas facultates, quas nõ habebat: iste dolus nihil matrimonio officit: de quo late scripsi in d. c. pe. in meis recollectis. & socer non tenetur pactũ seruare. l. pactũ quod dotali. C. de pact. per quã legẽ ita dicit Bald. in l. cum Archimedorã. C. vt in poss. le. col. fi. ver. vlterius quæro. Et no. hanc decisionẽ Bal. cuius contrariũ statutũ est per l. regni, in curiis Taurinis. l. xxij. & vj. quæ ibi latissime scripsi. Idem sentit Alberi. in l. fi. pe. col. C. de pac. & ibi Ioan. Mari. sequitur Ias. in §. actionũ. Inst. de act. co. xj. & in l. pacta nouissima. pen. col. C. de pac. vbi rogo videas aliqua similia. Sed cõtrà videtur sentire in l. sicut. in fi. C. de act. & obli. pro quo facit textus cũ gl. in c. fi. xx. q. iij. vide Anto. de But. in c. dilecti. de emp. & vend. co. xviij. Ista tamen debẽt intelligi, quando dos fuit promissa ab vxore vel eius patre. Secus tamẽ, si ab extraneo, id est, ab eo qui nõ habet mulierẽ in potestate. Nam iste dicitur extraneus, quo ad hoc vt l. vnica. §. extraneũ. C. de rei vxor. act. tunc enim non poterit maritus denegare alimenta vxori, vel illam à se expellere propter dotem non solutam: sed debet agere cõtra extraneũ, vt dotẽ sibi tradat. arg. l. si extraneus. ff. de iure do. ita dixit Abb. in præsenti, quod tẽperat ipse, nisi maritus esset pauper, & non haberet vnde onera matrimonij subiret, prout erat H. de quo loquitur iste textus. Reperio tamen, q̃ Sal. in d. l. quod in vxorem. in fi. C. de neg. gest. videtur indistincte contrarium tenere. dicit enim, quòd quãdo vxor nõ est in seruitio viri, culpa vxoris, non tenetur vir eam alere. ar. text. in l. si ea cõditione. C. de cond. inser. & d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Dicitur autẽ culpa vxoris interuenisse, si propter dotem, quam ipsa promisit, & nõ soluit, hoc euenit: d. authent. de non eligen. secundo nub. §. illud. in fi. Idem dicit, si pater vel frater dotem promiserunt: purificantur enim ista à iure, scilicet q̃ mulier dotem promiserit, vel pater, vel extraneus, vt probat tex. in d. §. illud quoque. vtroq; enim casu dos est mulieris, & datur ad onera matrimonij sustentanda Et ita in effectu concludit Sal. q̃ modo sit promissa dos ab vxore, vel à patre, vel ab extraneo, si non soluatur, poterit maritus alimenta denegare, & à se vxorem expellere. Et pro hoc videtur hic text. secundum intellectum Ioan. An. Nam dicit, quòd forte vxor istius H. erat concubina istius magistri R. promittẽtis dotem, & sic dos erat promissa ab extraneo, sed nihilominus, quia non soluebatur ei, expulit à se vxorem. Nec facit Sal. differentiam, an maritus sit diues, vel pauper, prout faciebat Abba. motus per istum text. cum dicit. Pro H. paupere. Ad quẽ faciliter potest responderi, quia paupertas istius H. nõ ponderatur in præsenti, quantum ad hoc, quòd ratione illius possit expellere vxorẽ à se, propter dotẽ nõ solutam, sed solum ad hoc, q̃ posset ipsum magistrum corã ecclesiastico iudice trahere, vt suprà, dictum est. Vel aliter, quãuis iste H. diceret se paupere, in veritate pauper non erat, sed forte dixit se pauperem, vt à Papa facilius literas obtineret. Vel forte verbũ, Pauper, erat cognomẽ, vt latè in superioribus dictum est. Et ita concludo, tenendo cũ Sal. contra Abb. q̃ si dos promissa ab extraneo non soluitur, potest maritus denegare alimenta vxori, & à se illam expellere, quãuis maritus sit diues. Ampliari possunt prædicta, vt maritus propter dotem sibi promissam non solutam, possit alimenta denegare vxori, & à se illam expellere, & ea expulsa, nihilominus poterit agere ad dotẽ sibi promissam, ex quo paratum se reddit, soluta dote vxorẽ reassumere. hoc probat singulariter iste tex. & sentit Host. in præsenti, cum dicit q̃ iste H petebat dotẽ vxoris, quã à se expulerat propter dotẽ nõ solutã, nec obstabat sibi, q̃ vxorẽ à se expulerat, quia paratus vxorẽ reassumere, soluta sibi dote. Et quod plus est, non solum poterit maritus hoc casu petere dotem promissam, sed etiã aliquid vltra, propter moram dotis promissæ nõ solutæ, vt c. salubriter. infr. de vsu. de quo late & singulariter per doc. signanter per Ang. & Ias. in §. fuerat ante. Insti. de act. & q̃ Lud. cõs. ccccxvij. ij. col. ver. ij. videndũ. vbi vide ad saturitatẽ. Si aũt maritus cõsecutus fuit dotẽ, & vxorẽ reassumpsit, & expulit, tenetur restituere dotẽ vxori. ita no. dixit Bal. in d. l. fin. in fi. C. de sen. quæ sine cer. quã. & in c. ex parte. iij. col. suprà. de cõsue. quia dos † est, ppriũ patrimoniũ mulieris, & ex ea viuere debet, vt l. iij. §. sed vtrũ. ff. de min. & tũc demũ cõmodũ dotis spectat ad virũ. quãdo sustinet

Contra Abbatem.

Concubina

Si maritus est diues.

Vxor expulsa potest petere dotem.

Potest maritus etiã aliquid vltra dotẽ petere.

Contra maritum expellentem vxorem soluta dote.

sustinet onera matrimonij: vt est tex. no. in l. insulam. §. vsuras. ff. so. ma. & in l. fi. in prin. ff. de doli excep. Cum autem vxore expulsa, præsertim sine causa, vir non sustineat onera matrimonij: ergo non debet habere cõmodũ dotis. ita firmat Bal. vbi suprà, de quo meminit Alex. in l. ij. in prin. ff. so. ma. & Bar. Soci. ibi. iiij. col. in fi. ver. item limita. qui pro hoc adducit Io. And. in Spe. ti. de dote post diuor. resti. §. fi. vj. col. ver. ij. q. vbi dicit, q̃ si vxor nõ vult participare cum marito excõmunicato, potest dote repetere vt sup. ver. idem forsan. cũ seq. Ergo fortius quãdo est expulsa sæuitia viri. Itẽ maritus nõ debet fructus lucrari, ex quo pietatis officium non implet: imò tenetur restituere fructus, quos expulsa vxore recepit, secundũ Bal. in rub. C. de priui. do. Item si mulier expulsa seorsum habitat à marito, potest ab eo expensas repetere: vt voluit gl. in c. significasti. sup. de diuor. Bal. in l. j. C. de lega. & in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. Ex quibus patet, quòd vxor expulsa, merito petit dotẽ, vt dicebat Bal. vbi suprà. & idem sentit Pau. de Ca. in l. viro atque vxore. in prin. ff. sol. ma. & in l. cũ mulier. la j. prope fi. eo. ti. bene facit tex. & quod ibi no. in c. vnico. in frã. de infan. & langui. expo. & in l. ij. & iij. C. de Lati. liber. tol. vnde fuit sumpta lex regni, Foro legum li. iiij. ti. xxij. l. j. quæ iura volunt, quòd dominus, qui seruum ægrũ omni auxilio destitutum expulit de domo sua, perdit dominium, quod in eo habet, & seruus efficitur liber, & ciuis Romanus. Et ex illo text. not. ibi Bald. q̃ qui expulit

4 †personam, nõ debet habere eius bona: ex quo infert, q̃ si monasterium expulit monachũ de monasterio, tenetur assignare bona: vt in auth. de sanct. epi. §. antepe. col. ix. & gl. in d. c. vnico. in fi. Ex quo etiam infert, quòd si vir expellit vxorem sine causa, debet perdere lucrum dotis. gl. Fo. legum. li. iiij. ti. de las arras. l. fi. glo. fi. arg. l. fi ab hostibus. §. si vir. ff. so. ma. vbi de hoc meminit Alex. j. col. & Ioan. de Ana. in d. c. vnico. iiij. col. Et ita sentit, q̃ si vxor sic expulsa moriatur, non succedit ei per titulum, vnde vir & vxor. Hoc idem voluerũt Cyn. & Fulg. in l. j. C. vnde vir & vxor. & in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. vbi per illum text. dicebat not. Bal. quòd maritus tenetur subuenire vxori in alimentis & medicinis, & in omnibus necessariis: quia tenetur onera matrimonij subire: & si non subiit, tũc perdit lucrum dotis ex statuto proueniens. Idem in effectu voluit idem Bald. in auth. dos data. C. de dona. ante nup. vbi dicit, quòd si maritus denegat vxori alimenta, priuatur lucro dotis quod dictum multum extollit Paul. de Cast. in d. l. fi ab hostibus. ad fi. ff. so. ma. Ex quo dicit se dixisse in cõtingentia facti, quòd si maritus expulit vxorem, absentauit, & de alimẽtis sibi non prouidit, mortua est mulier, marito non sustinente onera matrimonij, non debet dotem lucrari forma statuti. arg. d. l. fi ab hostibus. & l. necare. ff. de lib. agnos. quod dicit esse quotidianũ, & mẽti tenẽdũ. Vnde ad propositũ, maritus qui sine causa à se vxorẽ expulit, necdũ lucrabitur dotẽ soluto matrimonio. sed & matrimonio constãte tenebitur dotẽ vxori expulsæ restituere, ne ex sua malitia cõmodũ reportet. Fateor tamẽ, q̃ Ioã. And. in addi. ad Spe. in tit. de dote post diuor. resti. in §. j. in addi. quæ incipit, dixit Odo. videtur sentire, q̃ nisi ab initio constitutionis dotis cõuentũ esset, vt in casu talis expulsionis sine causa, maritus restituat dotem mulieri, non tenebitur ad eius restitutionem, secundũ Io. And. cuius authoritas in iudicãdo & consulendo non vrget, maxime hodie: cum lex regni in materia canonica eius opinio. aliorũ opin. præferat. Præsertim, quia licet hoc casu vir nõ alat vxorẽ: tamẽ alit se & liberos, & dos debet esse perpetuo apud maritũ. vt dicit text. in l. j. ff. de iur. do. Et sic redditur dubia decis. Bal. & sequacium. & de ea dubitauit Alex. de Imo. in l. ij. iiij. col. in fi. fol. matr. & in d. l. fi ab hostib. ij. col. eo. ti. quum dispositio illius l. fi ab hostibus. sit pœnalis, non debet extendi: vt reg. odia. cũ concor. de reg. iur. lib. vj. quia de lucro ex causa onerosa procedente, idẽ debet iudicari, quod de causa mere onerosa: vt est gl. no. iuncto tex. in l. si donaturus. §. fi. ff. de cond. ob cau. Subdit tamen, q̃ nemine inuenit contradicentẽ Bal. aut concordantẽ cum ipso. ideo in iudicando magna esset eius authoritas. Ego verò reperio Pau. de Cast. consi. cxcij. pe. col. inci. viso libello. qui expresse tenet contra Bal. in d. l. fi. quãuis de eo non faciat mentionem. dicit enim, q̃ nõ est verũ, q̃ maritus non sustinens onera matrimonij, teneatur restituere dotem: quinimo nec integros fructus dotis iam perceptos. Quid enim, si dos esset multum ampla, cuius fructus sufficerent ad alendum tam virum, quàm vxorẽ: putat ipse, q̃ vxori statim separatæ sine sui culpa à viro, teneatur vir solum ministrare expensas necessarias: vt l. si cum dotem. §. si autem in sæuissimo. ff. soluto matrimon. residuum verò retinere possit. Quod patet: quia & econtra si fructus dotis non sufficerent, imò etiam si nulla esset dos, teneretur tamẽ vir præstare integra alimenta, si vxor sine sui culpa non esset in seruitio viri, vt no. in d. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. per Cyn. Ergo & si fructus excedant alimenta, superfluum debet apud ipsum manere, etiam si sine culpa vxor fuit separata à viro, vt contrarium eadem fit disciplina: vt l. fin. de leg. iij. Et subdit Paul. quòd non reperit aliquid expressum in contrarium. ergo standum est simpliciter dictis doctorum, qui dicunt ipsum teneri ad alimenta, non plus. Nec obst. secundum eum d. l. insulam. §. vsuras. ff. sol. matr. & l. fi. ff. de do. exce. quia fatetur ipse, q̃ maritus qui non sustinet onera, non potest petere fructus dotis non recepta, non receptos non tenetur restituere, sed sola alimenta præstare. Sicut in simili dicimus, q̃ quando intentatur remedium d. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. non debent peti integri fructus dotis, seu integrum emolumentum: quia quod superest vltra alimenta vxoris, pertinet ad virum: vt not. Bar. in d. fi constante. fi. col. verſ. vij. quæro. ita quieuit Pau. in d. consi. qui satis pulchrè & subtiliter loquitur. Sed in hoc vltimo, cùm dicit, q̃ maritus nõ tenetur restituere fructus dotis receptos, quãuis non sustineat onera matrimonij, tenet contra Bal. de quo ipse non fuit memor, in rub. C. de priui. dot. j. col. vbi formaliter inquit, q̃ si maritus non subit onera matrimonij, tenetur restituere fructus dotis, quos expulsa vxor recepit, quod est valde notandum: & hanc opinionem tanquam humaniorem, & magis æquã, & mulieribus fauentem, sequor: quia in diuersitate opinionum tenenda & sequenda est humaniori: vt probat tex. & ibi no. Abb. in c. ij. de cogn. spir. & tex. in l. cùm antiquitas. C. de vsu & ha.

Lex regni.

Lex regni.

Virsine causa expellens vxorẽ perdit lucrum dotis.

Opinio contraria Io. Andr.

Opinio humanior est sequenda.

Universidad de Navarra
Biblioteca

& ha.& in l.fi.C.qui bo.ced.pos. Item ista opinio est fauorabilior doti, & ideo sequenda: vt superius dixi, est bon.text.in l.in ambiguis. ff.de iure dot.iuncta l j.ff.sol.matr.vbi hæc not. Dyn.Bart. & alij, dicentes in dubio iudicandum pro dote: de quo latè per Bald.Nouell. in tracta.dotis. ix. parte,in princ.est bonus text.in cap.fin. suprà.de re iudic.maximè quia Bal.& prædicti apertè hoc dicunt.Sed Ioan.Andr.non ita apertè nec ita clarè, sed confuse, & nullum allegat fundamentum. Vnde quamuis cautum sitâ principio quãdo dos constituitur pacisci,vt si maritus vxorem expellat,debeat dotem restituere:nõ tamen propterea negat, quin etiam non apposito pacto, vxore expulsa,dos restituenda sit, vt apparet ex prædictis. Restituet ergo maritus dotem vxori,qui sine causa à se expulit,cum fructibus,quos expulsa vxore recepit. Si autem vxor dotem non habeat, vir,qui sine causa eam expulit,reddet vxori quartam partem bonorum suorum ipsius viri:vt probat tex.in l.fin.C.de repud.& clarius in authent. de nup.§.fic itaque colum.iiij. & in auth. quibus mod.nat.effic.legi.§.quoniam autem interpellationibus.colum.vj.& in auth.vt lice.mat.& auiæ. §.quia verò legem.col.viij.tenet Bald. hoc multum commendans in c.j.§.fi.in fi.de inuest. de re alie.fac.lib. feud. de quo videas rogo Francis.de Pepis,in repetitione authen.præterea. iiij.col.C.

Si vxor nõ habebat dotem & vir eam expulit sine causa.

5 vnde vir & vxor. Ratio potest esse, quia † maritus affectione maritali debet vxorem tractare, & cohabitare cum ea,ipsámque sine dote ductam alimentare,secundum Roffred.fol.ccxij.in princip. alias in quarta parte,sub ti/de offi.iud.quo petuntur alimenta.colum.ij. Idem vult Inno.hîc,quem alij sequuntur. Bald.in margarita. in parte,maritus.versic.j.& in addit.ad Specul.tit.qui fil.sint le. ver.vxor.idem concluditur in decisionibus Tholosanis.q.lxxxvij.faciunt not. in l.pro oneribus. C.de iure dot.& in c.salubriter.de vsur. Non ergo debet sine causa ipsam expellere, vt hîc dicitur. Quinimo si eam sibi cohabitantem acriter

6 verberaret,licitum † esset vxori fugere: vt in authen.de nup.§.si quis vtitur.aliàs §.mitiores.col. iiij.& in auth.vt lic.matr.& auiæ.§.si quis autem. 8 col.viij.gl.in c.literas.in ver. sufficiens securitas. suprà,de resti.spol.c.literas.nec tenetur ad maritum redire,nisi sufficiens securitas sibi detur: vt

Concubiñ. dicit text.in d.cap.literas.in fi. Idem si concubinam adduceret ad domũ: nam tunc vxor potest abeo recedere,nec tenetur ad eum redire.nisi vir 9 caueat de expellendo concubinam,quia non bene conueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina.ita not.dicit Bald.in cap.j.suprà,vt lite non contest.j.colum.in fi.refert & commendat Alexand.in c.ex parte.de sponsi.in fi.bene facit tex.in l.consensu.C.de repu.ibi:cum impudicis mulieribus. quod maxime etiã castas exasperat.dixi super rub.§.lxiij.in fi.vers.& hinc est.& infrà,§.xxj.post prin.vers.& inde est q; sicut.Imò tenetur maritus hoc casu ipsam alimentare extra domum mariti,secundum Cy.& alios in d.l.quod in vxorem.C.de neg.gest. Dyn.in l.j. C.de leg.& ibi Bal.ij.col.in fi.Idem concluditur in decisioni. Tholos.q.lxxxvij. Ex istis inferetur not-limitatio

7 ad d.l.consensu.C.de repud.vbi dicitur,q; † vxor fugiens à domo viri, redditur de adulterio suspecta:nam debet intelligi,nisi vir fuerit causa fugæ, 1 ipsam male tractando, acriter verberando, vel aliàs:quia tunc habetur, ac si ipse expulisset sine causa:quo casu nõ potest propter hoc repudium mittere.vt ibi not.& est tex.in auth. vt lic.mat.& auiæ.§.quia verò pluri mas.in fi.vers.fi ergo contigerit. Vxor enim,vel seruus, qui male tractãtur à marito,vel domino, consequuntur ius recedendi ab eo.arg.l.fi dominus.§. dominorum.ff.de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi hoc colligit Bald.in princ. Imò plus in contingentia facti consuluit Ancha.consil.ccccix.& refert Angel.in tractat. maleficiorum, in parte,che me ay adulterato. ix. colum.pro vxore cuiusdam, quam maritus acriter verberabat,propterea aufugit,& venit Ferrariam.maritus habitans Bononiæ, & accusauit ipsam de furto,& adulterio.consuluit maritum non esse admittendum:& posito,quòd admitteretur, debet interim ipsam alere.secundum Oldr.consi. clxviij.vt refert Angel.vbi suprà, imò & sumptus facere,si ipsa non habet aliunde. glo.not.in l.fin. in ver.poterit.C.de ord.cog. Innocen.& Cald.in præsenti.Abb.in cap.ex parte.in fi.infrà,de accu. vxorem enim acriter verberare non licet, etiam cum causa:vt dicit glos.nor.in cap. sicut alterius. vij.q.j.moderate tamen sic, secundum Archi. ibi: & Abb.in c.j.de fo.compe.vbi inter cæteradicit, quòd non potest eam includere, vel vinculare. Contrarium tamen tenet glos.in ca.quemadmodum.suprà,de iureiur.in finalibus verbis.Sed occurrit pulchra dubitatio. Si vxor reperiatur extra domum mariti,an ipsa teneatur probare mariti sæuitiam:vel maritus,quòd eam bene tractabat.Dicas,quòd ipsa mariti sæuitiam probare debet:sicut in simili decidit Ancha.consil.ccxlvj.incipien.super primo quæsito. dicens,quòd si maritus legauit alimenta vxori,si cum hæredibus suis habitauerit,& mulier non habitat cum eis,debet causam probare: aliàs non dantur sibi alimenta extra domum,nisi culpam hæredum probet, secundum eum:quem refert & sequitur Ias.in l.diuortio.iij.col.ff.solut.matr. Et hoc suadet ratio: quia cùm vxor teneatur viro cohabitare:vt in rubr.latè dixi.cùm maritus habet præsumptionem pro se,locus † enim à communiter accidentibus transfert onus probandi contra aduersarium.gl. in l.neque natales. C.de probatio. facit cap.j. de cleric.non residen. Item verberare acriter vxorem, est delictum, ideóque prohibitum. cap.literas,de restit.spol.l.j.C.de emenda.propinquo. Delicta † autem non præsumuntur,nisi probentur.l.merito.ff.pro socio.capit.dilecti. de accusationibus.ergo,&c.

SVMMAE RERVM.

1 *Dote promissa marito non soluta, poterit maritus eam expellere.& sibi alimenta denegare:sed si eam apud se retinuit, repetere non poterit alimenta.*

2 *Maritus qui alimentauit vxorem indotatam, propter dotem non solutam,non potest alimenta postea repetere.*

3 *Maritus potest petere interesse, ratione dotis promissæ,non solutæ.*

VNVM tamen quo ad prædicta nõ est omittendum, quod licet † maritus cui promissa fuit §.I.

Si maritus propter dotem non solutam vxorem expulit, non potest repetere alimenta.

fuit dos,non teneatur vxorem alere, vt possit illam à domo expellere, si dos sibi promissa non soluatur,si tamen maritus duxit vxorem, promissa sibi certa dote,quæ non fuit soluta, & simpliciter vxorem alimentauit, non poterit postea alimenta repetere ab ipsa vxore, vel eius patre, vel ab alio quocunque dotem promittente. ita consuluit Abb.in contingentia facti.consil.lxxxv.incip. facti contingentia. in ij.volu. & Ludo.consil. ccccevij.j.col. quia ex quo non abstinuit ab obsequio vxoris,imo eam iugiter in suo habuit seruitio,tenetur eam alimentare: vt expresse firmat Bar.in d.l.quod in vxorem. C.de neg.gesto.facit tex.in l.sicut. ff.de ope.liber. & in l.serui. §.quas impensas.ff.de ædil.edict. & in l.sed & si quid. §. sufficienter.ff.de vsufructu.& in l.in rebus. ff. commod.vbi dicitur,quòd tenetur quis naturali ratione alimenta & necessaria præstare: ergo seruo, vel alteri personæ, quam quis habet in suo seruitio.Fortius ergo tenebitur maritus vxorem alere,quamuis esset indotata: ex quo eam in suo 2 habet obsequio.quæ quidem alimenta repetere non poterit: quia propter affectionem coniugalem videtur sibi donasse,etiam in casu,in quo potuisset repetere, ex quo non fuit de cõtrario protestatus:vt videtur tex.in l.quod in vxorem. Et

De alimentis priuilegiatis.

bene facit text.in l.si paterno affectu. eod.tit.vbi certo casu vitricus gratis videtur alimentare privignum, ex quo de contrario non fuit protestatus. Fortius ergo hoc erit dicendum in vxore, maximè si non habebat vnde se alceret. Nã in defectum dotis & patrimonij tenetur maritus ex debito coniugali alere vxorem: vt voluit Inno.in presenti.cuius dictum ad hoc quotidie allegatur. & not.Bart. & alij in dicta l.si cùm dotem.§.finautem in sæuissimo. ff.soluto matrimo.facit tex. in l.quòd si nulla.ff. de religio.& sumpt.fune.vbi dicitur, quòd si nulla dos sit, maritus tamen tenetur ad sumptus funeris vxoris contribuere, cùm aliunde non sepelitur, ne infamia eius videatur,quòd vxor insepulta sit. Ita igitur dicendum erit in casu nostro,quòd ex quo maritus vxorẽ in suo seruitio tenuit sine dote, debuit eam alere,ne eius iniuria esse videatur,si fame pereat. Si autem tenetur eam alere,ergo postea non poterit alimenta repetere. Ad idem facit text. in

Pra marite

l.nam & si maritus.ff.de cond.indeb. vbi dicitur, quòd licet maritus non condemnetur vltra quàm facere potest: si tamen fuit condemnatus & solsuit,repetere non potest. Idem dixit glo.in cap.j. suprà,eod.allegando illum text. ergo idem in casu nostro. Ad idem text.melior de iure in l.vir vsuras. ff. isto titul.vbi est casus singularis,quòd si maritus stipulatus est ab vxore sua vsuras pro dote,& eas non petierit,& per omne tempus matrimonij eam & eius familiam aluit titulo donationis,videntur remissæ. Per quem text. dicebat ibi Bartol.quod si maritus in vita sua non petiit ab vxore vsuras dotis,donare videtur:quæ donatio morte donatoris confirmatur, quod est notandum. Ad idem facit text. singula. in l. cùm quidam. §. diuus Pius. ff.de vsur. vbi litera dicit, Diuus Pius ita rescripsit:Partum iustè vsuras præteritas petis, quas omisisse te longi temporis inter nullum indicat, qui eas à debitore tuo vt gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti. per quem text. mirabiliter dicit Baldus in quodam suo breui consilio,quod incipit,in Christi nomine, amen. Biennium à die deductionis puellæ,& c.quòd vsuræ seu aliméta pro dote non soluta marito debentur post biennium à die ductionis mulieris ad domum mariti, & non ante: quoniam per lapsum biennij contrahatur mora irregularis: vt l.finali.§.præterea. C.de iure dotium. Si tamen maritus longo tempore, puta decem annis stetit, quòd vsuras vel alimenta prædicta non petiit, præsumuntur remissæ,adeò quòd tempore præterito peti nõ possunt. de quo dicto faciunt festum solenne doctores Moderni, signanter Angel.de Aret.& Ias. in §. fuerat ante. Instit.de actio.& Ludouic.consil.ccccexvij.v.col. versic.ij.tamen videas de eius veritate. per quod si verum esset, posset mirabiliter limitari cap. salubriter.infrà,de vsuris. Communiter tamen doctores prædicti damnant istud consilium Bal. vt ibi latissimè per eos. Concludamus igitur ex prædictis, quòd maritus, qui alimentauit vxorem indotatam, † propter dotem non solutam, non potest alimenta postea repetere, ex quo ipsam habuit in suo seruitio. Idem dicas tu, si non fit in mariti seruitio,ex ipsius mariti culpa,puta propter insupportabilem sæuitiam. quo casu licita est ab eo separatio: vt in capitu.literas.ad finem. suprà, de restitut.spoliato.nam & tunc debentur vxori alimenta,ex quo non stat per eam,quo minus seruiret marito.arg.l.Labeo.ff.de cõtrahẽd. empt.& est expressum in l.Caio.§.vlti ff.de ali.& cibaria.& firmat Ludouicus in d.consi.j.col.in fi. & per consequens,alimeta sibi præstita repeti non possunt. Et ista procedit non solùm in alimentis vxori infirmæ præstitis: quia tunc censentur præstita ex pietate quadam, & affectione maritali:vt est expressum in d.l.quod in vxorẽ. sed etiã in præstitis vxori sanæ,ad quæ etiam maritus ratione naturali tenetur:vt suprà dictum est.Nec iuuaret hoc casu ipsi marito,si protestaretur,quòd intendebat alimenta illa repetere,vt singulariter firmat Ludo.in d.consi. reprehendens quosdam Modernos doct.contrarium tenentes: vt ibi per eum.qui hæc singulariter ampliat, vt procedant, etiam si vxor cum marito fecerit pactum,vel transactionẽ,super hoc,promittendo ipsi marito aliquid pro ipsis alimentis, etiam cum iuramento. Nam virtute huius pacti, vel transactionis, nec ipsa, nec eius hæredes tenebuntur aliquid dare: nec morte mariti cõfirmaretur,per pulchra motiua,& rationes,quas per te videas. Fatetur tamen ipse,quòd † ratione dotis promissæ non solutæ maritus ipse petere potest interesse cessans, ex eo quòd dos promissa soluta non est,quando maritus erat mercator,vel solitus negotiari.arg. l.iij.§.fin.ff. de eo quod certo lo. & lege, socius qui in eo.ff pro soc. vbi dicitur, quòd in consueto negotiari moram passo in receptione sibi debiti,haberi cõsiderationem lucri cessantis.quod bene declarat Bart. in l.vnica. C.de sen. quæ pro eo quod inter. profe. Ad idem est tex. in l.fin.§. præterea.C.de iure dot.ibi dum dicit, Panis ciuilis quæstum &c.vbi patet, quòd mora commissa soluenda dote, quæ consistebat in ciuilibus annonis, hoc est reditibus, qui percipiuntur ex publico, maritus potest vltra dotem ciuilis annonæ quæstum, hoc'est, illud, quod lucrari potuisset de dote,si sine mora sui soluta fuisset, petere.

Si culpa mariti vxor non sit in eius seruitio.

De alimentis præstitis vxori sanæ.

Potest vir petere interesse propter dotem non solutã.

Si autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem maritus non erat mercator, aut consuetus negotiari, potest petere interesse vltra dotem, quod prætendit ratione damni quod sentit, eo quod præstat alimenta ex proprio: vbi soluta dote præstitisset ex eadem. & valida est hoc casu petitio vsurarum: quia illæ vt interesse petuntur, & loco interesse succedunt. Et etiam isto casu valida esset conuentio, per quam conuenit maritus & vxor dotem promissam sibi non soluens, aliquid ipsi marito pro alimentis debere: vt latè firmat Ludo. in d. consi. motus inter cætera per tex. quem dicit expressum in l. si quis pro vxore. §. fi vxor. ff. isto tit. vbi litera dicit, Si vxor viro dotē promiserit, & dotis vsuras, dicendum est sine dubio, peti vsuras posse: quia non est ista donatio, cùm pro oneribus petantur matrimonij. Et ita vult ibi Iurisconsultus hanc promissionem vsurarum non causare titulum lucratiuum, prout est titulus donationis, seu titulus veræ vsuræ, quam Iurisconsultus lucrum appellat, & dulcedinem: vt est text. not. in l. ait prætor. ff. si quid in fraud. credit. Sed recusare titulum onerosum propter onera matrimonij, quæ supportat maritus, & propter quæ supportat, dote nō soluta, interesse mariti causatur in hoc, quia supportauerit illa ex proprio, vbi facta solutione supportasset ex dote, vt ibi latius per eum, post plures alios, quos ibi ipse refert. & per Ange. & Iaso. in d. §. fuerat ante. Abbas in d. consil. lxxxv.

SVMMAE RERVM.

1 *Maritus non debet sine dote onera matrimonij sustinere si vxor eius est dives quæ dotē dare possit.*
2 *Dos non potest esse sine matrimonio.*
3 *Maritus si accepit vxorem sine dote, quia non fuit sibi promissa, an debeat eam alimentare.*
4 *Iurans accipere aliquam puellam in vxorem, nulla facta mentione dotis, non tenetur eam accipere, nisi dos sibi constituatur.*
5 *Pater si consensit, quòd filius ad honores promoueretur, videtur se constituisse fideiussorem pro eo.*

§. II. *Si maritus cōtraxit cū muliere diuite non facta dotis mentione.*

AMpliari etiam possunt prædicta, vt maritus possit vxori alimenta denegare, & à domo sua ipsam expellere: non solùm quando dos promissa non soluitur: vt loquitur iste tex. secundum vnum intellectum, & loquuntur iura prædicta: verùm etiam si maritus cum aliqua muliere diuite contraxit, nulla facta dotis commemoratione: nam & tunc poterit maritus petere ab vxore, quòd se dotet, ex quo habet vnde. quod si nolit, poterit alimenta denegare, & à se illam expellere: quia non debet maritus † onera matrimonij sustinere, ex quo dotem non habet, & mulier est dives, quæ dotem dare potest. ita not. voluit Bal. in d. l. fi. C. de sent. quæ sine cert quant. prope fin. Quamuis enim à principio non fuisset actum de constituenda dote, tamen ex quo vir incipit sustinere onera matrimonij, potest petere dotem sibi constitui, iuxta facultatem & conditionem mulieris, vt mulier sentiat onera dotis: vt voluit glo. Item dos non est aliquid extremum & separatum ipsi matrimonio, sed potius connexum & coniunctum: vt C. de prudētia. supra, eo. adeo † quòd dos non potest esse sine matrimonio. vt l. iij. ff. de iur. dot. & l. fi. §. sicut. C. de don. ante nup. & Insti. de nup. §. si aduersus. Ratione ergo istius coniunctionis poterit maritus petere ab vxore dotem, quāuis à principio de dote nihil fuerit dictum: q si nolit, poterit ei alimenta denegare, & à se illam expellere. Et secūdùm hoc debet intelligi quòd habetur in l. quod si nulla. ff. de relig. & sum. fun. & in auth. qui. mo. na. effi. legit. §. quoniā. & auth. de nup. §. si quis enim, vbi dicitur, quòd si maritus † vxorem accepit sine dote, quia non fuit sibi promissa, debet illam alimentare, tanquam sororem: nec potest ex hac causa illam expellere: de quo per Ioan. de Imo. ff. vt in pos. lc. & per Vital. in lib. clausul. charta ccxix. in fi. alias in clausula, an possit renuntiari iuri alimentorum. x. co. in fi. nam debet intelligi, quando vxor est inops: secus si dives, vt apparet ex prædictis. Ex quibus infertur, quòd † si aliquis iurauit accipere aliquam puellam in vxorem, nulla facta commemoratione dotis: non tenetur eam accipere, nisi dos sibi constituatur. Si enim postquā illam duxit in vxorem, nulla facta dotis mentione, potest ab ea petere, vt se dotet, aliàs potest illam expellere: vt suprà dictum est. à fortiori poterit eam nollentem dotem constituere, non recipere: quia cui damus actionē, multo fortius exceptionē: vt l. j. §. quod autem. ff. de superfi. & c. quemadmodum. suprà, de iureiur. Ista est pulchra decisio Bald. in c. iurauit. suprà, de probat. Nec obstat, si dicatur, quod matrimonium potest esse sine dote: vt dict. l. fi. C. de don. ante. nup. vnde conditio. si se dotauerit, est conditio extrinseca. Conditiones extrinsecæ non subintelliguntur, nisi exprimantur: vt l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum obligat. quia ad hoc respondetur, quia licet matrimonium sit possibile sine dote, non tamen est decēs, vel honestū. tacite ergo videtur sensum de dote, vel totius patrimonij mulieris, vel partis, prout vir dignus fuerit: iuxta no. in l. mulier bona. & l. quæro. ff. de iure dot. Et hoc maximè, si pater mandaret filiam nuptui tradi. nam tunc indistinctè pater videtur de dote sentire, quamuis de ea nulla sit facta mentio. ar. l. Theopompus. ff. de dote prælegat. secundùm Bal. in d. c. iurauit. vbi hoc refert And. Si. columna ij. verfi. subdit etiā. Idem dicas tu, si non mandaret, quia filia nuptui traderetur: nam tunc eodem modo videtur de dote sentire, & tenebitur eam dotare, quamuis de dote nihil fit dictum, vt voluit not. Bartol. in l. fi cùm dotem. §. transgrediamur. ij. colum. ff. solut. matr. arg. text. in l. ij. in princ. ff. ad muni. & l. honores. in fin. ff. de adoptionib. vbi dicitur, quòd si † pater consensit, quòd filius ad honores promouere tur. per consequens videtur se constituisse fideiussorem pro eo, & tenetur proinde quicquid in republica filius gessit. Sic ergo in casu nostro, consentiendo pater, quòd filia contrahat matrimonium, tacitè videtur sentire de dote, vt eam constituere teneatur.

Nota hanc decisionem

Nota istā, & vide supra. 14. col. ij. ad fi.

SVMMAE RERVM.

1 *Filia contrahens matrimonium, sine consensu patris, vel eo inuito, nō posset ipsa, vel maritus agere contra patrem, vt dotem sibi constituat. & numero 7.*
2 *Pater si in suo testamento dixit filium esse prodigū, iudex debet ei credere.*
3 *Pater si in suo testamento prohibuit filio alienationem legitimæ, donec 25. annum attigerit: quia non rep*

non reputabat eum integri sensus, vel aliàs valebit ista conditio.
4 *Alienationem legitimæ filio suo prohibere volens, quid acturus sit.*
5 *Præceptum de non alienando legitimam ex iusta causa, an valeat.*
6 *Pater fortius amat filium, quàm seipsum.*
8 *Conditio, si nupserit de consensu, vel consilio talis, non spernitur, nec reprobatur à iure.*
9 *Statutum laicorum, puniens contrahentem matrimonium cum filia alicuius, sine patris consensu, an valeat. & ver sequenti. nu. 9.*
10 *Homicidium est contra naturam, & tamen per accidens est permissum.*
11 *Statutum quòd Guelphus non possit contrahere matrimonium cum Gebellina. an valeat.*
12 *Statutum ciuitatis, quòd nullus contrahat matrimonium cum muliere non habente patrem vel matrem sine consensu carnalis fratris ipsius mulieris sub pœna, an valeat.*
13 *Matrimonium contractum cum raptore, tenet de iure, mulier tamen, quæ cum raptore contraxit, perdit bona raptoris, quæ sibi à lege deferebantur.*
14 *Statutum, quòd filia non contrahat matrimonium sine patris consensu, valet.*
15 *Matrimonia de iure ciuili debent esse libera.*
16 *Matrimonia clandestina prohibentur.*
17 *Statutum laicorum non potest ex toto legem diuinam tollere: potest tamen illam distinguere, & in certis casibus limitare.*
18 *Reuerentia debetur patentibus.*
19 *Si pater contrahat sponsalia pro filio præsente, vel matrimonium, valet: quia taciturnitas filij præsentis sufficit.*
20 *Mater potest offerre filios religioni.*
21 *Pater debet consensum in collocando filiam matrimonio gratis ex debito charitatis adhibere, vnde si exinde aliquid recipiat, turpiter accipit, & numero 21.*
22 *Tutor qui recipit pecuniam pro copulanda pupilla, an teneatur restituere.*
23 *Voluntas in maleficijs spectatur, non exitus.*
24 *Rem prohibitam in bello. si quis attentauerit, punitur. licet bene gesserit.*
25 *A patria potestate liberatur filia per contractum matrimonij.*

§. III. *Desponsata matrimonium contrahēte sine patris consensu.*

SED si filia contraheret matrimonū sine † patris mandato, vel consensu, vel forte eo inuito: non posset ipsa, vel maritus agere contra patrem, vt dotem sibi cōstituat: quia hoc casu pater non tenetur filiam dotare. Ista faciūt ad dubium, quod semel contigit in regio consilio: Pater filiam induxit ad monachatum. insscio patre, imo forte contradicente: facta professione, monialis infirma ad domum patris mittitur, & ad monasterium rediens, non admittitur: petit se admitti, & restitui, tanquam spoliata sua possessione. obiicitur de dote non reddita, de qua sustentaretur. pater dicit, quòd non fuit à principio promissa per filiam, nec per patrem, imò sine dote recepta. Tantam quidem nuptiarum excellentiam filius contingere non debet, nisi patris voluntas antea proponatur. Si Cyri documento credimus, qui cùm Cyapare ad præstātissimam auri amplissima dote mulierem suscipiendam inuitaretur, non antè se velle dixit, quàm à parentibus collaudari certior esset. Reassumit Franci. Barbatus in suo libello, de re vxoria. c. j. in fine. Hinc, vt opinor, inoleuit consuetudo in partibus nostris, & fere in toto regno, quòd cùm alicuius filia nuptui traditur, & ad desponsationem adducitur, non aliter suum exprimit assensum, nisi à patre prius fuerit iussa, quanquam secretè apud parentes consensum præstitisset. Quod laudabile est, & verecundiæ ac pudoris signum. ad hoc co. text. in c. qualis. xxx. q. v. à quibus sumpta fuit lex regni, in curiis Tauri xlix. quę super hoc disponit. Hoc probatur primò per tex. in c. honorantur. xxxij. q. ij. vbi litera dicit, quòd non est virginalis pudoris quærere maritum: sed curæ paternæ relinquendum est. & alibi dicitur, quòd pater pro liberis suis consilium capit: vt l. nec in ea. ff. de adul. quam allegat Ange. consi. lxxxv. col. j. ad propositum. de quo ibi videbis. Et inde est, quòd si pater in testamento dixit, filium esse † prodigum: debet iudex credere, nec à verō patris consensu discedere: vt est text. fin. in l. fi furioso puberi. in fin. ff. de cura. fu.

Lex regni in curijs Tauri.

Ex quo inferri potest vnum singulare verbum, & quotidianum, quòd † si pater in suo testamento prohibuit filio alienationem suæ legitimæ, donec haberet ætatē viginti quinque annorum, non reputabat eum integri sensus vel aliās: valebit ista conditio, & credetur patri super hoc, nec dicetur grauamē legitimæ impositum: ad hoc bonus tex. in l. multi non notæ. ff. de liberis & posth. & in l. fi liis matrem. C. de inofficioso testa. per Bartō. in l. cùm ex filio. in princ. ff. de vulga. & pupil. Paul. de Castr. consi. ccxxxiiij. licet aliud sentiat Franc. de Are. consi. xix. de quo per Paulum de Monte Pico, in repet. l. in quartā. ff. de vulga. & pupil. xliij. col. versi. viij. posset. quos videas per te. Idem sentit Bartol. in l. filiusfamilias. §. diui. in v. oppo. de leg. j. vbi dat consilium patri volenti † prohibere filio alienationem legitimæ, quòd exprimat causam, videlicet quia putat filium minus industriosum, nec aptum ad regendum & gubernandum, sed dilapidatorem: nam tunc creditur patri, quia præsumitur fecisse ad vtilitatem filij: vt apparet ex prædictis: & firmat Paul. in dicto consi. & est text. valde notandus, in l. nihil. versic. facilior. ff. de bonis liber. vbi pater præsumitur omnia facere, vt pareat filiis: & propterea pater appellatur gestor negotiorum filij: & facit illud Vergilij, Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. Adde hīc plura, & pulcra, quæ circa hoc ponit Pau. de Monte Pico, in repetit. l. quartam. ff. ad legem Falcid. colum. xliij. quæ per te videas: ibi enim diffuse prosequitur effectum, qui resultat ex huiusmodi dispositione patris erga filium prodigum, dissipatorem, & minus industriosum: qualem ego ad præsens habeo nisi deus propitius sua clementia succurrat, suam infundendo gratiam in ipso, vt errata emendet, vitamque ducat meliorem. Alioquin isto, & aliis remediis opus erit, ne ea, quæ à parentibus iure habuimus hæreditario, quæque nos ipsi magno labore ex regum largitione, aliisque laboriosis viis acquisiuimus, filius dissipator & prodigus paruo consumat tempore. In his etenim remediis, quibus pater filio perdituro prouidet, & occurrit, nulla præsumitur fraus, vel simulatio: vt notanter dixit Baldus in l. pactum. C. de collatio. quæstio. xxj. per iura. quæ ibi alle-

Firmum est consilium patris pro filio

Patri dicentis filium esse prodigum, debet credi. No. & filio.

Universidad de Chile
Biblioteca

gat, quæ videri possunt. Ex quo aliàs dixi, donationem propter nuptias factam filiofamilias, non præsumi simulatam, quamuis post donationem possessio rei donatæ apud patrem reperta fit. Adde etiam prædictis Ang in l. quoties. Ja j. C. de fideicom. & ibi Ias. & alij moderni. vbi volunt valere consuetudinem, quæ Perusij viget, quòd patres, qui filios habent dissolutos, possint iubere filiis, quòd non alienent bona immobilia ante xxv. vel xxx. annum, vt ibi per eos: quos vide, & Ias. in dicta l. filius familias. §. diui. colum. tertia. de leg. j. vbi tenet quòd istud præceptum, †de nõ alienando, respectu legitimæ, etiam cum causa, non valet, per l. quoniam in prioribus. C. de inofic. testamen. vbi ista, & multa alia cumulant. in mea repetitione, in octaua ampliatione, latius ac diffusius in prima limitatione. Vide etiam doctor. de Sura. in repetitio. §. sed si fundum. l. vnum ex familia. de leg. ij. fol. xvij. colum. ij. Ad idem facit tex. in l. scripto. in fin. ff. vnde libe. tex. etiam in l. isti quidem. ff. quod met. caus. vbi dicitur, quòd †pater fortius amat filium, quàm seipsum. faciunt multa alia, quæ cumulat Andreas Siculus, in reper. c. Raynaldus. de testamen. ccxcj. column.

Ex quibus infert ad id, quod olim accidit, dum aliàs esset quidem occisus, & pater & filius essent accusati de homicidio, de quo constabat, non tamen apparebat, an pater vel filius occidisset. Carolus ij. fecit adducere patrem & filiũ ad furcas, & finxit incipere à filio, qui reuerà fecit homicidium. Pater amore suij, ne filius occideretur, dixit se fecisse homicidium: & tamen amore filij fuit suspensus, quia non est amor qui vincat paternum: vt l. fin. C. de cur. furioso. & l. quidam cùm filium. ff. de hæredibus instituend. Vide in simili, grande ac detestabile facinus, quod rex Petrus fecit aduersus senem patrem qui regem rogauit, vt ipsum pro filio delinquente occidi iussisset, quod & fecit: vt narrat Fredericus episcopus Paluicinus in sua historia Hispanica, cùm de ipso Petro rege agit. Ex quo dicebat Bal. in d. l. fi. in quibusdam lecturis & refert & sequitur Alexand. in l. quæstionis. in fin. ff. de quæstion. in apostillis. & in l. fi. §. si quis autem. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consci. quòd si citatur pater, & non vult comparere, debet capi eius filius: quia verisimile est, quòd tunc comparebit, & confitebitur. Idem si pater & filius inculpantur de delicto: nam si torqueatur filius in præsentia patris statim confitebitur. Ad hæc bene facit tex. in §. fi. Instit. de noxa. act. ibi: quis enim patitur filium suum. facit etiam tex. & quæ ibi cumulat Dely. in c. afferte. de præsumpt. in secundo nota. Ex quibus omnibus, & multis aliis, quæ breuitatis causa omittuntur, apparet, quantus amor sit inter patrem & filium, & consequenter quomodo patris consilium erit filio proficuum, quod filio nõ licet spernere.

7 Si ergo filia sine † consilio & consensu patris contrahit matrimonium, & ita impudenter & irreuerenter se gessit erga patrem: iustum est, quòd pater eam non dotet. non enim frustra iura ciuilia requirunt consilium & consensum paternum in matrimonio filiæ: nam per illud omptimè ipsis mulieribus consulitur, quæ sæpe contra propria laborant commoda, propter sexus & ætatis infirmitatem: vt l. si pater. in fin. C. de sponsalibus. Requirere autem consilium patris, consanguineorum, vel amicorum, in matrimoniis contrahendis, non est contrarium matrimonio: imo eius naturæ consuetum: vt l. viduæ. & l. in copulandis. C. de nup. & firmat Paul. de Cast. consil. lxxxviij. incipien. videtur dicendum. quem refert & sequitur Felyn. in capitulo ex parte. de constit. tertia columna. versicu. sed vltra omnes concludentes. quòd conditio, si† nupserit de consilio talis, non spernitur. nec reprobatur à iure. Et propterea consuluit idem Paul. in dicto consilio, quòd hæredes grauati de maritanda filia testatoris, cum consilio Titij, si eam maritauerunt inconsulto Titio, perdunt hæreditatem: iuxta authenticam, hoc amplius. C. de fideicom. Licet enim differatur potestas nubendi propter requisitionem talis consilij: non tamen cõditio reprobatur: vt probat tex. in l. cùm tale. §. Mæuiæ. ff. de condi. & demonstrationibus. & l. sed si hoc. §. fin. eodem tit. Idem tenuit Ioan. de Ana. consi. xv. incipiente, circa testamentum. Vnde non obstante hac dilatione seruari debet voluntas testatoris hoc casu: quia condicio inducens viduitatem respectu certi temporis, valet: vt ibi. Ex istis infertur ad vnum satis quotidianum, & notabile, quòd valet statutum laicorum, puniens contrahentem matrimonium cum filia alicuius, sine patris consensu, vt not. voluit Bald. in rubri. de constit. suprà. penulti. columna. versic. an valeat statutum, dicens, quòd substantia matrimonij non potest prohiberi per laicos, sed bene possunt statuere circa qualitates. Vnde si rei publicæ interest talia connubia non fieri, ne fiat scandalum in populo, tenet adiectio pœnæ: sicut tenet, ne malis moribus ciuitas informetur: vt l. prima. C. de secun. nupt. Nam homicidium contra † naturam est, & tamen per accidens permissum, itaque plerunque magis consideratur accidens, quàm natura: quia accidentia naturam obnubilant, & regunt: vt C. de adulter. l. Gracchus. ff. de postul. l. prima. §. bestias. Omnia ista accidentia vocantur qualitates de iure nostro, quia sunt quædam adiectiones, secundum eum. Idem voluit ipse in cap. clerici. in princip. verficul. sed hic quæritur. suprà, de iudic. dicens valere statutum, quòd propter vitandum scandalum ciuitatis nullus possit contrahere matrimonium cum terrena, sub pœna capitis, quia non punitur matrimonium, sed qualitas, vt dicta l. prima. de secun. nupt. in matrimoniis enim non punitur matrimonium, inquantum matrimonium, sed potest puniri in sua qualitate. vt ff. de contrahenda. l. non tantum. §. si emancipatus. Idem voluit Bal. in cap. tenor. in fine. suprà, de re iudic. dicens, quòd in matrimoniis potest apponi pœna per statutum ciuitatis, præterquam quo ad impediendum substantiam matrimonij. Hoc idem clarius tenet idem Baldus in l. omnem. ad fin. C. ad Terrul. dicens valere statutum ciuitatis, quod punit contrahentem matrimonium cum filiafami. sine consensu patris, est contra bonos mores omnium, & maximè prudentum, & inducit odium capitaler vt d. l. non tantũ §. si emãcipatus. ff. de cõtrahend. & ideo valet statutum, non quia verat substantiã matrimonij (hoc enim non potest facere nisi Papa) sed quia punit malos mores in republic. facinora seminantes. hæc sunt eius verba notanda, & ad propositum nostrum satis accommodata.

Consensus patris in matrimonio filiæ requiritur.

An valeat statutum laicorũ, quòd filia nõ contrahat matrimonium sine patris consensu.

Hoc

Hoc idem fuit de mente eiusdem Bald. in l. secunda. §. docere. in fi. ff. ne quis eum qui in ius vocat vi eximat. quem refert & sequitur Ias. in l. ij. in fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. vbi dicit
12 valere † statutum, quòd nullus Guelphus possit contrahere matrimonium cum aliqua de comitibus Albertis sub certa pœna: vnde si contraxit matrimonium incidit in pœnam. secus si contraxit sponsalia. Idem sentit Bald. in l. prima. §. ius naturale. j. colum. versicu. sed hic quæritur. ff. de iustitia & iure. vbi decidit valere statutum ciuitatis, quòd nemo accipiat Gebellinam in vxorem, sub pœna mille librarum: nam hoc facit lex ff. de diuortio. l. quod ait. Non enim infectum est matrimonium, sed pœna committitur. Si ergo tale statutum fit propter aliquam publicam vtilitatem vel æquitatem, tenet statutum, respectu pœnæ. C. de interdict. matrimo. l. tutor. C. de secund. nupt. l. hac edicta. ali. coniuncto eo, quod not. Innoc. in cap. fin. de secund. nupt. hæc ille, quem refert & sequitur Angel. Institut. de iure natura. ij. colum. verfic. quæro an per statutum. Idem voluit Angel. de Perusi. in dicto §. ius naturale. in fine. verfic. item facit. vbi dicit valere statutum, quòd non possit contrahi matrimonium cum agnatis: quia quædam matrimonia de iure ciuili prohibentur. Instit. de nupt. in princip. sed statutum est ius ciuile. ergo postea subdit, quòd statutum non potest fieri ad impediendum matrimonium, quia est de iure diuino. Sed quantum ad impediendum ius patriæ potestatis, & effectus successionis, bene potest, quia sunt de iure ciuili. Insti. de pa. pot. in princip. hæc ille, quem refert, & in effectu sequitur Ias. in dicta l. j. §. huius studij. col. iij. versi. hinc dubitant Bald. & Angel. idem est de mente Bald. consil. cccxxix. incipien. statuto terræ. iiij. parte. vbi præsupponit valere statutum ciuitatis,
12 quòd † nullus contrahat matrimonium cum muliere non habente patrem, vel matrem, sine consensu fratris carnalis ipsius mulieris sub certa pœna, &c. Idem voluit Bartol. per illum text. in l. adiicimus. C. de murileg. libr. xj. vbi prohibitum est, mulierem monetariam nubere extraneis. ex quo dicebat ibi Bartol. valere statutum, quòd inter homines diuersarum terrarum non contrahatur matrimonium sub certa pœna: quantum ad hoc, quòd contra faciens incurrat pœnam, si possunt honestè nubere, seruata forma statuti: quia in qualibet secta tot sunt, quot possint matrimonia contrahi. ad hoc l. cùm ita. & l. seq. ff. de cond. & demonstr. secundum Bart. vbi suprà, quem sequitur Ang. & Ioan. de Plat. refert & sequitur Angel. de Aret. Instit. de iur. nat. ij. colum. versi. quæro an per statutum. Idem voluit Bart. consilio incip. lator præsentis schedulæ. & Bald. in l. si matrem. C. de suis & legi. hæred. vbi dicit, quòd stante Mediolanẽsi statuto, quòd mulier nupta extra territorium Mediolani, non succedat in Mediolanensi territorio. quædam mulier mortuo patre immiscuit se hæreditati paternæ: deinde nupsit cuidam Mutinensi: an perdit hæreditatem paternam? Decidit, q statutum debet intelligi in acquirendis, nõ in acquisitis, priusquã nuberet: si ergo nuberet, excluderetur ab hæreditate vigore statuti secundum eum. Bene facit ad hoc, quod voluit And. de Iser. in c. j §. j. de proh. feu. alien. per Loth. facit etiã tex. cũ gl. in c. cùm secundũ leges. de hæred. lib. vj. dum dicit tex. & mulier humanã legem transgrediens, & præsertim parẽtibus suis non consentientibus, raptoris nuptias eligens. ex quo dicebat ibi glo. in ver. certo casu. quòd li-
13 cet matrimonium † contractum cum raptore teneat de iure: vt c. cum causa. de raptor. mulier tamen quæ cum raptore contraxit, perdit bona raptoris, quæ sibi à lege deferebantur. Cùm enim mulier hoc casu tractet de lucro captando, non de diminutione sui patrimonij: & pœna illa per legem sibi obueniat: quare lex eo quod confert priuare non potest. Hanc gl. secuti fuerunt doct. magnæ scientiæ & autoritatis, Lap. Abb. & Ioan. de sancto Georgio, & Bald. ibi, dicentes per hoc
14 valere † statutum, quòd filia non contrahat sine patris consensu. Idem tenet Cald. in c. ij. suprà, de desponsa. impub. & Card. & Gaspar de Cal. in cap. gemma. de sponsa. Anto. in c. j. eo. tit. Secunda ergo sunt iura ciuilia, patris consensum in matrimonio filiæ requirentia. de quibus suprà habita est mentio. ad idem l. Paulus. ff. de stat. hom. & l. sicut proponis. C. de nupt. Et ita quamuis aliàs de
15 iure ciuili † naturali debeant esse libera. l. Titia. in princ. ff. de verb. obli. l. ij. C. de inuti. stip. & tamen requiritur consensus patris: vt ex prædictis apparet. & not. in cap. sufficiat. xxvij. q. ij. Ad hoc bene faciunt nota. in l. cùm ita legatur. & in l. hoc modo. ff. de cond. & demonst. vbi dicitur, q licet mulier ex dispositione testatoris prohibeatur cum certis personis contrahere, non videtur illa dispositio viduitatem inducere, aut libertatem matrimonium contrahendi auferre. Sicut enim testator hoc potest facere, ita & statutum, prohibendo filiæ ne matrimonium cõtrahat sine patris consensu. Nec videtur hoc iuri canonico aduersari: quoniã reperimus, quòd valet consuetudo circa accidentalia matrimonij, scilicet, quo ad dotem: vt not. voluit Hostie. quem alij sequuntur in c. j. suprà, de sponsa. imo etiam valebit circa validitatẽ matrimonij: vt not. in c. j. & in c. super eo. suprà, de cogn. spir. & xxx. q. v. c. j. vbi litera dicit, Aliter legitimũ nõ fit coniugiũ, nisi ab his, qui super ipsam fœminã dominationẽ habere videntur, & à quibus vxor petatur: & à parentibus & propinquioribus sponsetur, &c. ad idem c. nostrates. & c. qualis. ead. causa & q. ecce quomodo illi text. videtur requirere parentũ cõsensum. Facit præterea tex. not. in c. cùm inhibitio. quasi per totum ti. infrà, de clan. despon. vbi prohiben-
16 tur matrimonia † clandestina contrahi sub pœna. Et ita valet prohibitio quo ad qualitatem matrimonij: valebit ergo, quantũ ad hoc, vt sine patris consensu filia matrimonium non contrahat. Præsertim cùm hoc statutum foueatur sancta & honesta ratione. s. ne mulieres propter imbecillitatẽ ætatis, & fragilitatẽ sexus, agerent cõtra propria cõmoda: vt l. si pater. C. de nup. & l. ij. C. ad Velle. & l. fi. §. filij autẽ. C. de bo. quę lib. in matrimoniis enim contrahẽdis nõ solùm quod licet, sed quod honestũ sit considerandũ est. l. semper in coniunctionibus. in prin. ff. de rit. nu. Cùm autẽ licitũ & honestũ sit, q filia non cõtrahat matrimoniũ sine patris consensu, vt patet ex prædictis: ergo illud considerandũ est. Maximè, quia statutũ requirẽs patris cõsensum in matrimonio filiæ, nihil de matrimonij, quæ est diuersa & separata à matrimonio: se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paratorum autem separata debet esse ratio.l.miles.§.defuncto.ff.de adul.c.edoceri.de rescr.& c. apostolicæ.de his quæ fi. à præla. Et si dixeris, quòd in matrimonio laici nihil directè vel indirectè disponere possint:tum quia inferiores.c.cùm inferior.de mai.& obed.tum etiam, quia est sacramentum, & res spiritualis,& ne ex hoc intimidetur matrimonium:vt c.gemma.cum ibi not.suprà
17 de spon.Responderi potest, quòd † licet statutum laicorum non possit ex toto legem diuinam tollere:vt dicto c.cum inferior. & l.nam & magistratus.ff.de arbit. potest tamen illam distinguere, & in certis casibus limitare:vt nota. in c.quæ in ecclesiarum. de const.& in c.nouit de iud.& in c.in omni negotio.de test.& in l.j.ff.de const.prin. & in l.fi.C.si cõtra ius vel vtilita pub. & in l.si vnus. C.de testa.& in l.fi.C.de fideicom.cum si. Præterea si attente sacras legimus scripturas,non longe à iure diuino erit,in matrimonijs filiorum consensum interuenire parẽtum. Abraham enim præ
18 cepit, vt filius suus Isaac non acciperet vxorem de filiabus Chananeorum:sed de cognatione sua. Genesi.xxiiij.c.nec præcepisset, niti de iure præcipere potuisset,& in matrimonio filij potestatem habuisset. Item seruus Abraham,pro coniugio Rebeccæ nõ requisiuit puellam,sed parẽtes eius, qui responderunt, En Rebecca coram te est,tolle eam: sit vxor filij domini tui. Genes. xxiiij.

Item Agar accepit vxorem filio suo Ismaheli de terra Aegipti. Genes.xxj. Item Isaac præcepit Iacob, dicens, Nolli accipere coniugem de gene re Canaam: sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ,ad domum Bathuel, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Labam. & Iacob, licet ardenter amaret Rachel,& semel deceptus,sine patris consensu,eam in coniugem non accepit. Gene.xxiij. Item Labam promisit dare,& dedit filias in vxores Iacob.Genesis xxix. De Esau etiam refert Iosephus de Antiquitate.li.j. ca.xiij. Esau,inquit,cùm esset annorum quadraginta, duxit vxores Aganuda Melonis filiam,& Alibamin. Eusebius,Virorum inter Canoneos valde potentium, semetipsum faciens dominum in potestate nuptiarum, & nec patris consilium sumens: quia nec permisisset Isaac,si in eius voluntate iaceret. Non enim habebat libẽter ad prouinciales suam copulare cognationem:nolens autem molestus esse filio, vt iuberet eum à mulieribus abstinere, tacere decreuit. Per quæ patet,quod si Isaac voluisset prohibere nuptias filij, posset, tãquam non fatas de eius cõsilio & cõsensu. Item Sichẽ postquam stuprauit Dinã filiã Iacob, dixit patri suo, Accipe mihi puellam hanc in coniugem. locutusq; est pater Sichem ad Iacob,dicẽs,Sichẽ filijmei adhæsit anima filiæ vestræ:date illi eam in vxorẽ, & iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis,& filias nostras accipite. Gen.34.Sichẽ & pater suus gentiles, qui in potestate sua habebant puellam,& tanto eam prosequebantur amore,noluerunt tamen eam matrimonio copulare, nisi patris consensus accederet. Item Iudas,filius Iacob,dedit vxorem primogenito suo. Gen. 38. Item Exod.22.dicitur.Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea,dotabit eam, & habebit vxorem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis. & habetur transumptiuè in cap. tria.cum seq.xxxvj.q.ij.& in c.j. infrà, de adult. Item Deut.22.dicitur.Filiã dedi huic vxorẽ. Item Caleph dixit,Qui acceperit istam ciuitatem, dabo ei Axam filiam in vxorem. Iud.1. Item Samson, cùm antea inspexerat mulierem, requisiuit patrem suum dicendo, Accipe quæso hanc mihi in vxorem. Iudic.14. Et postea socer dixit ei, Putaui quòd odisses eam,ideo tradidi illam amico: sed habet sororem,sit tibi pro ea vxor. Iudic. 15. Item Saul promisit dare filiam suam vxorem,&c. 1.Regum 27.& 28. Item dixit Thobias ad Raguelem,Hic non manducabo, nisi promittas mihi Saram filiam tuam in coniugem. Thobiæ 7. Item Eccles.dixit,Filiæ tibi sunt. serua corpus illarum,& non ostendas faciem hilarem ad illas:tra de filiam,& grande opus feceris,& homini sensato da illam.Eccles.7. Non ergo debet filia sine patris consensu matrimonium contrahere, nec per hunc modum patrẽ iniuria afficere, ac tædio
18 contristari.quem potius † honorare,cũmque reuereri teneatur,adeò,quòd ex magno beneficio à patre in filiam collato, nihil condignum filia patri retribuere potest: vt testatur Philosophus Ethicor.octauo. Dant enim parentes filio tria.Primò stabilimentum quo ad esse. Ecclesiast.7.Honora patrem tuum,& gemitus matris tuæ ne obliui scaris:memẽto, quoniam nisi per illos natus non fuisses. Secundò nutrimentum, siue fulcimentum quo ad necessaria vitæ:nudus enim intrat filius in hunc mundum. vt dicitur Iob 1. sed à parentibus sustentatur. Tertiò documentum. Hebræorum 12. Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus,& quia esse habemus à parentibus,debemus eos magis reuereri, quàm dominos. Vnde Eccles.3. Qui timet dominum,honorat parentes, & quasi dominis seruiet. Item quia dãt nobis nutrimentum in pueritia, & nos debemus eis dare in senectute. Eccle.3. Fili,suscipe senectam patris tui,& non contristes eum in vita illius. Item, quia docuerunt nos,debemus eis obedire. ad Colloss. 3.Filij obedite parentibus vestris per omnia.Prout latè ac singulariter vltra alios ista prosequitur episcopus Abulensis in libr.de amore & amicitia. part.j.c.iij.xiiij.xv.& xvj. Si ergo filia immemor beneficiorũ,quæ recepit à patre, nubat sine eius consensu & voluntate. non est sibi obediens, vt docet Apostolus, & contristatur patrem, contra Dei præceptum & voluntatem: vnde non tenebitur eam dotare,vt suprà dictum est. Quapropter iustum videbitur,quòd filia cum patris consensu matrimonium contrahat: nam hoc fieri debere & ciuilis & naturalis ratio vel ordo persuadet: vt Insti.de nupt.in princ.canonizata xxxvj.q.vlt.c.
19 fin.in fi. Et hinc est, quòd si pater † contrahat sponsalia vel matrimonium pro filio præsente,valet matrimonium: quia sufficiat taciturnitas filij præsentis:vt l.sed ea.ff.de sponsa. & cap.vnico.de desponsa.impub.libr.vj. siue filius sit in potestate patris,siue emãcipatus. Idem,si mater contrahat pro filio,per illum textum,qui indistincte loquitur de parentibus, & sic includitur etiam mater,
20 sicut aliàs dicitur,quæ † ipsa mater potest filios offerre religioni,sicut pater:vt not. in cap.ij. xx.q.j & in cap.ij.suprà,de reg.secundum Ioan Andr. in dicto cap.vnico. Imo plus voluit ibi Anch. quòd pater potest contrahere sponsalia, vel matrimonium pro filio spurio, etiam ex damnato coitu.

Honor & reuerentia debẽtur parentibus.

De patre contrahẽte matrimonium pro filio.

coitu.cùm in hoc consideretur reuerentia debita iure naturæ, & non patria potestas. per not.per Bald.in l.tutelas.ff.de cap.dimin.& in l.j.ff.de accusat. Nec potest filia contradicere sponsalibus contractis per patrem,si dignum sponsum sibi eligat:vt d.l.sed ea.& si tunc contradixerit,vitium in
23 ficiis † voluntas spectatur,non exitus.ac. cum vo
a luntate.de sententiis excõmunica. cum concor. vtitur nãque iste bono malè, sicut nec iudex, qui bonam fert sententiam per pecuniam xj. q.
Lex regni. pta est lex regni iiij.parti.ti.j.li.x.& Foro legum. lib.iiij.ti.j.l.ij.de quibus.infrà. Iste tamen con
24 sensus patris solùm requiritur in contractu matrimonij,nõ autẽ in eius executione,quæ fit per carnis copulam,& traductionẽ ad domum sponsi, in qua non erit necessarius nouus consensus: quia consensus adhibitus in actu,durat in executione actus.gl.no.in l.iij.§.sed vtrum.ff.de min. in ver. inuito patre.idem sentit gl. in l. cùm non solum. §.necessitate.in ver.necessitate.ad fi.C. de bon. quæ libe.nota.Bal.& Alexã.in d.§.sed vtrũ.itaque net Ang.con.clxxx.in fin.incipit.permitto.facit quod voluit Bald.in l.inuitus. in fi.C. de procu. & Felyn.in c.edoceri.de rescrip.vj.col.versic.sexta declaratio.Quamuis ergo contracto matrimonio filia sine patris consensu permittat se carnaliter cognosci,& ad domũ viri traduci,non poterit exhæredari, vel dos ei denegari. Vnum tamen non est omittendum, quòd licet curã & sõlicitũdo,collocandi filiam in matrimonio, principaliter pertineat ad patrem:vt d l. in copulandis. C. de nup.& d.c.honorãtur.& in l.qui liberos.ff.de
21 ritu nup.& propterea † patris consilium & cõsensus requiritur:istum tamen consensum debet gratis ex debito charitatis adhibere. Vnde si exinde pecuniam,vel quid aliud recipiat, videtur turpiter accepisse.l.fi.ff.de cõdicti.ob turpem cauf. & l.fi.& pe.C.eo. Istud est,quod ante omnes termi nauit Pileus doct.antiquus,in suo opere.q. lxxij.
22 de pupilla:quam † tutor maritauit Titio, recepta marcha argentea ab ipso exigenda:nam tunc tur piter recipit,& tenetur pupillæ restituere actione tutelæ, quasi videatur deliquisse administrando, id est,eam matrimonio collocando:quòd quamuis fecit quod debuit, non tamen eo modo quo debuit:vnde tenetur.arg.ff.de cond.ob turp.cau. l.ij.C.de neg.gest.l.ij. vt latius per Pileum in d. q. quam refert & sequitur Ioan.And.in additio. ad Speculato.tit.de iud.§.generalia iudicia.ix.col.in addit.incip.in d.l.quicquid.& Odof.Abb.Bal.& Ang.in l.qui sine vsuris.ff.de neg.gest.Abb. in d. l.quicquid.C.arbi.tu.Quamuis gl.in d.l. qui sine vsuris.in ver.accepit.sentiat contrarium,dicẽs illam legem esse argumẽtum pro quæstione,quòd tutor pecuniam,quam accepit,pro copulanda pupilla,non teneatur restituere.quoniam secũdùm Alberic.ibi illa glo.est corrupta, & male signata, quia signata est sub verbo,ex administratione: & deberet esse signata super verbo,omni lucro. illud enim ar.nõ colligitur ex illa l.imo tutor abstinere debet ab omni lucro.& ideo dicit corrigẽdã glo.sic.ar.pro q.an tutor pecuniã,quã accepit pro pupilla,teneatur restituere.De qua q. remittit ad not.in l.qui negotiationẽ.ff.de administratione tut.& in dicta l.quicquid.facit quod ipse dicit in l.qui proprio.§.vt in cæteris.ff.de procura. de dona.ambasiatoribus.Idem dicendum de consanguineo,qui vt puellam nuptui collocaret,pecuniam accepit, & nuptui tradidit, etiam viro bono condigno: nam tunc tenetur restituere sal-
b tem pauperibus.Nec excusatur ex hoc,quòd bene & honesto matrimonio ac condigno puellam collocauerit:quia per hoc nõ minus intentio corrupta conuincitur, nec felix & bonus exitus delinquentem excusat.Hinc dicitur,quòd in male-

a Adde notabiliter per Hyp. in l.i.§. diuus.Adriana col pe. & fin.ff ad l.Cor de fi ca.lo.Ber.

Lex regni.

b Adde leg. 48. de loro quæ hodie aliter disponi,videlicet quę tunc debet pater vsum fructũ omnium bonorum aduẽtitiorũ relinquere filio, vt habeat sibi,nulla patri portione relicta. Ioan. Ber.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotare filiam nuptam an teneatur pater & num.§.*
2 *Alimenta præstare non tenetur pater filio, qui habet vnde se alat.*
3 *Legitima an possit statuto vel consuetudine tolli.*
4 *Dispositio, quòd primogenitus succedat in regno, vel principatu, exclusis aliis filijs, valet, & etiam in hæreditate vel patrimonio alicuius particularis personæ.*

6 *Ingratam filiã dotare non tenetur pater, si tamen dos iam esset data, non reuocaretur prætextu ingratitudinis.*

7 *Spurius legitimatus, potest in spuritatem reuocari ob ingratitudinis causam, nec poterit amplius legitimari.*

8 *Doctor propter delictum degradatus, non potest amplius doctorari, & idem in milite & tabellione priuatio propter delictum.*

§. IIII.
An pater teneatur dotare filiam nuptam.

REcundo ad propositum, ad quod nostra dirigebatur intentio, videtur quòd pater non teneatur dotare filiam, quæ sine eius consensu matrimonium contraxit: quia †pater cogitur filiam dotare, vt inueniat cui nubere possit: vt l. fin. C. de repud. in auth. de nupt. §. si itaque. ver. si quis sub potestate. colum. iiij. Sed ista ratio iam cessat, ex quo filia nupta est: ergo non tenetur eam dotare, quia cessante ratione, vel causa, cessare debet effectus, seu causatum. vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pa. & l. Titia. la ij. §. vsuras. de lega. ij. & c. cum cessante. suprà, de appel. & in c. cùm infirmatus. infrà; de pœnit. & remissio. cum concordantiis ibi positis per gl. Confirmatur hoc per illud, quod in simili dicimus, de alimentis filio præstandis. quamuis enim pater teneatur filiis † alimenta præstare, si tamen filius habet vnde se alat, non cogitur pater filium alimẽtare, vt in l. si quis à liberis. ff. de lib. agnosce. Et inde est, quòd licet aliàs non valeat † statutum, vel consuetudo, absorbens in totum legitimam filiorum: quia legitima succedit loco alimẽtorũ, vt voluit Richar. Malumbr. vt refert Cyn. in l. fancimus. C. de nup. de quo ibi per Bart. & per Dynum in regula, indultum. de reg. iur. lib. vj. per Abba. in c. fin. pen. col. de consuet. & in c. Raynaldus. de testa. iij. co. versic. itẽ not. quod consuetudo. & per plures alios, de quibus infra. §. vigesimo quarto. hoc in sortioribus terminis debet intelligi, quando filius nõ habet aliàs vnde viuat. Sed vbi filius aliàs haberet, vnde viuere posset, bene valeret consuetudo, vel statutũ, etiam in totũ absorbens legitimam, vt notan. voluit do. Abb. in dicto c. Raynutius. quarta col. versi. ego crederem. quod est valde notandum. Idem tenet Bald. in l. cunctos populos. C. de summa trinita col. pe. ver. deinde quæro. cuius meminit Albertus Brunus in tracta. de statuto fœminas excludente. col. ij. & vide infrà. §. xxj. in prin. ver. ex quo inter tur. & §. xxiij. post princ. ver. ista tamen. Et secũdùm hoc saluabitur opinio illorum, qui tenent, quòd per statutum potest legitima in totũ tolli, vt per Dyn. Bar. & alios in d. l. fancimus. C. de nup. per Bal. in auth. nunc autem de epis. & cler. & in l. maximum vitium. C. de libe. prete. v co. ver. vlcerius quæritur. & in l. j. §. cus naturale ff. de iustit. & iur. & in l. cunctos populos. C. de summa trini. in versi. subsequenter quæritur. xviij. col. & in l. lege. C. de leg. hære. & in l. fi. §. ipsum autem. C. de bon. quæ lib. & in l. hac edictali. in prin. C. de secũ. nup. & in auth. nouissima. C. de inof. test. & in d. l. fancimus. & in l. tali. §. socer. ff. de iure dot. & in c. fi pater. de test. li. vj. vij. co. & in l. fi. C. de fru. & li. expẽ. Old. cõsi. lxxiij. lxxvij. ciij. & cxiij. Ab. Antiquus, Io. And. & alij in d. c. Raynutius. & ibi And. Sic. in repeti. co. xliiij. ver. modo sunt. Alb. de Rosate in proœ. Digesto. & *in l. quoniã* in prioribus. C. de inof. test. & *in ij.* par. statutorũ. q. ciiij. Bar. & alij Moderni.

An legitima potest tolli vel minui per statutum.

in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cõdi. & demõstratio. Io. And. in addi. ad Specu. ti. de succes. ab intest. in additio. incip. sed reducitur inquæstionẽ. iij. col. Ang. in l. Papinianus. aliàs incipit. contra veterani. §. quarta. ff. de inoffi. testamẽ. & in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad l. Falci. & in auth. de hære. & fal. in prin. & repetit. l. j. §. ius naturale. ff. de iustitia & iure. & consi. cv. clxxxix. cciij. incipi. in dei nomine consultatio. & c. Cal. cõsi. cix. inc. an statutũ. in ti. de cõst. & consi. xxiiij. & consi. xxxij. in titu. de testam. Pau. de Castro in d. authen. nouissima. Lud. consi. cxxxiiij. incip. pro declaratione primæ dubitationis. & consi. xxxij. circa fin. incip. visa municipali constitutione. in l. sequens. ff. ad Syllcian. Ex istis infertur, quòd valet † dispositio, quòd primogenitus succedat, exclusis aliis filiis, non solùm in regno, vel principatu, vt voluerunt Albericus, & alij, in proœ. Digest. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. sed etiam in hæreditate vel patrimonio alicuius particularis personæ, vt c. mulier. fide feud. fue. contro. & ibi Bal. lib. feud. videtur de mente Io. Andr. in regula, sine culpa. de reg. iur. lib. vj. de quo vide latius per Martinum Laudensem, in tracta. primogenituræ. colũ. quarta, ver. quæro an valeat. quem rogo videas. & Sal. in l. vna. C. quæ sit longa cons. Ioan. Fab. & Ang. in §. ex non scripto. Institu. de iure na. super quo ego aliàs latè scripsi, in quadam allegatione.

Maioratus.

Alimenta.

Ex his dicebat Sal. satis singula. in l. vnica. §. sin autem. in fi. C. de rei vxor. act. quòd si filia familias petit alimenta ab hæredibus viri, interim quòd sit dotis restitutio, ipsi excipiũt, quòd patrem habet diuitem, qui de iure eam alere tenetur, vt dicta lege. si quis à liberis. nihilo minus hæredes tenentur ipsam alimentare, nõ pater. Facit quod in simili voluit Franc. de Pepis, in repe. auth. præterea. xiij. charta. ij. col. ver. sed quia Iacob. C. vn de vir. & vxor. quem rogo videas. & ibi etiam Alexã. v. col. ad fi. versi. sed iuxta prædicta. Sic ergo dicamus in casu nostro, quòd licet pater teneatur dotare filiam, vt inueniat cui nubere † possit, ex quo tamen iam inuenit, & habet maritũ, qui eam alat, nõ tenebitur pater alere & dotare. Præterea filia nubendo sine patris consensu, efficitur patri adeo ingrata, vt ab eo in totũ exhæredari possit, vt traditur in auth. vt cum de appel. cogn. §. aliud quoque capitulu. ver. si verò vsq; ad xxv. col. viij. & in authe. sed si post xxv. ann. suprà, de inoffi. testa. & hoc idem disponit lex regni, Foro generosorum. lib. v. tit. v. l. j. iiij. parti. tit. j. lib. x. & Foro legum. lib. iij. tit. j. l. v. quæ dicunt, quòd si filia contraxit matrimonium, sine patris & matris consensu, nihil debet ex bonis parentum habere. Idem est, si cùm filia mansisset in fratrum potestate, & sine eorum consensu matrimonium contraxerit, quia eo dem modo perdit bona parentum. vt no. voluit Baldus in allegato cons. cccxix. incip. statuto terræ. in quarta parte. & lex regni, Foro generosorum. lib. v. tit. v. l. ij. statuit rex Io. in Occãna. Si autem ex hac causã pater potest filiam tanquam ingratã exhæredare, eodem modo poterit ei alimenta denegare, quia ex eisdem causis, ex quibus pater potest filiam exhæredare, potest ei alimenta denegare, vt voluit Ioan. Andr. in c. Quintauallis. suprà de iurei. & refert & sequitur Ab. ibi *ij.* col. & in c. cũ haberet. de eo qui du. in ma. quam po. per adult. Bart. in l. diuus. ff. ad l. Pompe.

Lex regni.

Lex regni.

Pompe. de parri. & not. gl. & Bar. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. in ver. detulerit. & in l. fi. C. de alen. li. glos. j. & Bartol. ibi, & in tractatu alimentorum. in ij. colum. glos. in §. igitur omnes. in authen. vt cum de app. cog. Vnde dicebat Barto. in dicta l. diuus. ꝙ propter causas, propter quas potest filius exhæredari, propter easdem perdit priuilegium filiationis, vt eum occidens, non teneatur lege Pompeia de parricidis. nec econtra. Cùm autem dos succedat loco alimentorum, vt suprà latè dixi: sequitur quòd eodem modo quo pater potest ei alimẽta denegare, poterit per cõsequens denegare doté quod expresse tenet gl. & Bal. in l. fi. ij. col. in fi. C. de do. promis. dicens, ꝙ

Dos non reuocatur prætextu ingratitudinis.

6 †ficut legitima non debetur filiæ ingratæ, quia ingratitudo tollit ei debitum naturale, vt in authẽ. de nup. §. optime. colla. iiij. sic per consequens pater non tenetur eam dotare, quamuis si dos esset iam data, non reuocaretur prætextu ingratitudinis. vt no. voluit Bal. in d. l. fi. Bal. & Imo. in l. post dotem. vij. col. ff. soluto matrimo. Iaso. in dicto §. fuerat ante. xxxvij. col. Inst. de actio. Adde quòd pro ista opinione facit: quia filia vel serua absoluta & liberata propter ingratitudinem posteacom missam, contra patrem vel dominum, tamen potest in potestatem reuocari. ar. ff. qui & à quibus. l. si quis hac. & C. de libe. & eorum li. l. j. ita dicit Ioan. de Plat. in l. fi. prope fi. C. de spectа. & leno. li. xj. In contrarium tamen facit, quod mirabiliter voluit idẽ Bal. in c. j. §. fi. in fi. si de feud. fue. cõtro. inter do. & agnat. lib. feu. de quo facit festum Lud. singula. cxxij. incipiente, vltimò quæritur. & Francis. de Crema. in singul. xxix. vbi dicit Bald. quòd ex eisdem causis, ex quibus aliquis potest

Legitimatio reuocatur propter ingratitudinem.

7 exhæredari, potest filius † spurius legitimatus reuocari in pristinam spuritatem quod tene menti. a Adde, quòd postquam fuerit reuocatus: non poterit amplius de volũtate patris legitimari per comitem Palatinum, per textum notab. in l. ij. C. de lib. & eorum lib. vbi fi libertus propter ingratitudinem reuocatur in seruitutẽ, nõ potest amplius manumitti à domino. Ex quo dicit ibi Baldus, quòd † doctor propter delictum degradatus,

8 non potest amplius doctorari. Idem de tabellione, qui est priuatus officio propter delictum, secundùm Baldum in l. ij. C. de manum. vin. & in aliis locis, de quibus per Iaso. in l. secunda, de donatio. cau. in §. idem erit. in fine. Cui adde textum valde singu. & ibi notat Ioan. de Plate. in l. nullus. C. de di. offic. vbi dicitur, quòd ad militiam vel officium, à quo quis remotus est, amplius redire non potest, nisi cum speciali rescripto principis, sine obreptione obrẽto, ad idem l. quicunque. eodem titu. & vtrobique per Ioan. de Plat. & in l. fi quis ex grege. C. de cohor. Plura ad hoc propositum facientia accomolat Felyn. in c. ex literis. de constit. col. xvj. ver. secunda declaratio. quæ per te videas. & Georgius in repe. c. quãuis pactum. de pact. lib. vj. dixi in c. qui presbyterũ. de pœ. & re. col. cixxv. in fi. Vnde sic videtur hoc casu dicendum, vt dos data filiæ possit ei tolli, propter sequẽtem ingratitudinem: nisi dicas, quòd aliud est in legitimatione, quæ datur titulo lucratiuo, aliud in dote, quæ datur titulo oneroso, saltem respectu maritivt traditur in l. fin. ff. de his quæ in fraudem creditor. & in l. pro oneribus. C. de iure do. & in c. falubriter. infrà. de vsur. Nec refert, si dicatur, quòd ista iura ciuilia, quæ dicunt patrem non teneri ad dotandam filiam, quæ sine eius consensu matrimonium contrahit, non valent, quia disponunt circa dotem, quæ est accessoria ad matrimonium: quia ad hoc potest dici, quòd ex quo dotare filias tenetur pater ex prouisione iuris ciuilis: vt dicta lege, qui liberos. & dicta l. fin. C. de dot. prom. potuit etiam idem ius ciuile, ius seu prouisionem ab eo inductã, certis ex causis, maximè honestis, limitare, vel subtrahere: etiam in accessoriis ad matrimonium. ad hoc glossa notat. in dicto cap. cùm secundùm leges. de hære. libro vj. quæ sentit valere statutum laicorum † imponens pœnam cõtrahenti matrimonium cum filia tamen sine patris consensu. de qua suprà habita est mentio. Ista ergo dispositio iuris ciuilis, quæ reputat filiam ingratam, quia contraxit matrimonium, sine patris consensu, bene valebit. ergo nõ tenebitur pater illam dotare. quod expresse firmat Bar. in dicta lege, obligamur. ff. de actio. & ob. & in lege, mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. & in authe. res quæ. C. communia de leg. & ibi etiã Salycet. & Fulg. Salyc. in dicta lege, qui liberos. & ibi etiam Bal. in lectura antiqua, & multi alij, de quibus infrà subiiciam. Hoc idem approbat Mathæus Mathe filanus in sing. cvij. incip. not. quòd si pater. & Paulus de Castro in dicta authe. sed si post xxv. ann. dicens, quòd per iura canonica, dispononentia valere contractum matrimonij, interueniente consensu eorum, qui volunt contrahere (& hoc sufficiat, vt infrà dicetur) non corrigi iura, de quibus suprà. quia ex quo pater offenditur, dato quòd matrimonium valeat, tamen erit iusta causa exhæredandi. & sic illa authen. remanet incorrecta. quia ius canonicum disponit tantùm circa validitatem matrimonij: nõ autem aliquid disponit circa iniuriam patris. sicut in simili, in l. j. & ij. C. de secundis nup. quãdo mulier nubit infrà annũ luctus: licet per ius canonicũ excusetur à pœnis infamiæ, ius canonicũ nil disponit vel immutat, circa lucrũ, quod prouenit filiis primi matrimonij: vt sentit glo. in dicto cap. cùm secundùm leges. vide gl. For. leg. lib. iij. tit. j. l. xiij.

Nõ corrigũtur iura ciuilia disponentia circa dotem.

SVMMAE RERVM.

1 *Ingratitudinis vitium incurrit filia, si minor annis viginti quinque sine consensu patris contrahit matrimonium propter quod exhæredari potest.*

2 *Alimenta denegare possunt alicui ex his causis, ex quibus potest exhæredari.*

3 *Filia post 25. ann. nubens sine consensu patris, non poterit propter hoc exhæredari, etiam si mere vtrix efficiatur.*

ET hoc efficacius procedit, tribus cõcurrentibus. Primũ, si ista filia, tẽpore quo matrimonium contraxit, erat minor xxv. annor. quo casu indistinctè incurrit vitium ingratitudinis, propter quod potest exhæredari: vt in d. authen. vt cùm de app. cog. §. aliud quoque capitulum. ver. si verò vsq; xxv. & in d. authen. sed si post xxv. C. de inof. testa. & lege regni vj. parti. ti. vij. l. v. & Foro legũ li. iij. ti. j. l. vj. & ita no. Pau. de Castro in dicta authen. sed si post.... Ex quo infert ibi Iaso. quòd ex ista causa pater in vita poterit denegare dotem filiæ: quia ex quibus causis potest pater exhæredare filiam in testamẽto, potest ei denegare dotem: secundùm Bal. in auth. res quæ. C. communia

§ V.
Si filia erat minor 25. annis quando cõtraxit matrimoniũ sine patris consensu.

Universidad de Navarra
Biblioteca

de leg. Item quia filia, quæ non debet ali, nec dotari, glo. in l. fi. in ver. intelligi. C. de do. promi. Bar. in l. obligamur. §. j. ff. de actio. & obl. & in d. auth. res quę. Sed ex causis, ex quibus potest quis exhæredari, possunt † alimenta denegari. glos. in l. fi quis à liberis. §. idem iudex. & ibi Bar. ff. de lib. agn. gl. in §. igitur omnes. in auth. vt cum de app. cog. gl. & Bar. in l. fin. C. de ale. libe. cum aliis, de quibus suprà. ergo &c. Vnde quamuis matrimonium valeat, vt infrà subiiciam, ex quo pater offenditur, erit iusta causa exhæredandi. & sic dicit auth. remanet incorrecta, quia ius canonicũ disponit tantùm de validitate matrimonij, nõ circa iniuriã patris: sicut in simili, in l. j. & ij. C. de sec. nup. quãdo mulier nubit infrà, annũ luctus: licet per ius canonicũ excusetur à pœna infamiæ, tamẽ ius canonicũ nihil disponit, vel immurat, circa lucrum, quod prouenit filiis primi matrimonij. gl. no. in c. cùm secundũ. de secun. nup. ita concludit Pau. in d. authẽ. † Si autem post xxv. an. matrimoniũ contraxerit etiã contra patris voluntatẽ, nõ reputabitur ingrata, nec poterit exhæredari: vt d. authen. sed si post. & in corpore, vnde sumitur. nã tunc propter stimulum carnis filia excusatur, & pater incusatur: vt dicit Saly. in auth. sed quãuis. in prin. C. de rei vxo. actio. Imo, quod plus est, etiam si efficiatur meretrix, non poterit exhæredari: vt dicit glos. in c. Quintauallis. suprà, de iureiur. ad hoc leges regni prædictæ. 1 3

SVMMAE RERVM.

1 *Clandestinum matrimonium contrahens, rectè sibi consulet si faciat quòd puella dotẽ sibi constituat.*

§. VI. *Si filia contrahens nõ promiserit dotem.*

SECVNDVM, quod habet cõcurrere, est, q̃ filia quando cõtraxit matrimonium, non promittat secum dotem. Si enim pater tenebatur filiam dotare, vt inueniret cui nuberet: vt d. l. qui liberos. ff. de ritu. nup. & d. l. fin. C. de do. promi. ex quo filia reperit maritum sine dote, cessat causa cõpulsionis legalis: ergo per consequens cessare debet cõpulsio, vt superius dixi. Itaque modo sit maior xxv. annis, modò minor, si filia sine patris consensu matrimonium contraxit, non promissa dote, nõ tenebitur pater eam dotare. ita voluit Bar. in d. l. obligamur. ff. de act. & obl. in fi. vers. quem refert & sequitur Abb. in c. accedens. fi. col. suprà de. procu. & in c. j. de despon. impu. & in c. j. infrà de adul. & in c. cum causa. infrà de rap. & consi. xij. incipien. casus talis est, magnificus, in j. vo. Pro qua opi. bene facit tex. iudicio, meo, secundùm verum intellectũ, in l. pater. ff. de euic. vbi quæritur, an pater, qui emerat fundũ, & ipsum in dotẽ profilia dederat, si euictus fuerit, an possit agere de euictione, attento, quòd non videtur patris interesse, nisi in casu soluti matrimonij. Et concludit turisconsultus, quòd ficstatim etiam ante solutum matrimonium, attenta affectione paterna. Sed si filia posset patrem compelere ad dotandum, certe interesset patris agere de euictione, necdum affectione paterna, verùmetiã ratione damni euitandi. Item non dicebatur dotasse, ex quo rem dederat alienam. l. fi. ff. de cõdi. ob caus. aliàs esset inuenta fraus: per quã pater se exoneret ab obligatione, qua lege attringitur ad dotãdũ. quod nõ est dicẽdũ. l. in fundo. ff. de rei vendi. ita dicit Bulgarinus in repe. l. j. xxxviij. col. ff. so. mat. Bonum est ergo, quòd filia quando matrimonium contrahit, dotem secum promittat. Nam tunc pater tenebitur eam dotare, vt voluerunt doctores prædicti in locis suprà, allegatis.

Cauti ergo debent esse isti, qui † clandestina cõtrahũt matrimonia, vt faciãt, q̃ puella dotẽ viro constituat: quod potest filia facere, patre inuito. nam potest se dotare de bonis patris, maxime si faceret authoritate iudicis, & pater compelli potest ad consentiendum. secundùm Bald. in d. l. fin. C. de do. promi. ar. l. fina. & l. profectitia. ff. de iure do. per quam dicit etiam Bar. in l. j. iiij. col. ff. so. ma. quòd si pater haberi non potest, iudex constituet dotem ipsi filiæ. & ad hoc illam l. reputat sing. Bar. vbi suprà quem refert & sequitur Iason in d. §. fuerat ante. Insti. de actio. xxxiij. col. versi. dat. de quo infrà, latius subiiciam. Hoc tamen intelligendum est, quando filia, quæ dotem promisit, erat maior xxv. annis. secus si esset minor: nam tunc quamuis illa dotem promisisset, non tenetur pater eam dotare. Hoc fuit de mente Bart. si eius verba recte ponderẽtur, in d. l. obligamur. nam dicebat ille: Fateor, quòd si filia se maritaret, dotem promisisset, quia pater eam non maritabat, pater tenetur. hæc sunt eius verba, per quæ visus est ipse sentire, quòd tunc demum pater tenetur filiam dotare (si matrimoniũ sine eius consensu contraxit) quando distulit eam maritare vltra xxv. annos, & sic vltra tempus à iure statutum: sic intelligit Bar. Saly. in d. l. qui liberos. secundum quod eum refert Io. de An. in d. ca. j. iiij. col. infrà, de adul. & Alex. in d. l. j. x. col. ff. sol. ma. Campetius in suo tract. de dote. j. parte. quæstio. xiij. Ex quo dicto sic intellecto, resultat, quòd si puella xx. annorum, matrimonium sine patris consensu contraheret, promissa certa dote, pater eam soluere non teneretur. Sed contrarium voluit Abb. in d. c. j. suprà. de despõ. impu. in finalibus verbis. dicens se credere, quòd licet filia sine consensu patris ante xxv. annum contrahat matrimonium, promissa certa dote, pater teneatur ad dotandum: quoniã pater tenetur filiũ alere, nec ex cõtractu illius matrimonij alimenta sibi denegare potest: cum in istis spiritualibus filia sub potestate patris non sit: vt in c. fi annum. de iudi. lib. vj. Fortius ergo tenebitur dotare, quia causa dotis fauorabilior est causa alimentorum: vt tradit Cyn. in l. non omni. C. de admin. tuto. & dicit Abba. se sic consuluisse in contingentia facti, cõsi. xij. incipien. casus talis est, in j. volu. & pro ista decisione Abba. videtur mihi glo. quam not. ibi Bal. in l. nulla. in fin. C. de iur. do. quæ voluit, quòd mulier minor xxv. an. potest dare secũ in dotẽ, totam patris substantiam, quamuis multum sit ampla, dum modo interueniat decretum iudicis. Idem disponit lex regni quarta. parti. titul. xj. lxiiij. veritas huius articuli, & quis iustius dixerit, apparebit ex infrà dicendis. Videas rogo Laurum de Palaciis, in tractatu de statuto, quòd stantibus masculis fœmina non succedat. columna xxj. verficulo, nos autem. qui pulchre loquitur. 2

Lex regni.

SVMMAE RERVM.

1 *Filia quæ sine consensu patris cum indigno contraxit, non potest cogere patrem, vt eam dotet.*

2 *Exhæredari potest filius, qui inhonestè contrahit matrimonium pura cum meretrice.*

Filia

3 *Filia non potest contradicere patri, volenti eam tradere nuptui, nisi indignum moribus, vel turpem sponsum pater sibi eligat.*

4 *Indignus matrimonio quis dicatur, & nu. 12.*

5 *Nuptiæ debent esse conuenientes de iure, & de facto.* 4

6 *Dispensatio de illicito facit licitum.*

7 *Mulier xx. annorum, interueniente decreto iudicis, potest secum dare in dotem totam patris substantiam, quamuis sit multum ampla.*

8 *Filij naturales an & quando per subsequens matrimonium efficiantur legitimi.* 5

9 *Pater si substituit filio pupillariter meretrices, aut ribaldos lusores, postpositis attinentibus pupilli, in gradu propinquo, qui erant bonæ conditionis & famæ, non valet talis substitutio.*

10 *Nubens indignè, patrẽ offendit, & famã eius ladit.*

11 *Statutũ, priuans dote puellam contrahentem matrimonium sine consensu patris, valet, & nu. 13.* 6

§. VII. *De marito indigno.*

TERTIVM, quod habet concurrere, est quòd maritus, cui filia nupsit, nõ sit dignus illo matrimonio. Nam tunc ex quo † sine patris consensu contraxit cum indigno, non tenebitur pater eam dotare. ista est gl. multum sin. quæ hoc voluit, in cap. fin. xxxvj. q. j. in ver. excusata. & sequitur ibi Ioan. de Fan. & Archi. idem tenet Ioan. An. Anto. & Car. in dicto ca. accedens. suprà, de procur. Bald. in dicta l. qui liberos. in reportatis antiquis. ff. de ritu nup. & in l. j. ff. solu. ma. & in l. pe. prope finem. C. de spon. & in l. nec filium. C. de nup. dicens, quòd si † filius inhoneste contrahit matrimonium, puta cum meretrice, pater potest eum exhæredare, ne vilissimam prolem, quæ inde nascitur, habeat successorẽ: quia ex his totum genus est infamatum. idem Bart. in l. si rogatus. ff. de ma. vin. quicquid dixerit Saly. in l. si vt proponis, C. de nup. idem tenet Abb. in locis præal. Lu. in rub. ff. so. ma. Ias. in d. §. fuerat ante. xxxvij. co. Inst. de act. Fundamentum huius opi. est text. in l. iij. §. si emancipatus. ff. de bo. pos. contra tab. vbi dicitur, quòd filius, qui vxorem indignam accepit, potest exhæredari. ergo eodem modo filię, quæ indigno nupsit, poterit dos denegari. Idem fuit de mente glo. primæ in di. authen. sed si post xxv. C. de inoffi. test. dũ dicit, quòd si filia se copulauit seruo post xxv. ann. est iusta causa exhæredandi. quam gl. ad hoc no. ibi. Io. Faber, & Iason Mayanus. Facit ad hoc in simili tex. in d. l. sed fi ea. ff. de sponsa. dum dicit, quòd † filia non potest contradicere patri volenti tradere eam nuptui, nisi indignum moribus, vel turpem sponsum pater ei eligat. Ad idem facit quod voluit Barto. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ij. colum. ff. solu. matri. quem omnes sequuntur. vbi dixit, q̃ pater non tenetur se obligare, nec bona sua pro dote vxoris filij, quando vxor erat indigna. Si autem non tenetur se obligare pro dote vxoris filij, quod est minus: à fortiori non tenebitur filiam dotare, quæ cum indigno contraxit. propter illud dictum Bartoli, de quo meminit Paulus de Castro, consi. xiiij. ij. colum. in fin. ver fi. nam pater. & dixi suprà latè in rubr. Facit etiã, quod voluit Baldus in dicta l. pe. C. de sponsa. vbi dixit, quòd si pater dicat, Instituo filiam meam in centũ, dum modo digno nubat: si autẽ nubat indigno, instituo in decẽ, & nolo q̃ possit petere. Si postea filia indigno nubat, vt si nobilis nubat famulo, nõ poterit ad supplemẽtũ legitimæ agere, quia ex hac causa potest exhæredari, vt in authen. vt cùm de ap. cog. §. aliud quoque capitulũ. col. viij. Idẽ dicit Bal. si nubit ei, cui non potest, vt cõsanguineo, vel affini, vt ibi latius per eum. & ita sentit ibi Baldus vnum, quod reputo valde notabile, quòd † non solùm dicitur ille indignus, qui esset vilis persona, vt sentit glo. j. in authen. sed si post. est tex. in l. j. C. de natu. li. sed etiam ille, qui dato, quòd esset nobilis, tamen de iure non poterat cum eo esse matrimonium, vel ratione consanguinitatis, vel alterius impedimenti. quia † nuptiæ debent esse conuenientes de iure, & de facto, vt dicit glo. fin. in l. si rogatus, §. matrimonij. ff. de ma. vin. in ver. matrimonij. & not. Institut. de nupt. §. si aduersus. quam gl. multum commendat Phi. in ca. j. de despon. impu. lib. vj. in §. porro. qui hoc intelligit, nisi fuerit in impedimento dispensatum, quia † dispensatio de illicito facit licitum, vt c. quod dilectio. suprà, de consan. & per gl. in c. literas. suprà, de resti. spo. Ecce quomodo Bald. ponderauit indignitatem mariti. ergo eodem modo ponderanda erit in casu nostro. Item facit quod voluit idem Bald. in lege. nulla. in fin. C. de iu. do. vbi dicit, quòd † mulier xxv. ann. interueniente decreto iudicis, potest secum dare dotem totã patris substantiam, quamuis multum sit ampla, vt ibi dicit glo. dummodo vir tanta dote sit dignus. & ita sundat se Bald. super dignitate, vel indignitate mariti, vnde sic videtur dicendum in casu nostro. Ad idem facit, quod in simili voluit Pau. de Castr. in l. donationes in concubinam. ff. de dona. vbi per illum tex. dicit, quòd cùm aliquis vt filius legitimus petit bona paterna, vel dicit se generosum, & sic habet necesse probare matrimonium interuenisse inter patrem & matrem, & nõ potest probare matrimonium per instrumentũ, vel per testes, qui fuerunt præsentes, sed probat, q̃ stabant adinuicem, sicut stat vir & vxor. Aduersarius addicendum hanc probationem præsumptiuam, potest articulare. quòd vir erat homo magnæ conditionis. & illa vilis conditionis, & quòd non est præsumendũ, quòd cum illa matrimonium contraxerit, sed quòd ipsam habuerit in concubinam, & quòd non mittebat eam honorificè, sicut solent vxores mitti. ad hoc quod habetur in l. vt liberæ. ff. de ri. nup. Imò fortius voluit Ange. in authen. quib. mo. na. effi. le. col. vj. §. ij. vbi notan. ex illo tex. dicit no. sing. hunc text. quòd licet habens concubinam, ipsam ducat in vxorem, & postea conficiat instrumenta dotalia, tamen filij antea † nati non legitimantur, si talis mulier nõ erat matrimonio digna, quia forte meretrix erat, vel mulier vilis conditionis, & ille erat homo nobilis, & diues, quia cùm illud matrimonium non potuit cum honestate contrahi, non legitimat filios ante matrimonium natos, & conceptos. a Et dicit, quòd ita vidit de facto seruari. Hoc dictum Angel. refert Benzelinus in capitul. tanta. qui fil. sint legi. in apostillis. additione ix. & Martinus Laudensis, & alij, de quibus in disputatione incipiente, Angaris. consilio xxiij. quibus adde Bald. in capitulo illud. secunda columna. de præsumptionibus. refert Alexan. in dicto cap. tanta. pe. col. vbi de aliis. Et ideo cautus debet esse aduocatus cõtra filios naturales, qui dicũt se legitimos per subsequens matrimonium, vt videat & inspiciat an mater filiorum fuerit matrimonio digna, habito

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 a

Limitatio c. tãta qui si sint legi. a | Adde Mart. Lau dẽ. in trac. legitima. fo. 6. co. ij. in prin. ver si. no. Aureã limitationẽ vbi eius additionator plures doc. refert. licet Cepo. in cautel. 247. incipien. debes scire. secutu fuerit simpliciter sententiam Ang. Ioan. Ber.. Lex regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habita respectu ad conditionem suæ personæ, & conditionem amasij. Quod dictum est satis singulare, ad propositum nostrum, & mirabiliter limitat text. in cap. tanta. supra, qui sint le. de cuius veritate infrà subiiciam. Idem in effectu voluit Ang. in authen. vt licc. mat. & auiæ. §. ad hoc. col. viij. vbi dixit, quòd licet aliàs habens filium, vel filiam, ex libera muliere, cum qua nuptiæ consistere poterunt, si eum filium appellat in aliquo instrumento, legitimatur filius: vt ibi, & in authen. item si quis. C. de natu. lib. & quarta parti. titulo xv. l. vij. Hoc verum, si matrimonium inter eos honestè contrahi poterat. aliàs secus, vt quia mulier erat vilis conditionis, & homo honestæ vitæ: nam tunc honestè matrimonium contrahi non poterat, & per consequens non legitimatur filius. ita dicit consuluisse Bartol. Franci. de Pisis, Ange. de Are. & Hugelinum, secundùm Angel. ibi, & in dicto §. ij. Ecce quomodo Angelus multum ponderauit indignitatem mulieris, quo ad legitimationem prolis per subsequens matrimonium, vel aliàs: in qua de nullius forte præiudicio agitur. Fortius ergo ponderabitur in casu nostro, in quo agitur de patris præiudicio, qui dotem dare debet: præsertim cùm ex tali contractu cum indigno filio patrem magna afficiat iniuria: vt not. Saly. in l. iij. C. de adul. quia indignum est, vt sordidæ proles splendidis natalibus audeant subrogari: vt l. vnica. C. ad senatusc. Clau. & l. super. C. de quæstio. Ad idem facit not. decisio Ang. in
9 l. fin. col. iiij. C. de sen. pas. vbi dicit, quòd † si pater substituit filio pupillariter meretrices, aut ribaldos, lusores, postpositis attinentibus pupilli in gradu propinquo, qui erant bonæ conditionis & famæ, non valet talis substitutio: quia facta persona indignis. ergo idem erit in casu nostro, vt ratione indignitatis mariti non teneatur pater filiam dotare. Et propterea dicebat Anch. consi. xx. quòd valet statutum, imponens pœnam amissionis dotis, mulieri nubenti viro indigno, sine
10 patris consensu. Nam † per hoc patrem offendit, & famam eius lædit. & videtur hæc iusta causa exhæredationis: vt d. l. non tantùm. §. si emancipatus. ff. de contratabu. Idem tenet Bald. in certis apostil. in c. statutum. de hære. libro vj. vbi subdit
11 aliud sustentabilius, quòd † valet statutum priuans dote puellam, contrahentem matrimonium sine consilio patris: cùm hoc nõ tollat sibi arbitrium, ex quo non tenetur illud sequi. per not. in c. cùm in veteri. de ele. Ex istis iustificari potest dispo- *Lex regni.*
sitio legis regni. Foro legum lib. iij. ti. j. l. ij. & vj. quæ dicunt, quòd si filia relicta cum fratribus, parentibus mortuis, contrahat matrimonium cum aliquo indigno, qui non conueniat sibi, nec generi suo, ita quòd sit dedecus sibi & generi suo: poterit à fratribus exhæredari ab omnibus bonis, quæ sibi prouenire poterant à parentibus. Et est hoc mirabile, secundùm episcopum ibi, quòd fratres possint sorores exhæredare à bonis paternis, & maternis. Hoc idem statuit rex Ioã. en Ocaña, & en Valladolid. Ad hoc cognoscendum *Quæstio. Quis dicatur indignus matrimonio.*
12 autem, quando maritus sit † dignus, vel indignus, debet inspici progenies vtriusque coniugis, scientia ipsorum, & diuitiæ parentum: & secundùm ista bonus iudex arbitrabitur dignitatem, vel indignitatem mariti. iuxta no. per Ioan. And. & alios, in c. super eo. el ij. suprà. de testi. & per Bar. in l. si ro-

gatus. ff. de mã. vin. & l. cùm ita legatur. ff. de condi. & demon. & in l. iij. C. de iiup. & per Alexand. in l. si cùm dotem. §. transgrediantur. ff. solu. mat. *Prodoctore*

Et ex hoc infertur vnum, quod est semper menti tenendum, quòd etiam si magna comitissa nuberet doctori, non diceretur nubere indigno: vt not. voluit Saly. in l. prouidendum. C. de postu. per illum tex. in aliquibus lecturis. quem refert, & sequitur, & multum commendat Campetius, in tract. dotis. prima parte. q. xiij. quia scientiano bilitat hominem: vt ibi probatur, & latius ibi ponit Cy. de quo aliquid dictum est super rubri. ver si. & idem erit in doctore. dum dicebam, non valere donationem factam à doctore suæ cõcubinæ, quia doctor erit miles, nobilis, & clarissimus.

Ex quibus omnibus simul iunctis, de necessario concludendum erit, quòd pater non tenetur dotare filiam minorem xxv. annis. quæ sine eius consensu (maximè dote non promissa) matrimonium cum indigno contraxit.

SVMMAE RERVM.

1 *Leges Romana diuinitus per oracula principum promulgata sunt.*

ET Per ista iustificari possunt leges regni, de quibus succinctè habita est mentio: quas non inconsultè Hispanorum reges Christianissimi ediderunt, quarum verba, editionisque tempora (vt nihil antiquitatis penitus ignoretur) referam, & memorabo, vt appareat qualis studio ac diligentia antiqui curauerunt, vt in matrimonio filiæ, parentum interueniret consensus. *Lex regni.* In primis igitur Sisnandus Castellæ Christianissimus, rex, era cccccclxxj. Toleti statuit (vt Foro Iuzgo, libro tertio, titul. ij. lege fina.) quòd si puella ingenua ad quemlibet ingenuum venerit, in ea conditione, vt eum sibi maritum acquirat: prius cum puellæ parentibus colloquatur. Et si obtinuerit vt eam vxorem habere posset, pretium dotis parentibus eius impleatur, scilicet nomine arrharum à viro. Quòd si absque cognitione & consensu parentum hoc fecerit, & ipsam eius parentes in gratiam recipere noluerint, mulier cũ fratribus suis in facultate parentum non succedat, pro eo q̃ sine voluntate parentum transierit pronior ad maritum. Nam si de rebus suis parentes aliquid donare ei voluerint, habeant potestatem. ipsa quoque de donatis rebus faciendi quod voluerit, libertatem habebit. *Lex regni.* Hoc idem postea innouauit rex, dominus Petrus filius regis Alphonsi, era Mcccxciiij. vt habetur Foro generosorum, libro v. tit. v. l. j. in hæc verba. Si manceba en cabello casa sin voluntad de sus parientes, o de sus cercanos hermanos, con alguno hombre, o se ayuntare con el por qualquier ayuntamento, pesando a sus parientes, mas propinquos, o a sus ceroanos hermanos, no aya parte en lo de su padre, ni enlo de su madre: sea enagenada de todo heredamiento por siempre. *Lex regni.* Idem disponit lex secũda eiusdẽ tituli, dicens. Esto es fuero de Castilla, que si alguna mãceba en cabello, se casa, o se va con algun hõbre, si no fuere con plazer de su padre, o de su madre, si los ouiere o cõplazer de sus hermanos,

nos, si los ouiere o cõ plazer de sus parientes, los mas cercanos deue ser deseredada, y puede la deseredar, o heredar el hermano mayor, si hermanos ouiere. E si ella fuere en tiepo de casar, & no ouiere padre, o madre, & sus hermanos, o sus parientes, no la quisieren casar por amor de heredar lo suyo: deue ella monstrar lo entre villas, o mas como es tiempo de casar, & sus hermanos, o sus parientes no la quieren casar por amor de heredar lo suyo. E despues la ouiere querellado, & mostrado assi como es derecho, & despues casare, no deue ser deseredada por derecho. Super hoc etiam rex Alfonsus, contra eam, quæ sine parentum vel fratrum consensu matrimonium contraxit, statuit. vt habetur Foro legum lib. iij. ti. j. l. ij. Cuius verba sunt. Si el padre, o la madre de alguna muger que sea en cabellos muriere, & alguno la pidiere para casamiento a sus hermanos, & fuere tal, que la muger & los hermanos sean entregados enil. & por su malquerentia, o por cobdicia de retenerlo suyo, o por deseredar la si casare sin su mandado, no la quisieren casar, y ella entẽdiendo aquesto engaño & assi ontando gelo, casare con el, o con otro, que conuenga a ella, & a sus parientes: los hermanos no la puedan deseredar por tal razon: fuera, si aquell con quien casa era enemigo de sus hermanos, o les houiesse hecho alguna afrenta. Ca por tal razon como esta (muger sea de tanbuen derecho como ellos) no es derecho que case con el. E si lo hiziere sea deseredada de la buena de su padre, y de su madre. E si ella casare con alguno, que no sea conuenible para ella, & para su linage: o si fuere con alguno, de manera y, que sea a deshonrra della y de su linage: sea otrosi deseredada delo que ouo, o deuia auer, de la buena de su padre, o de su madre. Empero (muger que alguna faga cõtra alguna cosa destas, que son sobredichas) no pierdia su derecho del heredamiẽto, que le viene de otra parte, qualquier de sus hermanos, qualquier de otros parientes, o de estraños. Item in l. iij. eiusdem tituli dicitur: Si alguna muger biuda, o que aya auido señor, o amigo, casare despues la muerte de su padre, o de su madre, sin voluntad de sus hermanos, no sea deseredada por ello. Ca pues, que le supieron aquell yerro y gelo sufrieron, no es razon, que por el casamiento la deuan deseredar. Item in l. iiij. eiusdem tituli dicitur: Que toda muger biuda (maguer aya padre, o madre) pueda casar sin mandamiento dellos si quisiere, & no aya pena porende. Item in l. quinta eiusdem tituli dicitur: Si manceba en cabellos casare sin consentimiento de su padre, y de su madre: no parta con sus hermanos, en la buena de su padre, ni de su madre. Fueras ende, si el padre, o la madre la perdonaren. E si el vno la perdonare, y el otro no (seyendo ambos biuos) aya su parte en la buena de aquel que la perdono. E si el vno fuere biuo, y el otro, no al tiempo que casare: y aquelque es biuo la perdonare parta en los bienes de ambos ados. Item lex vj. dicit. Si el padre, o la madre, o hermanos, o otros pariẽtes touiere en su poder manceba en cabellos, & no la casaren hasta veyente y cincos años, y ella despues sin su mãdado se casare, no aya pena por ende casando ella con hõbre, que le conueniere. Item in l. fi. eiusdẽ tituli dicitur: Ninguno no sea osado de casar, con manceba en cabellos, sin plazer de su padre, o de su madre, si los ouiere, sino delos hermanos, o delos parientes, que la touieren en poder. E aquel que lo fiziere, pechecient marauedis, la meytad al rey, y la meytad al padre, o a la madre, si los houiere: si no al que la tiene en poder, y sea enemigo de sus parientes. Postea idem rex Alfonsus duas edidit leges, altera reperitur in quarta parti. ti. j. l. x. dicẽs. *Lex regni.* Prometiendo o iurãdo vn hõbre a otro, que recibira vna de sus hijas por muger, o por tales palabras, como estas, no se hazen las despoblas, porque ninguna delas hijas esta delante, ni cõsiente, enel señaladamente como en marido, ni el en ella. E esto es porque bien assi, como el matrimonio no se puede hazer por vno solo otro sin las despoallas. Ca el matrimonio ha de ser, & menester es, que sean presentes aquellos, que lo quierẽ hazer, & que cõsienta el vno eñlotro. E si el padre iurasse, o prometiesse a aquel, que le auia iurado a el, que recibiria vna de sus hijas, que gela daria por muger. Si despues ninguna de sus hijas no lo otorgasse, ni quisiesse consentir en aquel, a quien auia iurado su padre: por tal razon no las puede el apremiar, que lo hagan de todo en todo Como quiera que les pueda dellas palabras de castigo que lo otorguen. Però si aquel con quien el padre quiere casar alguna dellas, fuesse tal que conueniesse, & que seria asaz bien casada con el (maguer que la no pueda a premiar, que cũpla lo que el auia prometido) puede la deseredar, porque no agradece a su padre el bien que le hizo, e haze le pesar, no le obedeciendo. E esto se entiende, si despues desto se casare ella con otro, contra voluntad de su padre, o si hiziesse maldad de su cuerpo. Aliaverò lex regni reperitur in vj. parti. tit. vij. l. v. incipit. iuglar. Vbi inter cætera ad propositum dicit. E otro, si quando el padre quisiesse casar su hija, & la dotasse segun la riqueza, que el ouisse, & segun que pertenecisse a ella, & aquel, con quien la querria casar, si ella contra la voluntad del padre dixesse, que no queria casar, y despues desto hiziere vida de mala muger en puteria, poder ha el padre deseredar la por tal razon. Pero si el padre alongasse el casamiento de su hija, de manera que ella passasse por edad de veynte y cinco años, si despues desto hiziesse ella yerro, o enemiga de su cuerpo, o se casasse contra voluntad de su padre, no podria el deseredar la por tal razon. Porque semeia, que el fue en culpa del yerro, que ella hizo, porque tardo tanto, que no la casso. Superuenit postea *Lex regni.* rex Ioann. secund. en Ocaña, anno Christi Mccccxxij. & Valle Oleti, anno Mccccxlvij. reualidauit leges prædictas per hæc verba, Ordenamos, que muriendo la madre, y teniendo en su poder alguna su hija, & aquella quedo en poder delos hermanos para la tener & auer de casar, si ella casare sin voluntad & plazer delos hermanos, pierda la herencia, que le podia pertenescer por fin de los dichos su padre & madre, & que acerca desto se guarden las leyes de nuestros reynos, que enello habian no embargante, que por luengo tiempo non ayan seydo guardadas, pues que por otras nuestras leyes no fueron reuocadas. Has autem leges *Pulchra & grauidaverba.* nemo sanæ mentis dicet iniustas. Cùm per

eas

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

cas (si obseruentur) dissensionum & inimicitiarum collatur materia, litiumque & iurgiorum adimatur occasio, parentibus ac filiabus optimè consulatur. Absit enim à nobis earum latores damnare, quos Christianissimos fore cognouimus, & sacrorum canonum non ignaros. omnia quidem iura in eorum pectore recondita esse censentur, propter eos quos ad latus habent peritos. Quamobrem nec in fide, nec in iure deficere poterant. Nam, vt scribit Io. octa. Ludouico regi, & habetur in c. fina. xvj. q. iij. Venerandæ Romanæ †leges diuinitus per ora principũ promulgatæ sunt. Ideo Pelagius Papa, scribens Chrysoletico regi, se legibus subditum profitetur, vt habetur in capitulo, fatagendum. xxv. quæstio. j. de quibus in ribus meminit Lucas de Penna, loquens in hoc proposito, in l. final. C. de inco. libro x. fina. colum. quem rogo videas. Ne igitur naturæ & parentum votum frustraretur, quando imbecillis ac fragilis filia, iniqui peruersique hominis dolis & suasionibus assentiret, parentes cognatosque iniuria afficeret, iustum fuit has condere leges, quibus hominum, & nonnunquam famulorum nequitia reprimitur, nam cùm patris habitationem frequentant, & filiarum conuersatio, & loquendi facultas sibi patet, non verentur sub coniugij velamine innocentes decipere filias, & aliquando impudenter stuprare. Qualis exinde dolor, qualisque animi commotio, parentibus euentura sint, indicet qui filias habet. Contra tales facinorosos dominus rex Alfonsus merito insurgens, grauissimis pœnis subdédos iusit, in oppido de Alcala, anno Christi Mcclxxxvj, & habetur in l. j. ti. xv. li. viij. Ord. reg. his verbis. Algunas vezes acaesce, que los que biuẽ con otros se atreuen a hazer maldady fornicio con las barraganas: o con las parientas, o con las siruientas, de aquellos con quien ellos biuen, e de sto suelen venir muertes de señores, & otros males, & daños.

Lex regni. Cõtra fornicantes in domo dominorum.

Porende establecemos y mandamos, que qualquier que biuiere con otro, & hiziere maldad de fornicio con la barragana concida del señor, o con la siruienta de casa, o con donzela que touiere en su casa, o con la cobiiera de la señora, de aquellos que las han, o con la parienta de aquel cõ quien biuere, morando la parienta en casa del señor, o con el ama, que criare su hiio o su hiia en quanto le diere leche que le matem por ello. Ela, que este yerro hiziere seapuesta en poder de aquel con quien biuiere, y le de la pena que quisiere, tan bien de muerte, como de otra, y aquel que hiziere tal maldad con la sobredicha siruienta de casa, que den a cada vno cient acotes publicamente por la villa: & si fuere hiio dalgo, el que este yerro hiziere con la siruienta como dicho es: o el la fuere hiia dalgo, que yaga vn año en la cadena. E qualquier de los, que no fuere hiio dalgo, que le den los dichos cient acotes. E si qualquier destos, que biuiere con otro se desposare, o casare con la hiia, o con la parienta, que tenga en su casa, aquel con quien biuiere, sin su mãdado, que el que este yerro hiziere sea echado fuera del rey no para siempre, e si tornare que la iusticias le, matẽ por ello: y ella sea desheredada, & aya sus bienes el pariente mas propinquo. E esto, que lo pueda accusar el padre, o la madre, o aquello aquellos con los que biuieren ellos. E si aquel o aquellos con quien biuieren no lo quisieren accusar, que lo pueda accusar qualquier delos parientes mas propinquos fasta el tercero grado. Pero si el padre, o la madre, o el señor con quié biuiere la perdonare, otro ninguno la pueda accusar.

SVNT tamen qui has impugnant leges, eo ♀ disponunt contra matrimonium, vel saltim id intimidant. Iaco. Butr. in l. prima. ff. de constitutio. priu. Ioan. Andr. Domi. & alij in ca. statutum. de hæreti. libr. vj. Frede. consil. liij. incip. in Christi. &c. & consi. cclxxv. incipi. casus talis est: cauetur &c. Bal. in l. nemini. ad fi. C. de nup. & in l. Paulus. ff. de statu ho. & in l. omnes populi. col. vij. ver. sed nunquid. ff. de iusti. & iur. Ang. in l. consulta. C. de testa. & consi. xxix. incip. Titius. Ant. c. j. de sponsa. & consi. xl. incip. visa forma. Anch. in c. j. de cõsti. ver. ex prædictis. in repe. & in dicto ca. statutum. de hære. lib. vj. & consi. xlviij. incip. pro solutione dubiorum. Car. & Calde. in c. gemma. de spon. Domi. in dicto cap. statutum. & in c. placuit. col. iij. di. xxiij. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. suprà de consti. tam in lectura, quàm in repeti. & consi. xij. incip. magnificus. j. vol. Alexan. in rub. ff. solu. ma. & in l. Seius. ff. ad l. Fal. & consi. xcvij. j. parte. incipien. principalis. & consi. j. iij. parte. co. vj. & vij. And. Sicu. in c. clerici. suprà. de iudi. col. ij. ver. & inducit Bal. Alexandrinus in c. j. de clan. despon. & in c. fi. infrà. de secun. nup. & multi alij, de quibus per Fely. in dicto capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. colum. xxxviij. ver sicu. secundus effectus. & in c. j. suprà. de spon. co. vj. versi. & quantum ad primum. cum seq. vbi pulchrè in hoc articulo locutus est, & finaliter subdit, quòd & si aliqua pro parte contraria, quæ ipse per viam limitationum adducit, habeant in se optimum colorem iustitiæ: tamen dicit, se non firmare, quia repugnant in effectu rationibus, de quibus ibi per eum, post præfatos doctores, quos olim disputationis gratia in iuuentute mea, hanc repetens decretalem, secutus fui, voce conclusionem istam firmando.

§. IX.

SVMMAE RERVM.

1 *Pater filiam spuriam, vel incestuosam alere & dotare tenetur.*
2 *Vasallus, si tenetur contribuere pro dotanda filia domini legitima, ita pro spuria tenebitur.*
3 *Spurij reputantur infames infamia facti.*
4 *Spurius non succedit in feudo.*
5 *Spurij repelluntur ab honoribus, dignitatibus, & testimonio.*
6 *Incestuosi filij non possunt esse testes in testamento paterno.*
7 *Tabellionatus non est dignitas, nisi sit tabellio ad latus principis.*
8 *Spurius potest esse tabellio.*
9 *Spurij sunt turpes personæ.*
10 *Spurium fratrem potest frater instituere.*
11 *Concubina si instituatur hæres fratribus, vel sororibus prateritis, vel exhæredatis, poterunt fratres & sorores querelare testamentum fratris.*
12 *Statutum, quòd pater possit instituere spurium, an valeat.*
13 *Spurius potest relinqui commissarius ad faciendum pro alio testamentum, item à patre substitui filio le-*
gitimo.
14 *Spurij an excludantur ab alimentis.*
15 *Filij illegitimi an reputentur de genere, vel familia.*

CONCLVSIO.

FILIAM minorem viginti quinque annis, quę sine patris consensu matrimonium etiam cum indigno cõtraxit, pater dotare tenetur, quàuis illa dotem non promiserit. Hoc multipliciter probare conabar. Primò, quia † sicut pater tenetur alere filiam spuriam, vel incestuosam, & sic indignã: vt c. cùm haberet. de eo qui dux. in maquam po. ita tenetur eam dotare: vt expresse firmat Bald. in lege, nec mater. C. de iure do. quem refert & sequitur Ludouic. in lege prima. ff. solut. matrimon. sentiunt alij, de quibus ibi per Alexã. vj. colum. & Bal. in lege, si gener. colum. secunda. ff. de his qui. vt indi. Matthæus in singu. cxlviij. incipien. nota singulare dictum Abb. post alios in dicto c. cùm haberet. colum. ij. idem tenet Bald. in lege, complexu. C. de ince. nupt. refert & Alexan. in c. j. §. similiter. in fi. de ca. Corra. ex quo infert, quòd si † vasallus tenetur contribuere pro dotanda filia domini legitima, ita pro spuria, vt ibi per eũ, qui subdit, quòd non debet assignari tãta dos spuriæ, sicut legitimæ, vt sentit Barto. in l. fin. ff. de his, quibus vt indig. secundum eum. de quo latius dixi infrà §. xxiiij. Si autem filiam illegitimam, spuriam, & incestuosam, & sic indignam, pater dotare tenetur, à fortiore filiam legitimam, & dignã quamuis ante xxv. annum, & sine patris consensu, & nulla dote promissa, matrimonium etiam cum indigno contraxit: quia per ista omnia non potuit filia effici tam indigna, sicut est filia spuria, & incestuosa: quod apparet ex eo, quod Bonifacius martyr scripsit ad regem Anglorum, vt habetur in c. si gens Anglorum. lvj. distinct. dicens, diuulgatum esse, tales filios spurios, adulterinos, & incestuosos, nec bello seculari esse fortes, nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec Deo amabiles illum rex. alleg. Bald. in l. j. col. iij. C. de his quæ pœnæ nomi. Et † reputantur infames infamia facti, secundum Azo. in sum. C. ex quibus cau. infam. irrog. Hostiens. in sum. titu. de fil. presby. §. quæ est causa prohibitionis. Alberi. in authent. licet. C. de auth. liber. Ioan. Fab. in §. non solùm. de inoffi. testam. Bald. in l. j. in princi. C. de iure aur. anul. & in l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. sub condi. fact. Refert Iaso. in l. fratres. in fin. C. de inoffi. testa. & Nicol. de vbald. in tract. de succes. ab intest. colum. xvj. versic. sequitur quarta species. De isto dicto Azonis meminit Bald. consil. lxx. volum. j. colum. iij. incip. quæstio est. dicens per hoc, quòd † spurius non succedit in feudo, vt ibi per eum. De eodem dicto facit festum Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus, columna penult. ff. ad Treb. & in l. generaliter. §. finautem. C. de instit. & substit. sub cond. fact. & consi. xxv. incip. redemptoris. in j. vol. vide eundem consil. lxx. in fi. & bonum tex. in §. foror. Institu. de inoffic. testam. Et propterea repelluntur ab honoribus, nisi propter inopiã non legitimi competitoris: vt l. generaliter. §. spurios. ff. de decurionib. Repelluntur etiam à dignitatibus: vt l. spurij. eodem titul. traditur per Dynum & alios, in regul. infamibus. de regulis iuris libro sexto. Et quia ferre testimonium est dignitas. vt cap. præceptum. xxxij. quæst. v. glos. in capit. testimonium. suprà, de testib. repelluntur à testimonio, & non possunt esse testes, saltim in causis, vbi testes debent esse omni exceptione maiores: vt in materia cap. fin. suprà, de iureiuran. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & l. admonendi. ff. de iureiurand. vt singulariter firmat Ludouic. in repet. dict. l. admonendi. & refert & sequitur Nic. de Vbald. in dict suo tractatu, de succes. ab intest. charta sexta. colum. ij. versi. sequitur quarta species. Ex quo ipsi inferunt, quòd habenti vnum adulterinum, vel similem in testem, non defertur iuramentum in defectum probationis. a quod tene menti. Idem dicit Nicolaus, si in causa criminali duo soli testes sint, quorum alter esset spurius quia non facerent plenam fidem: cùm in criminalibus testes luce clariores, & omni exceptione maiores esse debeant: vt l. fin. C. de probatio. canonizata. ij. q. viij. c. sciant cuncti. & not. per Bald. in l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide catho. Hinc est, quòd filij † incestuosi non possunt esse testes in testamento paterno: secundum Spec. tit. de instrum. edit. §. compendiosæ. refert Bald. in l. cùm acutissimi. penult. colum. verfic. extra nota. C. de fideicom. Item d. l. cùm acutissimi, non habet locum in filiis spuriis, imo nec naturalibus: vt l. generaliter. C. de instit. & substit. sub condi. fact. secundum Bald. in d. l. cùm acutissimi. col. ij. versi. quæro nunquid. ideo statutum de filiis rebellium, non includit istos, secundum Bald. ibi. licet in aliquibus casibus spurij comprehendantur appellatione filiorum. Sed quamuis non posset esse testis: bene tamen poterit esse tabellio: quia tabellionatus † non est dignitas, sed officium satis vile, & ideo propter vilitatem officij serui publici appellantur: vt ff. de adop. l. non enim. non quia serui sint, sed quia in dicto officio seruire tenentur. Hinc descendit, quòd decuriones (officio decurionatus pendente) debent à tabellionatus officio abstinere. ita not. decidit Ang. de Peru. consil. cclxxxiij. incip. præmitto. idem tenet Calderi. in consil. ij. sub tit. de fide instrum. incip. spurius. & facit l. vniuersas. C. de decur. lib. x. vnde valebunt instrumenta ab eo confecta, secundum Bal. in l. j. C. de testam. col. iiij. q. vj. & vide glo. in l. ij. §. miles. ff. de his qui not. infam. Possunt tamen spurij esse decuriones: vt l. spurij. ff. de decurionib. Naturalis autem filius, qui parum distat à legitimo, authentica, quibus modis naturales efficiantur legitimi nõ est infamis, vnde sortitur honores & libertatem parentum: vt vij. parti. tit. xj. l. j. & consequenter poterit esse tabellio. facit quod dicit Ioan. Fab. in §. non solùm. de inoffi. testa. Instit. & Bal. in l. in exercendis. colum. iij. C. de fid. instrum. & in l. generaliter. C. de instit. & Ioan. de Plat. in l. senator. C. de dignitatib. libro xij. Iaso. in §. pœnales. Institut. de actionibus. Quamuis ergo spurius † sit infamis, nihilominus poterit habere tabellionatus officium. infamis enim potest esse tabellio, quia non est dignitas, sed onus: vt dicit gl. fin. in l. fin. C. qui milit. non pos. libro duodecimo. & not. Bart. in l. eadem. §. primo. ff. ad legem Iul. repetund. licet per l. iij. titu. xix. parti. iij. videatur contrarium. vbi inter cætera quæ requirit in tabellione, est bona fama. vnde videtur, quòd in-

Contra spurios.

Spurius repellitur ab honoribus & dignitatibus, & à testimonio.

a Adde Hypol. in sing. cclxxiij. in cap. notissimum est in iure in singul. nouiter additis. Io. Bern.

famis non posset esse tabellio. Intellige, nisi sit tabellio ad latus principis, quia ille dicitur habere dignitatem: a vt l.j.C.de mand. princ. & l.laudabile C.de aduo.diuer.iudi. quod nota pro cancellariis principum & dignitatum. ita dicit Ang. Aret.in §.fi.in princ.Insti. de excep. Idem dicas de procuratore in curia Papæ, Imperatoris, vel Regis, vel alicuius domini: nam ibi non potest infamis esse procurator, quia talis curia ab infamibus fœdari non debet, nec licet eis ingredi. ff. de excu.tut.l.sed & milites. §.sed ignominia. secundum Bald.in l.j.§.ait prætor. ff.de postu. refert & sequitur Ang. Aret.in d.§.fi. prope fi. Idem dicas de procuratione illustrium personarum, vt episcoporum vel prælatorum & aliorũ similium, quia infamis non potest esse procurator talium. ar.tex.in c.fi.v.q.iij.tenet Bal.in l.reum.in fin.C. de procu. Ang.vbi sup. itaque spurius non poterit esse procurator talium nec tabellio vel procurator in curia principis, vt colligitur ex prædictis.

a Adde Fe a ly. inc fraternitatis. y col de hæret vbi hoc describit, et alios tres casus addit in quibuus famis nõ potest esse tabellio. Ioan. Bern.

Spurij reputantur turpes.

9 Reputantur etiã isti filij † turpes personæ, & propterea licet frater non possit querelare fratris testamentũ nisi turpi persona instituta, vt l.fratres. C.de inoffi.test. tamen si frater instituit aliquem adulterinum & similes, poterit alter frater querelare, secundũ Cy.in d.l.fratres. & ibi Ias.in fi.Bal. in l.j.C.de nat.lib.facit gl.in l.turpia legata. ff.de leg.j.& quod not.in l.& si pepercerit. ff. de lib. & posth.in c.innotuit.de elect.& per totum titul.de fil.presby. In contrarium facit l.spurij.in j.no de mune.& hono.Bal.in l.fi.C.de liber.& eorum liberis.in l.j.C.de iure aurcorum anulo. Fratrem

10 tamen † spuriũ frater instituere potest. l.fi is qui. ff.de vulg.& pup.gl.in auth.quib.mo.na. effi.sui. §.vlt.si quidem.in glo.magna. in versi.item à patre.& in ver.sed quid si pater. Bald.consi.v.incip. casus talis est.in j.volu. Ex his infertur ad vnum quod ego habui in practica, Filius cuiusdam sacerdotis contraxit matrimonium cum quadam muliere, quæ morti proxima, condidit testamentum, in quo maritum hærẽdem instituit, fratres & sorores legitimas præteriit, vel exhæredauit, fratres & sorores quærelabant testamentum sororis, quia turpem instituerat personam, dixi, ꝙ poterant per prædicta. & hoc ferè in terminis nostris consulendo decidit Pau. de Castr. consil. lxj. incip. ad primum videtur. vbi loquitur de ea, quę maritum condemnatum ex causa, quæ reddebat eum infamem, hæredem instituit, fratribus & sororibus præteritis, quæ sorores testamentũ querelabant, quia turpem instituerat personam. dicit hoc recte fieri posse, per d.l.fratres. Ad cuius confirmationem facit, quod in similibus terminis consuluit Ang. consil. clxxj. incip. Petrus. vbi

11 dicit, quòd si quis concubinã † hæredem instituit, præteritis vel exhæredatis fratribus & sororibus poterunt fratres & sorores querelare testamentum fratris, quia turpem instituit personam, vt d. l.fratres. quod est valde not. signanter ad ea, quæ dicta sunt in rubri. §.xxxvij. ex istis infertur. cum seq. vbi de donatione facta concubinæ dicebam. Excluduntur etiã isti à successione omniũ ascendentium per lineam masculinam, vel fœminam, vt in auth. quib.mod.nat.effic.leg. §.fi. collat.vj. & in auth. quib.mod.uat.effic.sui. §.fin.collat.vij. & l.qui contra. & l. si quis incesti. C. de incestis nupt. & auth. ex complexu. eod.tit. & c. lator. &

De uxore quæ maritũ turpem instituit.

Spurij excluduntur à successione.

c.causam quæ. suprà, qui fil.sint legit. Nec valeat

12 statutum, † quòd pater instituat spurium: vt latè disputando concludit Bald.in l.cunctos populos. C.de sum.trini.colum.xj.versic.ij.quæro de effectu. & in l.j.col.iij. C. de his quæ pœnæ nomine. vide Paul.de Cast.consil.ccxxvij. volum.ij. Alex. consil.cxxxj.in iij.vol. Baptistam in l.omnes populi. ff.de iustitia & iure.fol.xj. colum.j. in repet. Quamuis tamen filius spurius excludatur à successione patris, bene tamen potest relinqui à patre executor sui testamenti, ad distribuendum, eligendum, vel restituendum, dũmodo ex hoc commodum non sentiat. Sed Bald.in l.ab eo. C.de fideicom. facit quod voluerunt Ang. Io.de Imol. & alij tenentes in l.tempus. ff.de hæred.instit. & in l. hi qui.eod.titu. Bald.in l.si quis ad declinandum. C.de epis.& cler. Bar.in l.eam quam. C.de fideic. intellige, dummodo constet de distributione bona fide facta: aliàs secus, per ea quæ tradit Ioan. And.in Spec.de instru. edit. §. nunc verò aliqua. in addi.incip.ad istum finem. Ex istis infertur, ꝙ

13 spurius † potest relinqui commissarius ad faciendum pro alio testamentũ: item pater potest eum substituere filio legitimo. l.si is qui. ff.de vulgar.&

14 pupilla. Quinimo de iure † ciuili excluduntur etiam ab alimentis. vt d.authen.quib.mod.natu. effic.sui. §. vltra siquidem. ibi: nec alendus est à parentibus. & authent. ex complexu. C.de incest. nup.not.in c.per venerabilem. suprà, qui fil. sint legi. æquitas tamen iuris canonici voluit, quòd à parentibus alerentur: vt d.c.cùm haberet. cui debemus stare etiam de iure ciuili, propter naturalem æquitatem, quam considerauit canon. s. quia educatio filiorum est de iure naturali introducta, & ex instinctu naturæ procedit. j. dist. ius naturale. ibi: puerorum educatio. quod adeo verum est, ꝙ si pater filio indigenti alimenta denegaret, non esset à reatu homicidij immunis. vt l.necare. ff.de lib.ag. Istud cõmuniter tenetur, quãuis Bald.in d.auth.ex cõplexu. videatur sentire ius ciuile remanere incorrectũ in filiis nefariis, & incestuosis & solũ in spuriis simpliciter corrigi: per d.c. cũ haberet. Sed si bene aduertatur, ille tex. est cõtra decis. Bal. quia loquitur de adulterino, nõ de simplici spurio. vnde omnes illum intelligũt de filio, ex quocunque coitu damnato nato, vt sit alendus à patre, & per consequens dotãdus: vt suprà dixi. & idẽ de filia quæ sine consensu patris, &c. An autem filij illegitimi reputentur de genere, vel familia, ponit Abb. post alios in c. nonnulli. §. sint & alij. de rescr. vbi Fel. plura cumulat circa ista. An autem ius patronatus competat illegitimè natis, vide latè ac diffusè & singulariter per Roch. in tract. de iur. pat. in ver. competens alicui. q.ij.

SVMMAE RERVM.

1 *Electio per metum facta, quando valeat.*
2 *Filia minor 25. anno sine consensu patris intrans religionem, non potest ob hoc exhæredari sed dotari debet.*

SEcundò, matrimonium carnale & spirituale æquiparantur, vt capit. inter corporalia. suprà, de transl. prælat. tenet Cardin. in cap. tuæ. in fi. suprà, de sponsa. Abb. in cap. cùm terra. fina. columna, suprà, de electionib. dicens, quòd sicut valet † electio per metum facta, quando electores non compelluntur eligere certum, sed aliquẽ de certo genere personarum, vt ibi, & in cap. cùm

§. XI. Matrimonium carnale & spirituale æquiparantur.

dilectus.

dilectus. suprà, de consue. & in cap. Abbas de verb. sign. sic etiam valebit matrimonium carnale per metum contractum. quando non fuit quis compulsus contrahere cum certa pœna, sed cum aliqua de certo genere, quam ipse elegerit. a quod dictum mirabiliter limitat rex in ca. cùm locum. suprà, de sponsal. & alia iura, quæ volunt nullum esse matrimonium metu contractum. & sic in effectu arguit do. Abb. de matrimonio spirituali ad carnale. idem tenet Iac. Zochus in d.cap. cum

4 locum. & sequitur ibi Alex. col.pen. Quomodo autem contrahatur matrimonium spirituale inter beneficiatum & ecclesiam, ponit notabiliter Abb. in v. disputa. colum. xxij. versic. & aduerte. & ibidem colum. vj. versi. nam interponit differentias inter matrimonium carnale & spirituale. Sed

2 est ita, quòd † si filia, etiam minor xxv. ann. sine patris consensu contrahat matrimonium spirituale, intrando videlicet quancunque religionem, non poterit pater ex hac causa illam exhæredare: vt l.fin. C.de episc. & cler. imò tunc tenetur pa 5 ter eam dotare, vt commodè possit stare & viure in seruitio Dei, & tanquam Dei sponsa, vt monasterium possit onus alimentationis subire: vt not. voluit Bald.in d.l.fin. C.de dot. promis. & fuit de mente Bart.in l.j.§.si parens. ff.si quis à patre fuer. manu. Quinimò, etiam si semel fuit nupta licet cum ampla dote, & tunc vidua, velit religionem profiteri, tenebitur pater eandem dotem assignare monasterio: vt voluit Ioan. Andr. in additio. ad Specul. isto tit. §. formatis. ad fin. glos. & Cyn. in authen. sed quamuis. C.de rei vxo. actio. Ergo eodem modo non poterit pater filiam exhæredare, si ante xxv. ann. contrahat matrimonium carnale, cum quocunque, nulla promissa dote, & sine patris consensu: & per consequens ex hac causa non poterit alimenta nec dotem denegare, cùm dos succedat loco alimentorum: vt suprà dictum est.

a Adde Fe a lyn. inc in præsentia. de prob co. 28. vers. y. declara. ia so. in l. Titia col. iij. postmediũ. ff. de verb. obli. Ioan. Bern.

Filiæ intrãti religionẽ pater non denegas dotem.

SVMMAE RERVM.

1 *Opus pietatis exercere potest compelli, & num. 9.*
2 *Pauper potest implorare officium iudicis contra diuitem, vt ei tempore necessitatis subueniat. & num. 9.*
3 *Eleemosynam facere debemus constituto in extrema necessitate.*
4 *Dos est pia causa.*
5 *Causa dotis cum sit pia, iudex in ea supplet ex officio suo, non petitor. & potest iudex decernere dotem filiæ, eo casu quo pater non prouidet.*
6 *Legata pro virginibus maritandis dicuntur pia.*
7 *Executores dati in testamẽto ad distribuendum in pias causas, possunt erogare pro dotib. puellarũ.*
8 *Nobilibus paupertatem incurrentibus, qui mendicare erubescunt, subueniendum est.*

§. XII. Pro Paupere vbius.

TErtiò propter necessitatem cõpellitur quis opus † pietatis exercere: vt est gl. quam ibi not. Abb. in c.j. sup. de emp. & ven. gl.j. alia in ca. humanum genus. in ver. inferre. in fi. j. dist. Ex quo dicebat gl. no. in c. sicut. xlvij. di. & in c. domino sancto. in ver. necessitate. l. di. alia in c. exigũt.

2 j. q.vij. gl.j. ꝙ † pauper potest implorare officium iudicis contra diuitem, vt ei subueniat tẽpore necessitatis. & hoc idem firmat Abb. in c. cùm causam fi. col. suprà, de elec. & c. nouit. xvj. col. suprà, de iu. & in c. si quis per necessitatẽ. infrà, de furt. Et facit quod voluit S. Tho. ij. ij. q. xxxv j. arti. v.

§. vbi dicit, ꝙ constituto in extrema necessitate † tenetur quis eleemosynam facere, si habeat. vnde: quoniam hoc casu eleemosyna est in præcepto, secundũ eum: quem refert & sequitur Abb. in c. si verò. col. iiij. suprà, de iureiu. & idẽ tenet Arch. in c.j.j. dist. sic intelligens gl. ibi. Idẽ tenent multi alij, quos refert ibi Fely. in fi. adde Archiepiscõ. Flor. ij. par. sum. tit. j. c. xxiiij. in fi. & quæ dixi suprà in princ. §. xxvij. versi. ij. intellige, cũ seq. Sed ita est, ꝙ † dos est pia causa: vt est tex. not. & forte non alibi ita bonus, in l. cum his. §. si mulier. ff. de cond. inde. & sentit gl. alleg. illum tex. in §. is quoque. in ver. accepisset. Insti. quib. mod. re contra. obli. & in §. fi. in ver. ꝙ per errorem. Insti. de obl. quæ ex quasi contra. & in l.j. C. de condi. indebi. not. Bart. in l. si constante. in ix. q.j. partis. in fi. ff. sol. mat. & in l. si ego. in princ. & in §.j. ff. de iu. do. & est expressum in l. regni. v. pat. tit. xiiij. l. xxxv. vide quæ dixi in rubr. §. xlix. & suprà, eo. in ij. no. ad fi. princ. ver. eodem modo. Et inde est, ꝙ in causa † dotis cùm sit pia, iudex suppleat ex officio suo non petito, vt est casus not. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. secundũ Raph. & Paul. ibi, & Alex. in l. iiij. §. hoc autem iudicio. in prin. ff. de dam. infec. Ex quo infertur, quòd iudex ex officio suo nomine petente, potest decernere dotem filiæ, eo casu, quo pater non prouidet: vt est text. valde not. in l. profectitia. post princ. in ver. sed & si proponas. ff. de iur. dot. per quam ita dicit Bart. in l.j. in iij. col. ff. sol. matrim. Ludouic. in auth. similiter. C. ad legem Falcid. xj. speciali. Alex. in d.§. hoc autem iudicium. de quo etiam per Bald. in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Et ex his dicebat Bart. in d.l. si ego. ff. de iur. dot. & Bald. in d.§. si mulier. & in l. vnica. in fi. C. de his quæ pœ. no. & in auth. nisi rogati. col. iij. ver. quæro nunquid monasterium. C. ad Treb. & in plerisque aliis locis, de quibus per Alex. in d. §. si mulier. in apost. ꝙ † legata pro virginibus maritandis, dicuntur pia, & hoc, quia vt dicebat Bald. in l. post mortem. col. pen. C. de fideicom. legata pro virginibus maritandis videntur relicta respectu diuini numinis, & possunt dici quodammodo relicta ipsi Deo immortali, & propterea nõ possunt conuerti in alium pium vsum, per executores testamenti, etiam authoritate episcopi, & ita assignari puellæ intranti monasterium, secundũ Bal. in d.auth. nisi rogati. nec de tali legato dotis, vel pro dote, detrahetur Falcidia, secundum Bald. & Ang. in d.l. cum his. §. si mulier. Et inde est, quòd si testator relinquit Bertæ prò se maritando x. debentur sibi, licet ipsa fuerit nupta tempore testamenti. vt ff. de cond. & demon. l. si iam facta & C. de insti. & substi. l. antepen. secus si esset relictum pro incerta puella maritanda: quia non habebit locum in iam maritata. ita not. dicit Bald. in l. fin. ad fin. C. de sen. quæ sine cer. quan. de quo meminit Alex. cons. cxlvj. col. ij. v. vol. & Ias. in auth. res quæ. C. cõ. de leg. col. vj. de quo infrà latius dicetur in seq. col. in ver. eod. hoc dicebat. Quo autem tempore debeatur legatũ factum pro puellis maritandis, vide no. per Bar. in l. Titio centum. §. fi. col. ff. de cond. & dem. Ex istis infertur, ꝙ

7 executores † dati in testamẽto ad distribuendum in pias causas, possunt erogare pro doribus puellarum, præsertim si sunt pauperes. cùm tuncetiam stricto modo dos dicatur pia causa. secundũ Bal.

Eleemosyna.

Dos est pia

Lex regni.

Legata pro virginibus maritãdis dicuntur pia.

Executores ad pias causas possunt dotare puellas.

Universidad de Navarra
Biblioteca

in l.j.de leg.ij.in ij.char in rep. & Ale.in d.l.cum in l.j.de leg.ij.in ij.char in rep. & Ale.in d.l.cum his.§.si mulier.in apost. Idem dicendũ si essent puellæ, quæ secundum suam conditionem vel nobilitatem mereantur maiorẽ dotẽ, quàm esset sufficientia sui patris, & propter hoc non possent inuenire virum condignũ sue conditioni, nam tunc ipsius executores possent supplere vsque ad congruam dotem, vt possent puellæ condecenter secundum suam conditionẽ maritari, quia tunc censetur pia causa, vt matrimonia condigna contrahantur, quia non dicitur posse nubere, quando honestè nubere non potest, secundum suam cõditionem, arg.l.nepos Proculo.ff.de verb.sig. facit lex plenum.§.equitij.ff.de vsu & hab. istud est notabile dictum Bal. Nouel. in suo tract. de dote.v. patr. iiij.col.in fi. Ad cuius confirmationẽ facit, quod not. voluit Bal.in l.fi quis ad declinãdum. iij.col. 9 ver.circa tertium.C.de episco.& cler.vbi dicit, ꝙ si aliquis est nobilis, qui habet alimenta, sed suam dignitatem cõseruare non potest, & habet forte puellas, quas maritare non potest, poterit episcopus, vel executor testamenti, qui habet bona testatoris distribuere in pauperes, aliquid ipsi nobili erogare in subsidium vitæ vel dotium, quia licet non sit omnino mendicans, tamen secundum statum natalium suorum, aliqua sustentatione eget, & ideo inter pauperes connumeratur, vt est ibi casus not. secundum eum. quod tene semper menti. de quo Bald. Nouel. nullam facit mentionem. per quod optimè ampliatur eius dictum, vt procedat, non solùm quando testator mãdauit bona sua distribui pro puellis dotandis, vel maritandis, sed etiam si iussit illa distribui in pauperes. Idem dicẽdum esset, si talis nobilis pauper haberet aliqua bona malè acquisita, quæ deberet pauperibus erogare, nam hoc casu potuisset sibiipsi retinere, vel filiabus in dotem dare. per ea quę dixi in rub.§.lxv. ante fin. versi. intellige. & ver. quod autem dixi. quod tene menti. Adde prædictis bonũ tex. in §. considerandа. lxxxvj. distinct. vbi dicitur quòd † præcipuè subueniendũ est nobilibus pau- 1
8 pertatem incurrentibus, qui mendicare erubescunt. Idem dicit Ambros. in libr. de officiis. videquæ dixi suprà in rubr. §.xj. circa fin. verf. & inde est, ꝙ si vnus est nobilis. & infrà eo. §. xxiij. post priu. ver. sed quod dixi. vide etiam quæ late scripsi in c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remi. in pár. omnia peccata, versi. sextum, per quod venialia. Secundò ampliatur, vt procedat, etiam 2
si dictæ puellæ iam fuissent nuptæ sine dote, vel cum modica dote: præsertim si vir, qui accepit talem puellam indotatam, erat egenus, adeo quòd non sufficeret ad onera matrimonij supportãda: nam tunc poterunt dicti executores dotare, vel dotem augere, si videatur esse necesse, pro supportandis oneribus matrimonij: quia adhuc subest causa pia, & necessitas oneris matrimonij: ita not. decidit Bald. Nouel. vbi suprà, in quæstione facti, qui hoc intelligit, quando testator iussit bona distribui in pauperes, vel in puellas dotandas: secus in puellas maritandas, quia tunc non videtur satisfactum intentioni testatoris, nec etiam verbis testamenti: & maximè si diceretur, pro virginibus maritandis: cùm istæ non sunt virgines, ex quo iam sunt nuptæ: nec sunt maritandæ, ex quo iam habent maritos. Ad hoc facit text. & quod ibi not. Bar. quem alij ibi sequuntur, in l. Lucius. la. j. ff. de lega. ij. Bald. & alij in l. filia legatorum. C. de lega. Anch. & Imo. in c. filius. suprà, de testa: col. pen. vbi dicunt, quòd si pater relinquit filiæ ducenta, pro ipsa maritanda: viuens ipsam maritauit, & dedit tibi centum nomine dotis: potest filia residua centum petere ab hæredibus patris eo mortuo: quando testator dixit, lego pro dote, seu nomine dotis: quia tunc ea maritata, causa legati non est finita, cùm constante matrimonio possit dos augeri, vt l. pen. & in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nupt. secus quando testator dixit, pro ea maritanda, quia ea maritata, est finita causa. Ita ergo dicendum in casu prædicto, & secundum ista intellige Bal. in d.l.fi. in fi. C. de sent. quæ sine cer. quant. profer. de quo paulò ante feci mentionem. ver. & inde est. Redeundo ad propositum, si propter †necessitatem compellitur quis opus pietatis exercere, & constituere dotem, est opus pium, vt suprà dictum est: quæ maior est necessitas, quàm illa, in qua est vxor non dotata, quia potest maritus ei alimenta denegare, & à se illam expellere, vt suprà dixi. ex qua alimentorũ denegatione & expulsione à domo, potest sequi peccatum adulterij. vt hic dicit text. & possunt etiam multa alia incommoda sequi, de quibus infrà subiiciam. Ergo est cõpellendus pater illam dotare, quamuis sine eius consensu ante xxv. annum non promissa dote matrimoniũ cum indigno contraxerit, præsertim cùm in patre duę concurrant obligationes, vna, qua tenetur, vt qui libet extraneus, tali tempore necessitatis, opus pium exercere. alia, qua tenetur vt pater filiã dotare. Duplex enim obligationis causa, maiorem habet efficaciam arg.c.j. suprà, de treug. & pace. §. sed hodie. Insti. de adop. & l. cùm in adoptiuis. C. eod. & auth. itaque. C. commu. de succes.

Pro nobilibus.

Pro puellis maritãdis.

Nota hoc.

Pro muliere nupta sine dote.

SVMMAE RERVM.

1 *Alimenta denegari possunt ei, qui ex causa potest exhæredari.*
2 *Dos succedit loco alimentorum.*

QVartò ex quacunque causa potest quis ex hæredari, possunt ei † alimenta denegari. & quantum ad hoc, participantur exhæredatio, & alimentorum denegatio. vt voluit gl. not. in d.l.si quis à liberis, in ver. detulerat. ff. de libe. agn. & in l. fin. C. de alen. lib. tenet Bald. in auth. res quæ. C. communia de lega & doctor. in 2
præalleg. locis. Sed est ita, quia licet filia minor xxv. annis sine patris cõsensu matrimoniũ etiam cum indigno contraxerit, quamuis dotem non promiserit, nõ potest ex hac causa exhæredari hodie, quamuis olim sic, de iure Digest. vt d.l.iij.§.si emancipatus. de bo. poss. cont. tab. quia ista causa exhæredationis non reperitur hodie inter alias causas, quas enumerat text. in d. auth. vt cùm de app. cog. §. causas. & gl. in c. Quintauallis. suprà, de iureur. Ergo ex eadem causa non poterit pater alimenta denegare, nec per consequens dotẽ non tradere, quia ex causis ex quibus potest quis exhæredari, vel ei alimenta denegari, potest dos non constitui, secundum Bald. in d. authentic. res quæ. & econtra. Cuius ratio est, quia dos succedit loco alimentorum: imo fauorabilior est causa dotis, quàm causa alimentorum, vt suprà dictum est. ergo tenebitur pater eam dotare. Et si dixeris, quòd imo filia, quæ matrimoniũ contraxit sine patris consensu, ante xxv. ann. potest à patre

§. XIII. *Ei qui potest exhæredari possũt alimenta denegari.*

a Adde notata per Petr. Gerard. in singu. j. & vide suprà §. v. versi. item quia. Ioan. Ber.

tre exhæredari: vt in auth. vt cùm de appe. cog. §. si alicui. & in auth. sed si post xxv. C. de inoffi. testam. & hodie si contrahat matrimonium clandestinum, per l. xlvij. de toro. potest exhæredari. dico, ꝙ licet ex hac causa possit exhæredari (quod tamen non est sine scrupulo, vt infrà subiiciam) non tamen poterit pater ei dotem denegare: vt sic illa iura procedant in exhæredatione, non tamen in denegatione dotis: vt est de mente Hosti. & Io. And. in d.c.j. suprà, de despons. impub.

SVMMAE RERVM.

1 *Pater tenetur ad dotandum filiam, etiam si ipsa habeat aliunde vnde se dotet.*
2 *Protestatio non releuat protestantem in his, quæ certo modo dispositа sunt & determinata à lege. & num. 6.*
3 *Bona mariti sunt pro dote tacitè hypothecata, etiam si maritus protestaretur in contrarium.*
4 *Expensas quas fecit pater filio studenti, videtur in dubio de bonis paternis facere, nisi filius habuisset apud patrem peculium castrense, vel quasi castrense. siue aduentitium.*
5 *Dotare qui tenetur filiam, si eius negotia gessit, videtur de bonis filiæ dotare. & num. 7.*
8 *Consuetudo in dandis dotibus attenditur.*
9 *Dotare filiam tenetur pater, adeò quod si mater ipsam dotauit, poterit à patre repetere per actionẽ negotiorum gestorum.*
10 *Extraneus dotans filiam alterius, potest à patre dotem repetere.*
11 *Aetas legitima ad matrimonium in fœmina est duodecim annorum.*

§. XIIII. *Lex regni. Pater tenetur dotare filiam.*

QVintò officium paternũ est dotare filias: vt d.l. qui liberos. ff. de rit. nupt. l. dedit dotẽ. ff. de co. bo. & l. fi. C. de dot. promi. 1
& iiij. parti. ti. xj. l. viij. quæ iura dicunt †patrẽ teneri ad dotandũ filiam, etiam si filia habeat aliunde, vnde se possit dotare: ex quo sequitur, ꝙ si pater constituendo dotem pro filia, promisit seu dedit de bonis tam suis, quàm etiam filiæ, semper intelligitur pater de bonis suis promisisse, si sufficiunt ad prædictam dotem: & si non sufficiant, eo quòd deficit, recurritur ad bona filiæ: vt d.l.fi. C. de dot. promis. Ex quo infertur vnum quotidianum & singulare, quòd si in instrumento promissionis dotis dicatur, ꝙ pater promisit in dotẽ filiæ mille ducatos: cõputato in ea omni eo, quod debetur ipsi filiæ, tam de bonis maternis, quàm de paternis: hoc non obstante, poterit dicta filia post mortem patris petere bona materna, vltra dictam dotem, probando tot bona esse in facultatibus patris, quot sufficiant ad dotẽ promissam: ita in contingentia facti consuluit Io. de Monte Sperelo, apud Pistorium, in fauorem cuiusdã domini Petri, militis Tudertini, per tex. in d.l.fi. cui consilio se subscripsit Bal. Nouel. vt ipse refert in suo tract. de dot. vj. par. in vj. priuil. Sed quamuis ille nõ dicat, hoc in expresso voluit Ang. de Are. in §. fuerat ante. Inst. de act. col. xxviij. ver. & aduertas, quòd in dubio. dicẽs, ꝙ quãuis filia habeat bona aduẽtitia, tamẽ pater simpliciter dotãdo filiã, in dubio præsumitur eã dotasse de bonis propriis filiæ dummodo pater sit soluendo: cùm officium paternum sit ex necessitate dotare filias: vt dictum est. quod dictum vt singulare extollit Iaſ. in d. §. fuerat ante. col. xxxiiij. ver. ideo subdit ipse. Ad cuius confirmationẽ adducit ille duo fundamenta. Primò, quia præsuppositо (vt est verum) ꝙ pater de necessitate teneatur filiam de suo dotare, vt dicunt iura prælleg. protestatio in contrarium, ꝙ intendit filiã dotare de bonis filię, non habet releuare patrẽ protestantem, nisi etiam interueniat consensus eius, contra quẽ fit protestatio, & hoc, quãdo est obligatio iam cõtracta. & sic de præterito: secus si de futuro. l. alimenta. & ibi gl. no. & Bar. & alij. C. de neg. gest. Bar. in l. nõ solùm. §. morte. ff. de noui ope. nun. col. vij. ver. sed quæro an etiam patris consensus. & in l. fi. §. item si prædixerit. ff. nau. caup. stab. Bal. Ang. Salyc. & alij in l. pacta nouissima. C. de pact. Bald. in l. non ideo minus. C. de li. cau. doctores nostri in c. cùm M. de constit. Secundò in his, quæ certo modo 2
dispositа sunt, & determinata à lege, & † protestatio nihil operatur, nec releuat protestantẽ. secundum Bar. in l. Nesennius Apollinaris. ff. de nego. gest. in j. not. & ibi Ang. Bar. in d. §. morte. col. xj. ver. circa quintum. gl. & Bar. in d.l. alimenta. Sed determinatum est à iure, quòd pater tenetur dotare filiã de suo proprio: ergo protestatio patris nihil habebit operari, secundum Iaſo. vbi suprà. idem tenet Bulgar. in d.l.j. ff. solut. matrim. in rep. col. xxxiiij. verſ. & ex d.l. fi. quod not. ad ea, quæ dixi in rubr. versic. si tamen vir. Ex his infertur 3
vnum nouum & singulare, quòd si † maritus, cuius bona sunt tacitè hypothecata pro dote ex dispositione legis, vt ibi, & in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. accipiens dotem protestetur: & si diceret, quòd nolit bona sua esse hypothecata pro dote: talis protestatio nihil operaretur. Idem & notabilius dicit in socero, cuius bona etiam sunt tacitè hypothecata pro dote nurus, siue ipse dotem acceperit, siue alius de eius voluntate: secus si sine voluntate, secundum gloss. in dict. l. assiduis. §. transgrediamur. ff. solu. matr. certe si socer protestaretur, & diceret se nolle, quòd bona sua sint hypothecata: ista protestatio nihil operatur: quia non obstante, posset mulier agere hypothecaria ad bona ipsius soceri. ita signanter dicit Iaſ. in d. §. fuerat ante. col. xxxv. ver. & per hoc duo. quod tene menti, ad ea quæ dixi in rubric. col. xciij. §. si autem pater nolit. Redeundo ad propositum, habes confirmatam decisionem prædictam cõtra patrem constituentem dotem filiæ, & protestantem, quòd vult dotare de bonis filiæ, vt semper intelligatur de bonis propriis dotasse. quæ decisio videtur satis æqua, quamuis dubia: quia d.l. fin. loquitur, quando non constabat, pro qua parte bonorum maternorũ pater voluerit dotem esse constitutam: vt quia constituendo dotem in mille, dixit eã constituere de bonis paternis & maternis: sed in casu proposito pater voluit, quòd omnia bona materna venirent in dotẽ: & cùm prædicta l. sit exorbitans, non videtur extendenda: vt l. fi verò. §. de viro. cum materia ff. sol. matri. ita dicit Bulga. in repe. l.j. xxxiiij. col. ff. sol. mat. & demum dicit fore cogitandum: quia ratio d.l. fi. satisfacit pro opinione prædicta. quam Iaſ. May. in d.l.j. vj. col. ver. adde ꝙ per illum tex. dicit esse signãdam in practica. de qua tamen dicit se valde dubitare: quia tex. in d.l. fi. procedit in dubio, quando non apparet de quibus bonis, & de qua quantitate: dũ dicitur ibi, nedũ effuso sermone se iactet. & Bald. ibi ad hoc not. illum text. quod loquitur, quando verba sunt dubia. & idem Bald. fin. colum. verſic.

Quãdo pater dotat filiam de bonis suis.

Opinio cõtraria.

revoco in dubium casum illius legis. Sed in casu nostro, quando in instrumento dicitur, computato eo quod potest habere de bonis matris: ista verba non patiuntur, quòd intelligatur tota dos de bonis patris. In claris igitur non est opus consulere. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obli. & propterea in casu prædicto contrarium consuluit Marianus Socin. in c. iij. infrà, de sponsa. vbi quædam alia addit, secundum Iaſ. in d. l. j. ff. ſol. matr.

Opi. Bart. Et quamuis illi non dicant, ego reperio, quòd 7 Ang. dixit contra Bar. in terminis, tenentem contrarium in d. l. Neſennius. iiij. col. ff. de nego. geſt. vbi inquit, quòd licet pater & frater, qui dotant filiam, videantur in dubio dotare de suo proprio, & non filiæ vel sororis: per d. l. fi. C. de dot. prom. verum est, nisi esset negotiorum gestor filiæ vel sororis, vt quia filia vel soror haberet bona propria: quia tunc videntur dotare de bonis propriis filiæ vel sororis. mouetur per illum text. & ita dicit sentire glos. in d. l. fin. in ver. patrimonium. & sic vult, quòd etiam sine expressa protestatione patris vel fratris, in dubio videatur dotare de bonis propriis filiæ vel sororis: ex quo infert Bart.

De scholari. quòd licet † pater expensas quas facit pro filio 4 studente, videtur in dubio facere de bonis patris. l. quæ pater. ff. famil. ercisc. tamen hoc debet intelligi, nisi filius habuisset peculium castrense. vel quasi castrense, vel aduentitium, quod fuisset penes patrem, l. fi. de pet. hæred. ita ergo videtur dicendum in casu, de quo agitur. Est verum, quòd inquantum Bart. loquitur de patre, auo, & aliis, qui † tenentur dotare. & vult, quòd si gerant negotia filiæ, in dubio videntur dotasse de bonis ip- 8 sius filiæ. contra Bart. tenet Lud. illum reprehendens in l. j. ff. ſol. matr. per d. l. fin. C. de dot. prom. & dixi suprà in rubr. in fin. Sed si expressè hoc dixit pater, quando dotem constituit, videtur quòd non teneatur de suo proprio pater dotare. Et tenendo hanc vltimam opinionem faciliter possunt excludi duo fundamenta, quæ pro prima parte adducebat idem Iaſo. in dicto §. fuerat ante.

Protestatio Ad primum quòd ab his, ad quæ quis tenetur de necessitate, protestatio non releuat protestatem, fateor: sed cũ subiungitur, q; pater de necessitate tenetur dotare filiã de proprio patris, nego: quia imo pater tenetur de necessitate de suo proprio patrimonio dotare filiã, quando filia habet bona 6 aduentitia, vel aliũde † vnde se dotet, secundũ Bar. in l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb. ita dicit Iaſ. in d. §. fuerat ante. col. 35. vers. sed aduerte. Ad cuius confirmationẽ, quãuis ille non dicat, facit, quoniam certum est, quòd dos succedit loco alimentorum, vt sæpe dictum est. Sed pater non tenetur alere filium, nisi tunc demum, quando nõ habet filius vnde se alat: vt l. fi quis à liberis. ff. de liberis agnoscen. & dixi suprà, §. iiij. in principio. verſic. confirmatur. dicã latius infrà. §. xxiij. vers. ista tamen debent intelligi. Ergo idem erit dicendum in dote, vt si filia habeat bona, ex quibus pater poterat eam dotare, & dotauit: hoc expresso, quòd de bonis ipsius filiæ illam dotabat: non tenebitur pater amplius illam dotare. facit in simili notabilis decisio Baldi in l. prima. §. scimus. C. de Latin. libert. tollend. vbi dicit, quòd qui tenetur aliquem alere, satisfacit, si faciat eum recipi in aliquo loco, vbi alimenta sibi ministrantur. de quo latius dicam infrà, §. xxiij. verſicul. ad idem facit, quod notanter dicit Baldus. Non est ergo necessarium, quòd pater dotet de suo. & sic euaditur illud primum fundamentum. Ad secundum dicebatur, quòd in his, quæ certo modo disposita sunt à lege, protestatio nihil operatur, fateor. Sed cùm subiungitur, quòd istud est determinatum à iure, quòd pater tenetur dotare filiam de suo, istud est falsum, vt suprà dixi. Cogitabis super his. Fortius adhuc dicebant alij, quòd si pa- *Quãdo pater gerens negotia filiæ eam dotat, intelligitur dotare solum de bonis suis.*
ter † gereret negotia filiæ, tunc eam dotando de bonis filiæ, non de suis dotasse censetur. ita dixit Bartol. & Angel. in l. Neſennius. ff. de negot. geſt. quod tamen reprehendunt Ioan. de Imol. Lud. & Alexand. pro quibus bene facit text. in dicta l. fina. qui loquitur, quando filia habebat bona materna, quorum pater est legalis administrator. vt l. j. C. de bo. mat. Itẽ hoc casu etiã militat ratio d. l. fi. ergo, &c. de quo aliquid dixi sup. in rub. §. 66. post prin. ver. si tamen vir. vide Bal. in l. fi. §. fi. C. de bo. quæ lib. quẽ refert & sequitur Franc. Are. in l. prima. ff. ſol. matrim. v. colum. verſic. in gloſ. semper. &c. Vide etiam Soc. in d. l. j. viij. col. ff. ſol. matrim. qui pulchrè loquitur. & inter cætera dicit vnum, quod alibi non reperio in specie tactum, & habui in practica, quòd si pater iam aliquas filias nuptui tradidit, dando eis pro parte de propriis, & pro parte de maternis, si postea aliam nuberet, promittendo dotem de bonis suis & filiæ, censetur promisisse prout aliis filiabus derat, ratione seruãdæ æqualitatis. arg. eius quod habetur in l. fin. C. communia vtriusque iudic. faciunt not. per Bal. in l. cùm pater. §. euic. de leg. ij. Adde, quòd † consuetudo in dandis dotibus attenditur. c. j. de adul. & ibi not. Card. Abb. & alij ad hoc in l. j. ff. de flu. & c. certificari. de sepul. vide Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & in l. j. C. de sac. sanct. eccleſ. Card. in c. fi. de consuet. Anto. Abb. & alios in cap. j. de sponsal. Et quod plus est, adeo pater tenetur filiam dotare, quòd si *An mater vel alius, qui dotauit filiã, possit repetere à patre.*
9 mater † ipsam dotauit, poterit patre repetere per actionem negotiorum gestorum, ex quo onus dotandi non spectabat ad ipsam, sed ad patrem, vt dicimus in alimentis, licet aliter non protestetur. vt l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de libe. agn. & per Bart. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & l. alimenta. C. eod. ita dicit idem Bald. Nouel. in dicto tractatu de dote, vj. par. iij. priuilegio. Et sub-
10 dit fortius idem in quocunque alio † extraneo, dotante filiam alterius, vt possit à patre repetere. argum. l. nihil. ff. de in rem verso. vt ibi latius per eum. Sed si animo donandi extraneus alterius filiam dotasset, vel dotem sibi concessam repetere vellet, nihilominus eius pater tenetur sibi constituere congruam dotem de suo patrimonio. ita dicit idem Baldus Nouellus in dicto suo tractatu de dote. sexta parte, in xvj. speciali. finali columna. quod tene menti. & dixi supra, in rubr. verſiculo, subdit tamen, quæ habeas pro repetitis hic, & secundum illa intelligas ista. Nec distinguitur, an filia sit maior xxv. annis, vel mi- *Lex generaliter loquitur*
11 nor: cùm ætas † ad matrimonium legitima in fœmina sit duodecim annorum: vt cap. j. & ij. suprà, de desponſ. impuber. nec etiam distinguitur, an in contractu matrimonij interueniat patris consensus vel non: quia etiam eo inuito potest matrimonium contrahere, vt infrà dicetur, & nihilominus pater tenetur eã dotare: vt expressè voluit glo. in

glo. in cap. fin. xxij. q. ij. nec fit distinctio, an contraxerit cum digno, an cum indigno, promiserit dotem secum, vel non: quia licet dotem non promiserit, nihilominus pater tenetur eam dotare: vt est gl. singularis, quæ hoc sentit in c. nemo. in ver. domum. de conſ. dist. j. quæ dicit, quòd ille qui cõstruxit eccleſiam, non promiſſa dote, debet postea illam dotare: vt c. piæ mentis. xvj. q. vij. & c. 1 cùm sit. de conſe. eccle. vel alta. allegat illa glo. in arg. tex. in d. l. qui liberos. & per hoc sentit, quòd illa l. habet locum, necdum quando promiſſa est dos: quia dicta doctorum debent intelligi, secundùm iura, quæ allegant: vt dixi suprà primo notabili. §. j. ver. si tamen ageretur. Intelligantur ergo prædicta iura generaliter prout iacent. præsertim quia text. in l. qui liberos. arctat patrem copulatiuè ad duo, scilicet ad maritandum, & dotãdum: quamuis autem vnum fuerit adimpletum. scilicet quòd filia sit matrimonio collocata, nihilominus pater tenebitur adimplere secundum. scilicet, eã 2 dotare. & ita illum text. ponderauit Ang. in d. authen. res quæ. C. communia de legatis. facit text. in arg. in l. si hæredi plures. ff. de condit. insti. & tenet Barto. in l. nupta. ff. ſol. mat. Imol. in l. j. eo tit. Salyc. in l. j. §. j. C. de rei vxo. act. Ang. in §. fuerat ante. Insti. de acti. quia non videtur cessare ratio in filia nupta, propter quã pater tenetur eã dotare, quia dos est necessaria ad sustinẽda onera matrimonij, vt l. pro onerib. C. de iu. do. c. salubriter. infrà de vsu. tex. optimus. in l. asiduis. §. exceptis C. qui po. in pig. hab. & tenent doctores prædicti. 3

SVMMAE RERVM.

1 *Matrimonia debent esse libera ab omni exactione, & pœnæ impositione, & ab omni eo quod potest præstare impedimentum. etiam ad tempus, quãuis honestissima subsit causa.*

§. XV. Matrimonia debent esse libera.

SEXTO, matrimonia debent esse libera † ab 1 omni exactione, & pœnæ impositione, vt c. de neptis. xxxj. q. ij. c. cũ locum. & c. requisiuit. & c. gemma. suprà, de sponsa. Item debent esse libera ab omni eo, quod potest præstare impedimentum etiam ad tempus. quãuis subsit honestissima causa, vt l. cùm tale. §. si arbitratu Titij. ff. de condi. & demõ. tex. in c. pe. & vl. infrà de secun. nup. vbi non potuit lex impedire matrimonium etiam infrà annũ luctus, quamuis ad illam probatio- 4 nem interueniebat causa honestissima, scilicet vt euitetur seminis commixtio. De cuius intellectu vide Lucam de Penna in l. fi. C. de incolis. lib. x. qui mirabiliter loquitur. Sed si deberet spectari cõsensus patris, vel tẽpus xxv. annorũ, vel promissio dotis, vel electio digni, intimidaretur libertas matrimonij, & impediretur saltẽ ad tẽpus. Quini mo præstaretur causa mulieribus, ad fornicatio- 5 nẽ cõmittendã. ergo per consequẽs habebit filia libertatẽ, vt possit contrahere matrimoniũ ante xxv. ann. sine patris consensu, cum quocunquevo luerit, & pater ex debito naturali tenebitur eã dotare, quamuis illa dotem non promiserit. Illud est præcipuũ fundamentũ in materia, super quo se fundant doctores præallegati, suprà verſiculo, sunt tamen. Quod scribentium mentem adeo turbauit, vt spiritum penè relinquat exanimem.

SVMMAE RERVM.

1 *Consensus eorum, de quorum matrimonio agitur, sufficit ad matrimonium contrahendum, & infrà. ver. & tenendo. num. 16.*
2 *Matrimonium contractum cum meretrice, valet.*
3 *Matrimonium, quod libera scienter contrahit cum seruo, valet.*
4 *Filia minor 25. ann. potest sine patris consensu contrahere matrimonium, etiam cum indigno.*
5 *Correcto vitio, correcta est pœna.*

§. XVI. *Valet matrimonium sine cõsensu patris.*

SEPTIMO, ad matrimonium contrahendum sufficit † consensus eorum, de quorum matrimonio agitur. vt c. sufficiat. xxvij. q. ij. & c. fi. xxxij. q. ij. & c. j. c. cùm locum. c. cùm apud. suprà de sponsa. & hoc non solùm, quando matrimonium contrahitur cum digno, sed etiam si cum indigno contrahatur, vt sentiunt iura prædicta, quæ solùm ponderant assensum eorum, de quorũ matrimonio agitur, ad validitatem matrimonij: nec faciunt differentiam, sit dignus, vel indignus ille, cum quo matrimonium contrahitur: Apertius hoc probat tex. in c. inter opera charitatis. suprà, de spon. c. integritas. & c. non est culpandus. xxxij. q. j. vbi † dicitur, quòd validum reputatur matrimonium, quod quis contrahit cum meretrice, & sic cum indigna. Istud videtur de mente gl. in dict. auth. sed si post xxv. annos. quæ infert ex tex. dum dicit, Si se libero copulauerit: secus si seruo. quasi dicat, quamuis se copulet cum libero vili, vel indigno, nihilominus tenetur pater eam dotare. sic põderat illam gl. ibi Io. Fab. quem refert & sequitur Iaſ. Mayanus. Sed ego dicerẽ idem, si se copulet seruo, vt apparet ex prædictis. est bonus tex. in c. proposuit. & c. fi. suprà, de coniugio seruo. vbi eodem modo valet matrimonium † q̃ libera scienter contrahit cum seruo, & sic cum indigno. Vtroque ergo casu solus consensus facit valere matrimonium. Et inde est, quòd cõsensus patris nõ est necessarius: imo etiã eo inuito, potest filia matrimonium contrahere: vt voluit gl. in l. Paulus. quæ aliàs incipit, eum qui. ff. de statu hominum. idem voluit glo. in ç. accedens. suprà, de procu. & in c. cùm causam. infrà de rapt. pro quibus est tex. in c. vnico. de despõ. imp. libr. vj. Ratio est, quia in istis spiritualibus non curatur de patria potestate: vt capitulo fi annum. de iudici. libro sexto. quod quidem matrimonium contrahere potest filia maior duodecim annis. Ex quibus omnibus simul iunctis concluditur, quòd rectè & legitimè potest filia † minor xxv. annis contrahere matrimonium, etiam cum indigno, sine patris consensu: nec ad eius validitatem est opus dotem promittere. Si autem matrimonium sic contractum reputatur legitimum, ergo per consequens filia, quæ illud contraxit, nullam pœnam meretur: vt l. Grachus. C. de adulter. & l. sancimus. C. de administra. tutor. & l. fi vt proponis. C. de confirma. tutor. † correcto enim vitio, per consequens est correcta pœna: vt capitulo, non debet. de consan. & affin. iuncto capitulo de gradibus. xxxv. quæſt. ij. quia quoties aliquid definit esse delictum, per consequens definit & pœna. vt patet ex not. per Bald. in l. decuriones. C. de infamibus. facit text. & quod ibi not. in l. tertia. §. transfugas. ff. ad l. Corne. de sicar. & l. prima. & ij. C. quando licet. sine iudi. se vindic. & l. is qui aggreſſorem. C. de sicar. & cle. fi furiosus. de homicid. & dicta l. Gracchus. C. de adul. cum simi. Concluditur ergo de necessario, quòd ex causa pater non potest denegare filiæ dotem: hoc similiter est vrgens fundamentum.

Legitimè facto nulla pœnam meretur.

Correcto vitio correcta est pœna.

SVMMAE RERVM.

1 *Rapta si contrahendo matrimonium consensit rapto ri, licet hoc faciat sine patris consensu, excusatur.*

2 *Puella dicitur, donec durat pubertas.*

§. XVII. De mulie re rapta.

OCTAVO pondero tex. singularem in ca. fi. xxvj. q. j. in ver. si verò quæ rapitur. vbi li tera dicit, Si vero quæ † rapitur, patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potesta ti patris excusata reddatur. Ecce tex. quòd si puel la quæ fuit rapta, raptori cõsensit, & sic indigno, intelligo contrahendo cum eo matrimonium: quamuis hoc faciat sine patris consensu, excusatur. & sic est ibi text. apertè probans istam conclu sionem. Nam ibi illa puella erat minor. xxv. ann. quod apparet ex eo, quòd dicit puella. Nã puella dicitur, donec durat † pubertas, secũdùm Bart. in l. Mela. in princ. ff. de ali. & cibaria leg. not. in l. pueri. ff. de ver. sign. & in c. j. & c. puberes. suprà, de despõ. impu. & per Abb. in rubr. de delictis puer. & matrimonium cum indigno contraxit, quia cum raptore. crimen enim raptus omnem dignitatem tollit: vt l. j. C. vbi senat. vel clari. Item con traxit sine patris cõsensu, vt apertè dicit ille tex. quia si cũ eius consensu contraxisset, nulla esset du bitatio, nec promisit dotem illa puella, quia de promissione nihil ibi dicitur, vnde dicere, quòd promissio interuenit, esset diuinare. Sed quam uis omnia ista interuenerunt, nullam tamen pœ nam puella incurrit, ergo per consequens ex hac causa non poterit pater sibi dotem denegare, quam ex iuris dispositione præstare tenetur.

Puella.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotare filiam tenetur pater, licet eo inuito contrahat matrimonium.*

§. XVIII.

NONO hanc conclusionem videtur senti re glos. in c. fin. xxxij. q. ij. & in c. fi. xxxvj. q. j. quæ generaliter dicit, quòd † licet filia matrimo nium contrahat patre inuito, nihilominus pater tenetur eam dotare. Nec illæ glo. distinguunt, an fi lia sit maior vel minor, contraxerit cum digno, vel cum indigno, promissa vel nõ promissa dote, ergo nec nos distinguere debemus, vt l. de pre tio. ff. de publ. c. solitæ. de maior. & obed. cum si mili. Nec ob. cùm glo. in dicto ca. fi. xxxvj. q. j. di cit, quòd si contraxerit cum indigno, pater non tenetur dotare, quoniam ad hoc respondebitur infrà dando responsum ad legem iij. §. emancipa tus. ff. de contra tabul.

SVMMAE RERVM.

1 *Officium paternum est dotare filiam.*

2 *Lex debet esse de dubio.*

§. XIX.

DEcimo & vltimò potest adduci ista decreta lis hoc modo. Nam vt superius dixi, iste magister R. secundùm vnum intellectum erat pa ter vxoris istius H. pauperis, quod adparet ex eo, quòd petebatur ab eo dos. & sic illud, ad quod realiter solus pater tenetur, quia † officium pater num est dotare filiam, vt dicta l. fi. C. de dotis pro mi. & d. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & ista filia cõ traxit matrimoniũ cũ indigno, vt videtur innue re tex. cũ dicit, quòd iste H. erat pauper, & ve rge bat ad inopiã. quæ qualitas inerat à principio, se cũdùm aliquos doctores, in præsenti, de quibus supr. §. & propter ista. Nec apparet ex textu, q̃ il la fuerit maior xxv. annis. nec quòd pater cõsen serit, nec quòd filia promiserit dotem, quando matrimonium contraxit. Potuit ergo esse minor xxv. annis, & contrahere matrimonium sine pa tris consensu, & dote non promissa, & nihilomi nus exigitur dos à patre, & cõpellitur dotẽ assi gnare, vt apparet ex tex. qui sic debet intelligi, vt deseruiat de maiori dubio. Quia quando ali qua lex vel decretalis potest dupliciter intelligi, & secundùm vnum intellectum deseruit de maio ri dubio, ille intellectus est assumendus, vt l. j. ad fi. ff. ad munic. & l. quod Labeo. ff. ad Carbo. & in authe. de fide inst. §. j. col. vj. Cyn. in l. fi maior. C. de transact. Guil. in c. vno. de cler. coniug. lib. vj. ad fi. Ab. in c. quia. v. col. suprà. de iud. & in c. peruenit. de senten. excom. & in cap. cùm in iure. in princi. suprà, de elect. & ideo dicebat ipse in c. de mulcta. in princip. suprà, de præbendis. Angel. de Are. in §. affinitatis. Instit. de nnptiis. & Andreas Sicul. in c. quoniam frequenter. in princip. suprà vt lite non contestata. quòd † lex debet esse de du bio. & subdit, quòd idem debẽt facere repetentes, cùm ponunt conclusiones. debent enim pone re eas dubitabiles, ne disputẽt de certo, & nullus effectus inde proueniat. quod reuera de conclu sione ista dici non potest, cùm satis sit dubia, & hu cusque per aliquẽ, quem viderim ita latè firma tã, nõ reperio. quæ satis cõprobatur exprędictis.

Intellectus, qui deseruit de maiori dubio, tenẽdus est.

SVMMAE RERVM.

1 *Consensus patris in matrimonio an requiratur de necessitate, vel solùm de honestate.*

2 *Dos quare datur filiæ.*

3 *Mulier dotata an teneatur operari marito.*

4 *Relictum filiæ in testamento, an intelligatur relictum pro dote.*

5 *Priuilegium si habet plures causas, sufficit vnamcausam durare, quæ sit potens ad durationem priuilegij.*

6 *Testator si relinquit centum Berta pro ea maritanda, quæ tamen erat maritata tempore conditi testamenti, debet habere legatum.*

7 *Ius ciuile non potest tollere, quod in fauorem res spiritualis concessit.*

8 *Puella rapta, si contrahat matrimonium cum raptore, an perdat lucrum bonorum raptorum.*

9 *Matrimonium est de iure diuino, cum à principio fuerit institutum in paradiso terrestri.*

10 *Dos à iure naturali descendit.*

11 *Ius ciuile non potest statuere super matrimonio.*

12 *Credendum non est alicui, quantacunque sanctitate vel doctrina polleat, nisi lege vel autoritate probauerit illud quod dicit.*

13 *Dos quare statuitur.*

14 *Vbi sunt rationes plures, quarum qualibet per se sufficeret, ad impediendum actum, licet vna tollatur sufficit alteram remanere.*

15 *Exhæredari potest filia, quæ non consentit in maritum, quem sibi dat pater, si luxuriosam viam elegerit.*

16 *Matrimonium & eius dependentia pertinent ad forum ecclesiæ.*

17 *Imperator olim erat dominus totius mundi, & præerat in temporalibus & spiritualibus.*

18 *Indignitas mulieris antollat præsumptionem matrimonij.*

§. XX. *Solu ad argumenta contraria.*

ET tenendo istam conclusionem, ad co trariа respõdebã. Primò ad c. honorãtur. dice bam,

bam, quòd ille tex. requirit consensum patris in matrimonio filiæ de honestate: non † autem de ne cessitate: vt voluit ibi gl. quia ad validitatẽ matri monij sufficit cõsensus eorum. de quorum matri monio agitur: vt suprà dictum est in septimo fun damento huius conclusionis. Ad secundum di cebam, quòd licet illa contraxerit matrimonium, non per hoc cessat ratio, propter quam † dos dat ur filiæ: quia non solùm datur sibi, vt inueniat cui nubere possit: sed etiam ad sustinenda onera ma trimonij: vt l. pro oneribus. C. de jure dotium. & c. salubriter. infrà de vsuris. secundùm Bart. in l. nupta. ff. soluto matrimonio. datur etiam dos fi liæ, vt melius & commodius tractetur à marito: quia mulier non dotata facilius spernitur à viro: vt d. auth. de nup. §. si quis itaq; ver. si quis enim colla. iiij. & auth. qui mo. na. effi. legit. §. quẽ au tem colũ. vj. datur etiam dos ob aliàs causas, de quibus infrà eo. ver. ex istis satis apparet. Ex istis infertur, quòd † mulier dotata, competenter non cogatur operari viro in operibus seruilibus, quã do dos sufficit ad alimenta mariti, vxoris, & fami liæ: aliàs sic, secundùm Abba. in c. literas. fin. col. de restit. spoliatorum. Et hinc est, quòd † si pa ter relinquit filiæ centum in testamento, licet nõ dicat pro dote, vel pro ea maritãda: tamẽ intelligi tur relictum pro dote, & dicetur filia dotata, vt sin gulariter decidit Bartol. in l. quod autem. ff. de iu re dotium. quod est menti tenendum. & hoc te neas: licet Raphael, & Ioan. de Imola contradi cant. Sed opinio Barto. seruatur in practica, se cundùm Angel. de Aretio in loco statim allegan do. Inde est etiam, quòd si pater, vel alius ex traneus, leget filiæ suæ dotem in testamento, vel aliàs, si frater habet vnde eam alat, tenetur eam alere, donec contrahat matrimonium: quia expe dit, quòd illa habeat integram dotem ad hoc vt in ueniat virum, cui nubere possit, & qui eam bene tractet. tex. sing. est de hoc. & ibi not. Bald. in l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. de. tenent Iaco. de A renis, Cyn. & alij in l. alimenta. C. de nego. gest. refert & sequitur Ang. de Aretio in §. fuerat ante. Instit. de act. charta xvij. fin. col. versi. aliudno tatur. quod tene menti. vide infrà. §. xxvij. versi. & tenendo istam opinionem. Et ita quamuis fi lia sit nupta, & sic cesset vna ratio, propter quam dos constituitur filiæ, scilicet vt inueniat mari tum, non tamẽ cessant aliæ causæ, & ideo semper remanebit pater obligatus ad dotandum, quia v bi alicuius dispositionis sunt plures causæ vel ra tiones, quãdo sunt plures causæ, & vna cessat, da to quòd cesset vna, non propterea cessabit dispo sitio, vt nota. in §. affinitatis. Instit. de nup. & in l. liberorum. §. notantur. ff. de infam. & l. si nõ lex ff. de hæred. instit. & l. j. ff. soluto matrimonio. & l. j. in prin. ff. si quis à pa. fuer. manumis. & in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. in fin. col la. j. per Bart. & Ange. in l. ita stipulatus. ff. de verbor. obligatio. per Ang. post gl. in l. si ventri §. in bonis. ff. de priuileg. cre. dicens per hoc, quòd si priuilegium † habet plures causas, sufficit vnam causam durare, quæ sit potens ad durationẽ priui legij, idem si vtraq; sit æquè potẽs, seu æque prin cipalis. ar. l. si domus. ff. de ser. vrb. præ. secũdùm Bal. in l. vna. iij. col. ver. de vno quæro. Cine ex de lictis defun. Ex hoc dicebat notãter Baldus in l. fi. prope finẽ, antepenul. q. C. de sen. quæ sine cer-

Causa propter quam datur dos.

Relictũ filiæ intelligitur pro dote.

Nota pro filia maritãda.

quanti. profer. quòd si † testator relinquit in testa mento centum Bertæ, pro ea maritanda, quæ tã men erat maritata tẽpore cõditi testamenti, quã uis causa relicti videatur cessare, tamen debet ha bere legatum, per l. si iam facta ff. de condit. & de monst. & l. pen. C. de instit. & substitu. sub con dit. fa. quem refert & sequitur Alex. consi. cxlvj. ij. col. in v. volu. vide Bart. in l. Lucius Ia j. ff. de leg. ij. Bal. Saly. c. & Ang. & alios in l. filia legatorum. C. de legat. Io. de Imo. post Anch. in c. filius. pe nult. col. suprà. de testam. de quo suprà habita est mentio. versi. & inde est, quòd si testator. ver. ij. ampliatur. Sic ergo videtur dicendum in casu nostro, quòd licet filia iam sit nupta, nihilominus pater teneatur eam dotare. quod videtur sentire Bald. in d. l. fi. ij. col. ver. sed pone quòd ista. C. de dotis promi. in j. left. cùm dicit, quòd si filia non fuit congruè dotata, potest cogi pater ad supplen dum congruam dotem, etiam constante matrimo nio, fortius ergo cogetur ad dotandum eam, quæ nullam habet dotem, etiam post quam matrimo nium contraxit. ad idem glo. in d. l. obligamur. §. j. ff. de actio. & oblig. quam sequitur & reputat sin gularem Bald. in c. iuratum. ij. col. suprà. de proba tio. & in l. fin. C. de sentẽ. quæ sine certa quant. & in rubr. de offic. iudi. vj. col. Bal. Imo. Ludo. & alij in dicta l. j. ff. soluto matrimo. Bald. Angel. Paul. in auth. res quæ. C. commu. de legat. & ibi Iaso. v. col. versicul. iiij. quæritur & Campe in suo tra ctatu, de dote. j. parte. q. xiij. Quamuis ergo pater per contractum matrimonij filiæ liberetur ab vno, scilicet ab ea maritanda, non liberatur ab a lio, scilicet ab ipsa dotanda, vt suprà dixi. Ex istis infertur, quòd in duabus obligationibus, sublata vna, remanet alia. ff de arbi. l. Celsus. suprà, de do lo & contum. c. cùm dilecti. Sic de duabus seruitutibus. ff. de ser. vr. prædi. l. si domus tua. Sic de duobus impedimentis. cap. ex tuorum, de vsu pal lij. Quod enim non mutatur, quare fiare prohibetur? C. de test. l. sanctimus. C. de appe. l. præcipimus. Hinc est, quòd si lex vel constitutio dicat, quòd filia dotata & coniugata à patris successione repellatur à fratribus, non excludetur, quamuis sit coniugata, nisi fuerit etiam dotata, secundùm Andream de Isernia. in capitul. primo de succe. feud. cuius meminit Lucas de Penna in l. sacra. col. j. in fin. C. de proximis sacrorum scriniorum. libr. xij. Ad ista facit notabile verbum, quod po nit Iason post alios, in l. licet inter priuatos. in fine C. de pacti. vbi dicit, quòd pactum de futura successione non valet, nec firmatur iuramento, ex duplici ratione. Prima, quia aufert liberam fa cultatem testandi. Secunda, quia inducit votum captandæ mortis. vnde licet cesset vna ratio, ta men ex quo militat alia, militat dispositio legis prohibitiuæ: vt est text. melior de iure. in l. lex Eliacentia. & ibi Bald. ff. de hæredibus instit. Ex quo infertur, non valere pactum inter duos fra tres, de succedendo adinuicem casu, quo alter præmorietur, sine liberis, nullo condito testamen to, quia licet non auferatur libera testandi facul tas, remanet votum captandæ mortis alterius. ita dicit Iason vbi suprà, quamuis contrà sentiat Ale xand. consilio cccxciij. Ad simile, quod po stea subiungitur, de alimentis filio non præstan dis, quando habet vnde se alat, dicebam, quòd ista argumentatio, quo ad casum nostrum, non procedit,

Nota pro puella maritanda.

Tene mẽti pro filia dotata.

Vna obligatione sublata remanet alia.

Solutio ad si mile fol. 74 colũ 1. ver comma tur.

Diuersitas inter dotē & alimēta

procedit, nam filius: vel filia, quando habent vnde se alant, non sunt alēdi à patre: vt d.l.fi quis à liberis. §. sed si filius. & no. Bart. in l. cunctis. C. de mendicātibus inualidis. lib. xj. & tamē filia diues, quæ habet vnde se possit dotare, semper est à patre dotāda: vt d.l.fi. iuncta glo. iiij. C. de dotis promiss. & ibi Bald. & Ang. idem Ange. in l. à filia. in princ. ff. ad Tabellia. Ludo. & alij (vide Paulum in auth. nouissima. C. de inof. testa. in princ. Bald. in l.j §. ius naturale. de iust. & iure. ff.) in d.l.j. ff. solu. matr. & sic non est bona argumentatio, quantum ad hoc de alimentis ad dotem. Itē video, quòd pater naturalis tenetur alere filiā naturalem tam de iure ciuili, quàm canonico: vt authe. licet. C. de natur. libe. & c. cùm haberet. de eo qui du. in mat. quam pol. per adulte. & tamen non cogitur dotare: vt l. vxore. §. pater naturalis. de le. iij. & dicetur latius infrà. Item filius tenetur alere matrem: vt d.l.fi quis, à liberis. in princi. in versi. mattrem. & tamen non tenetur eam dotare: vt l. tutor secundum. §. fin. ff. de admi. tuto. l.j §. præterea. ff. de tutel. & ratio. distr. Bald. & Ang. in l. iij. C. de præscrip. lon. tempo. Item frater tenetur 9 alere sororem, etiam solùm vterinam, cùm iura hoc non distinguant. l. qui filium. §. fi. & ibi Bald. not. ad hoc illum text. ff. vbi pupil. educ. deb. glo. in l.j. C. de alendis liberis. Cyn. in l. si patrem. C. de alendis lib. & tamē non tenetur eā dotare: vt l. cùm in plures. §. pater. versi. ex eodem pater. ff. de administrat. tuto. & glo. in ver. nulla. in l. non omni. C. eo. Bald. in c. super literis. nj. col. suprà, de rescript. Abb. Anto. & alij in c. peruenit. suprà, de arbi. Ang. & Alex. in d.l. à filio. ff. ad Trebel. Alex. in l.j. xij. col. ff. solu. matri. & per ista est subla tum secundum argumentum. Ad tertium dicebam, quòd filia contrahendo matrimonium sine patris consensu, propter hoc non potest à patre exhæredari, quia ista causa exhæredationis non reperitur inter alias, quæ numerantur in auth. vt cùm de app. cog. §. causas. & per glos. in cap. Quintauallis. suprà. de iureiu. & vj. parti. tit. vij. l. v. ergo ex hac causa non poterit exhæredari: vt sentit glo. in d.l. iij. §. fi emancipatus. ff. de bon. possessi. contra tabu. in ver. exhæredare. Quinimo quamuis filia inuito patre contrahat matrimonium, nihilominus pater tenetur eam dotare: vt voluit gl. not. quæ communiter approbatur in d. cap. fina. xxxij. q. ij. de qua suprà feci mentionem, in nono fundamento huius conclusionis. Ad illud quod postea subiungitur, quòd pater tenetur dotare filias ex dispositione iuris ciuilis: dicebam, quod etiam tenetur ex dispositione iuris canonici: nā de iure canonico pater tenetur alere filiam, etiam spuriam, & incestuosam: vt d.c. cùm haberet. a & per consequens tenetur illam dotare, quia dos succedit loco alimentorum: vt suprà dictum est: & ita etiam de iure canonico pater tenetur filiam dotare. Et præsuppositio (sine veritatis præiudicio) quòd solùm ex dispositione iuris ciuilis teneatur pater filiam dotare: nō sequitur, quòd propterea possit idem ius ciuile tollere, vel subtrahere aliquid ex eodem iure limitando, vel aliàs, licet hoc faciat ex aliqua iusta vel honesta causa, vt sentit Innoc. in c. noui. de iudici. & Franc. Car. in repe. c. perpendimus. de sentent. excōmu. vbi dicunt, quòd licet Imperator reuocet legem, per quam concessum est ecclesiæ priuilegium, tamen

Filia vxorata.

Filius alit matrem, sed nō dotat.

Frater alit sororem & dotat.

An filia quæ contra xit matrimoniū sine patris consensu potest exhæredari.

Lex regni.

a Adde idē tenet Soc. in l. col. 9 ver. & cōclu. ff. so. ma. Io. Ber.

7

non intelligitur reuocare priuilegiū. Et ita licet ius ciuile in fauore matrimonij, quæ est res spiritualis, possit concedere legem priuilegiatiuam ad matrimonium: vel eius dependentia: non tamen poterit tollere, vel diminuere dictum priuilegiū. ita voluit gl. singularis in c. de puellis. gl. fi. xxxvj. q. ij. quæ dicit, quòd †lucrum bonorū raptorum datum ipsis mulieribus raptis per legem ciuilem, scilicet per l. vnicam. C. de rap. virg. non potuit eadem lex ciuilis tollere vel diminuere, dicendo, quòd si puella rapta cōtrahat matrimonium cum raptore, perderet dictum lucrū: prout dicit text. in auth. de raptis mulier. ad fi. co. ix. hoc idem tenet Freder. consi. xxxvj. in fi. incip. casus talis est, maritus &c. Idem tenet Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. & ibi Fely. xxxvj. col. in fin. Et ratio huius est, quia per talem legem hoc lucrum tollentem intimidantur mulieres ad contrahendum matrimonium, permissum eis à lege diuina & canonica: ergo &c. Maximè quia ipsum matrimoniū, q̄ fuit causa dotis, vt dicit tex. in l.j. §. ius nat. ff. de iust. & iur. est de iure diuino, cùm à principio fuerit †institutum in paradiso terrestri vt habetur Gene. c.j. & in c. literæ. de frigidis. & in c. vnico. de voto. lib. vj. Postea verò de iure gentium primæuo, quo tempore gentes sine legibus & moribus viuebant, matrimonium erat incognitum, & omnes passim ex quacunque mulie re nati legitimi dicebantur: vt dicit text. in auth. qui. mod. na. effi. sui. in princ. & in §. & licet. Sue cessit postea ius gentium, secundùm quod matrimonium fuit recognitum & ordinatum ob bonos mores conseruandos, & ad euitandum fornicationem, & scandalorum materiam. & sicut inter gentes fuerunt diuisa prædia, ita & mulieres, & vnusquisque haberet vnam in vxorem, vt recognosceret propriam sobolem. Vnde eodem tempore fuit inuentus contractus dotis, ad supportanda onera matrimonij: vt l. eas obligatio-10 nes. ff. de capi. dimin. vbi dicitur, quòd †dotes habent naturalem præstationem: id est, naturali ratione à iure gentium considerante, fuerunt dotes ordinatæ: vt videtur sentire Bart. in rub. ff. solut. matr. & declarat Bal. Nouel. in suo tractatu, de dote. ij. par. iiij. col. Ea autem quæ sunt ratione naturali subnixa, illibata debent perpetuo custodiri: vt Inst. de iure naturali. §. sed naturalia quidem iura. & in clem. pastoralis. de re iud. est tex. & ibi no. Bal. in l. vnica. §. j. in princi. C. caduc. tol. facit glo. in §. fi. Institut. de leg. agn. tut. verbo, vtique. quę dicit, quòd ea quæ habent naturalem æquitatem, sunt immobilia. Cùm autem dos dependeat à matrimonio, & sic à iure naturali, vel saltem habeat naturalem æquitatem, merito ius dotandi debet illibatum remanere. Ad illud, quòd postea sequitur, de filia minore xxv. ann. quæ sine patris consensu matrimonium cōtraxit, quod potest ab eo exhæredari, vt authen. vt cùm de appe. cogno. & in authen. sed si post xxv. dicebam, quod illa iura hodie non sunt obseruandā, quia 11 fuerunt condita ab Imperatore, qui †nullam penitus habuit iurisdictionem disponendi super matrimonio, etiam ipsum impediendo, seu differendo solummodo ad tempus, vt probatur in capit. pen. & vlti. infrà. de secund. nup. not. l. prima. C. eo. & in l. decreto. C. de insa. & dixi ſ prā. in vj. fundamēto huius conclusionis. Ergo eodem modo non

Ius ciuile nō potest tollere, quod in fauorem rei spiritualis cōcessit.

Dos desciđit à iure naturali.

Ius ciuile nō potest tollere contra matrimonium.

do non potuit lex ciuilis differre matrimonium contrahi, vsque ad xxv. annum: quia negari non potest, quin per hoc mulieres intimidentur admatrimonium contrahendum: quia si deberent expectare xxv. ann. limitatum à iure ciuili, propter hoc retraherentur à libertate matrimonij contrahendi: ideo nubendo ante xxv. ann. maximè si expectarunt tempore congruo, secundùm morem patriæ, vt puta vsque ad xx. annum: & tamen pater non curauit filiam maritare, & dotem sibi constituere: si ipsa postea nubat, licet personæ sibi ingnæ, & ante xxv. ann. patre ignorante vel contradicente, non videtur quòd propter hoc possit exhæredari, ne aliàs per indirectū tollatur filiæ libertas matrimonij: quam libertatem non potest impedire ius ciuile: vt notatur per glo. & doctores in c. statutum. de hære. lib. vj. Cùm ius canonicum non curet de patria potestate circa matrimonia, & alia spiritualia: vt habetur in c. non est vobis. suprà. de sponsal. & in c. si annum. de iudic. lib. vj. ita dicit Abb. in d.c.j. suprà. de despon. impub. dicens se ita consuluisse: vt habetur in suo cōsilio xij. j. volu. idem Bal. in l. in copulandis. C. de nup. de quo etiam per eundem in l.j. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. Eadem ergo ratione sunt sublatæ pœnæ inductæ à iure ciuili, contra filiam familias nubentem, ignorante vel contradicente patre: Et fuit de mente Bald. in l.ij. §. j. ff. solut. matrim. super glos. allegat l. si vt proponis. C. de nu.

Quādo filia nō promisit dotē. Citra Bar.

Ad illud, quod dicebatur, si filia quando matrimonium contraxit, non promisit secum dotem: pater nō tenetur eam dotare. dicebam, quòd hoc non reperitur iure cautum: imo illa fuit vna singularis opinio Bar. in d. l. obligamur. quæ aliquibus visa fuit satis æqua. Sed certè, si legi Imperatorum super matrimonio disponenti non acquiescimus, nec stamus: multo fortius non stabimus opinioni alicuius doctoris aliquid asserentis, seu tenentis in præiudicium matrimonij, quantumcunque fulgeat autoritate. c. ego solis. ix. di. Maximè, quia si teneremus istam opinionem, multæ mulieres & viri cum eis matrimonium cōtrahentes, tāquam iuris ignari, grauiter deciperentur: quia mulieres non promitterent dotē, & per consequens spernerentur à viris, & non ita bene alimentarentur, nec tractarētur ab illis, sicut si essent dotatæ: nec viri ita libenter tolerarent, vel subirent onera matrimonij, præsertim circa infirmitates, & alia sibi necessaria: præcipuè si maritus esset pauper, & aliquando forte maritus vxorem à se expelleret, vt suprà dictum est. & ob hoc forte ipsi coniuges adulterium committerent: & sic fœdus matrimonij rumperetur. quod multum considerauerunt iura fauendo propterea mulieribus circa dotes: vt l. iij. ff. de iure dotium. & l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. & hīc. Sequeretur etiam aliud absurdum, quòd solùto matrimonio per mortem mariti, non haberet filia dotem paratam ad contrahendum matrimonium cum secundo, vel si ad secundas nuptias transire nollet, deficerent sibi alimenta. Ex istis satis appareret iniquitas opinionis Bar. ideo non tenenda: maxime quia ipse loquitur sine fundamento, non

Quādo doctor loquitur sine fundamento.

12 enim est †credendum alicui, quantumcunque fan 15 ctitate vel doctrina polleat, nisi illud quod dixerit, lege vel autoritate comprobauerit: vt ca. ego solis. ix. di. Nec limitat ratio, quam Bartol.

Dos statuitur propter quatuor rationes. Cessante causa &c.

13 dictum est, non †solùm tenetur pater filiam dotare, vt inueniat maritum, sed etiam vt ex dote onera matrimonij sustententur, & vt vxor melius & commodius tractetur à viro, & ab eo non expellatur. item vt mortuo viro habeat dotem paratam ad nubendum cum alio: vel si nubere noluerit, habeat vnde possit alimenta sumere, vel religionem intrare: & sic quamuis cesset vna ratio, propter quam tenetur pater filiam dotare, scilicet vt inueniat, cui nubere possit: non cessant aliæ, quæ non minus sunt vrgentes, & finales: ex pluribus enim causis finalibus circa vnum dispositum, licet aliquæ cessent, sufficit vnam remanere: vt l. liberorum. §. notandum. ff. de infam. & l. si non lex. ff. de hæred. instituend. & §. affinitatis. In stitu. de nupt. & per Bartol. in simili, in l. prima. ff. solut. matrimo. Ex cuius dictis colligitur, quòd si mulier à principio nupsit sine dote, & post matrimonium contractum dotem constituit: talis dos habebit sua priuilegia, licet cesset causa fauoris dotis matrimonij cōtrahendi. Nam non cessat causa matrimonij conseruandi cum bona pace & synceritate animi. ita eum declarat Baldus Nouellus in suo tractatu, de dote. vj. parte. xvj. speciali. xij. col. Ad quod bene facit, quod in simili voluit glo. in authen. de nupt. §. mitiores. in ver. dat lex. quam ibi notat Ange. qui dicit, quòd †vbicunque sunt rationes plures, quarum quælibet sufficeret per se ad actum impediendum, licet vna tollatur, sufficit alteram remanere ad impedimentum subsequendum: quod dicit Ange. fore not. ex quo infertur, quòd sicut mulier quæ nubit infrà tempora luctus, punitur cùm nubit, antequàm pariat: sic punitur, si nubat intra dictum tempus, postquàm peperit, licet cesset ratio turbationis sanguinis, quia non cessant aliæ rationes. Ad vltimum cùm dicebatur, quòd si filia contraxit matrimonium cum indigno, pater non tenetur eam dotare: vt dicit glos. in dicto capitul. fin. xxxvj. quę. j. quam approbant multi docto. quos suprà retuli. mouetur tam glo. quàm docto. per text. in dicta l. tertia. §. fi emancipatur. ff. de bon. po. contra tab. vbi tex. dixit, quòd si filius contraxit matrimonium cum aliqua vili, vel indigna muliere, potest à patre exhæredari: ergo eodem modo poterit pater dotem denegare filiæ, quæ sine eius voluntate matrimonium cum indigno contraxit. Dicebam, quòd olim poterat filius exhæredari, si ignominiosam duxit vxorem vt dicto §. fi emancipatus. hodie non potest, quia non est de causis approbatis, quæ enumerantur in dicto §. causas. in authen. vt cùm de ap. cog. ita sentit glo. in dicto §. fi emancipatus. in ver. exhæredare. & tenet expressè Saly. in l. si vt proponis. la premiera. C. de nup. ad hoc facit tex. in d. auth. vt cum de appellatione cog. §. aliud quoque capitulum. dum dicit, quarum aliquæ non dignæ. Item cùm subdit in diuersis legibus sparsas, iunctis his, quæ postea sequūtur, dum dicit, præter ipsas nullas. Hoc idem clarius probatur in d. authen. in ver. si alicui. vbi dicitur, q̄ si † filia non consentit in maritum, quem pater sibi dat, poterit exhæredari, si luxuriosam vitā elegerit. Vultergo ibi tex. q̄ ad hoc vt possit exhæredari, requiritur, q̄ luxu

De filia quæ matrimoniū cum indigno cō traxit.

riosam

Universidad de Navarra
Biblioteca

riosum vitam elegerit, postquam noluit consentire in maritum, quem pater sibi dare volebat. Et per consequens vult text. q; nubendo alteri etiã indigno, licet contra voluntatem patris, nõ posset exhæredari, idem dictat lex regni vj.par.ti.vj. l.v. de qua suprà ver. altera vero. Sed caue, quia lex regni iiij.par.ti.j.l.x. de qua suprà, feci mentionem, ver. postea idẽ rex. quæ sumpta fuit ex d. auth. contrariũ disponit in finalibus verbis, dũ dicit, Esto se entiẽde, si despues desto se casare ella con otro, contra voluntad de su padre: o hizieſſe maldad de su cuerpo. & sic vult, q; si postquam filia recusauit accipere maritum, quẽ pater sibi dabat, cũ alio matrimonium contraxit, vel turpẽ vitam elegit, poterit exhæredari: quod est valde no tandum. Aliud notabilius vult illa lex: quia nõ requirit, q; ille, cũ quo filia cõtraxit, sit indignus: sed sufficit, quòd postquam recusauit maritũ sibi datum à patre, cũ alio cõtraxerit matrimoniũ, quã uis dignus sit. quod est mirabile: & alibi non legi tene memoriæ illam legem. Fortius adhuc voluit lex regni, Foro legũ li. iij. ti. j. l. ij. de quo sup. ver. super hoc. quòd ex hoc solo, quòd filia contraxit cum indigno, potest exhæredari, quamuis pater alium sibi non promiserit maritum. Et secũdùm ista non est tuta opin. Saly. nec bona solutio præcedens: præsertim, quia dato, quòd non reperiretur ista causa exhæredationis inter alias, nihilominus posset filia ex hac causa exhæredari: quia potest quis exhæredari, non solùm ex dictis contentis in d. §. causas. sed etiam ex aliis habentibus similem rationem. vt voluit not. Gui. de Cug. in auth. licet. C. de lib. præte. de quo meminit Aluarotus in c. j. §. prædictis modis. pe. col. in ti. Quæ fuit prima cau. bene. am. li. feu. & multi alij, de quibus per Fel. in c. pastor. suprà. de resc. idem Ang. tenet in l. lex Cornelia, in prin. ff. de iniu. vide quę dico suprà super rub. §. xvj. aliàs fo. ix. col. ij. ver. & inde est. Nemo tamẽ dubitabit, quin iste casus habeat maiorem, vel saltem æqualem rationem exhæredationis cum aliis enumeratis, in d auth. ergo &c. Poterit dari alia solutio, & ista erit generalis ad multa, de his quæ pro parte contraria fuerunt adducta. Dico enim, q; ille tex. in di. §. si emancipatus. prohibens matrimonium contrahi cum indigno, & omnia alia iura ciuilia, quæ in matrimonio filiæ requirunt patris consensum, vel ætatem viginti quinque ann. vel promissionem dotis, vel quouis alio modo contra matrimonium disponunt, directè vel indirectè, perpetuò vel ad tempus non valent, nec habent aliquam firmitatem, ex eo quòd disponunt super re nõ sibi subiecta: quia matrimonium est sacramentum maximum in ecclesia dei: vt c. debitum. de biga. Fel. in c. j. de sponsa. col. vj. & vij. Et propterea matri-
16 monium† & eius dependentia pertinent ad forũ ecclesiæ: vt no, in c. tuam. suprà, de or. cog. & in c. lator. suprà qui fil. sint leg. & dixi late suprà, ergo non potuit ius ciuile super eo disponere. ar. l. fi. ff. de iur. om. iud. & c. ij. de consti. libr. vj. quo ad ista enim spiritualia, ipsis laicis obsequendi manet necessitas, non autoritas imperandi: vt c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & c. fin. de reb. eccle. non alie. & c. bene quidem di. xcvj Stabimus ergo dispositioni iuris canonici, quod ad validitatem matrimonij solum requirit consensum eorum de quorum matrimonio agitur: vt suprà, dixi, in vij. fundamento huius conclusionis. Iurà ergo ciuilia contra hoc disponentia directè vel indirectè, perpetuò vel ad tempus, etiam ex honestissima causa, non valent: nec sunt hodie obseruanda, quamuis aliquo tempore valuerint, & fuerint obseruata. emanarunt enim ab Imperatore,
17 eo tempore quo ipse erat dominus† mundi, & præerat non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, vt dicit Odof. in l. qui contra. C. de incestis nup. in verbo, signore. Circa istum articulum refert & sequitur Ang. consi. xxix. in princ. & tunc temporis prohibuit Imperator matrimonium contrahi inter tutorem & pupillam: vt l. j. C. de interdi. matri. & inter liberum & ancillam: vt l. cum ancillis. C. de incest. nup. & inter rectorem prouinciæ, & prouincialem: vt l. vnica. C. si quacunque prædi. potestate. & inter plures alias personas, quas longum esset numerare. Permisit etiam illis temporibns diuortium & repudium inter coniuges ex aliquibus causis: vt apparet per totum titulum. C. de repu. His autem casibus ius ciuile disponebat super substantia & essentia matrimonij. & hoc erat non ob aliud, nisi quia vt dixi, tunc Imperator erat dominus mũdi, & etiã in spiritualibus imperabat: vnde disposuit de abbatibus, monachis, & de episcopis, & de quàm pluribus & diuersis generibus clericorum: vt patet in authẽ. de monachis. & quomodo oportet episcopos. & de sancti. epi. Hodie verò dispositio spiritualium solùm spectat ad ecclesiam, non ad Imperatorem: vt d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. cum aliis suprà allegatis. Meritò ergo prædicta iura ciuilia super substatia & essentia matrimonij disponentia, abrogata sunt, ex quo iuri canonico contradicunt: vt apparet ex prædictis. & firmat Ang. in dicto consilio, de quo meminit Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. xxvij. colum. versic. & ista limitatio. Sequitur ergo, q; leges vel statuta imponentia pœnam amissionis dotis, mulieri nubenti viro indigno, sine consensu patris, nõ valent: vt patet ex prædictis, & firmat Felyn. post alios, de quibus ibi per eum. in dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ. xxxviij col. verfi. iij. effectus. Et si quis rectè consideret, dicet hoc non esse contra dictas leges ciuiles: nam in huiusmodi spiritualibus & accessoriis eorum, intelligenda sunt iura, quę dicũt, q; leges non dedignantur sacros canones imitari. vt dicit tex. in c. clerici suprà de iudi. & in c. fi. infrà. de secun. nup. & in authenti. vt clerici apud proprios episcopos. §. pe. co. vj. Videtur ergo lex ciuilis dispositionem suam reuocare, si canoni cõtrarietur directè vel indirectè, perpetuò vel ad tempus, secundum ea quæ no. in regula, sine culpa. co. ti. & lib. in mercurialibus. & firmat Saly. in authen. maximus. in fin. C. de nu. Ex istis resultat solutio ad glo. in d. c. fina. xxxvj. q. j. & ad tex. in d. §. si emancipatus. & etiam ad omnia alia iura, quæ videbantur obstare conclusioni prædictæ. Ex his etiam resultat, q; non bene dixerit Ange. in d. authen. qui. mo. natu. effi legi. §. ij. col. vj. cùm dicebat, q; si homo diues, vel in dignitate positus, cõtraxit matrimonium cum vili, vel indigna muliere, per tale matrimonium non legitimãtur filij antea nati: nã aut Ang. intellexit, q; non legitimabantur, ex eo quòd inter tales nõ poterat esse matrimonium de iure ciuili. vt l. imperialis. C. de nup. & l. humilem. C. de incest. nup. & pessimè

Lex regni.

Exhæredatio.

Cõtra leges disponẽtes super matrimonio.

Cõtra Angelum.

simè loquitur: quia hodie de iure canonico, cui super matrimonio standum est: vt c. pe. & vlti. infrà tit. proxi. & glo. in §. fi. Insti. de gradibus. & in l. iurisperitos. ff. eo. valet matrimonium cum talibus. quia & cùm seruat matrimonium contractum, tenet: vt c. proposuit. & c. fi. supr. de coniu. seruo. & cum meretrice: vt c. inter opera. suprà de spon. & c. integritas. & c. non est culpandus. xxxij. q. j. Si autem Ang. præsupponit matrimoniũ tenere, loquitur contra text. in c. tanta. suprà qui fil. sint legi. vbi litera dicit, tanta est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti per contractũ matrimonij, legitimi habeantur. & sic vult ille tex. q; legitimatio filiorũ antea habitorũ fundatur super virtute, & potentia, & fauore matrimonij. fingitur enim matrimoniũ à principio fuisse cõtractum. Et sic non bene loquitur Ang. & ipsemet visus est sentire cõtrarium in authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò legem. col. viij. vbi dicit, si quis vult filios, quos ex muliere vili, vel meretrice habet, facere legitimos, non potest, nisi instrumenta dotalia sequantur. A contrario ergo, si sequuntur dotalia iustrumenta, possunt filij legitimari per tale matrimonium. Ista autem instrumenta hodie nõ sunt necessaria: vt concludit Ab. post alios in d. c. tanta. ergo per tale matrimonium legitimabuntur. ita dixit Nic. de Vbaldis, in suo tract. de successio. ab intesta. charta viij. j. colũ. sic reprehendens Ange. vbi suprà, quod mihi satis placet. Ex quo infertur, quòd ex matrimonio taliter cum indigna contracto, legitimantur filij antea nati, etiam si pater protestetur, quòd non vult filios legitimari: vt notanter voluit Iacobus Zochus, in d. c. tanta. quem refert & sequitur Alexandrinus ibi. col. xxj. ver. quæro. quamuis contrarium tenuerit Antonius Rosellus in suo tractatu, de legitimatione filiorum. fol. iij. col. j. cuius opinio potest saluari in alia legitimatione, quàm per matrimonium, secundùm Alexandrinum, vbi suprà. Item infertur, quòd tales filij per sequelam matrimonij legitimãtur, etiam ignorantes, & inuiti: vt ibi per Alexandrinũ, contra Guilielmũ, Bal. & alios, in l. benignus. ff. de legibus. & Andream Siculum in repetitione l. cùm acutissimi. C. de fideicõmissis. col. clix. vide ad prædicta Alexandrinũ in c. per venerabilem. §. quod autem. col. xl. qui filij sint legitimi. Per supra dicta etiam videtur non bene dixisse Pau. de Ca. in d. l. donationes in
18 concubinam. ff. de donatio. dum vult, quòd† indignitas mulieris tollit præsumptionem matrimonij. Et per hæc remanet defensata mediocriter, & colocatè conclusio prædicta, quòd pater tenetur dotare filiam minorem xxv. annis, quæ sine eius consensu matrimoniũ etiã cũ indigno contraxit, quamuis dotem non promiserit. Poterit ergo filia, vel maritus, pro ea petere dotem à patre (venia tamẽ prius petita à iudice: vt l. generaliter. ff. de in ius vocand. & Insti. de action. §. pœnales) quæ iura procedunt, nedum quando agitur contra patrem per viam actionis, sed etiam quã do imploratur officium iudicis: vt est glo. nota. in l. si socer. in princ. ff. sol. matrim. & in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel.

SVMMAE RERVM.

1 *Spe lucri an possit quis inuitari ad contrahendum matrimonium.*
2 *Conditio hæc est honesta, Accipiam te in vxorem, si mihi centum donaueris.*
3 *Testator si instituit filios hæredes sub conditione, quòd non contrahant matrimonium, nisi cum filiabus mercatorum: & si contraxerint, priuat eos hæreditate vltra legitimam, an tale præceptum valeat.*
4 *Stipulatio pœnalis non potest impedire matrimonium contrahi, nec ipsum contractum dissolut. & nu. 6.*
5 *Adoptio prohibetur fieri metu pœnæ.*
7 *Ludens multum, si faciat instrumentum amico suo, in quo promittat non ludere. & si ludat, promittit soluere tantùm nomine pœnæ, tale instrumentum siue stipulatio valebit.*
8 *Vxor potest propter sæuitiam viri ab eo recedere, & etiam si teneat concubinam, nec est retinenda: nisi cautionem idoneam præstet.*
9 *Scholaris non potest in domum inducere ganeas.*
10 *Dimittens vxorem, & adhærens concubinæ, tandiu debet esse communione priuatus, & à cœtu hominum alienus, quandiu à consortio vxoris fuerit separatus.*
11 *Mentula medium est, quo coniuges discordantes ad pacem reducuntur.*
12 *Inuentus in delicto non dicitur, nisi apprehendatur. & nu. 14.*
13 *Concubinæ clericorum an sint de foro ecclesiæ.*
15 *Fornicatio clerici quando dicatur notoria.*
16 *Palam & publice differunt.*
17 *Publicè fieri dicitur, quod fit in ecclesia multis astantibus.*
18 *Deprehensi in hæresi dicuntur, qui publicè prædicant hæresim.*
19 *Concubina ad hoc vt dicatur publica, non sufficit, quòd sit deprehensa in delicto.*
20 *Publicum ad hoc, quòd aliquid efficiatur, quid requiritur.*
21 *Filius concubinæ clerici beneficiati in minoribus tamen existentis, non legitimatur per subsequens matrimonium.*
22 *Mulier nupta an possit pro debito carcerari.*
23 *Curator dari potest mulieri viuenti luxuriosè.*
24 *Vlysses fidem vxori seruauit.*
25 *Proles immaculata quæ dicatur.*

EX His patet huius rei difficultas, cuius decisio remittitur ad eum, qui dicere potest. Et quamuis cùm istis hucusque transierim: nunc autem (dato maiori otio) arbitror vnum posse attentari, per quod omnium scribentium tollatur dissensio: & ad vnam omnes reducantur sententiam. Quod fiet, si Christianissimi reges nostri nouam ediderint legem, per quam filiarum minuatur legitima ad decimam, vel ad duodecimam bonorum parentum partem, vel aliam minorem, pro alimentis, quæ sibi à iure naturæ debentur: quoniam (vt nosti) legitima succedit loco alimentorũ, vt in præcedentibus fæpe dictum est. & propterea aliqui doctores dixerunt legitimam in totum per legem vel statutum tolli non posse: minui tamen sic, quasi illud, quod filio dimittitur, de seruiat pro alimentis: vt dixi suprà versiculo, & inde est. ad hoc facit lex regni, Foro legum lib. iij. titul. v. l. ix. Ex quo infertur vnum quotidianum, quòd si filius habet alimenta ex bonis patris, vel aliàs: licitè poterit pater ex omnibus bo-

§. XXI. Noua consideratio.

Lex regni.

Maioratus

nis suis cum regia facultate facere maioratum. pro filio primogenito. ad hoc bene facit quod no. in cap. licet. de voto. & decisio Abba. in ca. Raynutius supra, de testamen. quarta columna. verficulo. ego crederem dum dicit, quòd vbi filius haberet alias vnde viueret, valeret consuetudo vel statutum, etiam in totum absorbens legitimam, quia cessat æquitas naturalis, ex qua pater tenetur alere filios, & militat alia, secundùm quam licitum est debet patri (sicut cuilibet est licitum) disponere de re propria ad libitum, quia in re sua quilibet est licitus moderator, & arbiter. Institut. de rerum diuisione. §. per traditionem. & capitulo, de his. de senul. cum similibus. quod est notandum, secundùm Abbatem, vbi supra. Et per hoc reducuntur ad concordiam opiniones contrariæ, de quibus supra, versiculo, & inde est. de decisione Abb. meminit Alexandri. in capitulo, ius naturale. prima distinctione. colū. iiij. vbi de ea videtur dubitare. vide Baldum in l. cum lege. ad finem. C. de episcopis & clericis. & quæ dixi supra §. quarto. incipiente, redeundo. in principio. An autem in foro conscientiæ sit licitum facere maiora tū, vel meliorare vnum ex filiis, in tertia, & quinta parte bonorum, non est iste locus accommodatus, forsan tangetur infra §. xxvj. quia pulchra & quotidiana quæstio est, & pro animarum salute satis necessaria. Designata autem legitima filiabus per legem, subiungitur in l. permittimus tamen parentibus, q̄ in contractu vel testamento possint, si voluerint, ratione dotis augere legitimam filiabus obedientibus, & matrimoniū cum parentum voluntate & consensu contrahentibus, vsque ad quantitatem antiquę legitimæ, designatæ per dictam l. regni. Tunc enim filia (vt maiorem consequatur dotem) parentibus obediens erit, & absq; eorum consensu matrimonium non contrahet, nec aliquis eam aliter accipiet in vxorem. Et cōsequenter per hunc modum tam parentibus quàm filiabus optime consuletur. Hanc autem legem contra matrimonium fore, aut ipsum quoquomodo intimidare, dicet nemo, quoniam ex quo legitimam & alimenta relinquit filiæ, quæ in omnem euentum habitura est filia, nō est de quo quæratur. Si tamen parentibus obediens fuerit, eisque (bono ducta consilio) placeat, cum eorum consensu matrimonium contrahens, maiori fruetur dote. Et ita lucri sue inuitabitur filia, ad faciendum id, ad quod (saltem de honestate) naturali tenebatur ratione, parentum consensum in suo matrimonio adhibendo. Quod tam Pontificio, quàm Cæsareo iure permittitur, vt cōcludunt doctores nostri in ca. gemma. supra. de spon. & legistæ in l. Titia. ff. de ver. ob. Potest enim filia, vel quęuis alia mulier, †inuitari ad matrimonium cōtrahendum, cum aliquo viro, vel certo modo, vel cum aliqua qualitate, sub spe lucri, vt est tex. valde singu. & ad propositum nostrum satis accommodatus in l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condi. & demon. vbi litera dicit, Titio centum relicta sunt, ita vt Mæuiam vxorem, quæ vidua est, ducat, conditio non remittetur, & ideo nec cautio remittenda est. Huic sententiæ non refragatur, quòd si quis pecuniam promittet, si Mæuiam vxorem non ducat: prætor actionem denegat. Aliud est enim eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri: aliud ad matrimonium certa lege inuitari. Hæc sunt aurea verba illius tex. Ad idem tex. notandus in l. cùm ita legatum fit. cum l. seq. eo. ti. vbi inter cætera dicitur, videamus: & si ita legatum sit, si Titio nupserit: & quidem si honestè Titio possit nubere, dubium non erit, quin nisi paruerit conditioni, excludatur à legato. Concordat text. singu. in l. vter ex fratribus. ff. de condi. insti. & in l. j. & ij. C. de inst. & substit. sub cōdi. fa. Vbi vide doctores, signanter Ias. in vltimo no. A quibus sumpta fuit lex regni. vj. parti. titu. iiij. l. xiiij. quæ incipit, em manda. Idem firmat Bar. in l. si ita stipulatus fuero sisti. §. fina. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quòd potest mulier inuitari ad matrimonium, etiam à marito, spe lucri (cessante causa turpitudinis) per vitimam voluntatem, vel contractum, vel aliàs: refert & sequitur Alexandrinus in d. c. gemma. iij. colum. versi. sed pro clariori. Ex quo datur limitatio signanda ad dict. §. fin. & alia iura, quæ dicunt, quòd mulier non potest inuitari ad matrimonium contrahendum à viro spe lucri, à viro prouenientis: quia contrahere matrimonium, est mere libertatis: pro quo non imponitur aliqua pœna, si contrahatur. Vnde si vir promittit lucrum pro matrimonio, cùm absolute possit ducere aliā non est mirandum, si lex præsumpserit hoc fieri ex inordinato affectu: vbi tamen cessat ista præsumptio, & causa turpitudinis, valebit mariti inuitatio: vt dicebat ibi Bar. quod est bene notandū. Et secundum hoc intellige tex. in c. de illis. sup. de condi. appo. vbi notabiliter probatur, secundum Abb. quod hæc conditio est honesta. Accipiam te in vxorem, si centum mihi donaueris. nam si non esset honesta, non suspendisset sponsalia, de quibus ibi, sed haberetur pro non adiecta: vt c. fi. eo. ti. debet enim intelligi, quando cessat præsumptio inordinati affectus: quia interuenit iusta causa, & honesta istius promissionis: vt si nobilis contrahit cum plebeio, vel iuuenis cum sene: non esset inhonestum, si promitteretur aliquid ipsi nobili, vel iuueni, in compensationem nobilitatis, vel iuuentutis: secundùm Bartol. vbi supra & Abba. in d. c. de illis. de quo latè dixi in rubri. colum. cxxiij. §. vno tamen casu. & iste intellectus ad illum tex. est planus & totus, quamuis diuinet: & aliqualiter restringat tex. secundū Fran. Are. in d. §. si tibi nupsero. j. col. qui aliter loquitur, & finaliter cogitandum relinquit. Sed in casu de quo agitur, nulla est calumnia, eò quòd lucrum non promittitur à viro mulieri: quod est prohibitum ratione præsumptionis inordinati affectus. Sed promittitur à lege, vel à patre, quod fieri potest: vt est prædictis satis apparet. Si igitur in casu nostro filia non adimpleuerit illud, ad quod sub spe lucri inuitatur, matrimonium contrahendo absque parentum consensu: lucrum minimè cōsequetur. Hoc fere in terminis nostris decidit Oldr. cōsil. xvj. incip. thema est. vbi dicit, q̄ si testator instituit filios hæredes, & mandat eis, quòd non contrahant matrimonium, nisi cum filiabus mercatorum. & si contraxerint, priuat eos hæreditate vltra legitimam. sed præceptum valebit. & si non seruatur à filiis, perditur hæreditas: quia hic amittitur lucrum, cuius amissio toleratur, si aliquis inuitatur ad matrimonium sub spe lucri. Hanc decisionem, vt singularem, reassumit Ancha. in regula, nemo potest. de regu. iur. libro vj. ij. charta.

Lex regni.

Potest quis ad matrimonium inuitari spe lucri.

ij. charta. in repeti. Pau. de Cast. in l. hoc genus. ff. de condi. & demonst. Fran. Are. in l. si ita stipulatio. in fi. & in d. l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. col. ij. ver. dicit etiam hic Barto. & latius, in l. Titia. col. iij. ver. in glo. posita super verbo, obstatutum &c. ff. de ver. obl. Fely. in c. ij. in fi. suprà, de treuga & pace. Ad cuius confirmationem facit, quod in simili dicimus, stipulatio pœnalis non potest impedire matrimonium contrahi, nec ipsum contractum dissolui: vt dict. l. si ita stipulatio. ff. de verb. oblig. potest tamē quis inuitari spe lucri ad matrimonium non dissoluendum: vt probatur in l. ea quæ. ff. isto titul. secundùm vnum intellectum. ita dicit Franc. Aret. in d. l. si ita stipulatio. reputans hoc valde nouum in ista materia, sic limitans singulariter illam l. quòd licet dissolutio matrimonij non possit impediri per pœnam: potest tamen impediri per amissionem lucri, etiam si procedat ab altero ex coniugibus: quoniam ex promissione, quam facit maritus vxori, vel econtra promittendo lucrum, volens per hoc euitare dissolutionem matrimonij, non præsumitur inordinatus affectus: quia vult idem, quod lex, scilicet, q̄ matrimonium non dissoluatur, imò duret, & conseruetur. Verum est, quòd huic decisioni multum aduersatur text. not. in l. vxorem. §. hæres. §. de leg. iij. vbi si testator prius disponit pure, & postea iniungit aliquod onus hæredi, & si illud non adimpleat, priuat eum relicto: tunc dispositio pura non fit conditionalis, sed est pœna adiecta à testatore, quæ resoluit ius purum, & quæsitum. Vnde in casu Oldradi prius videtur legatum purum, per quod filiis acquiratur, si postea adiiciat onus conditionale, videbitur legatum purum sibi adimi, deficiente conditione. & ita non admittlucrum quærendum, sed quæsitum, quod esset pœna. Nam amissio lucri iam quæsiti est damni in cursio: vt dicit gl. valde no. in l. j. §. si quis autem. ff. de iti. actuq̄ue priua. nisi dixeris, q̄ damnum, quod habet originem à lucro, cōputatur vt lucrū, seu vt amissio lucri: vt sentit gl. sing. in l. si duo. in ver. scire potuit. ibi: tum quia originem habet à lucro. ff. de acqui. hære. & propterea sicut potest alicui auferri lucrū quærendum, sic & lucrum iam quæsitum. ad hoc est glo. in terminis, in c. cum secundum leges. de hæreti. li. vj. in verbo, certo casu. quæ vult, q̄ si mulier rapta, quæ ex iuris dispositione lucrum acquisiuit ex bonis raptoris, eidem raptori postea consentiat, matrimonium contrahendo: perdit lucrū iam quæsitum: quam glo. approbant ibi aliqui docto. non leuis authoritatis, & Anto. in c. j. suprà. de spon. & multi alij, de quibus suprà habita est mētio. col. ccxl. ver. bene facit. pro qua gl. est tex. multum commendandus, & non solitus allegari ad hoc, in l. ea quę. ff isto ti. secundum verum intellectum, vbi est casus singularis, quòd sicut ad matrimonium potest quis inuitari spe lucri, ita possit inuitari per amissionem lucri iam quæsiti. ad hoc allegatur & commendatur ille tex. per Francis. de Are. in dicta l. si ita stipulatio. in finalibus verbis. Et quòd sic debeat intelligi text. in dicta l. ea quæ. sentit glos. in l. secunda. C. de inuti. stipu. dicens, quòd damnum, quod incurrit mulier, erat potius amissio lucri: attento, quòd illam pecuniam illa mulier erat lucrata ex donatione viri. quam glo. ad hoc tenet mēti. & hunc intellectum videtur sequi Barto. & alij in d. l. Titia. & ibi Fran. Aret. iij. col. Sed quamuis ista vera fiat, vt tamē omnis tollatur occasio, tutius erit, q̄ pater faciat institutionē conditionalem, dicēdo, instituo filios hæredes: vel lego filiis si matrimonium cōtraxerint &c. Nam tunc institutio vel legatum est cōditionale, & inuitat ad matrimonium spe lucri. quod si nō fiat, adimit lucrū quærendum, nō quæsitum. & hoc modo sustinebitur decisio Oldradi. Ex qua decisione sic qualificata, infertur vnum magni faciendū in proposito nostro: q̄ non solū per legē prædictam arctabitur filia in suo matrimonio requirere parentum consensum: verumetiam poterunt parentes eam arctare ad requirendū consensum filiorum post mortē parentū, si in suo testamento dicatur Instituimus filiam hæredē in decima, vel duodecima parte bonorū, quæ habemus. Si tamē contraxerit matrimonium ad votū fratrū suorū, vel Titij fratris sui, legamus sibi vltra legitimā talē rem vel tantā pecuniæ quantitatē. bene enim poterūt parentes hoc facere, meo iudicio: vt ex prædictis apparet. quod reputo valde notandū. Non obstat, si dixeris, q̄ licet ad matrimoniū contrahendum aliquis possit inuitari spe lucri: vt suprà dictum est: hoc non procedit in filio, sub cōditione hærede instituto, vt est tex. signandus in l. si quis in testamento. ff. de condi. insti. & ibi no. Barto. quia si filius nō implet conditionē nō dicitur perdere lucrum: quoniam hæreditas est sibi quasi debita. vt l. si patronus. ff. de dona. & in l. & quia. in ver. quasi debita. ff. pro soc. & in l. si quis legatū. in fin. & ibi gl. ff. ad l. Corne. de fal. in l. fin. §. j. C. de cur. fur. & l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. & l. j. §. pen. C. de codicil. glo. in l. si emancipata. C. de iur. & fac. ign. & in l. si duo. ff. de acqui. hæred. & in 'authen. de hæred. & fal. §. si autē non implens Et licet tex. in d. l. si quis in testamēto. non loquatur in matrimonio, sed de adoptione: eadē tamē ratio est in vtroque: quia adoptio etiam prohibetur fieri metu pœnę: vt d. l. vxore. §. hæres. de leg. iij. & videtur de mente Bar. in d. l. si quis in testamēto. dū dicit, q̄ extraneus potest inuitari ad adoptandum spe lucri, per dict. §. Titio centum. & sic materiam adoptionis trahit ad matrimonium, & econtra. Ad ista responderi potest, q̄ d. l. si quis in testamēto. si bene aduertatur, probat contrariū eius, ad quod inducitur: q̄ licet hæreditas patris dicatur filio quasi debita, in dispositione tamen iuris, quæ agit de amissione huius hæreditatis, computatur tanquam lucrum: vt voluit gl. no. in d. l. si emancipata. & ibi not. Bal. dicēs per eam, q̄ quando lucratur quis illud, quod est sibi quasi debitū, dicitur lucrari: & iudicatur, sicut de eo qui lucratur, quod dicit esse notandū de qua gl. faciūt festū multi, de quibus ibi per Iaſ. co. j. in fi. ver. circa secūdā partē. & Fely. in c. j. col. x. supr. de reſcr. Paulus de Monte Pico, in solenni repetitione l. in quartā. ff. ad le Falcid. Franciſcus Are. in d. l. Titia. iiij. colum. ff de ver. obli. faciunt iura prælle. Sed quamuis hæreditas patris dicatur quasi debita: ide illa tamen iudicatur tanquam de lucro, non tanquam de damno euitando, vt notauerūt dicunt Barto. & Bald. in dicta l. si emancipata. per glo. ibi posita, quæ hoc vult. de quo meminit Barthol. Socy. consil j. in fi. & infert ad casum, de quo ibi per eum. Si autem legitima est quasi debita filio, & pater eam filio in vitam concesit, videtur de-

Hæreditas patris est, quasi debita filio.

bitum, vel quasi debitum soluere, & consequenter non enim meliorare in re concessa, nisi tunc demum, quando vltra legitimã ei cõcessit. ita intelligenda est lex regni in curiis Taurinis. xxvj. incip. si el padre leur. tene mẽti, quia plures in hoc decipiuntur. vide quæ dico infra. §. xxij. adfinem.

Et secundum hoc videtur Aretinus sentire, q̃ potuisset pater inuitare filiã ad contrahẽdum matrimoniũ sub spe lucrãdæ legitimæ: & consequenter posset hoc grauamẽ filio in legitima apponere: quod mihi nõ videtur tutũ, propter l. quoniã in prioribus. & l. quoniã nouella. C. de inoffi. test.

Quapropter ego aliter dicerem, & forsan melius, q̃ Oldr. nõ loquitur de grauamine appositio in legitima. nã in casu, quo ipse loquitur, non inuitat pater filios ad lucrũ legitimæ, sed ad lucrandũ id, quod vltra legitimã sibi relinquitur. ita etiam glo. loquitur, quãdo legitima filiæ erat per legem designata: q̃ posit pater aliquid vltra legitimam filiæ relinquere in testamento, si cũ fratris consensu matrimoniũ contraxerit. Et per ista arbitror de iure legem posse fieri, & sustineri circa matrimoniũ filiæ. Cogitabis tamen, quia nõ reperio ita declaratũ per aliquẽ. Alij tamẽ dicebãt, q̃ fieret lex apertè requirens in matrimonio filiæ parentũ consensum; & si eo prætermisso contraheret, posset exhæredari: postea approbaretur per Romanũ pontificem. Ego non sum huius consilij particeps: quia ex quo reges nostri Christianissimi modo prædicto possunt legem cõdere, nõ est opus in suis legibus requirere Papæ confirmationem. Vnum demum ad prædicta duxi addendũ, q̃ & iij stipulatio pœnalis non posit interuenire circa matrimoniũ contrahendũ, vel vt contractũ nõ dissoluatur: vt suprà late ostensum est. pro cõseruando tamẽ matrimonio, vt cõiugesho neste & pudicè viuant, & vt occasio adulterandi tollatur, bene potest intervenire pœnalis stipulatio: & propterea potest vxor à marito stipulari pœnã, si redierit ad cõcubinã, vel cõcubinã acceperit: vt est casus literis aureis scribendus in l. ex eã parte. §. mulier. ff. de verb. ob. vbi litera dicit, Mulier ab eo, in cuius matrimonio conueniebat, stipulata fuerat ducenta, si cõcubinæ tẽpore matrimonij consuetudinẽ repetisset. nihil causæ esse respõdi, cur ex stipulatione, quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione, pecuniã alle qui nõ posit. Propter bonos igitur mores cõseruandos inter cõiuges, admittitur inter eos pœnalis stipulatio, quod est bene notandum. secundum Odof. Bart. & alios ibi. & Bal. in l. si in fi. C. de spon. quia licet matrimonium debeat esse liberum, tamen executio matrimonij debet esse honesta, & non debet aliquid fieri, nec per virum, nec per mulierem, lædens pudorem matrimonij: vt dicto §. mulier. idem dicit Odof. Bar. Bal. Ang. Io. de Imo. & Pau. & Franc. Aret. per illũ tex. si aliquis ludat multũ, & faciat instrumentũ amiço suo, in quo promittat nõ ludere: & si luvalebit instrumentum, & stipulario. facit quod per quã quis retrahitur à ludo. sicut à tenendo cõcubinã. propter bonos mores cõseruãdos. exaspereretionẽ cõcubinæ à mariti: vt l. cõsensu. C. de repu. & auth. de nu. §. minores. co. iiij. Et inde est, q̃ sicut pro sæuitia mariti potest vxor ab eo recedere: nec est ei restituẽda, nisi cautionẽ idoneã præstet de eius indẽnitate. c. trãsmissa. & c. literas sup. de re. spo. ita si vir tenet concubinã, põt vxor ab eo recedere: nec erit ei restituẽda, nisi præstet cautionẽ de expellenda cõcubina, & nõ tenenda, vel reassumenda, etiã per appositionẽ pœnæ, vt dicũ est: quia nõ bene conueniunt, nec in vno lecto morãtur vxor & cõcubina: quia focaria solet insidiari vitæ vxoris. Ad hoc facit glo. no. in simili, in l. nõ aliter. ff. de vsu & habi. quæ dicit, q̃ scholaris nõ potest in domũ inducere ganeas. ita not. voluit Bal. in c. j. supr. vt lite non contesta. j. col. ver. ibi, impunitate. refert, & sequitur, & multũ cõmẽ dat Alexandrinus in c. ex parte. in fin. sup. de spõ. dixi supr. in rubri. §. lxiiij. ad fin. versi. & hinc est.

Adde, q̃ dimittens vxorem, & adhærens cõcubinæ, tandiu debet esse communione priuatus, & à cœtu hominũ alienus, quãdiu à consortio vxoris fuerit separatus. & si semel, bis, & ter monitus nõ redierit, priuatur sua dignitate, & non potest ferre testimoniũ donec ad vxorem redeat. c. præceptum. xxxij. q. v. Poterit ergo vxor ciuiliter agere contra maritum, vt concubinam dimittat, ipsam etiã concubinã accusare potest ciuiliter, & condemnatã facere incarcerari, donec soluat pœnã: ita no. dicit Saly. in l. j. col. xxvij. in iiij. oppositione. C. de adul. quod tene menti. Si tamẽ fieri potest melius, faciet à principio procurare, totisque viribus laborare, obuiando marito, ne concubinã accipiat, vt pulchrè docet Fran. Barbatus, in suo libello, de re vxoria. libr. ij. in prin. quem rogo videas. vbi etiã subdit, q̃ vxor, quæ zelotypiæ causa marito grauis est, & de repudio meditatur, ac cogitat, & sic sancta loquitur A. Vbi nam pelex, cuius odio me in pistrinũ dedo, lætior erit ac fortunatior, quàm si me pene naufragam viderit cùm ipsa secũdis vẽtis adnauigans, in luce geniali thoro secure statuta est: vt ibi plenius per eũ. Sata gatigitur vxor, quantũ potest, vt marito placeat, ne eiusdem vxoris tædio deterior efficiatur. verecundia omnino posthabita. & si quando inter eos discordia fuerit, vxor concordiam omnibus viis procuret. Antiquitus enim apud Romanos, quando dissensio inter virum & vxorem inciderat, viri Dianæ deæ templum introibant, vbi remotis arbitris, collocuti liberius, concordes domi redibant. Vnde cum matrona orbata viro, amicæ alteri matronæ Hispanæ rogasset, vt virum Hispanum sibi in maritum quæreret, ætate media interfenem & iuuenẽ, qui eam defenderet honoret q̃ue At Hispana sagax atque callida, post aliquot dies talem inuenisse virum Romanæ matronæ nunciat, Gallico tamen morbo mentulã amisisse. tunc Romana tristari cœpit, elinguisque effecta, magis erat mœsta. Hispanæ vero tristitiæ causam petenti respondit, Me miseram: si aliquando inter nos rixæ ac dissensiones contingant, quo modo ad pacem deuenietur? Significans per hoc, mentulam esse medium, per quod coniuges discordantes ad pacem reducuntur. Si tamen noluerit à marito recedere, poterit compellere maritum ad dimittẽdum concubinam per iudicẽ ecclesiasticũ sub pœna excommunicationis, vt ca. si cõcubing. infrà de sen. excо. no. in c. Romana. eo. ti. li. vj. ver. offenditur. facit quod habetur in aut. vt li. ma. & auiç. §. si quis in sua domo. Posset etiam

iudex

An vxor potest stipulari pœnã, si habuerit concubinã.

iudex secularis compellere remediis secularibus cùm ad eius officium pertineat, vt homines honeste viuant, vt l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & ibi Martinus de Fan. & Albe. ita dicit not. Pau. in d. §. mulier. cui in hoc vltimo contradicit Franc. Are. ibi motus, quia concubinatus de iure canonico est reprobatus, etiam non habenti vxorem. xxij. q. j. c. nemo. & c. seq. secus tamen est de iure ciuili, vt l. in concubinatu. & ibi Bar. ff. de concubi. Si autem est crimen solum de iure canonico, dicit q̃ iudex secularis non poterit se intromittere. c. vt in quisitionis. §. prohibemus. de hæreti. li. vj. & quod plene no. doc. in c. cùm sit generale. de fo. compe. Tu dicas, q̃ illud procedit in concubina secreta, secus in publica, vt in simili notanter decidit Ancha. cons. cxcvij. in ij. q. incipit, magnificè. de quo statim fiet mentio. & præsertim hodie, secundũ iura regni, quæ prohibent expresse concubinatum, & imponunt pœnam ei, qui habet concubinam publicè: & etiam ipsi concubinæ nam si coniugatus publicè teneat concubinam, perdit quintam partẽ bonorum suorum, vsque ad quantitatẽ decem millium nummorum pro ipsa maritanda, & si illa matrimoniũ contrahere noluerit, tertia pars applicatur accusatori, alia verò tertia iustitiæ, reliqua fisco, vt statuit rex Ioannes primus, in oppido de Briuiesca, era Mccclxxxvij. l. xviij. quæ incipit, ordenamos. & l. seq. statuit contra cõcubinas publicas clericorũ. q̃ vltra alias pœnas concubina publica clerici vnam argenti marchã soluat, tertia pars accusatori, duæ verò partes regis cameræ applicentur. Superuenerunt postea reges nostri Christianissimi Toleti anno Mccccl-xx. l. lxxj. incipit, muy honesta cosa, approbauerunt leges prædictas, statueruntq;, q̃ concubina clerici, vel monachi, vel coniugati, pro prima vice soluat vnã marcham argenti, prout dictę leges disponunt pro secunda vice exulet concubina à ciuitate vel loco, vbi moratur, pro tertia, centum flagellis publice fustigetur, vt latius in d. l. cõtinetur. Et quia nonnulli errant intellectu & executione istarũ legũ (quamuis metas propositi nostri excedamus, quia non erit in hoc opusculo ac commodatior locus ad declarãdũ) breuiter, quantũ possibile sit, declarabo, ne imperiti iudices in futurum errent, sicut hactenus errauerunt. In primis igitur ponderare debent iudices verba illius legis signanter, in quantum dicit, Qualquier muger, que fuere fallada, ser mancebade clerigo, o casado. q̃ non propterea requiritur, q̃ debeat capi in eodem lecto, vel mensa, prout aliqui opinantur, & male, moti ex eo, q̃ nunquam dicitur aliquis inuentus in delicto, nisi apprehendatur, vt est tex. no. secundum Bar. Bal. & Ange. & alios in l. si Barsatorẽ. C. de fideiu. & in l. j. in prin. ff. de acquiren. poss. & ibi Bar. col. vj. ver. quartò principaliter quæro. ad idem l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acquir. do. & in §. thesauros. Insti. de rerum diui. & ibi not. Ange. de Are. in fi. in cap. cùm non ab homine. suprà. de iudiciis. & ibi gloss. in verbo, deprehensus. Ex quo inferunt Barto. & alij in d. l. si Barsatorem. quòd si dicat statutum, quòd si quis inuentus fuerit cum arinis perdat arma, si non est captus, non dicitur inuentus, quia non sufficit sola visio, sine captione. Idem si dicat statutum, si quis inuenerit lupum, habeat centum, intelligitur, eum interfecerit, secundùm Bald. Idem si dicat, quòd si quis fuerit inuentus in ludo, quoniam oportet, quòd apprehendatur per familiam in ludo, secundum Ang. ibi. Idem si dicat statutũ quòd si dominæ inuentæ fuerint cum perlis, soluant decem, nam si sunt visæ per officialem, & retentæ, non debent soluere decem, secundum Bal. in l. item lapi. §. ij. ff. de rerum diui. refert & sequitur Ange. de Are. in tractatu maleficiorum, in parte, dictus And. armatus. iij. col. ver. & facit ad statutum. & Augustinus in additionibus ad Angelum ibi, & in pater, fama publica. super q. xiij. vbi dat remissionem, quam videas. Ad idem facit c. ad abolendam. §. qui verò inuenti. de hæreticis. c. excommunicamus. primo. versic. qui verò inuenti. eodem titu. Et his aliqui iudices decipiuntur, & consueuerunt aliquas mulieres & non nullos clericos infamare, multis insidiis & cauillationibus vtentes, vt clericos & mulieres occultè simul coeuntes, in eodem lecto iacentes capiant, quasi de tali inuentione & captura loquatur lex. Quo fit, vt occulta delicta publicentur, & manifesta fiant, Constantinum imperatorem sanctissimum male imittantes, Vere si propriis, inquit, oculis vidissem facerdotem dei, aut aliquem eorum, qui monachali habitu circum amicti sunt, peccantem, chlamydẽ meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur, vt habetur in cap. in scripturis. xcvj. di. ex hoc enim infamantur rei, & populus scandalizatur. Nunc autem leue clericorum delictum inexpiabile censetur, cunctique prophani illud palam facere omnibus gestiunt, nefarium ac scelleratum Cham imitati, qui dormientis patris pudenda non operuit, sed aliis ridenda monstrauit. Gen. ix. c. ij. q. vij. c. sententiã. quæ res non nisi ab extrema malignitate procedit. Et propterea aliqui audebant dicere, quòd statutum laicorum editum contra concubinas clericorum non valet, quia sunt de foro ecclesiæ, vt dicit glo. in cap. eos. in ver. indulgemus. xxxij. di. & sequuntur ibi Archid. & Dominicus, Abbas, post Anto. in capitu. cùm sit generale. de fo. compe. column. xiij. Abba. in capitu. si concubinæ. infrà, de senten. excomm. Sed illud potest intelligi de concubina occulta, secus de publica. vt not. de decidit Ancha. consilio cxcvij. incipi. magnifice & illustris princeps, & in regula, ea quæ. de reg. iur. libro sexto. penulti. charta. verficu. xxiij. quæro. cum qua decisione transit Ioann. de Anania in rubrica, de adulteriis. vltim. column. de quo videas Modernos, signanter Felyn. in capitul. ecclesia sanctæ Mariæ. suprà, de constit. columna lxxvij. verficu. xvj. quæro. vide quæ dixi suprà, in rub. §. xxxix. in principi. & plenius in capitulo secundo, de iudic. in septima illatione. in meis recollectis.

Redeundo ad rem, illa verba fuere fallada, non habent illum intellectum. Sed volunt, quòd debeat probari per testes, vel aliam legitimam probationem. Nam ille dicitur inuentus in delicto, contra quem maleficium probatur, vt lege secunda. ff. de custodia reorum. & lege prima. C. de rapt. vir. & ita tenent Angel. & Ioannes de Imol. & alij in l. tertia. §. Neratius. ff. de nego. ge. Bald. in capitulo proposuit. suprà, de appella. & ibi Alexandrinus, in secunda columna, quem vide. Ista autem probatio debet esse talis, quæ concludat mulierem esse concubinam publicam clerici monachi, vel coniugati, vt requirunt leges

Lex regni: Contra concubinas.

Inuentus quãdo dicatur quis.

Statutũ cõtra concubinas clericorum.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Vide pragmaticā fol. 163. in ver. beneficiator.

Concubina publica.

prædictæ: vt puta, si publicè tenebat istam mulierem, scientibus & videntibus vicinis, dando ei publicè necessaria, argum. l. si vicinis scientibus. C. de nupt. ita dicunt doct. signanter Hosti. & Ioan. And. in capitulo de illo. suprà, de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. quod dictum valde commendat ibi Abba. ad materiam c. vestra. suprà. de cohabi. cle. & mu. vt fornicatio † clerici dicatur notoria, si ne alia probatione, si publicè tenet concubinam. pro quo videtur tex. in c. tua. eo. ti. iuncta glo. in vsr. nec ex euidentia. quæ hoc clare vult, & eam notabis, secundum Abb. in d. c. de illo. facit tex. in c. transmissæ. de eo qui co. consan. vxo. suæ. in verbo, publice. & in c. exceptionem. supra de excep. quod exponitur secundum Catholicon, id est populice. est dicere, quod communiter scitur in populo, saltem apud vicinos, apud quos est communiter notum. Itaque in plus se habet verbum publice, & potentius est, quàm verbum, palā. Nam
16 palam † dicitur factum, quod fit etiam ab vno coram aliquibus. l. palam. ff. de ver. sig. Sed verbum, publice, maiorem requirit notorietatem, vel publicitatem: vt notanter declarat Saly. melius, quā alius de his quo vidi in l. ea quidem. char. pe. ver. quartò iuxta hoc quæro. C. de accus. allegat l. j. §. publicū. ff. de iusti. & iur. & l. feruum quoque. §. publice. ff. de procu. & l. non erit. §. si quis. ff. de iureiur. & l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nun. vbi publicè exponitur. id est. popublice, & gl. in rub. ff. de pub. iud. & Insti. eo. in prin. & insti. de suspec. tuto. §. consequens. exponit publica accusatio, id est, populica. Ad prædicta allego gl. valde singularem & magistralem in cle. j. in ver. publice. de sepul. quam' multum commendat ibi Ab. & in d. c. exceptionem. suprà de excep. & multi alij, de quibus ibi per Fel. col. pe. ver. itē dum abbas. A dictē facit tex. no. in l. eum qui. C. de fal. vbi dicitur, publice notum, quod populice innoteſcit: & publice reprobatur, quod vniuersaliter & generaliter reprobatur: vt d. l. non erit. §. sed si quis. facit etiam tex. in c. insinuatum, infrà. de sen. excom. & ibi dicitur aliquis laborare publica infamiā, quādo omnes vel multi de populo hoc sciūt. Ad idem text. in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. §. fugiunt. col. ij. vbi publicæ turbæ dicuntur, id est, rixæ & contentiones, non quia non publica fiant authoritate, sed quia publicè patent. ad idem cle. j. §. si verò. de fo. compe. vbi dicitur † pu
17 blicè fieri, quod fit in ecclesia multis astantibus. & no. per Inno. & alios in cap. statuimus. de male dicis. ad idem c. fi. in fi. suprà de dolo & contu. Ex quibus omnibus, attentā mente legis regni, quæ publicitatem requirit, ne aliæ mulieres hoc videntes in simile delictum cadant, dicetur publica concubina: clerici, monachi, religiosi, vel vxorati, quæ communi opin. vicinorum pro tali eius concubina reputabatur: quia scientibus & videntibus vicinis, ille domum eius intrat, & conuersatur, & econtra illa domum eius frequentat, & alimenta & alia necessaria recipit. Istam ego dicerem publicam concubinam, vt debeat puniri per leges regni, quas sic intelligo. Vnde non sufficeret, quòd fuerit in delicto, vel concubinatu deprehensa. sola enim deprehensio in delicto non reddit delictum publicum, vel notorium, nisi aliter quis conuincatur, vt est gloss. no. iuncto tex. in capitulo, ex literarum. suprà de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. & ibi notant Hosti. Ioan. An. Abb. & alij. Ad hoc bonus tex. in l. j. C. de pet. bo. sub. libr. x. vbi deprehensus in crimine dicitur de eo conuictus. vide ibi Barto. Ioann. de Pla. & Lucam de Penna, & Alexan. in additio. Ad idem ca. pe. infrà de hæreti. &c. ad abolēdam. eo.
18 tit. vbi illi dicuntur † deprehensi in hæresi, qui facti euidentia sunt hæretici: puta quia publicè prædicant hæresim, vel legitima probatione. scilicet. per testes, vel ex sua confessione. Ex quo infertur, quòd si semel lapsus in hæresim, post abiurationem iterum labitur, de cuius relapsu apparet per solam eius confessionem, dicetur relapsus, vn de quamuis pœniteat, & lacrymetur sponte veniens, non erit admittendus, quāquam per alias probationes de eius relapsu non constet, quoniā per suam confessionem satis dicitur deprehensus in delicto. quod est bene notandum. Quamuis contrarium tenuerit Decanus Segotrensis, in tractatu hæreseos. q. xiiij. Cogita. Ex istis habes, quando dicatur quis deprehensus in delicto, cum quibus concordat Alexandrinus in cap. nunc autem. xxj. di. vide ca. de his. l. di. cum glo. j. Non igi
19 tur in casu, de quo agitur, sufficit quòd † concubina sit deprehensa in delicto, ad hoc vt dicatur publica: sed oportet aliter de publicitate constare, puta quòd multitudini pateat. expones, sicut de meretrice publica. xxxiiij. distin. cap. vidua. Sicut etiam dicitur publicus aleator, vsurarius, maledicus, excommunicatus. de excep. c. exceptionem. de maledi. c. ij. de excess. præla. c. inter dilectos. c. j. de vsur. in vj. Secus ergo, si secretè intrat domū propriam. vel alienam detineat concubinā, nam tunc pœnam publicæ concubinæ non incurrit, cùm vnius rem secretam non publicam denotet, vt legitur & no. ff. de iureiu. l. si quis demum. hoc tenet Guil. in cle. quoniam. de vi. & ho. cle. in ver.
20 publice. nec enim ad hoc, quòd † aliquid dicatur publicum, sufficit quòd sciatur ab aliquibus tantùm. vt no. idem Guil. in cle. j. §. fin. de concess. præben. dicitur, est aliquid publice scri. id est, communiter, quādo fit coram multis. vt not. Io. An. in c. præterea. ij. de spon. Non ergo sufficit, quòd semel vel bis talis publicè videatur, vt not. decidit gloss. in constitutionibus Anglicanis. de concubinis clericorum publicis. super verbo, publicè. Tunc igitur fornicatio vel concubinatus dicetur notorius, vel publicus, quando quis habet concubinam, sicut vxorem, publicè nutriendo filios ex ea procreatos, ita quod non auderet diffiteri, aut negatio nulla esset, vt dicit gloss. in l. sententiam. in ver. celari. C. de pœn. facit l. illud. §. sed & si. ff. de triti. act. & xxxij. dicto capi. nullus. & capitu. præter. Si autem non est ita notorium, sed probabiliter potest tergiuersari. vt quia tenet concubinam cum matre, & dicit esse pedissequam matris & huiusmodi, non dicetur concubina publica, vel manifesta, nec ille concubinarius publicus vel manifestus. capitu. sicut. de coha. cle. & mu. capitulo si qui. lxxxj. distin. tenet Abb. post alios in capitulo vestru. de cohabita. cler. & mu. Angelus de Clauasio in summa, in parte, à concubina. versi. iiij. facit text. in capitul. interdicimus. ibi. missas publicas. xvj. quæsti. j. & capitulo primo. de cele. miss. ibi, publicè compleantur. vbi exponit Innoc. publicè, id est, coram populo. ad hoc capitu. fin. §. primo. de clandestina despon. vide glo. & Vincen. in c.

cen. in c. porro. §. præterea. de diuor. vide quę scripsi in c. j. infrà, de pœni. & remiss. in meis recollectis. Et crederem has leges habere locum in cō cubina clerici in minoribus beneficiati, per id quod no. voluit Io. An. in regula, ne culpa. de re.
21 iur. lib. vj. in mercuri. vbi decidit, quòd † filius talis non legitimatur per subsequens matrimonium: a quod est valde notandum, de quo meminit Abb. in c. per venerabilem. pe. col. ver. sed dubitari potest. suprà, qui filij sint legiti. de quo vide Bart. in l. in cōcubinatu. ff. de cō cubinis. per Bar. & Bald. in l. & si contra. C. de nupt. Bald. in c. naturales. circa medium. in ver. quæro an natus ex clerico. in titu. si de feu. fuc. contro. inter do. & agna. lib. feudorum. & in §. fi. Insti. de nup. per Ang. in l. Paulus. ff. de sta. ho. per Saly. in l. qui contra. C. de incest. nup. Antonium de Rosellis in tract. legitimationum. fo. j. colum. iij. ver. vltimò quæro. & fo. ij. colum. ij. versic. primo casu. & singulariter per Nico. de Vbaldis in trac. de succes. ab intesta to. prima parte. fo. vij. fi. colu. quem rogo videas, quia pulchrè loquitur. adde Bald. in l. parentes. ff. de in ius voc. cuius meminit Nico. de Vbald. in d. tracta. de successio. ab intest. column. xiij. in fi. & Mat. similiter in suo trac. de succ. ab intesta. colū. ix. ver. Ioan. de Imo. in cle. fi. in fi. de hæreticis.

Vide pragmaticā fol. 163. in ver. beneficiator.

a Adde Lu do. de Sard. in tract. de legitimatione. fo. 6. col. ij. §. tertio quæritur. qui latius loquitur. Ioan. Ber.

De concubina coniugata.

Adde etiam, quòd istæ leges non habent locum contra mulierem nuptam, quamuis esset publica concubina clerici, monachi, religiosi, vel vxorati. ar. l. si vxor. §. diuus Seuerus. ff. de adulte. vbi meretrix vxorata potest accusari de adulterio: & sic statutum loquens de meretrice, non haberet locum in ea, quæ est vxorata: secundum Io. And. in addi. ad Spec. tit. de iniu. in rub. de quo facit festum And. Sicu. in c. lator. j. colum. versic. & adde
22 Ioan. And. suprà, de pig. ex quo infert, quòd † mulier nupta non potest carcerari pro debito: quod expresse voluit Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. dicens, q̄ stāte statuto, quòd meretrix posset capi personaliter: non capietur illa, quæ est coniugata, licet turpiter viuat. de quo etiam meminit Andre. Sicu. in c. pastoralis. vj. co. versi. sed ego quæro. suprà, de iudi. ex quo infert,
23 quòd † licet alias mulieri luxuriosę detur curator, quia est prodiga personæ, famæ, & bonorum: vt l. mulieri. ff. de cura. fur. viro autem luxurioso nō: *b* vt notanter decidit Spe. titu. de actore. §. item opponitur contra actorem. ver. sed quæritur. Mulieri tamen nuptæ, etiam si luxuriosę viuat, non dabitur curator. Sed finaliter And. Sicu. videtur tenere contrarium, quia est fauor mulieris, vt detur sibi curator. quia sicut est prodiga personæ, multo magis præsumitur prodiga bonorū. & ideo siue sit maritata, siue non, dabit sibi curator: quod est menti tenendum, secundum eum. Vide eundem Andream Siculum in capitu. pastoralis. vj. columna. de iudiciis. Faciunt multa, quæ de muliere luxuriosa dixi suprà, in rubri. colum. cclxix. §. vnum demum cum sequentibus. Sed in casu nostro agitur de odio & pœna: meritò nō punietur pœnis legalibus disponentibus contra concubinas, & sic aliàs practicari. Sed si tanta est notorietas, quòd maritus illud sciat & patiatur: quamuis ipso tacente, & consentiente, nemo possit adulterium accusare: vt Foro legum. l. iiij. titul. vij. l. iij. & vij. parti. titu. xvij. l. ij. quæ aliter disponit, corrigendo ea, quæ not. in l. quamuis. C. de adul. & in §. primo. Instit. de public. iud. ille tamen venit puniendus, si fuit adulterij causa, vt vij. parti. tit. xvij. l. vij. quæ incipit, rematar. imò si ille fuit leno vxoris suæ, mortis pœnam incurrit: vt eadem septima parti. tit. xxij. l. secunda, incipit, alios alcahuetes. & traditur in l. mercalem. C. de condi. ob turpem caus. hanc pœnam contra tales libenter deberent iudices imponere, ex quo ita impudenter matrimonij fœdus & indiuiduitatem fœdare & diuidere non erubescunt. vxorem & carnem (vt ita dixerim) propriam polluendo: peccatum quasi cōtra naturam committunt, vbi est illa animorum coniunctio, siue coniugatio, quæ ex matrimonio procedit: vbi illa fides coniugalis, quam non debet vnus alteri prodere, quā etiam ipsi gentiles commendarunt. Nam, vt Aristo. iij. Oeconomicorum narrat, Vlysses deprecante ipsum Atalantis filia cohabitare secum, & promittente immortalem facere, & beatum omni tempore: nec vt immortalis fieret, ausus est prodere vxoris suæ amicitiam, affectionem, & fidem maximam: sibi pœnam arbitratus fieri, si malus existēs, immortalitatem promereatur. Vbi illa immaculata proles, quæ secundum matrimonij bonum appellatur: quæ proles dici non potest, nisi nuptiis nata fit. quæ nascitur primò Deo, secundò patriæ, tertiò parentibus, quarto suis, quinto extraneis per vinculum charitatis: & de his intelligendum est, quod Plato dicere solebat, vt eum refert Tullius Officiorum libr. primo. cap. iiij. Non nobis solùm nati sumus, ortúsque nostri partem patria vendicat, partem amici, &c. de quo per Bald. in rubr. C. de priuileg. dot. in princip. Vbi ille nexus diuinus, & fœdus perpetuum, quod per copulam inter coniuges habitam contrahitur, per quam efficiuntur vna caro, ita quòd nō possunt separari, nisi separetur anima à corpore. imo etiam post mortem mariti debet mulier seruare honorem viri & filiorum (si qui sunt) & suum proprium: vt tradit Bald. in dicto loco, & dixi in rubric. colum. cclxxiij. Qui ergo hanc vnionem & indiuisibilitatem non seruant, pessimi & abominabiles Deo, & hominibus effecti, non sunt vita digni, occidantur. Ex istis meritò reprehenditur Seleucus. qui cùm videret Antiochum filium in grauem languorem incidisse, & vesano nouercæ amore, & hoc esset à medicis deprehensum, pater coniugē filio abutendam concessit. offerens fortunæ, quod in amorem incidisset: pudori imputans, quòd dissimulare esset paratus vsque ad mortem, vt refert Valerius lib. v. cap. vij. cuius meminit Valensis in communiloquio. parte ij. dist. ij. cap. j. legitur in vitis Philosophorū, in vita Erasistrati medici, qui floruit tempore Oniæ pontificis. hic fuit ille medicus, qui pulsu cognouit amantem prædictū, vt ibi dicitur, de bonis matrimonij dixi in rubr. §. xxix. in principio. bona enim matrimonij. de adulterij graui tate dixi in rubr. §. lxxviij. in principio. versi. vxoris enim adulterium. & pereat memoria eorum cum sonitu. Et nisi temporis angustia, & rei (quam in manus habemus) altum pelagus me retraherent, vtique tam cito non silerem, quoniam hoc abominabile vitium multorum maculauit famam, animā que ad infernum proiecit. Sufficiant hæc ad iudices minus doctos instruendos, vt sciant qualiter se habere debeant in huiusmodi pœnis imponendis, exe-

Lex regni.

Vlysses.

Quibus nascitur scitur quis.

An vir vel mulieri luxuriosis detur curator

b Adde pro prima conclusio. Thomā de Ferrar. in suis casus vltra Cep. in casu. 11. vij. & vi de Francis. Ave. in l. si bonis. col. fi. ff. de verb. oblig. Ioan. Ber.

Contra maritos permittentes vxores adulterare. Lex regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quendifque. Et redeamus ad viam, à qua (vt hos etiã mitteremus fasciculos, quos sumus egressi) credimus aliquibus profuturos. An autem lex regni prædicta locum habeat contra mulierem meretricem, quam clericus vel coniugatus habet in concubinam, & aliquando domi retinet: ipsa tamen multorum libidini patet, satis potest probabiliter dubitari.

SVMMAE RERVM.

1 Dotis constitutio cadere non potest, vbi non sunt facultates.
2 Dos debet esse congrua inspecta qualitate patrimonij, numero liberorum, & qualitate iugalium.
3 Consuetudo patriæ & familiæ considerari debet in dotandis mulieribus.
4 Dos filiæ excedens legitimam an possit à fratribus reuocari & num. 5. & num. 10.
5 Patronus non potest reuocare alienata per libertum viuentem.
7 Dos constante matrimonio, respectu viri, est titulus oneros.
8 Lucrum dotis, quod conceditur marito propter expensas, non dicitur titulus lucratiuus.
9 Libertus si dotauit filiam, nõ videtur hoc ipso fraudare patronum.
11 Dos immensa quæ dicatur. & num. 14.
12 Voluntas datur intelligi facto.
13 Dotis constitutio est quodammodo donatio.
15 Filij possunt reuocare ea, quæ pater perdidit in ludo illicito, vsque ad legitimam ipsorum.

Quatuor quæ debent considerari in constituenda dote

IN constituenda tamen dote, quam pater filiæ dare tenetur, multa debet iudex attendere, scilicet ad quantitatem patrimonij patris, vt l. quæro. cum l. sequen. & l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotium. & l. si filiæ. de lega. iij. cum similibus. re dotium. & l. si filiæ. de lega. iij. cum similibus. de quo videas singulariter Franciscum de Aretio de quo videas singulariter Franciscum de Aretio consilio xvij. col. antep. ver. ad quintum dubium. incipit, in Christi, &c. consideratis. Vnde si pater est egenus, & multis debitis inuolutus, ita quòd non sit sufficiens ad dotandam filiam, nõ tenetur eam dotare. imò dato, quod tunc pater dotem filiæ constituat, constitutio est nulla. ita mirabiliter dicit Bald. in l. fin. iij. col. C. de dot. promi. ver. 3 sed quid si pater. Ludo. Rom. in l. j. ff. soluto matr. motus per l. ait prætor. §. si cùm mulier. & l. si. §. si à socero. ff. de his quæ in fraud. cred. & l. si successione. C. de reuocan. his quæ in fraudem cred.

Itaque vbi non sunt facultates, non potest cadere † dotis constitutio, cùm non entis, nullæ sunt 1 qualitates. l. eius qui. §. penult. ff. si cert. peta. hoc dictum multum commendauit Iason in dicto §. fuerat ante. xxxvij. colum. versicu. secundò notate. Patre tamen existente inope, si mater est dines. illa tenetur filiam dotare, secundum Bartol. & Bal. in auth. res quæ. C. communia de leg. Bal. in l. mater. C. de iure dot. de quo per Ange. in l. filia. in princip. ff. ad Treb. & in l. fin. C. de dot. promis. & Ludouic. in dict. l. prima. ff. soluto matrim. & Iason vbi suprà. & in dicta authen. res quæ. iiij. colum. versicul. iiij. not. vide quæ dixi suprà in rubri. §. j. versi. hoc tamen intelligo. & §. lxvj. post princip. versi. si tamen vir. An autem filius teneatur dotare matrem, dicas quòd non. text. est vnicus in l. tutor secundum dignitatem. §. fi. ff. de administ. tut. notatur per Guil. & Bald. in l. vna. C. de inoffic. dot. tenet Bald. in l. si vineæ. C. de præscri. long. temp. & in proœm. Digestorum. vj. colum.

Mater diues tenetur dotare filiam.

Numerus liberorum, & dignitas patris & filiæ.

Secundò debet iudex aduertere ad numerum liberorum. vt d. l. si filiæ. ad qualitatem & dignitatem ipsius patris, & etiam filiæ. & generi. vt d. §. gener. & d. l. quæro. Et adeo verum est, quòd debet attendi conditio personæ: quòd etiam si legitima non sufficeret, secundum conditionem, & nobilitatem personæ: ad hoc vt ipsa dos sit congrua, potest & debet iudex excedere ipsam legitimam. vt not. probat text. in authent. de restit. & ea quæ par. §. quamobrem. collatio. iiij. Ad idem text. in auth. res quæ. C. communia de leg. vbi dixit Bal. in pe. col. quòd † dos debet esse congrua, 2 inspecta quantitate patrimonij, numero liberorum, & qualitate iugalium: vt ibi. & d. l. filiæ. & refert Ouidium dicentem, Si cui vis aptè nubere, nube pari. Idem dicit Ioan. Fab. Instit. de nupt. in rub. & tradit Pau. de Cast. consil. ccxxxij. incipit, pro pleniori. ij. colum. post princip. in versi. nam etiam de iure communi. idem fuit de mente Bal. in auth. res quæ. in princ. C. communia de legat. vbi dixit, quòd si filia non reperiat maritum sibi condignum, nisi det omnia bona in dotem, poterit omnia dare, arg. text. in auth. contra rogatus. C. ad Trebel. in fi. adde prædictis Plutarchum in libello, de educatione liberorum, in fin. qui dicit, Eas autem spondere filiis vxores, quæ nec multo nobiliores, nec ditiores sunt. Sequentia refert, Cùm itaq, prouerbium, æqualem tibi mulierem inquirendam, qui seipsis lõge ampliores capiunt vxores, non earum maritos, verùm dotis mancipia fecisse, si se nescisse. hæc ille. Et alibi idẽ Plutarchus in præceptis connubialibus, præcepto septimo. Qui autem nobiles opulentásque vxores acceperunt, haud se quidẽ præstantiores reddunt, sed illas comminuunt, & debilitant, vt illis demissioribus vilioribúsque facilius imperent. sicut faciunt hi, qui equos ascendere imbecillitate aut mollitia corporis impediti nequeũt, eos sese flectere, & procumbere docent: oportet autem, vt equi magnitudinem, sic vxoris dignitatẽ conseruantem vti fræno. hæc ille. Idem videtur dicendum, si consuetudo patriæ, & maximè familiæ dicti † patris, & suorum maiorum, esset ab antiquo vt dos fœminarum dictæ domus esset excessiua legitimæ. Nam tunc sine dubio dos nõ diceretur congrua. si dictam legitimã non excederet: dummodo supputant facultates patris. argum. l. imperatores. ff. de contrahen. empt. & l. numis. de leg. iij & l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edi. & l. Titianus. ff. quod cum eo. Communiter tamen mos regionis regulatur in plus, vel minus, prout se habet conditio personarum & vires patrimonij paterni, & numerus liberorum: & in his debet versari discretio & arbitrium boni viri, non curando an commensuretur cum legitima, vel non: imo etiam vltra mensuram legitimæ poterit arbitrari, per supradicta. & maximè per tex. in dict. §. quamobrem. & ita etiam tenuit Baldus. consil. incipiente, antiquum statutum. & consilio incipiente, hæc quæstio habet quatuor capita. & consilio incip. hæc materia diuiditur in duas partes. & in pluribus aliis consiliis. Idem tenet Salycetus in quadam sua disputatione, quæ incipit, statuto cauetur. Angelus consilio cccx. incipit, Gregorius.

Si vis aptè nubere, nube pari.

Consuetudo patriæ & familiæ.

Ex

Ex istis patet, quòd filia vel mulier dicetur congruè dotata arbitrio boni viri, consideratis considerandis: vt per Paulum de Castro, consilio cx. & per Leonardum in repetitione §. & quid si tantum l. Gallus. ff. de liberis & posthumis. columna lxvij. Et quod plus est, istam dotem, quamuis excessiuam † legitimæ, non poterunt alij fratres ipsius mulieris reuocare, in eo quod excedit patre viuente. vt videtur velle Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. qui fil. sint legit. in rubri. princi. vbi dicit de patre habente duos filios, qui alteri donauit omnia bona sua viuo patre, non potest alter filius petere à fratre legitimã, nisi post mortem patris propter donationem immensam. vt l. secunda. & l. si totas. & l. si mater. C. de inoffic. donat. Fatetur tamen Ioan. Andr. quòd poterit frater petere alimenta iudicis officio, quæ tenebitur frater donatarius sibi ministrare, ex quo non vult legitimam sibi reddere viuente patre, qui donationem fecit. Idem sentit Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. tit. de reb. eccles. non alienan. §. j. tertia colum. ver. cæterùm. vbi dicit † patronum non posse reuocare alienata per libertum viuentem, cùm posset casus euenire, quòd nil sibi deberetur, puta si filios haberet: vt insti. de succes. liber. §. sed nostra. & §. seq. idem erit in casu nostro, cùm possit euenire casus, in quo filij nihil debeant habere de bonis patris, committendo aliquam causam, propter quam possint exhæredari: cùm præsertim ipsi in vita patris nullum ius habeant in eius bonis, nisi solam spem: vt l. nec ei. ff. de adoptio. per Bart. in l. is potest. ff. de acq. hæred. Hæc autem spes vtilis est filio, etiam in vita patris, ratione legitimæ, quæ sibi est debita, vel quasi debita, vt dixi suprà in rubr. §. xxvj. ante finem. versic. pater verò. & suprà, eod. §. xxj. versic. non obstat si dixeris. & infrà, ad finem huius §. versic. ad idem. Mortuo tamen patre, & soluto matrimonio † filiæ, bene possunt filij agere ad reuocationem dotis immensæ, quamuis xxx. anni sint elapsi, patre viuo, vt sentit Ioan. Andr. vbi suprà, quod tene menti. Secus tamen est constante matrimonio filiæ: non enim possunt petere interim quod est nupta, per text. in l. dotis quidem. C. de collat. ita notabiliter sentit Bartol. in l. fin. §. si à socero. ff. de his, quæ in fraud. credito. & ibi Angelus. & sequitur Bald. in authen. ex complexu. C. de incest. nupt. Angel. de Are. in l. si res. Instit. de lega. Nicolaus de Vbald. in suo tractatu. de successionibus ab intesta. vj. char. fina. colum. & Campetius in suo tractatu. de dote, prima parte. quæst. xlviij. Iti mouentur, quia dos † constante matrimonio respectu viri, qui ex ea habet sustentare onera matrimonij, est titulus oneros: vt d. l. fin. §. fi à socero. & ibi not. Bart. & l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. text. in l. vna. §. lucratiuas. C. de impo. lucra. descrip. libr. x. & ibi notat Bartõlus & Platea. ad idem l. pro oneribus. C. de iure dotium. & ibi not. Bartol. & in l. fina. eodem titu. & ibi etiam Baldus. gl. in l. Mæuia. §. j. in vers. ipsi mouere. ff. soluto matrimonio. & ibi notant Bartolus & alij. glos. in l. ignoti. C. de renocan. his quæ in fraud credit. & ibi Bartol. latius per ipsum in l. Mæuius. §. duobus. xiiij. colum. versic. ij. quæro. in repetitio. ff. de legat. ij. C. de reuocand. his quæ in fraud. credit. Et adeo verum est, quòd respectu mariti titulus dotis dicitur oneros: quòd & si ex postfacto consecuturus sit lucrum ex tali dote, puta propter pactum, quod fecerat de dote lucranda, vel vigore statuti disponentis, quòd decedente muliere in matrimonio, vir lucretur dotem: tamen nunquam dicetur habere ex causa lucratiua, cùm præcesserit causa onerosa. j. titulus dotis. glo. singularis in l. si donaturus. in §. fin. in ver. duntaxat. ff. de condit. ob cau. pro qua est text. not. in d. l. vna. §. lucratiuas. in verb. si verò vel socer. C. de impo. lucra. descrip. vbi si socer dederit dotem pro filia, vel nepte, licet casus euentu res eius, cui data est, vertatur ad lucra, non tamen inter causas lucratiuas numerabitur. quem tex. ad hoc ponderat ibi Ang. & refert & sequitur Iaso. in §. item si quis in fraudem. vij. colum. Instit. de actio. Hinc est, quòd † lucrum dotis, quod conceditur marito propter expensas, non dicitur titulus lucratiuus. ita dicit Bald. in l. hac edicta. in prin. iij. colum. versi. pone quòd appositum. C. de secundis nup. & in l. cùm multæ. ij. colum. C. de donatio. ante nup. & in authen. præterea. pen. colum. C. vnde vir & vxor. Et quod plus est, titulus dotis est onerosus, non solùm ex parte mariti, vt dictum est, sed etiam ex parte filiorum dotem maternam petentium, vt mirabiliter sentit Bartol. in l. si constante. in princ. x. q. ij. partis principalis. ff. solut. matrimo. in repet. a Intellige prædicta non solùm in dote vera, sed etiam in putatiua, seu marito putatiuo: vt est gl. singularis & vnica in l. Proculus, aliàs incipit, ancilla. ff. de iure dotium. Si autem dos est titulus onerosus, & gener non participauit in fraude, quamuis dos sit immensa: nõ reuocabitur saltem constante matrimonio. arg. l. quod autem. §. hoc autem edictum. & §. simili modo. ff. de his, quæ in fraud. credi. & §. item si quis in fraudem. cum ibi no. Insti. de act. Hoc videtur fuisse de mente legis regni, quam Christianissimi reges nostri constituerunt quæ vult, quòd data à rege propter dotẽ, non possint à rege reuocari, vel moderari, constante matrimonio. de qua lege infrà fiet mentio. Bene facit iudicio meo tex. no. in l. cùm post mortem. ff. de admini. tuto. in l. fi donaturus. §. fi quis indebitam. ff. de condictio. ob caus. vbi si quis indebitam pecuniam promisit, & tradidit marito, non condicit ab eo. Ad idem tex. in l. fina. ff. de collat. dot. vbi dos etiam immensa data genero, non repetitur à fratribus, sed etiam promissa potest à fratribus peti. Ad idem text. in l. j. §. at si transigit. ff. si quid in fraudem patroni. vbi litera dicit, Si libertus filiam dotauit, hoc ipso † quòd dotauit, non videtur fraudare patronum: quia pietas patris non est reprehendenda. ratio est secundum Azonem in summa, quia titulus dotis non est lucratiuus. Sed quamuis hanc opinionem aliquando vidi obseruari in practica, cùm tamen casus accidisset in cancellaria, in quo vnà cum aliis habui iudicare, nõ fuimus eam tequuti: imo contra eam pronunciauimus, scilicet, quòd etiam † constante matrimonio, dos excessiua legitimæ, in eo quod excessit in præiudicium aliorum filiorum, alij filij possunt reuocare, modò sit dos assignata ex voluntate patris, vt frequenter contingit, quia pater dat vel promisit it largas dotes, in tantum quòd non remanet legitima filiorum masculorum, modo ex assignatione iudicis, inuito patre. Non est enim iustum, quòd

propter

Vtrum fratres possint reuocare dotem excessiuam legitimæ. Quæstio notab.

Dos est titulus oneros ex parte mariti.

De dote putatiua. a Adde Segur. in rep. l. cohæredi. §. cũ filia. ff. de vulg. & pup. fol. 16. col. iij. in med. & fol. 17. col. iij. & Iaso. in §. item si quis in fraudẽ col. iiij. Instit. de actio. Lex regni.

Determinatio cõtra via.

Dos in mẽsa.

propter dotationem sororum alij filij debeant carere legitima. ad hoc allegaui Bal. in l. si emancipati in finalibus verbis. C. de coll. vbi hoc sentit, dicens, quòd qui non vult succedere vniuersaliter, non tenetur conferre, nisi ad legitimam. authen. vnde si parens. C. de inoffic. testa. vbi hoc probatur, secundum Pau. de Cast. qui hoc in expresso firmat in l. vnica. in fi. C. de inoffic. dot. sic intelligens glos. ibi. & hoc tene menti, quia quotidianum est. & dabit tibi honorem, & communiter ignoratur hæc decisio Pau. Intelligo autem dotem immensam, quando † aliis filiis præiudicatur in sua legitima, a poterit pater dare filiæ in dotem quintam & tertiam partem bonorum suorum. & insuper legitimam de residuo: nec dicetur tunc dos immensa, vel inofficiosa: quia vt scis, hodie omnia bona patris sunt legitima filiorum, excepta quinta parte, quam potest cui voluerit donare: vt Foro legum lib. iij. titu. v. l. ix. & eodem libro tit. xij. l. vij. excepta etiam tertia parte residui, quam vni ex filiis potest prælegare: vt d. l. ix. Dando ergo dotem magnã, videtur filiam meliorare, vel in quinta, vel in tertia parte bonorum suorum vltra legitimam. argu. text. in l. cùm pater. §. euictis. de lega. ij. vbi diuisio etiam inæqualis facta etiam inter filios, debet obseruari: quia habet vim prælegati, vt res valeat eo modo, quo melius valere potest: vt l. si miles. ff. de testa. mili. & ibi not. Bar. facit l. qui quartam. de lega. j. ad idem facit l. vxori. de lega. iij. vbi dicitur, quòd quando ex verbis testatoris apparet, quòd voluit pater filio prælegare, prælegasse videtur, no. ibi Bart. imo etiam si ex verbis non apparet, satis est ex factis apparere: quia † facto datur voluntas intelligi: vt l. de quib. ff. de leg. & l. reprehendẽda. C. de insti. & sub. sub cond. fact. cum concord. de quibus per glos. in c. tenor. de re iud. Hoc fuit postea constitutum per legem regni, in curiis Taurinis. l. xxvj, quæ incip. si el padre. quæ simpliciter vult, quòd donata à patre vel matre filio, intelliguntur fieri iure prælegati, vel meliorationis, intellige, etiam si fiant ad dotem vel donationem propter nuptias, vel ob aliã causam, propter generalitatem illius legis. Item quia † dotis constitutio quodammodo est donatio: vt colligitur ex l. vna. C. de rei vxor. act. & ex alia lege Tauri xxix. in princi. quæ dotem & donationem propter nuptias conferri iubet. Intellige etiam prædictam legẽ xxvj. quãdo talis donatio esset facta in quantitate legitimæ filio debitæ, & vltra. nam in eo quod est legitima, magis videtur pater debitum soluere, quàm donare, cùm legitima filij in bonis patris sit quasi debita filio. glo. in l. si emancipata. C. de iur. & fact. ignor. cum aliis, de quibus paulò antè diximus. In alio ergo quod legitimam excedit, donatio videtur fieri melioratio: vt sentit illa lex in fi. & sic practicauimus. & intelleximus, quã do legem illam edidimus. Idem sensit lex xxix. prælegata, quæ disponit, tales donationes debere ad collationem deferri, vt tantum minus filius donatarius recipiat, vel de legitima, si non est vltra donatum, vel ex melioratione, si vltra legitimam donatum fuit: non tamen intelligas, quòd per hanc collationem videatur prima donatio revocata, prout aliqui ineptè volunt: sed ne tantum minus accipiat, sicut de dote cõferenda dicimus: vt l. illam. C. de collat. Tene ista memoriæ: quia singularia sunt, & practicabilia. In dubio autem videbitur meliorare in tertia. vt quinta pars pro anima relinquatur. & hoc fauore animæ: cuius fauore Stylus curiæ habet, quòd ipsa prius deducatur, vt l. Styli ccxiiij. Ratio quare in dubio videtur, potest in dubio meliorare in tertia, non autem in quinta, est, quia tertia respectu extraneorum est legitima filiorum: quamuis inter ipsos filios sit prælegatum: vnde tanquam legitima est prius detrahenda. arg. text. & quod ibi not. Bald. in l. si verò composita. §. quid ergo. ff. de testam. milit. Vt ergo videatur an sit inofficiosa, considera totam hæreditatem. & † dos non excedit quintam & tertiam partem bonorum patris, & de residuo legitimã, non iudicabis illam immensam vel inofficiosam, & per consequens nedum cõstante matrimonio, sed nec eo soluto, poterit per fratres reuocari, cùm nihil sit factum in eorum præiudicium: vt ex prædictis satis apparet. & bene facit text. in l. ij. & l. si mater. & l. si totas. C. de inof. donatio. ad idem quod voluit Bald. in l. fin. v. col. versic. item faciunt prædicta. C. de pact. vbi dicit, quòd statutum nunquam valet quo ad legitimam filiorum, quia illa non defertur, vt lucrum, sed vt debitum: vt est glos. quam ibi not. omnes in l. ij. C. de iuris & fact. ignor. Sed in eo quod est supra legitimam, bene potest filio per statutum tolli, sicut per testamentũ, ita ergo erit in casu nostro. ad idem facit, quod voluit idem Bal. in l. j. in fi. C. si in fraud. patr. vbi dicit, quòd filij † possunt reuocare ea, quæ pater perdit in ludo illicito, vsque ad legitimam ipsorum. Hoc idem videtur fuisse de mente legis regni, Foro legum libro iij. tit. xij. l. iij. quæ dicit, quòd si post annum, quo matrimonium est contractum inter coniuges, maritus aliqua donauit vxori, nõ stantibus filiis, valet statim talis donatio, sed si postea nascantur filij, reuocatur donatio, excepta quinta parte bonorũ ipsius donatoris, quia quantum ad illam, non reuocatur vt ibi dicitur. ratio est, quia vt dixi, quantum ad filios, omnia bona parentum sunt legitima filiorum, excepta quinta parte eorum, quæ potest cui voluerit donare. & propterea quo ad illam, non reuocatur. Idem dicendum in tertia parte inter filios, quã potest cui voluerit prælegare, vt supra dictum est. Dos ergo, quæ potest cadere in quinta, & tertia, & insuper legitima, non dicetur inofficiosa, nec poterit à fratribus reuocari, etiã soluto matrimonio, nisi pater, quo ad tertiam partem, reuocaret, vel alteri prælegaret: quod potest vt l. cum pater. §. à filia iuncta glo. & quod ibi no. Bart. de leg. ij. non tamen potest reuocare quo ad quintam vt late alias consului in meo consil. x. incip. dona Maria de Gaete. dixi in prædicta l. regni Fo. legum lib. iij. ti. v. l. ix. fo. ix. ij. col. versi. an pater qui filium meliorauit.

a *Adde in materia omnino Segur. in rep. l. coheredi. § cum filia ff. de vulg. & pup. fol. xx. col. iij. cum xj. col. seq vbi mirabiliter loquitur, faciendo regulam cum extensionibus & fallẽtijs. Io. Ber*

SVMMAE RERVM.

1 *Dos an sit inofficiosa, nécne, quo tempore inspici debeat.*
2 *Legitima si à patre viuente filio assignetur, & pater aliqua bona postea acquirat, an de illis habere debeat filius.*
3 *Filia quæ recipit centum pro integra sua legitima, an augmentatis facultatibus patris possit petere legitimam ex supercrescentia bonorum.*

Dotare

4 *Dotare spuriam filiam, vel naturalem, an teneatur pater. & num. 11.*
5 *Presbyter qui maritauit filiam suam in presbyteratu procreatam, potuit ei de suo dotem dare. & num. 11.*
6 *Error iuris habetur pro mala fide.*
7 *Filia naturalis vel spuria, si habeat vnde se alat, pater non tenetur eam alere nec dotare.*
8 *Lactare filium vel filiam tenetur mater vsque ad triennium.*
9 *Alere qui tenetur aliquem, sufficit quòd faciat eum recipi in aliquo hospitali, vel domo Dei, vel procuret ei aliquam prabendam.*
10 *Alendus si non potest ali sine verecundia, in domo eius qui præstare debet alimenta, alibi alimentabitur.*
11 *Alimentatus ab alio, an debeat illum associare.*
12 *Alere filium incestuosum legitimum, naturalem, tenetur pater.*
14 *Legitima filiorum publicari non debet, licet bona patris propter eius grauissimum delictum publicari debeant.*
15 *Filius hæretici propter hæresim condemnati, non 5 priuatur sua legitima si sit catholicus.*
16 *Succedens in bonis hæretici, tenetur filios alere, & filias dotare.*
17 *Filij nati post delictum patris, non debent priuari legitima, licet bona patris publicari debeant.*
18 *Filij orthodoxi hæreticorum ante crimen hæresis per patrem commissa, non afficiuntur pœnis inductis à iure.*
19 *Filius natus ante superuenientiam dignitatis in personam patris, an consequatur priuilegium vel honorem.*
20 *Ingratitudo patris non nocet filijs antea natis.*
21 *Vasallus si commisit feloniam, non auferet feudum a filijs antea natis.*
23 *Debitor fisci ante tempus soluere tenetur necessitate imminente.*
24 *Princeps potest dotare filias suas spurias.*

§. XXIII. Quæ tempore inspicienda sit an dos sit inofficiosa

SED pulchrum est videre, quo tempore inspicietur, an † dos sit inofficiosa: an tempore quo dos fuit constituta, quando bona patris sufficiebant ad illud, quod dabatur in dotem: an tempore mortis patris, quando bona fuerunt diminuta. Et videtur, quòd tempus constitutionis dotis: per ea quæ not. Bald. in l. in successione. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. & in l. fin. §. fi. pen. col. C. de vsur. rei iud. & in l. quamuis. in fi. C. de fideicom. Ang. & alij in l. si proponas. §. hæreditatem. ff de inoffic. testa. Ang. Ioan. de Imol. Ludo. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig Alexand. in l. pactum. ad fin. C. de collatio. Ioan. de Imol & Anch. in rubr. suprà, de testam. Bald. & Salyc. in l. j. v. quæit. C. de inofficio. dot. Cyn. in l. fin. colum. pen. C. de pact. quem alij sequuntur, qui omnes dicunt, quòd si pater assignauit † filio legitimam in vita, licet postea pater aliqua bona acquisierit, de illis nihil habebit filius. facit l. si ita legatum ff. de auro & argento legato. ibi, hac demonstratione præsens, non futurum tempus ostendit. Ad idem l. fin. §. qui inimicam. de lega. ij. in ver. non facere voluntatem, &c. bene facit quod voluit Cyn. quem alij sequuntur 4 in dict. l. fin. penult. colum. C. de pact. dum loquitur de eo, qui non habebat nisi vnicum filium, vt ibi per eum quid dicit hoc procedere, etiam si pater dixisset, dono tibi talia bona post mortem meam. nam debet attendi tempus donationis. licet Salyc. ibi in hoc sit contrarius: quem videtur sequi Alexand. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta. saluando in vno casu, scilicet, quando per dicta verba induceretur causa mortis donationis. vt ibi latius per eum. Quamuis ergo bona postea pereant postea, filius habebit dictam legitimam. ubi filia dotem. vt sentiunt Bald. & Salyc. in dict. § C. de inoffic. dot. præsertim si apparet ex mente patris ex verbis vel factis. quo casu in hoc sequendus est voluntas disponentis: vt d. l. si ita legatum. & ibi Bart. intellige quando filius fuit conceptus cum il la legitima, & renuntiauit cum iuramento toti hæreditati paternæ, & eius successioni: aliàs secus secundum Bald. in d. l. quamuis. & videtur etiam de mente tex. in c. quamuis pactum. de pact. libro sexto. vbi videas Georg. in repetit. maximè in v. colum. in prima limitatione. Et secundum hoc forsan debet intelligi quod voluit Bald. in c. cùm M. de constit. colum. viij. versi. & est arg. vbi arguit illius text. dixit, quòd † filia quæ recepit centum pro integra sua legitima, augmentatis facultatibus patris, potest petere legitimam ex supercrescentia bonorum quod dicit esse valde not. & facere text. in l. his oneribus, §. auctis. ff. de vacat. muner. de quo dicto facit & Bar. Bart. in repetitione rubr. C. qui admi. ad bon. poss. charta viij. fin. col. vbi cumulat multa similia, quæ videas per te. Et ista faciunt ad quæstionem quotidianam. Pater per viam donationis meliorauit filium in tertia & quinta parte bonorum, vel in tertia sola, vel quinta sola: quod tempus attendi debeat, an tempus donationis vel mortis. tetigi succincte in rubr. col. ccxxxvj. versic. item si mater. a Cogitabis. Videas Laurent. de Palaciis in tractatu de statuto fœminas excludente. colum. xxj. versicu. sed an filia. qui de prædictis loquitur. Considerabit etiam iudex in arbitranda dote dignitatem, vel indignitatem mariti: quia: ratione suæ indignitatis vel ignobilitatis, minuetur dos. vt voluit glossa in l. vnica. C. si aduers. dotem. & in l. nulla. C. de iure dotium. & in l. cùm post mortem. §. fi. ff. de administ. tuto. est bonus text. in dicta l. filiæ. de lega. ij. & in dicta l. quæro. ff. de iure dotium. vbi littera dicit, quòd in constituenda dote modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritique constituendus est: ponderanda est ergo dignitas vel indignitas mariti, in dote constituenda. Vnde ad terminos conclusionis nostræ videtur dicendum, quod illi filiæ, quæ matrimonium cum indigno contraxit, minor dos assignabitur propter indignitatem, vel vilitatẽ mariti. & hoc sub verbo forte tenuit Ioan. de Imol. in dict. cap. accedens. suprà, de procurat. & in l. j. ff. solut. matrimo. & ibi Alexand. xiij. colum. versic. sed Imola ibi. & Iason in dicta authent. sed si post xxv. in fine. & Campetius in dicto suo tractatu de dote, prima parte. quæst. xiij. Et secundum hoc est modificanda & intelligenda ista conclusio: ad quod bene facit text. cum glos. in capit. nullam. xxx. q. prima. Considerabit etiam iudex, vtrum ista filia sit naturalis & legitima: quo casu indistinctè 4 procedunt prædicta: an † naturalis tantum, vel spuria: quo casu multi doctores non leuis authoritatis tenuerunt, quòd pater non tenetur eam

a *Adde, ego hoc ass hodie decisum per l. xxxix. de Thoro, vbi dicio, quòd inspicitur tempus mortis. Io. Bur.*

Dignitas vel indignitas mariti.

An pater teneatur dotare filiam naturalem vel spuriã

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam dotare: vt voluit Iaco. de Aret. in l. vxorem. §. pater naturalis. de leg. iij. Bartol. & Bal. & Alc. in d. l. j. ff. solut. matrim. Bald. & Ang. in l. fin. C. de dot. promiſ. Bald. in c. j. §. donare. in princip. qui feud. dar. poſſ. lib. feud. Ang. in l. à filia. in princip. ff. ad Trebel. Salyc. in auth. res quæ. C. communia de lega. Angel. conſilio ccix. Idem fuit de mente Bart. conſil. cxix. incipien. dominus Dominicus. vbi concludit, quòd cùm presbyter, † qui marita uit filiam in presbyteratu procreatam, non po- tuerit ei de ſuo dotem dare: poteſt repeti per hæ- redes dotantis, petitione hæreditatis, vel condi- ctione ex lege, etiam ſi ipſa filia poſſediſſet dictam dotem ſpatio xxx. annorum, & plus: quia aut ſcie bat ſe non poſſe capere, ſed ad ſucceſſores dotan tis pertinere: per l. j. C. de natur. liber. & tanquam malæfidei poſſeſſor non præſcribit: vt in cap. fi. de præſcript. & in regula, poſſeſſor. de regul. iur. libr. vj. Aut credebat ſe poſſe capere, & apud eam iu- ſtam eſſe poſſeſſionem: & tunc errauit in iure, qui iuris error nunquam in vſucapione prodeſt: vt l. nunquam in vſucapionibus. & l. ſi fur eſt. §. j. de vſucapio. quàtum enim ad præſcriptionem, iuris 6 error † habetur pro mala fide. vt not. per Dyn. in dicta regula, poſſeſſor. & ita tenet Bartol. in dicto conſilio. De iſta quæſtione vide dominum Iacobum de ſancto Georgio, in tractatu feudorum, in parte, qui inueſtiti præſtiterunt iuramentum fide litatis. fina. col. & ibi ponit de filia religionem in- trante: vt per eum videre poteris. Iſta tamen de- 7 bent intelligi, quando filia naturalis, vel † ſpuria, vel inceſtuoſa, habet vnde ſe alat, vt puta ſi habet aliqua bona, vel aliquam honeſtam artem, vnde poſsit ſe ſuſtentare: nam tunc pater non tenetur eam alere, vt d. l. ſi quis à liberis. & per conſequẽs nec dotare, vt ſentiunt doctores prædicti. & tenet Bald. in dicta l. mater. C. de iure dot. quem refert & ſequitur Ludo. in d. l. j. ff. ſol. matrimo. Iaſon in authen. res quæ. xiij. colum. verſi. ſeptimò limita. C. communia de lega. tex. gloſ. Bart. & Bal. & alij in l. ſi maritus. ff. ſolut. matrimo. Anto. in d. c. cùm haberet. prope finem. refert & ſequitur Baptiſta in repetitione l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. penult. colum. & ſubdit fortius, quòd ſi dictus fi- lius efficeretur in futurum diues, vel ex arte ali- qua poſſet alimenta habere, nedum non teneretur pater alimentare, verùm etiam euaneſceret relictum pro alimentis, & remanet apud hæredes dicti patris. a quod eſt valde notandum. Si tamen ſuperueniret filio neceſsitas, reſurgeret legatum, ſecundum eum. Adde prædictis Io. de Plat. idem tenentem in l. vnic. in fi. l. C. de mendicantibus va lidis. libr. xj. vide quæ dixi ſuprà. §. iiij. in princip. Sed quod dixi de honeſta arte, procedit niſi eſſet filia naturalis alicuius magni nobilis: quia fortè non excuſaretur, ſi diceret, quòd ipſa filia poſſet ſe alere, & ſic etiã ſe dotare ex aliqua arte, quan- do illa non eſſet condecens ſuæ conditioni, putà, in texendo, vel ſimilibus. ita dixit Bald. Nouel. in ſuo tractatu de dote. vj. parte. xvj. priuilegio. mo uetur per illud, quod in ſimili notab. dixit Azo in ſum. C. de patria poteſta, in fine. de quo meminit Bal'd. in l. alimenta. C. de neg. geſt. & Vital. in lib. clauſularum, charta ccxviij. fin. col. aliàs in clauſu la, ſed an iuri alimẽtorum poſsit renuntiari. in vj. colum. & Bart. Veron. in tractatu, de re militari, chart. viij. in fi. & Iacob. de Aret. in l. ſi maritus. ff.

Quando ſi- lia habet vnde ſe a- lat, non tenetur pater

ſolut. matrim. vbi dixi, quòd licet mater non te- neatur alimentare filium, vel filiam, tamen tene- tur † lactare vſque ad triẽnium. vt l. nec filium. C. de patria poteſt. & c. fi. in fi. de conuer. coniugat. Tamen ſi mater eſſet nobilis, cui ſecundum mo- rem patriæ eſſet dedecus lactare filium vel filiam tunc excuſatur. idem tenet Bart. in l. j. C. de men- dican. vali. lib. xj. & in tractatu de alimentis. vj. q. refert eum, & ſequitur Ang. de Aret. Inſti. de iur. natur. in fine princip. & Abb. in d. c. fi. de conuer. coniug. idem voluit ipſe in d. ca. cùm haberet. & ibi Præpoſi. iij. colum. & Baptiſta in dict. l. ſi qua illuſtris. colum. antepe. in fin. dicens, quòd ſi filius eſt nobilis, ita, quòd non obſtante ſpurietate, de- deceat ipſum artem exercere, debentur ſibi ali- menta. Bene facit ad hoc tex. & quod ibi no. Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cler. vbi dicit, quòd ſi aliquis eſt nobilis, qui habet alimen ta, ſed ſuam dignitatem conſeruare non valet, po teſt per executores teſtamenti deputatos ad di- ſtribuenda bona inter pauperes, aliquid ſibi con- cedi, tanquam pauperi: de quo dicto facta eſt men tio ſuprà, eod. colum. cclxxix. verſ. ad cuius con- firmationem. Ad hoc bene faciunt, quæ de nobi- litate dixi ſuprà, in rubric. colum. xx. §. limitabis tamen. & colum. xxj. §. iſtud autem. cum ſequen. multa cumulat Bartholo. Veron. vbi ſuprà. Ad idem facit iliud, quod not. dicit Bald. in l. j. §. ſed ſcimus. C. de Latin. lib. toll. vbi dicit, not. hic mi- rabile, quòd ſi aliquis † tenetur aliquem alere, ſuf- ficit ſi faciat eum recipi in aliquo hoſpitali, vel do mo Dei, vel procuret ei aliquam præbendam. Il- lud tamen de hoſpitali dicit intelligendum, ſi ille qui debet alimentari, poteſt ibi morari ſine dede core, vel propter nobilitatem hoſpitalis, vel quia eſt viliſsima perſona, vt ſeruus. vel ſi ad eius cu- ram ipſe nõ ſufficiat, aliàs ſecus. ſecundum quem refert & ſequitur Io. de Ana. in cap. vno. infrà. de infan. lan. vel expo. iiij. colum. & Præpoſitus in d. cap. cùm haberet. ij. colum. in fin. qui dicunt hoc fore ſingulare. de quo memini ſupr. col. ccxxxvj. prope fin. Sentit ergo Bald. quòd arbitrio iudi- cis relinquitur, quando is, qui debet ali, habeat a- liunde alimenta, vel vnde ſe alat honeſtè. Adde, q̃ 10 ſi † alendus non poteſt ſine verecundia ali in do- mo eius, qui debet præſtare alimẽta, alibi alimen tabitur, vt per And. de Iſer. in conſtitionib. regni Siciliæ, fol. clxxvj. colum. iij. quem rogo videas. 11 vbi etiam ponit, an ille, qui † alimentatur ab illo, debeat illum aſſociare. vide etiã ad prædicta, quæ dixi ſuprà, §. xij. in principio. Si tamen filia na- turalis, vel ſpuria, non haberet vnde ſe honeſtè aleret vel dotaret, pater eam dotare tenetur. quia negari non poteſt, quin pater teneatur filiam ale- re, ſi filia non habeat vnde ſe alat. vt dicta l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agnoſ. non ſolùm pater legiti- mus, ſed etiam naturalis, vel ſpurius, vel quicun- que alius: quia cùm ius alimentandi deriuetur à quodam iure naturali: vt l. j. in fi. ff. de iuſt. & iure. quæ natura eſt communis omnibus filiis, tam le gitimis, quàm non legitimis: vt l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. Et propterea omnes filij à principio liberi naſcebantur: vt in auth. quibus mod. nat. effi. ſui. §. licet. collat. vij. & dictum eſt ſu prà. Sequitur ergo, quòd omnes filij alendi ſunt à parentibus: & hanc conſiderationẽ habuit æqui tas canonica, quæ voluit, q̃ pater teneatur alere filium

a Cõſidera quòd hoc vi detur intel ligendum, quãdo eſſet relictũ ali- quid annuũ pro alimen tis, quia- tũc pro illis an nis, quibus filius eſſet dines, vel poſſet ex ar te alimenta ri, euaneſce ret relictũ, vt tunc. Si autẽ ſemel eſſet relicta certa quan titas pro alimentis cũ ſtatim ſicſi lio quæſita, propter ſu- peruenientiã diuitia rũ nihil poſ ſet repeti à filio ex illa volicto, ſed ipſe poterit de eo liberè diſponere, quod vide tur corrobo rari ex l. x. in legibus Tauri. Io. Bern. Pro nobili bus pauge ribus. Not. pro eo qui tenetur aliũ alere.

Si filia non habet vnde ſe alere, vel dotare, pater tene- tur eam ali re et dotare

12 filium † legitimum, naturalẽ, ſpurium, vel inceſtuo ſum, vt in c. cùm haberet. de eo qui duxit in ma. quam pol. per adul. quod omnes æqualiter obli- gat, patrem & matrem, ſecundum eorum faculta tes. vt videtur de mente illius text. ſecundum Ab batem ibi, fi. col. in prin. hoc idem voluit Bald. cõ fil. incip. erant tres fratres. quem refert & ſequi- tur Baptiſta, in repetitione dictæ l. ſi qua illuſtris. colum. antepe. dicens. quòd licet filij ſpurij non ſuccedant matri, alimenta tamen de dote mater na habere debent, ſi non habent aliunde, vnde ſe alant. vt d. c. cùm haberet. nam per æquitatem il lius c. quilibet ſucceſſor bonorum paternorum, & maternorum, tenetur alimenta præſtare de cle mentia iuris canonici, & legis diuinæ. ſi autem te netur alere, per conſequens & dotare, cùm dos ſuccedat loco alimentorum: vt ſæpius dictum eſt. ita in terminis noſtris decidit Bart. in d. l. vxorẽ. §. pater naturalis. de leg. iij. & in l. fi. ff. de his qui- bus vt indig. & in authen. ex complexu. C. de in- ceſt. nup. Barto. & Imo. in l. Mæuius. §. duobus. de 15 leg. ij. Bald. & Ang. in l. mater. C. de iure do. Ioã. de Imo. & Ludo. & Fran. Are. & Bart. Socinus in l. j. ff. ſol. ma. Abb. in d. c. cùm haberet. ij. col. vlti- mo no. & in c. tanta. pe. col. ſuprà. qui filij ſint leg. Matthæus Mathe. in ſingulari cxlviij. incipit, no. ſingulare dictum. Idem voluit Bald. in d. conſilio, & alio conſilio incipiente, recolo. ſecundũ quod eum refert Baptiſta, vbi ſuprà dicens, quòd dictũ c. cùm haberet. facit inſurgere ius naturale, quo ad dicta alimenta, & dictam dotem. Et ſubdit, q̃ dicere contrarium eſſet vna crudelitas. nam ſi puellæ ſpuriæ non poſſent dotari, cogerentur me retricari ad verecundiam progenitorum, quod tenderet ad infamiam. Ideo concludit, quòd ſe- cundùm deum, & ſecundum mundum filię ſpurię poſſunt dotari, non obſtantibus conſtitutionibus

Quãdo cle ricus poteſt dotare filiã.

iuris ciuilis. Ex iſtis infertur, quòd clericus 13 etiam in ſacris † poterit filiam ſuam dotare, ſicut alimentare: & eſt de mente doctorum, de quibus ſuprà. & tenet Barto. in l. fi. §. ſi à ſocero. ff. de his quæ in frau. cre. & alij, de quibus paulo antè dice bam. quod procedit, non ſolùm de bonis patri- monialibus, in quibus clericus cenſetur laicus: vt no. dicit Anto. quem ſequitur Abb. in c. conſtitu tus. de relig. do. eſt text. ſecundum Ab. in c. cùm dilectus. de iure. pa. de quo exclamat Fely. in ca. quæ in eccleſiarum. de conſti. xx. colum. verſi. ter tia declaratio. & in tractatu, quomodo literæ ap. noceant patronis. in v. ampliatione. Sed etiam de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis, vel de reditibus beneficiorum: vt eſt bonus tex. cum gloſ. in c. om nino. xxxj. diſt. vbi dicitur, quòd propriam vxo- rem, & filios ſuſtinere debet clericus de bonis ec- cleſiæ. & licet loquatur de filiis ante clericatum ha bitis, idem eſt in filiis habitis per illicitum. nam licet clericus malè fecerit, tamen ex quo ſunt ge niti, non ſunt perdendi, ſed eis tanquam pauperi bus ſubueniendum. pro hoc ca. cùm haberet. & quod ibi no. ſuprà de eo qui du. in ma. quam pol luit. ita no. dicit Abb. in ca. j. ſuprà de coha. cler. & mu. Si autem alimentare poteſt ex reditibus be- neficij: ergo & dotare, cum dos ſuccedat loco ali mentorum. vt ſæpe dictum eſt. ad hoc bene facit text. in c. peruenit. de arbit. & ibi not. Abb. ij. no. dicens quòd cùm bona conſcientia, ſi clericus nõ habet bona patrimonialia, poteſt dotare soro- rem, vel aliam conſanguineam inopem, de rediti bus eccleſię. per d. c. j. de coha. cle. & mu. Idem ergo erit de filia. Cuius contrarium ſtatuit Car. Sabiñ. ſub ti. de vi. & hone. cle. inci. cùm non ſo- lum. vbi dicitur, quòd clericus non poteſt dota- re filium, vel filiam, neptem, ſeu alios deſcenden- tes, de redditibus beneficij. quod tene mẽti, quia illæ conſtitutiones fuerunt approbatæ per Pa- pam: vt dixit Ang. Peruſi. in l. apertiſsimi. C. de iu di. refert And. Sicu. in c. j. de loca. j. colum. in fin. & per iſta datur limitatio ad prædicta, vt clericus poſsit dotare filiam, vel deſcendentes ex pro- prio patrimonio, non autem ex reditibus bene ficij. Ex iſtis attentari poteſt vnum nouum, & ſingulare dictum, quòd licet patergrauiſsimum committat delictum, propter quod eius bona pu blicentur: non publicabitur legitima filiorũ, quæ 14 † ſibi debetur de iure naturæ. vt l. cùm ratio. ff. de bonis damnatorum. & authen. bona damnato- rum. C. eo. no. in c. Raynutius. ſuprà, de teſt. Et in de eſt. q. ſi † pater committit hæreſim, & vt hæreti cus condemnetur: eius filij catholici non priuan- tur ſua legitima: vt l. Manichæos. & l. quicũq;. C. de hære. & l. regni. vij. parti. ti. lxxvj. l. iij. quæ iura hodie ſunt correcta per text. in c. cum ſecundum leges. de hæreti. li. vi. cui ſtandum eſt, cùm ſit cri- men eccleſiaſticũ. c. vt inquiſitionis. §. prohibe- mus. eo. ti. & li. no. Ab. in ca. j. ſuprà de offi. ordi. Sed quamuis publicentur bona, & applicentur domino temporali: dicunt aliqui, quòd is qui ſuc cedit in bonis hæreticorum, ſaltem de quadam æ quitate, & humanitate, deberet eorum filios ali- mentare, vel aliquid pro alimentis relinquere. quoniam ex quo geniti ſunt, non ſunt perdendi: vide gl. Foro legum, ti. de las mandas. l. ix. ver. no pueda. & cùm vita ſibi relinquatur, quam ſine vir tute conſeruare non poſſunt, iuſtum eſſe dicunt, vt alimentari debeant, vel aliquid pro alimentis concedi: videmus enim, quòd reprobãtur à iure ſucceſsiones in filiis clericorum, quo ad ipſos cleri cos. Sed ius canonicum piè conſiderans reſpe ctu alimentorum, fecit eos ad aliquid ex ſucceſ- ſione ſeu donatione parentum capaces: vt d. c. cũ haberet. Et ſic pium & humanum eſſe dicunt, q̃ fiſcus ſeu dominus temporalis aliquid iſtis pro alimentis daret, aut tales ad alimentandum reci peret. ita dicebat Io. Lupi, Decanus Segobienſis, in ſuo tractatu hæreſeos. q. xix. qua pœna mulie- res & filij catholici hæreticorum ex condemna- tione paterna puniuntur. Ex quo, ſi verũ eſt, po 16 teſt inferri, quòd † quemadmodum fiſcus, aut do- minus temporalis qui ſucceſsit hęretico, tenetur filios alere: ſic teneretur filias dotare, ex quo dos ſuccedit loco alimentorum: vt ſæpe dictum eſt. hoc in terminis noſtris reperio tenere Bald. in l. fi. col. ij. verſi. & idem dico. C. de do. promiſ. vbi formaliter inquit. Et idem dico, ſi bona ſint con fiſcata ex forma ſtatuti, quod fiſcus teneatur dota re filiam ex bonis confiſcatis, per l. inſulam. in prin. ff. ſo. matr. Et omnium iſtorum ratio pen- det ex naturali vinculo, quo pater tenetur ad dotandum: vt l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & ob. hæc ille. quem nemo refert, de his quos vidi approbando, nec reprobando. Bene facit ad hoc not. conſilium Pauli de Caſtr. xiij. vbi ele- ganter decidit, patrem teneri ad dotandum fi- liam: quæ obligatio inhæret bonis eius, & tranſit

Cõſtitutio Cardinalis Sabinenſis.

An legitimi filiorũ publicetur.

Hæreſis. Lex regni.

Nota pro filijs hæreticorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum eis,ad quemcunque vadant: vt ibi per eum. de quo feci mentionem suprà,in rub. colum.lxv. alias fol.viij.colum.iij.verfic.pater vero.&c. Ad cuius confirmationem adduci posset illud mirabile dictum Gui.de Monte.in cle.pastoralis.§.cæterùm.de re iud.& ibi Io.de Imol.vbi dicit,quòd portio iure naturæ debita filius, si aliàs penitus egeant, non est eis propter delictum, etiam grauissimum auferenda:vt d.c. Raynutius.cum aliis, de quibus suprà. Vnde subdit, quòd si filij audita condemnatione patris, suam partem naturalem furtim,vi,vel dolo asportent: non tenẽtur saltem in foro animæ restituere principi: quia iure sibi retinent.vide glos. in dicta l.ix.verfic. no pueda. Quod vltimum ego intelligerem,quando filij essent constituti in extrema necessitate,quæ omnia faceret:iuxta ea quæ dixi in rubr.colum.ccxxxv. verfic.intellige prædicta. Itaque necessitas sit causa retinendi alienum, non autem ius,quod filij in bonis patris prætendunt, ratione legitimæ. nam illa in hoc casu omnino perditur,& perdi potest, propter delictum hæreseos: vt c. cùm secundum leges. imo etiam per contractum & æs alienum patris.vt l.Papinianus.§.quoniam. ver. quarta autem.ergo & per delictũ,quando de iure ciuili debetur, quamuis instinctu naturali: ideo per statutum municipale tollitur:vt not.per Dy.in reg.indultum.de reg.iur.lib.vj.& per alios,de quib.suprà,iij,not.§.iiij.in prin. versi.& inde.& per hoc doctores in d.cle.pastoralis.reprehendunt dictũ Guil.signanter Benzelli.ibi,prope fin. super ver. naturalis existat.& Bonifac.pen.col.versi.constat autem.& Ioan.de Imo.ix.col.ver.iu.§.cæterùm.

De filijs nate ante delictũ patris

Possent forte ista dicta procedere(salte de æquitate,licet non de iuris rigore)respectu filiorum, 17 qui nati fuerunt ante delictum patris: quoniam ex quo antequam pater delictum commisisset, ip se eiúsque bona erant obligata pro alimentis filiorum,& pro dote filiarum, vt suprà dictum est, ad quemcunque vadant eius bona, trãseunt cum onere suo:vt dicebat Paul. de Cast. in d. consil.& facit tex.in c.pasto. suprà,de deci. cum concord. Secus si nati essent filij post delictum patris: quia tunc eo ipso bona paterna sunt confiscata,& tanquam alienata non potuerunt obligari pro alimentis,vel doribus filiorum. Ad hanc concordiam bene facit illa pulchra decis. Cald.consil.iij. sub tit.de hæret.incip.an filij orthodoxi.vbi not. 18 decidit,quòd † filij orthodoxi hæreticorum ante crimen hæresis commissæ per patrem,nõ afficiuntur pœnis inductis a iure:& maxime illa, qua excluduntur ab honoribus,& officiis publicis.mouetur per texr.in l.emancipatum. ff.de senat.cum 19 materia sua. Item quia† filius antea natus,ex superuenienti dignitate in personam patris,nõ consequitur priuilegiũ, vel honorem: vt l.si senator. C.de dignit.lib.xij.& l.filij.§.senatores.ff.ad municip. & per consequens, si non honorem, ergo nec pœnam, vel onus: vt l.ex qua persona. ff.de reg.iur. De ista decisione Cald.meminit Domin. in cap.secundo,de hæret.libro sexto.& Io.Andr. in cap. vergentis. prope finem. eodem titulo, in antiquis. Ad quæ faciunt i.j.§.fin.ff.de bo.poss. contra tab.& l.si necem.§.si deportatus.ff de bo. lib.per quæ iura filij iam nati, propter superuenientem casum in personam patris,non repelluntur à successione. Item quia plus debet operari fauor proueniens ex persona aui, & aliorum de progenie orthodoxorum,quo ad euitationẽ pœnæ in orthodoxos filios iam natos, quàm odium paternum ad pœnæ inductionem:argu. d.l.iij.de interdict.& releg.maximè si fit circa ea,quæ à patre non prouenerunt,sed omnino extrinseca: vt l. iij.ibi:quæ ciuitatis vel natura,&c.& ita dicit terminare Pe.per d.l.mancipatũ & per l. diuo Marco.C.de quæstion. pro qua determinatione satis videtur expressus casus in l.ij.C.de libe.& eorum 20 liber.vbi † ingratitudo patris non nocet filiis antea natis, sed postea nascituris. Ex quo notat ibi Bald.in prin. quòd delicta parentum non nocent filiis antea natis,sed postea nascituris. Ex quo di 21 cebat ibi gloss. quòd si † vasallus commisit feloniam,nõ aufert feudum filiis primo natis. de quo dic latius per Bal.in l.qui se patris.C.vnde liberi. col.vj.& in l.lege duodecim tabularum.C.de leg. hæred.Ratio diuersitatis est,quia filij postea nati, nascuntur ex sanguine improbato,& contrahunt rubiginem à linea iam intecta.vnde præsumendũ est,quòd laborabunt eodem morbo,& vitio,quo pater.vt l.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest.canonizata vj.q.j.c.si quis de potentibus. à quibus sumpta fuit lex regni vij.parti.tit.xij.l.ij.Quod non est in filiis antea natis,in quibus cessãt illa præsumptio, ex quo illo tempore pater erat bonus fidelis, & catholicus.Et subdit Calder.quòd hic intellectus est magis fauorabilis,& consonat æquitati,maximè vbi de admittendo filium orthodoxum ante natum ad officia & honores agitur:quæ acquisita filio non transierunt ad patrem, vt l. diui fratres. & ibi not.ff.de iure pat. Nec obstat,secundũ eum, quòd iura indifinite loquũtur de filiis. quia cùm sit eadem ratio particularium contentorum sub indifinita,distinguendi sunt filij antè nati à natis postea,vt est dictum. Et secundum hoc intelligit, & limitat c.quicunque.& c.statutum.el ij. de hæret.lib.vj.quia licet fateamur, quòd loquantur de filiis illorũ,qui tales esse, vel tales decessisse probantur,tamen intelligi debent,non indistinctè in omnibus filiis,sed in natis tãtum post crimẽ commissum,& non in natis ante,per iura prædicta.Ista sunt fere verba Calder.vbi suprà,cuius non est leuis authoritas. de quo meminit Dominic. in d.c. ij.§.hæretici.in fi.de hæretic.libr.vj. & doctor de Villa Diego,episcopus Quetensis,in suo tractatu hæreseos.q.xxiij.prope fin.qui dicit, quòd ad huius confirmationem potest adduci, quod in simili not.Cy.in d.l.quisquis.circa filios illius,qui commisit crimen læsæ maiestatis. Sed in contrarium facit quod not.ibi Salyce. qui tenet illam pœnam etiam habere locum in antea natis, cùm non minus in eis hæreditarij criminis exempla sint mutanda: & quia iura generaliter loquuntur. Nec obstant iura in contrarium adducta, quoniam propter grauitatem criminis, contrarium statuitur in eo. & per easdem rationes idem dicit episcopus Quetensis in crimine hæretis, cum sit longe maius, vt capitulo,vergentis. infrà,de hæretic. Ad hoc facit textus apertus secundum eum in dicto capit.statutum.§.fina.ibi, vel talis etiam decessisse probatur. Ex quo innuitur sufficere, quòd patres in eorum morte fuissent hæretici. nec potest dari conueniens solutio ad illum textum. Ad idem facit capit.filij. eodem titulo, & libro. quod loquitur de illis, qui ostendunt signa hæretis,

hæres,cùm decumberent in lecto, propter infirmitatem ex qua decesserunt. Hæc quæ sunt in hoc articulo,scripta reperio:quibus nihil addendum duxi, quamuis nonnulla sese offerebant dicenda. omisitamen, quia articulus est non parum dubitabilis & satis periculosus, quamobrem cogitandum & decidendũ relinquo his, quibus deciden di authoritas est concessa, & redeo ad propositũ.

Pater tenetur alere & dotare filiã illegitimã vbique.

22 Tenetur pater † alere & dotare filiam illegitimã quæ aliunde non habet,non solùm in terris ecclesiæ,vbi ius canonicum & æquitas canonica: d.ca. cùm haberet.sine dubio seruanda est, vt dicebat Ioan.de Imol.in l.Lucius.§.intestato.de legat.j.& Alex.ibi.& in l.j.ff.solut.matrum.& consil.lxxiiij. incip.circa primum dubium.ij.colum. in fi.in iij. vol.& Franc.Aret.solenniter consil. xlviij.incip. reuocatur in dubium. facit quod in simili dixi suprà,colum.cclxxv.in princip. Sed etiam in terris imperij & vbique locorum,quia vbi militat ratio naturalis & æquitas,qua pater tenetur alere filiã & consequenter dotare: vt sentit glos. & clarius Ant.in d.cap.cùm haberet.Ang.Aret.Inst.de iur. natu.in prin.colum.ij.qui latius loquitur.de quo etiam per Franc.Aret.consil.xlviij.incip.in Christi,&c. Non obstat subtilis inductio Alex.in l.j.ff. solut. matrimo. quam pro contraria adducebat sententia,dando dissimilitudinem inter dotem & alimenta:de qua feci mentionem suprà, columna ccxcvj.verf.ad simile. nec inconueniens,quod dicit resultare parti ex vnica solutione dotis, cùm minutatim teneretur alimenta præstare: vt ibi latè per eum.Quoniam facilis est responsio.Primò 1 quòd assignetur vsufructus rei pro dote:nã tunc non vnica erit præstatio, sed per menses, vel annos,prout est reditus rei.l.dotis fructus.§.si vsus fructus. ff. de iure dotium. vel si integra soluatur dos,& antequam pater teneretur alimenta integra præstare, hoc tolerandum est fauore matrimonij & dotis.iuxta not.in dicta l.prima.ff.solu. 23 matrimo.Nam si † debitor fisci imminente necessitate,tenetur soluere ante tempus: vt dicta l.prima.C.de cond.ex lege.pari,imo fortiori ratione pater pro dotanda filia,vt non meretricetur, & vt peccatum euitetur: præsertim cùm in dubio fauenda sit opinio, quæ stat pro matrimonio, & dote.l. ambiguis.ff.de iure dotium.cap.quamuis. 24 de re iudic. Adde prædictis,quòd † princeps potest dotare filias suas spurias:vt not. voluit Bald. in c.primo.colum.secunda. verfic. vidi dubitari. suprà,de constitut.

SVMMAE RERVM.

1 *Pater non potest relinquere vel legare filio spurio pro alimentis vnum magnum podere, sed solum vsque ad modum alimentorum.*
2 *Executor testamenti,vel episcopus, an possit concedere hereditatem spurij testatoris.*
3 *Alimenta quæ dantur miserationis causa, non debentur secundum dignitatem, sed secundum necessitatem.*
4 *Dos data vel assignata filiæ illegitimæ, vel spuriæ, an trãseat ad suos hæredes.*
5 *Legatum factum spurio pro alimentis, non transit ad hæredes spurij.*
6 *Legatum annuum factum pauperi, censetur legatum ad alimenta.*
7 *Ius accrescendi non habet locum in legato alimentorum.*
8 *Ius accrescendi an habeat locum in legato dotis.*
9 *Fiscus in bonis paternis succedens, an teneatur filiam alere, aut dotare.*
10 *Filiæ spuriæ vel incestuosæ, an possit pater aliquid relinquere vltra alimenta.*

§. XXIIII
Dos constituitur filiæ naturali vel spuriæ ad modum alimentorum.

IN constituenda tamen dote à iudice, vel à patre pro filia naturali,vel spuria, non sunt habenæ laxandæ,sed solùm vsque ad modum alimentorum,& non vltra,secundum Bald.in d.l.fina.ff.de his quibus vt indig.ij.colum.& consil.incipien.ad euidentiam, quem refert & sequitur Baptista in dict.l.si qua illustris.antepen.colum.dicens,quòd pater filiam spuriam dotare potest vsque ad quantitatem alimentorum, ita quòd habeat alimenta perpetua, secundum qualitatem status sui: quia quod ob hanc causam permittitur, ab eius causa limitatur, & moderatur,quod arbitrio iudicis cõmittitur.& ita ius canonicum & ciuile concordãt: vt dicto cap.cùm haberet.& l.Lucius. de instit.& substit. De doctrina Bald.in dicta l.fina.meminit Alexandrinus in cap.j.§.similiter.in fin.tit. de capitulis Corrad.lib.feudorum.Et propterea dicebat ipse Bald.in l.eam quam.x.colum.C.de fideicom.& refert & sequitur Angel.de Aret.in §.nouissimè.ij.colum.Instit.ad Orficianum.And.Sic. in cap.cùm tibi.xvij.colum. suprà,de testam.Nic. de Vbaldis in tract.de succesio.ab intest.charta vj.iij.colum.& Bald.Nouel.in tracta.de dote.vj. parte.xvj.priuilegio.iij.colum.quòd pater † non potest relinquere vel legare filio spurio pro alimentis magnum podere, sed solùm vsque ad modum alimentorum,& non vltra. argum.l.fin.ff.de exercito.vbi dicitur, quòd si in ea causa fuerit natus,vt refici deberet:multo tamen maior pecunia credita fuerit,quàm ad eam rem esset necessaria: non deberet in solidum aduersus dominum nauis actio dari,quia causa certis finibus circumscripta effectum producendum limitat, & restringit, vt ff.de acquir.poss.l.si is qui animo. & l.in agris.ff. de acquir.rer.do.& l.age cum Geminiano. C.de transact.cum simil.de quibus per Felyn. in c.cùm ordinem.de rescript.v.colum.ver.limitata causa. Idem in effectu voluit Bald.in l.j.v.colum.verfic. iuxta hoc quæro.C.de sacrosanct.eccles.& in l.id quod pauperibus.pen.col. verfic. aduerte. C. de episc.& cler.& consil.lxxv.iij.volum. incipit, videtur quod electio.vbi dicit,quòd † executor testamenti, vel episcopus nõ potest liberaliter concedere hæreditatem spuriis testatoris, alimenta tamen potest eis concedere,vt d.c.cùm haberet, non tamen prætextu alimentorũ potest sibi conferre omnia bona,vel maiorẽ partẽ bonorũ.arg. l.si.ff.de exer.quã ad hoc reputat valde no.Idem sentit ille in l.illa institutio.ff.de hære.inst.ij.col. ver.iuxta hoc quæro. Et istud teneas, quamuis aliud sentiat idem Bald.in c.j.§.furtum. j.col.de pace iur.fir.lib.feud,de quo meminit And.Sicul. in c.Raynutius.de testa.viij.col.in rep. Si autẽ detur in magna quãtitate,ita q̃ excedat modum, tunc præsumitur fraus.arg.l.j.C.de nat.lib.secundum Bar.in d.l.si.ff.de his quib.vt indi.& bene facit l.omnes.§.Lucius.ff.de his quæ in frau. credi. secundum Bal.in d.l.eam quam.x.col.ver.sed hic subiungitur. Vt autem scias, vtrum excedat mo-

Opinio cõtraria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum alimentorum, vel non, æstimabitur quãtum viuere potest is, cui alimenta relinquuntur. ff. ad l. Falcid. l. hæreditatem, & si res legata non valet plus, quàm iste dubius euentus, capiet etiam plenam proprietatem, & perpetuam. secus si testator eam rem legasset in alimenta: quia tunc extingueretur legatũ legatarij morte: vt not. ff. de transact. l. cùm hi. §. si vni. Ista sunt verba Bal. consil. cclxxx. in fi. incip. quæritur in primis. in iij. vol. de quo tamen latius disseremus. Quinimo non valet in eo, quod exceditur: vt sentit Bald. in d.l. eam quam. Iaco. de Aret. quem refert & sequitur ibi Bal. in l. si maritus. ff. solut. matrim. dicens, ℘ 5
3 alimenta † quæ dantur miserationis causa, non debentur secundum dignitatẽ, sed secundum necessitatem viuendi, quod est valde not. Cùm autem spuriis debeantur alimenta miserationis causa, vt d. cap. cùm haberet. non debet haberi respectus ad dignitatem eius, cui præstantur. pro alimentis, quæ miserationis gratia præstantur, hodie est quinta pars bonorum. vt l. Tauri ix. & x. & ibi tetigi. Ex quo sequitur, quòd in eo quod excedit modum alimentorum, mortuo patre, possunt eius hæredes petere à filia, postquam ad filiã est dos reuersa, soluto matrimonio: quia filia habet titulo donationis lucratiuo: sed pater filio spurio non potest donare: vt l. j C. de natur. lib. & sic 6
debet intelligi, quod voluit Bart. in dicto consil. cxix. A marito tamen constante matrimonio, cũ habeat titulo oneroso, non poterit renouari: vt mirabiliter decidit Bart. in d.l. fin. ff. de his quæ in fraud. cred. quem sequitur ibi Ang. & in l. ignoti. C. de reuo. his quæ in fraud. cred. Bald. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. Ang. de Are. in §. si res aliena. ij. col. Inst. de lega. & in §. item si quis
7 in fraudem. iij. col. Instit. de actio. Campetius in suo tractatu, de dote. j. par. q. xlviij. ad cuius confirmationem facit lex regni, de qua suprà, §. xxij. versicu. si autem dos. Sed quamuis hæc doctrina communiter teneatur, reperio tamen, quòd Nic. de Vbald. in suo tractatu, de succes. ab intest. char. viij. fin. col. eam reprehendit, sic dicens. Ego credo, quòd etiam constante matrimonio, quatenus excedit, possit reuocari: quia si à principio non valuit constitutio, secundum ipsummet Bar. in d. l. fin. ff. de his quib. vt indig. qui dixit videri factum in fraudem. & Bald. in d.l. eam quam. non potuit ex postfacto conualescere: vt regit. non firmatur. de reg. iur. lib. vj. cum vulgar. Imputare ergo debuit sibi maritus, qui cum tali contraxit: debuit enim cautius negotiari. arg. c. nuper infrà, eod. Et hoc videtur mihi de iure verius: nam si dotem im mensam datam filiæ legitimæ à patre, eo mortuo possunt filij reuocare in eo, quod excedit, etiam constante matrimonio, vt dixi suprà, col. cccxxx. verfic. sed quamuis. fortius erit in filia illegitima. Vno tamen casu posset saluari decisio Bart. & sequacium, si maritus, quando matrimonium contraxit, ignorabat eam spuriam, vel aliàs illegitimam: nam tunc ex quo valet matrimoniũ, per ea quæ not. in c. ij. suprà, de coniug. seruo. per Anto. in rubr. de sponsa. valebit etiam constitutio dotis quo ad commodum mariti. talis enim error facti non habet nocere marito qui eam legitimam putauit. ar. c. lator. & ca. ex tenore. suprà, qui fil. sint leg. & l. regula. ff. de iur. & fac. ign. & l. qui contra. C. de incest. nup. ibi, exceptis tam fœminis, quàm viris, qui aut errore artissimo, non affectata simulatione, nec ex causa vili decepti sunt. Vnde ex quo maritus de fraude non participauit, iustum est, quòd ab eo dos data non auferatur. ita dixit Nico. de Vbald. vbi suprà. quod mihi satis placet, & est decisio paucis not. Aliud adhuc non est dimittendum, quòd ista † dos data vel assignata spuriæ, vel aliàs illegitimæ, debet esse penes ipsam dum viuit, non tamen eam ad suos hæredes transmittit, imo ea mortua, dos redit ad patrem, vel eius hæredes. Istud fuit de mente Bald. in d.l. eam quam. x. col. C. de fideicom. & consil. cccclvj. in fi. incip. quidam Franciscus. vbi dixit, quòd † legatum factum filio spurio pro alimentis, non transit ad hęredes spurij, quia non ratione eroprietatis, in qua non valuit legatum, nec ratione alimentorum, quia cum vita finiuntur. vt l. cùm hi. §. si vni. ff. de transact. & l. dominus. §. fin. ff. de his quibus vt indig. in repet. refert & sequitur Baptista in repet. l. si qua illustris. C. ad Orfic. colum. antepenultimo dicens per hoc, quòd si pater legasset filio suo spurio pro suis alimentis domos, & massarias & prędium, tamen si ex fructibus potest ali, proprietas remaneret apud hæredes dicti patris. quod mihi satis placet, & secundum hoc intelligo prædicta. facit quod voluit Bal. in l. antiquitas. C. de vsufr. ij. colum. vbi dicit, quòd legatum † annuum factum pauperi, censetur legatum ad alimenta, vt d.l. cùm hi. §. si vni. ff. de transac. Sed legatum alimentorum impossibile est transmitti, quia persona cohæret. facit dicta l. dominus. §. j. ff. de vsufr. vbi dicitur, per fideicommissum fructu prædictorum ob alimenta libertis relicto, partium emolumentum, ex persona vita decedentium ad dominum proprietatis recurrit. Ex quo inferunt ibi Bald. & Ang. quòd in legato † facto ad alimenta, non habet locum ius accrescendi, quia istud legatum naturaliter est à iure taxatum. Vnde non recipit augmentum. Idem dicunt in legato vestitus. Hoc in fortioribus terminis voluit Baldus. in lege prima. §. ius naturale. in fine. ff. de iustit. & iur. vbi dicit valere statutum, tollens vel minuens legitimam præter quàm in alimentis quæ peti possunt, non obstante statuto, fauore alimentorum. idem Baldus in lege prima. §. ius naturale. in fine. ff. de iusti. & iur. & in lege cunctos populos. columna secunda. verficulo hoc primo quæro. C. de sum. trin. & fid. cat. & in authen. nunc autem. & in l. cum lege. C. de epis. & cleric. & in l. fin. §. ipsum. C. de bo. quæ li. Abb. in capitul. Raynutius. iiij. colum. versic. ego crederem. de testa. suprà, cuius memini sup. fo. lxxix col. ij. verbo, ex quo infertur. Et subdit Bald. in d. §. xix. naturale. mirabile verbum, ℘ cùm sit personale, non transmittatur ad hæredes filij. & ita vult Bald. quòd licet statutum possit tollere legitimam filij legitimi, nihilominus filius potest alimenta petere. hoc tamen, quod pro alimentis sibi datur, non transmittit ad hæredes. vide eundem Bald. in l. cum lege. ad fin. C. de epis. & cle. & consil. cccl xxx. in fi. iij. volu. cuius pauloante memini. vide quod est admiratione dignũ, amplians ea, quæ de filio spurio vel illegitimo dicta sunt, vt procedant etiam in filio legitimo. quod tamen non est mihi sine scrupulo, cùm legitima, quæ debetur filio, sit eius patrimonium, quod est transmissibile ad hęredes, ergo & illud, quod pro alimentis

Mortuo patre fratres possunt reuocare dotẽ sororis immensam.

Lex regni. Determinatio contraria.

Quãdo maritus ignorat eam spuriam.

Dos filiæ illegitimæ nõ transit ad hæredes.

In legato alimentorũ nõ habet locum ius accrescendi.

Si statũ tollit legitimã filij, nihilominus potest petere alimenta, quæ nõ transmittit ad hæredes. Determinatio contraria.

alimentis sibi datur, transmittitur. Cogitabis. Si autem illud, quod pro alimentis datum est istifilio, finitur cum vita sua, & non transmittit ad hæredes; ergo nec per consequens dotem sibi loco alimentorum assignatam: quia subrogatum in locum alterius, debet sapere eius naturam: vt c. ecclesia sanctæ. suprà, vt lite pen. cum concordatiis. de quibus ibi per glo. Istud tamen debet intelligi, quando pater inuitus ad mandatum iudicis, assignaret dictam dotem. quia tunc non transit ad hæredes filiæ illegitimæ. secus si pater volens eam assignauit, & voluit eam transmitti ad filios eiusdem filiæ, quod potest facere: vt l. fi. C. de nat. 9
li. tenet Bar. in d.l. fi. ff. de his qui. vt indig. Franc. Cardi. in dicto c cùm haberet. Bar. Veronensis in suis caute. xxxvij. inci. nunc videamus. Et vide
8 tur de mente Bal. & Ang. in d.l. dominus. §. j. dum dicunt, quòd in legato † dotis habet locum ius accrescendi, quia recipit augmentum & diminutionem: vtl. quod dicitur. ff. de impensis. & ideo si puellis maritãdis relinquatur certa dos, ita quòd inter eas sit coniunctio realis, vel verbalis, aut vtraque, altera earum mortua, non cedente die legati, eius portio accrescit coniunctis, secundum Ange. quia videtur hoc processisse à voluntate disponentis, vt in casu nostro. Alio etiam casu, dos prædicta, mortua filia, non redit ad patrem, vel eius hæredes: scilicet quando statutum est in loco, quòd vxore prædecedente in matrimonio sine liberis, vir lucretur dotem, vel certã partem ipsius: nam tunc lucrabitur maritus super viuens totum fundum datum in dotem pro alimẽtis, vel partem ipsius, prout dictat statutum: quia cùm tale lucrum caussetur ex iuris necessitate, in illo pater nil potest contra filiam, sed maritus lucrabitur in compensationem onerũ matrimonij. Et dato, ℘ diceretur merum lucrum, quo ad virũ idem dicendum esset, quia non reperitur iure cautum, ℘ pater non possit donare marito talis filiæ: imò etiam potuisset facere per pactum sine statuto, ex quo ex tali pacto nihil filiæ quæritur. Ità tenet Bal. Nouellus in suo tractatu, de dote. vj. speciali. quòd dicit fore not. refert & sequitur Bulgarinus, in repetitione l. j. xxxvj. col. ff. so. ma. quod tamen ipse intelligit, vbi ille fundus esset datus in dotem. secus vbi fructus ipsius tondi essent dati in dotem pro alimentis: iuxta text. in l. dotis fructus. §. fi vsusfructus. ff. de iure do. & l. inj. ff. de pact. do. tunc enim, quia ius datum in dotem perit morte: vt §. finitur. Insti. de vsufru. cum fi. non poterit maritus aliquam partem lucrari l. quod in rerum. §. j. de leg. j. & l. vxor patrui. C. de lega. & vtrobique no. Alio etiam casu crederem prædictã dotem transire ad filios, quando res legata erat parua, vel modicæ æstimationis, ita quòd illa vendita, seu eius proprietate, vix sufficeret ad alimenta: secus si eius fructus sufficerent. Nam tunc redire debent ad patrem, vel eius hæredes. vt expresse voluit Baptista, in repetitione dictæ l. si qua illustris. C. ad Orfician. column. antepe. vt suprà dictum est. & satis mihi placet. Imò plus attentari posset, quòd cùm hodie per leges regni patri permittatur donare quintam partem bonorum suorum, cui velit, etiam inuitis filiis legitimis: quòd hanc quintam potest dare in dotem, vel in donationem propter nuptias, filiæ, vel filio spurio: non solùm quo ad vsumfructum, verùm etiam quo ad proprietatem: cùm ex hoc in nihilo præiudicetur filiis legitimis in sua legitima, intelligo. dummodo non excedat modum alimentorum, quorum ille est capax: per dict. capitu. cùm haberet. Ex quo aliàs in contingentia facti dicebam, quòd si clericus in suo testamento instituit aliquem hæredem, qui accommodauit tacitam fidem, de restituendo filio clerici, quamuis ex iuris dispositione auferuntur ab hærede instituto bona tanquam ab indigno, nihilominus spurius filius habebit alimenta ex bonis patris, cùm respectu alimentorum erat capax, & publicè & occultè sibi relinqui poterant, præsertim cùm † si
10 secus in bonis paternis succedens, teneatur filiam alere, aut dotare, vt suprà dixi, colum. cccxl. & sequenti. quod not. & est magna extensio ad dict. c. cùm haberet. Cogitabam tamen, quòd si forte dici possit, quòd ista procederent in filia spuria, vel incestuosa, cui si pater vellet aliquid vltra alimenta relinquere, non possit, vt suprà dictum est. nec pater tenetur eam dotare, eo quòd dos sit debita, sed quia alimenta debentur. Vnde hoc casu mortua filia, res illa in dotem data reuertitur ad patrem, vel eius hæredes, quia intelligitur fuisse data respectu alimentorum, quæ finiuntur, vt suprà dixi. & ita finita causa alimentorum, finitur etiam ipsa dos, quæ pro ipsis alimentis fuit data. Sed vbi essemus in filia naturali, cui pater potuisset relinquere, & donare, & quam dotare tenetur pater naturalis, virtute legis, quæ ad hoc ipsum obligat, vt sentit Ioan de Imo. in dicta l. prima. ff. sol. ma. & in l. Mæuius. §. duobus. de leg. ij. dixi suprà, colum. cccxxxv. versicu. considerabis etiam. ergo & dotare, dummodo non excedat quintam partem bonorum patris. Vnde merito transmittit ipsam dotem ad suos hæredes, vel posteros. Hoc reperio tenuisse Bulgarinum in repetitione dict. l j. xxxv. col. ff. fol. ma. quod est satis notandum pro filiabus naturalibus, nec alibi reperio tactum. Super his omnibus in curiis Taurinis sæpe clamaui, vt fieret lex, quæ huiusmodi ambiguitates remoueret, & tandem me instante, edita est lex ix. quæ incipit, Ios hiios bastardos. & lex x. vbi dicitur, quòd pater vel mater potest relinquere filiis ex damnato, & punibili coitu natis. in vita, vel in morte, quintã partem bonorũ suorum, de qua filij possint ad libitum disponere in vita vel in articulo mortis, etiam quantum ad proprietatem. Nec facit differentiam illa lex, an illa quinta excedat modum alimentorum, nécne, imò indistincte vult. quòd illa, etiam quo ad proprietatem, possit tali filio relinqui: vt ibi, & l. x. quas leges tene perpetuo memoriæ. quia vtilissimæ sunt ad prædictorum indubitatam decisionem. Intellige tamen, nisi ex paterna dispositione aliud appareat: videlicet, quia vult, quòd habeatur ratio ad necessitatem alimentorum in vita, & non vltra: vt in præcedentibus tactum est. & secundum hoc pater insolidum filio naturali poterit donare quintam partem bonorum suorum in vita vel in mortae. vt l. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem creditor. & ibi notauit Bartol. & alij. ad idem l. Lucius. ff. mandat. per Ludouic. consilio xlij. in princ. versi, ad secundum. verùm etiam spurio ex quocunque coitu nato: quamuis de iure ciuili contrarium esset dispositum: imò quòd spurio nil poterat relinqui. authentic. ex complexu. C. de incest. nupt.

Pro filia naturali.

Si res data esset parua.

De iure regni pater potest dare in dotem filiæ spuriæ quintã partem bonorũ, etiã quo ad proprietatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hanc igitur donationem, vel dotis constitutionem, spuriæ filiæ datam, filius legitimus, vel quiuis a alius proximior eius, reuocare non poterit. cùm datum ad alimenta reuocari non posit, & eadem ratione nec datum pro dote, quod succedit loco 2 alimentorum: quoniam ista ad paria iudicantur: vt sentit Cyn. in l. non omni. C. de adminis. tuto. secundum Bart. Flor. & alios, in l. Mænius. §. duobus. in fine. de lega. secundo. & dictum est in præcedentibus.

a *Adde Segur. in rep. l. j. §. sciri. ff. de acqui. poss. fo xvij. colum. j. Ioan. Ber.*

SVMMAE RERVM.

1 *Testator debet habere liberam testandi facultatem.*
2 *Filia incongruè dotata, an possit agere ad supplementum dotis.*

ISTIS ergo sic consideratis, iudex compellet patrem assignare congruam dotem filiæ. & si pater ad hoc condemnatus recusat soluere, poterit cogi mulcta indicta, vel pignoribus captis, & etiam si opus fuerit, ponendo ipsum in carceribus, prout ad ipsum cogi potest, circa alimenta filio præstanda: vt dicta l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agno. cùm hæc sit obligatio quædam legalis: vt dicta l. fin. C. de dot. promi. & l. qui liberos. ff. de ritu. nup. & l. obligamur. ff. de act. & oblig. ratione cuius obligationis potest quis præcisè compelli ad factum. per id quod habetur in dicta l. stipulatio. §. fiue autem. ff. de no. ope. nun. & per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in viij. q. ff. de verb. obli. facit quod not. in l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tuto. Et hoc non solùm cùm filia hoc peteret, vel maritus pro ea, adeundo prætorem, & querimoniam exponendo contra patrem, & per modum honestum cupiendo maritari, diceret, volo esse mater, volo filios procreare: prout similis locutio ponitur in capit. ad fidem. suprà, de frigid. Sed etiam si prædicta filia præ rubore pudicitiæ non auderet per seipsam comparere: nam tunc possent consanguinei & cognati sine alio mandato comparere coram iudice & petere talem patrem debere cogi ad maritandum, & congruè dotandum dictam filiam, cùm ratione coniugij possint aliàs cognati adire prætorem: vt l. si cùm dotem. §. finautem. ff. sol. matr. Quinimo, quod plus est, si fortè consanguineos non haberet, vel si haberet, nolunt tamen suscipere hoc onus adeundi iudicem, & ipsa foret iam matura viro: tunc iudex ex officio suo debet, & potest impartiri officium suum, & cogere talem patrem constituere congruam dotem: vt est tex. not. in l. iij. post princ. ff de iure dot. ex officio suo supplendo fauore matrimonij, dotis, & reipublicæ, qui fauor versatur super dote: vt d. l. j. ff. solut. matrim. fauor enim publicus hoc operatur: vt tradit per Innoc. & alios in capi. ad nostram. el ij. suprà, de iureiur. & in cap. bonæ. suprà, de postul. prælato. facit in simili text. in l. curent. ff. de testa. secundum intellectum Odof. † vbi probatur, secundum eum, quòd si aliquis vellet testamentum facere, & non audet propter timorem proximorum & consanguineorum, qui impediunt ipsum, forte ægrotantem, & tenentem accelerationem mortis: potest iudex ex officio suo accedere ad talem infirmum, & adhibere testes, & notarium, vt sic illi non tollatur libertas testandi: quam quidem libertatem quilibet debet habere: vt l. j. C. de sacr. sanct. eccles. a ratio est, quia versatur fauor publicus, vt testamenta fiant, & suum possint habere exitum: vt l. vel negare. ff. quemad. testa. ape. Sed est pulchra dubitatio, an †filia incongruè dotata à patre, vel fratre, considerationibus, de quibus suprà, poterit agere ad supplementũ dotis congruæ. vide Bal. in authent. res quæ. C. communia de leg. Cy, meminit Lau. de Palatiis in suo tract. de statuto fœminas excludente. quem rogo videas, quia pulchrè loquitur. vide etiam Pau. de Cast. consil. ccvj. Item est alia non minus vtilis dubitatio, pater habens filiam ex prima vxore præmortua, & bona matris, habet etiam filios ex secunda, est inops, non habet alia bona, nisi illius vxoris prædefunctæ, an cogitur illa bona dare in dotem filiæ, quo ad proprietatem, & vsumfructum, vel partẽ ipsius sibi pro alimentis retinere? Vide Andream de Isern. in constitutionibu regni Appuliæ. folio clxxj. columna fin. vbi post alios latè ac diffusè prosequitur. videas per te.

Ad cuius instantiã ista remedia sũt exequenda.

SVMMAE RERVM.

1 *Præferens filium minus meritum an peccet.*
2 *Eligere meliorem an teneatur, qui eligendi habet potestatem.*
3 *Executor datus ad eligendum pauperes, vel alios, satis facit eligẽdo idoneum pauperem licet alius sit pauperior.*
4 *Eligi an semper debeat melior & numero 10.*
5 *Feudum ad omnes filios æqualiter pertinet, potest tamen pater in testamento vni ex filijs prælegare.*
6 *Pater an de bonis paternis possit meliorare vnum ex filijs plus quam alios.*
7 *Primogenitus an debeat semper præferri.*
8 *Feudum si æqualiter duabus fœminis pertineat, de minus eligit quam vult.*
9 *Sacerdos an licitè revelare possit ea quæ sibi dicta sunt in confessione.*
11 *Prælatus promouens indignum, an teneatur ecclesia ad interesse.*
12 *Melior quis dicatur.*
13 *Episcopus in conferendo beneficium, an debeat præferre meliorem bono.*
14 *Melior quis dicitur dupliciter.*
15 *Electores prælatorum an teneantur eligere meliorem.*
16 *Theologus in electione ad prælaturam vel episcopatum an sit præferendus Canonistæ.*
17 *Promouentes scienter indignum ad ordines vel curam peccant mortaliter.*
18 *Actum faciendi si alicui datur libera potestas, debet in eo seruare canonicam formam.*
19 *Quilibet præsumitur bonus nisi probetur contrarium.*
20 *Facultas vel rescriptum datum alicui ad faciendum maioratum de bonis suis vel maioris partis, est odiosum & non fauorabile.*

RESTAT nunc examinare vnum quotidianum, & pro animabus satis vtile, cùm pater possit dare filiæ in dotem tertiam & quintam, & insuper legitimam bonorum suorum, vt dixi suprà. §. xxij. versiculo, intelligo autem. nunquid hoc

§. XXVI. *An & quando pater forè minus potest meliorare filiũ vel maiorem ex filijs.*

hoc facit salua conscientia? Eadem quæstio est de illo, qui habet facultatem à rege, vel principe, ad a faciendum maioratum de bonis suis: numquid peccat, si illa vtatur facultate? Pulchra est quæstio quam tetigi suprà §. xxj. & promisi discutere. Præ supposito igitur, quòd lex prædicta est iusta, ex quo assignat filiis legitimam pro alimentis. vel facultas regia, ad maioratum faciendum, interueniente iusta causa, quando alimenta aliis filiis relinquuntur. quo casu non solùm potest minui legitima filiorum, sed in totum tolli, vt ibi dixi. videtur, quòd pater hoc possit facere salua conscientia: quoniam lege permittente hoc facit, quando filia dotata vltra legitimam, vel filius aliàs melioratus, vel electus ad maioratum esset dignus. & bene meritus: aliàs secus. Vnde si ex 1 affectione pater vel mater † præferret filium minus meritum, peccaret: quoniam lex regni, aut facultas regia, ipsum patrem inter filios quodammodo iudicem constituit, dando facultatem eligendi, quem maluerit filium, & (vt ita dixerim) distributiuam iustitiam exercendi. Si ergo sua abutatur facultate, minus dignum magis digno præferendo, non erit peccato immunis. Ille 2 † enim, qui eligendi habet facultatem in foro poli, debet eligere meliorem, nec satisfacit dignum eligendo, si magis dignum eligere poterat: vt notanter voluit Feder. de Senis, consi. xc. incip. punctus dubitationis. Archi. in cap. licet ergo. viij. q. j. Anto. Abba. Philippus & Præpositus in c. constitutis suprà, de appel. allegantes ad hoc tex. val de no. in cap. pe. de elec. lib. vj. & no. per Bart. in lege, cùm quidam. de lega. ij. vbi etiam alij moderniores, signanter Bald. in fin. & Paul. de Cast. post gloss. idem Baldus in lege prima. C. de sac. san. eccle. in repeti. colum. xix. ver. item quæritur. & in l. id quod pauperibus. penult. colum. versicu. xxij. 3 quæritur. C. de epi. & cle. vbi dicunt, quòd †executor deputatus ad eligendum pauperes, vel alios, satisfacit eligẽdo idoneum pauperem, licet alius sit pauperior, debet intelligi de iure fori: vt l. cùm pater. §. rogo. de leg. ij. Albe. in l. Barbarius. ff. de offi. quæsto. col. ix. vbi post alios quærit, an valeat consuetudo, quòd primogenitus succedat in maioratu, exclusis fratribus. Et adde, quòd verbum discretionis est: ideo is cui datur electio, debet dignum eligere, vel benemeritum: ita dicit Petrus de Bellapertica in lege, vnum ex familia. j. colum. ver. quærit glo. ff de leg. ij. facit l. pero. §. rogo. eo. titu. glo. & doct. in dicta lege, cùm quidam. & in dicto ca. constitutis. Io. Maioris. iiij. di. xv. q. v. colum. x. & dist. xxiiij. quę. iij post sanctũ 5 Thom. ibi. q. j. arti. iij. q. iiij. & iij. parte. q. xxxvj. arti. iiij. in additionibus. vide Archiepiscopum Flo. iij. parte. c. xvj. §. de confitentibus. Archie j. quæstio. prima. ca. ij qui episcopi. & quamuis illi non dicant, idem voluit sanctus Thom. ij ij. quæstio. xiij. arti ij. signanter in solutione tertij argumenti, & quæstio. clxxxv. arti. iij. & quolibet. viij. arti. vj. in solutione vltimi argumen. dicẽs, quòd 4 † in foro animæ eligendus est melior. Hoc idem concludit Robert. Sapienti. viij capitul. lectione cxix. columna. versicul. oritur hæc dubitatio. & Augustl. de Anchona, in libro, de potestate ecclesiæ. quæstio, xlvij. artic. iij in corpore, vbi formaliter inquit In foro interioris conscientiæ, si Papa æqua facilitate potest habere meliorem, nulla alia causa considerata, & scienter præfert bonum meliori, a non potest esse sine acceptione personæ: multum enim ipse haberet grossam conscientiam, quando absque consideratione debitæ causæ, scienter præferret bonum meliori: ex quo vtrunque æqua facilitate posset habere. hæc ille. Adde Archiepiscopum Flo. iiij. parte. titu. ix. ca. iij. & Aristo. & commentatores, signanter Buridanum, Ethicorum v. §. cùm verò iniustus. vide do. de Villa Diego, in tracta. cardinalium. quæst. v. colum. xvij cum sequentibus. qui pulchrè loquitur vide Magistrum de ira. secundo Politicorum. ca. iiij. in fin. tractatus. ij. ego primus scripsi in politica catholi. institutione. cùm de iustitia distributiua agebam. Facit illud, quod habetur Deutero. no. j. Non accipietis cuiuscunque personam: quia dei iudicium est. super quo verbo dicit glo. quòd in iudicando summi pontifices vicarij dei sunt, qui personam hominis non accipiunt: sed si Papa bonum præfert meliori, non est sine acceptione personæ. Ad idem facit cap. licet. viij. quæst. i. vbi ad prælaturam ecclesiasticam non eligit, nisi qui cæteris doctior & sanctior habetur. ad hoc allego tex. non solitum allegari in l. fœminæ. C. de secun. nup. in ver. in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ &c. vbi est casus singularis, quòd si pater vel mater ex legis dispositione habet electionem relinquendi certa bona alicui filiorum primi matrimonij, quem elegerit, debet eligere filium benemeritum. Posteaquam ista scripsi, reperi allegatum illum tex. ad hoc propositum, per Paul. de Castr. consil. clxiij. incipient. in causa quam habet. quem refert Iacobi. in tracta. feudorum. in parte, & cum pacto, quod de ipso feudo possint ipsi vasalli, column. iiij. versicu. vlterius quæro. quem rogo videas. & quamuis hodie illa lex sit correcta in sua dispositione, per authen. hoc lucrum. eod. titu. per quam illa lucra æqualiter deferuntur filiis primi matrimonij: nihilominus ratio legis durat, & ex ea, vt ex lege, possumus argumentari: vt voluit glo. not. licet vulgata, in capitulo nouit. in ver. sic. quacunque. suprà, de iudici. & ibi notat eam Abbas. cum simil. de quibus per Ioann. de Anan. in capitulo fraternitas. infrà de hæret. per Felyn. in capitulo primo. suprà, de consti. columna. viij. ver. sicul. excipiuntur tamen & in cap. j. supr. de rescrip. colum. xxij. versic. considera. per Ioan. de Pla. in §. j. in fin. Insti. de satisdatio. Hoc idem constitutum est apud Longobardos, subti. de his quæ pater habet necesse filiis relinquere. lex, si quis Longobardus. quæ dicit, quòd †pater non potest meliorare vnum ex filiis in plus, quàm alios, de bonis suis: nisi ille bene meritus, & alij male meriti. de qua lege facit mentionem Alber. de Rosa. in authen. nouissima. columna. viij. versicul. item de iure. C. de inoffi. testa. & in l. quoties. colum. j. versicu. & ideo. C. fami. erci. Et quamuis illa lex apud nos legis authoritatem non habeat: eius tamen ratio vbique viget, vt scilicet merita filiorum in prælegato filiis faciendo attendantur. Ad prædictorum confirmationem adduco elegantem decisionem Ioan. And. in addi. ad Specu. in rub. de feudis. colum. v. ver. sed hoc præsuppositio. vbi dicit, q̃ in feudo indiuisibili, quod habetur primogenito, si ex eodem partu nascuntur duo filij, dominus feudi, ad quem hoc casu est recurrendum, de

a *Adde Fa li in cle ideo. de re scri pe. col. ver. nobilitas. Io. Ber.*

Not contra Papam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nota.

6 ¶licet feudum ad omnes ¶filios æqualiter pertineat.c.j.§.sed cum hoc.qui feudum dare poſſ.c.j. de feudi ſucceſsione. nihilominus pater in teſtamento poteſt feudum vni ex filiis prælegare,dum tamen ſit bene meritus. & ſic attendere debet pater in tali electione merita,vel demerita filiorum bene facit c.cum nobis olim.ſuprà, de elec. & in cap.cùm cunctis. & cap. innotuit.in ver.propter prærogatiuam meritorum.eodem tit.& c.de multa.ſuprà.de præben.& c.ſtatutum. in prin. de reſcrip.lib.vj.in quibus iuribus ponderantur meritæ eius, cui aliquid conceditur. Ex his infertur

Nota. 7 ¶vnum ſatis ſingulare,quod ſi ex linea fœminina regali ſint duo proceres ad regni ſucceſsionem, ex regia ſtirpe deſcendentes æquales in gradu: iuſtum eſt, quòd ille præferatur in regno, eiuſque regimine,& adminiſtratione,qui eſt prudentior, ſanctior,& eminentior virtutibus,ac iuſtior alterò in gradu æquali:iſta eſt aurea deciſio Anchar. conſi.cccl.j.inci.pro maiori intelligentia. per bona fundamenta, quæ videas per te, Adde hîc, q̃ ante diluuium non ſuccedebat in regno primogenitus, ſed qui magis amabatur à patre, vel erat virtuoſior.vt inquit Augu.in libr.xv.de Ciui.dei. c.xx. Allegat inter cætera l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.ibi vt proximus quiſque.de leg.ij. voluit allegare l.peto.§.fratre.eo.titu.potuiſſet allegare illud iiij.Reg.x.Eligite meliorem de filiis domini veſtri,& ponite ſuper ſolium patris ſui. Ad prædicta facit illud quod ſcribitur Gen.xxvij.vbi Iſaac benedixit Iacob natu minorem, non Eſau 8 maiorem:quanquam errore ductus:ille tamen error nõ ſine myſterio euenit,quia melior eo erat: vt plenè tradit ibi epiſcopus Abulenſis.& plenius in tractatu ſuper errore,& benedictione Iſaac,directò ad epiſcopum Palentinum,incipit,tantum veneratus.Præterea Geneſis xlviij.cùm veller filios Ioſeph benedicere Iacob,commutatis manibus,benedixit dextera manu Ephraim iuniorem filium Ioſeph.Sed caue:quia tunc temporis,licet iura primogenituræ tranſirent ad primogenitũ, non tamen ius regnandi : vt notanter tradit epiſcopus Abulenſis.ij.Paral.c.xj.quæſt.xxvij.quem rogo videas. Ad idem, quod habetur Geneſis xxxvij.vbi Iacob diligebat Ioſeph filium ſuum iuuenem præ cæteris filiis ſuis, ſeu ſuper omnes filios, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum. Cauſa huius dilectionis, ſecundum Burgenſem ibi videtur attribuenda ſapientiæ, ſeu moribus ſenilibus ipſius Ioſeph,quæ vigebant in ipſo,ſuper omnes alios fratres maiores:& quod ibi dicitur,eò quòd in ſenectute genuiſſet eum, exponit,id eſt, quia habebat ſenſum ſenilem : iuxta illud Sapientiæ iiij.Senectus ætas venerabilis eſt:vt ibi per eum. Cauſa ergo dilectionis fuerunt merita, virtutes, prudentia, & ſapientia Ioſeph. & propterea Iacob fecit Ioſeph tunicam polymythicam,vel ſericam, in ſignum maioris dilectionis, ſecundum Burgenſem, prætulit igitur Ioſeph iuniorem, aliis filiis maioribus natu. Idem fecit Eſay. vt habetur primi Paralipomenõn. xxvj. prætulit enim Sichi filium ſuum iuniorem, fratribus ſuis natu maioribus, eò quòd valentior erat:& poſuit eum principem inter eos. Idem fecit Dauid,qui prætulit Salomonem,quamuis iuniorem,aliis fratribus ſuis, & præpoſuit eum in regno,vt regnaret poſt eum, propter eius ſapientiam & probitatem:vt habetur iij. Regum. capitulo primo. Hoc tamen factum eſt inſtinctu ſpiritus ſancti:vt dicit gloſ.in capitulo Moyſes. viij. quæſt.j.vide de Penna in l.finali.C.de tyronibus. columna ix.libro decimo. Idem fecit Roboam rex, qui Abiam filium iuniorem conſtituit ducem ſuper omnes fratres ſuos. Cogitauerat enim eum facere regem propter eius ſapientiam,& potentiam,vt habetur ij.Paralipomenõn.xj.c.& iij. Reg.cap.xv.& rogo videas in dicto c.vndecimo Abulenſem quę.xxviij.in princ.qui ponderat has duas cauſas,propter quas pater eum præfecit in regno,ſcilicet,ſapientiam,& potentiam. concordat in hoc,quod de Iuda ſcribitur.j.Machab.ij.c. in fine.& ſecundi Paralipo.ca.v.in princip.vbi dicitur,quòd propter ſuam fortitudinem datus eſt ſibi principatus,excluſis aliis primogenitis.Et refert Bald.in authen.hoc amplius. C. de fideicom. columna ſecunda,verſi.quæro an filij regis. dicẽs per hoc,quòd ſi primogenitus ſit inſufficiens,poſſet ſecundo genitò regnum dare. Nam conſuetudo regni de præferendo primogenitum non debet interpretari, contra vtilitatem totius regni. C.de legi.l.quod fauore.Idem voluit Bald.ſuprà in proœ.Grego. §. rex pacificus. tertia columna verſicu.rex poteſt.vbi dicit,quòd rex poteſt determinare in vita ſua,quis ſit rex,an ſecundogenitus, an filius primogenitus, per id quod not.Archi.in §.item obiicitur.ij.quæſt. vij.eſt de mente Bald in cap.j.§.hoc autem notandum.qui feu.da.poſ.¶vbi notanter dicit, quod de duabus fœminis,ad quas feudum peruenit, dominus eligit quam vult ſecundum eum,quem refert Iacobum tractat.feudorum,in parte,& fœminis. columna tertia.verſicu. ſed ſuprædicta. Idem forte de duobus filiis ſimul natis,cuius prioritas diſcerni non potuit, pater poterit quem maluerit eligere ad maioratum.de quo per Bald.in prima conſtitu.Digeſtorum.in §.itaque.column. ſecunda.& in l.ex hoc iure.ff. de iuſti. & iure. Quod intellige,ſecundum ea, quæ dixit Bald. in capitu. primo.in fin.princ.de ſucceſ.feu.vbi dicit, quòd ſtante conſuetudine, quòd primogenitus ſuccedat in regno:ſi primogenitus eſt à natura demẽs, ita quòd impedimentum ſit naturale, & perpetuum,ſecundogenitus erit rex, quia conſuetudo debet intelligi de eo,qui naturaliter naſcitur habilis. Si autem ex accidenti efficitur demens,tunc dabitur curator, quia in perſona ſua radicatum eſt ius regiæ poteſtatis,vt capitulo grandi.de ſup. neg.præla.& quod no.per Arch.in di.§. item obiicitur.& vide Bald.in l.fina.colum.j.C.de ſuis & legi.hære.& glo.Foro legum libro.j.titulo,de la guarda,de los hijos del rey-vide in extrauaganti, de Iudæis.capitu.j. Plus eſt quod fecit Alexan. in extremis poſitus, interrogatus, quem ſibi imperij ſucceſſorem relinquere volebat. Reſpondit,nobiliorem,fortiorem, pleniuſque virtutibus decoratum, & ita extraneum digniorem volnit præferre filiis propriis minus dignis, & poſthumo ex vxore prægnante naſcituro.

Indecens enim iudicauit, quòd tanti imperij amplitudine alius eo inferior frueretur, volens per hoc

per hoc magis reipublicæ,quàm filiis, & ſibiipſi conſulere:vt reuera fieri debet, vt tradit Tullius iij.de Offic.inquirens,an ſi tradere patriam conetur pater,ſilebitne filius?Et reſpondit, quòd primò patrem obſecrabit,ne hoc faciat:deinde ſi nihil proficit,accuſet,& ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectat,ſalutem patriæ ſaluti patris anteponat:nimirum,quia vt ait ibi, ſi duo ſapientes ſint ſuper vnam tabulam in mari,quæ nõ poſſet ſimul vtrunque deferre: minus ſapiens deberet deferre ſapientiori,eo q̃ ille vtilior eſt reipublicæ.l.minime.ff.de relig.& ſum.fu.l.milites.§. deſertorem.ff.de re militari.facit c.legi. xxiij. q. ſin.& c.fin.xxiiij.q.j.vide Lucam de Penna in l.qui cunque.C.de coarcta.libro xij.ad finem. & Platinam quaſi idem de Socrate referentem in dialogo de vera nobilitate.folio iiij.columna ij. Idem tenet Goffre.& ſequitur ibi Abba.c.peruenit. in princip.ſuprà,de immu.eccle.quem vide,qui inter cætera dicit, quòd ſalus patriæ filiorum ſaluti eſt præferenda:vt dicta l.minime.Vnde Brutus filios ſecuri iuſſit percuti, eò quòd aliquid contra rempubli.moliri ſatagebant.Leonegildus Gothorum rex,Hermigeldum filium occidi iuſſit, quia ſectæ Arrianæ conſentire renuit.xxiiij.q.j.c.fina. dixi ſuprà §.xvij.verſiculo,idem ſi alio modo.vide Bartolum in lege,poſtliminium.§.filius. ff. de capti.bene facit capit.j.quinta,quæſtione quinta. Ex his infertur, quòd ſi filius ſcit patrem in hæreſim lapſum,& non ſolum ſibiipſi, ſed etiam aliis nocere,praua doctrina corrumpens,poteſt & debet illum accuſare, vel apud iudicem patris delictum pandere:vt notanter decidit Alex.de Ales. iij.parte ſummæ, dum tractat de quarto præcepto.c. deinde quæritur. refert & ſequitur Henricus Herp.in quarto præcepto.ſermone v. penul. colum.verſicu.ſexto cõſequenter.quod tenementi.Adde hic, quòd iniquum eſt auferre filiis legitimam,vt notat Bal.in authentico,nunc autem.C. de epiſcopis & clericis.Poteſt tamen ex cauſa minui, ſi aliquid loco legitimæ relinquatur aliis filiis,vel pro alimentis,vt ibi ſentit Baldus.& in l. cunctos populos.C.de ſumma trini.& fid.cat.co. xvij.verſicu.hic primo.& in l.cùm legem.C. de epiſcopis & cleric.& in l.cùm non ſolum.§.ipſum. C.de bo.quæ lib. Ex qua prædicta ratione aliqui

9 audent dicere,q̃ ¶quando ſacerdos,cui aliquis in confeſsione ſcit aliquẽ hæreticũ,nolentẽ alioshę reticos vel fautores detegere, nec ab huiuſmodi abſtinere,poterit ſacerdos reuelare his, qui poſſunt prodeſſe,& nõ obeſſe,propter damnum reipublicę,& Chriſtianitatis in futurũ.ita tenet Raymondus,quem refert & ſequitur Archi.in c.ſacerdos.de pœni.diſt.vj,& Albe.in rubr.C.de hæret. Sed Hoſtien.in ſumma, de pœnis & remiſſ. §. in quo tenetur.ver.quid ſi aliquis confitetur. dicit, quòd tutius eſt quòd ſacerdos dicat in genere &c.de quo ego ſcripſi latè in ca. omnis vtriuſque ſexus.eo.titu. Ad prædictorum confirmationem facit textus.in l.fratre.ff. ad l. Pompe. de parrici. 10 vbi filius tenetur reuelare proditionem patris carnalis fiendam : aliàs punitur pœna relegationis:fortius tenebitur reuelare proditionem patri ſpirituali, per patrem carnalem perpetrandam hoc ipſi deo, cùm nõ minus graue ſit æternam, quàm temporalem lædere maieſtatem.c.vergentis.de hære.intellige,dummodo habeat probatio nes contra patrem,vel alium ad probandum eius delictum.ſecundùm Bald.in quodam conſil.incipiente,quanquam allegata ſint multa. cuius meminit Ioan.de Plate.in §.j.fin.colum. Inſtit.de publi.iudic Ange.in tracta.maleficiorum,in parte, che me hai tradito.col.v. Fely.in c.de cætero.fin. col.de re iudi.Doctor de Villa Diego.in tract.atu hæreſeos.q.x.in fi.facit cap.fina. in fine. vj. q. ij. ſcripſi plenius in c.officij.de pœni & remiſsio.in meis recollectis. Redeo ad propoſitum, vnde paulùm me auerti,& confirmo prædicta ex ſequentibus. Primò notanda verba Plutarchi in ſuo libello,de liberis educandis.in principio , cum de præceptore à patre filio dando agit. Inquiren di ſunt, inquit , filiis præceptores , quorum vita nulli obnoxia criminibus,irreprehenſi mores,& optimum experimentum honeſtatis. eum fontem ſimulac radicem eſſe liquet,legitimam conſequi diſciplinam.Ac veluti coloni ſepes arbuſtis circumponunt,ita & æquiſsimi præceptores conſona pueris inſtituta inferunt, vnde rectiſsima morum germina pullulent.& pulchris verbis increpat genitores,improbis hominibus & imperitis liberos ſuos commendantes.& ſubdit inter cætera, Poſſunt agere illum qui præſtantiſsimo gubernatore dimiſſo,obſequentibus amicis probat ignarum.Proh Iupiter, dijque omnes, eſtne paternæ quiſpiam appellationis, qui pluris obſecrantium gratiam , quàm liberorum eruditionem faciat?Hæc & alia complura,non parui pendenda verba , ad hoc propoſitum deſeruientia profert. Ex quibus non ab re ad rem noſtram arguere rectè poſſumus:nam ſi in eligendo pedagogo ad filios inſtruendos , vbi de ſola filiorum educatione agitur , tanta cautela procedendum: multo magis id agendum erit , cùm de reipublicæ miniſtris agitur, vbi communis verſatur vtilitas, & animarum ſalus. Adde, quod in ſimili ſcribit Chriſoſtomus , vt refert Alberrus Matthei ſecundo capite.verſicul.ecce magi.vbi dicit, quòd ex quo Balaam reliquit diſcipulos, & de ſtella oritura prædixerat: illi, qui magi vel magiſtri dicti ſunt duodecim inter ſe eligentes, ſtatuerunt peritiores & honeſtiores per generationes ſuas, qui ſingulis annis poſt meſſem triticeam ſecum deferentes neceſſaria victui , aſcenderent in montem, qui lingua eorum Victorialis vocatur , & ibi obſeruabant ortum ſtellæ verſus terram Iacob , quam orituram dixerat Balaam, & ſi quis eorum moriebatur , alius poſt eum honeſtior & ſtudioſior de genere ſuo, vel filiis eius inſtituebatur,ne forte præteriret eos tantum ſtellæ indicium & c. Itaque pra ficiebantur honeſtiores, & ſtudioſiores. In cuiuſcunque ergo prælatura,vel dignitate, officio,ſeu magiſterio, vel quocunque miniſterio,præferendi ſunt meliores, & accommodatiores ad rem de qua agitur. Ex iſtis colligitur doctrina ſalubris pro omnibus habentibus facultatem eligendi vnum ex pluribus, ¶vel faciendi maioratum. puta vno ex filiis,quem duxerit eligendum,vel naſcirandi vnum ex filiis in tertia, vel quinta parte bonorum ſuorum , vel etiam conſtituendi iudices,vel officiales,vel examinandi ad dignitates,vel officia, vt in doctoribus,qui habent examinare ſcholares, vt approbent dignũ,& eligant meliorẽ virtutibus ac moribus præditũ,nõ autẽ indignũ, ob aliquã commoditatem

Nota doctrinam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem temporalem eligentium, vel emolumenti spem, nec ob humanam intercessionem, suasionem, aut comminationem, nec ob inordinatam ad personam eligibilem affectionem, aut carnalem cognationem. Taliter enim eligendo peccarent electores mortaliter: vt notanter firmat Albertus Magnus, dicens quòd promouentes ad ordines, vel curam scienter indignum, absque dubio peccant mortaliter. nec nobilitas excusare potest, quòd promoueatur malus: quia quanto nobilior, tanto nociuior. de quo meminit Robert. in loco statim allegando. Idem tenet Archiepiscopus Florenti. tertia parte. titul. v. cap. ij. §. de vitiis. vide Ioan. Surgeti. in suo enchyridio. fo. x. co. ij. & quæ dico infrà in fi. huius. §. Ex quo infertur, quod licet aliàs in electione officialis consideranda est nobilitas, & literatura: vt dixi in rub. col. xxv. versi. vnde dicebat. cum sequenti. debet intelligi, dummodo aliàs sint boni: quod tene meti. Ait enim dominus ad Moysem Leuitici viij. Cõgrega omnem cœtum ad hostium tabernaculi, in electione Aaron, & filiorum eius: vt sciant omnes quòd qui præstantior est ex omni populo, doctior, & virtutibus eminentior, ille eligatur ad sacerdotium. & Origenes ibi in glo. dicit, qui aliis modis eligunt, quàm prædictis, timeant dei iudicium, & sibi imputari damna, & perditionem animarum, & ruinam ecclesiæ, quæ destituitur in institutione mali prælati. Vnde narrat Grego. Dialogo. iiij. c. ix. de Pascasio. qui respondit, quòd loco pœnali deputatus fuerat, nulla alia causa, nisi quia in partem Laurentij contra Symmachum sensit, in eligendo eum ad ordinem pontificatus. Refert hoc Ia. Valensis in communiloquio, parte quarta. distin. iij. capi. iiij. Vt enim ait Grego. prima Regist̃ri, Necesse est, vt omnes culpas & negligentias sibi imputet, qui ministerium virtutis infirmo commisit: & loquitur de ministerio prælationis, & quia eligentes quodammodo committunt ministerium electo, si ille sit defectuosus, & negligens culpæ, & negligentiæ illis imputandę sunt. Huic sententiæ concordat Petrus Anchara. quamuis de prædictis mentionem non faciat, in clem. prima. in fi. de æta. & qua. dicens, Ego credo quòd prælatus †promouens indignum, tenetur ecclesiæ ad interesse, quam læsit ad similitudinem magistratus, qui minus idoneo tutelam pupilli commisit. tenetur enim sibi, si contra tutorem male administrantem non potest habere regressum: vt notatur in le. j. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ratio. distra. & quasi per totum. & C. de magistra. conuemen. per totum. Quam decisionem extollit Fely. in c. si quando. suprà, de tempo. or. col. viij. ver. de inferioribus. dicens eam fixo oculo notandam prælatis hodiernis, qui aliquos ordinant, vel præficiunt officiis, vel dignitatibus indignos: tenetur enim quis de mala electione vt l. fi. §. ij. ff. nau. cau. sta. & l. vna. C. de colle. illic. vbi tenetur quis eo ipso, quòd admisit ignotum. Ad idem text. cum glo. in c. tales. xxiij. di. & gl. pe. in c. ad apostolicam. infrà de regulari. Contra hos indignos surgit illa gl. stupenda, in l. qui cum vno. in princ. in versi. temperatio. in fi. ff. de re mili. dicens, quòd episcopus indigne promotus, meretur decapitari. Hi etiam sunt, de quibus merito dicebat Pius secundus, vt refert Platina, de vita pontificum, indoctum episcopum asino comparandum. quod verbum tractum fuit ex vulgata glossella Ioan. Mo. in cap. ex eo. de elec. libr. vj. vbi super textum, dum dicit, ecclesiam permaxime indigere viris literatis. & addit, non afinis ferratis. vt refert Fel. vbi suprà. Idem tenet Gabriel. iiij. di. xv. q. vij. Instituens ergo, si minus idoneum instituat ad gubernandum, aut male institutum, se male gerentem in administratione, non remoueat, tenetur de his quæ malè sunt gesta. gl. in cap. j. de supplen. negli. præla. & in c. ad hoc. de offi. Archi. & in capitulo, eos. de temp. ordi. libr. vj. tenet Alexan. in capi. imperium. viij. distin. in princ. dixi plene in politica institutione Caroli, cùm de iustitia distributiua agebatur. Adde Cardin. in clemen. prima. in fin. de ætate & qualitate. facit ad prædicta l. j. & ij. C. de pericu. nominato. libro xij. vbi nominantes aliquem indignum ad officium, tenentur de his, quæ male in officio gesserunt. tenet Hostiensis. in summa. facit cap. Valentinianus. lxiij. distin. ad medium. cum dicit, Super vos est talis electio. & ibi glo. non dicit, quòd electio est periculo eligentium. Ad idem ca. fertur. j. q. j. contra illos reges & principes, qui malos prælatos in dignitatibus præficiunt. Ad idem c. ficom promissarius. de elect. libr. vj. vbi compromissarius malum eligens prælatum, venit puniendus, quia suspenditur à beneficiis, quæ obtinet in illa ecclesia, quam sic eligendo offendit. Similis tex. in c. commissa. in fine. eo. tit. & li. offenditur enim ecclesia. quando in ea præficiuntur indigni, & per consequens offendens tenetur damnum resarcire. c. si culpa. de iniu. c. cum tu. de vsu. c. quod sicut. in fi. supr. de elec. tradit Hostien. in summa. de præni. & remis. §. quibus & qualiter. ver. quid de prælato. dixi supr. in rubri. §. lxvj. versi. si tamen prælatus. vide Lucam de Penna, in l. agentes. pe. col. C. de agentibus in rebus. lib. xij. vbi allegat plura iura. & docto. ad hoc propositum videas per te. Qualis autem debet eligi ad prælaturam, tradit Hugo. Psal. lxxvij. ad finem. Meliorem autem, seu dignum, intelligo secundum qualitatem
12 personæ, officij, vel rei, ad quam †eligitur: talis enim potest esse bonus, & dignus ad monachatum, qui sit inutilis ad abbatiam, vel prioratum: & talis potest esse bonus ad canonicatũ, qui sit malus ad decanatum, vel prælaturam: & talis poterit esse bonus ad prælaturam, & pessimus ad præfecturam, & econtra. Ista doctrina colligitur ex his, quæ notanter dixit Abba. in ca. cùm in cunctis. in princip. de elec. dicens, ꝙ sufficientia eligendi consideratur arbitrio boni viri: secundùm qualitatem loci habet iste viuere & conseruari: & secundum qualitatem officij sui, vel rei, ad quam eligitur. Idem volunt sanctus Thom. quodlibet. vj.
13 arti. ix. vbi dicit, ꝙ licet †episcopus conferẽdo beneficium debeat præferre meliorem bono, vt dicto capitulo licet. viij. quęst. j. De isto quodlibet. meminit ipsum sequendo Archiepiscopus Flor. tertia parte. tit. xxij. cap. ij. §. iiij. Tamen posset
14 aliquis dici melior †dupliciter. vno modo simpliciter, qui est sanctior, plus habens de charitate. alio modo dicitur aliquis melior, quo ad aliquid. Vnde aliquando contingit aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior, quantum ad hoc, quòd beneficium perficiat: quia alius potest ecclesiam magis iuuare, vel consilio doctrinæ, vel auxilio potentiæ, vel quia diutius seruiuit

De Pascasio.

Not ista cõtra prælatos.

Nota glo.

seruiuit in ecclesia. Non ergo episcopus tenetur dare meliori simpliciter, sed meliori quo ad hoc. hæc ille. cui concordat Robertus Sapientiæ viij. c. lectione centesima sexagesimanona. col. j. ver. oritur hîc dubitatio literalis. vbi formaliter in-
15 quit, an †electores prælatorum teneantur eligere meliorem, dicendũ, ꝙ non semper ille, qui est melior, simpliciter est melior ad prælationẽ: ille enim inter homines est simpliciter melior, qui est charitate perfectior. Vnde Augustinus in Enchyridio, Quanto charitas in quocunque melior est, tanto melior est in quo est. Cùm enim quæritur, vtrum quisque sit homo bonus: non quæritur quid credat, aut quid speret: sed quid amet. Contingit autem frequenter, ꝙ illi qui est perfectissimus in charitate, multa deficiant, quæ necessaria sunt prælato: puta scientia, valetudo corporis, & huiusmodi. Electio autem eorum, quæ sunt ad finem, debet fieri secundum conditionem fi-
17 nis. Et ideo dicendum, ꝙ electores, quicunque talem eligere tenẽtur, qui sit melior ad statũ illum, cui per electionem prouidere tenentur, non autem tenentur eligere meliorem, hæc sunt eius notabilia verba. Ex quibus infertur, ꝙ †si ad eandem prælaturam, vel episcopatum concurrant duo, quorum vnus est theologus, alius canonista: si in loco magis ventilantur causæ, & lites, præferendus est canonista: quia ille est melior ad illam dignitatem. Si autem pullulant hæreses ibi, vel locus est hæreticis vicinus: præfertur theologus. Mixtus tamen præfertur vtrique. Ita notanter decidit Host. quem alij sequuntur, signanter Abb. in c. j. suprà de consan. & affi. idem Abb. in c. licet. j. col. in fin. suprà. de præben. & in c. tuæ. circa fi. suprà de cleri. non resi. quæ distinctio resultat ex prædictis, & videtur satis æqua. quamuis sanct. Thom. in quodlibet. teneat indistinctè, ꝙ præferendus est theologus. Idem tenet Augusti. de Anchona, in lib. de potestate Papæ. q. iij. ar. v. qui pulchrè loquitur. Ad quod bene facit, quod voluit
18 Innoc. in proœm. huius vo. in illa q. vtrum cleri cus parochialis debeat laborare circa scientiam canonicam, an circa theologiam: concludit, ꝙ circa theologiam. adde Archiepiscopum Flo. parte iij. titu. xxij. c. ij. §. vj. vide bonum text. & quæ ibi notantur in c. officij. de electio. Ex his ergo infertur, quòd in electione officialis consideranda est nobilitas, vel literatura eligendi, vt ille cæteris paribus dicatur melior, qui est nobilis, vel literatus: vt dixi in rubrica, col. xxv. intellige, dum modo aliàs sit bonus, vt paulo ante dicebam. Ex
19 his etiam infertur, quòd habens facultatem faciendi maioratum de bonis suis, vel volens aliquem ex filiis meliorare in tertia, vel quinta parte bonorum suorum, authoritate legis regni, vel habens potestatem præficiendi aliquem in administratione: debet attendere rei qualitatem: & si est iurisdictionalis, vel ciuitas, vel locus populosus, requirens scientiam, literaturam, vel aliam similem qualitatem, ad rectè gubernandum, vel ad ministrandum: præficiat, & præferat filium vel personam doctam & sapientem, quæ sciat reipublicæ curam gerere, vasallos & subditos bene tractare: quoniam iste talis dicetur melior, & dignior, respectu rei cui præficiendus est: quanquam alius sanctior reperiatur: vt ex prædictis satis apparet. Quod tamen intellige sanè, nisi pater, vel alius qui habet eum eligere, sciat istum filium, vel eligendum vtiliorem ad gubernandum esse aliàs malum: tunc non debet talis præfici: & qui scienter eum præficeret, peccaret certè, & teneretur de omni damno ab eo facto: vt colligitur ex prædictis. tenet magister Robertus de lectio. in suo quadragesimali, sermone xxiij. incipient. si quis voluerit maior fieri. dicens, quòd si superior, qui habet prælatum in ecclesia præficere, sciat eum, quem præficere vult, esse vtiliorem ecclesiæ, aliàs fore malum, non debet eum eligere: quia quamuis possit iuuare ecclesiam per suam industriam vel scientiam, vel aliàs: tamen in talibus requiritur permaxime bonitas vitæ, aliàs sine peccato non potest exercere curam. Et istud non esset præferre minus bonum. sed simpliciter malum, quod esset graue peccatum. allegat Albertum Magnum, dicentem, quòd
17 †promouentes ad ordines vel curam scienter indignum, absque dubio, peccant mortaliter, nec nobilitas excusare potest, quòd promoueatur malus, quia quanto nobilior, tanto nociuior, secundùm eum, quem refert & magnifacit Fely. in capitulo cùm adeo. penul. colum. versicu. limita. suprà, de rescrip. quamuis enim quis habeat libe ram facultatem eligendi, quem voluerit, non tamen poterit indignum eligere, vel non idoneum, ita notanter dixit Dominicus in capitu. si pro debilitate. supr. de offi. deleg. in notabilibus. quod tene menti. Bene facit, quod voluit idẽ Dominicus, in c. eos. §. j. de tem. ord. libro vj. in prin. vbi per illum tex. dicit, ꝙ data alicui libera potestate faciendi actum, quem facere nõ poterat, tamẽ in eo debet seruare canonicam formã: quæ dicta commemorat Fely. in capit. j. suprà de tempo. or. colum. ix. vertícu. ij declara. vbi aliqua similia cumulat. quæ perte videas. Si autem quis scienter eligit indignum, non seruat canonicam formam. Volunt enim canones, ꝙ dignũ de
18 beat quis eligere, & propterea si indignum †scienter eligat, ea vice facultate eligendi priuatur. Si ergo pater scienter prælegat filio vitioso tertiam, vel quintam partem bonorum suorum, vel pro eo maioratum faciat, prætermissis aliis filiis idoneis, & bene morigeratis, quamuis in rebus fuisset moderator, & arbiter. c. de his. de sepult. cum concor. nihilominus dicetur male vti substantia sua, & peccare, iuxta doctrinã sancti Tho. ij. ij. q. clxxv. ar. vij. in corpore quæstionis. Si ignoranter eligat, semper electus præsumitur dignus, & bonus, & contemplatione meritorum
19 electus: quia † quilibet præsumitur bonus, idoneus, & dignus, nisi contrarium probetur, vt c. v no. de seruti. & c. fin. de præsum. ad idem bo. tex. in l. nec adiecit. ff. pro socio. vbi litera dicit, nec adiecit Sabinus hæreditatem, vel legatũ, vel donationes mortis causa, siue non mortis causa. fortasis hoc ideo, quia non sine causa obueniunt, sed ob meritũ aliquod accedũt. Quem tex. tanquã singulare ad hoc propositũ, allegauit Bal. in d. l. furtiua. C. de sec. nup. j. co. in j. lec. exponens tex. cum dicit, contemplatione meritorum. quod in dubio præsumitur vt d. l. nec adiecit. Quando ergo pater, vel quiuis alius eligit aliquem, videtur meritorum cõtẽplatione elegisse, & inde est, ꝙ si auus aliquid donat nepoti, in dubio præsumitur donare propter nepotis merita, non propter meri-

An theologus præferatur canonistæ.

16 tabilia verba.

merita

Universidad de Deusto Biblioteca

rita filij.ita notanter dicit Bal.in l.certum.in finalibus verbis.C.fami.ercisc.per d.l. nunc adiecit. de quo facit festum Paul.de Monte,in repeti.l.in quartam.ff.ad l.Falci.colum.lxxxviij. in fin. vide Bar.in l.fi vero.§.item quicquid.ff.sol.ma.& in l.fi.in fi.C.de vsufru.facit l.iij.in fin.ff.de interdi.& rele. secundum eum. Si tamen postea malus & indignus detegatur,vel fiat,non est culpa electoris,nec sibi imputari potest.ar.tex. quod ibi not. Ang.in l.fi à bonæ fidei.ff.de rei.ven.cum aliis, de quibus feci mentionem in rub.xxvij.col.in prin. & in fi.ver.& per ista dicebat.Adde Alexan.in l.fi cùm dotem.§.j.col.iij.ff.so.ma. & quæ dicam infrà eod.in vj.notabili.§.vij.versi.sed si tutor, vel quiuis alius.vbi multa adduco ad probandum,q; si aliquis communi opinione reputabatur bonus non est quod electori imputetur, si postea detegatur,vel efficiatur malus.An autē princeps salua conscientia, sine causa potest dare facultatem alicui faciendi maioratum de omnibus bonis suis: item an ille,qui obtinet maioratum,sit tutus in foro conscientiæ:item an iudex,qui secundum maioratum,vel consuetudinem,quę omnia bona defert maiori iudicat, sit tutus quo ad Deum: si locus iste esset accommodatus,&temporis angustia non arctaret,libenter examinarem,vide quæ dixi suprà.§.xxj.versic. an autem in foro conscientiæ. Adde quòd secundum prædicta est intelligendum:quod tradit Iosephus de Antiquitatibus Iudæorum.c.iiij.post medium.dum dicebat, quòd pater, qui ex vna vxore minus dilecta habuit filium maiorem, debet illum præferre filio habito ex alia secunda vxore magis dilecta,intellige dum modo pater sit idoneus,& bene meritus, per iam dicta.de hoc plenius dico in trac. de maioritate, seu de primogenitura. hæreditas enim patris æqualiter est deferenda filiis.l.inter filios.C. famierci.& ibi Bald.qui dicit, quòd statuta contrariū disponentia,sunt contra ius,& naturalem æquitatem.natura siquidem filios ad successionem vocat indistincte.l.cum ratio.ff.de bonis damna.l.scripto.ff.vnde liberi.Vnde Apostolus dicit,Filius ergo hæres. hæc autem hæreditas omnibus filiis æqualiter defertur:vt diximus. lex enim æqualitatem vult inter fratres.l.cum pater.§.cuictis.de lega.ij.propterea statuit æqualitatem inter liberos seruari.l.fina.C.communia vtriusque iudi.l.illud. §.fi.C.de coll.hinc lex suadet patri,& æqualiter inter liberos testatur,authen.de nup.§.pe.col. iiij. hinc prætor iubet æquales liberos fieri. l. si post mortem.§.fi.ff.de contrata. Hinc substitutio inter liberos pariter inter liberos interpretatur.l. nam hoc iure.& l.Lucius.ff.de vulg.& pupil.Hinc etiam statuta disponentia,quòd stantibus masculis fœmina non succedat, quia faciunt filios inæquales,dicuntur odiosa,& irrationabilia:vt l.maximum vitium. C.de lib.præt.idcirco non extenda,secundum Bar.in l.cunctos populos.C.de sum.tri.col.x. Pater ergo,qui absque ratione, & causa legitima, aufert filiis legitimā, vt filio natu maiori totam hæreditatem,vel maiorem partem relinquat,legis authoritate,vel ex regia facultate,peccat, quia non seruat æqualitatem inter filios:vt videtur de mente Cy.in l.rescripta.co.iij. in fi.C.de prec.Impera offic.cuius meminit Henri.in c.ex parte.cl ij.in fi.primæ col.suprà de offi. deleg.vide Ant.de Rose.in tra.de legitimatione. fo.viij.col.ij.ver.quid plura.vide etiam Alb. in l. Barbarius Philippus.ix.colum.ff.de offi. præto. Cy.meminit.Iason in l.quoties.ix.col.C. de fidei com.vide Ioan.Fab.in §.inteſtatorum.in prin.Insti.de hære.quæ ab inteſt.deferuntur.& Anchara num in regula,possessor.de reg.iur.li.vj.co.xxix. vers.quidam vero.vbi increpant eos,qui filiis vel propinquis exclusis, bona sua extra mare relinquunt,de quo etiam per Archiepiscopum Flo.iij. parte.tit.x.cap.j.§.ij.in fin. fauor enim institutionis filij est amplectendus,& ampliandus: exhæredatio verò respuenda & restringenda.l. cùm quidam.ff.de lib.& posth.& ibi no. Bar. Hæc omnia sunt intelligenda,quomodo ex sola voluntate non interueniente causa legitima, fierent,per ea quæ dicta sunt.Ex iltis infertur ad vnū quotidianum, quòd facultas,vel rescriptum datum alicui,ad faciēdum maioratum de bonis suis vel maiore parte illorum,ipsumque fateri est odiosum,non fauorabile, quia causat inæqualitatem inter filios, loquor de patre,respectu filiorum,& idem forsan in alio volente excludere propinquos suos, sine causa vt extraneos præferat: est enim contra naturalem rationem, & contra ius commune scriptum:& propterea non est hominis interpretationes extendere:iuxta notata in authen.quas actio. C.de sacrosan.ecclesiis.pro hoc,quod no.Bar.in l.si constante.in ix.colum.ff.sol.ma.ita dicit Anto.Rose.in prædicto tract.fo.viij.colum.ij. versi. quid plura.bene facit tex.in c.j.& ij.de fi.presby. lib.vj.& in c.non potest.de præben.eo.lib.facultas enim talis,eiusque vsus, est quædam dispensatio,vel iuris relaxatio, merito tanquam res odiosa non est amplianda,sed potius restringenda. regula,odia.de re iu.lib.vj.ita notanter vult Ab. loquens in materia dispensationis vel legitimationis,in c.in præsentia.de proba.col.vj. cùm dicit, si verò tractatur de odio,maxime pœnali, tunc non intelligerem naturales, quia non apparente ratione dispensationis,isti naturales veniunt potius ex quadam benigna interpretatione, quàm ex propria significatione.quę interpretatio cessat in odiosis.hæc ille.Itaq; siue rescriptū ad maioratum faciendum à principe impetratū habeat verba ambigua, siue ipse maioratus ejus virtute conditur, in dubio debent interpretari,vt minus lædant ius cōmune & legitimā filiorū, vel propinquorum.ex quibus posset attentari vnum satis singulare. Quòd si aliquis virtute rescripti regij, vel aliàs,fecit maioratum,dicendo,relinquo bona mea, vel tertiam & quintam bonorum meorum,filio maiori,per viam maioratus: nisi aliter personas, quæ post filium succederent, nominaret,mortuo filio maiore,cui bona relinquit,non deuenient ad filium maiorem ipsius filij testatoris,vel disponentis nepotem, quin saltem valoris & æstimationis rerum partem legitimam aliis fratribus præstaret.Satis enim esset,quòd illa verba inducerent,quòd bona illa essent indiuisibilia & transirent ad maiorem filium cum illo onere. arg.c.j.§.præterea ducatus. de prohi. feu. aliena.

Imo posset attentari fortius, quòd illa verba solùm importarent, quòd illa bona non diuiderentur, nec alienarentur ab ipso filio, cui relinquuntur. Ista tamen prohibitio non egredietur illius personam, per text.cum glo.in authen. de resti. fideicommissi.§.nos igitur.col. prima. vbi prohibitio

Facultas faciēdi maioratum, est odiosa, & restringenda.vi. quę scripsi suprà, praxi mo fo.colū. xij.in fin.

Nota.

Nota.

prohibitio alienationis vltra filium non extenditur, nisi expresse dicatur.argu. l. filius familias. §. diui.de leg.j.sentit Baldus consi.cccxlj.volu.facit quod voluit Io.An.in Spe.titu.de feudis.post principium.est de mente Paul.de Cast.consi.clxv. colum.iij.in prin.& Abbatis lxxxv.colum.iij.volentis, quòd si ad maioratum vocatur filius maior,siue primogenitus, excluditur secundogenitus, etiam mortuo primogenito: quia nec tunc dicitur primogenitus.arg.l.si ita res.ff.de hære.institu.Cautos ergo esse oporteteos,qui volunt maioratum constituere,vt expresse dicant,quòd primogenitus,& eius filius,etiam primogenitus,habeat maioratum, & deficiente primogenito absque filiis masculis succedat filius secundogenitus. Hæc tamen non firmo, sed cogitanda relinquo.

SVMMAE RERVM.

1 *Auus an teneatur dotare neptem.*
2 *Dos ab auo data nepti,an imputetur nepti.vel eius patri in legitima.*
3 *Frater an teneatur dotare sororem.*
4 *Clericus an teneatur dotare sororem.*
5 *Sororem dotare tenetur frater semel tantùm: sed si casu fortuito dos est perdita, pater non tenetur iterum de suo dotare.*
6 *Filia si consumpsit dotem,an pater teneatur iterum eam dotare.*
7 *Maritus potest conuenire vltrà quàm facere potest.*
8 *Cedendi bonis beneficium denegatur ei,qui bona in fraudem creditorum dissipauit.*
9 *Legitimam aliam assignare non tenetur pater filio; cui in vita legitimam assignauit.si illam sua culpa ludendo,vel aliàs perdidit.*
10 *Filius si dissipauit bona sibi data pro alimentis, an pater teneatur illum alere.*
11 *Dominus potest imponere tempore necessitatis subdito suo charitatiuum subsidium, vsque ad valorem operarum,vel mandare subdito, quòd seruiat alteri in eisdem operis.*
12 *Charitatiuum subsidium est munus extraordinarium.*

VII. §.XXIIII. *An auus teneatur dotare neptem.*

ANAVVS tenetur neptes dotare. †videtur q̄lic,per text.in l. dedit dotem. ff.de collatio.vbi auus dedit dotem pro nepte: quia tale debet esse officiū aui circa neptem, quale est patris erga filiam.Est dicere,quòd in his casibus,in quibus pater necessitatur dotare filias,in his tenetur auus.Ad idem l.& in eo.§.fi.cum l.sequen.ff.de in rem ver.& l.pater. ff. de eui.in quibus iuribus æquis dotauit neptem.ad idem tex.cum gl.in l.Iulianus §.sed & si filius.ff.ad Maced.in verbo, pro filia.gl.in l.filius famil.co.ti.Ad idem l.qui liberos. ff de ritu.nup. vbi qui liberos in potestate habet, alimētare, & in matrimonio collocare tenetur: sed cùm auus habeat in potestate neptes,ergo tenetur eas dotare.Ad idē in l.cognouimus. in verbo,sed & dotes pro filiabus neptibus dare teneātur,tenet Spe.ti.de iud.§.sequitur.versi.sed quid si vnus ex fratribus. Bar.in l.j.ff.so.matr.quē cōmuniter alij sequuntur.Bal.in l.fi.C.de dotis promiss.& in auth.ex testamen.C.de colla.colū.xvij. ver.quæro.& in quodā suo consi.incip.materia diuiditur.quia hoc onus non imponitur iure naturali tantùm inspecto,sed iure ciuili,id est,iure patriæ potestatis:vt d.l.qui liberos.Idem tenet Ange.in d.l.pater. ff. de euic. Intellige in auo ex parte patris.gl.in verbo,intelligi.in d.l.fin.C.de dotis promiss.& doct.vbi suprà.Hæc est communis opinio,quā approbat lex regni,quarta parti. titu.ix.l.viij.quæ dicit,quòd pater,vel alius ascendens,vt auus ex parte patris,tenetur filiam,quam habet in patria potestate,in matrimonio collocare. Intellige etiam,si eius filius neptisque pater sit diues,& habeat vnde eam dotare possit, eo q̄ onus aui est,non patris,interim quòd auus viuit. vt d.l.dedit dotem.cum aliis,de quibus suprà.Ita firmat Bartholomæus Socinus in d.l.j.ff.sol.mat. xj.col.ver. sed tu iterum considera. Idem si neptis diues sit,& habeat vnde se dotare possit,nihilominus auus tenebitur eam dotare.per d.l.fina. C.de dotis promiss.quæ loquitur in muliere,quę poterat se dotare:& tamen dicitur,quòd est patrum officium dotē dare pro sua progenie: quod verbum,progenies, significat nedum filios, sed nepotes:vt l.fin. C.de natu. liber. Quem tex.ad hoc allegat Bal.in repetit.capi.si pater. de testamen.lib.vj.& probatur per regulam,quam ponit tex.in d.l.dedit dotem.vbi auus tenetur,quia pater tenetur, & officium aui pendet ab officio patris.sed pater in d.l.fi.tenetur,ergo & auus. Ita quieuit Socinus,qui(salua eius pace)non bene loquitur in vtroque casu:non in primo,quia ille tenet contra decisionem Bal.communiter approbatam,in auth.res quæ.C.communia de leg.col. j.versi.an teneor. vbi dicit auum teneri ad dotandum neptem,quando filius,idemque pater nō habet vnde eam dotet.argumento eorum, quæ de alimentis dicimus.An stante patre,auus teneatur alere,vel dotare neptes:vide Socinum cōsi.clxj. in princip.ij.volu.nam prima obligatio alimentorum est patris,non aui.secundùm Barto.& alios, in l.nō quemadmodum.ff.de liberis agnoſ. Hoc idem sequuntur Alber.de Rosa.Saly.& Fulg.in d. auth.res quæ.Ludo.Roma.Alex. Iaso. in d.l.j.ff. sol.matri. Idem voluit & latius Franc. Aretinus ibi.qui allegat Bar.in consi.cxxj.vbi dixit, quòd si auus reliquit dotem nepti post mortem patris, & pater postea viuens de suo soluit dotē,mortuo patre, non potest neptis petere dotem ex testamento aui,quia cùm illa dos videatur relicta contemplatione patris,perinde est,ac si esset relicta patri.l.fideicommissa.§.interdum.ff. de lega. iij. l.si seruo legato.§.si testator.ff de lega.j. Vnde si patri esset relicta,vt ex ea dotaret neptem, non teneatur nisi semel dotare,ita non teneatur in dicto casu. Idem Franciscus Are.consil.xvij.quod incipit,in Christi nomine. cōsideratis diligentissime.in quarto dubio.per d. l. dedit dotem. dum dicit, auum teneri dotare neptem propter filiū. id est, quia ipse filius tenetur.Ergo prima & principalis obligatio est ipsius patris:secundaria aui, propter patrem. à patre ergo est inchoandum. Ita etiam ponderat Salic. dicta l. dedit dotem. in dicta l. fina. C. de dotis promiss. ad hoc allegat etiam Aretinus text. quem reputat singularem, in l.profectitia. §. si filius familia. ff. de iure dotium.vbi si filius promittit dotem pro filia viuente auo:& mortuo auo soluit, non potest hæredibus aliis imputare,cùm æs alienum soluisset. Videtur ergo velle text. quòd hæreditas superue-

Limitatio.

Lex regni.

Socinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niens filio, exonerat hæreditatem auitam: ergo pari ratione debet auum viuentem exonerare, si facultas superueniens suppetit: Licet glo. in d. §. si filius. teneat contrarium. Concluditur ergo, q̃ dum pater potest filiam dotare, non tenebitur auus. idem tenet Iaso. & Bulgarinus in d. l. j. & videtur de mente legis regni, præallegatæ, quæ primò arctat patrem ad dotandum, & postea auum: debet intelligi, quando pater nõ potest: alioquin si æqualiter eos arctaret, tenetur vterque dotare, & sic filia duas haberet dotes. Absurdum enim videretur, quòd si filius emancipatus est dives, pater teneatur dotare eius filiam, vel dare donationem propter nuptias eius filio: cùm ius æqualiter arctet patrem ad dotandum filium emancipatum, sicut eum qui est in potestate: vt d. l. fin. C. de dotis prom. Et secundùm hoc debet necessariò intelligi, quòd voluit Anton. de Butr. consil. lvj. quod incipit si filius. vbi dicit, quòd cùm onus dotandi filias surgit ex officio paterno, & sanguinis propinquitate, non autem à patria potestate, tale onus pertinet ad patrem, tanquam propinquiorem auo: sicut etiam in alimentis. vt dicta l. non quemadmodum. & hinc est, quòd dos data filiæ emancipatæ per patrem, dicitur profectitia: vt d. l. profectitia. §. fina. ff. de iu. do. Sed caue, quia iura, de quibus in princ. huius artic. & lex regni, circa istud onus dotandi, videtur se fundare super patria potestate. aliàs autem æqualiter obligaretur ad neptem dotandam auus maternus, sicut paternus. quod verum non est, vt ex prædictis apparet, signanter ex d. lege regni, dum dicit, secus si ex parte matris: quia non habent in ea talem potestatem. Sed cùm hodie secundùm consuetudinem huius regni, filius per matrimonium à patria liberetur potestate, vt dixi suprà in rubr. co. clxxxvj §. sed quamuis. videtur cessare ratio, quare iura arctant auum paternum ad dotandum neptem. vnde crederem auum in regnis istis non teneri ad hoc onus expendendum. Cogitabis. In secundo etiam mihi non placet, quando dixit Socinus, quòd & si neptis sit dives, teneatur auus eam dotare: quia si excusatur auus ab hoc onere, ex hoc solo, quòd ipsa patrem habet diuitem, qui possit illam dotare, vt prædixi multo fortius excusabitur, si illa habeat vnde se dotare posset. Hoc apertissime decidit lex regni prædicta, in fi. dum dicit, quòd auus paternus neptem dotare tenetur, si ipsa de suo non habeat dotem. Nam si habet, non cogitur auus de suo dotare. Et in hoc tenemenți illam legem. Sed ego attentis prædictis, & consuetudine regni. de qua præmisi, crederem auum hodie nõ teneri, etiam si neptis aliũ de non habeat. Super quo (dato maiori otio) attentius cogitandum censeo. Ex istis † infertur ad dubium, an dos data nepti ab auo, imputetur nepti vel eius patri in legitima, de quo late & singulariter per doctores communiter omnes in l. in quartam. ff. ad l. Falcidi. signanter per Modernum Paulum de Monte, in sua eleganti repetitione. vbi ad satur. itatem laxauit habenas. colum. lxxxvij. cum sequentibus. per Fabianum in authentica. nouissima. C. de inoffici. testam. in repetitione. charta nona. secunda columna Angel. consilio lxxviij. incipien. Ioann. Philippi. Cum hac remissione contentus, ad alia transitum facio. Sed an † frater teneatur dotare sororem? Communis habet conclusio, quòd sororem ex eodem patre natam inopem, dotare teneatur: vt l. non omni. C. de administra. tuto. & ibi glo. Cyn. & alij. tex. cum glos. in l. cum plures. §. pen. ff. eod. Cyn. in l. prima. C. de alend. liber. Bar. in l. quæsitum. ff. vbi pupillus educari debet. & ibi etiam Bald. & alij. facit l. prima. §. j. ff de tutel. & ratio. distra. Bald in l. fin. secunda column. versicu. sed nunquid frater. C. de dotis promissi. & in l. si quis à liberis. §. item diuus. ff. de liberis agnoscendis. Angelus in l. pater filiam. ff. de cuictio Bald. & alij in dicta l. prima. ff. solu. matrimo. vbi vide Alexã. v. colum Bald. in authen. res quæ. C. communia de lega. Abb. consi. xij. incip. Iesu Christi saluatoris. in secundo & septimo dubio. vbi concludit, quòd frater tenetur dotare sororem ex duplici capite: & quia hæres patris, & quia frater: vt ibi per eum. Bald. Nouellus in tracta. dotis, parte vj. priuilegio xvj. colum. vj. verficu. in fratre autem. Ioan. Campetius in suo tractatu, parte j. q. xxxiij. Hanc opinionem approbat lex regni, vj. partita. tit. xvj. l. xviij. quæ incipit, no deuen los guardadores. Vbi inter aliàs causas, propter quas bona pupilli possunt alienari, ponitur ista. scilicet ad maritandum sorores pupilli. Ampliabis ista, vt frater teneatur dotare sororem, etiam spuriam, sicut tenetur eam alere: vt per Bartholemæum Socinum in l. prima. ff. solut. matrimo. Sed caue, quia illa lex non videtur imponere necessitatem fratri ad dotandam sororem: sed pro iusta causa reputat, quòd si tutor velit dotare sororem, tanquam res sit licita, honesta, & pia, quòd possit res minoris ad hoc alienare. & ob hoc forte lex regni. quarta partita. titu. j. l. viij. & nona. quæ loquuntur de personis, quæ tenentur ad dotãdum, de fratre nihil dixerunt. Cogitabis. Et tenendo istam opinionem, poteris ex ea inferre, quòd si dictaret statutum, quòd statutibus masculis, fœmina non succedat: onus quod patri incumbebat, ad dotandam filiam, transit tunc in filium masculum, sicut transit onus alimentorum: vt dicta l. si quis à liberis. §. item rescriptum. & facit text. & quòd ibi not. Barto. post Dyn. in l. si marito. §. si voluntate ff. solu. matrimon. præsertim quia dictum statutum non potuit tollere alimenta filiis: vt dicta lege, si quis à liberis. §. si vel parens. & l. prima. ff. de iustit. & iure. iunctis his, quæ habentur in §. sed naturalia. Institut. de iure natural. & in l. eas. ff. de capitis diminu. per consequens tale statutum non tollit dotem filiæ, quæ succedit loco alimentorum, vt sæpe dictum est.

Onus ergo alendi, & dotandi, transit ad hæredem, vel quasi hæredem, vt puta fiscum. dixi suprà colum. cccxlj. versic. ex quo si verum est. Hinc est etiam, quòd si pater vel extraneus leget filiæ dotem in testamento, vel aliàs, si fratres habeat, compellitur illam alere. quia expedit, quòd illa habeat integram dotem, vt inueniat virum, cui nubere possit. text. nota. secundùm Bartol. ibi, in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debet. tenet Iacob. Aretio in dicta l. alimenta. quod est valde nota. dixi latius suprà column. ccxciiij. versiculo. inde est fol. lxxij. colum. j. Ampliabis ista, vt procedant, etiam si frater fit † clericus: nam & ille tenetur dotare sororem, si illa non habet, vnde se doter. Ira notanter voluit domin. Anton. per illum tex. in c. peruenit. supr. de arb. & approbat ibi Abb.

Lex regni.

Lex regni.

An dos data nepti cõputetur patri in legitima.

Lex regni.

Lex regni.

An & quãdo frater tenetur dictare sorori.

Lex regni.

Lex regni.

De filia clerici.

Frater clericus tenetur dotare sororem.

Abb. Nam si in alio fratre hoc dicimus, fortius idem erit in fratre clerico: quia clericus tenetur magis exercere actum humanitatis, & charitatis, quàm alius laicus: vt c. j. & quod ibi notatur, de emptio. & ven. Et subdit dom. Abb. aliud notabilius, quòd & si non habet bona patrimonialia, potest dotare sororem, vel aliam consanguineam in opem de reditibus ecclesiæ. quod probat per c. j. de coha. cler. & mu. & per c. omnino. iuncta gl. xxxj. di. in quibus iuribus probatur, quòd clericus potest alere consanguineos pauperes de reditibus ecclesiæ. ergo & dotare: cum causa dotis non sit minus fauorabilis, quam alimentorum. ad idem bonus tex. in ca. non satis. lxxxvj. dist. vbi cõcludit, quòd prius tenetur quis subuenire suis quàm extraneis. ergo &c. quod est valde notandum, & alibi non legi. de quo facit festum Ioann. Campe. in dict. suo tract. de dote. parte. j. q. xxiij.

Filium tamen, vel filiam nepotem, seu alios descendentes, non potest clericus de bonis vel reditibus beneficij dotare: vt habetur in constitutionibus Cardinalis Sabinen. sub ti. de vi. & honesta. cle. quæ incipit, cùm non solùm. de qua feci mentionem suprà col. cccxl. in princi. Ampliabis secundò, vt frater teneatur dotare sororem, etiam si pater filiam iustè exhæredaret: licet tunc non teneatur iure hæreditario, vt probat text. not. in d. l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de admi. tuto. ita per illum tex. tenet Bal. Nouel. in tractatu dotis, parte vj. priuilegio xvj. col. vij. ver. imo si pater filiam. quod est valde notan. quia alij hoc non tangunt. Ad cuius confirmationem facit quod dixit Abb. in d. suo consi. xij. dum vult, quòd frater tenetur dotare sororem, quia hæres, item quia frater quamuis ergo tanquam hæres non teneatur, & sic cesset vna causa, tenebitur tanquam frater. ar. §. affinitatis. Institutio. de nupt. cum concordantibus. Ex hoc infertur ad vnum valde singulare, & quotidianum, quòd si omnia bona patris sunt restitutioni subiecta filio maiori, ex quibus nihil debent percipere alij filij, & filiæ, tenebitur frater in maioratu succedens fratres alere, & sorores dotare, attenta facultate & dignitate principatus, vel maioratus: ita tamen, quòd remaneat primogenito, vnde possit honorificè regere maioratum. Ista est communis conclusio Hostiensis, Ioan. And. Anch. Abb. & aliorum in c. licet. de voto. Ioan. An. in reg. sine culpa. de reg. iu. lib. vj. sentiũt Cyn. Bal. & alij, in l. alimenta. C. de nego. gest. Bald. in l. cunctos populos. viij. col. C. de summa trinitate, & in l. cum lege. C. de epis. & cler. Anch. in repetitione c. j. de constitut. q. xiij.

Nota.

No pro maioratu.

Semel tãtũ

An autem bona maioratus teneatur frater alienare pro dote sororum. dic vt dixi suprà in rubr. col. xlvj. §. idem dicas. Sed quamuis frater teneatur † dotare sororem, vt suprà dictum est, debet intelligi semel tantùm. Vnde si postea casu fortuito dos est perdita, non tenetur iterato dotare de suo. ar. ff. pro socio. l. si socius pro filia. §. filiã. & est ratio, quia ius arctans fratrem ad dotandum filiam, non loquitur de duplici dote, sed de vnica. arg. l. si quis testamento. de legatis j. in primo responso. quia casus contingens nocet creditori, cui est res persoluta, & non debitori. Ista sunt notanda verba Bald. in l. fin. ij. colum. versic. sed nunquid eo casu quo tenetur. C. de dotis promissi. quem refert & sequitur Iaso. in §. fuerat an-

2. Ampliatio.

De filia ex hæredata.

1 Add. pro hoc vltra a a lia Segura. in repe l. si ex legati causa. fol. 13. co. 1. ver. 12 ff de verbo obl. Ioã. Bern.

te. Iustit. de act. col. pe. ver. in eadem. glo. ibi: tempestate &c. qui dicit, quòd l. si socius pro filia non probat illud, ad quod allegatur. & contra Bald. allegat Bart. in l. si cum dotem. §. si post solutum. ff. solu. matri. vbi post glo. in versic. supereſt. dicit, quòd † si filia consumpsit dotem, pater tenetur eã iterũ dotare. gl. in d. l. fi. C. de dotis prom. Quod tamen debet intelligi, secundùm eum, quando filia perdidit dotem sine culpa sua, vel dolo: b nam tunc pater tenetur eam dotare. aliàs secus: vt l. etiam. §. licet. ff. solu. ma. & est casus in auth. quod locum. C. de collatio. ibi: nisi filiæ posit imputari &c. Et ibi hoc notant Bart. & Bal. col. j. versic. quæro nunquid pater. Aug. in l. pater filiæ. ff. de euic. quia officium paternum est dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & iiij. parti. titul. xj. l. viij. & conseruare dotem filiæ. authentico, sed quãuis. C. de rei vxor. act. & l. fi. C. de dotis promiſ. ista est communis opinio, quam teneas, licet glo. in d. §. si post solutum. in ver. supereſt. & in l. ij. §. j. in versi. dos. ff. sol. mat. dicat, quòd quomodocunque dos perdatur, pater teneatur iterũ dotare. Ex quo inferebant Rapha. Cum. & Ioan. de Imol. in d. §. si post solutũ. quòd vbicunque maritus, qui dotem soluit constante matrimonio mulieri perdituræ, erat soluendo, indistinctè cogendus esset pater iterum dotare, siue interuenerit culpa mulieris, siue non: cùm non habeat pater damnum sentire, ex quo potest à viro dotem repetere. & ita secũdùm eos loquitur gl. iũcto tex. in d. §. si post solutum. Sed tu tene cum Bar. & sequacibus. ad hoc l. etiam. §. licet. ff. sol. matrimo. vbi † maritus potest conueniri vltrà quàm facere potest, si culpa sua factus sit pauper. c Ad idem l. penul. ff. de iure do. vbi socer conueniture vltrà quàm facere potest, si malitiosè ille sciens non posse soluere, dotem magnam promisit. Ex quo colligitur doctrina singularis, quòd beneficium, ne quis conueniatur vltrà quã facere potest, non competit ei qui propter malefic. in ad inopiam deuenit, ita dixit Bal. in c. quæ in ecclesiarum. suprà. de constit. & in c. fin. ibi. supr. de rese. dicit, q. paupertas, quæ capitur vbi venit, non prodest.

Ad idem l. fin. §. fi. ff. de his quæ in fraudem cred. vbi beneficium cedendi † bonis, non competit ei, qui dissipauit bona in fraudem creditorum. & notat Angel. ibi, & in l. prima. C. qui bonis ced. poss. & in l. his qui bonis. de cessione bonorum. Bald. in l. j. v. col. C. si quis in fraudem patro. & in §. final. Institutio. de actio. Hinc est, quòd si filius, cui † pater assignauit legitimam in vita, illam perdidit sua culpa, ludendo, vel aliàs, non tenetur pater sibi aliam legitimam assignare, secundùm Bart. & alios, in d. §. si post solutum. in fin. Bald. in l. scimus. & io. Iorono modo. §. imputari. G. de inoffici. testamen. Hinc est etiam, quòd si filia dissipauit fructus fideicommissi, computantur sibi, quo ad dotem. Ita si non malitiosè consumpsit: ita notanter decidit Bart. in l. mulier. versi. cùm proponeretur. ff. ad Trebellian. quem sequuntur ibi Angel. Ioann. de Imo. & alij. Paul. de Castr. in authentic. res quæ. C. communia de leg. & consilio xiij. secunda colum. De filio. | qui dissipauit bona data sibi pro alimentis, an teneatur pater illum alere: vide Bald. in authenti. si captiui. C. de episcop. & cleric. & in authent. contra rogatus. C. ad Trebellia. & Paul. in

Lex regni.

b Adde Soc. consi. 5. in 4 vol. in co. l. incs. domine labia mea aperies. Io. Be.

Lex regni.

c Adde Iaſ. in auth. res quæ. C. communia de lega. col. 7. & Segura. in repet. l. imperator. ff. ad Treb. fo. 16. col. 3. Io. Ber.

Contra cui posum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Charitati nũ subsidiũ

d.consi.& in l.Imperator.ff.ad Treb.vide quæ dixi in rub.colum.ccccxlviij.ver.hæc tamen aliqui. vbi culpa alicuius sibi imputatur. Ex quibus infertur ad vnum singulare, & bene notandum. scis,quòd summus pontifex, & alij prælati inferiores,possunt à subditis charitatiuũ petere subsidium:vt c.conquerente.in fi.suprà,de offi.ordinar.& in c.cùm apostolus.§.prohibemus.suprà, de censi.& ibi notatur per omnes. & per Hostiẽ. in summa,de censi.§.ex quibus causis.versic. & breuiter.Possunt etiam Christianissimi reges nostri ex causa imponere ista charitatiua subsidia:vt notanter voluit Guiliel.Petr. & Cyn. in l. neminem.C.de sacrosan.ec. & ibi Baldus & alij. idem Bald. in dicto c.conquerente.in fin.suprà,de offi. ordina.latius & melius sanctus Thomas in epistola, quam scripsit ad ducẽ Brabantiæ.quam epistolam transcripsit Archiepiscopus Florentinus in secunda parte summæ.titul j.cap.xiij. §.j. vbi enumerantur aliqui casus, in quibus rex potest imponere collectas,vel petere charitatiuum subsidium.& Speculato.de feudis.§.quoniam,colũ. antepe.Alexand.in l.placet C.de excusati.munerum.libro x.& consi.xxxv.ij.volum. quos per te videas.& Archidiaconum in c.quia cognouimus. xij.q.iij.& Albericum in suo dictionario,in part. dominus.adde Bald.in l.j.in fin.C.de oper.liber. vbi dicit,argumento illius legis, quòd tempore
11 necessitatis pro seruitiis personalibus†dominus potest imponere suo subdito charitatiuum subsidium,vsque ad valorem operarum, vel mandare subdito, quòd seruiat alteri in eisdem operis: vt ff.de oper.liber.l.si libertus artem.de quo meminit Andr.Sicu.in c.nullus.j. col. suprà de pigno. Alexan.in l.si non sortem.§.fina.penul.col.ff. de condi.indeb.& loquitur Bald.de dominis temporalibus inferioribus,non tamen poterunt imponere tributa,& collectas, cùm hoc sit reseruatũ. ita dixit Bald.in l.cùm multa.in fine. C. de bonis quæ liber.vide Alexan.consi.xxxv.ij.volu. & legem regni,secunda partita.titul.j.l.viij.adde prędictis Petrum Antiboli in tractat.de munerib. & honorib.fol.xxiiij.col.ij.in fi.ver.sed quid de militibus.& fol.ix.col.ij.versic.sed quæro nunquid. vbi dicit esse legitimam causam charitatiui subsidij, si rex vel dominus tradidit filiam nuptui. de quo ego late scripsi in tractatu insularum,ca. viij. & plenius in tractatu, de principib. secularibus. Quid autem si dominus habeat plures filios,vel filias,an pro omnibus potest exigere charitatiuum subsidium,vide Petrum Antiboli,vbi suprà, fol. lvj.colum.j. Quid autem de monasterio cui castrum miles donauit:vide ibi fo.lxxvj.colum.iij. Ad prædicta,& plura alia,vide Iacobinum de sancto Georgio,in tracta.feud.in parte.qui quidem inuestiti præstiterunt iuramenta fidelitatis. colũ.
12 xix.cum sequacibus.item adde quòd †charitatiuum subsidium est munus extraordinarium: vt per Petrum Antiboli,vbi suprà,folio lix.colũ. ij.

Illi autem, quibus iure conceditur charitatiuum petere subsidium:prius debent imponere sibi,postea aliis,si mensa regis,vel eius reditus non sufficiunt.argu.l.ab omnibus.§.si Titio.& quod ibi notat.Dyn.de leg.primo.ita dicit Bald. in dicta l.neminem.& in dicto capitulo conquerente. Sed si rex non habet sua culpa, ex eo quòd malè & voluptuosè bona sua & reditus consumpsit, non poterit petere charitatiuum subsidium secundùm Hostien.Cardi.Henric.& alios in dicto capitulo conquerente.Henricus in dicto capitulo, cùm apostolus.per cap.ex parte.suprà de consuetudin. Aduerte,ne decipiaris:quoniam & si princeps collectas extraordinarias subditis imponere non debeat, quandiu eius reditus & prouentus sibi sufficiunt,ad id quod ipse vult facere:non tamen intelligas eius reditus fore sufficiẽtes,quãdo in expeditione rei oporteret omnes thesauros,& bona sua mobilia, quæ habebat recondita consumere,ita quòd nihil ex his sibi maneret,ex quo aliis necessitatibus contingentibus occurrere posset,vel se à suis inimicis defendere:imo faciliter possent contra eum prævalere, maximè si est talis princeps, qui plures habet inimicos,principi enim necessarium est habere thesauros, vt eius aduersarij hoc scientes,magis eum timeant, & ipse pacificè viuere possit,& regnum,quod iustè tenet, liberius gubernare. ita notanter dicit Richardus,quolibet.iiij.quæst.xxviij.& tene hoc menti,quia singulare est,& paucis notum.Non ergo est necessarium,quòd princeps sit constitutus in extrema miseria,quando tale charitatiuum exposcit subsidium. Adde prædictis, quòd populus Romanus, quamuis à principio abstinuerit à diuitiis,postea iusta consideratione ductus, diuitias congregauit ad necessitates publicas subleuandas,vt latè prosequor in tracta.Insularum.capitul.vij.in princip.& in §.primo. & secundo. de quo videas rogo Lucam de Penna in l. annonas. C.de annonis. & tribu. libro xij. in princip. qui pulchrè loquitur.

Mirabile.

SVMMAE RERVM.

1 *Impetrans literas ad delegatum, debet facere mentionem de processu inchoato, & litis pendentia coram alio iudice delegato & num.12.*
2 *Impetrãs secundas literas ad beneficia debet facere mentionem de prioribus literis, & de processu ex eis secuto.*
3 *Executoria impetrata super executione trium sententiarum,tacens dependentia appellationis, super taxatione expensarum interposita,est subrepticia.*
4 *Lis ad hoc vt dicatur pendere, an sit necesse, quòd citatio perueniat ad citatum.*
5 *Litis contestatio est fundamentum iudicij.*
6 *Iudicium habet tres partes.*
7 *Citatio an sit de processu.*
8 *Iurisdictio delegati per citationem perpetuatur.*
9 *Delegatus subdelegando vtitur sua iurisdictione.*
10 *Impetrans secundas literas ad secundos iudices, debet facere expressissimã mẽtionem de prioribus.*
11 *Impetrans gratiam de secundo homicidio, debet facere mentionem expressam de primo.*
12 *Impetrans secundas literas debet facere mentionem expressissimam de prioribus & de litis pẽdentia & processu causæ,& an de statu causæ.*
13 *Actus ad hoc quòd rescindatur per actionem, quod metus causa oportet quòd metum sit talis, qui cadere posset in constantem virum.*
14 *Clausula appellatione remota siue primis literis est apposita,debet de ea in secundis literis fieri mentio.*
15 *Clausula notabilis,ad hoc, quòd de ea mentio in secundis*

cundis literis fiat,quæ dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.
16 *In causa appellationis si literæ impetrentur, non est necesse in eis de nominibus iudicum, à quibus fuit appellatum,mentionem facere.*
17 *Appellationis licet mentio debeat fieri,de his tamen, quæ post eam innouata sunt,fienda non est.*
18 *De excommunicatione autem post eam lata,comme morari non oportet.*
19 *Rescriptum impetratum post appellationem,an & quando valeat.*
20 *Literæ secundæ an in causa matrimoniali debeant facere mentionem primis.*
21 *Et quid in causa matrimonij spiritualis.*
22 *Debitor sub visuris,licet sit in mora de præsenti,non tamen propter moram de præsenti possunt peti visuræ de futuro.*
23 *Impossibilium nulla est obligatio.*
24 *Electionis confirmatio,non facta mentione de prouisione alteri nulliter factæ,an valeat.*
25 *Rescriptum impetrare nõ potest quis,vt retractetur sententia,quæ transiuit in rem iudicatam.*
26 *Appellatio si est nulla, literæ impetratæ post ipsam appellationem valent, licet de appellatione non sit facta mentio.*
27 *Taciturnitas non vitiat rescriptum, in eo quod si fuisset expressum, fuisset nihilominus concessum.*
28 *Attentata post appellationem sunt nulla, & de eis non est necesse facere mentionem in secundis literis.*
29 *Præscriptio non interrumpitur propter libellum inualidum.*
30 *Litis contestatio inualida non obstat exceptioni dilatoriæ.*
31 *Iurisdictio non perpetuatur per actum seu citationem nullam.*
32 *Citatio ad hoc vt habeat effectum, oportet quòd sit legitima & valida.*
33 *Euentus litis est dubius.*
34 *Impugnans testamentum de falso si perstiterit vsque ad sententiam,an perdat commodum,quod habiturus erat ex testamento.*
35 *Consuetudo non extenditur de vno casu ad alium.*
36 *Absoluendi potestate præscripta, non videtur præscripta potestas excommunicandi.*
37 *Consensus tacitus in vno actu non extenditur ad alium actum.*
38 *Loco non tuto si quis vno actu comparuit,non sequitur,quin in alijs possit locum illum declinare.*
39 *Confessio expressè facta etiam parte præsente, non tamen acceptante, nocet.*
40 *In confessione extraiudiciali, sicut requiritur præsentia & acceptatio partis,ita in iudiciali.*
41 *Acceptans verba aduersarij,non potest se ex eis iuuare.*
42 *Actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet, nisi fuerit ab alia parte acceptatus.*
43 *Appellationi renuntiare non videtur comparens coram iudice à quo appellauit,si facit aliquem actum coram eo.*

4 Notab. In literis ad delegatũ debet fieri mẽtio de processu coram ordinario. 1

QVARTO cùm dicit textus, Et tacita veritate super hoc literas impetrauit. Dicunt Bar. & Innocen.quòd iste H. tacuit veritatẽ super processu negotij,quã tacere nõ debuit:vt c.inter monasterium.suprà de regulis iu.quasi dicãt,quòd quẽadmodũ impetrans literas ad delegatum, debet facere mentionem de processu inchoato,& litis pendentia,coram alio iudice delegato,aliàs non valet commissio:vt dicto ca.inter monasterium.& c.dilectus suprà de rescriptionibus.& c.in nostra.de procuratoribus.& ca.ij. de dolo & contum.& c.super eodem.de coha.cle.& mu.& leg.ij.C.vt lite pen.& authen.vt diuinæ iussi.per totum.col.viij.Sic etiam debet facere mentionem de processu,seu litis pendentia,coram ordinario:aliàs non valet commissio. & ad hoc no. Abb.istum tex.iuncta glo.idem voluit glo. in ca. prudentiam.§.sexto.versic.vel aliam iustam causam.suprà de offic.delega. quam notat ibi Abba. iij.col.idem sentit gloss.in c.vt debitus.in versi.si dicat.suprà.de app.ibi dum dicit, iurisdictio ordinaria iam cœpta.quam ibi not.ibi Abb.v.colum. Idem voluit Bald.per illum tex.in l.j.C. de relat. facit quod in simili voluit Host.in c. in nostra in princ.suprà de rescrip.vbi dixit, quòd †imperãs secundas literas ad beneficia, nedum debet facere mentionem de prioribus literis, sed etiam de processu ex eis secuto,vt puta de receptione in canonicum,& approbat ibi Ioan,de Imo. pen. col.

Sicut enim videmus, quòd priuilegium impetratum lite pe.super eo,super quo lis pendet,nõ facta mentione de litis pendentia,non valet:vt c. fina.suprà vt lit.pen.& in c.causam quæ.el ij.suprà. de testi.not.in c.super literis.suprà de rescrip. firmat Abb.in c.j.co.titu.in fin.adeo quòd si faceatur de litis pen.etiam non dolosè,non valebit priuilegium:vt dicit Bald.in d.c.fin.per illum tex.suprà,vt lite pen. Eodem modo dicendum erit in eo,qui nouam impetrat commissionem,non facta mẽtione de processu,& litis pẽ.cùm quodammodo dicatur priuilegium potuit enim hæc iurisdictio per ordinarium præueniri.sicut in simili videmus in beneficialibus.Nam si ordinarius contulit beneficium,priusquam Papa vel legatus de latere,præualet collatio ordinarij: vt c.si à sede. de præben.lib.vj. vnde ex quo præuenta est iurisdictio per ordinarium, Papa in dubio non videtur derogare huic processui iam cœpto,& ideo merito debet fieri mentio de eo. Et ita quamuis Papa posit ad se adnocare causam pendentem coram ordinario,vel delegato:vt c.vt nostrum.sup. de appel.& in c.pastoralis.§.præterea.supr.de offic.delega. non tamen præsumitur velle facere talem aduocationem,nisi de processu faciat mentionem,& de litis pendentia.argu.l.vbi cœptum. ff. de iudic.& c.ex tenore.suprà,de rescriptis.& c.pe. supr.de foro compet. præsertim cũ ex tali aduocatione fiat iniuria prioribus iudicibus:vt l.iij.ff. de arbitr.tenet Hosti.& Ioan.Andre.& Abbas in capi.ex literis.suprà,de offic.delega.& idem Hostien.in summa.titu.de offici.delegat.§. quam delegari.versic. sed nunquid potest reuocari. Ex hoc infertur, quòd si impetretur rescriptum, seu commissio causæ eidem iudici, qui primò datus fuerat, quia forte aliquid deficiebat in rescripto, quo ad intentum actoris,bene valebit, quamuis non sit facta mentio processus primæ causæ, ex quo non agit de reuocatoria iurisdictionis,& per consequens cessat ratio prædicta ita dicit Domini.in dict.capit.ex literis. suprà de offic.delegat. pen.col.allegat Rotam decisione cccxxiij.inci. quidam dedit obiectam.quæ est hodie sub titulo, de rescriptis.iiij.in antiquioribus.vbi quidã dede

Priuilegiũ.

Valet commissio eidẽ iudici,licet non fiat mẽtio de processu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat obiectum de excessu summæ. & quia non expressit qualitatem excessus, bis fuit exclusus. obtinuit admitti ad probandum obiectum, non obstante ca. vt circa. de electi. libr. vj. tacuit de duabus sententiis. & valuit impetratio. quia ex alio capite non excludebatur, nisi per omissam formam. dicto cap. vt circa. ex quo eidem auditori causa committebatur, non nocuit dicta taciturnitas. quod est nota. ista sunt verba domini Fely. in ca. cæterum. in tertia col. in fin. suprà, de rescriptio. qui sic residet. Idem dicas tu, si iudex additur iudici, vt per eundem Felyn. ibi v. col. in fi. quem per te videas. de quo est bonus tex. iunct. glos. in c. coram. suprà. de offic. delega. Idem dicas, si impetrantur secundæ literæ ad ordinarium. Nam valebunt, quamuis non faciant mentionem de prioribus. vt voluit Ancharan. quem refert And. Sicul. in dicto c. ex literis. iij. col. suprà. de offici. deleg. Ex iſtis infertur, quòd si in aliqua causa spirituali, vel profana, pendet lis extra curiam Romanam, & committatur de speciali mandato tractari in curia, & non fiat mentio de litis pendentia: talis commissio non valet, per tex. in dicto c. fin. suprà vt lite pendente. & c. eccles. el ij. eo. tit. & dicto c. inter monasterium. de re iudic. ita decidunt domini de Rota, decisione dcxxiij. in antiquis. aliàs de sub titulo, de rescrip. xx. inci. dic, ꝙ si in aliqua. Idem firmat Thomas Fasioli dubio lxiij. incipien. eodem die. Ex his dicebat Aegidius decisione lxxxvij. quòd † executoria impetrata super executione trium sententiarum, tacens de pendentia appellat. super taxatione expẽsarum interposita, est subreptitia. Ex his dicebat idem Aegidius decisione xlvj. quæ incipit, exceptio. quòd rescriptum committens causam auditori in curia, est subreptitium, si nó faciat mentionem, quòd lis pendebat in partibus coram domino temporali, super spoliatione feudi, etiam si esset vidua, vel persona alia miserabilis: quia tales causæ debent apud tales dominos agitari: vt nota. in c. cæterum. suprà, de iudicib. Et bene dixi, quod debet fieri mentio de processu, & litis penden. quoniam si lis definit pendere, non est opus de ea mentionem facere, vt expressè voluit Aegidius Bellemera, conclusione 6. incipiente, si delegatus. vbi dicit, quòd si auditor primò datus, remittit causam ad cancellariam, tanquam 5
proceedere non valens: secunda impetratio tacens de hac prima, quæ euanuit, bene valet. Idem in ef a
fectu voluit Ancharan. consi. xvj. incipi. viso processu. vbi dixit, quòd si iudex, coram quo lis pendebat pronuntiauit se incompetentem, non est necessaria mentio huius litis: quia non dicitur amplius pendere coram illo. Ampliabis istũ tex. & prædicta, vt procedant, etiam si lis fuerit incohata per solam citationem: vt voluit glo. in d. c. vt debitus. intelligo tamen de citatione, quæ à iudi 6
ce competente emanauit, & ad partem citatam pervenit, vel per eam factum fuit, quo minus ad eius notitiam perueniſſet. in qua citatione talia sunt expressa: per quæ plene possit intrui, super quibus in iudicio conueniatur: per talem enim citationem dicitur lis pendere. vt clementin. secunda. vt lite pendent. Et ita si reus citatus secundum formam dictæ clemen. impetraret nouam commissionem, tacita litis pendentia non valeret. vt suprà dixi. Vnum tamen non est silentio

Silis fuerit inchoata per solam citationem

prætereundum, in quantum dicta clementina vult quòd ad hoc, † vt dicatur lis pendere, est necessarium, quòd perueniat citatio ad citatum &c. debet intelligi respectu rei citati, secus tamen est respectu actoris: nam quantum ad ipsum, satis est quòd citatio fuerit à iudice decreta, quamuis nó fuerit executa. ita dicunt domini de Rota in antiquis, decisi. ccccl vij. aliàs reperitur sub titulo, dedo. & contumac. xj. incip. no. clem. ij. vt lite penden. &c. Idem tenent decisi. cccc xvj. in eisdem. aliàs est sub titu. vt lite pend. iiij. in ordine, incipit, vtrum postquam actor impetrauit. Et approbat Ludouic. consi. cxxx. j. colum. in fin. incipien. circa primum propositæ consultationis. quia ex quo actor certus est de decreto citationis, vel saltem certus esse debuit de facto suo: vt c. ab excommunicato. suprà de rescrip. amplius non debuit certiorari: vt regula, cum qui certus. de regulis iuris. lib. vj. & l. j. in fin. ff. de dote prælegat. cum similibus. Ex quo sequitur vnum satis notandum ad propositum nostrum, quòd si ad petitionem actoris, iudex decreuit citationem contra reum: & super eadem causa idem actor postea impetrauit nouam commissionem ad delegatum, non facta mentione de citatione decreta, & sic de litis pendentia: non valet commissio, vt clarè apparet ex prædictis. Ex quibus aliàs dixi in facti cõtingẽtia quod si actor, qui plures habebat iudices, actionem coram vno proposuit, qui reum citari iussit citatio tamen non fuit executa, nec ad rei notitiam peruenit: postea idem actor eundem reum, super eadem causa, coram alio iudice conuenit, qui reus allegauit litis pendentiam coram primo iudice, & probauit: dixi eum remittendum ad primum iudicem, non obstante c. interposita. §. illi denique. suprà, de ap. quia loquitur in appellante qui renuntians appellatiom, videtur velle redire ad primum iudicem. quia deficit fundamentum tribuens iurisdictionem iudici ad quem, eò quòd grauamen & appellatio fundant iurisdictionem iudicis à quo. Ex quibus videtur non bene dixisse Bald. in l. prima. in fin. C. de relat. dum dixit, quòd tunc demum debet fieri mentio de processu habito coram primo iudice, si lis erat contesta taaliàs non. & est rationabile, secundum eum: quia ante litis contestationem, lis non est in aliquo statu: quia † litis contest. dicitur iudicij fundamentum. secundum Speculatorem titul. de iudic. in princip. & propterea appellatur lapis angularis iudicij, secundum Bald. in c. vnico. j. colum. su" prà de litis contestatio. & inde est, quòd ante litis contestationem non dicitur iudicium, vt voluit glos. notab. in l. iudicium. ff. de iudicib. & facit tex. in ca. forus. infrà, de verbo. signific. Sed hoc intellige strictissime sumpto vocabulo, latè tamẽ intelligendo, etiam ante litis contesta. dicitur iudicium. habet enim † iudicium tres partes, scilicet principium, quod durat vsq; ad litis contest. inclusiue. medium, quod durat vsque ad conclusionem in causa. & finem, id est ipsam sententiam. ita nota. declarat Bald. in l. secunda. ff. de furtis. refert & sequitur Alexandr. in authenti, ad hoc. in princip. C. de iudicib. & Iaso. in rubric. eod. titul. circa fin. & inde est, quòd iudicium aliquando est in accessu. scilicet ante litis contestat. quia hoc tempore acceditur. aliquando est in processu. scilicet post litis contesta. quia tunc proceditur aliquando

a Adde Claudium Manerium in rep. § nihil commune l. naturaliter. ff. de acquir. poss. col. ante 10. Bar.

quando est in recessu, post latam sententiam, secundum Bald. vbi suprà, de iudicib. in rubr. vj. col. a
Vnde concludo contra Bal. in d. l. j. C. de relato. nam vt apparet ex prædictis, satis dicitur esse in aliquo statu, quando est cœpta, etiam per solam citationem. licet non fuerit contestatio facta. vn de merito debet fieri mentio de ea. Et hoc videtur magis rationabile, cùm per talem citationem dicatur lis pendere. & ea pendente, nihil est innouandum. vt per totum titulum. suprà, vt lite 11
pend. Imperrare autem lite pendente, est aliquid innouare, vt voluit glos. iij. in d. clem. ij. vt lite pen
7 den. Item † citatio de processu est: vt c. quoniã contra. suprà, de probationib. gl. in cap. prudentiam. suprà, de offic. deleg. in princ. in versic. formam. Sed iura prædicta dicunt debere fieri mentionem de processu: ergo per consequens de tali citatione, quæ est de processu, vel saltem de litis pendentia causata per solam citationem, & sic de actu præcedente litis contest. Et ita quantum ad hoc, non est necessarium, quòd lis sit contestata. & hoc expresse tenent Archid. & Dominicus in §. spatium. vers. ei tamen. iij. quæst. iij. vbi firmant quòd debet fieri mentio de processu, etiam si lis non sit contestata. Quod optima ratione confir-
8 matur. Certum est enim, quòd † per citationem perpetuata est iurisdictio delegati. vt c. relatum. de offic. delega. quinimo per quemlibet iudicialem actum, etiam anteriorem citatione. vt voluit Host. in d. cap. relatum. & gl. ordinaria in c. ne aliqui. de hæret. libr. vj. quam ibi not. Dominicus. & approbat Ioann. de Imol. in l. cùm filium. §. cùm quis. ff. de donat. Andr. Sicul. in cap. fi. pen. colum. suprà, de offic. delega. Vitalis in libro clausulatũ, in clausula, quòd non sit melior conditio occupantis. ij. colum. bene facit gl. in cap. iudex. de officio deleg. lib. vj. in versic. proponatur. & in c. si à subdelegato. in versic. processum. eodem tit. quæ vo-
9 luit, quòd † delegatus subdelegando, dicitur vti sua iurisdictione. Et ita si moriatur delegans, non expirat iurisdictio delegati. quas glos. vtrobique commendat Dominic. Ex his ergo omnibus videtur dictum Bald. satis dubium, nisi stylus curiæ, super quo se fundat, aliter se habeat. præsertim 12
cùm hoc casu militet ratio, propter quam requiritur ista mentio, scilicet iniuria priorum iudicũ, vt superius dixi. Ampliari possunt prædicta secundò ex his, quæ eleganter dixit dominus Inno. & sequitur ibi Abb. post princip. in d. cap. ex literis. suprà, de offi. deleg. in verb. expressam. vbi
Secundæ literæ debent de primis facere mentionem expressissimã. 10 dicit, quòd † impetrans secundas literas, ad secundos iudices, debet facere mentionem de prioribus, nedum expressam, vt ibi dicit tex. & in d. c. in nostra. de rescri. sed expressissimam. arg. tex. in c. significantibus. eodem tit. vbi illa M. & Ioan. eius filius, vo'ẽtes impetrare secundas literas ad alios iudices, fecerunt mentionem, nedum expressam, sed expressissimam, de prioribus literis, & processu vigore earum facto. Ad quod bene facit, quod voluit Bald. in l. præscriptione. C. si contra fus vel vtilitatem publ. xij. colum. vbi dicit, quòd condemnatus fuit quidam pro homicidio in mille: supplicauit principi pro compositione inserta in supplicatione, narrando, quod erat condemnatus in mille, sed non narrauit qualiter pro homicidio fuit condemnatus, & sic non expressit facti seriem: rescriptum est subreptitium, & non valet: quia si expressisset, non est verisimile, quòd princeps composuisset. vt l. iij. C. de episco. aud. a
Vnde si princeps rescribendo coponeret, rescriptum est nullum: vt voluit Bald. vbi suprà. de quo meminit Andr. Sicul. in dict. cap. ex literis. vj. col. in fi. & Iaſon in l. nec damnosa. C. de precib. imp. offer. Ad cuius confirmationem induxit notabile dictum Guilielmi de Cuno in l. iij. per illum tex. C. de epis. aud. dicentis, quòd qui habuit gratiam de vno homicidio, si postea fecit secundum homicidium, & impetrauit gratiam de secundo homicidio: nihil valet, nisi fecerit mentionem expressam de primo homicidio, & de prima gratia. quod dictum refert & sequitur Andr. Sicul. in cap. super literis. xxxiij. colum. suprà, de rescript. per quod dicit, quòd in ciuitate Bononiæ fuit de facto decapitatus vnus, qui impetrauit gratiam remissionis secundi homicidij, non facta mentione primi, nec eius gratiæ. De hoc dicto Guil. meminit etiam Felyn. in cap. postulasti. de rescript. colum. iij. versic. & per istum tex. &c. ego plenius profequor in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnitent. & remissione, in verbo, omnia sua peccata. vers. fi. vj. intellige istum text. ibi: valere poteris. Facit quod voluit Bald. in l. nec damnosa. ad fin. vbi dicit, quòd si quis impetrat à domino Papa aliquam compositionem super pœna, quæ erat per fiscum exacta, & non facit mentionem de exactione, & incorporatione pœnæ: non valeret, ei scriptum, quia obreptitium, & hinc damnosum. Ad idem facit not. decisio Oidra. consi. 10 xxj. in fin. & refert & sequitur Alexand. consi. cxxiij. colum. ij. ad fin. incipit, ponderatis. & Iaso. in dict. l. nec damnosa. vbi decidit, quòd si princeps aliqua cõcesit priuilegium pedagij in aliquibus locis, & loca illa sint onerata pluribus aliis pedagiis, de quibus mentio non est habita in dicto priuilegio: priuilegium ex hoc censetur subreptitium: quia si princeps sciuisset, nouum grauamen non imposuisset subditis. arg. de leg. iij. d. Titia. §. qui inuitus. & de dote prælegat. l. quod dotem. quia nihil debet tacere, quod potuisset principem in contrarium mouere, vt d. l. præscriptione. ibi: vel tacendi fraude, &c. Ita ergo dicamus in casu nostro, quòd † impetrans secundas literas, debeat facere mentionem expressissimam de prioribus, & de litis pendentia, & processu causæ. Et quod plus est, non sufficeret generalis mentio, nisi etiam fieret mentio de statu causæ, & sic an sit contestata, vel conclusum in causa. ita not. voluit Andr. Sicul. in cap. prudentiam. §. vj. ix. col. suprà, de offic. deleg. refert hoc tenere Bal. in dict. l. j. C. de rel. Sed reuera Bald. ibi hoc non dicit in meo libro: sed in eum dixit, vt suprà retuli, quod tunc est sienda mentio de processu, cùm is sit contestata, aliàs non necvidetur hoc dictum Andr. Sicul. aliquo modo posse sustineri: tum quia iura, quæ super hoc dispo-
nunt, solummodo dicunt specialem mentionem fiendam de litis pendentia: non tamen attendunt ad specificam mentionem status causæ tum etiam quia contra ipsum expresse decidunt domini de Rota, decisione cccxxiij. aliàs est sub titulo, de rescriptis. vigesima, incipiente, item si causa. vbi dicunt, quòd si causa committitur alicui auditori in eodem statu quo erat coram priori auditore, valet commissio, licet status causæ non exprimatur specialiter. & est ratio, secundum eos, quia

a Adde Iaſ in l. nec dãnosa. C. de prec impe. eff. 10. Ber. Nota.

Nota.

An debet fieri mẽtio de statu causæ?

Universidad de Deusto
Biblioteca

per acta primi auditoris poterit leuiter & statim constare in quo statu est causa. arg. l. nominatim ff. de cond. & dem. vbi dicitur, quòd demonstratio fit per expressionem qualitatum rei demonstratæ. ad idem tex. in c. licet ex quadam. ad fin. suprà, de test. nil enim refert, quid ex æquipollentibus fiat, vt ibi dicitur. Et hoc maximè procedit, si in petitione peteretur certam causam certo auditori committi, subdendo clausulam consuetam, cuius statum dignemini habere pro expresso. tunc enim Papa committendo alteri, videtur ex certa scientia committere, & statum causæ pro expresso habere, secundum Rotam vbi suprà. Et sic in effectu videntur velle prædicti domini, non esse necessarium, quòd fiat specifica mentio de statu causæ. Nec obstat dictum dom. Innoc. in d. cap. ex literis. dum vult, debere fieri specialissimam mentionem: quia satis dicitur specialissima mētio fieri, si in supplicatione dicatur, quomodo lis pendet coram alio iudice. Sicut in simili dicimus, quòd † ad hoc, vt actus rescindatur per actionem quòd metus causa. requiritur, quòd metus sit talis, qui posset cadere in hominem constantissimum, vt l. metum ff. quod metus causa. & tamen glos. & omnes doctores asserunt sufficere metum cadentem in constantem virum. & de hoc est tex. in cap. ad audientiam. in vers. cadere in constantem virum. suprà. quod metus causa. Ita ergo videtur dicendum in proposito, quamuis dominus Innoc. dicat fieri debere specialissimam, seu expressissimam mentionem, sufficit si fiat expressa. Vel aliter potest dici, quòd debet fieri expressissima mentio priorum literarum. id est, de omnibus clausulis notabilibus contentis in ipsis, vt voluit Abb. in c. cæterùm. in princ. suprà, de reseri. & in cap. cùm dilecta. secundo not. eod. titu. & in capit. pastoralis. §. præterea. col. j. suprà, de offic. deleg. & in d. cap. ex literis. in princ. eod tit. & in c. ex conquestione. col. j. suprà, de restit. spol. & in c. vt debitus. col. iiij. de appel. latius per ipsum in cap. ij. de dol. & contum. Ex quo dicebant Ant. 14 & Abb. in d. c. ex conquestione. iiij. not. quòd † si in primis literis est appposita clausula, appellatione remota, de ea debet fieri mentio in secundis: ad quod bene facit glos. in cap. inter dilectos. in verbo. consumptum. suprà, de fide instrum. quæ dicit, quòd consumptio vel abrasio circa clausulam, appellatione remota, vitiat rescriptū, quod non faceret, si dicta clausula non esset de substantia: vt c. ex literis. eod. tit. Ex hoc etiam infertur quòd secundæ literæ expectativæ sunt subreptitiæ, etiam si faciant mentionem de prioribus, in quibus continetur clausula, anteferri, nisi de dicta clausula fit facta mentio. hoc est mirabile dictum Oldr. consil. cccxxiiij. incip. factum tale est: dominus noster Papa. Quæ autem dicatur † clausula notabilis, ad hoc, quod de ea debeat fieri mentiō in secundis literis, relinquitur arbitrio iudicis, secundum Abb. in d. cap. ex conquestione. suprà, de restit. spol. Et de ista specialissima mentione potest intelligi dictum do. Innoc. de quo suprà. Vel aliter potest intelligi. vt fiat specialissima mentio de omnibus principalioribus articulis. vt et. cap. cùm dilecta. suprà, de reser. vt. uta, de exce. vt in c. in nostra. §. ff. de procur. & de ordinationib. vt c. cùm olim. de except. & c. veniens. eod. tit. item de iudicibus, & litigantibus, & de his, de quibus agitur. vt not. in d. c. ij. suprà, de dolo & contu. & tenet Rota in nouis decis. lxvij. incip. si ponatur. aliàs est sub tit. de reser. sexta in ordine. Vnum tamen nota, quòd in impetratione literarum, in 16 causa appellationis, non est necesse mentionem facere de nominibus iudicum, à quibus fuit appellatum: satis est dicere in genere, quòd iudices, quibus fuit causa commissa, tulerunt sententiam. ita tenet Ioan. Andr. in cap. oblatæ. de appel. approbat ibi Abb. in princ. dicens hoc esse notabile in practica. Idem tenet ibi Philippus, in princi. pro quo est optimus ille text. secundum eum. Subdit tamen, quòd iudex ad quem, bene debet esse certus & nominatus. vt l. j. §. libelli. ff. de appe. & per glos. in c. is cui. de offic. deleg. lib. vj. Cogitabam si potuisset saluari dictum Andr. Sicul. in d. c. ex literis. dum dicit, debere fieri mentionem de statu causæ, scilicet, quando esset conclusum in eam. Nam tunc nisi fiat mentio de conclusione in causa, & cōclusioni derogetur, non valet commissio. Ita dicit regula cancellariæ Innoc. octau. xxxvij. quæ disponit in hæc verba: Item statuit, & ordinauit, quòd in commissionibus de iustitia, etiā consistorialibus, per eū, seu de eius mandato, vel authoritate, in causis, in quibus conclusum existat in posterum concedendis: etiam si de conclusione huiusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit: nihil censeatur esse concessum, nisi per confessionem commissionis huiusmodi, conclusioni derogetur expressè, quod tene semper menti. Secundò potest saluari eo casu, quo impetrantur iudices in causa, in qua fuit appellatum. Nam tunc ad hoc quòd valeat rescriptum, oportet fieri specificam mentionem de app. & sic de statu causæ, vt voluit gl. iuncto tex. in d. c. oblatæ. gl. fi. quā ibi not. omnes. probatur in c. ex parte. suprà, de resc. & in c. bonæ. sup. de confir. vti. vel inut. tenet do. Inn. in c. dilecti filij. in gl. magna. in fi. in vers. non valent literæ. sup. de ma. & obed. & in c. j. de his, quæ fi. à ma. par. c. licet aliud senserit in c. ij. de reseri. Idem tenet Host. Io. And. Abb. And. Sic. in d. c. ex literis. sup. de of. dele. & hoc siue sit appellatio partis aduersæ: vt sentit gl. in d. c. oblatæ. cum iurib. in ea alle. siue sit app. propria, vt voluit do. Inn. in d. c. dilecti. & in d. c. ex literis. & Io. de Im. Philip. & Præpos. in d. c. oblatæ. ad fi. modo fuerit interposita ad Papam, vel quemcunque alium. vt c. concertationi. de app. li. vj & ibi Arch. qui dixit hoc procedere etiam in app. extraiudiciali, quod etiam tenet ibi Io. Andr. & Domin. Et quod plus est, dicebat do. Inn. quem sequitur Io. And. in d. c. ex literis. sup. de of. dele. debere fieri mentionem non solùm de app. sed etiā de causa, propter quā fuit appellatum ante sententiā: sed si post sententiam, sufficit dicere de app. absq; exacta mentione primi rescripti, vel processus. de quo dicto exclamat Philip. in d. c. oblatæ. penul. col. de appel. Et post multa subdit Innoc. vbi suprà, quòd in literis impetratis, super commissione app. non requiritur tanta solennitas, vel subtilitas circa expressionem, vel suppressionem veritatis, quanta in aliis: quia considerata natura appellat. non impetratur ad altum impugnandum, sed potius ad imperrantem defendendum, vt cap. cum speciali. §. porrò. suprà, de appel. istæ enim literæ sunt de simplici iustitia. vt c. accedens. infrà, de crim. fal. imo fauorabiles & ampliandæ, secundū eum. Et propterea

An debet fieri mētio de nominibus iudicū.

De conclusione in causa debet fieri mentio.

Debet fieri mētio de app pellatione.

An debet fieri specialissima mentio.

Debet fieri mentio de omnibus clausulis notabilibus.

De clausula appellatione remota.

De clausula anteferri

Qua dicatur clausula notabilis

De articulis principalioribus debet fieri mentio.

stylus curiæ habet, quòd licet impetrentur literæ super appel. ab interlocutoria, satis est exprimere quòd sit appellatum à grauaminibus, licet causæ ipsæ grauaminis in specie aliter non exprimantur. quod tene menti, secundum Philippum in d. cap. oblatæ. pe. colum. Vnum tamen non omitto, 17 quòd † licet de app. debeat fieri mentio, vt in iurib. prælleg. de his tamen quæ sunt facta, seu innouata post appellationē, non est fienda mentio: & ita rescriptum impetratum non facta mentione de his, valet & tenet. iste est text. qui sic debet intelligi. in cap. dilectæ. suprà, de except. & ibi tenent Goffre. Philippus, Anto. Card. Imol. & Abb. Ad idem tex. in cap. bonæ. de confir. vti. vel inut. quia ex quo per appel. est à iudice recessum, non tenetur appellans scire quid iudex faciat. & ideo non potest facere mentionem de his, quæ iudex innouauit. Merito ergo valebit rescriptum, quamuis de illis mentionem non faciat, secundum eos, maximè quia attentata post appe. sunt nulla ipso iure: vt c. cùm contingat. suprà, de offic. deleg. & per totum tit. ff. nil inno. app. pend. de his autem, quæ nulla sunt, non est opus mentionem facere: vt infrà dicetur. ergo, &c. ita dicit Andr. Sicul. in cap. prudentiam. §. vj. ix. colum. de offi. deleg. Infertur ex hoc, quòd † de excommunicatione lata 18 post appe. non est opus mentionem facere: quod dom. Abb. dicit esse bene notandum in d. cap. dilect. & potest esse ratio, quia validitas excommunicationis pendet ab exitu appel. vt cap. cùm non solùm. de app. libr. vj. & illius expressio non subtraxisset vel retardasset principem à concessione rescripti. vt cap. cùm inter. & cap. fin. de excep. & ita cessat omnis subreptio: vt in ca. super literis. 19 suprà, de reser. Quatuor † tamen sunt casus, aut quinque, in quibus valet impetratio post quam fuit appellatū, quamuis de appellatione non fiat mentio. quos ponunt doctores, signanter Philip. & Præpos. in dicto c. oblatæ. ad fin. suprà, de app. quos per te videas. Limitabis tamen istum text. & prædicta, vt in secundis literis debeat fieri mentio de processu, & litis pendentia, vt procedat de æquitate canonica: secundum quod potest impetrari rescriptum ad delegatum, etiam lite pendente coram ordinario, licet ordinarius in nulla sit negligentia, vel culpa, dummodo fiat mentio de litis pendentia coram eo: vt hic, & in iuribus suprà allegatis. & tenet Specul. tit. de reser. præsentatione. §. ratione autem causæ. in princ. & glo. in clemen. ij. in vers. innouari. vt lite pend. Secus tamen esset de iure ciuili, secundum quod non valet rescriptum lite pendente impetratum ad iudicem extraordinarium, seu delegatum, nisi ordinarius requisitus deneget facere iustitiā: vt auth. de mandatis principum. §. non permittat. & in auth. vt differentes iudices. §. si verò. per quę iura ita firmat Bald. in l. ij. prope finem. C. vt lite pen. Refert & sequitur Vitalis in libro clausularum, in clausula, nil nouari lit. pend. in princ. & Philippus in dicto cap. vt nostrum. xxxv. col. suprà, de app. & Felyn in dict. c. super literis. xiij. colum. suprà, de reser. Limita ij. istum text. & prædicta, vt de- 20 beat fieri † mentio de processu, & litis pendent. nisi causa, super qua fit commissio, sit matrimonialis. Nam tunc, quāuis de processu & litis pend. non fiat mentio in rescripto, valet tamen rescriptum. & ita tenet Host. & Io. And. in c. tenor. sup. de re iud. in ver. literas. & ibi etiam Ant. j. col. per illum tex. tenet etiam l. ap. alle. lxxxix. incī. in Dei nomine, &c. factum super quo. in vj. colum. versi. tamen si impetro. idem firmat Andr. Sicul. in d. c. prudentiam. vj. colum. & cons. xlv. col. ij. vers. sed ad ista. in ij. par. adducens multa alia speciali. introducta in fauorem matrimonij. quæ etiam ponit Fely. in rubr. de sponsi. Ratio est, quia ex quo talis sententia super matrimonio non transit in rem iudicatam, licet mentionem non fecisset de appel. nihilominus literas obtinuisset, secundum eos. Istud tamen ego intelligerem verum, quādo lata esset sententia in causa matrimoniali. & ita propriè loquitur text. in d. c. tenor. & sic esi ponderat ibi do. Card. secus si nondum esset lata sententia. sed adhuc pendet processus coram priori bus iudicibus. Nam cùm tunc stet ratio, propter quam debet fieri mentio de processu. iniuria & verecundia priorum iudicum, de qua superius dixi, non video rationem specialitatis in causa matrimoniali. Nec est dicendum Rom. Pon. in causis matrimonialibus de facili concedere secundas literas reuocatorias priorum iudicum, coram quibus causa pendet. arg. l. vbi cœptum. ff. de iu. Et quod plus est, posset attentari iudicio meo indistincte, quòd eo casu, quo lata fuit sententia in causa matrimoniali, in fauorē matrimonij, & sic contra illum qui matrimoniū impugnabat: si nullum subest impedimentum, & impetrarentur literæ ad alios iudices, oporteret fieri mentionem de processu priorum iudicum. Mouebor, quia cùm talis sententia transeat in rem iudicatam, si ab ea non appelletur: vt voluit glo. fin. in c. lator. suprà, de re iud. & ibi tenent omnes. & sic per consequens cessat motiuum doctorum, dicentium illud contingere ex eo, quòd sententia non transit in rem iudicatam. Idem dicerem eo casu, quo fuit lata sententia separationis thori. nam ista sententia eodem modo transit in rem iudicatam, vt latè firmat Abb. in d. c. lator. in fin. quē videas per te. de quo latius per Fely. ibi. vj. col. ver. octaua declaratio. Idem posset dici in aliis casibus, in quibus sententia in causa matrimoniali transit in rem iudicatam: de quibus ibi per Fely. post alios. Et eadem † ratione idem dicendum in causa matrimonij spiritualis, in qua sententia transit in rem iudicatam. tex. in cap. cùm dilecti. in fi. de elect. in fi. glos. j. in cap. j. de concess. præb. Host. in summa, tit. de app. §. quot sunt species. v. colum. versic. sed nunquid est hoc simpliciter. Dominicus in cap. ordinarij. §. j. in fi. de offi. ordi. lib. vj. Abb. in c. cum Berto. col. xij. ver. ex hac lectura habes. suprà, de re iud. & in c. conquerente. ij. col. de restit. spol. de quo late & singulariter per Fely. in d. cap. lator. vij. colu. versi. decima & aurea declaratio. Limita tertiò istum tex. & prædicta, vt in secundo rescripto seu commissione, debeat fieri mentio de litis pendentia, quando noua commissio emanauit super deducta in lite, secus si concernat futura, etiam eiusdē materiæ. Nam tunc quamuis in secunda impetratione seu commissione non fiat mentio de litis pendentia, non nocebit. vtputà, si stante lite de fructibus beneficij in absentia male perceptis, valebit impetratio super percipiendis, licet taceatur de litis pendentia. ita consuluit dominus Abbas consilio xcviij. incipiente, Iesu Christi. in causa & quæstione. motus principaliter quia

De iure ciuili nō dant iudices litis pend.

An in causa matrimoniali debet fieri mētio de primo libello vel processu.

In causa matrimonij spiritualis.

Si noua cōmissio cōcernat futura eiusdē materia.

De excōmunicatione Post app nō debet fieri mentio in literis.

De innouatis post appellat. non oportet facere mentionem.

quia iudex, qui cognoscebat de fructibus male perceptis, non poterat se intromittere de percipiendis, quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem: vt c. Romana. §. caueat. de senten. excom. lib. vj. & quod ibi not. gl. Ad idem tex. not.
11 in l. j. §. fin. ff de vsur. vbi dicitur, quòd licet † debitor sub vsuris sit in mora de præsenti, & sic præsentes vsuræ debeantur. secundum l. similemnon tamen propter moram de præsenti possunt peti vsuræ pro tempore futuro, pro quo non potest debitor adhuc dici in mora. Vnde ita dicendum in casu nostro, cùm prima commissio facta fuerit super fructibus perceptis, solummodo non impedit, quo minus possit impetrari alia commissio super percipiendis, etiam non facta mentione de litis pend. cum per istam secundam cõmissionem in nullo præiudicetur litis pendentiæ, quia istã sunt separata, & ex separatis non fit illatio: vt c. ij. supra, de translat. præl. & l. nec natales. C. de prob.
23 & l. si maritus. la j. C. isto tit. Optimè facit, quod voluit Rota in nouis decis. cccx. aliàs est sub titu. de rescript. xxv. incipit, item si reus & possessor. vltra medium ibi, si dicatur. vbi dicitur, quòd non vitiatur impetratio ex taciturnitate iuris, quod in beneficio potuisset aduersarius in futurũ consequi. si ego non impetrassem. Iura enim quæ volunt fieri debere mentionem de prioribus literis & de processu vigore illarum facto: loquuntur, quando secunda commissio vel rescriptum impetratur super eodem casu: vt dicit text. in cap. cæterùm. supra, de reseri. Si autem non sic in eadem causa, quamuis sit eadem materia, non nocet taciturnitas priorum literarum, & litis pendentiæ: vt expressè tenet ibi Ioan. Andr. dicens, quòd si aliquis narrauit se in renuntiatione circumuentum, & Titium sibi simoniacè subrogatum, & obtinuit sibi prouideri, si ita est: deinde citius impetrat contra ipsum super reuocanda prouisione illi facta, quòd nõ est eadem causa, sed bene eadem materia. Et per hoc sentit, quod sufficiat facere mentionem prouisionis factæ: licet de causa vel processu nihil fuerit dictũ. Vnde ad propositum
24 nostrum, si prima commissio fiat super vna causa & iudices quibus causa committitur procedant: si ex postfacto impetretur alia cõmissio ad alios iudices. non super eadem causa, sed super eadem materia, valebit: quamuis non fuerit dictum de litis pend. Nec est mirandum de hoc, quia cùm commissio limitata sit ad certam causam, limitatum debet parere effectum: vt l. in agris. ff. de acq. rerum dom. glos. in c. cùm ordinem. supra, de reseri. quæ singulariter voluit, quòd limitata causa priuilegii, facit priuilegium non posse trahi extra limites suos. Ad idem bonus text. in l. edicta. §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. stabu. vbi nauta tenetur, quando recepit vt nauta: secus si vt amicus vel vicinus. Et propterea dicebat Bart. in l. aut facta. §. j. ff. de pœ. quòd pœna apposita in instrumento pacti offendenti me vel mihi adhærenti, intelli-
25 gitur de offensa ex iniuritia tunc sopita: secus si oriatur noua causa iniuriæ. Idem firmat Barto. in disputatione Lucanæ ciuitatis. primo dubio, & Anchar. in c. nulli. de elect. lib. vj. & Abb. in ca. bonæ. el j. colum. iij. de elect. & in cap. j. de treug. & pa. col. ij. & in c. quemadmodum. supra, de iureiu. j. colum. & multi alij, quos refert Felyn. in d. e. cùm ordinem. colum. viij: vbi ponit multa alia similia.

Limita quartò, vt debeat fieri mentio de processu priorum iudicum, vbi processus esset validus, secus si esset nullus, secundum Andr. Sicul. in d. cap. prudentiam. §. vj. colum. ix. supra, de offic. deleg. per text. in cap. tenor. supra, de re iudica. vbi lata sententia in causa matrimoniali contra illam mulierem illa impetrauit literas ad alios iudices, nõ facta mentione processus facti coram primis: & nihilominus valuerunt illæ literæ. & ratio est, secundum docto. quia ibi prætendebatur illa sententia nulla. Et quamuis Andre. Sicul. non dicat, pro eius dicto est tex. sing. in decre. nostra, secundum intellectum Host. in ver. idoneæ. quam approbat & commendat ibi dominus Abb. nam hic sententia consulum erat nulla, quia obligabat istum H. pauperem, ad præstandum cautionem idoneam, id est, pignora, vel fideiussores, quod ipsi H. erat impossibile: ideo tanquam continens impossibi-
23 le, erat nulla. quia † impossibilium nulla est obligatio. vt regula, impossibilium. ff. de reg. iur. & regula, nemo potest. eod. tit. libr. vj. & l. fin. C. quæ sententiæ sine appella. rescind. & cap. Odoardus. de solut. Et ideo non fuit opus de ea mentionem facere. Item ex alia causa sententia consulum fuit nulla: quia in ea dicebatur, quòd deberet dare idoneam cautionem, & sic pignora, vel fideiussores de dote reddenda. dare autem talem cautionẽ, est prohibitum à iure: vt l. ij. C. ne fid. dot. den. & ob hoc etiam fuit nulla. l. fi expressim. C. quand. prouo. non est nec. & cap. j. de re iudi. Facit ad prædicta glos. in c. ex tenore. de reseri. & in ca. in nostra. gl. j. ad fin. eod. tit. & in cap. cùm nostris. in verſic. de facto. de concess. præbend. & in cap. suggestum. in versi. posterius. supra, de iur. patron. in reg. non præstat. de reg. iur. lib. vj. quæ gl. dicunt valere secundas literas, non facientes mẽtionem de primis, quæ erant nullæ. quas gl. ad hoc proposito commendauit Abb. in præsenti. iij. col. in fi. & in c. oblatæ. col. ij. supra, de appe. vbi est bonus tex. commendat etiã illas Lud. consil. cccl xxxiij. pen. colum. incip. saluatoris. inferens ex eis, quòd
24 valet † confirmatio electionis, non facta mentione de prouisione alteri nulliter factæ. Ex hoc etiam dicebat Cald. tit. de reseri. colum. xiiij. non censeri subreptitiam impetrationem alicuius dignitatis à Papa factam, non facta mentione electionis ad dignitatem illam nulliter factæ. Hinc est etiam, quod valet rescriptum, cõmittens causam finitam per sententiam, quãdo sententia non tenuit, licet de ipsa non sit facta mentio: quia talis sententia, quæ nulla est, non dicitur habere nomen sententiæ: vt l. iiij. §. condemnatum. & l. si cum nulla. ff. de re iud. ita dixit Alex. consi. xcv. in fi. in ij. volum. incip. visis processibus. & quamuis ille non alleget, hic est text. optimus, secundum intellectum Hostien. de quo supra. Et per hoc datur notabilis limitatio ad text. in l. fin. C. vt lite pendente. & quod ibi not. Paulus de Castr. vbi di-
25 citur, quòd non potest quis † impetrare rescriptum vt retractetur sententia, quæ transiit in rem iudicatam, imo ex sola supplicatione incurrit infamiam, & sic, si produceretur in testem, posset sibi obiici, quòd non esset habilis, quòd est menti tenendum. secundum Paulum, quia posset facere honorem si casus occurreret, cùm pauci sint qui aduertant, & sciant de hoc excipere. istud enim debet intelligi, quando sententia esset valida,

Si processus esset nullus.

De litteris nullis.

Cõfirmatio Electionis in la Sententia nulla.

Certus de ampare.

lida, secus si nulla, per supradicta. An autem si impetratur à rege commissio, super remissione sententiæ quæ transiuit in rem iudicatam, potest reuideri, non obstante lapsu rei iudicatæ. vide Iaso. in l. iustitia. de iustitia & iur. ff. Ex istis infertur,

Appellatio nulla. 26 quòd literæ † impetratæ post appellationẽ nullam bene valent, quamuis de appellatione non sit facta mentio, secundum Bald. in l. j. C. si contra ius vel vti. pub. Vnde si appellatio quouis modo non subsisteret, vel esset deserta vel tacitè vel expressè illi fuisset renuntiatum, valeret impetratio, quamuis de ea nulla fieret mentio. est de hoc text. in ca. ex parte. supra, de rescrip. & ibi glo. ij. & Ioan. de Imo. in vltima charta & Philippus in d. cap. oblatæ. pen. colum. verſic. iij limita. & ibi Præpositus in fi. idem dicit Philippus, si esset casus, in quo non posset appellari, valeret enim impetratio non facta mentione de tali appellatione: quia taciturni
27 tas † non vitiat rescriptum in eo, quod si fuisset expressum, fuisset æquè concessum: vt dict. l. j. C. si contra ius vel vtil. pub. & cap. super literis. supra. de rescript. vt ibi latius per Philippum. Ex istis

Impetratio nulla. etiam infertur, quòd si ego possideo vnum beneficium, tu impetras illud nulliter à Papa: quia forte non es capax, & tacuisti defectum à processu executorum contra me in fauorẽ tuum: ego appello: ecce, quòd cùm nullum ius habeas, ego appello, & impetro postea à Papa mihi denuo prouideri de illo beneficio, non expressi de appellatione, valebit tamen impetratio: quia si Papæ expressissem, quòd nullum ius haberes, & propterea appellaui ab executoribus, dedisset omnino eas dem literas, quas impetraui. arg. c. postulasti. sup. de rescrip. ita tenent domini de Rota, decis. cccx. in nouis. aliàs est sub titu. de rescript. xxv. quam referunt & approbant Philippus in c. oblatæ. col. antepen. verſic. j limita. & ibi Præpositus. fin. col.
33 versi. ista regula. Ex istis etiam infertur, quòd

Attentata post appel. 28 cùm † attentata post appellationẽ sint nulla, non est necesse de eis mentionem facere in secundis literis, vt suprà dictum est in isto notabili, verſic. vnum tamen non omitto. Ad ista bene facit tex. & quod ibi not. Bart. in l. qui accusatus. ff. de adul

Libellus inualidus. 29 ter. vbi dicitur, quòd † libellus inualidus non interrumpit præscriptionem. Facit etiam glo. in c. vt debitus. supra, de appell. & in l. si pater. C. ne de stat. defunct. quæ dicunt, quòd litis contestatio nulla, vt est illa, quæ fit coram non suo iudice, non

Cõtestatio nulla. inducit interruptionem præscriptionis. a Ad idem facit quod voluit Gulielmus de Cuno, in l. eum qui. in princ. ff. de consti. pec. vbi dicit, quòd

Lis cõtestata inualida. 30 litis † contestatio inualida non obstat exceptioni dilatoriæ: & ita quamuis litis contestatio sit terminus excludiuus dilatoriarum. vt cap. pastoralis. supra, de excep. cum cõcordantiis, debet intelligi de litis contestatione valida. Ad idẽ facit quod

Perpetua impetratio 31 not. glos. in cap. cùm plures. in verb. qui potes. de offic. deleg. lib. vj. quæ dicit, quòd † per actum seu citationem nullam non perpetuatur iurisdictio. b quam glos. ad hoc commendat Abb. in cap. venerabili. ij. colum. supra de offic. deleg. & ibi Andre. Sicul. vj. colum. & Ludo. singul. cxlix. incipit, glos. ordinaria. pro qua glo. allegotur in c. proposuisti. supra, de foro compet. ibi: à te legitime citatus. & sic vult text. quod † ad hoc, quod citatio habeat effectum, oportet quòd sit legitima, & valida: & idem voluit glos. fin. iuncto tex. in cap. bo-
32 næ. el secundo. supra, de electionib. & glos. fina. in l. accusatoribus. C. de accus. quam sequitur Bald. in cap. quoniam contra. supra, de probat. vij. col. in princip. & in cap. in nomine domini. iiij. nota. supra, de testibus. not. Archi. in cap. non ita. ij. q. vj. Angel. in l si quis postea. ff. de iudic. ex quibus omnibus & multis aliis, quæ diligens indagator poterit reperire, satis est roborata ista limitatio. Limita quintò istum text. & prædicta, quando ille qui opponit exceptionem litis pendentiæ, sedet pro ea. secus si illam impugnaret, opponendo contra primum iudicem, dicendo, quòd non erat eius iudex competens: nam tunc valeret rescriptum impetratum ad secundos iudices, non facta mentione de litis pendentia. ita consuluit Ancha. consil. xvj. incipien. in Christi. viso processu. quia ex eo, quòd quis impugnat, non debet commodum consequi: vt regul. ex eo. de reg. iur. libr. vj. cum concord. & ibi per Dy. & per Bart. in l. post legatum. ff. de his quibus vt indign. in princi. Et ita ex quo ille, qui opponit de exceptione litis pendentiæ, eandem litem pendẽtem impugnabat: non debet ex ea commodum consequi: vt dicebat Anchar. in dict. consil. quod intelligit ipse verum, quando iam finita esset controuersia inter partes super dicta impugnatione. Secus si adhuc penderet. Nam tunc bene potuisset impugnans ea se iuuare, arg. l. quæ diximus. in princ. ff. de excus. tuto. vbi dicitur, quòd pendente appellatione super excusatione tertiæ tutelæ, si ille eligatur ad quartam, potest se excusare ex illa, quam impugnat. bene facit ad hoc quod not. voluit Compostellanus in cap. capitulum. supra, de rescript. & sequitur ibi Abb. in finalibus verbis. vbi dicit, quòd ex eo quod quis impugnat, potest se fundare pendente impugnatione. Ratio est, secundum eos, quia † euentus litis est dubius: vt l. quod debetur. ff. de peculio. vnde si non posset se fundare ex materia impugnata, posset sequi, quòd si succumberet in impugnatione, grauaretur in duplũ, seu dupliciter. Et ista est noua limitatio ad dictã regulam, ex eo. secundum Abba. vbi supra. Idem ergo dicerem quando lis esset finita super impugnatione primi iudicis, in qua impugnans succubuit. Nam tunc nihilominus potuisset opponere de taciturnitate litis pendentiæ Ad hoc moueor per illud quod voluit Bal. in l. j. iij. colum. in ver.
34 quid dices. C. de falsa cau. adie. lega. vbi dicit, Testator confessus fuit recepisse à me mutuo centũ, quæ mihi legauit: legi ex mutuo, & quia non potui probare mutuum naturale, succubui: licet possim postea agere ex legato. Nec obstat, quòd primò visus fuerim tacitè confiteri legatum non valere: vt l. si creditori. de lega. j. & l. si petitor. ff. de liber. lega. quia dicendum, quòd licitum est mihi recedere ab illa tacita confessione propter illam contrariam sententiam: vt not. Innocen. in capitulo mulieri. supra, de iureiurand. quod est notandum secundum Bald. vbi supra. Sic ergo dicamus in casu nostro. Ad idem facit, quod notanter voluit Bartol. in dict. l. post legatum. quarta colum. verſ. certè vltimùm dictum. ff. de his quibus vt indign. vbi dicit, quòd ex eo, quod quis impugnat, si succubuerit in impugnatione, potest se fundare. arg. l. Aurelius. §. fin. ff. de liber. leg. Nec obstat, secundum eum, l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi
34 cio. testamento. dum dicit, quòd † ille, qui impugnat

Impugnãs succubuit.

Universidad de Deusto Biblioteca

gnæ instrumentum de falso, si perfistit vsque ad sententiam, perdit commodum, quod habiturus erat ex testamento. quia illud est speciale in instrumentis pertinentibus ad vltimas voluntates. vt ibi latius per Bar. quem videas. vide etiam per Alexand. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verb. oblig. Reperio tamen, quòd d. Ant. in cap. cùm olim. de censib. x. colum. versic. forte dictum Bart. videtur sentire contrarium, dum impugnat dictum Bart. de quo suprà, dicens, quòd si ageremus de pœna indignitatis, seu de priuatione commodi instrumenti, propter indignitatem, & sic de mera pœna in odium impugnantis: tunc Bart. diceret verum, quòd text. in d. §. meminisse. imponens pœnam indignitatis, procedit solùm in casu suo. Sed hoc est alia causa priuandi, quàm causa commodi instrumenti: & agitur nedum de odio impugnantis sed etiam de commodo illius, contra quem facta est impugnatio. cuius respectu ista impugnatio inducit tacitam renuntiationem: vt est casus in dict. capit. cùm olim. Si ergo perstisit in reprobando instrumentum vsque ad sententiam, & succubuit, videtur renuntiare commodo instrumenti: quæ renuntiatio etiam in diuersa instantia, debet sibi nocere. Quapropter dicit d. Anto. posse dici prima facie, quòd si variatur instantia inter alias personas, iste posit vti hoc instrumento impugnato, secundum Anto. vbi suprà. Ego tamen credere rem dictum Bart. & ea quæ suprà dixi, fore vera, scilicet, quòd si impugnans succubuit in impugnatione, poterit se iuuare & fundare ex eo, quod prius impugnauit. Primò, per ea quæ postea subdit do. Anto. in cap. cùm olim. dum dicit, quòd ille qui impugnat instrumentum, videtur renuntiare vsui instrumenti, respectu illius instantiæ: quia istæ tacitæ renuntiationes nunquam referuntur ad aliam instantiam, sed ad illam tantum. & dicit hoc esse not. dictum Innoc. in cap. cùm venissent. in fi. suprà, de test. Ista autem ratio ita concludit inter easdem personas, sicut inter diuersas. Et ita videtur, quòd ista tacita renuntiatio, quæ resultat ex ista impugnatione litis pend. vel instrumenti, vel rescripti. non se extendit ad aliam instantiam, etiam inter easdé personas. Bene facit ad hoc quod in simili not. Abb post Card. in capit. post transactionem. suprà, de offic. leg. vbi dicit, quòd consuetudo † non extenditur de vno casu ad alium. a Ex quo dicebat Innoc. in cap. in literis. suprà, de resti. spol. quem refert & sequitur Abb. in cap. cùm venissent. pen. colum. tit. quòd si consuetudo est, quòd per installationem factã in certa sede acquiratur quasi possessio iurium episcopalis, vel archidiaconalis, vel alterius dignitatis: si installatio fiat in alia sede, quàm deputata per consuetudinem, non transfertur possessio. quod dictum est bene not. secundum Abb. vbi suprà, & ego aliàs vidi in practica. Ex hoc etiam dicebat Ioan. de Lignano in cap. cùm olim. de præscript. & sequitur ibi Anchar. quòd si aliquis ex consuetudine præscripsit ius visitandi per seipsum, non poterit postea visitare per vicarium suum. Et propterea dicit Innoc. in c. dilecto. suprà, de offi. Archidiac, quòd † præscripta potestate absoluendi. non videtur præscripta potestas excommunicandi. ad quod bene facit tex. in dict. cap. olim. de præscriptio. per quem dicit ibi Abb. quòd præscripta potestate excommunicandi, non videtur præscripta potestas absoluendi. & iuxta hoc vide Andr. Sicu. in d. cap. quòd translationem. xix. colum. Bene facit ad prædicta, quod voluit Bart. in auth. qui rem. in fi. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicit, ꝙ si res ecclesiæ est consueta dari in emphyteosim vsque ad tertiam generationem masculinam, & fœmininam: vel consueuit dari in emphyteosim temporalem, & concessit in perpetuam: talis contractus non valet, quia consuetudo non extenditur vltra id quod agitur. vt l. j. §. iij. ff. de itin. actu que prima. Et potest esse ratio, quia consuetudo habet consensum tacitum. vt l. de quibus. ff. de legibus. tenet Abb. in cap. fin. infrà eod. v. notabili. Consensus autem tacitus in vno actu, non extenditur ad alium actum. vt est gl. aure. in clem. sæpe. prope fin. in verb. partibus. in fi. de verb. significa. quæ dicit, quòd sit de tacito consensu partium in causa summaria iudex cœpit seruare ordinem iudiciarium, quamuis actus, quos fecit valeant, quo ad alios tamen actus, poterunt cõtradicere: quia licet sibi præiudicauerint quo ad aliquos actus, non tamen quo ad reliquos id facere tenentur. quam gl. multum commendat ibi Abb. in recolle ctis. fin. colum. inferens ex ea, quòd si † vno actu quis comparuit ad locum non tutum, non sequitur quin in aliis possit locum illum declinare. per illam glo. de qua etiam facit solenne festum idem Abb. in c. si quis contra clericum. xiij. colum. ver. sed circa prædicta. suprà, de foro comp. & in cap. quoniam contra falsam. fin. colum. suprà, de probat. & in cap. præsentium. fin. col. suprà, de proba. & in cap. præsentium. iiij. colum. de testibus. Paul. de Castr. consil. xxv. v. col. dicens per illam, quòd actus seu voluntas, tacitus vel tacita, non sic latè sunt interpretandi, vel extendendi, sicut expressi. Ita ergo in casu nostro, quamuis illa tacita renuntiatio, quæ resultat ex impugnatione litis pen. no ceat quo ad illam instantiam: non tamen nocebit quo ad aliam quæ de nouo inchoatur, etiam inter easdem personas. Et ita bene poterit impugnans qui succubuit, se iuuare ex illa litis pendentia, quam prius impugnauit, ex quo in dicta impugnatione succubuit. Item tacita renuntiatio, super qua se fundat dominus Anton. non † potest plus operari. quàm vna expressa confessio. & hoc nemo negabit. Sed certe confessio *b* expresse facta etiam parte præsente, nõ tamen acceptante, non nocet, ergo nec ista tacita renuntiatio, quæ non fuit ab aliquo acceptata, imo potius impugnata. & quòd in confessione vltra præsentiam requiratur acceptatio. not. latè Salyc. in l. generaliter. in vj. q. C. de non num. pec. vbi refert se sæpius consuluisse & tenuisse Richar. de Saly. & probatur per l. fin. ff. de interrog. actio. dicitur enim confessio, quasi simul fassio. quia vterque debet loqui, tam ille qui confitetur, quàm ille qui confessionem acceptat. idem tenet Salyc. in l. vnic. xv. oppo. C. de confes. & in l. iubemus. C. de liber. cau. dicens, non sufficere, quòd testes dicant confessionem esse factam parte præsente, nisi dicant, & ea instante, & petente, & confessionem acceptante. *c* Nec prædictis obstat tex. & quod ibi voluit Abb. Inn. in cap. fin. suprà, de succes. ab intesta. vbi ponderatur sola præsentia partis, in cuius fauorem emanauit confessio, quoniam ad illum tex. potest responderi altero de quatuor modis, quos in alio proposito ponit Salyc. in l. in bonæ fidei. xvj. col. versic.

Opinio cõtraria.

Determinatio.

Consuetudo nõ extenditur.

a Addé Fely in c. cum ex iniuncto de haret in fine. latius per eum in ea. audita. de præscri, eo viij. ver. consuetudo, videBal in trac de præscript in ij. parte vrin, in 6, & 7, colum. 1oã. Bern.

Installatio. Visitatio. Excommunicatio.

Emphyteusis.

Consensus tacitus in vno actum extenditur ad alium.

Cõparatio in loco non tuto.

b Addé latius per Ia. fo. in l. error. cõsul. C. de iuris & facti ign. Ioan. Bern.

c Addé latius not. in l. error. cõsul. C. de iu. & facti ign. vbi refert plura consilia Alex. in quibus hoc sequitur & confirmat hoc tradit Bal. in simili. Bern.

versic. vj. exemplum. Ce de reb. credit. vbi inter alia dicit, quòd ibi confessio facta fuit ad instantiam Abba. Vel loquitur in confessione facta in extremis vitæ ob causam mortis speratã: ideo maioris est efficaciæ: quia tunc non creditur ob aliam causam sic fateri. Et sisic diceres, ista procedunt in confessione extraiudiciali. Sed in iudiciali iudex † supplet vicem partis absentis: vt Anto. in cap. fin. de confessis. viij. colum. in vers. requiritur quinto. & ibi Abb. vij. col. post Ioann. And. tit. de confessis. §. sequitur. vers. vij. in additionibus ad Speculum, potest responderi, quòd quemadmodum in confessione extraiudiciali requiritur præsentia & acceptatio partis, sic in iudiciali: vt videtur velle Salyc. in dicta l. generaliter. vers. sed dominus & patronus meus. idem sentit ille in dict. l. iubemus. C. de lib. cau. dum dicit, cautelam esse, quòd quando quis confitetur parte præsente, scribatur in actis parte præsente & acceptante. & sic videtur loqui in confessione iudiciali tantùm: quia Saly. in dicta l. generaliter. primò videtur ponere aliquid speciale in confessione iudiciali: ideo non est credendum, quòd referendo opinionem Richardi, voluerit recedere ab illa specialitate, & ideo non videtur ista bona responsio. Vnde potest aliter responderi, quòd illud, quod dicitur in confessione iudiciali, iudex supplet vicem partis absentis: intelligatur in confessione expressã, secus in tacita, de quã noster est sermo, qui non debet ita latè extendi, nec interpretari, sicut expressa: vt suprà dictum est. Vel aliter potest dici, quòd licet iudex suppleat vicem partis absentis, non tamen partis acceptantis: vnde est necessarium, quòd iudex ostendat se velle recipere confessionem nomine partis absentis, & ei acquirere: vt expressé voluit Salyc. in dict. l. generaliter. vj. quæstio. Ista autem acceptatio in casu nostro non fit per iudicem, nec per partem: ergo non habet nocere tacitè confitenti, impugnando dictam litis penden. Præsertim cùm ista impugnatio, & tacita renuntiatio, nunquam fuerit approbata ab aduersario: imo potius contradicta, replicando super validitate priorum iudicum: & super hoc obtinuit, ad hoc quod no. Bald. in l. ij. not. ij. C. de repud. hæred. vbi per illum tex. dicit, quòd qui non † acceptat verba aduersarij, non potest se ex eis fundare. Et idem si dissimulat secundum eum, quod dicit bene notandum. Ad idem facit illa gl. singularis in c. cùm venissent. in ver. coram eo. suprà, de eo qui mitti. in poss. caus. rei seruan. quæ probat, quòd † actus gestus per partem in iudicio, nunquam nocet, si non fuit ab alia parte acceptatus, sed impugnatus. vnde dicit, quod † comparens coram iudice, à quo appellauit, & faciens aliquem actum coram eo, non per hoc videtur appellationi renuntiare, ex quo ille actus non fuit per aduersarium acceptatus. quam glos. multum commendat ibi Abb. in ij. colum. & in c. gratum. ij. col. suprà, de offic. deleg. & consil. ij. fin. col. in j. vol. & Ludo. in singul. clj. incipit, appellans. & in sing. dccxcv. incip. regula est. Et per hoc datur singularis limitatio ad d. c. gratum. & ad c. solicitudinem. de app. & ad alia iura, quę dicunt, quòd per actum contrarium renuntiat quis app. vt intelligatur quomodo ille actus fuit acceptatus per aduersarium. a' ias limitationes ponit Lud. in d. fin. dccxcv. quas per te videas. Quæ quidem

Limitatio ad c. gratũ.

acceptatio debet fieri in specie: vt elegãter voluit Bald. in l. cùm precum. C. de lib. cau. de quo facit magnum festũ Ang. de Are. in rub. de exce. Insti. xlj. col. versi. vj. est videndum, nec sufficeret secundum eum acceptare in genere, dicendo, Accepto in parte, vel partibus, pro me facientibus. quod est menti tenendum, ad intellectum & limitationem prædictorum. ad quod bene facit in simili gl. not. in l. j. §. editiones. de eden. quæ dicit, nõ prodesse ei, qui producit instrumẽtum, si dicat, Quatenus facit pro me, &c. Ex quibus omnibus cõcluditur ista limitatio, quòd licet quis à principio impugnauerit litis pen. in qua succubuit, poterit contrà rescriptum opponere de taciturnitate litis pendentiæ. Possumus sextò limitare istum text. & prædicta, vt in secunda commissione debeat fieri mentio de processu, &c. nisi quando mentio processus, vel appel. nihil esset impeditura: vt puta, si impetraui, vt in curia committeretur alicui audi tori omnis causa, quam contra te habeo, vel habere intendo ex tali vel tali causa: cum potestate citandi in curia, & partibus. quãuis aliter de processu causæ, in qua appellaui, mentionem non faciam: virtute istius commissionis potero coram tali auditore causam appellationis prosequi, quia ex quo causa appellationis veniebat in curia tractanda, nullum præiudicium fit appellationi. ideo si de ea taceatur, non vitiatur commissio. Ista est not. decisio dominorum de Rota, in nouis eccliij. incipit, item si committitur. quam referunt & sequuntur Philippus & Præpositus in dicto capi. oblatæ. ad fin. suprà, de appella. Et hæc sufficiant, quo ad istud notabile: quamuis alia multa breuitatis causa omittantur.

Si mentio processus nihil esset impedistura.

SVMMAE RERVM.

1. *Consuetudo, quòd maritus det fideiussorem pro restituenda dote ex causa legitima, an valeat.*
2. *Consuetudo semel à iure damnata, an possit iterum introduci.*
3. *Ex varietate temporum variantur statuta & consuetudines.*
4. *Pro dote conseruanda & restituenda, an possint fideiussores interuenire.*
5. *Exigere est ab inuito extorquere.*
6. *Tutor testamentarius non tenetur satisfidare: si tamen satisfidat, tenet satisfidatio.*
7. *Pactum legis commissoria est reprobatũ in pignoribus.*
8. *Rubrica an & quando possit allegari pro lege.*
9. *Vxor si petat dotem à marito vergente ad inopiã, si ille præstet fideiussores, vel alium cautionem idoneam de dote conseruanda, & restituenda, euitabit restitutionem dotis.*
10. *Fideiussores possunt intervenire, quando dans dotem est extraneus.*
11. *Curator qui non gessit, potest petere, quòd gerens prius conueniatur suo periculo.*
12. *Iuramentum quando potest seruari sine interitu salutis æternæ seruandum est.*
13. *Pignora an possint interuenire pro dote.*
14. *Pro dote conseruanda vel restituenda, ex parte viri vel soceri, non possunt fideiussores interuenire.*

QVINTO cùm dicit tex. *Mandamus quatenus dotem assignari faciatis sub ea, quam potest, cautione præstare.* Dicunt Tancretus, Repet. Palat. Ruui.

5. Notabile Quando fideiussor interuenit pro dote.

Universidad de Bibliotecas

& Vincentius quòd iste tex. procedit ex consuetudine loci, quæ habebat, quòd si maritus vergebat ad inopiam, debebat dare fideiussores, vel pignus pro dote restituenda. Et certè hoc bene apparet ex antiqua, quæ dicit, quòd tam consules, quàm iudices delegati, pronunciauerunt teneri secundum terræ consuetudinẽ. & iste intellectus verus est in se, stante causa legitima, prout in casu nostro stabat, scilicet inopia viri. Et ex hoc infertur, quòd † valet consuetudo, quòd maritus præstet fideiussorem pro dote restituenda, stante causa legitima. Et ita quamuis ante hanc decretalem damnata fuit cõsuetudo, quæ habebat, quòd pro dote restituenda darentur fideiussores. vt l.j. C.ne fideiuss.dot.dent. sed nihilominus toleratur consuetudo postea introducta. Et secundum istum intellectum habes hîc tex. valde singularem pro glo. quæ ab omnibus not. reputatur. in clem. statutum. in verſ. cõsuetudine. de elec. quę voluit quòd † consuetudo semel à iure damnata, potest iterum introduci. idem voluit Cy. in l. dudum. C. de contrah. emp. fuit de mente Bart. in l. cunctos populos. C de summa trinit. & fid. cathol. vij. col. circa intellectum l. fin. C. de test. & etiam sensit in l. de quibus. ff. de legib. in lectura antiqua. & in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. in iij. quæstio. principali. est tex. in cap. constitutus. suprà, de integ. restit. iuncta d. l. dudum. C. de contr. hend. empt. nam consuetudo, quæ reprobatur per d. l. dudum postea fuit introducta, & approbata per dict. cap. constitutus. de quo tamen, quia non est præsentis speculationis, dicendum vt per doctos. in locis suprà allegatis. & per Abb. in c. fin. suprà, de consuetud & in cap. ij. de probat. & ibi Franciscus de Are. xiiij. colum. per glos. in verſ. expresse. in cap. j. de constitu. lib. vj. & ibi docto. per Bald. Nouellum in tracta. de dote. vj. parte. xxj. priuile. colum. antepenul. qui dicit, hoc debere intelligi, quando lex expresse derogat consuetudini præteritæ, propter aliquam irrationabilitatẽ, quam tunc temporis cõtinebat: quæ tamen postea non durauit: & tunc potest noua consuetudo introduci. Secus tamen si durabat, vel habebat perpetuã causam, & tunc non potest introduci, secundum Bald. in d. l. dudum. C. de contrahend. empt. & in authentica, omnes peregrini. C. communia de succes. Vide bonum text. in capit. quanquam. §. volentes. de cenſibus. libro sexto. vbi reprobatur consuetudo antea introducta: de quo feci mentionem in §. quod ante. de pœnit. & remiſsio. in verſicul. sequitur in text. &c. in meis recollectis. Idem si lex expresse derogaret præteritæ consuetudini, & etiam futuræ, vel simpliciter non faciendo mentionem de præterita, vel futura, dicendo, non obstante aliqua consuetudine in contrarium nam tunc indistinctè etiam futura consuetudo videtur damnata, per id quod habetur in l. si seruitus ff. de seruitut. rustic. prædi. maxime quia istud est de natura legis, vt ad futura trahatur: vt l. leges. C. de legibus. & cap. ij. in fi suprà, de constit. Hoc tamen ipse limitat, nisi consuetudo de nouo introducta sit ex noua causa à principio nõ cogitata, propter varietatem temporis, vel ex præteritis, quæ erat verisimiliter non cognita ipsi legislatori. arg. l. si hominem. ff. manda. & quod ibi not. Bald. & in §. quibus. in proœmio Codic. quia secundum † varietatem temporum, statuta variantur: vt cap. non debet. suprà, de consangui. & affin. & l. prima. in princi. C. de caduc. tollend. quod etiam voluit Abb. in d. cap. secundo. suprà, de probatio. Vnde si dispositio l. fin. C. de testam. traheretur ad futuras consuetudines contrarias eas abolendo: tamen si postea emanaret consuetudo, quòd tempore pestis valeret testamentum, cum quinque testibus, vel fortè minori numero: valeret talis consuetudo: & eadem ratione statutum, quia introducitur ex iusta & rationabili causa, verisimiliter tunc non cogitata per principem, ex quo hodie videmus, quòd omnes pestem fugiunt, & hominem pestifero morbo confectum euitant: licet consanguinei sint, vel affines. vbi olim non ita refrigescebat charitas in sic fugiẽdo, maximè apud consanguineos. Et quod plus est, potest attentari secundum eum, quòd hoc procedat, etiam si lex abrogaret expresse futuræ consuetudini. quia ad nouam causam habentem rationabilem prouisionem, nouiter factam, se non extendit talis clausula generalis derogatoria, de qua si fuisset cogitatum, non sic generaliter fuisset derogatum. argum. dict. l. si hominem. & quia intelligitur rebus sic se habentibus & stantibus: vt l. quod seruus. ff. de cond. ob causam. & l. si cùm Cornelius. & quod ibi per Bar. ff. de solut. Ad cuius confirmationem possunt adduci multa, quæ cumulat Fely. in c. j. in vij. fallentia. suprà, de consti. ornando dictam l. si hominem. Ex prædictis, redeundo ad propositum, habemus vnum casum singularem, in quo † pro dote conseruanda, & restituenda possunt fideiussores interuenire, scilicet quando hoc habet consuetudo. & hæc est cõmunis opinio. Contra quam insurgit Bald Nouellus vbi suprà. dicens, quòd talis consuetudo non potest introduci: quia ex quo per legem fuit simpliciter consuetudo reprobata, non solùm intelligitur præterita, sed etiam futura, per ea quæ suprà dicta sunt. præsertim cùm in reprobatione consuetudinis fuerit expressa ratio improbationis, scilicet vt euitetur perfidia inter coniuges: propter quam rationem videtur se mouisse Imperator in d. l. j. & ij. C. ne fideiuss. dot. den. ad reprobandum dictam consuetudinem cõtrariam. Hoc tamen ipse temperat, quando consuetudo arctaret virum vel socerum ad fideiussionem pro dote conseruanda, vel restituenda: cùm tunc subsit causa pietatis. Si autem non arctaret, sed simpliciter permitteret talem fideiussionem, valeret dicta consuetudo: quia videtur cessare ratio perfidiæ, super qua se fundat dicta prohibitio. l. j. dum præsupponit. quòd consuetudo loquebatur præceptiue, videlicet quòd vir exhibeat fideiussorem mulieri & hæc opinio videtur satis æqua, & fauorabilis mulieribus & dotibus: & ideo tenenda, per id quod habetur in l. in ambiguis. ff. de regul. iur. cum cõcordantiis. Et hoc modo dicit, quòd procedere potest opinio Tancreti & Vincentij hîc, & sic quieuit Baldus Nouellus. Potuisset ille hoc confirmare authoritate illorum, qui tenẽt, etiam cessante consuetudine prædicta, posse interuenire fideiussorem pro dote conseruanda & restituenda, quando maritus sponte illum præstaret: quia hoc casu cessat ratio perfidiæ: vt colligitur ex dict. l prima & secunda. dum prohibent dictam cautionem exigi. Exigere † autem est ab inuito extorquere: vt est text. cum glos. in l. fideicommissa. §. si

Cõsuetudo semel à iure damnata, potest iterum introduci.

Si reprobatio consuetudinis haberet perpetuã causam

Si derogatur futuræ consuetudini vel simpliciter.

Cõsuetudo ex noua causa introduci potest.

Opinio cõtraria.

Quãdo consuetudo potest introduci. & interuenire fideiussor pro dote.

Exigere.

§. si rem. ff. de leg. iij. glo. in l. non solùm. in princ. ff. solut. matri. & in l. iij. §. exegerit. C. de interdi. & in cap. statutum. §. insuper. ver. receperit. de rescript. libro vj. & in cap. ij. ver. exigere. de cenſib. eodem lib. & in clem. j. in ver. debitas. de decim. cum multis similibus. Innuit ergo text. in dicta l. secunda. quòd si fideiusio non exigatur, sed sponte præstetur, bene valet. ita voluerunt aliqui doctores antiqui, quos refert Innocent. in præsenti, super ver. faciatis. & approbat Collecta. & Card. in vij. oppos. idem tenuit Iacob. de Ra. & Cyn. in dict. l. secunda. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de dote post diuort. rest. §. primo. pen. colum. in additione incipiente, ita notatur. Ludouic. in l. prima. ff. solut. matrim. Bene facit in arg. tex. in §. sed si ex testamento. Institut. de satisdat. tutor.

6 vbi dicitur, quòd † licet tutor testamentarius non teneatur satisdare, si tamen satisdedit, tenet satisdatio. Ad idem facit illud mirabile dictum Bal. in cap. primo. ij. colum. de feud. dato in vim legis

Pactum legis commissoriæ.

7 commiſſ. vbi dicit, quòd † licet pactum legis commissoriæ sit reprobatum in pignoribus, vt l. j. & iij. C. de pact. pignor. & cap. significante. suprà, de pignor. si tamen fiat rogatu debitoris, & eius gratia, non voragine creditoris. bene valet. Sic ergo dicamus in casu nostro, vt licet fideiussor pro dote conseruanda, & restituenda, non possit interuenire, si tamen spõte præstetur, bene teneat. Hanc opinionem nouissimè tenet Baldus Nouellus in dicto suo tractatu de dote, vj. parte. xxj. priuileg. verſic. quartò limita. quam dicit in puncto iuris veriorem per nonnulla fundamenta, quæ videas per te. Si ergo valet fideiusio sponte præstita, non stante cõsuetudine super hoc: multò fortius valere debet, quando stat consuetudo. cùm tunc duplici firmetur vinculo, scilicet iuris validitate, & consuetudinis permissione. arg. cap. j. suprà, de treuga & pace. Fateor tamen, quòd glos. in d. l. j. & Bart. Saly. & communiter omnes, in l. ij. eod. titu. & in dict. l. vbi adhuc. tenent opinionem contrariam. Imò, quòd etiam si sponte dentur fideiussores, non valet fideiusio: nec potest illi prohibitioni renuntiari, cùm sit negatiua. Pro qua opinione faciunt verba illius rubr. quæ sunt magis generalia, quàm sit nigrum. quia in nigro ponitur verbum exigi: & in rubro generaliter, ne fideiussores dotium dentur: non dicit, exigãtur. Quando autẽ

8 rubrica † est generalior nigro, possumus & debemus arguere ab ipsa rubrica generalius loquente: vt per glo. in rubr. & in l. j. C. si ob chyrographa riam pecuniam. & in l. vnica. C. de capitatione ciuium eximẽda. lib. xj. & in auth. de incest. nupt. in princ. collat. ij. in auth. vt factæ nouæ constit. §. j. super verbo, huiusmodi. Vnde cum tex. in l. ij. sit dubius in intellectu, debet intelligi secundum rubricam, sub qua est situatus: vt voluit glos. in cap. tibi qui. de rescrip. lib. vj. & in cap. si super gratia. de offi. deleg. eod. lib. cum multis similib. Præsertim cùm illa rubrica habeat orationẽ perfectam, & per consequens inducat dispositionem secundum ea quę notant Bar. & doctores in rub. ff. si certum petatur. & in l. prima. eodem titulo. Imo. in rub. ff. de verb. obl. Abb. in proœ. Grego.

9 fin. col. bene facit ad hoc glo. not. in rub. ff. si quis testa. lib. iuſ. esse fuer. qui dicit, ꝙ omnes rubricæ legum & statutorum consonantes textui possunt allegari pro textu. Ad idẽ facit quod voluit Bald.

Rubrica posset allegari

Rubrica declarat text.

in rubr. C. an seruus ex suo. vbi *dicit*, ꝙ quando rubrica incipit per. vt, vel per ne, decidit & habet vim tex. & potest allegari pro tex. Ita ergo videtur dicendum in proposito nostro, ꝙ cùm illa rubrica incipiat per ne, & contineat orationem perfectam, videtur prohibere interuenire fideiussores pro dote conseruanda & restituenda, nedum quando dantur à marito inuito, sed etiam si ab eo volente. hanc opinionem sequitur Alex. de Imol. in dict. l. si constante. §. quoties. iij. col. verſic. iij. limita. ff. sol. matr. & Ioan. de Imol. in c. cùm contingat. suprà, de iureiur. in repet. char. xlvj. ij. col. dicens istam fore cõmunem opinionem. & Campetius in suo tract. de dote. iij. par. q. clxxvj. Et satis videtur hoc casu militare ratio perfidiæ: quia vxor acceptãdo fideiusionem, satis videtur non confidere de marito. & per hoc tollitur motivum doctorum tenentium contrarium. Et ista opinio videtur mihi tutior, saltem propter authoritatem glo. cuius opinio in dubio est sequenda: vt voluit Iac. de But. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. Bal. in l. cùm hæreditas. C. depo. & in l. precibus. C. de impub. & aliis substitut. & in l. fin. §. necessitatem. C. de bonis quæ libe. & in multis aliis locis. vnde dicebat Cyn. in l. j. C. de act. & oblig. quòd glos. est iuris idolum. in iudicãdo ergo, & consulendo ab ista opinione non esset aliquo modo recedendum. Et per illa lit expeditus intellectus Tancreti & Vincentij: qui licet verus sit in se, tamen multum restringit istum tex. Quapropter Ioan. Andr. dicebat, ꝙ cautio, de qua loquitur ista decretalis, non erat fideiussoria, vel pignoratitia, sed simplex scilicet iuratoria: quod prima consideratione videtur colligi ex textu: quia tam iudices delegati, quàm Rom. Pont. vtuntur isto verbo, cautio, simpliciter: quod intelligitur de simplici & iuratoria. vt l. sancimus. C. de verb. sign. & quamuis ille non dicat, hoc tenuit Hosti. in sum. tit. de dote post dinortium restituenda. §. & quando competat. ver. sed hoc tamen. in fi. Sed reuera iste intellectus non potest stare: nam si Papa intellexisset de cautione iuratoria, ad quid esset opus dicere, sub ea cautione, quam præstare potest, cùm iuratoriam quilibet, quamuis pauperrimus, possit præstare? Voluit ergo dicere Rom. Pont. quòd si posset præstare pignora vel fideiussores, de illa intelligeretur, & in defectum præstaretur iuratoria. Istud fuit de mente Innoc. in præsenti, & placet domino Card. & Abb. Ex quo resultat alius & tertius casus, in quo pro dote conseruanda & restituenda, possunt interuenire fideiussores. s. propter vergẽtiam ad inopiam, vel propter superuenientẽ suspicionem inopiæ vel dilapidationis. vt est hic text. valde sing. secundum præfatos doct. & secundum Bar. in d. l. si constante. §. quoties. ij. col. ff. sol. ma. quem sequuntur ibi Bald. & Imol. in princ. illius l. Idem tenet Cyn. in d. l. vbi adhuc. in ij. oppos. & Campe. in tract. de dote. iij. par. q. cclxxviij. & ista est cõmunis conclusio, quam approbauit lex regni. iiij. par. ti. xj. l. xxix. quæ dicit, ꝙ marito vergente ad inopiam, vxor potest ab eo dotẽ petere vel ꝙ sibi præstet securitatem, ꝙ eam non alienabit. Ex quo infertur, ꝙ si † vxor petat dotem à marito ad inopiam vergente: si ille præstet fideiussores, vel aliam cautionem idoneam de dote conseruanda & restituenda, cuitabit dotis restitutionem. vt est hic tex. secundum vnum intellectum,

Opinio gl. est sequẽda.

Cautio.

Quando maritus vergit ad inopiam.

Lex regni.

Quãdo das dotẽ extraneus possunt intervenire fide iussores.

de quo dic vt dixi suprà, in ratione dubitandi, & decidendi. in iij intellectu. Quarto casus est, quando extraneus qui dotem dedit, stipulatus est eam sibi reddi, peteret fideiussores à marito, de ea † restituenda in casu soluri matrimonij. nam hoc casu bene possimt intervenire. Hoc fuit de mente Bart. in d.l. si constante. in prin. ff. sol. mat. in vj. oppositione. iuncto eo, quod tetigit in v. oppo. quod in expresso firmat ibi Ioan de Imol. in viij. col. versi. secundò adde. & sequitur ibi Ludo. Rodicens hoc esse singulariter notandum. & placet Alexan. ibi in §. quoties. iij. col. ver. quartò limita. & Io Cãpetius, in suo tracta. de dote. iij. parte. q. clxxvij. & Bal. Nouel. in d. suo trac. de dote. vj. parte. xxj. priuilegio. versi. xj limita. bene facit ad hoc in simili tex. no. in l. fin. j. responso ff. de cõtrahen. emp. de quo facit festum And. Sicu. in c. significante. in fi. suprà, de pig. vbi dicitur, quòd licet pactam legis commissoriæ non possit interuenire in pignore, inter creditorem & debitorem: bene tamen inter debitorem & fideiussorem. a Sic ergo dicamus in casu nostro, quòd possit interuenire fideiussio inter maritũ & extraneum: cùm inter istas personas cesset ratio perfidiæ, nam propter hoc non potest maritus aliquid impingere mulieri, si ille extraneus dotans de suo, voluit esse bene cautus, & sibi prouideri de securitate, in restituenda dote. Vnde non sequitur, extraneus de marito non confidit; ergo nec mulier. Hoc tamen debet sane intelligi, quando iste extraneus à principio tempore donationis sibi prouidit de dicta fideiussione, vel satisdatione, postea verò non potest illam à marito inuito exigere, nisi propter superuenientem inopiam, vel suspicionem inopiæ, per dispositionem l. in omnibus. ff. de iud. secundum Bar. to. in d. l. si constãte. in vj. q. ij. partis. quem omnes communiter sequuntur, quamuis Ludo. aliter dixerit, & forte non bene. Dicebat tamen Bal. ibi, quòd etiam in isto casu poterit prouideri ipsi extraneo per sequestrum, cùm via sequestri bene compatiatur cum via satisdationis, vt in decretali nostra aperte probatur, secũdũ aliquos, vt suprà, in ratione decidendi dixi, in v. intellectu.

Pactũ legis cõmissoriæ.

a Adde. q a illo tex in l. si. de contrahẽ emp. modum cũ mẽdauit ad hoc Pau in l. Callipus. in pri ff de solutio & l. al. Callipus aliàs incipit quamuis stipulãtis. Ioã. Ber.

Hoc tamen de sequestro intelligit Ioã. de Imo. in dicta l. si constante. si mulier consentiat, vel si non possit satisfieri per virum de dote restituenda, vel si mulier forte sit suspecta de dilapidatione. adducit, quod habetur in dicta l. si cùm dotem. §. finautem. aliàs videtur, quòd non obtineat sequestratio, & ita dicit videri de mente huius c. Bald. tamen Noue ius, vbi suprà, dicit quòd iste text. non habet locum in casu prædicto, quia hîc mulier vult esse secura de sua dote, sed casu prædicto extraneus volebat sibi prouidere super dote. Vnde si à principio sciens illum maritum suspectum, sibi non prouidit, imputetur sibi. arg. l. si creditores. ff. de priuile. credito. & potuit ipse propter hanc culpam conditionem dotis facere deteriorẽ. quæ ratio cessat in ipsa muliere, vt per Bar. in d. l. si. constante. in vj. q. j. partis. & dixi suprà, in v intellectu. Si autem post dotationem emersit suspicio, & maximè post donatam dotem, & tunc emersit suspicio propter culpã viri incipientis dilapidare, tũc poterit petere sequestrationem, per id quod habetur in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cog. quę tamẽ sequestratio reuocabitur, si maritus offerat idoneam cautionem. per no. ibi, & in l. vnica. C. de prohib. seque. pe. & in c. examinata, de iudi. & in cap. fi. de seque. & poss. & fruc. Si verò emersit suspicio citra culpam viri, ex alio casu fortuito inopiæ, tunc non habebit locum sequestratio, cùm non reperiatur à iure permissa, & regulariter sit prohibita, vt dicta l. vnica. C. de prohi. sequ. pe. Vnde non poterit tunc succurri extraneo, nisi per remedium dict. l. in omnibus. ff. de iudi. vt voluit Barto. in dicta l. si constante. vj. q. quem multi sequuntur, quorum opinio videtur approbata per dictam legem regni. iiij. parti. titu. xj. xxix.

Si à principio extraneus sibi prouidit de fideiussore.

Lex regni.

Sed tu pondera quia iste tex. non loquitur in muliere dotata, & volenti sibi prouidere super dote: sed potius loquitur in eo, qui pro muliere dotem promisit, qui secundum aliquos erat extraneus. Pondera etiam, quia hæc dos nondum erat tradita marito, sed solùm promissa, & maritus eam petebat. vnde intellige hanc decretalem: vt suprà dictum est. Quintus casus est, quãdo absente marito, aliquis promisit dotem marito datam saluare, & restituere, in casu restituendæ dotis. Nam istud bene potest fieri, & tenebitur iste promissor. ita eleganter consuluit Pau. de Castro. consi. clxix. & seq. Et iste est bonus modus fraudandi titulum, ne fideiu. do. den. vt ille, qui vult dotem pro marito saluam facere, promittat non simul cum marito, nec de mandato mariti: sed separatim ab eo, ex sua propria liberalitate, & voluntate, tanquam principalis debitor ad maiorem cautelam: nam ille titulus loquitur quando fideiussor, vel alius intercessor datur à marito, & sic se obligat mandato mariti: vt patet ex rubrica: tunc sequeretur perfidia inter maritum, & coniugem, propter quam emanauit illa prohibitio: vt patet in l. secunda eodem titulo. quia vir quodammodo cogitur esse seruus illius. quem dedit in fideiussorem, cùm sibi sit obligatus actione mandati, & posset quotidie ab eo obiurgari & impugnari, quòd illum tenet in obligatione, & quòd faciat eum liberari. vt l. quintus. ff. mandati. cum concordantiis. Sed si aliquis sine mandato viri expresso, vel tacito, quod resultat ex præsentia viri, vt l. qui patitur. ff. mandati. se obligat ad dotis restitutionem, non video, quare non teneat obligatio, quia nõ potest dici datus à marito, nec aliqua perfidia oriri potest inter coniuges, quia cum ipse non possit improperare marito, ex quo sine eius mandato promisit, & potuisset hoc facere etiam inuito marito, vt lege, si pro te. ff. mandati. nec etiam maritus potest improperare vxori, & sic cessant verba, ratio illius tituli, seu prohibitionis, ergo cessare debet dispositio, vt lege, adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. cum simi. Cautum ergo erit, quòd ille, qui taliter se obligat, dicat se hoc facere non precibus, nec mandato mariti, sed à seipso sciens se non teneri. Si enim aliud diceremus, sequeretur absurdum, quia forte mulier non contraxisset matrimonium, nisi ratione istius promissionis. & si promissio esset inualida, mulier reperiret se deceptam. Et sic in effectu videtur hic celebrari quidam contractus innominatus, scilicet contraho vt te obliges, ex quo secuto implemento, datur actio, vt lege, iuris gentium. versic. & ideo. ff de pac. ita concludit Paulus in dictis consiliis, multa alia inducendo, quæ per te videas. Reperio tamen, quòd contra Paulum tenet

Quando absente marito aliquis promisit dotem saluare et restituere.

Opinio cõtraria.

tenet Campetius in d. suo tract. de dote. iij. pár. q. clxxxij. motus per ea quæ habentur in l. si mulier contra senatus. §. j. ff. ad Velleia. vbi sicut pro muliere intercedente pro aliquo, non potest quis ea mandante fideiubere: ita etiã non valet, si aliquis ea ignorante fideiubeat: & iste passus alibi nõ deciditur. secundum Bal. in l. j. C. ad Velle. Itẽ contra Pau. dicit facere: quia eo ipso, q mulier acceptat fideiussorem, etiã ab alio, quàm marito, satis videtur non confidere de marito. Tenendo opi. Bal. potest responderi ad l. si mulier. prælleg. q ibi restituitur actio contra principalem debitorem, ideo expromissor mulieris iuuatur sicut ipsa, secus quando non restituitur, vt in Macedonia no. secundũgl. ibid. nam tunc non iuuaretur, quia aliàs mulier non haberet regressum aliquem. Cogita. Sed propter ista ego non recederem ab opin. Pau. quam ampliabis, vt procedat, etiam si reperiatur postea maritum promisisse tali expromissori, quòd eum indemnem seruaret: quia nihilominus prima promissio in suo robore permanebit, nec ex hoc probatur, vel præsumitur simulatio. ita dixit Alex. in dict. l. si constante. §. quoties. iiij. col. ff. sol. mat. & Campetius in d. suo tractatu. iij. parte. q. clxxxiij. per id quod in simili dixit Bald. in d. l. j. C. ad Velleia. dum voluit, quòd licet mulier non possit pro alio intercedere, sed pro facto suo sic: si tamen promisit, tanquam in facto proprio, licet postea reperiatur aliquis promisisse eum indemnem seruare, propterea non inualidatur mulieris promissio, veluti simulata, nisi aliter appareat. per text. ad hoc sing. in l. Scia mancipia. in princ. ff. ad Velleia. quod ipse reputat nodignum. ad idem facit quod not. Bart. in l. si quis in graui. ff. ad Syllanianum. de iudice vel teste, qui in articulo mortis dicit se tulisse falsum testimonium, vel falsam sententiam: quia non præiudicat illi, pro quo testificatus est, vel sententiam tulit. Sic ergo in casu nostro, quamuis postea reperiatur, quòd maritus promittat expromissori de indemnitate, nõ tamen propterea probabitur, nec præsumetur simulatio, quod tene menti. Sextus casus est, quando maritus ante contractum matrimonium præstaret fideiussores de dote conseruanda, & restituenda, in casu quo matrimonium non sequatur: nam tũc bene possent intervenire. casus est singul. de hoc in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstr. quem ad hoc multum ibi no. Bar. Bald. & Imol. & Alex. in d. §. quoties. iij. colum. & Campe. in d. tract. iij. par. q. clxxiiij. Et potest esse ratio: quia si matrimonium fiat statim spirat satisdatio vel fideiussio. & sic nõ potest inter coniuges oriri perfidia. Si autem non sequatur matrimonium, non sunt coniuges: & sic cessat ratio perfidiæ. Septimus casus, quando fideiussores darentur à marito soluto iam matrimonio pro dote conseruanda & restituenda: nam tunc bene valet datio fideiussoris: vt est text. cum glo. in l. si constante. ff. sol. matr. idem tenet glo. in d. l. j. C. ne fid. dot. den. Ratio est, quia tunc cessat ratio perfidiæ. quæ subesset cõstante matrimonio: & hoc tenet Bal. not. in d. xxj. priuileg. col. ij. ver. ij. fallit. Octauus casus est in patre viri, qui potest esse fideiussor pro viro, pro dote nurus conseruanda, vel restituenda: vt est tex. secundum vnum intellectum in l. fin. C. de dote cau. non num. intelligendo, q ibi se obligauerit pater cum filio, pro dote nurus, in eodem instrumento, tanquam duo rei debendi, & sic in solidum: licet text. ibi nõ aperiat: quia hoc casu videtur cessare ratio perfidiæ, præsertim cùm aliquando cogatur pater ad se obligandum pro dote nurus: vt apparet ex not. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matri. & dixi latissimè suprà, in rub. Idem dicas in matre se obligante vnà cum filio, pro dote nurus conseruanda, & restituenda. nam tunc ipsa erit obligata. ita singulariter firmat Bald. Nouel. in d. suo tract. de dote. vj. parte. xij. speciali & xxj. in versi. xij. limita. mouetur per eox. sing. in l. fin. C. ad Velleia. & subdit, quòd iam vidit de facto obtentum, quòd renuntiatio tunc facta per matrem iuri hypothecarum, sibi effectualiter nocet, etiam si ipsa mulier aliunde non posset habere regressum contra bona mariti. quod dicit fore notãdum ad not. in l. Mæuia. §. fundum. ff. sol. ma. No. hoc mirabile, quod ideo est, quia sicut tenetur dotare, ita pro restitutione dotis se obligare. idem esset pro filio naturali. l. vxorem. §. pater naturalis. de legat. iij. Cogita. Bal. vbi suprà. Dicit etiam, q licet vxor tunc se obliget vnà cum viro pro restitutione dotis eorum communis filij, qui vxorem accepit: nõ iuuaretur beneficio authenti. si qua mulier. C. ad Velle. quod reputat valde notandum. Consuluit tamen ipse, vt omnis difficultas tollatur, q in eodem instrumento filius ipse, qui accepit vxorẽ & dotem, vel pater pro eo obligetur vnà cũ matre: quia negari nequit, quin respectu ipsius filij vel patris, mater sit coniuncta persona. & possit pro eo fideiubere: per id quod habetur in d. l. si. C. de do. cau. non numer. Et ista menti cõmenda: quia quotidiana, & alibi ea non reperio. vide as ibi per eũ.

De eo qui dixit se falsum testimonium dixisse.

In casu in quo matrimonii non sequatur.

Idem dicunt aliqui de fratre, & aliis coniunctis, simul habitantibus cum marito, vt illi etiã possint restituenda, vt videtur velle Spec. isto tit. §. pen. versi. illud. & Bar. in dict. l. si constante. in v iij. q. j. par. in fi. Bald. tamen Nouel. in d. xxj. priuil. ij. col. ver. iij. limita. dicit, q imò non videtur esse ea dem ratio in aliis coniunctis, sicut in patre: cùm alij coniuncti respectu patris censeantur extranei, per id quod habetur in l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxor. act. naturalis enim charitas patris erga filium, & econtra, non patitur aliquid esse inter eos suspicionis sinistræ. arg. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libe. lega. & l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. & quod ibi per gl. de leg. iij. quæ ratio cessat in fratribus, & aliis coniunctis. Vnde si vxor diceret viro vel sponso: Nolo tibi committere meam dotem, nisi frater tuus pro te fideiubeat, vel se obliget vnà tecum, certe ex hoc verisaretur ~~indignatio non parua vir~~ erga vxorem, quia de ~~eo non confidit in dote~~, cui corpus suum commisit, vt ~~hac lege. C. de pactis con. & hic in fin. &~~ quòd velit ipsum virum semper stare obnoxium, & obsequiosum erga dictum fratrem, propter distimulus, vt nolit pati alium confratrem sibi superiorem, & sic inæqualem. l. cùm pater. §. cuictis. de legatis secundo. & quod ibi not. & quod habetur in l. j. §. veteres. de acquiren. pos. Et hoc mihi magis placet: quia, vt ille dicebat, fratres, & alij coniuncti, quamuis simul habitent, quantum ad hoc, reputantur extranei, vt d. §. extraneum. extranei autem, nec fideiussores, nec duo rei de-

Idem in fratribus & aliis coniunctis. subditur tamen contraria. Opinio cõtraria.

bendi, vnà cum marito constitui possunt, pro dote conseruanda & restituenda: quia tunc in effectu conseretur alter fideiubere pro altero: vt habetur in l. vir vxori. ff. ad Velleia. merito non possent hoc modo se obligare: quia venietur contra mentem dict. l. j. & ij. C. ne fideiuss. do. den. In ista ergo obligatione facta per fratres, vel quoscunque extraneos, vnà cum marito, non erunt omnes insolidum obligati, sed quatenus ad quem libet pecunia dotalis peruenit: quia tunc quilibet censetur principalis pro rata, quam quilibet eorum recepit. Si autem vir solus dotem recepit, alter in nullo erit obligatus. quia tunc proprie censetur fideiussor, & esset color quæsitus: vt habetur in dicta l. vir vxori. quamuis ambo sint confessi se recepisse. ar. l. inde quæritur. & l. cùm in plures. §. vestimenta. ff. loca. & quod voluit Bar. in l. secunda. §. vbi duo rei. & in l. duos reos. eo. tit. & in authen. hoc ita. xx. col. ver. septimò quæro. C. de duo. reis. Ange. de Areti. Insti. de fideiusso. §. si plures. qui omnes dicunt, quòd quando duo sunt mihi obligati ad idem: si alter ipsorum sentit totam vtilitatem, alter nihil: & ego conuenio illum, qui vtilitatem non sensit: potest excipere, quòd prius conueniatur, & excutiatur ille, qui vtilitatem sensit suo periculo. hoc est dicere, quòd si ille reperiatur non soluendo, redeatur ad eum super principali, & expensis factis: & videtur, quòd teneatur etiam submini strare expensas litis: vt l. si vt certo. §. nunc videndum. in fi. secundum Paul. in dicta l. inde quæritur. qui dicit, quòd cùm iste casus sibi accideret de facto Bononiæ, fecit depo ni expensas, vt excluderet agentem, & partem suam offerret, vt alter excuteretur suo periculo: & procurator, qui erat satis practicus & intelligens, illud non intelligebat: & finaliter dicit se obtinuisse, licet cum magno labore posset dare ad intelligendum: facit ad prædicta secundum eum l. actione. §. si communis. ff. pro socio. & ff. de pecu. l. inde quæritur. §. j. ver. certè. Per quæ etiã iura dicit Guil. de Cu. in l. j. C. vt nemo inuitus. quod si debitor vnus ex fideiussoribus tradidit pecuniam, vt solueret, & ille non soluit: si creditor conueniat alium fideiussorem, & ille hoc alleget, & offerat se paratum ostendere: debet ille prius conueniri, & interim ipse debet absolui ab obser 11 uatione iudicij, id est non cogitur litigare. Hinc etiam, a quòd si vnus ex duobus reis debendi habuit totam vtilitatem contractus, & alter conueniatur, poterit excipere, quòd ille qui vtilitatem totam habuit, prius conueniatur periculo istius. ita tenet Bart. o in dicta l. ij. §. fina. ff. de duobus reis debendi. de quo meminit Paul. de Castr. in d. l. inde quæritur. qui hoc mirabiliter limitat, & restringit, vt per eum quem rogo videas, quia quotidie venit in practica, & ego pluries practicaui.

Hinc est etiam, quod eo casu, quo debitor debitoris conueniatur, poterit dicere, si iste debitor debitoris conueniatur, poterit dicere, quòd prius conueniatur debitor principalis suo periculo, & sumptu paratus satisfacere fisco, vel creditori, de uè, fisci debi. libro decimo. per quem ita tenet Salyc. in l. non prius. prope fin. versic. quæro tunc ab extra. C. quando fiscus vel privatus. Hinc est etiam, quòd stante lege, vel statuto: vt hodie dirè at lex regni, Foro legum libr. iij. ti. xviij. l. iij. q̃ hab ens debitorem & fideiussorem, agere possit contra fideiussorem, & eius bona propria authoritate, etiam nulla facta excussione contra principalem: creditor authoritate dictæ legis aggreditur contra fideiussorem, dicit fideiussor, Eamus ad principalem, quia aut faciam, quòd tibi satisfiat, aut ego tibi satisfaciã. dicit creditor, Ego nolo. quòd fideiussor sit audiendus, per prædicta, nam ex quo debitor principalis habuit commodum contractus, fideiussor nullum, ergo audiendus est, præsertim quia onerosus creditor non audit ur. ff. de pigno. act. l. si seruos. pro hoc de vsuris. l. si bene collocatæ. Item quia creditor videtur in hoc malitiose agere, cùm sibi nõ noceat, quod petit fideiussor & fideiussori profit. ff. de euic. l. in creditore. & malitiis obuiandum est. ff. de rei ven. l. in fundo. ff. de ser. expor. l. si venditor. in fin. per ista iura ita tenuit Host. & dicit pro hoc esse l. auream, quæ dicit, quòd qui obsignauit rem, & paratus est debitum soluere, quòd pignus liberum esse videtur. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. itè libera tur §. qui paratus. & dicta l. si venditor. in fin. ita refert Alb. de Rosa. in j. parte statutorum. q. cij. incip. adhuc quæro. vbi videas latius per eum. fortius audietur, si dicat fideiussor, q̃ conueniatur debitor principalis suo periculo, & suis expensis, per prædicta, quod tenet menti, quia alibi non legi ita in specie tactum. Ex his etiam infertur, quòd si iudex, qui male iudicauit, & virtute suæ iniquę sententię, pars pro qualata fuit, aliquid obtinuit, quod postea tempore syndicatus petitur à iudice, poterit iudex dicere parti petenti, Dirigas actiones, & remedia tua contra dominum, ad quem pecunia in condemnatione deducta peruenit meis sumptibus, & meo periculo, & audietur, & interim ab instantia absoluetur. ita no. voluit Paris de Puteo in suo tractatu syndicatus, charta lvj. column. aliàs in verbo, iudex malè iudicans. columna prima. verficulo, attamen ego motus. per text. cum glos. in dicta l. inde quæritur. vbi Barto. dixit hoc in duobus reis, quòd vnus eorum conuentus, potest dicere, Conuenias coreum meum, ad quem tota pecunia peruenit, meo periculo. & debet audiri. Idem dixit in pluribus curatoribus, in l. prima. §. si tres. ff. de cura. bo dan. dicens, quòd curator, qui non gessit, potest petere quòd gerens prius conueniatur suo periculo, quæ dicta commenda memotiæ, tanquam ab alio non collecta. Sic ergo in proposito nostro videtur dicendum, quando maritus & alius confitentur dotem recepisse, quæ in veritate recepta est per solum maritum, alius est fideiussor conuentus, poterit se tueri eo modo, quo dictum est. Hoc est quod voluit Ludo. Rom. in dicto §. transgrediamur. vbi dixit, quòd si pater & filius confitentur simul recepisse dotem nurus, & probatur expresse dictam dotem peruenisse ad manus alterius eorum, licet instrumentum cantet, quòd ambo recipiunt, tamen debet prius excuti ille, ad quem dos peruenit, sumptibus tamen & periculo alterius conrei, per id quod habetur in dicta l. inde quæritur. de quo dicto meminit Campetius in suo tractatu, de dote. ij. parte. q. clxix. & Bald. no. in dicto tractatu. vij. parte. xxviij. priuilegio. vbi videas latè. Imo plus potest attentari secundum eum in d. xx. priuilegio. quòd etiã si aliter non probaretur, quòd in veritate solus

a *Adde a Pau. in rn. C. vt nemo inuitus. & in l. si vt certo. §. si duobus. col. antepe. in fi. ff. cõmo. Ioan. Ber.*

Lex regni.

te solus maritus receperit dotem, sed ambo simpliciter fuerunt confessi se recepisse: illa confessio alterius non probat, nec nocet, maximè si ille erat omnino extraneus, tanquam sit facta in materia suspecta, vbi ille non poterat aliter se obligare, videlicet tanquam fideiussor. l. prohibente. id quod habetur in l. per diuersas. C. mandati. & in l. fin. C. de sponsã per Bar. in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. iij. quia hic coniectura & præsumptio subest, quod tota peruenit ad manus mariti, ex quo nõ ob aliud datur, nisi pro supportandis oneribus matrimonij, & sic ad eum spectat tale onus. ad hoc l. si is qui Stichũ §. ibi dos. ff. de iure dot. quod dictum alibi non legi. & satis mihi placet. Reliqua in hoc articulo dic per eum, & per doctores in d. l. si constante. Nonus casus est, quando in tali fideiussione interuenit iuramentum. Nam cùm tunc possit seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est: vt c. si vero. & c. cùm contingat. cum multis aliis. suprà de iureiu. hanc opi. tenet Baldus in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac. & in rubri. ff. de iureiur. Salyc. & Fulgo. in authen. sacramẽta puberum. C. si aduer. ven. & ibi etiam Petrus Phili. xxxvij. col. in sua reperi. Bal. & Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ibi Pau. de Ca. & in d. §. quoties. & consi. clxix. & seq. Abba. in d c. cùm contingat. in fi. & ibi Io. de Imo. in repetitione. char. xlvj. in ver. decimum & vltimum membrum. ver circa secundum aduerte. & Campetius in suo tractatu, de dote. iij. parte. q. clxxiij. & Bal. No. in suo tract. vj parte. xxj. priuilegio. ver. duodecimò limita. & istam partem teneas, quamuis Bar. in di. l. si quis pro eo. in iij. membro. & in d. l. j. C. ne fideiuss. do. den. & Anto. in d. c. cùm contingat. in iij. casu. teneant contrarium, & malè, secundum præfatos doctores, qui bene respondent ad motiua Bar. & Anto. vt per te videre poteris: quia non est opus super re tam clara & communi aliter insistere. Bald. tamen no. vbi suprà nititur opiniones cõcordare, & opinionẽ Bart. saluare hoc modo. Dicit enim quòd si maritus præstat talem fideiussorẽ sponte, & vltro, tunc iuramentum firmaret, ex quo non de directo, sed occasionaliter posset sequi occasio per fidiæ & indignationis inter coniuges, & hoc modo procedat communis opinio. Secus dicit, si maritus præstaret talem fideiussorem inuitus, puta si consuetudo ita disponeret, vel forte statutum, q̃ maritus teneatur & possit cogi ad talem fideiussorem præstandum: & tunc iuramentum non firmet, ex quo non occasionaliter, sed de directo, & incontinenti inducit dictam materiã perfidiæ & malcuolentiæ inter coniuges. prout idem dicitur in iuramento de futura successione, quod de directo, & immediatè inducit votum captandę mortis. & ita procedat oppositio Bart. & sequaciũ. colorata est ista concordia. Cogitabis. Aliqui volunt addere decimum casum, dicentes, quòd licet fideiussores non possunt interuenire, bene tamen datio pignorum. Istud voluit gl. in d. l. iij. C. ne fideiuss. do. den. licet se non firmet. tamen tenent Dynus & Cy. in l. j. eo. ti. Bar. & communiter omnes in di. §. quoties. quia ex quo ibi prohibentur fideiussores, ergo non pignora: per tex. in l. j. ff. qui po. in pign. ha. & in l. quamuis. aliàs incipit, Callipus. ff. de solu. ad hoc l. quod autem §. si vxor. ff. isto ti. in ver. pignora propter do tem. & istam opinionem sequitur Alexã. in dicto §. quoties. pen. col. ver. iuxta prædicta. & Campetius in dicto suo tractatu. iij. parte. q. clxxxj. quia isto casu cessat perfidia, cùm maritus dando pignora videtur expresse facere id, quod tacite inerat propter tacitam hypothecam: iuxta l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. Propterea maritus non grauatur hoc casu, nec obligatur alicui, sicut quando præstabat fideiussorem, cui postea tenetur actione mandati. Bald. tamen Nouellus in dicto suo tractatu, de dote. vj. parte. xxj. priuilegio. ver. nonò limita. post Lud. in §. quoties. tenet contrarium, quòd pignora non possint interuenire. Nec obstant ipra prædicta, quia illa loqui videtur in hypotheca, quæ solo consensu contrahitur, sine alia traditione. Secus est in pignore proprio modo accipiendo, quod solùm constituitur actuali traditione. l. si rem. §. ij. ff. de pig. act. Et sibest ratio differentiæ: quia per hypothecam non generatur causa alicuius perfidiæ inter coniuges: cùm bona hypothecata remaneant in plena possessione apud maritum: & ideo etiam si non esset expressa hypotheca, hodie iurà volunt contrahi tacitam in omnibus bonis viri pro restitutione dotis. l. vna. §. j C. de rei vxo. act. Sed quando constituitur per traditionem alicuius rei stabilis, vel mobilis, quæ fieret per virum vxori, pro tutela suæ dotis: ex quo transit tunc omnis possessio in mulierem, tam ciuilis quàm naturalis, & sic nulla remanet penes virum: vt habetur in l j §. per seruum qui pignori. ff. de acqui. pos. & in l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscripti. xxx. an. tũc videtur ex hoc casu dari occasio perfidiæ & malcuolentiæ viri contra vxorem, non confidentę de eo: proud eadem ratione dicitur in fideiussore: cum vtroque casu videatur vxor diffidere de marito: & sic ipse conciperet aduersus eam non paruam indignationem, & iura volunt, q̃ nulla sit inter coniuges perfidiæ vel indignationis occasio, vt dicta l. ij. ad hoc l. reprehendenda. C. de institu. & substit. sub condi. Et licet tex. in dicta l. j. & ij. non dicat de pignore: tamen possunt verba illa generalia ibi, nulla satisfactione accommodari etiam ad pignus, & maxime quia quando fuit facta traditio pignoris mulieri, sit eadem ratio prohibitionis, ponderata per Imperatorem, in dicta l, secunda. & sic non dicetur extensio, sed comprehensio, maximè quia pignus & fideiussor à pari procedunt: vt Insti. de re. di. §. venditæ. & l. di rem. §. satisfactum. ff. de pigno. act. & ista opin. mihi magis placet. Adde etiam ad prædicta, quòd licet mulier non possit petere à viro sibi caueri super dote conseruanda, & restituenda, per viam fideiussionis: bene tamen per viam delegationis, videlicet petendo, quòd vir promittat dotem restitui alteri quàm sibi, quando ex hoc vir nullum haberet timere incommodum: per tex. sing. à contrario sensu, in l. ij. in princi. ff. solu. matrimo. qui tex. procedit non solùm in vxore hoc petente, sed etiam in patre eius, qui similiter poterit hoc petere: vt singulariter traditur per Bald. no. in d. suo tractatu, de dote. xij. parte. q. xxij. quod intelligendum si ante matrimonium, sed etiam si tempore promissæ dotis hoc petat mulier: vel si post solutum, & etiam post habitam dotem hoc petet mulier, vt ibi voluit gloss. quã communiter sequuntur doctores. vnde ille text. est multũ no. &

Quando interuenit iuramẽtum.

Opinio cõtraria.

Concordia

Pro dote possunt interuenire pignora.

Delegatio pro dote.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fauorabilis mulieribus, quæ videntes non posse à viro fideiussorem extorquere de dote sibi restituenda, in casum restituendæ dotis, per d.l.j.& ij. C.ne fideiuss. do. de. imo nec etiam à volente & sponte offerente: vt suprà dictum est. & dubitaret mulier, ne forte propter impotentiam viri, vel naturam litigiotam ipsius viri, & conditionem mulieris debilem, non esset facilis futura exactio fienda per eam, vel eius hæredes: & tunc indictum casum deleget ipsum virum alicui personæ æque potenti, de qua ipsa confidat, & per quam dotis exactio facilior redderetur. Et ad hoc poterit vir cogi, vt per stipulationem promittat illi adhibito. si ex hoc non posset vir allegare aliquod sibi suspectum incommodum, nec poterit vir allegare se non teneri, & fruſtratoriam esse talem delegationem: cum in ea sit eadem ratio generandæ perfidiæ & maleuolentiæ inter ipsos cõiuges, propter quam etiam prohibetur datio fideiussorũ. d. l.ij. Sed pro parte mulieris poterit responderi, q̃ dispositio d.l.ij. debet intelligi in propriis suis terminis, nec est extendenda ad alium casum, cùm sit odiosa & exorbitans à regulis iuris communis Imo est correctiua iuris antiqui. ergo &c. vt in l. præcipimus. in fi. C. de appel. cum simi. & propterea tenent omnes doctores in d.l. ij. videntur præsupponere, quòd remediũ d.l.ij.ff. so. ma. in prin. hodie etiam obtineat. Bald. Nouel. vbi suprà dicit, q̃ imò prouisio d.l.ij. licet sit fauorabilis mulieribus, prout olim etiam erat datio fideiussoris, est correcta per nouam dispositionem. d.l.j. & ij. C. ne fideiuss. do. den. nam cùm ibi sit expressa ratio huius prohibitionis, videlicet ne causa perfidiæ in connubio generetur: debet ampliari dicta dispositio ad alium casum, vbi subest eadem ratio, licet ibi non sit expressus. per glos. no. in cle. j. de elec. in ver. eligatur. cum multis. fi. facit l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. & l. cùm pater. §. dulcissimis. de leg. ij. Vnde est cogitandum, maximè quia doctores non dicunt, ad prædicta non ad uertentes. Sed tenendo, quòd dispositio d.l. ij. non sit correcta. quod videtur de iure verius. adde, quòd vbi maritus constante matrimonio, de voluntate mulieris, promitteret Titio restituere dotem animo nouandi actionem, quæ primo mulieri ad dotem cõtra maritum acquisita erat: si Titius soluendo nõ erat, non liberatur maritus à muliere, per talem promissionem. ad hoc gl. no. in l. si cum dotẽ. §. si mulier. ff. sol. ma. quæ secundum Bald. & Ang. ibi, est ad hoc sing. & ideo isto casu non teneretur maritus dictã promissionem Titio facere de voluntate mulieris: quia marito esset incommodum, quoniã remaneret obligatus duobus, scilicet mulieri & Titio: & hoc quando mulier de suo dedisset. quod nota, quia est pulchra limitatio ad d.l.ij. secundum Alexã. ibi in ij. colum. vbi videas moderniores super isto arti. & Campetium in tracta. de dote. iij. parte. quæsti. ccxiiij. Idem dicas, si maritus constante matrimonio, consentiente vxore, delegauit sibi debitorem, vel expromissorẽ pro dote. Nam si ille dedo, dari non potest: vt sentit gl. in d. §. si mulier. quam sic intelligit ibi Ang. secus si esset diues, & soluẽdo: nã tũc bene valeret, secũdũ Ang. ar. d.l. ij. ver. nec cogitur. ff. so. ma. cũ quo dicto trãsitibi Io. de Imo. & Alex. hoc intelligẽs, si talis delegatio cõferatur in tempus soluti matrimonij: aliàs secus prout no. voluit Bar. in l. sane. per illum tex. in fi. ff. de iure do. Et ita quamuis pro dote conseruanda & restituenda non possint fideiussores interuenire, bene tamen poterit interuenire expromissio vel delegatio expromissoris, vel debitoris. Ratio diuersitatis potest esse, quia in donatione fideiussoris militet ratio timoris, perfidiæ, cùm eodem tempore habeat mulier maritum, & etiam fideiussorem obligatos: sed in casu delegationis, vel expromissionis, obligatio mariti nouatione extinguitur, & antequam fiat nouatio obligationis, mulier non habet aliquẽ obligatũ, præter maritũ. secundũ Alexã. vbi suprà. cuius verba refert Cãpetius, in d.q. ccxiiij. quãuis de Alex. nullã faciat mentionem. Ex istis infertur, quòd delegatio pauperis debitoris facta à marito vxori, nõ perimit actionem de dote: vt videtur tex. in d. §. si mulier, vbi videas docto. signãter Alex. cuius verba tacito authore recitat Campetius in tracta tu, de dote. q. ccxiij. dic vt ibi. Adde etiam ad prædicta, quòd prosdote conseruanda, vel restituenda, ex parte viri, vel soceri, non possint fideiussores interuenire: vt d.l.j. & ij. C. ne fideiussor. do. den. pro dote tamen promissa dandã per mulierẽ, vel socerũ, bene potest fideiussor accedere: vt voluit glo. Cy. & alij in di. l. j. sic intelligentes tex. in l. cũ dotis. C. de iure do. & l. si fideiussor. ff. de re iudi. & videtur casus in l. fi. C. ad Velleia. Et in hoc non iudicantur ad paria maritus & vxor, quia non est eadem ratio in marito, cui promittitur dos per mulierẽ, & in promissione dotis voluit fideiussorem. quia hic non est tanta causa generandæ perfidiæ inter coniuges, cum respectu viri obligati, fideiussio censeatur habere causam perpetuam perfidiæ: quia etiam dos censetur similiter habere causam perpetuam apud virum: vt l. j. ff. de iure do. Sed respectu mulieris obligatæ, ipsa obligatio non est habitura causam perpetuam, ex quo incontinenti debet solui, & sic dicta causa indignationis si qua foret, videretur habere causam quasi momentaneam, & non duraturam. ita dicit Bald. Nouel. vbi suprà versi. viij. limita. Reliqua in hac materia videas per docto. in locis suprà alleg. super quibus hîc amplius non insisto, vt ad alteriora procedere valeamus.

Opinio contraria.

Quando de legatis non est soluẽdo.

Ratio diuersitatis inter fideiussionem & delegationem.

Prodest promissa dãda possunt interuenire fideiussores.

SVMMAE RERVM.

1 *Pecunia deposita apud mercatorem, an possit licitè capi pars lucri honesti, sine eo quòd committatur vsura.*
2 *Societas ad aliquam mercantiam vel artem, in qua vnus ponit operam, & alter pecuniam, vt lucrum inde proueniens inter eos diuidatur, licitè contrahi potest.*
3 *Eleemosyna putanda non est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur.*
4 *Malum minus permittitur, vt maius euitetur.*
5 *Interesse lucri cessantis peti potest.*
6 *Vsuræ non sunt licitæ, vbi vsus rei est translatus cum dominio rei.*
7 *Mutuans alicui decem, qua promisit sibi reddere in mundinis, & si non reddiderit, promittit sibi quindecim, & cõstituitur exnũc, prout extunc, tantum esse interesse mutuantis, & pro eo facit illam promissionem, talis contractus non est licitus, quia pacisciturà principio lucro.*

Obligationi

8 *Obligationi dandi consistenti super quantitate, & maxime super mutuo, an possit apponi pœna, si infra certum terminum non soluerit, ita quod ista pœna sit certa, & determinata, contra non implentem in termino.*
9 *Vsura sicut prohibita est in contractu, ita & in voluntate.*
10 *Interesse lucri cessantis de iure canonico, peti potest, non tamen potest à principio taxari, nec per contractum inter viuos nec in testamento, in quo testator propter tarditatem solutionis quantitatis adijceret vsuram per dinumerationem mensium, vel annorum.*

6. *Notabile Lucrum honestum.*

SEXTO Cum dicit texus, *Vel saltem alicui mercatori committi, vt de parte honesti lucri, vir onera possit matrimonij sustentare.* Ex his verbis colligit dominus Abba. post Antonium, & Cardi.
1 quòd tex pecunia deposita apud mercatorem, li
citè potest capi pars honesti lucri, sine eo quòd 5
vsura committatur. Et sic ex pecunia mea, cum
ministerio alterius, potest prouenire honestum
lucrum. de quo dicunt esse casum singularem hic,
& alibi non reperiri de iure canonico. De iure ta
men ciuili multa sunt iura, quæ volunt quòd licitè potest †contrahi societas ad aliquam mercan
2 tiam, vel artem, in qua vnus sociorum ponit pecu
niam, alter verò operam: & lucrum inde proue
niens inter eos diuidatur: quia interusurium pecu
niæ correspondet operibus, & industriæ alterius,
& econtra: vt l. si non fuerit. §. ita coiri. & l. cum
duobus. § si in coeũda. & l. si societatem mecum.
ff. pro socio. cum multis aliis, & in l. j. C. eo. & ti
sti. eo. §. ij. & tenet glossi. in c. plerique. xiiij. q. iij.
Gof. & Host. in summa. ti. de vsur. §. vltimo. Ant.
& alij in c. fi. eo. tit. Et ita non est hoc speciale
in pecunia dotali, prout aliqui somniantes dicebant per istum text. in præsenti, qui de pecunia
dotali loquitur: quia si in aliis casibus non esset licita ista depositio pecuniæ, prout ipsi fatentur, cum
receptione partis lucri: nec eodem modo debuisset licere in pecunia dotali, cum etiam pro redimendis captiuis non sit licitum fœnerari: vt c. super eo. de vsur. Nec occasione boni malum est cõmittendum, vt c. j. de sortileg. & in c. forte. xiiij. q. ij. vbi dicitur, q̃ multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habeo peccatum, si illis abstulero, & pauperibus dedero: illi nil boni agunt, mercedem habere potero. huiusmodi cogitatio ex diaboli caliditate suggeritur, nam si totum, quod abstulerat, tribuat, adoleret potius peccatum, quàm
3 minuat, non enim est putanda †eleemosyna, si pauperibus dispensetur. quod ex illicitis rebus acquiritur. c. non est putanda. j. q. j. Occasione ergo boni, malum cõmittendũ non est, vt prædixi. Vnde Apostolos Rom. iij. Non sunt, inquit, facienda mala, vt eueniãt bona, nec occasione liciti, debet illicitũ cõmitti. l. qui sub prætextu. C. de sac. san. ec. l. fi. C. qui le. per. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offi. præ fi. & ibi gl. in ver. cõcutiendos. Vnde etiã pro saluã da vita hominis, nõ debet peccatũ etiã venialecõmitti, vt latè dico post Abba. & alios in c. sacris. de his quæ vi metúsue cau. fiunt. in mcis recolle
4 ctis. Illud ergo, quod † dicitur. Minus malũ permittitur, vt maius euitetur. c. nerui testiculorũ. xiij. d. nullo iure potest sustineri. lex enim diuina, atque Christiana, nullo pacto permittit malũ aliquod fieri etiã vt exinde bonũ eueniat, vt Apostolus vbi sup. testatur, multo minus debet hoc permitti, vt minus malũ euitetur, nisi hoc fiat per locum dissimulationis, vt contingit in c. inter opera charitatis. vbi permittitur dissimulare meretricatũ in ciuitate, ne dũ ex ciuitate expellitur, tota ciuitas libidine repleatur. vt ait Aug. & not. in d.c. inter opera. adde prædictis bonũ tex. & ibi no. Io. de Pla. in l. vna. C. nulli licere in frenis. li. xj. versi. nota secũdò. & ver. tertiò nota. Et inde est, q̃ si mortuo marito, eius hæredes promittũt vxori dare decem pro centenario, donec integraliter sibi dos soluatur, nõ est licitũ, vt consuluit Anch. cõsi. xiiij. de quo latius dicetur. Ex quacũq; ergo pecunia apud mercatorẽ depositali citè potest capi pars honesti lucri, quamuis pecunia dotalis nõ sit per prædicta, & per istũ tex. quẽ sic generaliter intelligũt doctores in præsenti, & Bal. in l. fi. in fi. C. de peti. hære. Ratio huius est, quia licet vsuræ sint †prohibitæ de iure diuino, & humano, vt d.c. super eo. &c. cõsuluit. infrà de vsu. nihilominus tamẽ semper habetur ratio ad interesse partis, ratione damni prouenientis, vel lucri cessantis, vt voluit In. in c. sacro infrà de sen. excom. in verbo, ad interesse. dicens, quòd vbi pecuniam dare est in obligatione, habetur ratio lucri cessantis. quod est bene notandum, secundũ Abb. in ca. cũ venerabilis. suprà, de exceptionibus. iij. colũ. ver. aduerte. & in c. P. & G. in prin. de offic. deleg. cum aliis, de quibus ibi per Fely. in prin. vide infrà. §. j. habetur etiã ratio lucri cessantis, ratione tẽporis. vinũ. ff. si cer. pet. a. c. j. de plus petitionibus. secũdũ Frã. Are. in l. diuortio. §. itẽ si messes. ff. so. ma. in prin. Declarã hoc respectu debitoris, debẽtis pecuniam creditori soluere, nam tunc est in consideratione damnum prouenientis, vel lucrum cessans. secus si pecuniam dare est in obligatione, respectu creditoris abundantis, qui alteri in magna necessitate cõstituto ex præcepto mutuare teneretur, tunc enim nõ est habenda ratio dãni prouenientis, vel lucri cessantis, propter huiusmodi mutuũ, in tali enim necessitate nõ solùm debet quis mutuare, sed quod fortius est, tenetur donare eleemosynã faciẽdo, quia tunc eleemosyna est in præcepto, vt c. pasce. lxxxvj. d. cum cõcordantiis, de quibus per Fely. in c. humanum. j dist. in fi. taliter autem donatum non repetit, fortiùs ergo, si mutuet, non petet damnum prouenies, vel lucrum cessans, imò forte contẽtus debet esse. ita puto sensisse Inno. & Abb. vbi sup. & ita tenet Archiepiscopus Florentinus. ij. parte. ti. j. c. §. xvj. in fin. & magister Conradus in suo tractatu. de contractibus. q xxx. prima conclusione. pen. col. versi. ratio quintæ. & secundũ hoc intellige, quod voluit Ioan. And. quem alij sequuntur, in c. fi. infrà. de vsur. & expressius ibi d. Ab. iiij. co. ver. no. primò. sentit glo. ij. valde singu. in ca. conquestus. eo. ti. vbi vide Ioan. de Ana. iiij. colum. de qua exclamant Legistæ & Canonistæ dicentes, non reperiri similem de iure canonico. Glo. tamen iuris idem voluit in l. secunda. C. de vsu. quã approbant ibi Cy. Bar. Saly. & communiter omnes. idem voluit glos. in l. curauit. C. de acti. emp. & vend. & in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eo. & ibi Barto. & alij, optimus tex. cum glo. & Barto. in l. iij in fin. ff. de eo quod cer. lo. vbi in illa actione habetur ratio lucri cessantis. Vbicunque ergo aliquid percipitur ratione interesse, nõ committitur vsura. Hanc

Interesse etiam lucri cessantis potis potest.

regulam

Universidad de Deusto
Biblioteca

regulam tradit Ab. in dicto c. fi. in. fi. infrà de vsu. ad hoc bonus tex. in l. at qui natura. §. non tantũ. ff. de neg. gest. & l. socium. ff. pro soc. & in l. & in contrarium. in princ. ff. de vsur. & ibi Bal. qui sum mat illam legem, quòd vsuræ veniunt ex mora velut interesse. id etiam tenet Io. de Imo. in l. gerit. ff. de acqui. hære. in pe. q. Ad idem bonus tex. in c. dilecti. suprà, de fo. compe. vbi contra debitorem quantitatis, etiam de iure canonico, habetur ratio, non solum partis principalis debitæ, sed etiam damnorum emergentium, propter non factam solutionem debito tempore. Et istud est clarum respectu damnorum emergentium, ex diminutione patrimonij, secundum quod accipitur in l. iij. ff. de dam. infe. quia dans occasionem damni proximo, quod proximus subire non tenetur pro eo, inducendo eum ad mutuandum, tenetur eum releuare ab illo damno: vt c. fin. infrà de iniur. cum concordantiis. & hoc potuisset quis à principio in pactum deducere: vt no. in ca. peruenit. de fide iusso. non solũ quando damnum incurritur ex mora debitoris, quia non soluit in termino: sed etiã si ante moram: vt si volens tuæ necessitati succurrere, disposui de rebus meis cum aliquo incõmodo, possum à te illud exigere, & in pactũ ab initio deducere, dummodo hoc bona fide fiat, aliàs secus: vt puta si mutuẽ tibi pecuniam ad certum terminum soluẽdam, cum pacto, quòd si in termino non restitueris, extunc tenearis ad interesse probabilis lucri. & hoc facio, quia scio te non posse in termino reddere, vt sic inde habeam lucrũ, vsurã committo. ar. xiiij. q. iij. plerique & de reg. iur. c. certum est. li. vj. Sed si simpliciter ad tollendam morã, scilicet debitoris, & me conseruandum indemnem, licitũ est: ista sunt ferè verba Archiepisc. Flo. ij. part. tit. j. c. vij. §. xvj. in fi. quod tene menti. Idem dicas de damno, inquantum accipitur pro lucro cessante ante moram vel post vt appareat ex prædictis: quia negari non potest, quin hoc etiam sit damnum, ex quo poterat quis aliquid acquirere licite, & non acquisiuit, propter alium: & ita cessauit lucrum, & per consequens passus est damnum, ad quod ipse alius tenetur: vt sentiunt docto. præallegati, & sanctus Tho. ij. ij. q. lxij. ar. iiij. in corpore quæstionis. qui pulchre loquitur videas eũ, & intellige, si in veritate illud damnum vergat propter lucrum cessans, & non simuletur, fingendo forsan negotiationem aliquam ex qua dicebat se lucrum sperare, cùm reuera nullam prorsus intenderet exercere, talis enim 6
palliatio, vel simulatio non iuuat, nec liberat à peccato: vt no. in c. ad nostram. suprà. de emp. & ven. & in c. illo vos. de pi. & in l. ij. C. plus va. quod agi. Si autẽ veritas haberi nõ potest in casu dubij attendi debet, vtrũ qualitas personæ, cui debetur, hoc patiatur, vt in mercatore & simili, qui cum pecunia lucretur. secus in doctore, aut in milite, qui cum pecunia non est solitus lucrari: vt in præallegatis iuribus: & traditur per Bar. & docto. in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod inter. prose. per Bal. in l. j. C. de sum. tri. per Cy. in auth. ad hæc. C. de vsur. in iij. q. Io. Albe. in c. nauigãti. infrà de vsuris. q. iij. Anch. in cle. j. §. sane. de vsu. & ita firmat Marianus in d. c. dilecti. in vlti. no. dicens sic pluries cõsuluisse, & obtinuisse in foro ecclesiastico. de quo per ipsum latius, in ru. de vsu. in viij. prin. ar. quod videtur de mẽte sancti Tho. ij. ij. q. lxvij. ar. iiij. in responsione. ij. art. vbi dicit, q̃ in perceptione lucri cessantis debet haberi respectus ad damnum impediens lucrum, vt fiat aliqualis recompensatio, attenta natura negotij & personæ non integra restitutio. quia minus est aliquid habere in virtute, quàm in actu. Existens autem in via adipiscendi, habet virtualiter, non actu. vnde si redderetur ei, vt haberet in actu, haberet quod est ablatum, non simpliciter sed multiplicatum. idem in effectu voluit Io. de An. in dicto c. cõquestus. iiij. col. vbi finaliter concludit relinquẽdum esse arbitrio iudicis consideratis circunstantiis, quantum esset vir similiter lucratus ille, qui petit interesse: quod etiam refert & sequitur Fely. in c. cùm venerabilis. iij. col. versi. intellige ij. suprà, de excep. Si ergo non erat persona consueta negotiari: per consequens non cessat lucrum, nec illud peti potest. Idem si debitor non fuit in mora: ante moram enim non cessat lucrum, sed postmoram debitoris: vt apparet ex prædictis, & firmat Bald. in l. j. C. de vsu. & fru. leg. quem refert & sequitur Fran. Are. cõsi. clij. iij. col. in prin. Idem tenet Ancha. cõsi. cxlviij. incip. in quæstione quæ vertitur. Morosus tamen nõ habet restituere ea, quæ per industriam acquisiuit ex pecunia, quando passus moram non acquisiuisset talia: vt puta si debitor soli tus exercere certũ genus mercium, & in hoc erat peritissimus, creditor vero ignarus. Ista, quę ex industria fuit lucratus debitor, nó veniunt in consideratione lucri cessantis postmoram. ita no. voluit Fran. de Plate. in trac. restitutionum. in ver. restitutio. lo j. de quo facit festum Fely. in d. c. cùm venerabilis. iij. colum. versi. intelligе iij. Adde ad prædictorum confirmationem, quod voluit Bald. in l. cunctos populos. C. de summa tri. col. vj. ver. item do quandam regulam. vbi dicit, quòd quando facta relatione huius præstationis, quæ dicitur vsura, vel aliud antecedens, resultat quasi facio vt des, vt in omni matrimonio. c. salubriter. de vsur. l. pro oneribus. C. de iure do. vel vendo vel trado vt des. C. de actio. empt. l. curabit. vel patior vt des. l. periculi. C. de nauf. aut alia conformis vnius ad alterum: ibi proprie non est vsura: quia non est lucrum, sed quædam recompensatio debita hincinde: vt in allegatis iuribus. Quam regulam tene memoriæ cuius meminit Io. de An. in rub. infrà, de vsuris. de quo infrà. §. ix. in princ. adde eundem Bal. in d. l. cunctos. populos. vj. col. ver. iiij. non possint. vbi dicit, quòd † vsuræ non sunt licitæ, vbi vsus rei est translatus cum dominio rei, vt in extrauagã. Io. xxij. quæ incipit, quia quorundam. Sed si translatus est vsus facti sine dominio, vt in pecunia commodata ad pompam, dicunt Theologi, quòd quę dam remuneratio potest præstari pro isto vso, quia dominium, quòd est domini, non debet esse sterile, sicut in pensione domus, secundùm Aegidium Romanum, quod Bald. credit verum si talis præstatio non minueretur ex præstatione temporis. & maximè quia pecunia non solet locari. ar. de præscrip. ver. l. naturalis. §. primo. item quia cùm ipse vsus non possit restitui. l. fi vsusfructus mihi in biennium. de vsufruct. le. & sic non recipit actum retro similem, congruum est, quòd aliquid possit præstari loco vsus. arg. l. iubemus nulli. §. fina. C. de sacr. sanct. eccl. hæc Bald. Patet ergo, quòd vbi versatur lucrũ cessans, vel damnum proueniens

proueniens non est vsura, sed interesse. Quomodo autem probabitur lucrũ cessans, vel damnum proueniens, vel fructus, qui percipi potuerunt, & non fuerunt percepti, vide notanter Fran. Are. in l. continuus. §. cum ita. col. ij. ff. de ver. ob. intellige tamen, quòd tenetur quis ad lucrum cessans, vel damnum proueniens, nisi ex culpa alicuius damnum sibi proueniat, quia est iusta causa excusandi, sicut in expensis, à quibus absoluitur ex iusta causa. gl. no. ff. de triti. l. in hac. secundum Bal. in c. vno. ad fi. qui successores teneantur feudum confirmare. li. feudorum. Ex quo infertur, q̃ in huiusmodi æstimatione damni proueniens, vel lucri cessantis, habetur ratio qualitatis ipsorum, agentis, patientis, & loci, secundum Marianum in c. fin. in fi. de iniur. latius in c. olim. eod. titu. facit text. in §. atrox. Insti. de iniur. Prædicta tamen sunt sanè intelligenda, dummodo à principio nó fuerit facta promissio annuæ solutionis adiectæ debito quantitatis, propter futurum interesse: quia tunc esset vsurarius contractus. ita firmat sanctus Bernardinus, sermo. xxxij. c. ij. quem alleg. Alex. de Ariostis, in tra. de vsur. in iij. parte. cap. cxliij. idem voluit Bal. in l. rogasti. §. fi tibi. ij. colum. versi. extra no. ff. si cer. pe. dicens, † q̃ si mutuo tibi decem quæ promittis mihi reddere in nundinis, & si non reddideris, promittis quindecim, & conficeris exnunc, prout extunc, tantum ad interesse mea & pro interesse meo. nomine cõuenti. facis istam promissionem, non valet talis promissio, vel cõfessio, quia fieri videtur in fraudem. ar. l. qui testamen. ff. de proba. nisi probare tur tale interesse per alias coniecturas, vt l. traiectitiæ. ff. de act. & ob. idem voluit Bald. in l. vna. iiij. col. ver. quid si promitto tibi ex causa emptionis. C. de sen. quæ pro eo quod inter. prose. vbi decidit, quòd si quis promittit ex causa emptionis tradere librum valentem decem, & si non tradiderit, promittit centum nomine interesse conuenti, non valet. quia causa finalis est falsa. nam tantum est dicere, nomine interesse, quantum est dicere, quia interest. Ergo obstat exceptio doli, vt l. secũda. §. circa. ff. de doli. excep. Idem & fortius, si emptor promitteret nomine pretij decem, & si non soluerit, promittit centum nomine interesse conuenti, quia quicquid accidit forti per pactum, vsuram sapit, secundum Bal. vbi suprà quem refert & sequitur Alexan. consil. lxj. iij. colum. ij. volum. incipit viso processu. & consil. xxvij. fin. colum. iiij. volumi. idem tenet Ioan. de Imol. & Ludouic. in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matrimo. & Laurentius de Rodolphis, in tractatu vsurarum. lxxj. colum. aliàs ij. parte. quęst. liij. adde Alexan. in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. oblig. pen. colum. ff. & Iaso. in l. prima. colum. xij. C. de summa trinitate & fi. cath. Ista faciunt ad quæstionem: vtrum
8 † obligationi dandi consistenti super quantitate & maximè super mutuo, potest apponi pœna, si infra certum terminum non soluerit, ita quòd ista pœna sit certa & determinata contra obligatum non implentem in termino constituto. de qua vide Bartol. Bald. & alios in lege cùm allegas. C. de vsuris. Antonium Marianum, & alios, in capitulo suam. in princip. de pœnis. Marianus late in tractatu de vsuris. Et hinc est, quòd si socer, qui promisit genero dotem, in pecunia, ad certum tempus, & interim annuatim promisit certam pecuniæ quantitatem, hoc non est illicitum. secundum Ioannem Andream in capit. salubriter. intra, de vsuris. de quo infrà latius subiiciam. versicu. octauò infertur. Hinc est etiam, quòd soluto matrimonio post mortem viri, hæredes eius se obligarunt vxori dare decem pro centenario, nomine alimentorum dotis suæ quolibet anno, donec fuerit integrè dos soluta, mulier non potest exigere dicta decem pro centario; cùm fuerit appositа dicta quantitas per dinumerationem annorum, quia singulo anno aliquid veniebat soluendum, censetur vsura, vt apparet ex prædictis. & notat Barto. in l. cùm stipulati. in fi. ff. de verbo. obliga. ita consuluit in contingentia facti Anch. consil. cxlviij. incipiente, in quæstione quæ vertitur. quem refert & sequitur Alexan. in dicto consil. xxvij. ij. colum. qui dicit, idem esse, si testator in testamento mandauit hæredibus soluere vxori suæ dotem, & interim quòd non solueritit, annuatim centum, nam hoc fieri non potest, ita etiam consuluit per bona fundamenta idem Ancha. consi. xcij. incipit. verba testamenti. quem similiter refert & sequitur Alexan. in dicto consi. xxvij. ij. colum. in fin. Et propterea dicit, quòd si vxor aliquid recipit, tenetur in sortem computare, secundum eum, quia soluto matrimonio, per mortem mariti prædecedentis, vxori superuiuenti propter dotis restitutionem nulla pecunia debetur, nec pro primo anno, nec pro sequentibus annis, quibus, si voluisset, potuisset dotem exigere, præsertim si habet aliunde vnde se alat, vt dicit glos. Dynus, Barto. Bald. Angel. & cæteri doctores, in l. diuortio. in princi. ff. solu. matrimo. Guil. Cyn. & alij, in l. vna. §. exactio. C. de rei vxor. act. & Bald. in l. fina. C. de bonis mater. Fateor tamen, quòd vbi vxor ab hæredibus viri peteret dotem, & ipsi essent in mora restituendi dotem, & vxor esset consueta dare pecunias suas ad honestum lucrum mercatoribus, tunc ratione moræ deberet haberi ratio interesse consistentis in lucro, quod verisimiliter mulier percepisset, sicut fecit de aliis suis pecuniis. per tex. in dicta l. secunda. §. fin. ff. de eo quod cer. lo. cum aliis, de quibus suprà ita tenet Ioan. de Imo. in dicta l. diuortio. iiij. colum. versi. idem videtur. Idem esset, si forsan vxor nõ solita negotiari, probaret quòd esset emptura fundum, si dotem habuisset nam tunc potest prætendere istud interesse lucri cessantis, vt videtur casus rectè intuenti in l. socius qui in eo. in princ. ff. pro socio. secundum Pau. de Castr. in dicta l. diuortio. & ista est communis opinio, secundum Lancelotum ibi iij. column. quicquid ibi dixerit Alexand. secundum eum. Et faciunt ista ad vnum, quod quotidie accidit, & ego vidi in practica, Testator in suo testamento legauit cuidam quingentos ducatos, quos per suos liberedes solui præcepit, & interim quòd non solue rentur, tenerentur annuatim dare legatario quinquaginta ducatos: hæredes per aliquot annos nõ soluerunt, quapropter petuntur ab hæredibus quinquaginta annua, non possunt peti, quia vbicunque quantitas si non soluatur, capitale mandatur solui per dinumerationem temporis. etiam si mandetur solui sub nomine pœnæ, censetur esse vsura, vt concludit Bartol. in dicta l. cùm stipulati. ff. de verbor. obliga. & in l. qui sine. ff. de nego. gest. sequitur Blad. in l. cùm allegas. in fin.

Lucrum pro dote.

Nota quòd potest à principio pactari lucrum.

Quãdo maritus mandauit in testamento solui vxori lucrũ pro dote.

Casus quotidianus.

C. de

C.de vsuris.Anch.in regula,peccati venia. Sed hic testator mandat solui quinquaginta ducatos singulis annis, si hæredes noluerint soluere capitale:ergo videtur,quòd ista est solutio vsurarum, †quæ sicut est prohibita in contractu, & ita & in vltima voluntate,vt l.iij.in fi.ff.de annuis leg.per quem tex.ita firmat Barto.ibi,& in d.l. cùm stipulati simus,in finalibus verbis.ff.de verbo.obl. & in l.ij.in fi.ff.de his quæ pœ.no. Bald.in di.l.cùm allegas. Ita reperio consultum per Franciscum Aretinum consi.clij.inci.viso themate,quem rogo videas,quia pulchrè loquitur. vbi videtur hoc ampliare,vt nec valeat, quo ad quantitatem contentam,nec quo ad interesse, quod realiter prætendit,quasi vtile vitietur propter inutile. Quod est mirabile,& alibi non legi: intellige, etiam si qualitas interesse poneretur ex pacto,indiscretione debitoris,secundùm Ludouicum consil. dxx. xj.col.incipit,circa propositam consultationem. & Alex.consi.lxj.ad fi.ij.volu. secundum quod refert Fely.in d.c.cùm venerabilis,iij.col.de excep. qui hoc limitat, nisi mutuans esset homo nõ consuetus vllo modo fœnerari, & nullum verisimile periculum immineret debitori,& interesse sit valde verisimile,vt per Ancha.in regula,peccati venia.xxij.col.versi.vj.quæro. quem refert Franciscus Aretinus.dict.consi.clij.ij.col.qui tamen nõ firmat,& merito, quia omnes prædicti videntur sentire contrarium. Concluditur ergo prædictis,quod licet †interesse lucri cessantis, peti possit de iure canonico,vt dictum est,non tamen potest à principio taxari, nec per contractum inter viuos,vt l.lecta.ff.si cer.pe.nec in testamento, in quo testator propter tarditatem solutionis quantitatis, adiceret vsuram per dinumerationem mensium,vel annorum,non potest,vt dictum est.

An valet taxatio quo ad interesse verũ & reale.

Conclusio.

Ex istis redditur mihi dubia decisio Oldradi. consi.decvij.dum dicit,quòd si quis dat alicui ducatos mille, cum pacto, quòd ille debeat sibi dare pro dicta pecunia singulis annis certam pecuniæ quantitatem vsque ad vitam suam, iste contractus non est vsurarius,vt ibi latius per eum.quem refert Franciscus Aretinus d.consi.clij.ij. colum. Ego credo, quòd cessante fraude valeat pactum saltem quo ad verum interesse damni proenientis,aut lucri cessantis. & ita reperio sentire magistrum Conradum in suo libello, de contractibus.quę.xl.in iij.conclu.de quo facio mentionem infrà colum.ij.versi.ex his.

SVMMAE RERVM.

1 *Mutuans pecuniam, an petere possit id quod lucratus fuisset.*

§.I. *Mercator mutuans pecuniam petit quod fuisset lucratus.*

EX his primò infertur, quòd si mercator solitus mercari,vel negotiari,cum sua pecunia, illam ad certum tempus alteri mutuauit: si debitor fuit in mora,quia ad illud tempus non soluit, potest mercator agere contra debitorem,vt soluat loco interesse id, quod verisimiliter fuisset lucratus ex illa pecunia, & illam in termino soluisset.ita dicit Ab.in præsenti,& in c.9.& G.in prin. suprà de officio de.& in d.c.conquestus.& in di. c.fi.iiij.col.ver.ij.quæro.infrà de vsuris.& in ca. dilecti.de foro compe.& in c.cùm venerabilis.super gl.iij.suprà de excep.& Ancha.in cle.ex gratia.de vsuris.& sanctus Thomas secunda secundæ.quę. lxij.& archiepisc.Florentinus in ij.parte suæ summæ.ti.j.c.vij.§.xix.Abb.consi.cxl.incipit,in quęstione,quæ vertitur.Saly.pulchrè in authentic.ad hæc.C.de vsuris.ij.col.Paul.de Castr.consi.lxxj. viij.col.prælegato.

§.II. *Si empturus merces non emerit mutuarit, petit lucrũ cessans. Delaturus merces ubi plus venderet, eodem pretio potest vendere licet non deferat.*

SVMMAE RERVM.

1 *Lucrum cessans petere potest is, qui ex pecunia sua empturus erat merces, & vt mutuaret non emit.*

2 *Et qui merces alio delaturus erat ad nundinas, ibi ea quæ verisimiliter venditurus pro cariori pretio, potest pro eodem pretio alteri vendere licet non deferat dummodo fraus absit.*

3 *Negotiorum gestor accipiens pecuniam sub vsuris, potest eas à domino petere.*

SECVNDO infertur, quòd si mercator paratus erat ire ad nundinas, † empturus merces, in quibus verisimiliter fuisset lucratus centum:accessit amicus & rogauit eum,vt mutuaret sibi illam pecuniam:quam promittebat sibi restituere in certo termino, cum lucro sperato. non peccat,& licitè potest fieri, nec committitur vsura ratione lucri cessantis: dummodo mercator mutuans duceretur bona intentione, & potius mutuaret vt seruiret amico,quàm in fraudem.

Idem dicendum de eo,qui habebat merces, quas deferre volebat ad nundinas, vel aliam regionem,vbi verisimiliter eas † pro cariori pretio venderet: nam si alius ibi appareat, & offerat idem pretium, quod mercator verisimiliter habiturus esset in loco destinato, licitè potest mercator illud capere, dummodo fraus absit. ita tenet Hostien.in cap.salubriter.infrà de vsuris.Innoc. in fin.eo.ti.& ibi Abbas.iiij.colum. versic. circa hoc & ibi etiam Anania.viij.colum,& ix.colum. Cal.in cap.nauiganti.iij.quę.& vij.eo.ti.& Saly.c. in authen.ad hæc.x..& xx.q.C.eo. ti. Laurentius de Rodolphis,in tractatu vsurarum.xj.parte.quę. xxiiij.& xxj.Archiepiscopus Florentinus in secunda parte suæ summæ,titu.j capit.vij.§.xvj.quem latius videas. Ex istis infertur, quòd si aliquis habet ducentos ducatos, mutuat Ioan centum ex illis pro suis necessitatibus expediendis, cum pacto, quòd tantum sibi vltra sortem redderet, quantum lucrabuntur alij centum in negotiatione positi.si cùm dedit,volebat illos centum ducatos in negotiatione ponere,ad instantiam Io.mutuauit sibi centũ,licitus est contractus:quia quod vltra sortem recipit, est pro suo interesse.secus si solos centum,quos posuit, nam tunc vsura est secundum Gabrielem.iiij.sen.di.xv,q.xj.colũ.xxj. in fin.vide infrà §.ix.ver.imo quod plus est. Aduerte tamen, quia in exigendo interesse ratione lucri cessantis, in primis debent deduci expensæ quas verisimiliter esset quis facturus in acquirendo illud lucrum,& illud quod minus valeret, propter dubium adeptionis,quia minus valet res sperata,quàm obtenta,vt est de mente doctorum in prælegatis locis,signanter sancti Thom.vbi suprà secunda secundæ. q. lxij.arg.iiij. in corpore, quem rogo videas.quia pulchrè loquitur,eũ commemorat magister Cõradus in suo libello,de cõtractibus.tra.ij.q.xxx.cõclusione iiij.latius exdiẽdo,& multipliciter cõprobãdo,vt per te videre poteris.

Qui accipit pecuniã sub vsuris, paratus det credituri, si eas mutuat, licitè petit vsuras. vide tex. & ibi Alexan in l.Lucius Titius de act. empti ff.

repoteris. Ex his etiam infertur ad aliud quotidianum:Si ego recepi pecuniam mutuo sub vsuris,& dum vellem creditori sortem & vsuras reddere,socius vel amicus petit illam à me mutuam, dicens,quòd ipse eam sortem & vsuras deinceps currentes solueret creditori meo: & ita mutuauei,& pecuniam,quam paratam habebam pro solutione sortis,& vsurarum, & ab eo sum stipulatus, quòd vsuras etiam meo creditori solueret: non est vsura. Archidiaconus in cap. vsura. xiiij. q.iij.de quo facit festum Ludo.in singulari. Calderi.in dicto ca.nauiganti.iiij.q.quem refert & sequitur Saly.in dict.authen.ad hæc.C.de vsuris.q. xvj.quia non stipulor vt vsuras,sed vt euitẽ damnum mihi ex seruitio contingens, vt ibi per eos.

Idem tenet Laurentius de Rodolphis, in suo tractatu vsurarum. & magister Conradus,in suo libello,de contractibus. q. xlj.in j. conclusione: quia in effectu ego nihil aliud egisse videor, nisi creditori soluere,deinde eum rogare, vt tibi mutuet.Subdit fortius,quòd si ego in sequenti anno potuissem gratis obtinere pecuniam, cum qua possem licitè acquirere quinque florenos vltra omnes expensas,& etiam defalcata lucri dubietate:si tibi mutuaui pecuniam,seruatis seruandis, possum à te exigere illos quinque florenos: quia in illis sum damnificatus ratione lucri cessantis. Quod tenemenți,tanquam verissimum,& quotidianum:intellige, dummodo exigam ratione interesse,non ratione mutuationis,secundum eum: qui subdit in ij.conclusione, quòd si statim quòd ego recepi pecuniam ad vsuras, promisi creditori quinque florenos,quos dare sibi teneor,quãuis statim velim restituere, tu incontinenti petisti à me illam pecuniam mutuo, non possum à te exigere illos quinque florenos, quia non fuisti causa,propter quam ego illos deberem,ergo nõ teneris me seruare indemnem.Idem dicit, si ego accepi pecuniam mutuo pro vno anno,pro quinque florenis, & decreui eam tenere secundo anno pro aliis quinque florenis,& ita mea causa patior damnum quinque florenorum, si postea eam tibi mutuaui, non possum à te exigere quinque florenos,quia tu non fuisti causa huius damni.

Negotiorũ gestor accipiens pecuniã sub vsuris, licitè eas à domino petet.

Quod ego intelligerem,nisi ego cum illa pecunia possem negotiando aliquod lucrum consequi,nam tunc ratione lucri cessantis possum à te exigere.quod apparet ex prædictis,& fuit de mẽte magistri prælegati,vbi suprà,in ij.conclusione. Ex his etiam infertur,quòd si gestor negotiorum recepit pecunias ad vsuras pro gerendo negotia domini,quod facere potest, si expendit pro vtilitate domini, tenetur dominus pecunias & vsuras soluere gestori,vt l.atqui natura.§.notandum.ff.de neg.gest.vbi hoc notat Pau. de Ca. idem tenet ipse in l.ob negotium.C.eodem.& in l.prima.C.mãdati.vbi dicit hoc procedere etiam de iure canonico,quia non vt lucrum,sed vt damnum emergens petuntur.facit capitulo peruenit. de fideiuss. Non enim debet officium suum esse sibi damnosum,vt lege videlicet. ff.ex quibus caus. maior. Idem fuit de mente Bal.in l.ũ vero nõ remunerãdi.§.si mihi mãdaueris.ff.mãdati. vbi dicit,q; si ꝓcurator accepit pecuniã sub vsuris,põt vsuras a domino repetere,etiãde iure canonico.

SVMMAE RERVM.

1 *Mutuans centum ad certum tempus, si post tempus indigeat, potest sub vsuris accipere centum, & à creditore illas repetere.*

2 *Thesaurarius ad soluendum stipendarijs deputatus si non soluat quàm primum potest, postquam recepit pecuniam publicam, tenetur eis ad omne damnum quod passi fuerunt, sine curius emendo sine alias.*

§.III. *Mutuaui tibi pecuniã, quã cũ red dere nõ valeres accepisti sub vsuris. licitèpo tes eas ate.*

TERTIO infertur,q; mutuaui tibi centum ad certum tempus,& cùm hac † pecunia indigerem,& tu restituere non valeres,tantam pecuniam sub vsuris recepi, tunc possum à te exigere,non solum debitum, sed etiam vsuram quam solui, non vt vsuram, sed vt interesse.ad hoc bonus tex.cum glo.& ibi doc.in dicto ca.dilecti. suprà,de fo.compe.& in ca.peruenit, suprà de fideiuss.& in l.pen. C.de ero.mili.anno,libr.xij. tenet etiam Inn.in cap.ij.suprà de vsuris.refert & sequitur Bald.& Saly.& Pau.in l.vsuras,in princ.C. de vsuris.reputantes hoc valde nota, tenet Abb. in dicto ca.fi.eo.ti.in fi.Lauren.in d.suo tractatu vsurarum,in ij parte,quæstio cxix.& Anania.in d.c. conquestus.ij.col.infrà,de vsuris.& Ludo.consi. cj.incipit,in Christi. &c. propositæ. & alij doctores in locis,de quibus suprà. & Archiepiscopus Florentinus in dicto cap. vij. §. xx. Ex istis infertur, quòd si † thesaurarius deputatus ad soluendum stipendiariis, non soluat quàm primum potest, postquam recepit pecuniam publicam, tenetur eis ad omne damnum,quòd passi fuerunt ex hac causa cariori emptione, vel pecuniæ mutuæ receptione,vel ex alia causa.tex.& ibi Bar.& Pla.in d.l.pen.§.fin.C.de eroga.mil.anno.lib.vij. Nec facio vim, vtrum contractus sit bonæ fidei, vel stricti iuris.prout facit Bald.in di.l.vsuras.in prin.cuius contrarium sentit Abb.in dicto c.j.infrà de vsuris.quia vtroque casu tenetur ad interesse,vel lucrum cessans.& sic intellige legem regni. v.par.ti.j.l.fin.quæ dicit,quòd ille,cui res mutuatur,tenetur illam restituere tempore quo fuit conuentum,aliàs soluet pœnam conuentam,& si pœna non fuerit apposita, tenetur ad damna & interesse.No.bene ista contra thesaurarios, de quibus meminit Io. Surgeti in suo enchyridio, fol. lxviij.colum.ij.vbi alia de thesaurario ponit.non enim debet quis vti re ad vsum alium, quàm destinatum.l. prima. C.de cond. public.libro x. & not.Ioan.de Pla.ibi,& in l.grauissime.C.de cursu publico.libr.x.& in l.iudicibus.eod.titu.Ioan. Surgeti vbi suprà,folio lxx.col.ij.

Lex regni.

De thesaurario.

SVMMAE RERVM.

1 *Fideiussor si ad soluendum pecuniam sub vsuris accepit, potest licite eas petere à principali debitore.*

§.IIII. *Si fideiussor ad soluẽdũ accipit pecuniã sub vsuris, eas licite petit à principali.*

QVARTO infertur, quòd si ego pro te fideiussi,& tu ad tempus constitutum non soluisti, quapropter ego habui necesse pro te soluere; & cùm non haberem pecuniam, illam sub vsuris accepi,possum à te petere principale,& etiam vsuras quas solui, vt est text.cum glo.in ca. peruenit.suprà. de fideiusso. quam ad hoc allegat Bal.in d.l.& in contraria.in prin.ff.de vsuris.& in l.si verò nõ remunerãdi.§.si mihi mãdaueris.ff.mãdati. quod late prosequitur Io. An.

Universidad de Biblioteca

in regula,damnum.de reg.iur.lib vj in mercuriabus. Cuius dicta per duodecim conclusiones expendit Laurentius in d. suo tractatu vsurarum. ij. parte.q.xlvij.& reassumit Anania.in c.j.infrà de vsuris.& eo,cũ sequẽtibus.& tãgit Ab.ibi, in fi. & Bal.in l. cõstitutionibus.ij.co.C.eo.videas per te.

SVMMAE RERVM.

1 *Repræsaliatus pro sua ciuitate.si recipiat pecuniam sub vsuris, vt creditori solueret, potest illas à ciuitate repetere.*

§.V. *Repræsaliatus pro sua ciuitate qui accipit ad soluendum eius debitũ pecuniã sub vsuris, eas licite petit à ciuitate.*

QVINTO infertur ad decisionem quæstionis quotidie contingentis. Propter factũ ciuitatis,aduersus quendã militẽ,data sunt repræsaliæ ipsi militi,contra ipsam ciuitatẽ, & eius ciues. miles accepit quendã ciuẽ illius ciuitatis, & ipsum carcerauit. iste carceratus statim pluries ciuitati hoc nũciauit. Ciuitas tamẽ ipsum per tres menses,& vltra in vinculis stare permisit, nec de ipso curã habebat, propter quod ipse ciuis captus,videns nõ posse aliter à carceris miseria euadere,& se penitus destitutũ,venit ad soluẽdum dicto militi creditori ciuitatis : & quia non erat potens ad soluendũ,oportuit eum illã pecuniæ quantitatẽ sub vsuris mutuo accipere, & soluit. Ad istã quæstionem vide nota. per doctores in l.ij.§.itẽ si in tacto.ff.de verbo.obli. per Alex. ad finem. Hoc casu licitè poterit iste ciuis non solùm debitum principale,sed etiam vsuras ab ipsa ciuitate consequi,ex quo fuit necessitatus ad promittendũ & soluendũ pro ipsa ciuitate:& ipsa ciuitas interpellata fuit in mora soluendi, & redimẽdi eundẽ carceratum.Vnde quo ad illum,vsuras quas soluit,dicimus interesse,quòd licitè petere potest.ita consuluit in contingentia facti Laurentius de Rodolphis consi. xxiij.in ij.vol.& reassumit ipse in dicto suo tractatu vsurarũ.ij. parte. q.xlviij.quem latius videas.de quo meminit Anania in dicto c.j.viij.col.infrà,de vsuris.

SVMMAE RERVM.

1 *Interesse lucri cessantis petere an possit venditor prædij ab emptore, qui non soluit in termino.*

2 *Vendens fundum statuens terminum solutioni, an licitè recipiat fructus vsque ad terminum solutionis, ita quòd non computet eos in sorte.*

§.VI. *Trado tibi prædiũ venditũ nõ soluisti termino possum petere interesse lucri cessantis.*

SEXTO infertur,quòd si vendo tibi prædiũ, & trado illud,atque † inde percipis fructum, & tamen ad terminum conuentũ mihi pretium non soluis:possum à te petere pretiũ cum vsuris; si quas solui,vel etiã cum interesse lucri cessantis quia fructus rei facis tuos à tempore traditionis, & tamẽ mihi soluere noluisti : quoniam si etiam res vendita in pignus daretur mihi, potuissem eius fructus percipere elapso termino solutionis, non facit, etiam si transcendant quantitatem interesse. Nam licet talis res à venditore repeti nõ posset.tamẽ fructus eius percipere potest, postquam cõtra voluntatem suã pretiũ rei venditæ detinetur,tanquã interesse.ita dicit Archiep.Florentinus,vbi sup.§.xx. Quod ampliari potest vt procedat,etiã si res vẽdita esset talis, ex qua fructus nõ percipiũtur.vt puta,si emi à te trabes,vel tigna,& sic res,ex quibus nõ percipitur naturaliter aliquis fructus,& causa acquirẽdi pretiũ,acquisiui illud sub vsuris,& solui tibi vẽditori,sed tu nõ tradidisti mihi lapides,vel tigna,imo fuisti in mora tradẽdi:teneris mihi reddere illas vsuras, tanquã interesse dãni emergentis.ita dicit signanter Bal.in d.l.vsuras. in fi C.de vsur. quẽ refert & sequitur Laurentius in d. suo tractatu vsurarum.q. cxix.& Ananias in d.c.conquestus.ij.col.infrà de vsuris.& Archiepi.Florentinus di.§.xx.per text. ad hoc singularẽ in l. Lucius Titius accepta pecunia.cũ l.sequẽti.ff.de act.empt,vbi secundũ vnam lectũrã probatur, quòd si ego accepi pecuniã sub vsuris,vt adimplerem illud,quod in contractu ex parte mea veniebat adimplendũ: tu autem fuisti morosus in adimplẽdo cõtractu ex parte tua, teneberis mihi ad soluendas vsuras. Nã dicebat ibi tex.quòd si pro soluendo pretio rei emptæ, & sic pro adimplendo contractu,ex parte mea assumpsi pecunias mutuo sub vsuris: tu autem venditor in tradendo rem venditã,si fuisti negligens,& sic fuisti morosus in adimplendo cõtractu ex parte tua teneberis mihi ad soluendas vsuras eius pecuniæ, quã pro soluendo pretio accepi. quẽ tex. ad hoc valde commendat Ludo.in d.cõsi.cj.Saly. tamen in d.l.vsuras.dicebat se nõ posse percipere, quomodo istud posset procedere:quia vẽditor nõ est causa istarũ vsurarũ,cũ ante eius morã ad istas vsuras pro soluendo pretio me obligauerã.secus si eius mora causa fuisset maioris cursus vsurarũ:puta,quia si lapides vel tigna tradidisset,ego vendidissem,& fœneratori soluissem. Sed Io.de Ana. in d.c.conquestus.dicit,q dictum Bald.est verius: quia ideo recepi pretiũ sub vsuris , vt haberem tigna,& lapides, quibus fuissem vsus ad vsum destinatum. Et istud fuit quodãmodo quædã recõpensatio,cum vsuris,quas solui: sed propter moram vẽditoris solui vsuras,& nõ habui vsum rerũ emptarũ. Istud idem voluit Laurẽtius,vbi supr. dicẽs,q dictum Bal.sibi placet, considerato q emptor caruit cõmodo eorũ,quæ emit, & damnum passus est vsuræ solitæ: & sic sine vllo commodo reperitur accepisse pretiũ sub vsuris. Et imputet sibi vẽditor, qui nõ tradidit quod debuit, & voluit habere pretiũ: vt ibi latius per eũ.quod mihi satis placet. Gl.tamen in dicta l. curauit. C. de ac.em.& clarius ibi Pau.de Cast.aliter sentiunt.di cũt enim,q si nõ fuit facta traditio,& sic per vẽditorẽ fructus erãt percepti,in electione emptoris est,petere fructus:per l.fructus.eo.ti.& si eos petit, extũc tenetur soluere vsuras, vel potest emptor fructus non petere:quia forte pauci sunt : & tunc ex quo traditio non erat facta, nõ tenebitur ad vsuras etiã si venditor ei offerat fructus, quos percepit : quia nõ tenetur emptor eos recipere, ne ad vsuras teneatur. Sit ergo cautus vẽditor, q offerat statim rem,& petat pretiũ, si videt emptorẽ nõ esse paratũ soluere pretiũ:& extunc constituit eũ in vera mora, & facit eũ teneri ad vsuras, & si postea ipse vẽditor aliquos fructus percipit, & vult petere pretiũ cũ vsuris , debet rẽ offerre, ac etiã illos fructus.sed si nõ obtulisset,nec ipsum in vera mora cõstituisset, nõ posset postea offerẽdo fructus,petere vsuras. Ita debet intelligi & declarari gl. in d.l.curauit.secundũ Pau.ibi, qui dicit ista fore notãda,quia etiã hodie de iure canonico tales vsurę sunt licitę,secũdũ illãgl.quia veniũt potius vt

Opinio contraria Salyceti.

ius vt interesse, quàm vt vsuræ : vt suprà latè dictum est. Prædicta tamen intellige sanè,quando venditor prætenderet aliud interesse:vt puta, quia oportuit ipsum accipere pecuniam sub vsuris,vel incidit in pœnam:quia pecuniam, quam alteri debebat,nõ potuit ad tẽpus soluere, quam solui̇sset,si emptor dedisset sibi tale pretiũ. Nam tunc tale interesse bene poterit etiam de iure canonico petere:vt signanter voluit Iac.Butri.in d. l.curauit.quod miro modo extollit solus Anania. in d.c.conquestus.iij.col.Et quamuis ille non dicat idẽ in effectu,voluit Bal.in l.etiam.ij.col. ver. or modo dubitatur.C.de excu.rei iudi.vbi dixit, q fœnerator mihi mutauit centum: & ego per instrumentũ guarentigiæ sibi promisi illa restituere infra mensem,& à mense vltra esset licitum creditori accipere ista centũ sub vsuris.† Iste contractus nõ debet exequi,nisi creditor probauerit, q sua intererat accipere sub vsuris,propter aliquod imminens periculũ.Nõ ergo sufficit, q venditor vel creditor probet,q sub vsuris accepit: sed oportet probare , q sua intererat illam pecuniam sub vsuris accipere,propter periculum. Ex istis aliàs in cõtingentia facti dixi,q cùm beata regina Isabella, in humanis agens, emerit quasdam merces à mercatoribus,pro certo pretio soluendo à suo thesaurario ad certum tẽpus,infra quod non fuit solutũ. quapropter mercatores ipsi coacti sunt vendere res suas, & merces quas habebant viliori pretio,quàm deberent. Item accipere cambia sub vsuris, vt suis satisfacerent creditoribus,ad terminum assignatũ,eo q nõ fuit pecunia debita ad tẽpus soluta.Vnde ex hoc grauem incurrerunt iacturam,siue damnũ: insuper perdiderunt lucrũ speratũ ex suis mercibus,quas vendiderunt ex pecunia sibi debita:q ex bonis reginæ ea defuncta erat mercatoribus satisfaciendũ: quia tẽpus destinatæ solutionis venit in consideratione dãni proue nientis,vel lucri cessantis:vt l. vinũ.ff.si cer,pe.c.j.de mutuis petitionibus. dixi suprà in prin.l.huius sexti notabilis , non obstante delegatione à regina facta in suum thesaurarium,vel quẽcunque aliũ,quoniam per illam nõ fuit à debito liberata,vt l.Paulus.ff.de noua.& d. parti.tit.xiiij.l.xv.in fin nisi in casibus,de quibus in l.iij C.eo.& ibi doctores.& per Bar.in l.facta. 1 §.si hæres.ff.ad Trebel.Quid autem, si quis vendat† fundum,statuens terminum solutioni , an liceat recipienti fundum venditum,in pignus recipere fundi fructus,vsq; ad terminum solutionis, ita q eos non computet in sortẽ ? vide notanter per Gabrielem iiij.distin.xv.q.xj.col.xvij.in fin. 2

Pro venditore.

Ex istis infertur ad vnum , quod pro indubitato ponunt iuristæ,si vẽdo tibi possessionem meã, & quia nõ das mihi eius pretiũ.facio pactum , q quousque tradas mihi pretiũ recipiã interim eius fructus,licitũ est , quia cum possessio fructificet, non videtur iustum,vt emptor habeat vtilitatem, & fructum rei emptæ.& venditor non habeat vtilitatem pretij,vt possit pecunia vti. Theologi tamen non approbant istum contractum,nisi fieret 2 pactum , q si infra certum terminum non soluat emptor pretiũ , extũc fructũ recipiat venditor, quousq; pretiũ sit solutũ, vt hoc nõ fiat in fraudẽ, sed in pœnã.ita dicit Archiepiscopus Flo.in sum. ij parte.ti.j.c.vij.§.xx.& xxj. Vnum adde ad prędicta,circa interesse versans in lucro,q illud non attẽditur, quãdo lucrũ fieri potuisset cũ iniuria alterius,puta præscribẽdo,vel vsucapiendo.gl.no. in l.si quis vxori.§.pe.ff.de fur.quã limita,vt non habeat locum,vbi adcõplendum illud lucrum mõdicũ tẽporis supererat,quia talis interesse habetur ratio,licet in eo iniuria alterius versetur.Istud est de mente Barto.in l.si is qui pro emptore.circa x.col.in ver.venio ad ver.q si seruus.ff.de vsu. & ita ponderauit ibi Bart.Dotius,in sua repetitione,ad limitationem dictæ glos.Lancelotus in l. j. ff.solu.matri.iiij.col.glo.in ver. nam & reipublicæ.reputans hoc valde not.& vide Ias.in l.iij.§.Labeo.ff.de acqui.pos.

SVMMAE RERVM.

1 *Legatum factum in pecunia pro alimentis potest ad partem honesti lucri penes mercatorem deponi.*

2 *Tutor an teneatur fœnerari pecuniam pupillarem.*

3 *Et quid si is apud quem depositа est pecunia fugit.*

4 *Furtum.si per domesticum, vel mercenarium fiat, & res furata detur alteri in pignus, an cogetur creditor ad restituendum vero domino.si mutuum non soluatur.*

5 *Qui inops est & immobilia non possidet si promissa seruare consueuit est fideiussor idoneus.*

6 *Tutor legitimus si est persona fidelis,& honesta,remittitur sibi satisdatio.*

7 *Satisdare,verbum an intelligatur cum pignoribus, vel fideiussoribus.*

8 *Consanguineus probatæ vitæ , potest esse iudex in causa consanguinei.*

9 *Homo sanctæ vitæ & bonæ opinionis , præsumitur semper iustam litem mouere.*

10 *Archidiaconus, qui examinat indignum , & illum præsentat episcopo,vt ordinet:episcopus non tenetur.si archidiaconus erat probatæ opinionis.*

11 *Qui facit quod consuetum est approbatur.*

12 *Consuetudo domini negotiorũ gestoris,inspici debet.*

13 *Testatoris verba debent intelligi secundum morem & consuetudinem testatoris.*

14 *Post publicationem attestationum , non admittitur testis licet sit homo probatæ sanctimoniæ,in quo cessat subornationis præsumptio.*

Legatũ pro alimentis.

SEPTIMO infertur, q si alicui est factum † legatum in pecunia pro alimentis, potest & debet dari apud mercatorem ad partem honesti lucri.& licitum est per istum tex.per quem ita firmat Bar.in l.diuus Seuerus.ff.ad l.Falc. quem sequuntur ibi Ang.Pau.de Cast & Alexã, & subdit Bar,idem esse in aliis similibus casib.quasi dicat, q vbicunque tenebatur quis pecuniã illius,cuius negotia administrat,ponere ad vsuras , hodie tenetur ponere ad licitũ quæstũ,& tenetur ad illud commodũ,quod licite potuisset percipere. quod dictum sic intelligit,declarat,& etiã extollit Bal. in l.j in fi.C.de cond.indebi.quem refert& sequitur Paul.de Castr.in dicta l.diuus & ibi Alexand. & Ludoui. consilio xxviij. & cxxxix. & singulari clxxviij.incipit,iure hodierno.inferentes ex hoc, quòd† sicut olim tenebatur tutor fœnerari pecuniam pupillarem,aliàs de suo vsuras soluere cogebatur,vt l.ob fœnus.ff. de admi.tu.& in l.nisi. C. eo.& l.si pecuniam.C.de vsuris pu.cum simili. ita hodie tenebitur pupillo ad interesse, si ipsam pecuniam idoneis mercatoribus non tradat,ad honestam lucri atque licitam partem,per istum tex.

Pro tutore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad idem est bonus text. in l. quicquid. C. arbitrium tute. glo. in cap. fi. xij. q. iiij. poterit etiam tutor illam pecuniam conuertere in emptione prædiorum, & si fuit negligens, in emendo prædia tenebitur pupillo tantum præstare, quantum percipere potuisset ex fructibus illorum prædiorum, si fuissent empta. quod est valde notandum contra tutores negligentes. ita tenet Bar. in l. tutor qui repertorium. §. pe. ff. de admi. tut. de quo facit festum An. Sicu. in ca. ij. in ij. col. supr. de depos. tangit Salyc. in authen. nouissimæ. C. de admi. tuto firmat Ludo. consi. xxviij. in prin. & cons. cxxxix. Si tamen prædia non reperiantur, deponatur pecunia apud mercatorem, vt dictum est. aliàs tenebitur tutor ad interesse, vt prædixi, non quidem ad illud plus, quod ex illa pecunia potuit haberi. Nam si in illo loco, vbi degit tutor, & vbi habet fœnerari pecuniam pupillarem, sunt multi mercatores, qui diuersimodè dant lucrum pro pecuniis sibi redditis: debet tutor petere interesse, secundum mercatorem, qui dat minus. vt est tex. singularis & vnicus in d. l. tutor qui repertorium. §. si deponi. ver. ex certis. quem multum commendat ad hoc Lud. in dicto singulari clxxvj. inci. iure hodierno. & dicto consil. cxxxix. Si ergo tutor pecuniam non posuit ad partem honesti lucri, non tenebitur ad illud maius interesse, quod potuit habere ab illo mercatore, qui plus dabat, sed solùm ad illud, quod habere potuisset ab eo, qui minus dabat. Sed si † tutor, vel quinis alius, qui negotia alterius gerit, dedit pecunias mercatori ad partem honesti lucri, vel aliter cum ea negotiatus est, & inde pupillo, vel domino damnum euenerit. Si quidem talis erat mercator, apud quem cõmuniter tales depositiones fieri consueuerunt: quamuis ipse fugiat, vel aliter damnum inferat, pupillo imputabitur, vel domino, non tutori, vel negotiorum gestori. per tex. ad hoc singularem in lege, si res pupillares. ff. de admini. tu. vi. Barto. in lege, si soluturus. ff. de solutionibus. facit text. optimus in l. pignus. C. de pign. act. & ibi not. Ange. in lege, si à bonæ fidei. ff. de rei vendi. vbi etiã hoc tenet Ange. expresse, & sequitur Petr. de Vbaldis, in suo tractatu, de societate. viij. parte. q. iij. de quo feci mentionem supra, & Alexan. in l. si cùm dotem. §. si post solutum. iij column. versi. in glo. in verbo, iustis causis. ff. solu. matrimon. de quo vide in rubri. colum. xxvij. versic. & per ista dicebat Ange. facit quod in simili dicimus in nauta, caupone, & stabulario, qui licet teneantur de furtis & damnis datis per famulos suos, iuxta l. fi. §. pe. ff. nautæ, caupo. sta. & l. prima. in fine. ff. furti aduersus nau. tamen si famulum habebant communi opinione bonum, & fidelem, qui tamen damnum dederit, non tenebuntur. vt signanter voluit Bald. in lege, & ita. §. ex hoc. dicto versicu. sed quid si isti. ff. nau. caupo. sta. argumento text. in lege, argentum. ff. commodati. qui bene facit. refert & sequitur Alexand. in dicto §. si post solutum, tenementi, quia quotidianum: vide supra, in rubr. ix. circa finem. versi. & per ista dicebat.

Ex quo posset attentari vnum, quòd licet aliàs 4 † furtum committatur per domesticum, vel mercenarium: & res furata pignori detur alteri: non cogitur creditor ad restituendum domino, nisi 10 mutuum soluatur vt disponit lex regni, quam edidit rex Alfonsus, era Mcccxiiij. Tahurcriąs. l. xxxv. quæ incipit, & que los, que tienen hombres. quam tene memoriæ: intellige tamen, quando famulus vel domesticus erat communi opinione bonus, & fidelis, per iam dicta: aliàs secus esset. & ita limitabis illam legem quotidianam, & per hoc aliàs dixi, quòd si seruus alicuius ferratus, vel qui ferrum gestat ad pedes, rem domini vendidit, vel pignorauit, detentans illam rem, tenetur domino restituere, non soluto pretio: quia famulus non reputabatur bonus, nec fidelis, ex quo ferrum gerebat in pedibus. idem dicerem de quocunque alio famulo malæ famæ & opinionis. vide quæ dixi suprà. in rubri. §. lxv. ad finem. ver. idem dicas si furtum. Bene facit quod in simili voluit Pau. de Cast. in lege, si quis stipulatus sit Stichum. §. fin. per illum text. in fin. ff. de verbo. obli. dicens, quòd † qui est inops, & non possidet immobilia, tamen si est persona multum fidelis, & consueta seruare promissa, est idoneus fideiussor. & ita limitat l. ij. in prin. ff. qui satisd. cog. vbi hoc Alexan. non placet. Ad idem facit quod voluit Bald. in l. legitimos. ij. & iij. no. ff. de leg. tu. vbi dixit, quòd † licet legitimus tutor teneatur satisdare, tamen si est persona multum fida, & honesta, remittitur sibi satisdatio. Et inde est, quòd dictat statutum, quòd damnatus debeat satisdare secundum qualitatem personæ, licet verbum, † satisdare, intelligatur cum pignoribus, vel fideiussoribus. vt l. prima. ff. qui satisda. cog. tamen si est honestæ vitæ, & probatæ fidei, sufficit iuratoria cautio. per glo. in l. j. ff. de ripa mu. & §. his autem. quæ dicit, quòd virtus hominis sufficit pro satisdatione. a quam glo. ex tollit Bald. in capi. ij. ij. column. suprà, de iudi. & in rubri. de eo qui mi. in pos. causa rei ser. Ad idem facit, quod voluit Specu. ti. de iudic. §. supereſt. versi. quid si non est consanguineus. quem refert & sequitur Alexan. in l. qui iurisdictione. quinta fallentia. ff. de iurisdict. om. 8 iudi. vbi dicit, quòd † consanguineus probatæ vitæ, & opinionis, potest esse iudex in causa consanguinei, b nec potest ex hac causa recusari. idem voluit Anto. in capitu. postremo. de appel. Idem dicimus in teste, secundum Ioann. de Imol. in capitu. cum R. canonicus. de offic. deleg. quem refert & sequitur Felyn. in capitul. literas. tertia columna. versi. vj. limita. suprà, de præsump. Ad idem facit mirabile dictum Bald. in capi. præterea, suprà de testib. cog. vbi dixit, quòd ille, qui est bonæ vitæ, & magnæ opinionis. potest post didicita testificata producere testes, & corrigere dictum suum. Facit etiam glos. not. in cap. expedit. in ver. scirent. xij. q. j. quæ dicit, † quòd homo sanctæ vitæ, & bonæ opinionis, præsumitur semper iustam litem mouere, & ideo si succumbat, non condemnatur in expensis, secundum Hostien. quem alij sequuntur in capi. finem litibus pen. column. suprà. de do. & contu. sequitur etiam Alexan. in l. properandum. §. finautem. quarta columna. C. de iudi. Andre. Siculus in capitulo insinuante. prim. columna. suprà de offi. deleg. & in ca. primo. vj. colum. suprà. de iudi. Ad hoc faciunt multa, quæ cumulat Fely. in capitulo super his. de accusatio. fin. colum. & signanter facit glo. no. in cap. ad hęc. de offi. Archi. quæ dicit, quòd si archidiaconus, 10 † qui examinauit indignum, & illum repræsentauit episcopo, vt eum præficeret, vel ordinaret, erat vir integræ opinionis, non tenetur episcopus. Ex

Vi. pragmaticam. fo. clxx.

a Adde Vely in ca. ad hoc. de fin. exĕ in fine. Ioan. Ber.

b Adde decem casu, in quibus propter excellentiam, siue bonitatẽ personæ, recedit à reg. tu. communi quæ cumulat Iaf. in authen. habe mus. co. pe. & fi. C. de iudi. vbi tamen limitat ter illos in seruit. vt la tius per ly pols. in l. §. quæstioni. col. ij. & seq. ff. de gõ. vbi gl. ita 30. de scripsit. quorũ plures habuit à Fel. in c. super his. de accu. vbi per totam co. fi. plura in hoc re fert. vide eũdem Hy pol. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. Io. Ber.

Si ie apud quẽ depositu erat pecunia fugit

Lex regni.

pus. Ex qua gl. ego aliàs in contingentia facti dicebam, q̃ si potestas custodiæ carceris deputauit hominem fidelem, & in illo officio approbatum, qui postea fugit cum carceratis, non tenebitur potestas, cùm non sit, quod sibi potuit imputari. & ita aliàs consului pro nobili viro Ioan. Dedeca, cui iste casus accidit, dum esset corrector in ciuitate Abulensi, qui erat vxoris meæ auunculus, vt videri poterit in meo consilio. Facit tex. & quod ibi no. Bar. in l. si pignoris. §. fin. ff. de pign. 11 act. vbi probatur, † q̃ ille qui facit illud, quod eon suetum est, non est in culpa. de quo dicto meminit Iaf. in l. j. in princ. ff. quod quisque iur. vide quæ dixi suprà. in rubri. §. lxvj. in fi. ver. idem dicerem, si maritus. Ad idem est bonus tex. in l. si ne- 12 gotia. ff. de nego. gest. vbi † consuetudo domini negotiorum spectari debet. ex quo dicebat ibi Bar. q̃ si quis conduxit roncinũ, vt eum duceret ad domum domini: forte quia inuenit ostium clausum, dimisit roncinum in pascuis: quem tamen lupus occidit, nam si dominus non erat cõsuetus dimittere in pascuis, conductor tenetur de isto casu fortuito, si autem dominus erat cõsuetus sic dimittere, nõ tenetur conductor, secundum eum. Idẽ si dimisit in stabulo sine custode, vt habeatur distinctio ex consuetudine domini. de hoc no. per Cy. C. de epi. au. l. nemo. & C. de pigno. act. l. pignus. & in Spe. de locato. §. postquã. ver. quid si locaui tibi boues, secundũ Bald. vbi sup. Sic ergo dicamus in casu nostro, vt ratione probatæ fidei, & opinionis, excusetur tutor, apud talem pupilli pecunias deponendo. Idẽ ego dicerem, si ille mercator, apud quem depositata fuit pecunia ad partẽ honesti lucri, erat ille, cũ quo pater pupilli erat solitus tractare, & apud quẽ pater tales depositiones faciebat. Nam tutor excusatur à dãno in de secuto, & imputatur pupillo. ar. l. qui semisses. §. fin. ff. de vsur. & l. vel vnuersorũ. ff. de pi. act. per quæ iura ita tenet Iac. de Bello visu in auth. vt hi qui obligatas. §. quoniam autẽ. colla. vj. & ibi est gl. super, ver. mutuatur. bene facit tex. in l. cùm seruus. in fi. ff. de conditio. & demonstra. ibi nãquod ipse viuus factus sit ab hæredibus suis, insitisse in 13 telligitur. Ex quo no. ibi Pau. de Cast. q̃ † verba testatoris debent intelligi secundũ morem & cõsuetudinem testatoris. ad hoc l. Sempronio. §. fi. ff. de vsufructu le. & l. penulti. in prin. ff. de ali. le. 1 adde notata in l. Seio. §. medico. ff. de annuis legatis. intellige, nisi ageretur de præiudicio alterius vt puta pupilli: quia tunc nõ præsumitur voluisse defunctũ, q̃ fiat pro hærede, quod ipse erat factus: vt l. j. §. si defunctũ. ff. de rebus eorũ. aliàs secus, vt d. l. cùm alius, de quibus supr. & quod no. in l. æquissimũ. §. fructuariũ. ff. de vsufruc. & l. edicto. §. extat. ff. de iure fis. & d. l. vel vniuersorum. secundum Pau. vbi sup. Tenebitur ergo tutor fa- 2 cere, quod pater pupilli solitus erat, vt dixi: & tenet Saly. in d. auth. nouissimæ. qui hoc intelligit, quando tutor vel administrator erat industrioſus in ipsa negotiatione, sicut pater pupilli. secus si non erat talis: nam tunc est in culpa. se immiscẽdo rei, cuius cognitionem non habet. & ideo tenetur de damno inde secuto: vt l. j. §. si defuncti. ff. de re. eorum. & facit regula, non est sine culpa. de re. iur. lib. vj. cũ concordantiis. Sint ergo cauti tutores, & curatores, & alij administratores, seu negotiorum gestores, vt semper habeant negoti-

Si cũ mercatore pater pupilli erat solitus tractare.

Cõsuetudo testatoris est attendenda.

Limitatio.

a Adde Hypoli. in l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstio. co. iij. versi. a liue est etiã vbi post Spe. & Alexã. aliter tenet videlicet, quòd testes omni exceptione maiores, in quibus cessat subornationis præsumptio, possint produci etiam post conclusionẽ in causa, & post publicatas attestationes. & vide eũdem, per totã col. & seq. vbi describit septẽ notabiles cõclusiones, in quibus propter legalitatẽ testis recedit à regula communis, quæ obuiat prædictæ conclusioni. Ioan. Bern.

tiationem cum hominibus communiter approbatis, vel cum his, cum quibus pater pupilli, vel dominus soliti erant negotiari, & in ea negotiatione, qua ipsi soliti erant, dummodo sint æqualiter idonei. & hoc ego aliàs vidi in practica. circa quod me amplius non extendo, quia extraneum est à materia nostra. Adde prædictis tex. in l. si mei causa. §. fi. ff. commo. per quem dicit ibi Bar. to. quòd si ego credidi alicui asserenti se esse nuntium, qui communiter consueuerat mitti pro nuntio à domino: præsumitur mandatum, & iusta causa credendi, per tex. in l. fin. ff. quod cum eo, qui bene hoc probat. de hoc meminit Fely. in capitu. quod super his. de fide instru. colum. iij. versi. prima conclusio. personę tamen probitas, vel legatas, non est causa sufficiens faciendi actum extra terminum ad hoc præfixum. Vnde licet homo 14 sanctimoniæ † producatur in testem, in quo omnis cessat subornationis præsumptio: non propterea admittetur post publicationem attestationum, ita not. dicit Bald. in capitu. iurauit. de probatione. de quo facit ibi festum Andre. Sicu. columna xv. qui multa alia similia cumulat, quæ per ipsum videri possunt.

SVMMAE RERVM.

1 *Fructus rei pignoratæ pro dote, an & quando liceat percipere & nu. 5.*
2 *Dos datur ad onera matrimonij sustentanda.*
3 *Dos si non fuerit soluta, an maritus possit aliquid percipere ratione interesse lucri cessantis.*
4 *Hæres mariti possidens, vel detinens pignus datum viro pro cautione dotis post mortem mariti, non lucratur fructus illius pignoris sed computari debent in sortem.*
6 *Maritus si post longam moram vxoris, vel soceri, aut alterius dotem promittentis, recipit integram dotem, non facta protestatione, seu reservatione in fructibus, vel interesse sibi debitis, ratione morę, an sibi præiudicet, quo minus illos petere possit.*

OCTAVO infertur, quòd quando socer obligat, seu hypothecat † genero possessionem aliquam, pro dote filiæ: licitè gener percipit fructus illius possessionis, donec sibi dos soluatur: nec tenetur illos in sortem computare, vt est casus valde sing. in capi. salubriter. infrà de vsur. qui alibi non reperitur. idem dicas de sponso, qui nutrit & alimentat sponsam, vt est glo. valde not. in l. ij. C. de do. promis. de cuius veritate vide ibi Cy. Bald. & Salyce. & eundem Bal. & alios in l. si ante. ff. solu. matrim. Ratio huius est, quia † dos datur ad onera matrimonij sustinenda, vt hîc, & in dicto capitulo salubriter. & in l. pro oneribus. C. de iure do. & penes illum debet esse onus alimentorum, penes quem est dos: vt l. iiij. & l. si pater. §. primo. ff. de pact. do. Si ergo maritus vel sponsus sustinet † onera matrimonij, & dos sibi non soluitur à socero, vel ab eo, qui eam promisit, iustum est ratione istius interesse, quòd interim fructus percipiat. Et hinc est, quòd licet pro dote pignus datum non fuerit, sed ille qui dotem promisit, quia illam non tradidit die statuta.

§. VIII. Quando est licitum percipere fructus rei pignoratæ pro dote.

An maritus potest a liquid percipere ratione dotis nõ soluta.

obligat se ex pacto ad certos denarios pro libra, quolibet anno, vel mense, donec dos soluatur: eo dem modo ratione interesse licite poterit maritus illos denarios petere. Ita tenet Bar. in l. insulam. §. vsuras. ff. so. ma. & latius & clarius ibi Ioã. de Imo. Ludo. & alij moderniores. & doctores nostri in d.c. salubriter. signanter do. Abb. qui dicit hoc maximè procedere, si maritus solitus erat negotiari. sed Ana. ibi in viij. column. dicit non esse necessarium, q̃ maritus solitus sit negotiari, quia illud solummodo consideratur, quando agitur de interesse consistente in lucro, vt suprà dictum est. non autem quando agitur de interesse consistente in damno, vt l. ij. iuncta glo. ff. de eo quod certo loco. Sed maritus agit de interesse consistente in damno, quia sibi abest, quod patet, quia expendit in onera matrimonij. Et ita, siue maritus sit solitus negotiari, siue non, poterit tale interesse petere, præsertim quia maritus potuisset emere prædia, ex quibus forte tantundem potuisset habere. Istud idem firmat Bal. Nouel. in suo tractatu, de dote. vij. parte. iij. speciali. & magister Conradus, in suo libello, de contractibus. q. xxxv. conclusio. v. & vij. respondens solenniter ad motiua Ioan. An. & Io. de Lig. contrarium tenentium, in di. ca. salubriter. vt ibi per eum. Et videtur hoc satis rationabile. Nam videmus, q̃ si venditur fundus cum termino solutionis pretij, cum pacto, q̃ interim durante termino aliquid soluatur pro interesse vẽditoris, valebit tale pactum, ex quo aliàs dictum terminũ non dedisset, & poterit venditor licitè petere dictũ iustum interesse, per ea quæ dicta sunt.

Pro venditore.

Idẽ si venditor cõstituit se nomine emptoris possidere & emptor nõ soluens pretiũ, obligat in specie rẽ venditã pro pretio, eo pacto, vt interim q̃ sibi soluitur, debeat vẽditor fructus percipere, valet tale pactũ, ratione commodi cessantis, & nõ solutione, vt suprà dixi. Pari ratione idem esset, si venditori esset data aliqua alia res in pignus pro dicto pretio soluendo infra certum tempus, cum pacto, q̃ interim venditor possit fructus percipere. nam & hoc pactũ videtur licitum ratione commodi cessantis. vt voluit Bal. Nouel. vbi suprà. ergo multo fortius idem dicimus in casu nostro vt interim, quòd dos non soluitur licitè, possit maritus aliquid recipere pro oneribus matrimonij supportandis, siue sit datum pignus fructificans, siue non fructificans, vel etiam nullum: siue interueniat à principio promissio de aliquo dando, interim quòd dos non soluitur, siue non: nam & tunc poterit petere aliquid emolumenti, ratione interesse, propter moram dotis non solutæ. vt latè & singulariter concludunt docto. in d.c. salubriter. & in l. insulã. §. vsuras. ff. so. ma. signanter Ioã. de Imo. quem refert & sequitur Campetius in suo tractatu, de dote. ij. parte. q. vj. in ij. col. quem rogo videas, & Raphaelem Fulgosiũ consil. ccj. incipiẽ. domina Galdeada. Quando autẽ dicatur mora commissa in restitutione dotis, tradit optime Bar. in l. de diuisione. ij. col. ff. sol. ma & Campetius vbi supr. q. viij. Ang. in §. fuerat ante. Insti. de act. & ibi Iaso. vj. co. Sed vt omnis tollatur dubitatio, sit cautus gener, vt à principio, quãdo dos sibi promittitur, dicat, q̃ statim sibi soluatur, vel saltem interim quòd non soluitur, socer debeat onera matrimonij sustinere, vel ad ea sustinenda debeat certum quid annuatim dare. Istud videtur de mente Anto. in dicto ca. salubriter. & Archiep. Flo. in sum. ij. parte. ti. j. cap. vij. §. xxviij. quicquid dicat Lau. in dicto suo tractatu vsurarum. ij. parte. q. liij. istud etiam firmat magister Cõradus in suo libello, de contractibus. q. xxxv. in ij. conclusione. dicẽs quòd in casu prædicto, quando à principio non soluitur dos generi, sed pro ea datur pignus, cuius fructus gener sibi accipiat, donec dos integra soluatur, vt licitè hi fructus percipiantur: oportet, quòd eos percipiat gener, vt sibi donatos libere à socero, vel quòd gener in conuentione astrinxerit socerum, ad dandum sibi illos fructus in partem dotis totalis: non quia differt principium obligationis, quia non vult socerum à principio fieri debitorem: sed ideo, quia gener patitur interesse, dando talem dilationem obligationis: pro cuius interesse refusione vult illos fructus interim percipere, alioquin non duxisset eius filiam in vxorem, nisi data sibi integra dote, vel socero statim debitore constituto. Secus tamen si simpliciter esset conuentum inter socerum & generum, q̃ socer non esset debitor constitutus vsque ad certum terminum, & interim daret genero pignus pro securitate dotis: & de fructibus nihil est dictum: tunc enim crederem, quòd si gener fructus interim percepit, computaret in sortem, aliàs teneretur ad restitutionem: quia pro illo tempore nondum erat socer debitor. illos autem, quos post tempus perciperet gener, propter moram soceri, faceret suos, ad onera matrimonij sustinenda: maximè si ad hoc soceri consensus expressus vel tacitus accedat: vt est de mente magistri, vbi suprà. Bonum ergo erit consilium doctorum: de quo prædiximus. Caueat tamen gener, vt fructus, vel emolumentum, quod ratione dotis non solutæ percepit, sit iustum & moderatum, & non excedat metas interesse: aliàs non esset tutum in foro conscientiæ. vt in alio proposito paulo antè dicebam, co. cccxxxviij. ver. aduerte tamẽ. nam si maius commodum reciperet ex perceptione fructuum pignoris, vel quãuis cõuentæ, quàm fuerit lucrum cessans, quod ex emptione prædiorum, vel negotiatione acquirere potuisset: illicitum est idem, si gener nullo modo esset empturus prædia, vel negotiaturus cum pecunia, sed in arca tenere volebat: nam tunc nihil percipere posset, ratione dotis non solutæ. Sit ergo quisq; conscientiæ suæ iudex. Ex istis resultat vnum valde singulare, & puto verissimum, q̃ dispositio capit. salubriter. non emanauit fauore dotis. vt quidam dicebant, & male, quia si verum esset, in omni casu liceret marito recipere fructus pignoris, vel aliquid ratione dotis non solutæ: quod tamen falsum est. sed tunc demum, quando patitur aliquod dãnũ ex dilata solutione saltẽ lucri cessantis, vt apparet ex prædictis, emanauit ergo ratione interesse, vel lucri cessantis, quod potuisset maritus habere, si dos soluta fuisset, emẽdo prædia, ex quibus fructus perciperet, vel negotiãdo cũ pecunia. Vnde quãuis ille tex. non emanasset, potuisset gener fructus percipere, propter interesse, quod prætendit ex nõ solutione dotis, sicut de alio quocunque interesse dicimus. hoc in expresso melius, quam quis alius, multipliciter cõprobat prædictus magister, vbi suprà. quẽ rogo videas. Ex quo infertur ampliatio singularis ad prędicta, vt procedãt nõ solũ in genero pignus habente pro dote, imo etiam

Si à principio non interuenit promissio de aliquo dando interim q̃ dos non soluitur.

Si gener pignus sibi traditum alteri pignorasset.

etiam si gener pignus sibi traditum alteri pignorasset cum omni iure sibi competenti, iustè poterit iste tertius percipere fructus istius rei pignoratæ, vel aliud, quod inter socerum & generum esset conuentum, vt no. voluit Collectarius & Ioã. de Lig. in d.c. salubriter. & Anan. ibi ij. col. & Lau. in d. suo trac. vsurarũ. q. liij. & videtur hoc satis rationabile. quia ex quo iste tertius fuit subrogatus in locũ mariti, debet sapere eius naturã: vt c. ecclesia sanctæ Mariæ. vt lit. pe. cõ cõcordãtiis. Istud enim interesse, quod percipit maritus, nõ permittitur sibi fauore dotis, prout aliqui dicebãt, & male, sed ratione sui proprij interesse, vel dãni, q̃ sibi prouenit ex non solutione. Istud ergo ius, siue interesse bene potuit alteri concedere, maximè si erat sibi coniunctus, vel amicus, & ille amicus, nõ vt lucretur fructus, mutuat pecuniã, sed propter charitatem, aut gratiam, tũc enim sine dubio fructus lucri facit absque vitio vsuræ, aliàs nõ. ita dicit no. Archiepiscopus Flo. in sum. ij. parte. ti. j. c. vij. §. xxxiij. & magister Conradus vbi suprà conclusione xiij. Sic intelligas, quod voluit Bal. in rub. C. de vsur. in iiij. q. dum simpliciter tenet, talẽ creditorem non posse percipere fructus rei sibi pignoratæ. quia istud priuilegiũ soli marito est concessum, secundum eum. Et inde est, quòd hæres mariti possidens, vel detinens pignus datum viro pro cautione dotis: post mortem mariti nõ lucratur fructus illius pignoris, imo tenetur eos in sortem cõputare, vt l. j. C. de pig. ac. & l. si pignore. ff. eo. cum si. secundum Inno. quem omnes sequuntur in d.c. salubriter. signanter Abb. & Ana. ij. co. ver. quæritur etiam. & Lau. in d. suo trac. vsurarũ. q. lj. & Archiepiscopus Flo. in sum. ij. parte. ti. j. c. vij. §. xxix. & non solùm fructus, quos percipit, sed etiã quos percipere potuit: vt l. ij. & l. fi. C. de pig. act. quia in optione hæredis est restituere pignus quando cũque, & liberare ab obligatione, quod nõ est in marito, cùm ipse teneatur ad onera matrimonij, & soluto matrimonio desinit esse dos. Ex quo dicebat Ananias, vbi suprà, se in cõtingentia facti dixisse, quòd mortua vxore cuiusdam, pro cuius dote data fuit vinea in pignus, relictis filiis, penes quos remanet dos, quòd filij teneantur fructus in sortem computare, per prædicta, quod mihi videtur parum dubitabile. Nam ipsa mulier, si viueret, tenebatur fructus in sortem computare, vt l. Titia. ff. de so. tenet Barto. in l. in insulam. §. vsuras. ff. sol. mat. & in l. si pater. in prin. ff. de do. exce. quem alij docto. vt vbique se quuntur, signanter Ioã. de Imo. in dicto §. vsuras. Ange. & Iason in §. fuerat ante. Insti. de act. Et cõcludunt omnes in dicto c. salubriter. & Host. in sum. tit. de vsur. §. an aliquo. ver. vj. & Lauren. in dict. tract. q. lij. Archiep. vbi suprà. §. xxx. Ancha. consil. cxlix. incip. in q. quæ vertitur. & per consequens eius hæredes. Ceſſat enim hoc casu ratio d. cap. salubriter. s. alimentatio vxoris, in quo principaliter consistunt onera matrimonij, secundũ dignitatẽ suam, & quantitatẽ dotis. vt dicit Inn. Io. And. & alij in præsenti. Vnde licet filij sint reliquię matrimonij, & ex dote matris sint alendi: vt l. si maritus. ff. so. ma. ere. secundum Bal. in l. si doté. j. col. C. de sal. cau. adie. leg. illud procedit cõstante matrim. & ita propriè loquitur d. l. si maritus. quicquid senserit Bal. in d. l. si dotem. Soluto autẽ matrimonio potest tunc ex suo filios alimẽtare: vt d. l. si quis à liberis. ff. de lib. ag. & l. qui liberos. §. fi. de rit. nup. cum simi. gl. & docto. hic: & inde est, q̃ licet vxor cõstante matrimonio possit petere dotem à marito vergente ad inopiam, mortua tamen vxore, filij non poterunt hoc petere, secundum Bart. in l. si constante. iiij. col. ff. sol. matr. Sit ergo cauta mulier, vel eius hæredes, vt non recipiant pignus pro dote, sed vel faciãt ipsum distrahi, vel in solutum recipiant: alioquin fructus sortem extenuabunt, nisi in duobus casibus, quos ponit Archiepisc. vbi suprà. Primus est, vbi violenter detineretur dos ab illis hæredibus mariti mortui: nec posset vxor se iuuare, quia non fieret illi iustitia propter potentiam illorum: tunc mulier licitè recipit fructus possessionis, vel pecuniam, siue extenuationem dotis. Et pari ratione idem dicendum quando mortua vxore, maritus vel eius hæredes velint restituere dotẽ hæredibus vxoris, propter potentiã vel tyrannidẽ: nam tunc licitè percipiũt fructus pignoris dati pro dote, vel aliud interesse. Secundus casus est, quãdo hæres mariti nõ posset sine magno suo detrimento restituere dotẽ, quæ in pecunia consistit, nec possessiones habet, quas vxori assignet: & propter hoc mulier, ne nimis grauetur, dimittit penes eũ ad tẽpus: & si in interuallo recipit ab hærede mariti alimenta, cùm non habeat vnde aliunde viuat, non videtur illicitum: non enim illud recipit ratione mutui, sed ratione interesse: cùm si dotẽ haberet, inde viueret, emendo possessiones, vel exponendo negotiationi. Secus autẽ, quãdo hoc fieret ob vtilitatẽ vtriusq; hæredis mariti, vt magis possit cum illa pecunia lucrari, & vxoris, vt ex integro suo capitali habeat lucrum: non tamen de facili consulendũ est, ne paretur via fraudibus vsurarũ: factũ tamen non est statim condemnandũ. Hæc sunt verba Archiepis. vt suprà. pro quibus bene facit tex. in l. vna. §. accedit. C. de rei vxo. act. Adde alium casum, quando statutum vel consuetudo disponit, q̃ in causa dotis interim donec restituatur dos mulieri per hæredes mariti mortui, vel per maritum hæredibus vxoris, soluantur decem pro centenario, vel quinque loco alimentorum. Nam tunc vxor, vel eius hæres, licitè & in foro conscientiæ illa recipere poterit. vt no. voluit Bal. in l. fi. §. præterea, C. de iur. dot. idem voluit Pau. de Castr. in l. diuortio. in prin. v. col. ff. sol. mat. qui hoc limitat, dummodo vxor non habeat aliunde, vnde ali possit, aliàs secus. idẽ in effectu concludit Abb. in d.c. salubriter. fi. col. & ibi Io. de An. Fel. in c. consultationibus. in fi. de of. dele. vide Raph. Fulg. in l. insulam. §. vsuras. ff. sol. mat. Imo etiam si habeat vnde se alat, dum tamen illud recipiat vxor, ratione lucri cessantis, vel damni prouenientis ex non solutione dotis, vel saltem pro pœna à statuto impositæ hæredibus non soluentibus, quod fieri posse: vt volunt prædicti, & magister Conrad. in d. suo libello de contractibus. q. xxxv. conclus. x. Et istud teneas, quamuis Bal. & Paul. in l. j. C. de sum. trin. teneat contrarium, & Io. de Lign. & Ioan. de Imol. in clem. j. de vsur. quia soluto matrimonio vxor non sustinet onera matrimonij, ergo si aliquid recipit, vsura est, & per cõsequens illicitum. Cum istis transit Iason in l. de quibus. xviij. col. ff. de leg. Cum istis transit antiqua & moderna iuris prudentia, mihi tamen, salua decisione melius sentientis, videtur quòd non solum maritus,

Mulier vel eius hæredes computant in sortem fructus pignoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum etiam eius hæres: item nõ solum vxor, sed
5 etiam eius hęres poterit iure licito † fructus pigno
ris percipere, propter dotem non solutam, vel id
quod inter partes conuentum est, vt sibi detur in
terim, quòd dos non soluitur, non ex dispositione
dicti cap. salubriter. sed ex eius ratione, & ex eo
quòd isti patiuntur incommodum ex non solutio
ne: quia possent habere fructus rerum, si res sunt
immobiles, vel lucrum ex negotiatione pecuniæ,
si dos in pecunia consistat: ab huiusmodi damno
tenetur aduersarius eos seruare indemnes: vt in
præcedentibus ostensum est: non enim genero
hoc in priuilegium conceditur, propter onera ma
trimonij supportanda: sed ratione interesse, & lu
cri cessantis, vel damni prouenientis ex non solu
tione. quę ratio æquè concludit in aliis, sicut in ge
nero, ex carentia dotis sibi restituendæ: quia licet
6 soluto matrimonio desinat esse dos, seu habere
rationem, vel nomen dotis, non tamen desinit ha
bere rationem debiti, ex cuius solutionis collatio
ne creditor, vel eius hæredes patiuntur interesse:
igitur poterunt ratione illius aliquid percipere
vltra debitum: cùm possibile sit, quòd si hæredes
generi haberent id, quod genero debetur: ex eo
ipsi statim de illis mercarentur, & annuatim veri
similiter lucrarentur aliquid vltra principale, vel
emerent prædia, ex quibus leuarent annuatim
fructus tanti valoris: quod tamen lucrum eis cessat: pro cuius lucri cessante refusione (interuenié
tibus aliis requisitis) licitè possunt percipere fru
ctus prædictæ possessionis, vel pignoris, sicut ge
nero licebat. vel etiam si nulla possessio fuisset à
socero genero pignorata, sed tantum cautio præ
stita, cum obligatione annuatim dandi certum
quid ipsi genero, ratione dotis non solutæ, dabi
tur etiam eius hæredi, vel vxori, vel eius hæredi
soluto matrimonio. Ita reperio formasse magi
strum Conradum, in d. suo libello, de contractibus. quæst. xxxv. conclusione vij. & ix. & Saly. in
dicta authen. ad hæc. xiij. col. C. de vsur. & hoc mi
hi placet. Intelligetamen ista, quando fructus
pignoris dotalis, vel illud, quod percipitur ratione dotis non solutæ, commensurantur cum alimẽ
tis à marito præstitis seu præstandis, considerata
quantitate dotis debitæ. secus tamen si essent immensi, nam illi deberent computari in sortem.
Istud fuit de mente Bald. in l. fin. §. præterea. ij. colum. versic. adhuc est dubium. C. de iure do. quem
refert & sequitur Anan. in d. c. salubriter. ij. colũ.
dicens hoc esse valde no. ad declarationem & limitationem illius capi. Istud etiam fuit de mente
Bald. in l. pro oneribus. C. de iure do. vbi dixit,
quod maritus licitè potest vsuras percipere moderatas, donec dos ei soluatur: moderatas autem
intelligo, non solùm habendo respectum ad quan
titatem dotis, & alimentorum, sed attenta etiam
conditione personæ mariti, si est industrios⁹, &
solitus negotiari, & mercari, & lucrari cum pecu
nia, quam habet: nam tunc habebitur considera
tio ad lucrum cessans; & si esset tale, quòd ascende
ret ad fructus, quos ex pignore percipit, vel ad illud, quod sibi datur ratione dotis non solutæ: licite posset illud percipere, vel petere, per ea quæ su
pra dicta sunt. hæc fuit mens Anto. & Abba. in d.
cap. salubriter. dum ponderant mariti industriam:
vt latius prosequitur Bald. Nouell. in d. tractatu,
de dote. vij. parte. iij. speciali. & Campetius in suo
tractatu dotis. ij. parte. quæ. vj. Intellige etiam
ista, quando maritus fuit diligens in accipiendo
fructus rei pignoratæ, seu in petendo vsuras nomine interesse, ratione retardatę solutionis dotis.
Secus si fuit negligens longo tempore. scilicet de
cem annorum: nam tunc iuris fictione maritus videtur ius suum remittere. Hæc fuit mirabilis de
cisio Bal. consi. incipiẽte, in Christi nomine amẽ.
post biennium à die ductionis &c. de quo exclamant doctores Moderni, signanter Alexã. l. quæ
dotis. vij. colum. ff. so. ma. Ange. in dicto §. fuerat
ante. vij. colum. & ibi Ias. vij. colum. qui finaliter
hoc reprobant, vt ibi per eos, de quibus feci mentionem suprà. colum. ccxxx. versic. tamen si mari
tus longo tempore. Ex quo infertur vnum satis singulare, & quotidianum, quòd si † maritus
post longam moram vxoris, vel soceri, vel alterius dotem promittẽtis, recipit integram dotem,
nulla facta protestatione, seu reseruatione in fructibus, vel interesse, sibi debitis, ratione moræ:
per hoc non præiudicaretur ei, quo minus illos
petere possit. Istud est nouum dictum solius Bal.
Nouell. dicto suo tractatu, de dote. ij. parte. colũ.
antepe. quod tene menti. Intellige etiam prædicta, quando pro dote fuit datum pignus. secus si
fuit dos promissa in pecunia numerata: & interim, quòd non soluitur, fuit promissa certa quantitas. Nam hoc fieri non potest, secundum Ioann.
And. in dicto c. salubriter. quem alij communiter
ibi sequuntur, & Laur. de Rodul. in tract. vsurarum. lxxj. col. ij. parte. q. liij. quem rogo videas. &
vltra eum confirmatur ista opi. Io. An. quia à principio non potest per pactum taxari quantitas pecuniæ pro interesse: vt suprà, latè dixi. col. cccliij.
§. octauò infertur. Idem dicendũ est, si maritus
indigens pecunia dotali, accipit illam ab illo tertio, dato sibi pignore. quod à socero habebat. Nã
iste tertius non posset fructus consequi, interim
quod nõ soluitur pecunia, secundũ aliquos: cuius
contrarium tenet Saly. in d. auth. ad hæc. C. de vsur.
q. viij. quod mihi magis placet, vt paulo ante dicebã. Reliqua circa materiã dicti c. salubriter. videas
per te, in locis suprà, alleg. super quibus aliter nõ
insisto: quia intentionis meæ processum impedit.

Si fructus pignoris sint excessiui.

Si maritus per longum tempus non petijt.

Si dos fuit promissa in pecunia, & certa quãtitas, interim non soluitur.

SVMMAE RERVM.

1 *Lucrum percipere ex pecunia apud mercatorem depositæ potest quis licitè, ratione lucri cessantis, vel damni prouenientis, & quando cessauit, & etiam quando damnum speratur.*
2 *Abvsura excusatur quis propter dubium euentum.*
3 *Stuprans virginem, tenetur damnum resarcire.*
4 *Percutiens, vel mutilans aliquem, tenetur ad operas amissas de præsenti, & de futuro.*
5 *Periculum mercantiarum per mare, vel terram, si quis pro certo suscipiat, an talis contractus sit licitus.*
† 6 *Vadiationis contractus an sit licitus.*
† 7 *Contractus, quem faciunt ludentes ludo fortunæ, spe lucri an sit licitus.*
8 *Saluumconductũ dantes mercatoribus per regnum, vel terras suas transeuntibus si per prædones eis auferantur satisfacere tenentur.*
9 *Colligentes pedagia debent tenere itinera tuta.*
10 *Fideiussor an possit aliquid percipere pro fideiussione.*
11 *Pecuniam recipere an possit quis vt sit fideiussor.*

Pecun

12 *Pecuniam ab aliquo recipiens, vt vltra mare eam transportet, & ibi reddendam pro certo pretio, an sit vsura.*
13 *Cambia an & quando sint licita.*

§. IX. *Interesse & damnũ futuri.*

AMpliari potest iste text. & prædicta, vt possit quis licitè † commodum recipere ex pecunia apud mercatorem depositа, vel ratione lucri cessantis, seu damni prouenientis: non solùm quando damnum iam prouenit, seu lucrum cessauit, sed etiam quando damnum speratur: vt puta, si quis periculo se subiicit, propter aliquid sibi promissum: vt est text. & ibi not. in ca. salubriter.
2 & c. fi. infrà, de vsur. vbi † propter dubium euentum excusatur quis ab vsura: quia ratione dubij aliquid permittitur, quod aliàs non liceret: vt l. si ea lege. C. de vsur. & l. si quis ex aliena. ff. de iud. & l. j. §. j. ff. de ventre in spic. & propter spem, largior fit interpretatio: vel l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & l. antiqui. ff. si pars hæred. pet. & l. cùm pater. §. cùm æstimaret. ff. de leg. ij. In simili dicimus de eo, qui damnum intulit alicui in persona: vt est
3 videre in eo, qui † stuprauit virginem: iste enim tenetur resarcire damnum eo modo, quo potest: nam cùm non possit virginitatem restituere, vel reparare, tenetur cum ea matrimonium contrahere, vel dotem sibi assignare: vt cap. j. de adulte. Itaque est in consideratione non solùm ipsa defloratio, sed incõmodum, quod ex defloratione est prouenturum, scilicet, quia non reperiet virũ cum quo cõtrahat matrimonium. Idem dicimus de eo, qui filiam alicuius liberam in facie percussit: ex qua percussione reddita est deformis, & propter eius deformitatem, cùm pater eam nuptui traderet, necesse habuit plures pecunias in dotem dare: ad hoc etiam damnum, si est præsens vel futurum, tenetur prouentiens. ita dicit Marianus in cap. j. de iniur. col. xix. versic. cicatricis autem. sed non bene firmat, propter glos. ibi. Cogi-
4 tabis. Ex prædictis infertur, quòd is, qui aliquem percussit, vel mutilauit, tenetur ad operas amissas: vt d. capit. j. de iniur. tenebitur non solùm ad operas amissas de præsenti, sed etiam de futuro, quas occisus vel vulneratus amissurus est in futurum, toto tempore vitæ suæ, vel quo viuere poterat: ita dicit Specu. titul. de iniur. §. ij. sed nunquid pro libero. & versi. quid si statim obiit. cuius meminit Abb. in d. c. j. de iniur. j. col. in fi. vbi latius per Marianum. colum. xvij. versic. circa primum articulum. ibidem ego prosequor in meis recollectis. Multa his similia exempla adducere possemus, quæ vitandæ prolixitatis gratia ex voto prætermittimus.

De suscip. periculum.

5 Primò infertur ex his, quòd si tu † vis per mare vel terram mittere merces tuas ad aliquas partes, & ego suscipio in me periculum, & conuenio tecum, vt des mihi pro quolibet centenario valoris mercium quantitatem pecuniæ: iste contractus licitus est, vel saltem non reprobatur: quia hîc non interuenit mutuum, sed factum securitatis, propter quod recipit commodum. Vnde iustum est, quòd ex quo periculo se subiicit, debeat propter hoc aliquod lucrum sentire, vt l. periculi. ff. de nauti. fœno. & tenet Bald. in l. cunctos populos. columna sexta. versic. item do quandam regulam. de summa Trin. & fi. cath. vbi in hac materia tradidit optimam regulam, vi delicet, quòd quando facta relatione istius pigstationis, quæ dicitur vsura, ad aliquod antecedens resultat, facio vt des, vt in matrimonio, vt capit. salubriter. de vsur. infrà. vel vendendo, trado vt des. l. curauit. C. de actio. empt. vel patior vt des, vt cap. primo. de feu. vel suscipio periculum vt des. vt dicta l. periculi. aut aliqua conformitas vnius ad alterum, vbi propriè non dicitur esse vsura, quia non est lucrum, sed quædam compensatio debiti hinciude, vt in iuribus suprà alllegatis, secundum Baldum, de quo meminit Ananias in rubr. de vsur. fin. colum. & sic vult ipse, quòd prædictus contractus licitus sit. quod etiã tenet Laur. de Rodulphis. in dicto suo tractatu vsurarum. tertia parte. viij. colum. & sequitur Anan. in dict. cap. fin xxx. col. xiij. quæst. infrà, de vsur. & Archiepi. Florentinus, in summa, secunda parte. tit. j. ca. vij. §. xlvij. Hoc etiam voluit Anchar. in l. fin ad fin. de naut. fœno. in suis reportatis. secundum quod refert Ananias, vbi suprà. Alexand. in l. à Titio. secunda colum. ff. de verbor. oblig. dicens, quòd consideratio vsuræ hic aptari non potest, quia illud lucrum prouenit ex prospera fortuna dantaxat, nam ex aduersa contrarium passus fuisset. Et quamuis ille non dicat, de hoc est casus expressus & singularis, secundum Paul. de Castr. de quo nec glos. nec doctores perpenderunt. in l. in naue Saupheli. §. conductoris. ff. locati. vbi vide Alex. in l. actio. ff. de verb. obli. vbi probatur, quòd ex isto contractu oritur actio specialis, quæ dicitur oneris aduersi, quæ competit quatuor concurrentibus. Primò, quòd quis suscipiat in se periculum oneris. Et hoc patet ex illo verbo, oneris aduersi, id est actio de onere, cuius aduersio siue periculum fuit in se susceptum. Pro hoc etiam facit, quod habetur in l. & hæc distinctio. & l. opus. ff. loca. Secundò requiritur, quòd illud onus non sit illius, qui suscepit in se periculum, sed alterius. vt expressè dicitur in l. in naui. Tertiò requiritur quòd alia exactio non competat, & sic videtur esse subsidiaria, quæ cessat, quando alia competit, vt etiam ibi expressè dicitur. Quartò requiritur, quòd onus pereat, & sic veniat conditio. & rectè ponit casum in mercatoribus Florentinis, qui præstant securitatem mercatoribus, qui ponunt merces suas in mari, & obligant se ad æstimationem illarum, si pereunt, & si non pereunt, volunt habere tantum pro centenario. Hic concurrunt omnia illa quatuor, quia suscipit in se periculum oneris, item onus non est suum, item alia actio non adest, quia contractus locationis non est celebratus cum eis, sed cum nauta, si autem existat quartum, scilicet, quòd onus pereat, conuenitur ad æstimationem. Et eadem ratione, si res venit ad salutem, possunt illi petere quantitatem sibi promissam. Et sic patet, quòd iste non est contractus mutui, & quòd est multum dissimilis à casu dict. cap. fin. infrà, de vsur. & ideò non potest dici, quòd illa lex sit correcta, per dict. capi. fin. Remanet ergo in viridi obseruantia, ponens casum à iure ciuili approbatum, & à iure canonico non reprobatum. & sic licitè talis contractus celebrari potest, secundum Anan. vbi suprà. quod tene menti, quia quotidianum. adde Iasonem in l. cùm ad præsens. ff. si certum petatur. Sed caue, quia magister Conradus in suo tractato, de

contractib

Opinio cõtraria.

contractibus.q.lxxj.tenet prædictum cõtractum fore illicitum:quia fit principaliter spe lucri:inde qui contrahit,quærens emolumentum suum,nullum subiturus laborem, nullamque facturus expensam: quod est contra illud Gen.iij. In sudore vultus tui vescêris pane tuo. Et contra illud Iob. xj. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. Liberum inquam à prædicto onere,de quo scribitur Eccle siastis xl.Graue iugum super filiũ Adam,à die exitus de ventre matris eorum,vsque ad diem sepulturæ in matrem omnium, id est in terram,de qua homo formatus est.Idem adducit illud Iob.v.Homo nascitur ad laborem, sicut auis ad volatum. Et Apostolus ad Ephesios.iiij.loquens ei, qui indiget temporalibus,dicit, Laboret operando manibus suis. quod bonum est: vt habeat, vnde tribuat necessitates patienti.Cum autem iste † contractus sit sine labore,lucrum quærens, ergo illicitus: sicut est contractus vadationis, qui lingua nostra apuesta appellatur, licet à lege permittatur positiua: vt l.si rem.ff.de præscrip.ver.cum simi. A lege tamen diuina prohibitus est, quia habet malas circũstantias: quia vadiantes postea se incipiunt odire, victus vincentẽ.Item ipsa vadiatione oritur contentio inter vadientes,& alter nimis innititur propriæ opinioni,& spe lucri principaliter ducitur. Item quia iste contractus susscipientis in se periculum,est similis contractui,quẽ faciunt † ludentes ludo fortunæ, spe lucri,qui est illicitus,vt ibi latius per eum,quem rogo videas. Et finaliter conatur respõdere ad d. l.in naue Saupheli.quòd ibi non dicitur, quòd liceat pro mercede suscipere periculum rei alienæ, sed bene ibi probatur,quòd si quis suscipit periculum rei alienæ,& perit illa res, contra eum datur actio oneris aueršsi.& illa potest esse adiecta actio ad actionem locati,puta,quia potest alicui competere cõtra illum,qui vltrà hoc,quòd sibi illa res est locata, vel ipse circa eam locauit operas suas(& sic solùm tenetur de casu contingente ex dolo,lata culpa,vel leui,& nõ leuissima) etiam voluit suscipiendo periculum teneri de casu contingente ex culpa leuissima, aliàs enim susceptio periculi esset frustra,quia alias ex contractu locationis tenetur de aliis casibus, & sic posset competere ei, cuius mercis periculum quis susceppisset in primo casu, nec actio locati ad illum casum posset attingere, ad quem illa actio posset.Vel subtilius põsset dici, quod est omnino disparata actio ab actione locati, potens conuenire alicui contra alium,vbi nulla locatio inter fuerit, vt in casu susscepti periculi, de quo agitur. Hæc ille,quæ me nõ vrgẽt,vt à prima discedam opinione. Fatetur tamen ille,quòd susscipiens periculum mercium, locauit operas suas ad merces custodiendas,pro vitando periculo,pro aliquo pretio, vel re temporali,licitum est,vt ibi latius per eum.Ex quo infert ad saluum conductum,† quem principes mercatoribus merces per sua territoria deferentibus concedunt, nam dando mercatoribus saluum conductum ex presse vel tacite pericula subeunt, saltem de contur merces, satisfaciunt, vel satisfacere tenentur eis.Et hoc est,quia illi principes apponere habẽt operas,vt vitentur illa pericula, quia purgare habent stratam à prædonibus, quod tene menti.

Homo nascitur ad laborem.

Vadiatio.

De saluo cõductu.

Et quamuis ille non dicat,hoc fuit de mẽte Host. in cap.postulasti.suprà,de fo.com.vbi dixit, dominum loci teneri de prædationibus in suo territorio commissis.Item clarius dixit in summ.titu. de censi.§.ex quibus.penulti.col.versic.breuiter puto.dicens,quòd is qui pedagium recipit,tenetur saluare soluentem infra districtum suum in persona, & rebus: quia propter talia pedagium solui consueuit: & si hoc non faciat,peccat grauiter:quia & sine pedagio ad hoc tenetur. Non tamen dicit,quòd teneatur ad restitutionem pedagij,nisi conitaretur,quòd hac de causa fuisset concessum. quamuis tenetur ad satisfactionem plenariam,quod plus est,si defectu iustitiæ inueniatur. xxiij.q.ij.c.dominus. & quæst,v.cap.administratores.Quæ verba sunt notanda,& sempiterna memoria digna. ad quæ vide Cepo. in tractatu, de seruit.viæ.xj.colum.Idem voluit Archidiac.in ca. si quia peregrinos.xxiij. quæst.iij. dicens, quòd tenetur is,qui recipit pedagium,vel vectigal,saluare in persona, & rebus: & saluare soluentem, iuxta suum posse,infra suum districtum:quia propter hoc soluitur vectigal,& huiusmodi. alioquin tenetur ei ad emendationem perditorum,si in defectum iustitiæ inueniatur. Hæc ille, quem refert & sequitur Baldus in c.j.§.marchio.secunda colum.versi. extra quæro.de his qui feudum dare possunt.libro feudorum. dicens per hoc,quòd comites & barones teneantur curtes suas, in quibus colligunt pedagia, tenere securas à latronibus: aliàs tenentur emendare damna deprædatorum.idem Baldus in cap.primo §.conuenticulas. colum.ij.ver.sed istud est valde nota.dicẽs,quòd † colligentes pedagia, debent tenere itinera tuta:vnde si fit aliqua robaria in eorum curia,territorio,seu districtu, ab eis possesso, vbi exigunt à trãseuntibus pedagia,tenentur ea restituere, vel malefactorem exhibere.ff.de incẽdio,ruina.nau. l.nec quicquam. quod dicit esse valde notandum. Idem Bartol.per illum textum, in l.j.in princip. ff.de his qui deiecerunt vel effude. dicens, quòd ciuitates debent tenere itinera secura aliàs tenentur emendare damnum de robariis. Idem tenet Florianus in l.in lege.§.quoties.versic.item facit iste textus.ff. ad l.Aquil. & in dicta lege j.§.summa.ff.de his qui deiecerunt vel effuder.dicẽs per illum text.quòd de robaria commissa in fundo alicuius,tenetur dominus fundi,si sciens fuit.sic & si commissa fuerit in territorio alicuius villæ, teneatur villa si fuit sciens,quasi teneatur ad custodiam sui territorij:& hoc videtur sentire gloss. in dicta l.nec quicquam. Vide quæ plenè scripsi in tract. Insularum.cap.tertio.§.iij.intellige, quando villa colligebat pedagium,quòd pro securitate præstatur, vt dictum est,& tenet Odofredus in authentica, habita.C.ne filius pro patre. circa fi. versi.sed nunquid domini scholares.vnde qui soluit pedagium,non potest capi pro repræsaliis:secundum eum, quem refert & sequitur Baldus in cap.j.post principium.quæ sunt regalia.libro feudorum, de quo facit festum Firmanus, in tractatu gabellarum.secunda parte.pen.colum. in principio. & Batholemæus Veronensis in l.eum qui vectigal.fin.colum.ff.de verborum signification. & in tractatu.de seruitutibus.in rubrica, de seruitutibus aquæductus. col.iij.ver. ego in hoc articulo.quod tamẽ intelligit ipse, quãdo dominus, vel

vel villa, quæ colligebat pedagium, sciuit,& prohibere potuit,aliàs secus.vt d.l. nec quicquam.in principio.cum notatis ibi per glo.& Barto. idem Florianus vbi suprà. Ego dubito de ista limitatione:quoniam vt vides,iura & doctores prælleg ti arctant dominium, vel villam, pedagium colligentes ad custodiam viarum, si quidem non custodierunt,vel malè,quanquam ignorantes sint, non excularent eos à restitutione: quia non solùm tenentur de homicidiis, furtis, rapinis, & aliis,quæ sub eorum iurisdictione fiunt, ex eorum malitia: de quibus Esaiæ primo dicitur: Principes tui infideles, socij furum. Sed etiam si fiant ex eorum negligentia,licet ignoranter. Ista sunt notanda verba Snpplementi, in summa Pisana, in parte restitutio. vj.columna antepenul.versic. bene ergo attendant domini. de quo meminit Felyn.in cap.postulasti.suprà,de foro competenti. colum.tertia.versic. exiitis tene. Vno tamen casu saluari potest decisio Floriani, & Bartholomæi Veronensis, scilicet quando passus damnum incideritin discrimen, sua culpa, eundo per vias, vel loca insolita : quo casu dominus ignorans non teneretur: vt notanter voluit Bartolus in dicta lege prima, in principio. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.vbi dicit, quòd stante pacto inter Florentinos, & illos de Vbaldis, quòd deberent tenere stratam securam sub certa pœna: quidam fuit spoliatus cùm iret per Alpes, omissa via ordinaria:fuit decisum,quòd non tenerentur,per illum text. facit text. & quod ibi not. Bartol.in l.ij,C.de cursu publico.lib xij.vbi dicit quòd transiens per viam tortuosam, vel insolitã, præsumitur iturus contra deuentũ. ad quod multa allegat Angel.Aretin.in l.imperator. ff.de appellat.dicens per illum text.quòd vectigales,nautæ,vel nuntij,tenentur ex casu occurrenti,eundo per vias insolitas,licet breuiores.aliàs autẽ non. Et idem in portatore, qui vadit per viam lubricosam,omissa bona,licet lõgiori,per l.qua actione.ff.ad legem Aquiliam,ibi:negligentius per lubricum transierit.idem Saly.in l.cùm proponas. C.de nautico fœnore.cum his transit Fely. in d. cap.postulasti.de foro compet.iij.colum.& capi. olim.iij.colum. suprà,de exce. & Paris de Puteo, in tractatu syndicatus.in verbo,robaria.in princ. de quo latius per Firmanum in trac.gabellarum. in vltima parte.quæst.xiij.vbi hoc vltimum limitat esse verum, nisi iusta causa motus quis iuerit per viam inusitatam,& non rectam:quia via recta erat ab aquis inundata.argu.l.ij. §.si quis tamen. ff.si quis cautio.l.imo.C.de liber.l,cessat. ff.de publica.secundum Salyc.in dicta l.tertia.C.de nautico fœnore. tunc enim non est quid imputetur itineranti. Vnde custos deberet etiam viam non rectam custodire, cùm illa eo tempore sit communis. Ista enim memoria repone:quia sunt quotidiana,& suo tempore valdevtilia,saltem in foro conscientiæ,vt sciant reges, & domini temporales, & ecclesiastici, quàm exactissimam debent adhibere curam in tenendo itinera, & territoria sua transeuntibus secura. aliàs tenentur in foro contentioso, & conscientiæ, resarcire damna eis illata. Et quamuis multa alia saporem habentia, veniebant in mente: quia tamen nõ est hîc locus accõmodatus, sufficiant ista:quibus causam præstitit magister Conradus,faciens illationem præ-

dictam,& eam nullo iure probans. Et vt pœnam deuiantis euitem, ad vsitatam redeo viam. Secundò infertur ex prædictis,quòd si ego fideiussi pro † te in certa quantitate, & tuo creditori instrumetum securitatis feci, pro qua fideiussione vel securitate conuenimus, quòd mihi vnum vel duos florenos pro quolibet centenario dares: hoc licitum est,quia hîc non est mutuum, sed potius contractus innominatus, do vt facias, vel do vt des.Nam habetur respectus ad fructuitum,quod tibi facio,propter quod,& propter periculum cui me subiicio, licite possum commodum habere. Vnde in effectu videtur fieri quædã venditio crediti mei, ad quod habendum & consequendum, multo forte maiores expensas feci. Ità dicit Laurentius in dicto tracta. vsurarum.iij.parte.vj.col. versicu.tertio.de securitatibus. quem refert & sequitur Ananias in d.cap.fin.xxix.colum.infrà,de vsur. & Archiepiscopus Florent.vbi suprà. §.lvj. & magister Conradus in dicto suo libello de contractibus.q.xl. Quod mihi satis placet, quoniam certum est,quòd † licitè possum recipere pecuniã vt sim fideiussor pro te. vt l. si non remunerandi. §.fin.ff.mandati.& l.hoc iure.§.j. ff.de donation. & ibi not.Bart.& Paul.de Castro.notat Bald.in l. antiquæ.C.ad Velleia.ergo non est vsura. quia in huiusmodi fideiussione periculo me submitto, cùm te non soluente in termino ego debeam pro te soluere, in qua solutione credo me tantũ damnum passurum, quantum commodum ex fideiussione consequor, eo quòd tunc teneor sub vsuris pecuniam quærere,aut res meas pretio viliori distrahere,vel forsan perdo lucrũ verisimiliter speratum.vltra expensas, dubitetate lucri defalcata, ex pecunia,quam pro te soluere cogor. Itaque re uera maluissem esse à fideiussione supportatus,& illius commodo carere,quàm fideiussionem subire, & pro ea vnum vel duos florenos percipere, cùm vtroque casu damnum patiar, vel in rebus meis,vel in lucro cessante. Si tamen nec damnum patior,nec lucrum perdo ex huiusmodi fideiussione,videtur quod non possim eius ratione aliquid exigere,saltem ratione interesse: quamuis te non soluente, ego pro te soluissem: quia cessat ratio exactionis, de qua suprà. Sed si patior damnum vel perdo lucrum, non tamen in quantitate conuenta illud solùm exigam: non quod à principio fuit conuentum, quia in illo solùm erat licitum pactum. Vnde vsile non vitiatur propter inutile: vt dixi suprà colum.cccxxxvj.versic. ita reperio consultum. præsertim cùm à principio ratione verisimilis dubij, licitè fuit deductum in pactum, vt ex præcedentibus satis liquet. Et bene dixi, quòd ratione interesse non possit exigere, quando interesse non patior vel damnum:si tamen nomine pœnæ paciscor tecum, vt si non solueris in termino,des mihi duos florenos, quatenus metu pœnæ sis in soluendo solicitus, & ego non teneat pro te soluere, licita est conuentio. Idem si ratione periculi susceptí hoc fiat dummodo cesset dolus & fraus & malus animus. Nam si ego volens tibi mutuare supposui Titium, qui meam pecuniam tibi mutuo daret sub fideiussore, ego verò pro certa pecunia fideiussi pro te, illicitam rem facio, cùm in effectu pecuniam meam tibi mutuo, & pro mutuatione mercedem capio.Item si ego sciens te non posse in termino solu-

Fideiussor an potest a liquid percipere pro fideiussione

uere,

nere, stipulatus sum à te nomine pœnæ duos florenos, si in termino non solueris, pessimè egi. Item si ratione periculi solus vnus florenus erat competens interesse, ego suscipio duos, illicitum esset? Et de mente doctorum in prælegatis locis, signater magistri Conradi d.q.xl. qui pulchrè loquitur. Ex his tertiò infertur, † quòd si ego recepi pecuniam tuam vltra mare transportandam, & ibi reddendam, certo pretio ibi constituto, non est vsura, nec cõtractus illicitus, siue suscipiam in me periculum, vt suprà dictum est: siue non: quia est locatio operarum, vel custodiæ. Ita dixit Innoc. quem sequitur Host. Anton. & alij in d.cap. fin. infrà, de vsuris. & ibi Anania iij. colum. qui allegant ad hoc dictam legem, in naue. & l. qui operas. & l. qui mercedem. & l. seq. ff locati. Fatetur tamen Innoc. quòd si non accipio pretium tantum, vt portem, sed vt negotiatori mutuo dárem, vt in ea negotietur: tunc bene est vsura: quia pecuniæ nullus est vsus vel vtilitas vtendi, si detineatur in arca, nec deterioratur vtendo: vt cap. eiiciens. lxxxviij. dist. & cum hoc transeunt Host. Io. And. & alij in d.cap. fin. & Host. in summa. eo. tit. §. an aliquo. verf. sed nunquid pro traiectitia. vbi inter cætera dicit, quòd traiectitia pecunia, quæ est illa, quæ periculo creditoris in nauigio recepta, datur traicienda, ratione naturali, vsura reputatur: non obstante, quòd creditor in se periculum retineat: quia aut recipiens iuuat se de denariis, aut non: si non iuuat se, iniquũ est, quòd creditor ab eo lucrum exigat, quod non habuit. si iuuat se, ergo non remanet dimidium penes creditorem: quia consumptione amittitur, & fit alterius: vt l. si alieni. ff. de solutio. & l. si à furioso. §. fin. ff. si certum petat. & l. seq. Et sic patet, quòd non debet ab eo lucrum recipere, si re propria vtitur, & cum ea lucratur. Et periculum, quod in se retinuit, in nullo releuat, sed potius oneratum relinquit. Imputet ergo sibi, quare periculũ in se retinuit. Hanc doctrinam veluti singularem, refert & sequitur Anan. in dicto cap. fin. ij. colum. infrà, de vsuris. Ex qua infertur ad decisionem dubij, de quo aliàs, dum causa peregrinationis in oppido de Guadalupe exigerem, à quodam religioso fui interrogatus, qui mihi dixerat, se multoties in pœnitentia hunc casum habuisse. Volebat Titius ire Venetias, seu Flandres, in tua naui, qui mille ducatos secũ deferebat, quibus tu dominus nauis, ad instruendam nauem, atque pro victualibus, & aliis necessariis indigebat. Conuenisti cũ Titio, quòd daret tibi illos mille ducatos, hoc pacto, quòd si nauis accederet salua, sibi restitueres ducatos mille, & centum. Si autem nauis periret, pericent etiam ducati periculo Titij. Dubitabat religiosus ille, nunquid iste contractus licitus esset, propter periculum, quod in se Titius suscipiebat, cùm præsertim si ipse pecuniam secum deferret, quæ paruo loco cuttoditur, & portatur, citius & melius potuisset ipsam saluare, quàm cum ea victualia, vel aliæ merces comparatæ fuerint. Sed 13 veritas est, quòd iste cõtractus illicitus est, & vsurarius, vt apparet ex prædictis. nec video interesse ipsius Titij dantis pecuniam, ex quo in pecunia volebat illò deferre, & in omnem euentum vult certum lucrum habere: siue recipiens aliquid lucretur in mercibus, vel victualibus, siue perdat: quo casu omnes fatentur contractum fore vsurarium, licet concedens pecuniam in se suscipiat periculum: vt d.c.fi. infrà, de vsur. & probatur in d.l. periculi. ff. de naut. fœnor. est glo. singularis de iure ciuili, in l. cùm duobus. §. item ex facto. ff. pro socio. vbi vide Pau. de Castr. secundũ quod refert Ang. de Are. in §. de illa. in fi. Insti. de societa. qui dicit hoc fore cordi tenendũ, contra has mulierculas, quæ dant pecuniam transferendum in arte lanæ, iuxta decretalem nostram, & in se recipiunt periculum: volunt tamen decem annuatim, & sic quid certum: nam est vsura, secundum eum. Idem voluerunt Card. & Abb. in præsenti. & Petrus de Vbaldis in suo tractatu, de dote. iiij. parte. vj. col. dicentes non esse licitum à principio conuenire, vt dans pecuniam debeat habere certum lucrum taxatum. Ad cuius confirmationem facit no. de cisio Bal. in l. rogasti. §. j. ff. si cer. pet. quem refert & sequitur Anan. in d.c.fin. xliiij. colum. infrà, de vsur. vbi dicit, quòd si mutuaui tibi decẽ, quæ promittis mihi reddere in nundinis: & si non reddideris, promittis mihi quindecim: & confiteris ex nunc, prout extunc, tantum esse interesse meum: & pro interesse meo, quod est tantum, facis istam promissionem: iste cõtractus non est licitus, quia pacisciturà principio de certo lucro. Idem in effectu voluit Bald. in l. vnica. iiij. colum. ver quid si promitto tibi. C. de sent. quæ pro eo quod interprof. & Anch. consi. cxlviij. incip. in Christi, &c. in quæstione quæ vertitur. quos refert & sequitur Alex. consil. lxj. ad fi. in secundo volum. incipit, redemptoris, &c. viso processu. & consil. xxvij. ad fi. in iiij. vol. incipit, redemptoris, &c. viso themate. & Fel. in c. cùm venerabilis. iij. col. versi. intellige iiij. suprà, de excep. Idem tenet Ludo. consi. clxxij. incip. circa propositum. Imo, quod plus est, si quis tradidit alteri centum ducatos, mox in suis necessitatibus expendendos, sub hoc pacto, quòd sicut similes centum ducati apud Titium mercatorem lucrabuntur vel perdent: sic isti centũ ducati illi traditi lucrentur, vel perdant: nam etiam iste contractus secundũ plures doctores, videtur vsuram sapere: vt latè tradit Archiepisc. Florent. in summa. ij. parte. tit. j. c. vij. §. xvij. quem per te videas. multo ergo fortius idem dicendũ erit, quando quis pacisciturde certa quantitate ratione lucri. Fateor tamen, quòd si Titius illos centum ducatos, quos recipit vltra sortem, recipiat ratione periculi, vt pretium periculi præcise, non est vsura, sed licitum. Nam etiam si non mutuaret, & periculum nauigantis in se vellet recipere, licitè posset recipere pretiũ periculi, nec propter hoc, quòd ei seruitiũ faciat in mutuando, efficitur deterioris conditionis. Idem, si partim reciperet ratione periculi, & partim ratione mutui: nã in eo, quod ratione periculi recipit, licitum est, sed illud quod recipit ratione mutui illicitum est, & tenetur illud restituere, vt apparet ex prædictis, & tenet expresse Io. Cald. in d.c.fi. de vsur. & refert & sequitur Archiepisc. Flo. vbi suprà. §. xxij. Quartò infertur ad † cambia, recipit campsor centum in vno, puta Venetiis à Petro, restitui facit ipsi Petro vel alteri pro eo, in alio loco, puta Florentiæ, centum sex florenos vel septem, secundũ quod plus vel minus valet, hoc licitum est, quia non plus venditur pecunia, quæ est inuendibilis, sed tantũ hic soluitur, quantum ibi numeratur, nam tantũ valet alicubi florenus cum vno denario, quantum alibi sine

Si recepi pecuniam tuã vltra mare transportandam & ibi reddendam pro pretio.

Casus quotidianus.

Si promittit quis pecuniam vt nundinis, aliàs certam quantitatẽ pro interesse.

Si trado tibi pecuniã ad partem lucri, sicut fiet de pecunia quã habet Titius.

Quãdo aliquid recipitur ratione periculi.

Cambia.1.

sine denario. cursus enim monetæ operatur excessum in valore, secundum locorum diuersitatem. plus enim valet florenus Florentinus Florentiæ, quàm alibi: & plus ducatus Romanus Romæ, quã alibi. Operatur etiam hoc monetarum diuersitas quandoque enim tantum valent Venetiis centum ducati, quantum Florentiæ centum sex, vel centũ septem floreni, vel plus minus: non enim plus solitur, sed tantum. Et quamuis aliquid plus recipiat campsor, hoc licitum est ratione periculi, cui se subiicit: aliquando immissione monetarum de loco ad locum, & vt subueniat salariis ministrorum, & pensionum, & aliorum in huiusmodi arte necessariorum, & vt non frustra operas ponat, & sudorem proprium in aliorum vtilitatem, vt sentit gl. communiter approbata, in l. ij. C. de exercitoria. & ibi Bal. & Sal. Arch. in c. j. xiiij. q. j. Bal. in rubri. C. de cõsti. pe. in prin. & in l. ij. in prin. C. de vsuris rei iu. Saly. in auth. ad hæc. xj. q. C. de vsuris. Anania. in c. fi. xxxiij. col. infrà de vsur. Calde. consi. xj. sub ti. de vsur. Alex. consil. xj. in ij. vo. in cipit, viso processu. Ludo. consi. ccxxxviij. ij. col. incipit, pro habenda. isti, & multi alij, quos referre non curo, tenent istud cambium fore licitum.

Lex regni.

Idem lex regni, quam edidit rex Ioannes secundus Toleti, anno Mccccxxxv. & rex Hẽricus quartus Cordubæ, anno Mcccl. petitio. xxiij. ad quod bene facit quod scribit Tho. secunda secundæ. q. lxxvij. ar. iiij. ita tenet etiam Laurentius in dicto suo tracta. vsurarum. secunda parte. quæst. xxvj. quem simpliciter refert & sequitur Archiepiscopus Florentinus, vbi suprà. §. xlix. Approbat etiã hoc magister Conradus in suo libello, de contractibus. q xcix conclusione quarta, versicu. v. modus. & correlario vndecimo. qui pulchre loquitur videas rogo. Idem dicunt ipsi de alio cambio minuto, scilicet quando campsor cãbiendo recipit vnum denarium pro floreno, quia dat forte monetam minutã. Vnde istud licitũ est secundum eos quos videas per te. potest tamẽ in huiusmodi cambiis cõmitti peccatũ multipliciter, non solũ cùm sit hodie ex auaritia, sed etiã cùm dantur monetę falsæ, vel incisæ, vel diminutiue mixtæ: vel cùm nimis capiũt pro huiusmodi cambio. Quantum autem sumi potest, non potest dari regula generalis determinatæ quantitatis vbique, secundum Archiepiscopũ. Idem firmat magister Conradus dicto libello. q.xcix. cõclusione quarta. ver. ij. modus. & in tertio correlario eiusdem quæstionis, vbi ponit sex licitos cambij modos. quem videas rogo, quia singulariter loquitur in hac materia, & melius, quàm aliquis alius de his quos legi. Cuius dicta in materia cambiorum nõ sunt contẽnenda: quia in vtroque foro quotidie sunt necessaria: & aliqua addit his. quæ moderni doctores dixerunt aliquando approbando, aliquando impugnando. Est & tertiũ genus cambium per Venetias, siue cambium siccum, vel cambiũ ad libras grossorum, & sic per hunc modum. Ego egens hic Florentiæ decem libris grossorum quæ faciunt centum ducatos recipio à te campsore Florentino ibidem ducatos centum sex, vel plus, vel minus, sicut tunc Florentiæ cambia currunt, & valent decem libræ grossorum. & inde ad vnum mensem tenebor tibi ad restituendum tantum, quantum infra decem dies computandos à die celebrati contractus, valent decem libręgross

Cambiũ.2.

Cambiũ.3.

forum in ciuitate Venetiarum, quæ aliquando valent plus, aliquando minus. & sic aliquando perdit, aliquando lucratur cambiens, licet vt in plurimum lucretur. Vnde ratione huius dubij videtur, quòd liceat tales facere contractus, per ea quæ suprà dicta sunt. quod latissimè prosequitur Laurentius in dicto suo tract. vsurarum. iij. parte. in prin. quem refert & sequitur Archiepiscopus vbi suprà. §. j. qui finaliter dicunt, quod licet ille contractus defendi possit in foro contentioso, quia tamen sub spe lucri, & intentione plus recipiendi, quàm sit, quod tunc mutuatur: & quia vt plurimum sic contingit, & aliàs non mutuaret ipse mutuans, consilium est, vt omnes abstineant. arg. c. in ciuitate. infrà, de vsuris. Exercetur insuper in Romana curia alius contractus à trapezitis, seu campsoribus curiæ, quem cambium nuncupant: sed vsura magna est. Fit autem sic: Clericus consecutus de nouo beneficium aliquod, pro expeditione bullarum ipsius indigens pecuniis, petit à campsore sub mutuo certam summam, puta mille florenos, restituendos in patria, puta Parisius. Inde ad sex menses in moneta ibi currenti, ei quem ille statuerit, mutuat campsor: sed vltra lucrum cambij exurgens ex varietate valoris monetarum, in diuersis locis, exigit ab eo quinque vel octo pro centenario: ficq; ei respondetur. Aliqui nituntur hunc contractum excusare tripliciratione. Primò, ratione moræ: quia tunc veniunt vsuræ soluendæ non vt vsuræ. Sed certe hoc casu non est dare moram, cùm nondum aduenerit terminus solutionis fiendæ. tunc enim veniunt vsuræ soluendæ, quando secum potest terminum datum quis non soluit, vnde recipit tale damnum. & sic ista ratio nihil valet. Secundò, nomine interesse: nam habendo campsor illam pecuniam, cum ea lucratus fuisset, sed non habendo, non potuit eam exercere, & sic consequitur damnum argu. xij. q. ij. si quis de clericis. & cap. peruenit. suprà, de fideiusso. Sed ad hoc dicẽdum, quòd hoc procederet, quando campsor intenderet illã pecuniam exercere in alia negotiatione licita, & honesta, emendo prædia, vel aliàs merces, quo casu haberetur confideratio ad damnum emergẽs, vel lucrum cessans, vt suprà dictũ est. Sed hic campsor intendebat illam pecuniam exercere in huiusmodi mutuis illicitis, ergo cessat confideratio dãni vel lucri. Tertiò, ratione periculi, quia potest beneficiatus mori in via, & hic pollet campsor torũ amittere, vel cũ magnis laboribus & expensis habere. Sed ad hoc respondetur, quòd isti campsores ita cautos se faciunt per diuersas vias, q; sunt quasi securi de capitali. Sed nec ratione periculi possent se excusare, cùm hic intercedat mutuum, vt d.c.fi. infrà de vsu. Est ergo lucrũ fœnebre, & restitutioni subiectũ, ita dicit Archiepi. in summa. ij. parte. c. vij. in fin. Multa alia in hac materia dici poterant, quæ breuitatis causa omitto. videatis per doctores prælegatos, signanter per magistrũ Conradũ, in d. suo libello, de cõtractibus. q.xcix. per totum. Videatis etiam sanctum Tho. in suo opusculo, de vsuris. quod est vltimum in ordine, nouiter impressum. & Henricũ Herp. in suo præceptorio, in septimo præcepto. sermone xxix. & per Gabrielem iiij. senten. dist. xv. q. xj. colum. xx. ver. dubitatur duodecimò. cum pluribus sequentibus.

Cambiũ.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMAE RERVM.

1 Pecunia an possit apud mercatorem deponi, vt capitale sit saluum.
2 Argumentum à communiter accidentibus an valeat
3 Contractus legem accipiunt ex conuentione partium.
4 Periculum rei commodatæ ad quem spectet.
5 Periculum rei dotalis ad quem spectare debeat.
6 Societas, vt alter ex socijs lucrum ferat, & de damno nihil sentiat an valeat.
7 Pecuniam ponens in societate, vel aliquid aliud, an possit pacisci, quòd capitale sit saluum.
8 Pecuniam dare ad partem lucri, an sit licitum.
9 Oues siue alia animalia, an licitè possint dari in socidam, & quomodo.
10 Terras suas si quis dat alicui excolendas, ad certum tempus sub annua pensione, & vnum par boum, eo pacto, vt quolibet anno debeat reddere certas mensuras frumenti: etiam si boues in primo anno pereant, & in fine temporis debeat rusticus boues restituere, an sit contractus licitus.
11 Boues solent tradi à dominis terrarum laboratoribus, pluribus pactis vsuram sapientibus, quos vide.
12 Pactum inter ponentem pecuniam in societate, & interponentem operam, quòd ille, qui pecuniam ponit, possit quandocunque voluerit illam repetere an valeat.
13 Societate durante, non potest alter ex socijs extrahere aliquam quantitatem, ratione lucri sibi competentis ante requisam rationem, nisi à principio hoc conuentum fuerit.
14 Merces an debeat artificibus solui opere perfecto.

§. XI. An pecunia potest apud mercatorē deponi vt capitale sit saluum, & de lucro certa pars soluatur.

AMPLIARI potest secundò ille text. & prædicta, vt possit quis licitè habere lucrum ex † pecunia sua apud mercatores posita (maxime si est dotalis, prout erat in casu huius decretalis) etiam si mercator cautionem præstiterit de pecunia integraliter restituenda, & de certa parte lucri reddenda. Ita dicit Hostien. in præsenti, super verbo, commiti. quem refert & sequitur Io. An. super eo. verbo. & Cardi. in ix. oppo. idem tenet Host. in summa, ti. de vsuris. §. an aliquo casu. v. colum. ver. quid ergo. dicūt enim, quòd non est intelligendum, quòd dos hic committetur mercatoti periculo viri, & mulieris. ar. l. j. ff. sol. ma. vbi dicitur, quòd dotis causa semper & vbique præcipua est. Nam & reipu. interest, dotes mulieribus conseruari, cùm dotatas esse fœminas ad sobolē procreādam, replendamque liberis ciuitatē, maxime sit necessariū. Intelligendū est ergo, quòd dos mercatori committatur. hac societate habitā, vt dote semper salua manente, pars lucri reddatur, de qua onera matrimonij supportentur, & ita sentiunt isti vnum. quod do. Abba. in præsenti reputat mirabile, & dicit se alibi nescire, quòd pecunia potest apud mercatorem deponi, cum hoc, quòd capitale sit salui, & de lucro certa pars soluatur. quod apertissime tenet Host. in dicto ver. quid ergo. & Bal. in quodam suo consi. incip. viso instrumento. & in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. & ibi Rapha in §. item ex facto. mouentur ipsi quibusdam fundamentis mihi parum vrgentibus. Primò per istū tex. dum Papa mandat dotem apud mercatorem deponi, ad partem honesti lucri, & de damno nihil dicitur. ergo habebit maritus partem lucri, non autem damni. & ita si dos pereat, peribit periculo mercatoris. Sed ad hoc poteris dicere, quòd licet hîc nihil dicatur de damno, nihilominus intelligitur, vt hic omnes intelligunt: & Bal. in l. prima. decima quæstio. C. pro socio. quia quando inter aliquos contrahitur societas ad partē lucri, licet de dāno nihil dicatur, intelligitur etiam ad partem damni. vt est tex. valde singularis in §. illud expeditum est.

Argumēta à communiter accidentibus.

Inst. de socie. Secundò dicunt ipsi, † valet argumentum à cōiter accidētibus: vt l. nec natales. C. de proba. c. j. supr. de cleri. non re. adeò quòd transit onus probādi contrarium in aduersariū, vt sentit gl. in d. l. nec natales. quā pro singulari extollit Ludo. in singula. cccxcvij. incipit, alio sero. & And. Sic. in c. nouit. vij. colum. suprà, de iudi. & iura ad ea quæ frequentius accidunt, adaptantur, vt l. nam ad ea. ff. de leg. Sed communiter accidit, quòd mercatores lucrantur, & non perdunt: vt est notissimum, & maiorem habent spem lucri, quā damni: ergo licitè potest cum eis in pactum deduci, vt capitale sit saluū. Ad hoc dicendum, quòd licet communiter accidat, quòd mercatores lucrentur: non tamen propterea sequitur, quòd si forte perdatur aliquid, non debeat inter socios communicari: quia aliàs esset societas leonina, vt infrà dicetur. Tertiò dicunt, contractus ex conuentione legem † accipiunt, vt l. j. §. si cōuenit. ff. depositi. l. in emptionibus. & l. in traditionibus. ff. de pac. & l. cōtractus quidā. de re. iu. ff. cum cō cordantiis. Sed iste contractus initus inter partes, quòd capitale sit saluum, & lucra diuidantur, videtur facere legem inter partes: ergo seruādus est inter eas. Ad hoc dicendum, quòd tunc contractus ex cōuentione legē accipiunt, quando conuentio non est contra naturā contractus, aliàs secus, vt l. cum precario. ff. de preca. & c. fi. eo. ti. vt ibi no. Ab. & And. Sicu. Ista autem conuentio est contra naturā societatis, quæ est, vt commoda & damna sint cōmunia inter socios, vt d. l. cum duobus. §. item ex facto. cum multis aliis. ff. pro socio. ergo non valet. Quartò dicunt sic, videmus, q̄ in cōmodato † periculū rei cōmodatæ pertinet ad cōmodantem in solidū, vt vsus rei cōmodatæ ad cōmodatariū in solidū, vt c. vnico. supr. de cōmodato. & idem in depo. vt c. bona fides. supr. de depositi. itē multis aliis cōtractibus. Ergo idem erit in casu nostro dicendū, quòd in istis casibus pactū periculi & cōmodi nō est contra naturam contractus, sed cōtra accidentalia, & ideo valet, vt in prædicta l. cum precario. & in d. c. fi. maximè quia ex quo commodatarius ex commodato recipit commodum, vtendo re commodata, iustum videtur, quòd etiam damnum sustineat. vt regula, rationi, de reg. iur. lib. vj. cum concordantiis. In casu autem nostro euenire potest, quòd alter sentiat dammum, & nihil commodi. ergo non debet tale pactum valere. Quintò, † periculum pecuniæ dotalis ad maritum pertinet, cum sit dominus, vt l. doce ancillam. C. de rei vend. & tamen ex consuetudine, vel ex pacto lucrum communicat vxori, qualitercunque obueniat, vt traditur in capitulo secundo. suprà eo. & l. regni, Foro legum lib. ro tertio, titu. primo. l. j. de qua suprà habita fuit mentio, in rubric. column. ccxcvij. §. vn de lucra. Ad hoc dicendum, quòd non est verum, quòd

Cōtractus ex cōuentione partiū legē accipiūt

In re cōmodata cum est periculum.

Res vel pecunia data alicui cum periculo perit. Lex vigē.

quòd periculum rei dotalis simpliciter ad maritum pertineat. imo potius ad vxorem: vt l. plerunque. §. j. ff. de iure do. nisi tunc demū, quando dos esset tradita æstimata ea æstimatione, quę facit emptionē: vt traditur in l. si æstimatis. ff. fol. ma. & in l. si inter virum. C. de iure do. vel si dos esset data in pecunia: vt l. res in dotem datæ. ff. de iure do. & dixi sup. colum. xcv. ver. intellige. Et ideo valet pactum inter coniuges, quòd lucra inter eos cōmuniter diuidantur. quia inter eos est contracta quædam legalis societas: sunt enim socij diuinæ & humanæ domus: vt l. aduersus. C. de crim. expil. hęredi. & dixi latè in ru. co¹. ccxcvij. §. vnde lucra. Vnde iustum est, quòd inter eos lucra diuidantur: cū vterque negotiatur, & operatur: sed in casu nostro, ille qui pecuniam ponit, nec negotiatur, nec operatur, sed quodammodo mutuatur, & ex isto mutuo vult lucrū consequi, & de damno non participare. quod est iniquissimū. Sextò ad hoc allegatur pro casu tex. in l. fi non fuerit. §. j. ff. pro socio. & in §. de illa. Insti. de societate. † vbi dicitur valere societate, vt alter ex sociis lucrum ferat, & de dāno nihil sentiat. & hoc est eorū potissimū & vrgētissimū fundamentū. Sed dico, quòd illa iura debēt intelligi de damno & lucro mercimonij, nō autem de capitali: non enim lucrum intelligitur, nisi damno deducto: nec damnum, nisi omni lucro deducto: & ideo potest societas coiri, vt eius lucrū, quod reliquum in societate fit, omni damno deducto, altera pars ferat: vt l. Q. Mutius. ff. pro socio. ita intelligit prædicta iura Cal. in d. c. fi. infrà, de vsuris. q. ij. Laurentius in d. suo tract. vsurarum. ij. parte. q. xix. de quorū intellectu infrà subiiciam.

Pro intellectu §. de illa Inst. de societate.

Et per ista videntur exclusa fundamenta istorum doctorum, hanc opinionem tenentium: quæ tamen communiter reprobatur per gl. ad hoc singularem, & cōmuniter approbatā in c. plerique. xiiij. q. iij. quæ dicit, quòd ad hoc vt societas sit honesta, & licita, inter ponentē operam, & ponentē pecuniam: oportet quòd ponens pecuniā, sentiat de lucro, & de damno. Idem sentit glo. & ibi Azo. in d. l. si non fuerit. ff. pro socio. & tenet Goffr. in summa, titu. de vsuris. ad fi. vbi formaliter inquit, vis dare pecuniā tuam nauiganti, vel eunti ad nūdinas, seu alij mercatori, sine peccato: pone tu pecuniam, & alius operam, & cōmunicentur pericula & damna, & etiam lucra & cōmoda. hāc opinionem, vt veriorē, tenet Io. de Lig. Card. Anc. Abb. & Ananias in d. c. fi. infrà, de vsuris. Ab. in præsenti. Bal. in l. j. C. pro socio. ix. q. Sal. in auth. ad hæc. xiiij. q. C. de vsu. & in l. Q. Mutius. ff. pro socio. Ang. in suo trac. de societate. q. xj. Ang. de Are. in d. §. de illa. Anch. in repe. reg. peccatum. de reg. iu. li. vj. Ludo. cōsi. ccxxxviij. ij. col. incipit, pro habenda. & cōsi. dxxiij. incipit, circa propositā. Pau. de Ca. consi. cccxxxiiij. incipit, viso instrumento. Ananias. consi. lxxxij. Laurentius in d. suo tracta. vsurarū. ij. parte. q. xv. & Archiepiscopus Flor. in summa, ij. parte. ti. j. capit. vij. §. xxxviij. & sanctus Thomas ij. secundæ. q. lxxviij. ar. ij. in solutione v. argumenti. & magister Conradus in dic. suo libello, de contractibus. quæst. xcvij. quoniam posset contingere, si aliud diceremus, quòd ponens operam, sentiret dammum in operibus amissis, & in capitali pecuniæ: quod est contra naturam societatis, quòd vnus caput saluum habeat. & aliūs fractum: vt dicta l. Q. Mutius. cùm societas summam rationem habere debeat: quia instar fraternitatis obtinet: vt l. verum. in principio. ff. pro socio. Ista ergo societas esset leonina, vt d. l. si non fuerit. & l. si vnus. §. & si pretium. in fi. ff. pro socio. Et pro ista parte, quæ mihi magis placet, vltra alios, allego tex. singularem cum sua gl. in l. societas. in fi. ff. eod. vbi dicitur, quòd si actum est inter duos, vt vnus ponat pecuniam, & etiam operam, alter verò nec pecuniā nec operā, non est contracta societas, imo potius ille, qui recipit pecuniam, & operam, videtur mercenarius alterius. Cùm autem in casu nostro, veritate inspecta, ille qui dat pecuniā, in effectu eam non ponit, cùm propter pactum intereos initum non censeatur contracta societas, sed mutuum, vt apparet ex prædictis, consequenter pecunia efficitur recipientis, cùm eius periculo sit peritura, & sic iste qui dat pecuniam, nec ponit pecuniam, nec operam, ergo non videtur contracta societas, sed est mutuum, & per cō sequens quicquid ibi accedit, vsura est. Concludamus ergo ex prædictis, quòd † ponens pecuniam, vel aliquid aliud in societate, non potest pacisci, quòd capitale sit saluum. de quo vide singulariter per Gabrielem iiij. sen. dist. xv. q. ij. colum. xxiiij. ver. ij. sequitur. Fortius adhuc dicebat sanctus Bernardinus, in quodam suo sermone, vt refert magister Conradus in suo tractat. de contractibus. q. xciij. §. ex illa conclusione. quòd ponenti pecuniam, oportet, quòd debeat recipere in se periculum totius capitalis pecunię, itaque si fortuna perdatur, vel casu, sine culpa socij, ponens operam, ad nihilum teneatur. Hoc tamē admittit magister Conradus, vbi suprà, quando actum est inter eos, quòd in fine societatis tota pecunia cedat ponēti, tūc enim merito eius socius petit pretium totius pecuniæ, vt ibi latius per eum, vide eum per totā illam quæstionem, vt q. xcv. Ex quo in foro ad dē cisionem multarum quæstionum, quas multoties in practica vidi. Primò ad illud, quod faciunt quidam homines sagacissimi, qui dant † pecuniam fuam negotiatoribus, seu artificibus, ad exercendum in licitis negotiationibus, qui intendentes se velle damnum participare, exprimunt solum lucrum, sed ob sui securitatem, exigunt à mercatore, vel artifice, instrumentum de pecunia mutuata, vel data, non sub nomine societatis, sed mutui vel depositi, cum per hanc viam possint sium capitale saluum facere. Iste contractus illicitus est, quia posset iste tradens pecuniam ad placitum mutare intentionem, & cùm contingeret mercatorem perdere, poterit totum capitale petere, tanquam mutuum, vt instrumentum cantat. Posset etiam mori intestatus, & hæredes exigerēt, secundum tenorem instrumenti, quod reperirent. Est etiam hoc scandalizatiuum proximorum, qui sciunt illum percipere fructum ex mutuo, vnde inducendus est talis ad destruendum contractum mutui, si vult partem lucri, & de sic perceptis in præteritum concordet se cum illo, restituendo, vel remissionem petendo. Potest tamen bene quis ob securitatem petere, & tenere pignora à mercatore, vel altifice talia, scilicet ex quibus vtilitatem non percipiat in vtendo, ad prouidendum sibi de capitali, cōtra fraudes mercatorum, dicentium se perdidisse, cùm non perdunt. Potest etiam facere pactum, quod vult partem damni, quod mercator incurreret, si

Not istā cōcor. pro qua videglos. in l. si id quod ff. pro soc. in princ.

Dare pecuniā ad partem lucri cū sit mutuū, illicitū est.

Cautela ad eoquidat pecuniam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sufficienter hoc ei ostendat. Potest etiam facere pactum, quòd exerceat pecuniam suam in quibusdam locis, & non in aliis: & si secus ille fecerit, & damnum patiatur, totum suum erit: quia contra pactum venit. Debet etiam sibi declarare, quòd solùm in negotiationibus licitis pecuniam suam exerceat: quòd si sciuerit contrarium facere, post quam ei hoc constiterit, non patiatur, nec participet de lucro, sed pecuniam suam repetat. Hæc sunt pulchra verba Archiepiscopi Flo. in summa ij. parte. ti. j. c. vij. §. xxxix. quæ mihi satis placent, cùm non solùm à malo, hoc est, quòd capitale sit saluum, per viam pacti, sit abstinendam: vt suprà dictum est, sed etiam ab eo, quod potest esse malum, cùm per istam viam dans pecuniam, vel eius hæredes, possint capitale saluum facere. facit tex. & quod ibi no. in c. cùm ab omni specie mali. suprà, de vita & honesta. cle. Secundò infero contra illos, qui dant aliis oues, vel alia animalia in socidam, vt quolibet anno recipiat certam pensionem, adiecto pacto, quòd si moriantur, vel aliquo casu pereant, debeant sibi restitui eiusdem ætatis, qualitatis, & bonitatis, ita quòd capitale semper sit saluum, talis enim contractus illicitus, & vsurarius reputatur, vt apparet ex prædictis, & tenet Cal. Card. & alij, in d. c. fin. infrà, de vsuris. Ancha in c. j. eodem ti. lib. vj. Laurentius in d. suo tracta. vsurarum. ij. parte. q. xxiij. & Archiepiscopus Flo. in summa. ij. parte. ti. j. c. vij. §. xl. & magister Conradus in suo libello, de contractibus. q. xcj. ij. col. versi. secundum corrolarium. inducens contra hoc multa argumenta, & solutiones ad illa, vt per te videbis. & in q. xcij. Et dicit Card. quòd isti boues aliqubi dicuntur sine cornibus, & pridie in cancellaria irritauimus quendam contractum huic similem. Vide Gabrielem iiij. di. xv. q. ij. col. cxv. in prin. de hoc infrà, fo. sequenti. co. ij. in fi. versi. ex hoc primo. vide Ange. in summa, in parte, societas. ij. §. ij. & Montalúum v. parti. titu. viij. l. iij. & ti. xj. l. xx. Tertiò infero ad illud, quod quotidie faciunt vsurarij, dantes sua pecora alicui in socidam, eo pacto, quòd ipsi recipiant fructus omnes pecorum, quousque consequentur totum suum capitale, & extunc pecora sunt communia. Hoc enim pactum illicitũ est, quia per eum oues redduntur immortales, & sic capitale redditur saluum, & postea lucrum locatur, quod est contra naturam contractus, ita tenet summa Conteflorum ti. de vsuris. q. xxxvj. versi. item est valde iniquum. Idem tenet Io. an. de Lign. in d. c. fi. infrà, de vsuris. Laurentius tamen in d. suo tracta. ij. parte. q. xxij. nititur hunc contractum sustinere per non nullas rationes, de quibus ibi per eum, quem simpliciter refert Ananias in d. c. fi. xxix. col. Sed Archiepiscop. vbi suprà, §. xl. concordat istas opiniones hoc modo. Si quidem tradens dicta pecora, velit capitale suum saluum, grege pereunte, & si non pereat, vult nihilominus de fructu pecorum prius adducere suum capitale, istud illicitum est. & sic procedat prima opi. Si autem vult tradens, quòd grege pereunte, totus pereat ipsi tradenti, sed si non perit, vult prius de fructu trahere capitale, & exinde facere pecora communia, istud licitũ est. & ita procedat secunda opi. Hoc fit quotidie, & est periculosum, & est no. pro gloss. in l. fi id. in princ. ff. pro socio. Tutius tamen est, secundum

De quibus q dari in socidam.

De pecoribus datis in socidam.

eum, etiam ab isto contractu abstinere, quia recipiens pecora, minus grauaretur. Namvbi male fortunentur, ipse amittit duo, scilicet medietatem pretij pecorum, & laborem suæ custodiæ, vel operarum, tradens autem amittit vnum, scilicet medietatem pretij pecorum. Sed clarius & tutius esset, q̃ traderet pro tribus annis, vel quatuor, in fine temporis æqualiter diuiderent fructum cum capitali, ita quòd tradens subiret pericula casuum fortuitorum, & recipiens pericula seu damna ex negligentia. secundum Archiepiscopum. Quar tò infero contra nonnullos, quos noui, qui dant terras suas laboratori, seu rustico excolendas, pro tribus annis, vel quatuor, sub annua pensione. dant insuper vnum par boum, cum hoc, quòd quolibet anno debeat sibi respondere cum certis mensuris frumenti, etiam si boues in primo anno pereant, & in fine temporis debeat rusticus boues restituere. Nam iste cõtractus illicitus est, quia vult capitale fore saluum, & habere lucrum ex bobus, vt apparet ex prædictis. Volentes autem domini prædiorum hunc contractum palliare, attendentes quòd laboratores male tractarẽt boues, si haberent eos periculo dominorum, paciscuntur domini cum eis, vt accipiant coloni in mutuum certam pecuniæ quantitatem pro dictis bobus emendis, & aliis necessitatibus subleuandis, qui laboratores siue coloni emunt sibi boues suo periculo, ex pacto tamen non tenentur restituere domino dictam pecuniam, donec labatur tempus locationis, vel conductionis, seu societatis, puta triennium vel quinquennium. nam istum contractum ego illicitum reputarem, cùm per hanc viam dominus vult capitale suum saluum facere. quicquid dixerit Anchara. in regula, peccati venia. de regulis iuris, libro sexto. quem per te videas. Idem dicendum, si tradens boues, velit participare lucrum, & damnum: sed nihilominus vult quolibet anno decem sextaria grani. Nam & hoc illicitum est: quia vult, quòd rusticus subeat partem damni, & insuper sibi dari sextaria annuatim: quod in effectu est saluum facere capitale, & partem lucri habere. quod re probatum est, vt dictum est in præcedentibus. ponunt doctores exemplum. Pone, quòd boues valebant tempore contractus triginta florenos, & in fine temporis deteriorati sunt in quinque florenis. & quòd sextarium frumenti valet medietatem vnius floreni: tradens autem habendo nunc boues, habet saluum capitale: quoniam' valor boum remanet florenorum vigintiquinque, quibus additis aliis quinque, qui habentur de dictis decem sextariis frumenti, restat numerus triginta florenorum: & sic capitale est saluum. Imò plus, quia ex alio latere pro medietate damni contingentis detitorem, habet duos cum dimidio deteriorationis boum: & sic necdum habet capitale saluum, & est sine damno, sed est insuper in lucro, & rusticus in damno. Istud autem illicitum est, ex quo opera rustici æqualis est interusurio pecorum. ita dicit Laurentius de Rodolp. in dicto suo tractatu vsurarum. secunda part. quæstione vigesimatertia. quem simpliciter refert Ananias in dicto capitulo fina. vigesima septima columna. infrà, de vsuris. & Archiepiscopus Flor. vbi suprà. §. xliij. qui latius loquitur. videas per te.

Circulus

De eo qui tradit vaccas in socidam.

te. Quintò infero, quòd si P. tradit Io. vaccam æstimatam x. libris cum tali pacto, quòd ipse Io. teneatur eam, & omnem fructum, & fœtum cum diligentia seruare & custodire sumptibus suis, fructúmque eius & fœtum non alienare sine eius licentia, atque de fructibus eius, & fœtibus prioribus tantum dare, & consignare ipsi Petro, donec sit ipsi Petro de pretio vaccæ integrè satisfactum deinde assignare dimidium in futurum de fructibus & fœtibus talis vaccæ. Et cum hac conditione adiecta, quòd si vacca vel fœtus eius, culpa ipsius Ioannis, aut nuntij eius quocunque modo perierint, ipse Ioannes integrè restituere teneatur. Si autem diuino iudicio aut fortuito casu prædicta euenerint, ipse Ioannes integrè restituere teneatur: iste contractus illicitus est. Nam euidenter apparet, quòd multum potior est conditio locatoris, quàm conductoris: quia poterit euenire, quòd postquam Petrus suam sortem receperit, vacca cum omni fœtu & fructu peribit: & sic cum omnibus expensis & laboribus habitis circa vaccam, ipse Ioãnes nihil habebit. & sic in effectu tradens vaccam, paciscitur suum capitale saluũ, quod illicitum est, vt apparet ex prædictis, signanter in iij. illatione. & ita tenet Archiepiscopus vbi sup. §. xliij. Sextò infero, quòd si emi, vnũ par boum pro pretio librarum quinquaginta, & istos boues do cuidam laboratori æstimatos libris quinquaginta, ad laboritium faciendum cum eis, ad terminum trium annorum. & ipse laborator promittit quolibet anno trium annorum in festo sanctæ Mariæ Augusti dare pro laboritio quod facit cum eis, vnum modium grani. quos boues debet tenere, & alimentare, & pascere omnibus suis expensis, & in fine termini mihi dictos boues restituere, saluo, quod si dicti boues valerent vltra dictũ pretium, medietas lucri debeat esse laboratoris, & alia medietas mei. & si minus dicto pretio valerent, debeat mihi soluere medietatẽ eius, quod minus valerent dicto pretio. Et si dicti boues, vel alter eorum moreretur, debeat similiter mihi soluere medietatem æstimationis eorum, saluo quòd si mala custodia perierunt, tunc eo casu integrum pretium dare debeat. Iste contractus illicitus est: vt latè & singulariter concludit & prosequitur Petrus de Vbaldis, in suo tract. de duobus fratribus. v. parte. q. xxvj. quem per te videas post alios, de quibus ibi per eum: quia hoc casu laborator grauaretur duplici onere, videlicet pẽsione modij grani, quod annuatim præstare debet: & etiam medietate damni, seu periculi, si deteriorentur boues, vel pereant: & etiã onere pascendi, & gubernandi, & etiam seminis. Si autem non grauetur laborator duplici onere, sed lucratur bouem, & solum tribuit modium: tunc non attenditur vsura, vt quotidie fit: & licet detur sibi medietas lucri, si plus valerent boues. Istud est de raro contingentibus: & est palliare, vt mihi liceat dicere, de damno, quod communiter contingit: quia boues non crescunt vsu, sed decrescunt. arg. l. eum debere columnam. ff. de seruit. vrb. præd. vt ibi latius per eum. Sed pone, quòd quis emit boues, aut res alias à pauperibus, quas non habent, & locat eas venditoribus pro pretio annuo: an sit licitum? vide Gabrielem quarta distinct. xv. quæst. secunda. col. xxij. versic. dubium quintum. Septimò infero ad id, quod fit quotidie. Ego habeo hæreditatem colendam: concedo eam colono, & mutuo sibi mille, vt ex eis possit emere necessaria ad culturam, boues, vel alia instrumenta, & colonus reddat mihi annuatim decem modios grani, & in fine locationis mihi soluat prædicta mille: certè iste contractus illicitus est, si ratione illorũ mille volo quòd mihi respondeatur de fructibus de aliquo pluri, quàm dignũ sit pro sola hæreditate: quia videtur hoc fieri propter mutuum impensum ei. vnde illud plus in fructibus est vsura. Si autem nihil plus volo percipere ratione mutui, licitum est: possum enim ad hoc induci motus pietate, vel vt colonus melius hæreditatem colat, & omnem diligentiã quam debet adhibeat: quasi hoc faciam vt redimam vexationẽ meam. quod de iure licitum est. iuxta not. in cap. cùm pridem. suprà, de pact. & in capit. dilectus. infrà, de simonia. & ita tenet magister Conradus dicto suo libello, de contractibus. quæst. xxxvj. versic. octauum exemplum. quòd si mutuaui colono vt coleret agrum meum pro certa mercede, an sit licitum. vide per eum. idem tenet Archiepisco. Flor. ij. par. tit. j. c. vij. §. x. de quo videas Laurent. de Rodolphis in tracta. vsurarum. q. xlij. & Ioan. de Ana. in cap. fin. de vsur. col. xiij. versi. & prædictis. facit in simili quod ponit Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. col. ij. ad hoc bonus text. in c. putant. xiiij. q. iij. vide Gabr. iiij. dist. xv. q. xj. col. xx. & xxij. ver. dubium quintum. Octauò infero, non valere † pactum, inter ponentem pecuniam in societate, & ponentem operam, quòd ille qui pecuniam ponit, possit quandocunque voluerit illam repetere: quia istud est capitale saluum facere: quod illicitum est, vt sæpe dictum est in præcedentibus: maximè quia cùm in societate possit esse lucrum & damnum: vt l. cum duobus. §. quidã sagariam. ff. pro socio. non videtur liquida quantitas capitalis quam posuit: cùm ratio non sit reddita, nec appareant quæ sint reliqua: nisi dicas, quòd per instrumentum societatis potest apparere quantitas capitalis, nisi probetur damnum. quod tamen non præsumitur, nisi probetur. arg. l. ij. C. de sentent. quæ sine cer. quantit. profer. & ibi notat Baldus & Petrus de Vbaldis, in dict. suo tractatu. decima quarta parte. in finali. b. verbis. Et intelligo non valere pactum prædictum, si societas maneat post repetitionẽ capitalis. si tamen finiatur, benevaleret. Nam sicut principio liceret facere societatem ad tempus determinatum, sic etiam licebit ad tempus quod alter sociorum ex postfacto declarare seu arbitrari voluerit. Eodẽ modo dico, quòd durante † societate, non potest alter ex sociis extrahere aliquam quantitatem, ratione lucri sibi competentis, ante reuisam rationem: cùm tunc non appareat an sit lucrum vel damnum, adhuc societas possit se habere ad lucrum & damnum, quia sicut capitale extrahi non potest durante societate, vt suprà dictum est, ita nec lucrum, quia nec lucrum assumit naturam capitalis, vt l. secunda. & ibi hoc notat Bartolus & Ioan. de Plat. C. de frument. vrb. Constantinopo. libro vndecimo. & refert & sequitur Angelus de Aretio, Institutio. de societate. in fine principij. quod dicit esse notandum. Intellige tamen, nisi à principio hoc fuerit conuentum, quòd vtrique, vel alteri eorum hoc liceret annuatim certum quid de societate extrahere, nam tunc con-

An liceat mutuare pecuniam colono.

An valeat pactũ quòd ponẽs pecuniam posset illam repetere quãdo voluerit.

Si post receptionẽ capitalis finiatur societas.

Non valet pactũ quòd extrahatur aliquid ratione lucri de societate ante reuisã rationem.

Si à principio fuerit hoc conuentum vtri queliceat.

Locare vena diuturna an sit licitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uentio seruanda est: vt l. prima. §. si conueniat. ff. depo. & l. si conuenerit. ff. pro socio. Idem si communiter consueuit ita fieri: quia consuetà intelliguntur, licet non exprimantur. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. edi. cum concordantiis. & cap. quod translationem. suprà, de offici. leg. cum simi. bene facit ad hoc, quod voluit
14 Bal. in l. aduersus. locati. vbi dicit, quòd licet artifici debeat solui regulariter opere perfecto, tamen ædificatores domorum hoc non seruant: quia ista interpretatio eis esset nimis onerosa, & possent cessare ab opere. Hîc possent adduci multa, quæ cumulat Andre. Sicul. in dicto capitulo quod translationem. & Fely. in capitulo. cum M. in quarto not. suprà, de constit. in quibus consueta fieri, licet non exprimantur, intelliguntur.

Idem dicendum est, si forte alter ex sociis esset pauper: nam ex qualitate ipsius tacitè videtur actum, quòd aliquid debeat ex societate accipere: quia aliàs non possent operari: vt est videre in ligonizatoribus, & aliis pauperibus officialibus, qui ex operibus dietim viuunt: nam isti debent habere aliquid de mane pro alimentis. secundum Cyn. & Bald. in dicta l. aduersus ita tenet Petrus de Vbaldis in dicto tracta. quinta parte. quæst. xxv.

SVMMAE RERVM.

1 *Pactum quòd pecunia perdita pereat ponenti, anualeat*
2 *Operarum ratio habenda est inter socios, non solùm ipsorum sociorum sed vxorum eorum, vt si vxor vnius multum operatur in societate, debet deduci pars lucri operibus suis.*
3 *Sociorum vnus si habeat filios, qui multum operantur in societate, habenda est ratio illarum operarum.*
4 *Pactum quòd ponens operas, lucretur plusquam ponens pecuniam an valeat.*
5 *In societate, an qui plus ponit, plus habere debeat.*
6 *Pactum quod ponens, si operas in societate habeat, solùm valorem operarum, & de lucro nihil, an valeat.*
7 *Oues si alicui dedi sub pacto quòd pro qualibet oue recipiam annuatim duos solidos, cum tamen fructus cuiuslibet ouis valeat quatuor, item quia si oues moriantur, ille teneatur, dum ego vixerim, ac si omnes viuerent, & post mortem meam illi remaneant etiam si sit numerus triplicatus, an tale pactum sit licitum.*
8 *Pecuniam in societate ponens eo casu quo possit pacisci vt suum capitale semper sit saluum, & de lucro participet, an tale pactum valeat.*
9 *Societate finita si solum capitale remaneat, qualiter sit diuidendum.*
10 *Et si capitale deperditur cuius tunc erit periculum.*
11 *Gregem pecudum si quis dat æstimatum, & apponitur pactum quod omnis vtilitas & periculum sit commune si pecudes casu moriantur, quilibet patitur damnum.*
12 *Pastori vel caprario non sufficit portare pelles, nisi probet casum fortuitum puta mortalitatis, vel similem.*
13 *Socius si conueniatur actione reali pro re communi, insolidum per eum concessa, habet beneficium, ne vltrà quàm possit conueniatur.*
14 *Socius quando se negat socium non gaudet beneficio, ne conueniatur vltra, quàm facere possit.*
15 *Et hoc nisi pœniteat eum ante litem contestatam, vel si negauit in genere.*
16 *Socius non gaudet dicto beneficio, quando illi renunciauit.*
17 *Et illa renunciatio potest fieri verbis tacitis.*
18 *Renuntiare Falcidiæ non videtur hæres, qui simpliciter promisit soluere legata.*
19 *De fructibus si simpliciter fiat mentio, intelligitur deductis expensis sed si in dispositione hominis fiat mentio de fructibus, intelligitur absque deductione expensarum.*
20 *Testator, quando disponit, quòd integrum legatum præstetur, intelligitur sine detractione Falcidiæ.*
21 *Socius si promittat restituere pecuniam sine aliqua exceptione iuris, vel facti intelligitur per hoc renunciare beneficio, ne conueniatur vltrà quàm facere possit.*
22 *Socius si iurauit contractum societatis seruare, perdit dictum beneficium.*
23 *Iuramentum habet vim specialis consensus, & derogationis.*
24 *Et habet vim verborum derogatoriorum ad sequentia testamenta.*
25 *Iurans in genere non venire contra contractum, videtur renuntiare beneficio l. fi. C. de rescind. vend.*
26 *Renuntiatio si in contractu non interuenit sed contrahens iurasset seruare promissa, videtur renunciare beneficio sibi competenti.*
27 *Fideiussor qui cum iuramento fideiussit, perdit exceptionem excussionis non factæ.*
28 *Actus vbicunque est celebratus in genere, & debet exprimi in specie si interuenit iuramentum, habet virtutem clausulæ specificatiuæ.*
29 *Velleiano renuntiare videtur mulier, si iurat.*
30 *Laudum contra absentem non citatum, valet, si iuramentum interuenit.*
31 *Aduocatus qui ecclesiam defendere promisit, an teneatur defendere si non fuerit requisitus.*
32 *Venditor si iurauit defendere emptorem, defendere tenetur sine requisitione.*
33 *Imperator tenetur iurare statutum ecclesiæ, licet non requiratur ratione iuramenti, quod præstat in sua coronatione.*
34 *Fideiussor non tenetur in duriorem causam, quàm principalis.*
35 *Iuramenti virtus tanta est, quòd vbi alias requiritur certioratio beneficij, non sit necessaria propter iuramentum.*
36 *Vendens ignoranter rem minus dimidia iusti pretij si promisit cum iuramento nõ venire cõtrà an poterit impetrare beneficiũ. l. ij. C. de rescin. ven.*
37 *Mutuãs pecuniam hoc pacto quòd mutuatarius det sibi tantum lucrum, quàm possit lucrari talis mercator an committat vsuram*
38 *Gabellam fraudans an sit tutus in foro conscientiæ.*
39 *Grex renouatus, videtur idem grex.*

LIMITA tamen, & intellige prædicta. vt nõ possit deduci in pactum inter ponentem pecuniam in societate, & ponentem opera, quòd capitale sit saluum. & sic alter eorum de damno nihil sentiat, & de lucro medietatem habeat, quando istud pactum fieret in fauorem ponentis pecuniam. §. XII. Valet pactũ quòd pecunia pereat ponenti.

niam. Secus tamen si in fauorem eius, qui operam ponebat, & industriam: & ita debet intelligi tex. in dicta l. si non fuerit. vt aperte colligitur ex eius verbis, dum dicit, Si tanti sit opera, quanti damnum est. Sic etiam debet intelligi textus in d. §. de illa. ponderatis eius verbis, cùm dicit, Quia sæpe quorundam hominum pretiosa est opera &c. Sic intelligit d. Abb. in præsenti. in iij. colum. versi. sed ego. & in ca. fin. iij. colum. versi. sed extra glos. infrà, de vsuris. Et quamuis do. Abba putet se dedisse nouum intellectum ad d. iura, non tamẽ fuit sua inuentio, quia ante ipsum sic illa intellexit Saly. in d. authen. ad hæc. xiiij. q. C. de vsuris. & etiam Petrus de Vbaldis in dicto suo tractatu, de societate. iiij. par. viij. colum. qui intellectus satis mihi placet. Et si quis rectè consideret, quando ponens operam paciscitur, quòd si pecunia perdatur, sit perdita periculo eam ponentis. & si non perdatur, & lucrum inde proueniat, inter eos æqualiter diuidatur. Hîc non fit pactum, ꝙ capitale ipsius ponentis operam sit saluum: nam 4
casu, quo perdatur pecunia, & consocius eam perdat: & sic sentiat damnum pecuniarum: iste ponens operam, & industriam sustinet etiam damnum amissarum operarũ, quæ tantum valebant, quantum pecunia alterius: vt dicebat tex. in di. §. de illa. Opera enim hominis nihil aliud est, quàm diuturnum officium: vt l. j. ff. de oper. lib. imo. opera hominis dicuntur esse fructus hominis. l. iij. cum duabus sequentibus. ff. de ope. ser. Ille ergo, qui in societate operam tantũ ponit, non dicitur aliquid consistens in sorte, vel in capitali ponere: 5
sed solũ fructum personæ, qui fructus, vt vsus fructus personæ, correspondet fructui, aut commoditati pecuniæ, quam alter ponit. pretium autem operæ est velamentum artis: vt dicit tex. in dic. l. cum duo. §. in cocunda. ff. pro soc. quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet: vt l. j. & ibi Bald. C. pro socio. vide magistrum Conradum in di. libello, de contractibus. q. xcvj. xcvij. Semper ergo ha-
2 benda est ratio operarũ, non solùm ipsorum: vt per Bal. in d. l. j. iiij. q. C. pro socio: sed vxorũ ipsorũ. Vnde si forte vxor vnius sociorũ multũ opera 6
tur in societate, quod maxime contingit in vxoribus rusticorũ. quæ plerũque exercent opera rusticalia ligonizando, arando, & metẽdo, & alia rusticalia faciendo: vxor, quæ talia facit pro operi- 7
bus suis deducere debet partem lucri, quasi cum ea videatur tacitè societas contracta. quod fieri potest, vt l. alimenta. §. fi. ff. de alimentis & cibar. leg. & tenent Bal. & Imo. in l. rei iudicatæ. §. socero. ff. sol. mat. ita dicit Petrus de Vbaldis in dicto suo tracta. iij. parte. q. iij. & clarius in iiij. parte. q. viij. Habebitur etiam ratio ad opera filiorum ip-
3 sorum sociorum, vnde si vnus eorum habet filios qui multũ operantur, & multũ ponunt in domo, siue societate, illarum operarũ ratio est habenda, vt l. fi his. §. si quas. ff. isto titu. vbi attendi tur opera, quam serui mariti præstiterunt vxori. ita dixit Angelus in l. ex duobus. ff. de nego. gest. qui dicit, quod pluries habuit hoc de facto in duobus fratribus rusticis, quorum vnus habebat familiam ad laborandum aptam, alter non. & quãuis ille non dicat, hoc enim voluit Bal. in l. si paterno affectu, in fin. C. de neg. gestis quem refert & sequitur Petrus de Vbaldis, in dicto tractatu. iiij. parte. q. v. & Ang. de Are. in §. actionũ. xxxij. col. ver. ad uertas tamen. Insti. de actio. Idẽ tenet Bal. in l. si patruus prope fi. C. cõmunia vtriusque iudicij. Refert & sequitur, & multũ recõmendat Ang. de Are. in §. fi. Insti. de societate. & Petrus de Vbaldis, in dicto suo tractatu, de societate. iiij. parte. xvj. col. vbi dicit, quòd si sunt duo fratres rustici, tenentes terras ad laborium, vnus eorum habebat duos filios laboratores, & omnes scindebant terram, fructus ex cultura prouenientes diuidantur in capita inter eos, quia societas respicit capita eorum, qui in societate operam ponunt. Præsupponendo ergo, quòd omnes sint in hoc actu operarij, cuilibet debetur portio, nec enim debet obesse istis duobus filiis, quòd filij sunt, nam cum suis laboribus sibi quærere possunt, vt d. l. cùm oportet. §. fic etenim. C. de bonis quæli. & §. j. Institu. per quas personas no. acqui. vbi si filius fami. aliquid ex proprio labore acquisiuit, non venit diuidendum, nec communicandum cum aliis fratribus. tene hoc dictum memoriæ. Amplia bis ista, vt ponens operas iustè, possit pacisci eo modo, quo suprà dictum est. Imo tanta possent esse opera & industria illius, quòd valet pactum, vt ipse lucretur duas partes, & tertiam habet ponẽs pecuniam. ita dicit tex. in dict. §. de illa. quem pro singulari commendat Ab. in præsenti. ad idem est tex. no. cum gloss. in l. si pascenda. C. de pactis. vbi dicitur, quòd potest inter duos societas contrahi, vt vnus ponat pecudes, alter verò custodiam, & operam tantùm, & in fine certi temporis, forte quinquennij, fœtus diuidantur per portiones inæquales, puta quòd ponẽs operã habeat duas partes, & ponẽs pecudes vnã tantùm. quia opera vnius plus operatur, ꝙ pecunia, vel res alterius. Ad idẽ facit tex. in l. societatẽ coiſti. ff. pro socio. vbi valet pactũ, vt Titius partes societatis constituat, etiam inæquales, & si malè arbitratus est, debet reduci ad arbitrium boni viri, vt l. in proposita. eod. titu. bonus autem vir debet attendere diligenter, quis ex sociis plus in societate ponit, & illi maiorem partem lucri habebit, vt dicta l. si societatem. in fin. cum multis similibus. Adde, quòd valebit pactum, quòd ponens operas, habeat solum valorem operarum, & de lucro nihil, secundum Gabrielem. iiij. dist. iij. quæst. xj. colum. xxiiij. verticul. iij. sequitur. Ex hoc primò infertur, quòd si ego dedi oues alicui monasterio vel ecclesiæ, seu particulari personæ, sub hoc pacto, quòd pro qualibet oue recipiam in anno solidos duos, cùm tamen fructus cuiuslibet ouis valeat quatuor, aut quinque solidos, & cum hoc, quòd licet oues omnes traditæ moriantur, remaneat monasterium obligatum toto tempore vitæ tradentis, ac si omnes viuerent, sed post mortem mei tradentis omnes oues ad monasterium liberè pertineant, etiam si numerus foret triplicatus.

Istud pactum licitum est, quia ex quo plus valebant oues annuatim, quàm monasterium sibi præstabat, ratione illius pluris potuit tradens pacisci in sui fauorem eo modo, quo suprà. Ita singulariter decidit Hostien. in summa titu. de vsuris. §. an aliquo, ver. de his qui oues. & Io. de Lign. in cap. fin. infrà de vsuris. & ibi Anania. xx v. col. & Laurentius in dicto suo tracta. ij. parte. quæ. xxj. & Archiepi. Floren. in summa ij. parte titu. j. c. vij. §. xliiij. nec daretur hoc casu ecclesiæ restitutio, etiã si eueniret mortalitas in ouibus, ex quo

Pactum ꝙ ponens operas valuceretur plus quàm ponens pecuniam.

Qui plus ponit, an societate plus debet habere.

De hoc vide suprà proximo fo. col iij. vers. secundò in fero.

Locaui oues minus iusto pretio vt si moriantur, pretiũ mihi præstetur, valet pactum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non interuenit læsio tempore traditionis, secundum eos. Consuluit tamen Hostien. ipsi tradenti, quòd aduenientе tali casu, inspecto lucro, quod monasterium recepit de dictis ouibus, vel quòd non exigat. vel exactum restituat, ne locupletetur cum iactura aliena: si monasterium tantùm non percepit, quantum soluit: vt l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. regula, locupletari. de regul. iur. libro sexto. cum concordantiis. Idem dicendum est, si ego dedi, vel locaui alicui duos boues æstimatos duodecim florenis, eo pacto, quòd vbi consuetum est dari pro duobus bobus duodecim sextaria frumenti, det ipse octo, ita tamen, quòd stet ad periculum tertiæ partis boum. Iste contractus licitus est, quia ex quo recipiens boues locratur annatim quatuor sextaria frumenti, quæ ego plus video posuisse in societate, si societas est contracta: iustum est, quòd ille etiam se subiicere debeat periculo. Ita tenet Archiepiscop. vbi suprà. §. xliij. & facit, quod ipse ponit §. xl. ad fin. versi. sed no. generaliter. & §. xliiij. post medium. Ex his secundò infertur ad vnum, quod tibi videbitur nouum, quòd si ponens pecuniam in societate, in veritate plus ponebat, quàm is qui ponebat solam operam & industriam: vel quia pecunia erat in magna quantitate, cui nullo modo correspondere poterat alterius opera, vel quia alter erat parum industriosus in arte: quòd tunc ponens pecuniam, licite poterit in pactum deducere, quòd suum capitale semper sit saluum, quãuis pecunia pereat: & si non pereat, & cum ea aliquid fuerit acquisitum, vult habere partem: vt est textus valde singularis in dicto §. de illa. Instit. de societate. secundum bonum intellectum valdeno. quem sic videtur intellexisse Petrus de Vbaldis in dicto suo tractatu de societate. quarta parte. viij. colum. quod mihi satis placet: quia ex quo ponenti operas datur multo maior commoditas, quàm suæ operæ mereantur, forte inducentis: & reperiretur, qui illud periculum in se susciperet pro centum. & sic adhuc semper est lucrum: nescio videre, quare huiusmodi pactum, seu conuentio, non debeat valere: nam sicut ponens operas potest exonerari per pactum à susceptione dimidiæ partis periculi, quæ sibi incumberet, eò quia sua opera forte plus confert societati, quàm pecunia: & illud plus lucri, quod esset suæ operæ attribuendum, compensat cum exoneratione dimidiæ periculi vt suprà dictum est. pari ratione videtur, quòd si pecunia plus confert societati, quàm opera, possit ille, qui ponit pecuniam, exonerari à susceptione dimidiæ vel totius periculi, quod ad eum spectaret, eo quia concedit socio plus lucri, quàm suæ operæ conueniret. Et ista videtur subtilis & vera consideratio, & hoc modo saluari potest opinio Hostien. de hoc videas Gabrielem iij. dist. iij. quę. secunda. colum. xxiij. versic. dubitatur decimò. Ex his tertiò infertur, quod si sunt duo socij ponentes mixtim pecuniam, & operam, sed vnus ponit minorem pecuniam, quàm alter, partes lucri & damni non erunt æquales cor respondentes ei, quod vnusquisque posuit, tamen si opera & industria vnius valde excedebat operam & industriam alterius, puta quia solus nauigat, solus peregrinatur, vel pericula solus subeat, vel solus stet fixus ad apocham pannorum, & similia, tunc ad arbitrium iudicis recurrendum est, ac si hoc esset expresse actum, vt dicta lege, si societatem mecum. ff. pro socio. secundum Bald. in lege j. iiij. q. C. eod. quem refert & sequitur Petrus de Vbaldis in dicto suo tracta. de societate. quarta parte. xv. colum. quod est no. & verissimum secundum eum. Idem tenet Ange. de Areti. in dicto §. de illa. quamuis aliud sentiat Saly. in dicta lege j. C. pro socio. in principio. coniuncto versicu. quæro septimò. qui dicebat, quòd in o operæ vtriusque debeant inuicem compensari, quasi si deberemus considerare industriam operis, nunquam partes essent æquales, contra dict. l. si non fuerit. in princi. Nec obstat dicta l. si societatem. quia loquitur, quando hoc fuit conuentum. vbi vterque pecuniam parem posuisset, sed alter tantùm operam, tunc fatendum est, secundum eum, quòd ratio operum illius iudicis arbitrio est habenda. sed quia prius dixi, verius est. quia non videtur æquum, quòd partes sint æquales, quando vnus plus operæ vel industriæ in societate ponit, vt dicit tex. ad propositum valde singularis, in l. quid enim. ff. pro socio. Quod intellige, nisi consuetudo regionis, aut sociorum aliter se habeat, quia tunc illa seruanda est. ad hoc bonus textus in authen. de fideiuss. §. vbi dicitur, quòd inter aurifices cõsuetudo aurificum obseruari debet, & secundum illam consuetudinem videtur contracta societas; quia consueta veniunt in contractibus, licet non exprimantur, vt l. quod si nolit. §. assidua. ff. de ædil. edicto. & l. fi. ff. de fideiusso. & lege, licet. C. lo. & lege, itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. eod. ita expresse tenet Baldus in l. prima. in iij. q. C. pro socio. ad bene faciunt quæ pauloantè dicebam in secunda ampliatione, in fine. Ex prædictis habes quæ pacta in socios licita sint, & quomodo lucrũ ex societate proueniens sit diuidendum inter eos, restat videre, quid erit de damnis & incommodis, quæ veniunt durante societate. Nam societas quandoque est lucrosa, quando videlicet lucrũ adest, quod regulariter præsumitur in mercatoribus peritis in negotiationis exercitio, qui præsumuntur lucrari, nisi infra annum protestentur, & probent verisimilia argumenta & indicia, de oppositо, per tex. in l. secunda. in princip. C. de naufragiis. libro vj. & l. tutor qui repertorium. §. quæ autem. ff. de administra. tuto. ita tenet Platea in lege. neminem. C. de suscepto. & arcar. libro x. secunda column. Quandoque est sterilis. scilicet quando nihil est in lucro, sed solum capitale restat. Quandoque est damnosa, scilicet quando totum capitale, vel aliquid ex eo perditum est, quia damnum non potest intelligi, nisi de damno contingente in sorte, vt probatur in lege. Mutius. ff. pro socio. & traditur in lege prima C. eodem tit. & l. cum duobus. §. damna. ff. eo. Istud autem damnum debet socius, qui illud allegat, probare infra annum argu. textus in dicta lege secunda. C. de naufra. libro xj. vbi dicitur, quòd si nauicularius dicit se sustinuisse damnum, infra annum debet hoc probare. Ex quo dicebat ibi Bartol. quod si aliquis dat pecunias mercatori ad partem lucri, & damni, & mercator dicat se passum damnum furti, rapinæ, incendii, vel similium, mercator debet facere fidem infra annum, aliàs non auditur, quod est mirabile, secundum Bartol. quem referunt ibi Angelus, Nicolaus de Neap. Ioann. de Pla. & Alexand. in apostillis. qui omnes tenent

contrarium,

Quando pecunia plus valebat quã opera. 8

In lucro partes erũt inæquales, si sunt inæquales operæ sociorũ.

Cõsuetudo regionis aut sociorum attenditur.

An societas præsumatur lucrosa. Duplex est societas.

contrarium: ex eo, quia allegatio casus fit permercatorem ad sui defensionem, & exceptiones seu defensiones sunt perpetuæ: vt l. puræ. in fi. ff. de doli exceptio. & l. licet. C. de excepti. & sic poterit probare vsque ad sententiam. Non obstat dicta l. si quis. quæ continet casum specialem in fisco. Et propterea sit cautus, qui dat pecuniam mercatori, vt paciscatur, ꝙ de casu contingenti, ex quo damnum insurgit, debeat mercatori probare infra annum, vel aliud legitimum tempus. ita dicit Ange. & Pla. in dicta l. ij. reputans hoc valde no. in practi. Et ita quamuis mercator, apud quem de posita est pecunia ad partem honesti lucri, teneatur reddere rationem in fine anni, non ante. vt l. neminem. C. de suscepto. & arcar. libr. x. & ibi no. Bart. Ange. Platea, & Alexan. de quo latius infrà subiiciam: non tamen propterea arctatur probare damnum, vel periculum infra annum, vt prædixi. Si quidem finita † societate solum remanet capitale, de iuris subtilitate debet diuidi inter socios æqualiter: quia tale capitale videtur à principio communicatum: sicut dicimus in societate omnium bonorum, quòd vnusquisque videtur communicasse, quod erat proprium, & illud proprium transit in commune: vt l. iij. ff. pro soci. ita dicit gl. in l. prima. C. eo. Subdit tamen, quòd de consuetudine seruatur contrarium. scilicet quòd capitale sit saluum, & restituitur ponenti. quæ quidem cõsuetudo, secundum Iaco. de Are. Cyn. & alios, fundatur super iure scripto, vt colligitur ex his quæ habentur in l. cum duobus. §. damna. & §. in commoda. & §. item ex facto. ff. pro socio. per Cyn. in dicta l. j. vbi hoc firmat Baldus, in ij. quæst. Idem tenet Petrus de Ferr. in sua practica, in forma libelli, in causa societatis. in versi. ad diuidẽdum, & diuisionem faciendum. & Petrus de Vbaldis in suo tract. de societate. iiij. parte. q. ij. & viij. parte, q. xlj. & si ita consuetum, intelligitur tacite hoc actum. quia consuetudo, & tacitum pactum, dedu ctum videtur: vt l. licet. C locati. & l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. edicto. & l. fi. C. de fide iuss. § fi. & faciunt quæ pauloante dicebam in secunda ampliatione. in fin. Angel. tamen in suo tract. de duobus fratribus. xv. q. aliter dicit, & forte melius, saltem in foro conscientiæ. Aut ex statuto, vel consuetudine, periculum dicti capitalis erat commune: & tunc communiter diuidi debet inter socios dictum capitale, quod superest. Aut periculum capitalis non erat commune, sed solũ illius, qui capitale posuit. Aut est in dubio, & tunc totum illud capitale erit illius, qui pecuniam posuit: cõgruit enim hoc arbitrio boni viri, quod in hoc iudicio versatur, ne contractus claudicet: vt ille, qui participaturus non erat de periculo capitalis, non participet de ipso capitali. esset enim contra ius fraternitatis, cui societas comparatur: vt l. verum. ff. pro socio. in prin. Item cum ille, qui pecuniam ponit, eius commoditatem communicare dicitur illi, qui operas tantum ponit: tamen ille, qui operas tantum ponit, communicare dicitur fructum suæ personæ, & ideo capitale non est communicandum. Idem dicimus de eo, qui dedit vaccas pascendas, & gubernandas alicui: nam fructus vaccarum erunt communes, sed ipsæ vaccæ remanent illius, qui eas posuit. sicut dicimus de agro, quem dat aliquis laboratori ad laborandum: nam fructus erunt communes, sed ager remanet domini: vt dicta l. cum duobus. §. fi in cor eunda. ff. pro socio. qui alibi non reperitur, secundum Bal. ibi, & secundum Iac. de Arenis in dicta l. j. C. eod. Si autem totum capitale, vel pars ipsius fuerit † deperditum, sunt variæ opiniones, cuius erit periculum. gl. communiter approbata in dicta l. si non fuerit. §. j. dicit, quòd periculum est ponentis. Vnde si ego dedi animalia rustico ad laboritium, & pereant, pereunt meo periculo: vt dicta l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & ibi Baldus, & in lege prima. viij. q. C. eod. in l. j. C. de fruct. & litium expen. reddit rationem, quia periret apud dominum, etiam si non posuisset in societate. vide magistrum Conradum in dicto libello. de contractibus. q. xciij. ad fin. Intellige etiam si animalia essent posita æstimata: quia licet regulariter æstimatio, quæ facit emptionem, transfert dominium & periculum in recipientem: vt l. vna. C. de rei vxo. act. & l. si inter virum. C. de iure do. & l. necessario. C. de peri. & commo. rei ven. tamẽ ex quo fructus & fœtus pecudum pertinent etiã tradentem, vel saltem pars eorum, æstimatio non facit emptionem. Ex quo sequitur vnum satis singulare, quòd æstimatio in contractu, in quo tota vtilitas non pertinet ad recipientem, non facit propriè emptionem. ita mirabiliter dicit Baldus in dicta lege, si pascenda. C. de pactis. in fin. dicẽs, quòd iste est proprius casus, in dicto §. damna. Est textus melior de iure, secundum Pau. ibi, in l. si Titius. verfic. sed nec. ff. de præscripti. verb. de quo exclamat Iason in dicta lege, si pascenda. de quo ibi latius per Petrum de Nobilibus, in sua repetitione, in princi. Petrus de Vbaldis in dicto tracta. de societa. quinta parte. quæst. xxiiij. iij. column. 11 Ex quo infertur, quòd † si aliquis dat gregẽ pecudum æstimatum, & apponitur pactum, quòd omnis vtilitas & periculum sit commune, si pecudes casu moriantur, quilibet patitur damnum, quamuis pactum sit contra naturam emptionis. ita dicit Baldus post Petrum in dicta l. si pascenda. & sequitur Alexandr. in l. vbi ita donatur. ff. de don. caus. mort. in apostillis. & dixi suprà, in rubrica, column. cccxlviij. verficulo, facit ad prædicta. est casus in dicto §. damna. secundum eos. Hæc tamen intellige, nisi consuetudo esset, vt periculum capitalis sit commune. quia id, quod est de consuetudine, videtur actum inter partes, vt pauloantè dicebam. tunc enim periculum capitalis esset commune, postquam hoc potest fieri per pactum expressum: vt tenet gloss. in capitulo. plerique. xiij. quæsti. quarta. ita dicit Angel. in dicto suo tracta. quæstio. xij. Secundò intelligo nisi capitale pereat culpa vel dolo alterius sociorum: nam tunc illius solius erit periculum, cùm socius teneatur de dolo & culpa: vt l. socius. ff. pro socio. in qua culpa compræhenditur non solùm lata, sed leuis, non autem leuissima, sufficit enim, quòd socius talem diligentiam adhibeat in rebus communibus, qualem in propriis adhibere consueuit: vt dicta lege, socius. Licet enim periculum pecuniæ in societate positæ, regulariter pertineat ad eum, qui eam misit, in societate tamen non intelligitur, quando venit culpa socij, etiam si expresse in se periculum suscepisset. vt l. final. C. de nauti. fœnore. secundum Angel. vbi suprà, vide magistrum Conradum in dicta lege, libello. de contractibus. quæst. xciij. ad finem. Eo tamen

casu,

Qualiter diuiditur inter socios capitale. 9

Si capitale deperditur tũc cuius erit periculum.

Si capitale datur alii suadium.

Cõsuetudo attenditur.

Si capitale pereat culpa vel dolo alterius sõciorum.

Ad reſarciẽdum dñ̃ quæ æſtimatio debet attendi.

Interſtitutis nouæ dotis attenditur æſtimatio temporis quo perierunt.

caſu, quo ex culpa, de dolo alterius ſociorum periculum euenit, tenetur damnum reſarcire, & nõ debet attendi prior æſtimatio, ſed ſolum, quot valebant animalia tempore quo perierunt. quia in tantum damnum infertur, non in plus. Nam ſi alua eſſent, æſtimatio prius facta non attenderetur, 12 ſed corpora talia, qualia eſſent, cùm ſocietas finita eſſet: igitur huius rei conſideratio debet haberi. ità ſingulariter decidit Saly. ſolus in d. l. j. in fin. C. pro ſocio. qui dicit ſe ſic practicaſſe in perſona ſua. Ex quo infertur vnum mirabile, quòd ſi marito data ſunt in dotem aliqua animalia, vel aliæ res, quæ veteraſcant, vt ſunt veſtes: & illæ res dotales perirent: omnino debet attendi valor & æſtimatio temporis, quo perirent, non autem tẽporis quo fuerant marito traditæ. nam tunc tales res æſtimatæ non æſtimatione faciente emptionem modo fiant meliores, modo deteriores, quic quid eis accedit, mulieri pertinet, non marito: vt l. plerunque. §. j. ff. de in. do. Dicemus, quòd attendus eſt valor temporis, quo perierunt: cùm & ſi non perijſſent, in eo ſtatu eſſent reſtituendæ. Sed ſi eſſent res, quæ curſu temporis non perirẽt: conſideranda eſt prior æſtimatio: vt l. res in dotem datæ. ff. de iu. do. & ibi no. quod tene perpetuo memoriæ. ad quod facit, quod voluit Baldus, in additione, quam facit ad tractatum Bartol. de duobus fratribus. de quo meminit Petrus de Perufio, in d. ſuo tractatu, de ſocietate. vj. parte. quę. xx. vbi dicit, quòd ſingula veſtimenta, & perlæ quas facit pater pro nuptiis filij, imputantur in partem filij, quantum valent modò, non quãtum fuerunt emptæ. & ſecundum iſta debet intelligi, quod tradunt doctores, ſingulariter Ioã. de Imo. in l. æſtimata. ff. ſo. ma. & refert & ſequitur Petrus vbi ſuprà, in q. xxj. vbi dicit, quòd ſi vxor deditin dotem quaſdam res appretiatas, puta veſtimenta, mulier vſu conſumpſit, (quod ſæpe contingit in mulieribus ruſticalibus, quæ dant in dotem quaſdam res mobiles, quas poſtea vſu conſummunt) non habent minuere dotem, quia videtur idem ac ſi conſumpſiſſet alias res mariti, quæ non habẽt diminuere dotem. Idem dicendum eſt, ſi mulier dediſſet in dotem quoſdam boues aratorios, tunc æſtimatos: poſtea diminuitur æſtimatio boum, non dico propter qualitatem boum, ſed quia 13 communiter tantum non valent: ſecundum Dionyſium de Perufio in dicta lege, æſtimatæ. Nam iſta debent intelligi, quando præceſſit æſtimatio, quæ facit emptionem: ſecus quando fuerunt æſtimatæ res, vt ſciretur earum valor: tunc enim diminuerent dotem ſecundum æſtimationem temporis quo perierunt: quia non perierunt, deberent reſtitui tales, quales ſunt: vt ſuprà dictum eſt. tene cordi. Cogita, ſi forte iſta procedunt inter ruſticos & plebeios, apud quos nonnunquam dantur res, quæ vſu conſumuntur, in dotem: vt puta oues, boues, vel capræ, vel etiam veſtes, nec alia dos datur: nam videtur iniquum, quòd iſtis forſan omnino conſumptis, mulier remaneret indotata. Cogitabis. Si autem caſu fortuito res ad ſocietatem deductæ perierint, tunc non imputatur ſocio. Vnde ſi vaccæ perierunt, vel fuerunt deterioratæ caſu fortuito, non imputatur cuſtodi, vel laboratori, imo potius domino ponenti eas in ſocietate, quia caſus fortuitus regulariter domino imputatur, vt l. incẽdium. C. ſi cer. pe. & l. pignus. & l. quæ fortuitis. C. de pig. actio. de quo per Petrum de Vbaldis, in tracta. de ſocietate. viij. parte. quæſt. iij. Non tamen ſufficeret hoc caſu ipſi cuſtodi, vel laboratori probare interitum, niſi etiam probet caſum fortuitum. Et ideo non ſufficit paſtori, vel caprario, portare pelles animalium, quamuis per hoc conſtet de interitu, niſi probet caſum fortuitum, puta mortalitatis, vel ſimilem. ita no. dixit Baldus. in lege, cùm ita. §. ſpecies. ad finem. de leg. ij. & ſequitur Alexan. conſi. clviij. in ſecundo volum. incipit, in cauſa & lite. & Iaſon in dicta lege, ſi paſcenda. C. de pac. Idem tenet Ange. in l. fina. in fin. ff. de cuſto. reorum. poſt Cy. in l. ſi creditor. C. de pign. actio. Lex tamen regni quinta parti. ti. viij. l. xv. dicit ſatis eſſe probare caſum per aliquas coniecturas, vel indicia, ſeu per proprium iuramentum paſtoris, niſi dominus contrarium probauerit. & per iſtam legem quotidie iudicamus. de quo vide quod ſingulariter tradit Petrus de Vbaldis in dicto ſuo tractatu. viij. parte. quæſ. xiij. vbi plenè proſequitur poſt alios, de probatione caſus fortuiti.

Caſus fortuitus probari debet.

Lex regni.

In caſu tamen, in quo ſocius teneretur ad damnum, ſi factus eſt non ſoluendo, ita quòd impotens eſt reſtituere, quæ ad eius manus ex ſocietate peruenerunt, ſolum debet condemnari in eo, quod facere poteſt, deducto ne egat, & ſic in hoc eſt priuilegiata ſocietas, quæ fraternitatis vicem gerit, vt lege, verum. ff. pro ſocio. & l. ſunt qui. ff. de reg. iur. iſta eſt ſingularis deciſio Pe. de Ferra. in ſua practica, in forma libelli, in cauſa ſocietatis. in verbo, addiuidendum & diuiſionem faciendum. in finalibus verbis. Ad idem eſt textus Inſti. tu. de acti. ad fin. §. item ſi ſocius cum ſocio iudicio ſocietatis agat, non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt. tantum ergo ſocius ſibi detrahet, quòd poſſit inde viuere vt ff. de reg. iur. in lege, in conuentione. Nec eſt vis, vt conueniatur ſocius actione pro ſocio, vel alia, occaſione tamen ſocietatis, & ex contractu inito, durante ſocietate. ad hoc bonus text. in lege, ſocium qui in eo. ff. pro ſocio. & quod ibi not. Barto. ſicut dicimus in marito, & vxore, vt Inſtitu. de actionibus. §. item ſi de dote. ſic dicit Ange. de Aretio, in dicto §. item ſi ſocius. in principio.

Socius non cõueniatur vltra quã facere poteſt.

13 Ex quo infertur, quòd ſi ſocius † conueniatur actione reali, pro re communi, per eum inſolidum poſſeſſa, habebit idem beneficium, quia pro re communi & occaſione ſocietatis conuenitur. allegat no. per dict. Bartol. & Raphaelem in lege, ſi filiofamilias. la ſecunda. ff. ſoluto matrimonio. & no. in §. item ſi de dote. allegato. quamuis Ioannes Fabr. & Ioannes de Platea in dicto §. item ſi ſocius. aliud velint. Et intellige iſta non ſolùm in ſocio omnium bonorum, vt in dicta lege, ſunt qui. ff. de re iudic. ſed etiam in ſocio vnius rei tantùm, vt dicta l. verum. in principio. ff. pro ſocio. ita firmant doctores, ſignanter Ioannes Fabr. & Angel. in dicto §. item ſi de dote. qui dicunt idem forte poſſe dici in pluribus canonicis eiuſdem eccleſiæ, vel pluribus ſcholaribus in eadem domo habitantibus. quoniam iſta conueniunt bonis moribus, ergo ſunt extendenda, vt ff. ſoluto matrimonio. l. eleganter. §. primo. & lege, patronus. ff. de regulis iuris. De hoc tamen dubitat Angelus, vbi ſuprà, quia nullo modo vnus canonicus cõtraxit cũ alio canonico. vnde

Pro canonicis,

ceſſat

ceſſat ratio illius §. igitur. & c. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. cap. cùm ceſſante. de appella. in ſcholaribus verò credit, quòd occaſione ſocietatis & victus, eſſet creditor & debitor: haberet locum §. ille. aliàs ſecus. Limitabis primò hæc

Proſcholaribus.

Niſi neget ſe ſocium.

14 quæ de ſocio † conuento diximus, vt habeat beneficium, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt, quando ſe ſocium confitetur: aliàs non datur ei hoc beneficium: vt ff. pro ſocio. l. ſi vnus. §. vlti. Ita dicit gloſ. in dicto §. item ſi de dote. & bene: quia ille qui negat ſe eſſe talem, ex cuius qualitate habet hoc priuilegium, perdit illud: vt l. ſed ſi ex parte. in fin. principij. ff. quod cum eo. qui text. eſt not. ad hoc. ad idem text. qui de ſocio loquitur in l. ſed hoc ita. in fin. ff. de reg. iur. facit text. in l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſ. & in auth. contra qui propriam. C. de non numera. pecu. a Hoc tamen intellige, ſi perſeuerauit vſque ad lit.

a *Vi. no. in l. proinde. §. notandũ ad l. Aq. ff.*

15 conteſta. quia † ante poteſt pœnitere, & confiteri ſe ſocium: vt l. lectio. §. ſed nec hære. & ibi Florian. ff. de noxal. & ſequitur in dict. §. Item hoc eſt verum, ſecundum eum, ſi negauerit in ſpecie, dicendo, nego me eſſe ſocium tuum. ſecus ſi in genere neget per litem conteſt. negando narrata prout narrantur, vt ſit in litis conteſtatione. ita ſingulariter dicit Bartol. in l. ſi dubitetur. §. ita demum. præallega. quia per dicta verba generalia negatiua non perdit hoc priuilegium: ſicut in ſimili diximus, quòd non dicuntur verba contumelioſa vel iniurioſa, ſi ſtamus in verbis generalibus: ſecus ſi deſcendant ad ſpeciem, vt puta ſi dico, quòd furatus fuiſti Titio librum: ſecus ſi dico, quòd tu es malus homo: vt l. turpia. in princip. de

Si nõ perſeueraueritin negatione.

Si negauerit in genere.

Si renuntiauerit beneficio ne cõueniatur vltra quàm facere poteſt.

16 lega. j. Limitabis ſecundò prædicta, vt † ſocius conuentus, ratione ſocietatis, habeat hoc beneficium, niſi forſan illi renuntiaret, vel tempore contractæ ſocietatis, vel aliàs, quod poteſt. vt ſi conuenerit. & ibi not. ff. de re iudica. not. in l. ſi quis crediderit. ff. de pactis. & in l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrim. & hoc ideo eſt, quia cùm hoc beneficium competat ſocio ratione cõtractus, non ratione reuerentiæ, poteſt tolli per pactum, ſeu renuntiationem per regulam l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & in l. pactum inter hæredem. ff. eodem tit. ita dicit glo. not. ſic intelligens illum text. in dict. l. ſi conuenerit. & approbat ibi Alex. penult. colum. idem tenent Hoſt. Ioan. Andr. Io. de Imo. & cæteri ſcribentes in cap. Odoardus. de ſolut. refert & ſequitur Marianus in capit. ſi diligenti. iiij. colum. in princ. ſuprà, de foro compet.

De venũciatione tacita

Si promiſit ſoluere pecuniam integram.

17 Renuntiare autem intelligitur † ſocius huic beneficio, non ſolùm quando expreſsè renuntiaret, ſed quando tacitè, per verba ad renuntiationem apta, vt puta, ſi tempore contractæ ſocietatis promiſiſſet integram pecuniam, vel quãtitatem reſtituere in pecunia numerata, vel alia ſimilia: quæ verba operantur, vt videatur renuntiatum dictæ exceptioni & beneficio, ne teneatur vltra quàm facere poteſt, deducto ne egeat, quando ei renuntiari potuit. Iſtud eſt quod no. ſentit Ray. in l. poſt dotẽ. ff. ſo. ma. vbi dicit, q̃ ſtante ſtatuto, q̃ maritus lucrari debeat certam partẽ dotis, vxore prædecedente, ſi pater vxoris ſtipulatus eſt ſimpliciter dotẽ reddi ſibi ſol. ma. intelligitur, ſaluo tamen parte, quã lucrari debet maritus, quia verba contrahentium recipiunt interpretationem & limitationem à iure communi, & legis diſpoſitione, vt l. quæro. ff. loca. & l. quidam cùm filium. ff. de ver. oblig. Secus ſi pater fuiſſet ſtipulatus integrã dotem ſibi reddi. nam tũc maritus videtur renuntiare beneficio dicti ſtatuti, arg. l. ſi. C. ad l. Falcid. de qua infrà fiet mentio ſpecialis. hoc idem, tacito Rayn. voluit An. in l. damni. la vltima. §. cùm parietem. ff. de dam. infec. per illum text. dicens, q̃ ſi maritus ex forma ſtatuti debet lucrari partẽ dotis, vxore prædecedente, ſi promiſerit totam dotem reſtituere, videtur renuntiare beneficio dicti ſtatuti, vbi non per errorem, ſed ex certa ſcientia fecerit. Idem voluit Bal. in l. quod nomine. cum l. ſeq. ff. de condi. indeb. vbi quærit, quid ſi maritus nondum reſtituit dotem, tamen eam integraliter ſoluere promiſit, an habebit beneficiũ, ne teneatur, niſi inquantum facere poteſt. Et dicit, videtur q̃ non, ſi per ſtipulationem integraliter ſoluere promiſit. arg. l. diuortio. ff. de verb. obl. Subdit tamen, q̃ in marito forte dici poteſt, non obſtante dicta promiſsione, eum poſſe vti beneficio, ne teneatur, niſi inquantum facere poteſt, quia nõ poteſt maritus tali beneficio renuntiare per pactum eo quia ſibi competit ratione reuerentiæ, q̃ę marito debetur. vt d. l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr. Vnde ex mente Bal. ibi, videtur eſſe, ſecus in beneficio prædicto competente ſocio ratione contractus ſocietatis, quia tali beneficio renuntiari poteſt. vt ſuprà dictum eſt. Hoc in in terminis iſtis firmat Alex. conſil. cxxxiij. dicens pro hoc bene facere tex. in l. Mæuio. §. à me. coniuncta gl. communiter approbata, de leg. ij. vbi quando quis legat vxori per hæc verba, Quicquid ad eum nomine dotis vxoris peruenit, videtur remiſiſſe vxori deductionem expenſarum in rebus dotalibus factarum, quòd deductione aliàs facere potuiſſet. Secus ſi non dixit in teſtamento, Quicquid nomine dotis peruenit, ſed dixit, Lego vxori dotem, quia non videtur remiſiſſe deductionem expenſarum. Idem probatur in l. ij. in princi. cum gloſſ. in verſic. prælegata. & ibi not. Bar. ff. de do. præle. in l. ſi prior. ff. ſol. mat. & in l. Neſennius. in princi. ff. de re iud. Facit quod in ſimili not. Bar. in l. Stichum. §. legata. & in l. doli. in princi. iij. col. ff. de noua. Ad idem l. ſi. & quod ibi no. Cy. C. ad le. Falc. vbi per illam l. concludit, quòd aut hęres ſimpliciter promittit ſoluere legata, & non videtur

Legatum.

18 renuntiare † detractioni Falcidiæ, aut promittit ſoluere integra legata, & videtur renuntiare beneficio detractionis Falcidiæ. Idem voluerunt ibi Bald. Angel. & Saly. & ſequitur hoc etiam, quantum ad propoſitum noſtrum Io. de Imo. in l. ſi patronus. ff. de donatio. Facit præterea in ſimili,

Legatum.

19 quando † ſimpliciter fit mentio de fructibus, intelligitur deductis expenſis. b vt l. fundus qui. ff. famil. erciſ. & l. fructus. ff. ſol. matri. Si tamen in diſpoſitione hominis fit mentio de fructibus integris intelligitur abſque deductione expenſarum per dict. l. fin. C. ad leg. Falc. ita dixit Ludo. Roma. in dicta l. fructus. Ad idem facit l. nomen. § fin. in ver. integrum. de lega. ij. & in l. decem. & quod ibi not. gloſ. in verſic. tota decerni. ff. de fideicom. libert. vbi habetur, quòd quando teſtator diſpo-

Fructus.

b Adde quæ ſcripſi in meis fallen. in regula in cap. fructũ quomodo à lege. Ioan. Bern.

20 nit, quòd integrum † legatum præſtetur, intelligitur ſine detractione Falcidiæ, vt eſt etiam de mente Bartoli in l. centurio. ff. de vulgari & pupillari. in verſic. tertiò principaliter quæro, quando ſubſtitutio compendioſa eſt facta per verbum

commu

Universidad de Deusto Biblioteca

commune,&c.& expresius not.ibi Ang.Bald.in auth.sed cùm testator.C.ad leg.Falc. & in l.preclbus.xviij.col.in versi.procedo vlterius.&c. C.de impub.& aliis substit. Ang.& Benedict.de Plumbi.in dict.l.decem.& consil.cxxij.incip.in q.proposita.Paul.de Castr.in d.auth.sed cùm testator. bene facit text.in l.lex Falcidia.in ver.integrè.ff. ad l.Falcid.& l.j.§.cùm dicitur. ff.si cui plusquam per l. Falci.quamuis idem Angel.aliter sentiat,in auth.de hæredi.& falc. §.si verò.expresim per illum text. Ex istis ergo concluditur, quòd prædicta per verba pinguia & generalia, socius vide

21 tur renuntiare †prædicto beneficio. Idem erit, si socius promitteret restituere pecuniam,sine aliqua exceptione iuris vel facti,quæ verba omnem exceptionem excludere videntur, vt nota. dicit Spec.tit.de emptione & vend.§.j.ij.col.um.versi. sine aliqua exceptione iuris vel facti. id est,defensionem aliquam non opponet.vt ff.de excep.l.ij. in princ.refert & sequitur Ale.in d.consil.iiij.col. per ista enim verba tolluntur exceptiones & defensiones,saltem præsentes,& quę competere poterant tempore contractus, licet de futuris exceptionibus maius sit dubium,an generalis conuentio sufficiat,vt notant docto.in l.iiij.§.quæsitum. ff.si quis cautio. Et propterea si tempore contractus,socius taliter promittens esset in eadem patertate.in qua nunc est,& sic eo tempore competebat sibi huiusmodi beneficium & exceptio,sine dubio videtur illi beneficio renũtiasse.imo etiam si non esset à principio pauper,vt apparet ex prædictis: super quo tamen cogitabis. Limitabis

22 tertiò prædicta,vt †socius non conueniatur vltra quàm facere potest,nisi in contractu societatis interpositum sit iuramentum,quod habet vim specialis consensus:vt l.cùm pater. §. filius matrem. de lega.ij.secundum Bald.& Salycet.not.in l.j. C. commodati.& Angel.in l.senium C.qui testam. fac.poss.Anto.Corsetus in repet.rubr. de iureiu. xvij.colum.in princ.xxxvj.priuilegio.And.Sicu. consil.xxv.ix.colum.j.parte. quamuis Ias.in l.sed si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio. aliud sentiat, & forte non bene. virtus enim iuramenti operatur,quòd

23 † vbi aliàs requiritur expressus consensus, vel specialis derogatio , vt in secundo testamento,respectu primi habentis clausulam derogatoriam ad sequentia.vt l.si quis in principio testamenti.de leg.iij.& vj.parti.tit.j.& l.xxij. Si tamen in secundo testamento ponatur iuramentũ, per quod testator iurauit illud tenere & obseruare,& non reuocare,istud iuramentum habet vim verborum derogatoriorum expressorum ad primum testamentum: quia per hoc non derogatur primo testamento,ac si specialiter facta esset mentio primi testamenti, & verborum derogatoriorum in eo contentorum. Ita tenent & firmãt Bal. Fulgos.Paul.Alex.& Ias.in l.sancimus. C.de testa.

24 quia ex quo † iuramentum habet vim verborum derogatoriorum ad sequentia testamenta,vt notat Io.Andr.in reg.quod semel placuit. de reiur.libr.vj.in fine.quem refert & sequitur Barto. in d.l.si quis in principio.prope fin.verficu. quæro vtrum iuramentum.& in l.prima. §.si quis ita.ij. colum.ff.de verbo.oblig. approbat Ias.in l.pacta nouissima.in princip.C.de pactis. & in d.l.sancimus. colum.ij.C.de testamen.in §.item si quis postulante.tertia colum.Instit.de actio. Lancelotus in l.si mihi & tibi.§.in legatis.penult.col.versicu. secundum est consilium.de lega.j. & ibi alij moderniores.Idem firmat Anto.Corse.in rep.dictæ rub.de iureiu.in ix.col.ver.vij.priuilegium.Paul. de Cast.cons.cccxiij.pari ergo ratione iuramentum habebit vim verborum derogatoriorum ad præcedens testamentum.quod est bene notandũ de quo tamen ad præsens nõ insisto,quia iste non est locus accommodatus.videas latissimè consil. meo xvij.Redeundo ad propositum nostrum, si socius promisit cum iuramento socio restituere, quod ab eo recepit,videtur de suo priuilegio cogitasse,ac sic per iuramentũ illi renuntiasse, quasi specialiter illi renuntiassẽt.quod facere potuit,vt in præcedentibus dictum est. Ad quod bene facit,quod voluit glos.Bart.& alij.in l.ij.C.de resc.

25 vend.dum volunt,q; ille qui promisit in † genere cum iuramento non venire contra contractum, videtur renuntiare beneficio l.ij.C.de rescinden. vend.quod beneficium datur ei tantùm,qui ignorauit se læsum in pretio (vt ibi plenè notatur) iurando non venire contra, videtur saltem in genere cogitasse de omni remedio & beneficio, per quod posset rescindi contractus. l. sub prætextu. la ij.& quod ibi no.doct.C.de transact. & in l.qui iure militari.ff.de testam.mili. bene facit text. & quod ibi not.docto.in c.ex rescripto. de iureiur. & quod not.in authen.sacramenta puberum.C.si aduers.vend.per Bar. Ex quo dicebat notanter Anto.in c.si diligenti.de foro compet.post med. quòd iuramentum appositum super renuntiatione,habet excludere iurantem à quacunque exceptione,tanquam in genere cogitata : non solùm quando renuntiatio esset specialis de aliqua particulari exceptione, sed etiam si esset generalis de non opponendo exceptiones, etiam futuras. Nam & talis renuntiatio firmatur iuramento, ex quo potest seruari sine interitu salutis æternæ.ita Io.de Imol.in c.cùm contingat.de iureiu.in repetitione,in iij.membro.versus fin.ver.& adde prædictis,quòd renuntiatio generalis,&c.& in c.j.de commodato.vt latius per eum. Quinimò , quod

26 plus est, etiam si nulla interuenit renuntiatio in contractu †generalis vel specialis,sed solummodo contrahens iurasset seruari promissa: videtur quasi certus de beneficio sibi competente,& per consequens illi renuntiare:vt notãter voluit Bal.

27 in d.c.ex rescripto.ij.col.vbi dixit,q; †fideiussor, qui fideiusit cum iuramento , perdit ex vi illius iuramenti exceptionem excussionis non factæ, per illum text. apertè probantem , q; vbicunque

28 actus †est celebratus in genere,& debet exprimi in specie,si interuenit iuramentum,habet virtutem clausulæ specificatiuæ: nam ibi mulier fideiusfit,& non expresè renuntiauit beneficio Velleiani:sed quia iurauit,videtur expresè illi beneficio renuntiasse.& ad hoc illum tex.exaltant doct.ibi. signanter Abb.& And.Sic.in cons.xxv.incip.scribitur.ix.col.j.par. Non est ergo mirandum,si eodem modo fideiussor virtute iuramenti , videatur renunciasse beneficio excussionis non factæ: vt ibi dicebat Bal.quẽ refert & sequitur Anch.ibi,& Alex.cons.xxxij.incip.in causa executionis. fina. col.ver.iiij.in iiij.vol. Ant.Corse. in rep.rubr.de iureiur.in x.col.ver.xij.dicens se sic in facto allegasse,& obtinuisse. Et reputat valde notabile pro limitatione auth.præsente. C.de fideiu.refert etiã illud

Si socius p̃ mis tre stituendã pecuniã sine aliqua exceptione iuris vel facti.

Si in cõtractu societatis appositum sit iuramentum

Iuramentũ habet vim specialis cõsensus & derogationis. Lex regni.

Iurans intelligitur renuntiare remedio sibi cõpetenti.

Renũtiatio generalis.

Si nulla interuenerit renũtiatio, sed iuramẽtum in obligatione.

illud dictum,sequitur,& multum commendat Baptista de sancto Blasio,in suo tracta.arbitrorum. q.lxx.iiij.colum.ver.v.conclusio.dicens per hoc

30 †valere laudum latum contra absentem,non citatum , seu non requisitum , si compromissum factum in arbitratorem fit iuratum:puta quia partes iurauerunt parere omni laudo ferendo per ipsum arbitratorem. nam iuramentum facit rem valere,vt melius valere possit:vt d. l. cùm pater. §.filius matrem.& istam dicit fore nouam & intactam conclusionem,quæ tamen mihi non est sine scrupulo,eò quòd in compromisso prohibetur à lege iuramentum apponi:vt authen.de iudicibus §.quia verò.colla.vj.corrigendo ea,quæ no. in l. ne in arbitris.C. de arbi. ad quod etiam facit lex regni,quæ prohibet iuramenta opponi in contractibus,ordinatione Toleti.l.cxxvij. Cõpromissum autẽ contractus est : vt no.in authen.si verò

33 contigerit.C.de iud.& in l.contractus.C.de fi.instru.De iure tamen nostro permittitur iuramentum in cõpromisso:vt c.cum tempore.supr.de arbitris.& ibi no.Abbas ij.no.in capi.ex parte.eo. ti.latè per Abb.in c.per tuas.eo.ti. quod videtur tenendum:quia lex ciuilis non potest prohibere iuramentum apponi:vt per Ab.in ca.ij.de ar. iij. col.ver.in glos.in verbo.& in c.tua.el j. de decimis.j.col.Ancha.in regula,accessorium,xiij. col. & in regula,ea quæ fiunt col.xxviij.per Bald.in l. pactum.C.de coll.j.col.& per alios , quos refert Fely.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.supr.de consti.xl. col.verfic.& ista verba, nisi dicas hoc procedere, quando lex ciuilis disponit circa iuramẽtum præstitum:secus si circa præstandum.vt dicit Ioã.de Imola,& Dominicus in c.quãuis pactum.de pact. lib.vj.pe.col.quod tenementi,quicquid sit. Hodie emanauit pragmatica sanctio à serenissimis rege & regina,dominis nostris,quòd in compromisso,& in contractu minoris,& mulieris , super alienatione dotis& aliis quæ sine iuramento non valerent,posit iuramentum apponi:tenendo ergo conclusionem prædictam,ad eius confirmationem,vltra ipsum, ego allego mirabile dictũ Spe. titu.de aduocato.§.j.vij.colum.versi.sed nunquid

31 is.vbi dicit, quòd si quis promittit tanquam †aduocatus ecclesiam defendere,non tenetur , nisi fuerit requisitus seu interpellatus.vt notatur in c. breui.de iureiuran. si tamen iurauit ecclesiam defendere per iuramentum , videtur renuntiare in

a terpellationi, seu requisitioni. a Itaque tenetur eam defendere, quamuis non requisitus,vel interpellatus.de quo facit magnum festum do.Ant. in dicto cap.breui.& Andreas Siculus in cap. fin. versi.v.suprà de empt.& venditio.& in rubri. de iureiuran.& ibi Anc Corsetus.ix.col.versic.quartum priuilegium. Ex quo inferebat Andre.Sic. in dicto ca.fin.limitationem nouam & mauditam

35 ad illum text.dicentem, tunc demum †venditorem de euictione teneri,quando emptor sibi denuntiaret litem sibi motam,nec sufficeret vendito rem aliunde certioratum de lite. vt ibi concludunt omnes,præsertim Abba. nam hoc debet intelligi , nisi venditor iurasset defendere emptorem in lite mota:quia tunc fi sciuit litem motam, & non venit ad defensionem,tenetur b:quia satis est requisitus à stimulo iuramenti, quod dictum dicit fore suum. pro qua facit tex.cum ibi notatis.per doctores in l.eum qui,§.si iurauero.ff. de re iud. Quod tamen dictum mihi non est sine scrupulo:quia iuramentum positum in contractu, assumit naturam illius contractus,vt notanter voluit Inno.in ca.per tuas. de arbitris. & ibi Abba. refert,& sequitur idem Ab.in ca.cum tempore.j. col.eo.ti.& in ca.veniens.iiij. de iureiuran. & in c.quemadmodum.ij.col.vbi est textus.secundum eum,eo.titu.& in c.cùm contingat.xvj col.eo.ti. idem Abb.in c.vt super.iij.col.suprà,de rebus ecclesiæ non alie.facit textus in l.fin. C.de non nu. pe.Ad idem l.si libertus ita iurauerit.ff.de ope.li. quem ad hoc allegat Ange.consi.cccxiiij.in prin. de cuius veritate vide Anto.Corse.in d.rubri.de iureiuran.xvj.col. verfic. trigesimumsecundum. Sed pro nunc transeò cum dicto Andreæ,proquo etiam facit quod voluit Bald.in capi. olim. de rescrip.col.antepe.dum dicit, quòd †Imperator licet non requiratur,tenetur iuuare statum ecclesiæ ratione iuramenti, quod præstat in sua coronatione , de qua in clem. Romani. de iureiuran. quasi per iuramentum videatur renuntiare iuri sibi competenti, vt debeat requiri seu interpellari. Facit etiam ad hoc quod notanter voluit Bartolus in lege,si quis pro eo.fi. colum.ff.de fideiusso.vbidicit,q; si fideiussor non teneatur, quã

34 do fideiusit †in duriorem causam, quàm principalis,vel quando promisit aliud,vel quando principalis non tenetur:iuxta legem, Græce. §. illud. cum similibus.ff.de fideiuss.tamen istis casibus iurando tenetur,nõ tãquam fideiussor,quia deficit forma fideiu. sed vt principalis promissor. quoniam iurando videtur velle teneri omni modo, quo potest,secundum Bar. vbi suprà , quem refert & sequitur Ang.de Are.in §. fideiussores. in fi.Insti.de fideiuss.& Ias.in §.itẽ si quis postulante. iij.col.Insti de actio. & Antonius Corsetus in rubri.de iureiu.xvj.col.in ver.tricesimumquintum. & Raphael Cumanus consil.clxxxix.post prin. incipit,testator.de quo etiam per Bald. in l.si prædium.fin.col. C.de iure do. Multa alia his similia adduci possunt,de quibus per docto.in locis præallegatis,ista tamen videntur sufficere,ad confirmandum decisionem Alex. in d.consili.tenentis & firmantis, socium propter iuramentum perdere dictum beneficium, quamuis non appareat de certa scientia socij volentis renuntiare ipsi beneficio, quia imò præsumitur ex certa scientia renuntiasse.quoniam scire, quòd socius gaudeat beneficio,ne teneatur , nisi inquantum facere potest, pendet à scientia iuris,& regulariter præsumitur quis scire iura,vt l.leges sacratissimæ.C. de legibus.l.si hæres ab eo.in fin.ff.ad Trebel.not. glos. in authentic.de incestis nupti.in princip.in versi. sciens.& Bal.in l.sed si lege.§.scire.ff.de peti. hære.& in l.non fatetur.ad fi.ff.de confessis. Virtus autem †iuramenti tanta est,quod vbi aliàs requiritur certioratio beneficij, non sit necessaria certioratio propter iuramentum;quia ad iuramentum videtur quis deliberatè accedere,vt probatur in d.c.ex rescripto,& ibi no.Bald.& in authẽ. sacramenta puberum. prælegata & ibi etiam Bar.Arch.in cap.quamuis pactum,de pactis.libr. vj.Anto.in c.si diligenti.post medium.& ibi Abb. v.col.versi,ij.tangit gloss.Bar.& Ang.dict.l.ij.C. de rescin.vend. Bald.in l.ij. C.de rebus creditis. Ab.in d.c.pe.de emp.& vend. Bart Ang.& Io.de Imo.in l.sciendũ.ff.de verb.obli.& in l.si duo pa-

Valet laudũ cõtra absentẽ nõ citatũ, si interuenit in ramẽtum.

Iuramentũ habet vim requisitionis.

a Adde in proposito, quæ notabiliter posuit Alexan in l.y § fi. co. ff so ma. & Ias. in l. quod te. 8. eo ff ficer. peti. Ioan. Bern.

Si venditor iurauit defendere emptorẽ b potest teneri sine requisitione.

b Adde & idem & no uiter tenet Alex in l. ij.§.fi.co fi. ff solu. ma. qui de hoc multũ gloriatur. & videbi Ias ibi in col. fi. ver. tenẽdo tamen vbi idem sequitur confirmans quod aaducit la. cõtra Alex. ibi , in le. quod te. ff. ficer pet. pen. colum. post princ. Ioan.Ber.

Vbi interuenit iuramẽtum non requiratur certioratio aliàs requisita.

troni.§.idem Iulianus.& sequenti.& ibi Moderni.ff.de iureiuran.idem Bald.consi.ccccl xj.incipit,proponitur.in fi.prim.parti.vbi dicit, quòd iuramentum idem operatur,quod clausula derogatoria,facta ex certa scientia.imò plus dixit Io, de Imol.in dicto cap.cùm contingat.in iij. membro, versus finem.quòd etiam si iuramentum præsumeretur ex errore præstitum,tamen obligat iurantem ad obseruantiam iuramenti:quia aliàs esset periurus, veniendo contra iuramentum: sicut de mero rigore obligat iuramentum per dolum extortum : per ea quæ habentur in ca.fi verò. de iureiu.hoc probat per no.per glo.in dicta l.ij. C. de rescin.ven.in dicto ca.penult. de emptione &
36 venditione. dumibi concluditur, quòd † si quis ignoranter vendidit rem minus dimidia iusti pretij,& promisit non venire contrà,& iurauit. non poterit intentare beneficium dictæ l.ij. quod de necessario intelligendum est de eo,qui ignoranter vendidit minus dimidia iusti pretij : quia si scienter vendidisset, non haberet locum remedium dictæ l.ij.secundum omnes ibi.quia scienti & volenti dolus non infertur, vt l. j. in fine.ff. de act. empti. & l. cum donationis. C. de transact. Quamuis ergo promittendo non venire contra contractum, videatur illa promissio continere eundem errorem,quem continebat ipsa venditio l.fin. §. idem quæsit.ff. de condi. indebi. tamen propter iuramentum dictæ promissioni standum est,secundum omnes in d.l.ij.& in dicto ca.pe. salem non obtenta remissione,vel absolutione à iuramento:iuxta notata in ca.j. de iureiu. Vnum finaliter non omitto.quòd illi,qui dant pecuniam mercatori ad partem lucri,vel damni, secundum dispositionem huius tex. & l.j. C.pro socio. non possunt petere rationem sibi reddi à mercatore ante finem anni.ita notan.dixit Bar.in l.neminẽ. C.de suscepto.& arca.libr.x. arg illius tex. quod est menti tenendum, secundum eum : quem referunt & sequuntur Ange.Pla.& Alexan. ad idem facit tex.& ibi Ioan.de Pla.in l.missi opinatores, in princi.C.de exacto.tribu.libro decimo. quod tamen intelligendum est,quando peteretur ratio administrationis totius,ad quam non tenetur.ni si in fine administrationis:vt l.aduersus. & l.ratio quis.C.de administra.tutor.& l.actus.ff. eo. Secus si pro aliqua particulari gestione, seu speciali negotiatione, vel articulo : nam de eo bene potest peti ratio ante finitam administrationem, vt ff. de tute.& ratio.distra. l. si adhuc.§. curator.& ff. de admin.tuto.l.cum curatoris. secundum quartam lecturam.& ff.rem pupil.saluam fore.l. non quasi.§.hac stipulatione.ita tenet Saly.in dicta l. aduersus.C.de adminis. tut.& refert & sequitur Ioan. de Pla. in dicta l. neminem. ad fin. An autem mutuans alicui pecuniam hoc pacto,quòd
37 † mutuatarius det sibi tãtum lucrũ, quantum possit lucrari,talis mercator committat vsuram.vide Conradum de contracti.q.xliij. De lucris illicitè acquisitis per maritum,vel vxorẽ,constante matrimonio, an & quando sint restituenda, per quem, quibus,& qualiter,dixi sup.in rub. cccxv. §.limitabis iij. An frandans gabellam,sit tutus in foro conscientiæ,vide Ab.& Felynum in c.j.de consti.a †Quid autem de eo,à quo non fuit pe
38 tita gabella intra annum, vt disponit lex regni, an sit tutus in conscientia.Arch.Flo.ij.parte sum. titu.j.ca.xiij.§.vij.Adde,quod grex siue armenta possunt licitè arrendari,vel locari,cum pacto, quòd earum ætatũ,quibus sunt tempore locationis, reddantur domino gregis finito locationis tempo-
39 re,seu arrendationis. Nam † renouatus grex,idem grex est,vt l.grege.& l.si grege.de lega.j.l.propone batur.ff. de iudiciis. Quid autem si mutuaui tibi,pacto appositò,quòd mihi reddas ista decem, & todias vineam. Non valet istud pactum.glo.in l.rogasti me.§.si tibi.ff.si certum petat. quia etiã illud pactum est vsura, in eo quod additur sorti. quod est no.Dyn.secundũ Bald.ibi.ij.col. vbi vide alios modernio res. Item pone,quòd in aliqua possessione non inuenio laboratorem, nihi mutuem sibi decem,& mutuo,an operæ,quas aliàs impenderet,sunt vsura. Non credo, quia tenetur mihi ad eas ex contractu locationis,& non est lucrum, sed verum debitũ.arg. ff. de ritu nup.l.proxima. ff.de contra.emp.l.fundi partem.ita dicit Bald.in d.§.si tibi decem.co.ij. de quo videas latius Laurentium de Rodolphis, in tractatu vsurarum. q. xlij.& Ioan.de Anania in c.fina.de vsuris.colum. xiij.versi.ex prædictis.& Archiepiscopum Flor. ij.parte.ti.j.c.vij. §.x. & magistrum Conradum in suo libello,de contractibus.q.xxxvj.versi.octauum exemplum,vbi rogo videas. Et ista faciunt ad quæstionem,quæ quotidie accidit,locaui fundũ,dando laboratori mille,ad instruendum fundũ,cum hoc,quòd post terminum mihi illa mille restitueret,an sit vsura? Veritas est,sicut ex prædictis colligi potest, quòd si ratione illorum mille aliquid vltrà quàm deberet in pensione mihi daret,contractus est vsurarius,aliàs secus,per capi. putant.xiiij.q.iij.secundum Archiepiscopum,vbi suprà.vide quæ scripsi suprà.eo.§.vij. In dubio autem contractus non iudicatur vsurarius, secundum Bald.in d.l.rogasti.§.si tibi.pen.colũ. & ibi Ias.quem rogo videas.quia pulchra dicit,& addit signanter tex.in c.fi.de vsuris. Plura alia in hac materia honesti lucri dicenda se offerebant,tam de his quæ per doctores in præallegatis locis tacita reperio,quam etiam de his, quæ excogitata hominum malitia adinuenit quæ dudum scribere statueram, quia tamen eorum me turba fatigabat,ac ne longior,quàm putaram,tractatus efficeretur, hoc loco substiti. Parce igitur lector dignissime, si aliqua,aut in totum prætermissa, aut in parte neglecta videbuntur,quoniam causa prædicta me reddit excusatum. Vale.

Gabella. Qualiter. a Adde Stgur.in tra. de bon. incra.ciuitan. mat.fol.an tepe col.y. in fin.Ioan. Bern.

Quæstio.

Finis repetitionis in Rubricam & Capitu.per vestras.de Donationibus inter vir.& vxo. quæ fuit ædita à Doctore Palatios Rutios,sumpta ex proprio originali.

Allegatio

ALLEGATIO
EIVSDEM DOCTORIS DE PALACIIS RVBEIS
IN MATERIA HAEresis.

CASVS, super quo scribere cogor, talis est. Rodericus de Charon rusticus, idiota, ac simplicissimus homo qui hactenus semper curam hortorum habuit, captus & carceratus fuit tanquam hæreticus ad denuntiationem domini promotoris fiscalis.eò quòd aliquando dixit duos fore deos, patrem scilicet & filium. Item quia dubitauit de virginitate virginis gloriosæ. Cùm autem post capturam ab inquisitoribus fidei iudicibus,in prima sessione requisitus, & monitus fuisset,vt de præmissis meram diceret veritatem.præstito iuramento statimconfessus est se aliquando dixisse duos fore deos patrem & filium,motus naturali ratione quia sicut aliàs pater & filius diuersi sunt, & duas continent essentias, ita putauit diuersitatem essentiæ inter deum patrem, & deum filium.per hoc tamen nunquam discessit ab vnitate fidei Christianæ, erroremque suum cognouit, veniam cum lacrymis postulando,hoc idem in secunda & tertia sessione,vel monitione iterauit. De virginitate autem virginis, dixit se nunquam dubitasse, nec dubitationis verba protulisse, quanquam duæ mulieres illud testificentur,vtex depositione testium apparet,quorum aliqui dicunt, quòd ipse Rodericus fuit ab aliquo ex circunstantibus reprehensus.& monitus vt errorem deponeret. Quem quidem non depesuit, imo videtur in errore perdurasse. Dubitatur modò,nũquid ex istis hæreticus pertinax iudicandus sit,& vtsalu declarãd', accuriæ secularirelaxãdus.

§. I.

De eo qui credit duos fore deos.

De virginitate Mariæ

AD huius dubij decisionem aliqua necessario præmittenda sunt (salua tamen semper in omnibus determinatione sacrosanctæ matris ecclesiæ.) Præmitto igitur in primis, quòd hæ duæ assertiones hæreticæ sunt, & ab ecclesia damnatæ : vnde ipsas firmiter & cum pertinacia tenentes Arriani merito dici possunt:Arrius enim coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in trinitate substantias asserit, contra illud quod ait dominus, Ego & pater vnum sumus. propter quod eius opinio,vt hæretica,in concilio Niceno damnata fuit:vt habetur in capitulo primo.xv. distinct.& in capitu.quidam.versic.Arriani.xxiiij. quæstio.iij.& per gloss.in clemen.j.de summ.trinita.versicu.æternaliter. Secunda etiam assertio de virginitate Mariæ similiter damnatur vt hæretica, vt habetur in symbolo, Credo in vnum deum.ibi:Natum ex Maria virgine. Super prima autem emanauit symbolum Athanasij, approbatum ab ecclesia vniuersali. Si quidem iste Rodericus alteram istarum assertionum cum pertinacia teneret, sine dubio hæreticus pertinax iudicaretur,& vt talis relaxaretur curiæ seculari.Sed quia in veritate nec errorem in mente tenuit,nec pertinaciam adiunxit,vt infrà dicetur merito nõ potest dici hæreticus. Intelligo de errore hæresim inducente,vt infrà latius ostenditur.

AD hoc enim, quòd aliquis iudicetur hæreticus,duo præcipue sunt necessaria:& altero eorum deficiente, impossibile est, quòd aliquis censeatur hæreticus. Primum est,quòd habeat errorem fidei contrarium in mente, vel intentione:quia(vt Hilarius inquit)intellectiuè sensus in animo sit,siue ad bonum,siue ad malũ.& ob hoc dicimus,quòd hæresis initiatur in corde, postea verò descendit in ore: quia sicut fides principaliter consistit in corde,secundario in ore: iuxta illud, Corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem.Rom.x.c.transumptiue in ca. vno. de sacra vnctione.pen.col.ita hæresis, quæ est oppositum fidei,vt ipsam fidem lædat,oportet quòd à corde incipiat,quando quis errat in mente, vel intentione.Sed quia de mente constare non potest,nisi ad vlteriora procedatur: oportet, quòd iste error deriuetur,& descendat in ore,exprimẽdo forsan ipsum errorem per linguam,quæ nuntius cordis appellatur : quia verba sunt signa earum, quæ in anima sunt passionum : vt Philosophus inquit,in libro Periher. non enim præsumitur quis dicere, quod ante animo non cogitauit: vt l.Labeo.ff. de supellectili legat.Vnde ex abundantia cordis os loquitur. Matth. xij. propterea dicebat Hieronymus, quòd ex verbis inordinatè prolatis,incurriter hæresis: non quòd hæresis in his consistat:quia etiam sine verbis potest quis hæresim committere, & dicetur occultus hæreticus,vt dicit gl.ij.in c.j. xxiiij. q. j. quam sequitur Car.in cle.j.in princip.in tertia q.de vsuris. Bald. in l. si quis non dicam rapere.j. colum.C.de epis. & cleri.sequitur Ananias in capit. si quis episcopus.iij col.de hæret.& in cap.consuluit,iij.colum. de vsuris.Sed quia verba sunt occasio,vel causa erroris.ita notanter dicit sanctus Thom. iiij. sent. dist.xiiij.q.ij.ar.j.in solutione v.argumenti.adde similem glos.in clem.j.in verbo,eo ipso.de hæreticis.quæ glos.voluit hæreticum omnino occultum fore excommunicatum, de quo vide Archiepiscopum Florent.iij.part.ti.xxv.c.vij.& fratrem Angelum de Clauasio,in summa,in verbo,hæreticus.verfic.iij.qui tenet contrarium, vt ibi videbis. Aduerte circa prædicta in libris manu scriptis,& impressis,quorũ plures vidi,reperio scriptum,Intellectiue sensus in animo est,& credo fuisse errorem scribentis,quoniam in Originali Hilarij.viij.libro,de Trinitate, quem recitat Magister sententiarum in iiij.dist.iij.sic dicit,Intelligentis sensus in crimine est. & hoc reor dixisse sanctum doctorem, postea scriptorum vitio aliter dictum est. Idem sentit in effectu secunda secundæ.q.xj. argu. j. in corpore quæstionis. vbi inter cætera dicit,quòd sicut ille, qui rectam fidem habet Christianam, voluntate sua assentit Christo, & exinde his quæ verè ad eius doctrinam pertinent,sic à rectitudine fidei Christianæ dupliciter potest quis deuiare,vno modo,quia ipsi Christo non vult assentire,& hic habet quasi malam voluntatem circa ipsum finem, & hoc pertinet ad speciem infidelitatis Iudæorum,& Paganorum. Alio modo, quia licet intendat Christo assentire, tamen non eligit ea, quæ sunt verè à Christo tradita, ad quæ sibi propria mens suggerit, & hoc pertinet ad hæresim, per quam quis profitetur fidem Christi,sed dogma eius corrumpit.hæc ille,quem refert & sequitur Archiepiscopus Flor.

§. II.

De errore circa eaquæ sunt fidei.

Dupliciter quisrecedit à fide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ij. parte summæ.tit.xij.c.iiij.in princ.& latius ca. v.post Petrum de Palude.quarto sent.di. xiij. vbi dicit, quòd error in intentione, vel ratione, requiritur, vt aliquis sit hæreticus: quia hæresis est species infidelitatis: sed infidelitas est intellectu subiectiuè, sicut & fides sibi contraria. Vnde factum sine errore nunquam facit hominem hæreticum: vt puta, si quis fornicatur, aut mœchatur: licet agat contra veritatem, quæ dicit, non mœchaberis: ex hoc non est hæreticus, nisi credat vel opinetur fornicari esse licitum. Ratio est, quia quandocunq; aliqua requiruntur necessaria ad constructionem, deficiente altero eorum, impossibile est illud esse: quia dato opposito, quòd sine illo possit esse, iam non necessario requireretur ad constructionem illius. sicut ad constructionem domus necessario requiritur fundamentum, paries, & tectum: ideo altero deficiente, non potest esse domus. Sic ergo ad hæresim constituendam requiritur error in intellectu necessario: nullum autem factum absolutè sine errore in intellectu facit hæreticũ: & propter hoc dicit, quòd baptizare imagines, adorare dæmones, eis thurificare, conculcare corpus Christi in luto, & omnia huiusmodi, quæ sunt valde horrenda peccata, nisi sit error in intellectu, non faciunt hominem hæreticum: vt ibi latius per eum, qui pulchrè loquitur. Idem in effectu voluit sanctus Tho.j.sen.dist.xxxiij.ar. v. in corpore quæstionis. Adde prædictis, quòd si fidelis fidem mente teneat: aliquem tamen actum in fidelitatis faciat, puta si reuerentiam idolis exhibeat, propter amorem mulierum, sicut fecit Salomon diis suarum vxorum, vt habetur iij. Regum xj.& iij.q.vij.§.Salomon.& xxxij.q.iiij.cap. Salomon.non est propter hoc apostata, aut hæreticus iudicandus. ita tenet Rayn.in summa.j.parte.de apostatis.ver.circa istas apostasias. refert Archie. Flo.in ij.parte summæ.tit.xij.col.vj Sicut in simili dicimus de eo, qui libidinis causa simulat se monachum, non obligatur ad monachatum, saltem in foro conscientiæ, vt sentit glo.nota.in cap. tuarum.in versi.signatos.in fi.& ibi notat Abb. infrà de priuilegiis. facit ca tua.de spon.secundũ eum. Si ergo quis propter alicuius commodi temporalis consecutionem, vel periculi euitationem, resistit præceptis Papæ,& non obediat, talis & si grauiter peccet, non tamen dicitur schismaticus. ita dicit Archiepiscopus Florentinus iij.parte. titulo. xxiij.ca.iiij.§.xj. de quo latius scripsit in tractatu regni Nauarræ.tertia parte.§.j.& ij.

De cõculcãte corpus Christi.

§. III. *De pertinacia.*

SECVNDVM perquàm necessarium ad hęresis perfectionem, est pertinacia, id est, persistentia in errore iam mente concepto, seu obstinato in voluntate, quæ nunquam præsumitur, nisi de ea constet. vt infrà subiiciam. nam, vt inquit Augustin. in Enchiridio, In multis rebus errare, nullum aut minimum peccatum est: sed hæresis, si sit infidelitas, grauissimum peccatum est. Ergo non omnis error est hæresis, sed ille solus, qui est fidei orthodoxæ contrarius, adiuncta pertinacia. vt ostendunt verba Hieronymi, super epistola ad Galatas, transumptiue in capitulo. hæresis. xxiiij. quæst. tertia. Hæresis, inquit, Græce ab electione dicitur, quòd scilicet vnusquisque eam eligit disciplinam, quam putat esse meliorem, vt etiam tradit sanctus Thom. secunda secundæ. quæst. xj. art. j. Ante ergo, quàm quis eligat dogmatizare, vel opinari, aut asserere aliquid contra fidem, confirmando errorem per electionem, non potest dici hæresis. Oportet igitur, quòd per talem electionem adiungatur pertinacia, taliter adhærendo errori, quòd nullo modo velit ab eo discedere, sed defensare persistit. ita dicit August. scribens contra Manicheos: & habetur in capitu. qui in eccle sia.xxiiij. quæst.iij. vbi litera dicit. Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque sapiunt: si correcti, vt sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter. suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistũt. hæretici sunt: vt etiam tradit sanctus Tho. secunda secundæ.q.xj.art.ij.hoc est, quod ostendit nobis Apostolus ad Titum.iij. cap. transumptiuè in capitu. dixit Apostolus. eadem causa. & q.dum monet nos, vt hæreticum hominem post primam & secundam correctionem vitemus: in quibus verbis denotatur pertinacia eius, qui monitus se corrigere noluit, vt infrà latius declarabitur. Ad idem clemen. vna. de summa trin.§. porro. ibi: quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit, tanquam hæreticus sit censendus. dicit ibi glos. in verbo, pertinaciter. pertinax, valde vel imprudenter tenens, durus, irreuocabilis, indocilis, obstinatus. Sola ergo pertinacia est, quæ facit hominem hæreticum, secundum Cardina. ibi in nono notabili. ad idem clemen. vna §. fina. de vsuris. ibi. Sanè si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat &c. dicit Laudimus, exponendo verbum, pertinaciter, id est obstinata pertinacia: aliàs non incurreret pœnas illius clem. Gencellinus exponit, pertinaciter, id est, cum persistentia incorrigibilis. quod sequitur ibi Cardin. in princip. Si ergo inquisitores, vel iudices fidei errorem alicuius declarent, & corrigant. ille verò non obedit, vel obtemperat: dicitur pertinaciter resistere, vt est textus valde singularis cum gloss. in l. tutor.§. tutores. ff. de suspectis tutoribus. vbi si tutor ad præceptum superioris, pecuniam pupilli non destinauit in emptionem prædiorum, iudicatur pertinax: & carceratur vt suspectus. nota. multum Bartol. ibi. & facit secundum eum, quòd ille possit condemnari tanquam hæreticus pertinax, qui inquisitori aliquid asserenti non credit. Ex quo dicit ibi Nicol. de Neapoli, declaratur textus in dict. clem. j.§. fina. de vsuris. in versicu. pertinaciter. Dicetur ergo pertinax hæreticus. si quis episcopo, inquisitori, vel theologo non credit, dum eum corrigunt, vt patet ex prędictis. Et tenet in expresso in terminis istis, dominus Felyn. Sandęus, auditor Rotæ meritissimus, in rubrica, de hæreticis. quod est valde notandum, & ad propositum nostrum satis accommodatum, & quamuis ille non dicat, hoc fuit de mente dom. Cardi. in d. cle. j. de sum. trin. in princ. in ij. quæst. & in c. ij. eod. tit. in antiquis. dum dicit, quòd ille tantùm dicitur pertinaciter inhærere hæresi, qui se non corrigit, vel saltem non est paratus corrigi ad mandatum superioris vt d.§ tutores. & d.c.ij. de sum. tri. & facit text. in c. hæc est fides. xxiiij. q. iij. vbi Hieronymus ad Damasiũ inquit. Hæc est fides, Papa beatissime, quã in catholi. didicimus eccle. in qua si minus perite, aut parũ caute forte aliquid positũ est, emendari

Not. illum tex.

Qualiditer dicitur esse in mitio vel correctu, vt quis dicatur pertinax.

dari cupimus à te &c.& videtur hoc satis rationabile. Nam si forsan idiota erraret, & alius simplicissimus homo eum corrigeret de errore, & ad eius correctionem emeretur statim errorem deponere, incideret forte in alium maiorem. vnde dici poterit de tali, Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. Oportet igitur quòd corrigatur, vel moneatur à superiore, vel inquisitore, vel iurisperito: vt suprà dictum est. Adde multa de pertinacia, quæ scribit Archiepis. Flor. ij. parte. titiiij.c.vj. aliquid per Astensem in summa, lib. ij. tit. xxxix.c.ij. in fin. per sanctum Tho. iiij. dist. xiij.& ibi Bonauentura. quarta col. versi. ne autem ignores. & ibi alij recentiores: vide duodecim considerationes, secundum totidem signa, quibus aliquis solet de pertinacia notari vel conuinci, circa materiam hæreticæ prauitatis: per Io. Gerson j. parte. alphabeto xiiij. quas in effectu prosequitur dominus Iacobus de Villascusa, episcopus Malacensis, in suo eleganti opere, de religione Christiana: part.ij.cap.vij. qui pulchrè loquitur. cui ad de gl. notabilem in extrauagante Ioannis. xxij. incipiente, cùm inter nonnullos. in verbo, pertinaciter. vbi ponuntur septem modi, quibus aliquis dicitur pertinax.

§. IIII.

ET secundum ista intelligi debet tex. in dicto c. qui in ecclesia xxiiij. q. iij. dum dicit, Si correcti vt sanum rectumque sapiant, resistunt cõtumaciter, suaq; pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt. Sic etiam intelligi debet c. dixit Apostolus. dum dicit, hæreticum post primam & secundam correctionem deuita. Vide notanter per Gersonem parte j. tractatu, de protestatione. circa materiam fidei, consideratione xj. aliàs alphabeto xiiij. supr. Aliqui grassatores exponunt sic: post primam, quæ fit in publico, deuita, seruato ordine correctionis fraternæ. Quæ expositio bona est, si intelligatur Apostolus loqui de fraterna correctione. Sed si intelligatur Apostol. loqui de correctione, quæ fit per iudicem in foro iudiciali (quòd videntur inuuuere verba Apost. rectè intuenti) intelligendum est, quòd prima correctio est illa, quæ fit per iudicem: dum in primo lapsu pœnitentiam dat, & corripit hæreticum, abiurata hæresi. Secunda verò intelligatur illa, quæ relapsum publicè arguit, & condemnat de relapsu. quia post abiurationem proprio condemnat iudicio, eo ipsoquòd iterum labitur in eam, quam prius abiurauit. tũc enim quia errorem laudat, & virtutem vituperat, ab ecclesia pellendus est, secundum gl. ibi. ita notadicit do. Augu. de Anchona in libro de potestate ecclesiæ. q. xxviij. art. quarto. in solutione primi arg. Aliter tamen exponit S. Th. ad Titum. j. c. dicens, ꝙ Apostolus scribens ad Titum, volebat sibi ostendere, quos debuisset vitare, seu essent vitandi ab hominibus, vel inter homines: & dicit quòd hæreti. dat rationem huius, dicẽs, Quia subuersus est, qui eiusmodi est &c. Vult tamen, quòd moneatur bis, & ter, vt dimittat errorem: & si non dimittit, tunc est hæreticus, & vitandus. Terna enim monitio requiritur, vt sufficiens ad omnia, iuxta illud Cor. in cap. fin. ij. quæst. j. capitul. deus omnipotens. Ecce iam tertiò hic venio ad vos. Cum errante enim iam agendum est à principio, vt corrigatur, iuxta illud Matthæi ix. Non est opus valentibus medico &c.& ideo non est dimittendus, quousque videat, si curari poterit. Sed si non potest sanari, tunc dimittendus est: iuxta illud Lucæ xix. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Idem sentit ipse ij. ij. quę. xj. ar. iij. in corpore quæstionis, dicens, quòd circa hæreticos duo sunt consideranda. Vnum quidem ex parte ipsorum: aliud verò ex parte ecclesiæ. Ex parte quidem ipsorum est peccatum, per quod meruerãt non solùm ab ecclesia per communicationem separari, sed etiam per mortem à mundo excludi. Ex parte autem ecclesiæ est misericordia ad errantium conuersionem: & ideo non statim condemnat, sed post primam & secundam correctionem: vt Apostolus docet. Postmodum verò, si ad huc pertinax inueniatur, ecclesia de eius conuersione non sperans, aliorum saluti prouidet, eum ab ecclesia separando, per excommunicationis sententiam, & vlterius relinquit eum iudicio seculari à mundo exterminando per mortem: vt dicit Hiero. & habetur in capitu. resecandæ. xxiiij. quæst. iij. hæc sunt verba Tho, per quæ vult, quòd non incontinenti sunt igni tradendi, sed omnibus modis trahendi sunt ad ecclesiam. ad hoc tex. valde no. in cap. conuenientibus. j. quę. vij. §, item Petrus. vbi litera, Petrus Apochrysarius Papæ dixit, Romæ exulatus est Macharius hæreticus à sancta sexta synodo: quadraginta dierum indicias dedit illi pater noster Benedictus Papa: & quotidie mittebat ad eum Bonifacium consiliarium suum, & instruebat eum commonitoriis verbis ex diuina scriptura: & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt eum reciperet in ordine suo. Ecce quòd Macharius publicus erat hęreticus, & captus, & detentus à Papa Benedicto. Sed nihilominus ipse Papa mittebat ad eum secretarium doctrinæ, vt eum instrueret, & ad veram fidem conuerteret. Melius enim est, & sanctius, per hunc modum peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere nutantes. vt inquit Hiero. super Hieremiam. & habetur in capitu. recedite. xlv. di. nam vt Augustinus ait in epistola ad Vincentium, & habetur in capitulo. quemadmodum. xxiiij. quæst. vij. quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus. dicentes. Mortuus erat frater & reuixit: perierat, & inuentus est &c. hoc est, quod nos docet Christus Matthæi xviij. & Lucæ. xv. dicens, Quis ex vobis habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam donec inueniat eam &c. dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta & nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. habetur transumptiuè in capitul. pœnitentem. xxvj. quæst. vij. & cap. serpens. de pœni. de pœni. di. j. Et ob hoc Calixtus Papa, vt habetur in capi. ponderet. l. di. inter alia dicebat, Si aliquis lapsus quoquomodo fuerit, portemus eum, & fraterno corripiamus affectu: vnde si correctus errorem corrigat, vel corrigi paratus sit, iste non poterit dici hæreticus pertinax, nec vt talis curiæ seculari relaxari: vt supra dixi, & probatur in dicto capitulo. secundo. de sum. trin. & in capitulo. nec licuit. xvij. distin. & in capitulo. hæc est fides. xxiiij. quæst. j. & in allegato capitulo dicit Apostolus. dum dicit, Sed qui sententiam suam, quamuis falsam atque peruer-

Pro intellectu c. dixit Apostolus.

Nota verba sancti Tho.

Not. illum tex.

Not. illum tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia iuæ præsumptionis deperierint, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt: quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cùm inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. hoc ideo est, quia non habent electionem contradicentem ecclesiæ doctrinę, ex quo parati sunt corrigi. ita declarat sanctus Tho. secunda secundæ. quæst. xj ar. ij. in solutione iij. argu. & Gencillinus & Cardi. in clem. ad nostrum §. penultimo. de hæreticis. Quamuis ergo teneat aliquis ea, quæ sunt contra fidem: dummodo paratus sit corrigi, non est hæreticus: possibile est enim aliquem negare assertionem catholicam, apud catholicos diuulgaram: si tamen est paratus corrigi, si ostendatur sibi, quòd dicta assertio in sacra pagina, vel in determinatione ecclesiæ continetur: talis non est statim hæreticus iudicandus, sed examinandus est, an paratus sit corrigi, & de fide cum diligentia informandus: & si tunc errorem suum correxerit, bene quidem: si autem pertinaciter permanserit, vel non redierit, est vt hæreticus iudicandus. istud est quod volunt iura prædicta si recte considerentur. Ex quibus infertur, quòd illa sola monitio vel correctio censenda est legitima, vel sufficiens reputanda, quæ per episcopum, vel inquisitores, vel alium iuris peritum erranti ostenditur apertè, quòd assertio sua catholicæ obuiat veritati, ita quòd iudicio intelligentium nulla possit tergiuersatione negare, quin sit sibi sufficienter & aperte ostensum, quòd error suus catholicæ veritati repugnat. Vnde si errans quærit certificari de errore, & certificatus statim reuertatur, non præuentus à iudice, non est hæreticus, nec aliquam pœnam meretur. Si autem patitur se præueniri, & delictum est occultum, & statim absque aliqua resistentia paratus est redire: adhuc non est puniendus, vt hæreticus. Si autem notorius est, & patitur se damnari, postea vult redire, adhuc recipitur: sed pœnam patitur, quia detruditur in carcerem, vt capi. pe. de hære. Ista sunt notabilia verba do. Anto. in rubrica, de summa trini. fin. colum. & ad propositum nostrum satis accommodata. Cùm autem in casu nostro iste Rodericus, motus naturali ratione, crederet duos fore deos patrem & filium: hunc autem errorem pertinaciter non teneret, nec defenderet: imò credebat ecclesiam sic tenere, paratus corrigi, docto sibi errore: & statim, quòd fuit edoctus, correctus, seu monitus per inquisitores, in prima sessione, quamuis delictum erat occultum, confessus errorem, & se correxit, erroris veniam cum lachrymis postulans: ergo per consequens non potest hæreticus pertinax dici. vt patet ex prædictis, & in terminis nostris firmat Innocen. in capitulo firmiter. in fine. de summa trini. dicens, quòd si quis tenet fidem implicitam, credendo quicquid ecclesia credit: sed falsò opinatur, ratione naturali motus, quòd pater maior vel prior sit filio, vel quòd tres personæ sint tres res à se inuicem distantes: non est hæreticus: imò nec peccat: intellige vt infrà sequitur, dummodo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credit: quia credit ecclesiam sic tenere, & suam opinionem fidei ecclesiæ supponit: quia licet male opinetur, tamen non est illa fides sua, imò fides sua fides est ecclesiæ: vt dicto capitul. damnamus. in fine. Ista sunt famosa verba Innocentij, vbi suprà. hoc idem referunt & sequuntur Bald. Anto. Cardi. Abbas, & alij, in rubr. eod. titu. Abbas & Felynus in cap. j. de hæreticis. Ioan. de Ana. in capitu. firmissime. eo. ti. Cardin. in clemen. j. §. porro. iiij. quæstio. de summa trini. & in cle. j. de vsuris. §. fina. q. ij. in fine. Bald. in rubric. C. de summa trini. in fine. reputans hoc valde notandum, ad excusationem rusticorum, & idiotarum, qui sæpe impetuntur de hæresi, per inquisitorem, secundum eum. vide Capo. caut. clxxxiij. incipit, bonum & vtile consilium. Idem licet sub aliis verbis sentit sanctus Tho. tertio senten. dist. xxv. q. ij. in solutione primi argu. vbi dicit, quòd non condemnantur simplices pro hæreticis, quia nesciunt articulos, sed quia pertinaciter defendunt ea, quæ sunt contraria articulis: quod non facerent, nisi pro hæresi fidem corruptam haberent: quia licet necessarium sit cuilibet credere articulos fidei, quantum sufficit ad dirigendum in vltimum finem, secundum eundem Tho. vbi suprà. quæst. j. ar. j. Satis tamen erit laico, maxime idiotæ, credere articulos fidei implicitè, secundum quod ecclesia credit: vt tradit Innocentius. quem omnes referunt, & sequuntur in capitu. firmiter. de summa trini. Abbas, & alij, in rub. eod. titul. Et hinc est, quòd dubitans, vel malè sentiens de articulis fidei, non est propriè hæreticus, vt dixit gloss. not. in §. quia vero. xxiij. quæst. iij. quæ inter alia dicit, quod qui non tenet articulos fidei, dicitur large hæreticus. quam glosam reputat singularem Ioan. de Ana. in dicto ca. firmissimè. in fin. de hæreticis. Idem tenet Iaco. Butr. in l. ij. eod. tit. C. quem refert & sequitur idem Ioan. de Ana. in cap. j. in fine. eod. titu. idem tenet Cardi. in dict. clem. j. de summa trinita. §. porro. ad finem. Sunt enim aliqua in fide, ad quæ explicitè cognoscenda omnis homo tenetur. vt puta articulos fidei omnes, secundum beatum Thomam, secunda secundæ. q. j. ar. v. vel saltem eos, qui communiter in ecclesia docentur, & prædicantur, secundum Scotum, tertio sententiarum. dist. xxv. de quo plenius disserit episcopus Malacensis, in suo eleganti opere, de religione Christiana, parte secunda. capitulo secundo. vbi secundum magis & minus Christianos ad hanc explicitam credentiam teneri dicit, secundum personarum qualitatem. Vnde non æqualiter omnes, vt ibi late prosequitur, quem rogo videas, quia pulchre loquitur. Vnde si in his aliquis errat, infidelis reputatur, & hæreticus, si pertinaciam adiungat. Sunt alia, ad quæ explicitè credenda homo non tenetur, & in his errans non efficitur hæreticus: vt si aliquis simplex credat Iacob patrem fuisse Abrahæ, quod est contra veritatem scripturæ, quam fides profitetur, quousque hoc sibi innotescat, quòd fides ecclesiæ contrarium habet, quia non discedit per se loquendo à fide ecclesiæ, nisi ille, qui scit hoc, à quo recedit, de fide ecclesiæ esse. Ista sunt noranda verba sancti Thomæ, quarto sententiarum, distinctione xiij. quæstione secunda. in solutione texti argumenti. quem sequitur Archiepiscopus Florentinus, secunda parte summæ, titulo xij. capitulo quarto. in in fine.

Et quamuis ille non dicat, hoc idem voluit sanctus Thomas, primo sententiarum, distinctione xxxiij. articulo quinto. in corpore quæstionis. dicens, quòd contradictio de his quæ ad fidem pertinent, potest esse dupliciter: vel quia est de illis, quæ expressè in articulis fidei continentur, quos scire omnes tenentur: & circa talia contradictio non est sine peccato in altero, vel erroris simplicis, vel hæresis, si pertinacia adiungatur. vel est de illis, ad quæ consequitur aliquod inconueniens, & contrarium fidei: licet in fide expressum non sit, nec determinatum: & tunc ante pertractionem, per quam scitur, quòd aliquod inconueniens fidei sequitur, potest vtrunque sine peccato opinari, & maximè si pertinacia non adiungatur. Sed pertracta veritate, & viso quod sequitur, idem iudicium est de his, de illis quæ determinata sunt in fide, quia ad vnum sequitur alterum. sicut si aliquis simplex & scripturas ignorans, crederet Iacob patrem Isaac fuisse, ad quod sequitur scripturam esse falsam, quod est expressè contra fidem. antequam sequi ostenderetur, ibi posset eius opinio sine peccato esse, sed ostenso, quòd sequitur scripturam esse falsam, si adhuc in opinione pertinaciter persisteret, hæreticus iudicandus esset. hoc etiam fuit de mente sancti Thomæ, secunda secundæ. quæstio. iij. arg. vj in solutione. vj. arg. vbi dicit, quòd simplices non sunt examinandi de subtilitatibus fidei, nisi quando habetur suspicio, quòd sint ab hæreticis deprauati, qui in his, quæ ad subtilitatem fidei pertinent, solent fidem simplicium deprauare. Si tamen inueniantur non pertinaciter peruersæ doctrinæ adhærere. si in talibus ex simplicitate deficiant, non eis imputatur. Hæc ille. Idem sentit super epistolas Pauli ad Titum. capitul. fina. secunda columna, verficulo secundo. ex parte electionis. vbi dicit, quòd si eligens errorem fidei non est pertinax, sed est paratus corrigi, secundum ecclesiæ determinationem, & sic non ex malitia, sed ex simplicitate, vel ignorantia, non est hæreticus. Idem Petrus de Palude, quarto sent. disti. xiij. quæstio. secunda. dicens, quòd hæreticus dicitur ab electione, seu hærendo, & hæresis est secta vel diuisio, à verbo, hairoumai, quod est eligo, vnde quando ex electione & non simplici ignorantia quis diuidit se à fide catholica, in quocunque articulo, quem tenetur explicitè scire, vel alio, per ecclesiam declarato, cum pertinacia, ipse est hæreticus vere. Secus ergo, si ex simplici ignorantia, vel imperitia.

Et videtur mihi satis rationabile, ac consonum, ignorãtibus enim & simplicibus parcendũ est, vt c. super literis. de rescrip. & c. inter corporalia. de translatione prælatorum. Prope fine. ibi, veniam erroribus dedimus. quia nõ ex malignitate, sed ex simplicitate peccarunt. ad idem c. cum vniuersorum. de rerum permutat. ibi, vt tamen simplicitati venia tribuatur. & c. tanta. lxxxvj. dist. in fi. dum dicit, sed quia simplicitatem tuam cum senectute cognouimus &c. & collegit ibi gloss. quòd parcitur simplicitati. Ad idem pulcher textus in cap. scriptura. de consecrat. distinct. ij. vbi litera, Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter, non hoc obseruauerit. & tenuerit. quod nos dominus facere magisterio & exemplo docuit, potest simplicitate eiusdem indulgentia domini venia concedi. Ex quibus omnibus patet, quòd huic rustico simplici parcẽdum est, quãuis erraret proferendo verba prædicta. Qualitas enim personarum in dictis factis attendenda est: vt l. prima. C. si quis impera. male. cum concordantiis. Ad prædicta facit notabilis decisio Matthæi doctoris antiqui, & magnæ authoritatis. in clemen. j. §. nos igitur. de summa trinita. & Ioann. de Ligniano, quos sequitur ibi dominus Cardin. in quarta quæstione. Idem Matthæus in clem. nolentes. de hæreticis. quem refert & sequitur ibi Ioannes de Imola, penultima colum. in princip. Lapus, Abba. in clemen. vna. §. fina. de vsuris. quem refert & sequitur ibi dominus Cardi. in v. quæstio. qui omnes conformiter tenent, quòd si quis per lubricum linguæ, aut ioco, vel fatua simplicitate asserat aliquid hæreticum: vt puta, quòd exercere vsuras non est peccatum: non est hæreticus, neque per inquisitores in aliquo debet puniri: sed per eius ordinarium imponetur ei saltem aliqua leuis pœnitencia salutaris. Lubricum enim linguæ, ad pœnam facilem trahendum non est: vt dicit text. in l. famosi. ff. ad legem Iuliam maiestã. Aliqui tamen ex prædictis fatentur quòd etiam per inquisitores & iudices fidei poterunt leuiter castigari: ratio est, quia isto casu nõ concurrunt necessaria ad hæresim, scilicet error in intellectu, & pertinacia in voluntate. ergo &c. Cùm autem in casu nostro iste Rodericus delatus, verba prædicta protulit, aut ex lapsu linguæ, aut fatua simplicitate, vel diabolica suasione, credens ecclesiam sic tenere, paratus corrigi non seriosè, vel pertinaciter, vt sæpe dictum est: concluditur de necessario, quòd non potest dici hæreticus pertinax: quia de eius pertinacia nec constat, nec constare potest: vt apparet ex prædictis.

§. V. *Pro intelle ctu ca. j. de hæret.*

ET per ista, meo iudicio, tollitur de medio vnum, quod tanquam præcipuum adducit dominus promotor fiscalis contra eum dicendo, quòd ex quo iste Rodericus fuit dubius in his, quæ sunt fidei, infidelis est hæreticus: vt capitulo primo. de hæte. quia vt ibi dicit Ioan. And. quem alij sequuntur, illud procedit, quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quandam pertinaciam: vt quia perseuerat in illa dubitatione. alias secus. Hoc idem tenet Augustinus de Anch. in libro, de potestate ecclesiæ. q. xxviij. artic. j. vbi ponit quinque modos, quibus aliquis potest esse dubius in fide. quem refert & sequitur Archiepiscopus Florentinus iij. parte. ti. xxiij. capitul. fina. §. x. de potestate Papæ &c. recitat dominus Episcopus Malacensis, in præallegato suo opere, de religione Christiana. parte ij. ca. quarto. vbi multa cumulat ad intellectum prædicti ca. j. de hæreticis. quæ per te videas. vbi reperies, an & quando dubius in fide debeat hæreticus censeti. Idem in effectu voluit Gulielmus: doctor antiquus, prout refert Archiepiscopus Florentinus, in summa. ij. parte, titu. xij. cap. iiij. in fine principij. dicens, quòd tunc dubius in fide infidelis est, quando sponte vult dubitare: secus si vacillat circa fidem ex tentatione, sed cum displicentia rationis, quasi tunc sit paratus corrigi, & per consequens non adhæret dubitationi cum pertinacia. Vel aliter potest intelligi, quòd dubius in fide sic infidelis, quando dubitat de tota fide Christiana: quoniam talis cẽsetur pertinax, & incorrigibilis, seu pertinaciter dubitãs: quia non est paratus corrigi per doctrinã, quam dubitat verã: cùm nullus nisi

per

Conclusio.

Demonitione vel correctione.

Pro simplicibus male sentiẽtibus de articulis fidei.

Errans in his quæ tenetur explicite credere, non est hæreticus, si nõ est pertinax.

No hancdoctrinã tnn pro simplicibus.

per veritatem corrigi velit. Secus tamen est de illo qui totam fidem generaliter tenet, saltem implicitè, dubitat tamen de aliquo articulo speciali nescíens illum in sacris literis contineri, vel credit aliquid aliter intelligi, per aliquã autoritatem sacræ scripturæ, quam male intelligit. Nam iste talis, non iudicatur hæreticus, ex quo paratus est corrigi, & non pertinaciter illud tenet: quia tunc remanet aliquid ex fide, per quod probari potest eius error. ita notanter intelligit dictum capit. j. Guilielmus Ocham in suis dialogis. j. part. lib iij. ca. x. & alibi non legi. de quo ibi latius per eum. Adde, quòd discredens vnum articulum fidei, nõ habet fidem formatam, nec informem: vt latè & singulariter firmat sanctus Thomas ij. ij. quæstio. quarta. artic. tertio. cuius meminit doctor de Villa Diego. in tract. hæreseos. q. xx. colum. iij. Cùm autè iste Rodericus simplicissimus homo, teneat quicquid sacrosancta mater ecclesia, quamuis dubitaret de vnitate essentiæ diuinæ propter authoritatem malè intellectam, vel ex simplicitate, vel diabolica suasione, paratus tamen corrigi, nullo modo potest dici hæreticus pertinax. Credit enim iste Rodericus, Deum patrem, Deúmque filium Iesum Christum passum surrexisse, & remuneratorem bonorum operum, &c. quod ei tanquam laico idiotæ sufficit credere: iuxta illud Hebræorum xj. Sine fide, inquit, impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. hoc ideo dicit Apostolus, quia nemo potest placere Deo, nisi accedat ad ipsum. Iacob. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Psal. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed nullus accedit ad eum, nisi per fidem: quia fides est lumen intellectus. ergo nullus potest Deo placere, nisi per fidem. Accedenté autem per fidem, oportet credere Domino, tanquam termino motus, qui est ipse Deus. vnde dicit, oportet accedentem credere Deum, quia est: oportet etiam, quòd accedens sciat, quòd Deus habeat prouidentiam de rebus: aliter nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. vnde dicit, Et inquirentibus se, &c. Esaiæ 4. Ecce Dominus veniet, ecce merces eius cum eo. Merces autem est illud, quod homo quærit ex labore. Matthæi xx. Voca operarios, & redde illis mercedem suam: quę merces nihil aliud est, quàm Deus. quia nihil extra ipsum debet homo quærere. Genes. xv. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Deus enim nihil aliud dat, quàm seipsum. Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Thren. tertio. Pars mea Dominus, dixit anima mea, &c. Et ideo dicit, remunerator est inquirentibus eum, non alius. Psalm. Quærite Dominum, & cõfirmamini: quærite faciem eius semper. Hæc sanctus Thomas vbi suprà, & subdit, quòd hæc duo sufficiunt ad salutem, credere Deum esse remuneratorem bonorum, & credere articulos implicitè: vt etiam tenet Innoc. in c. firmiter. Andr. Cardin. Abb. & alij in rubr. eod. tit. quia post peccatum primi parentis nemo potuit saluari à reatu culpæ originalis, nisi per fidem mediatoris. Sed ista fides diuersificata est, quantum ad modum credendi, secundum diuersitatem temporum, & statum. Nos autem, quibus est tãtum beneficium exhibitum, magis tenemur credere, quàm illi, qui fuerunt ante aduentum Christi. Vnde credere debemus in Deum explicitè. Aliis verò sufficit implicitè credere, præsertim idiotis, simplicibus, laicis, & mulieribus, vt per sanctum Thomam, vbi suprà, qui latius loquitur. & secunda secundæ, quæst. secunda. argum. v. in corpore quæstionis. & latius & melius Bonauentura iij. senten. distinct. xxv. argum. j. qui dicit, quòd aliquos articulos fidei tenentur laici explicitè credere, scilicet, Deum esse trinum & vnum, &c. alios implicitè. Sed ad casum nostrum non est vis, vtrum quis dubitet, vel erret in articulis, quos tenetur explicitè credere, vel in his quos sufficit implicitè credere. quia neutro casu incurret hæresim, nisi pertinaciam adiungat, secundum Thomam quarto sentent. distinctio. xiij. quæstio. secunda. in solutione sexti argumen. & Archiepiscopum secunda parte summæ. tit. xij. cap iiij. in fine & Petrum de Palude quarto sentent. distinct. xiij. quæst. ij. in principio. de quibus suprà habita est mentio. Sed quamuis excusetur quis ab hæresi, si errat in his, quę explicitè credere tenetur, si pertinaciam non adiungat, non tamen excusatur à peccato.

§. VI. Nota hanc considerationem.

ET secundum ista intelligo illud, quod notanter dicit sanctus Thomas, prima part. quæst. xxxiij. arg. quarto, in corpore quæstionis, dum dicit, quod in his, quæ ad fidem pertinent directè, sicut ea quæ sunt nobis principaliter diuinitus tradita, vt Deum esse, & filium Dei esse incarnatum, & huiusmodi: circa ista falsum opinari, hoc ipso inducit hæresim, maximè si pertinacia adiungatur: quia in omnem terram exiuit sonus eorum, vt dicit Psalmus 18. & Apostolus ad Romanos ca. x. transumptiuè in cap. ibi dominus. xix. distinct. dixi latè in tractatu Insularum. cap. j. §. tertio. Et circa istud subdit ibi Apostolus, Si quis autè ignorat, scilicet, ea quæ Dei sunt, de iure naturali, ignorabitur à Deo, id est reprobatur. ita exponit Gregorius in moralibus, quia ignorantia, quæ dicit priuationem cognitionis necessariæ ad salutem, & est in nobis, & à nobis culpa est, præsertim cũ sumus in via veritatis voluntariæ, ab ea recedimus in viam erroris nos præcipitantes. & hęc est ignorantia erronea, vt in hæreticis, quæ non iuuat, quando est circa fundamentũ fidei, vel circa alia, quæ fidei sunt, adiuncta pertinacia. istud est, quod notanter voluit Bonauentura secundo senten. distinc. xxix. q. ix. Istis ergo meritò dicet Dominus illud, quod habetur Matthæi 25. cap. Amen amen dico vobis, nescio vos. Esaiæ 5. Propterea ductus est populus meus captiuus, quia non habuerunt scientiam. Psalmus. Nescierunt enim sacramenta Dei, nec intellexerunt. Sapientiæ quarto c. Hieremiæ secundo. Tenentes legem nesciuerunt me. talis dicere potest illud Psalm. Lumen oculorum meorum non est mecum. de tali intelligẽdum est illud, quod habetur secundi Regum quinto cap. Cæcus & claudus non intrabunt in templum Dei, scilicet, gloriæ. cæcus qui ignorat Deũ, vel ipsum negat, claudus, qui Deũ cognoscit, & ea quæ Dei sunt, nõ tamen operatur rectè. Cùm autè iste Rodericus cæcus non sit, quia Deũ cognoscit, & credit quicquid ecclesia tenet, quãuis dubitaret circa vnitatem Dei, & virginitatem virginis, paratus corrigi. nõ est hæreticus, & templũ Dei intrabit, præsertim cùm putauerit ecclesiã hoc ipsum tenere,

Ignorans ignorabitur.

Quando sit credẽdũ cõfessioni alicuius.

nere, vt ex sua confessione clare constat. Cui quidem confessioni stãdum est: quia cùm sit res, quæ dependet ab eius animo & voluntate, credẽdum est sibi, ac suo iuramento. per id quod dixit glos. in fina. §. institution. de actionib. bonus textus in capite, significasti. de homicidio. & in capit. si verò. de sententiis excommunicato. vbi qui percutit clericum, ignorans probabiliter eum clericũ, excommunicatus non est: quam ignorãtiam probat per proprium iuramentum.

§. VII. Cõfessio circa prohibita quãdo interpretetur in malã partem.

NON obstat, quod dominus inquisitionis promotor in contrarium adducit, & satis subtiliter. dicendo, quòd cum prædicta verba hæretica sint, & ab ecclesia damnata, vt suprà dictũ est: præsumendum est contra proferentem, quod seriosè dixerit, & malo animo, ac deprauato: quia omne male dictum aut malefactum ex praua intentione processisse præsumitur, vt l. si non conuitij. C. de iniuriis. vbi dicens alteri verba contumeliosa, præsumitur dixisse iniuriandi causa. ad idem cap. primo. de præsumptionib. & l. prima C. de sicariis. quæ præsumptio fundat intentionem accusatoris, vel denuntiatoris, & transfert onus probandi in aduersarium, vt nota. in l. siue possidetis. C. de probationi. & videtur casus in terminis, in cap. cùm dilecti. de accusationi. vbi confessio etiam iurata, quæ potest torqueri ad bonum, & malum, ex quo prima fronte sonat in delictum, debet fieri interpretatio in malam partem contra confitentem. nisi is, qui confitetur, excusationem alleget & probet. Nam ibi episcopus confessus est super dilapidatione, naufragio, & simonia, & sua confessio poterat referri ad bonum, & ad malum, vt ibi dicit tex. Episcopus volens se excusare, arctatur ad probandum excusationes suas, propter præsumptionem, quæ erat contra eum, ex sua confessione, super rebus, quæ sapiunt delictum. vt est ibi textus singularis, secundum omnes, quem sic inducit dominus promotor fiscalis contra hunc Rodericum. Ad cuius confirmationem facit quod notanter voluit Bartolus, quem alij sequuntur, in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. le. vbi dicit, quòd si quis confitetur se occidisse hominem, sed ad sui defensionem, præsumitur cõtra confitentem, adeò quod eius confessio potest scindi, & acceptari, quatenus confitetur hominem occidisse, a quia homicidium est de genere prohibitorum. & quatenus subdit, qꝙ ad sui defensionẽ occidit poterit reprobari. Vnde nisi aliter probet, qꝙ ad sui defensionem occidit, condemnabitur. Hanc doctrinam sequitur Abbas. in capitulo bonæ. el secundo. de postul. præl. in fine. & in capitulo cùm venissent. de instit. ponderans ad hoc illum textum, iuncta glos. reputans eum notã. Idem tenent multi alij, de quibus per Moderniores in dicto capitulo cùm dilecti. & in tractatu maleficiorum. in parte, comparent dicti inquisiti, & partem confitentur, partem negãt. Ad prædicta facit textus in capit. contra Christianos. de hæreticis. libro sexto. vbi ex hoc solo, quòd quis fecit ritum Iudeorum, condemnatur vt hæreticus, cùm videatur Iudaizandi intentione fecisse. Iudaizare autem, est facere id, quod soli Iudæi facere solent, secundum Abulensem, Exod. xxviij. capitulo in parte. nec audientur ex ore vestro. Ex tali ergo facto, quod non nisi per Iudæos fieri solet, arguitur Iudaizandi intentio & voluntas. Iudaizare etiam est non facere, quod in lege obseruabatur, ea intentione, vt legalia obseruentur, secundum Anselmum. vt tradit beatus Thomas in quarta distinctio. xj. arg. ij. in responsione ad ij. Siue ergo quis faciat actum, siue omittat facere ea intentione, vt legalia obseruet dicitur Iudaizare. Quòd si de intentione non appareat, in dubio præsumitur ea intentione Iudaizandi fecisse, vel omisisse. Cùm igitur de actu, vel omissione constet, præsertim in persona suspecta: videtur hoc sufficere ad eius damnationem. Quoniam ex quo per confessionem & assertionem huius Roderici constat de suo delicto & errore: contra huiusmodi actum exteriorem actus interior, id est, voluntas eius, vel intentio non delinquendi, probari non potest. argum. cap. tua. in verbo, non videmus. de sponsalib. & ibi Io. And. secundum Baldum in rubri. C. si quis aliquem testari prohibuerit. colum. decima quarta. versicul. præterea actus. Ad hoc tamen potest responderi, quòd in casu nostro interueni taliquis actus exterior, sed sola confessio, per quam detegitur conscientis intentio primo aspectu. Vnde ad probandum contrariam voluntatem, posset admitti. Sed quamuis ista probatio difficilis esset, non tamen impossibilis: vt sentit idem Baldus in dicta rubr. columna decima. versic. contrarium. vbi si aliquis dixit, Sponte facio: per talia verba metus tempore prolata, metus non purgatur, sed geminatur. Probando ergo metum adesse tempore quo dicit, Sponte facio: probatur contraria voluntas, vel intentio. Idem esset, quando probaretur interuenisse metum, vel dolum, quando factus est actus exterior ex quo arguitur animus, vel voluntas. Vnde nõ videtur vsquequaque vera doctrina Baldi prædicta, nec probatur ex dicto capitulo tua. in verbo, non videmus. aliter enim intelligitur ibi textus, vt sentit glos. in verbo, constiterit. quæ exponit, non videmus qualiter tibi constiterit, &c. vtrum in foro pœnitentiali, an contentioso. Contra actum ergo exteriorem, alicuius mentem declarantem, probari potest actus interior, id est, contraria voluntas, mens, vel intentio, probando actum contrarium exteriorem. quoniam per actus exteriores declaratur animus, & voluntas alicuius: vt colligitur ex capitu. accusatus. de hæreticis. libro sexto. & ibi notat Ancharanus, circa finem. nam & facto voluntas datur intelligi. l. de quibus. de legibus. l. reprehendenda. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. cum similibus. ea quippe, quæ consistunt in animo, probantur per signa exteriora. capitul. à nobis. secundo. de sent. excommunicatorum. & & ibi notat Marianus, in septimo notabili. Ad ista multiplex patet responsio. Prima, quòd generalis præsumptio, quæ facit contra istum Rodericum, ex ratione, de qua suprà, tollitur per aliam præsumptionem particularem, quæ facit pro illa, scilicet eius simplicitas, & personæ qualitas, vt suprà dixi. quando autem concurrunt duæ præsumptiones contrariæ, specialis vincit generalem. arg. regulæ, generi. de regulis iuris. libro sexto. & capi. primo. de rescriptis. cum concordantiis. Et in specie facit textus notandus, in cap. literas. de præsumptionib. vbi probatur, quòd stãdum esset præsumptioni validiori inter duas præsumptiones

Occidi hominem ad suæ defensionem. a Adde Ia. a in l. vt vim. co. 2. ff. de iust. et iu. & plenius per Hyp. in fin. gul. 87. in ci. confessio. & vide So. ci. in l. 1. ff. de vul. & pup. Ioan. Bern.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumptiones contrarias. Istud est, quòd interminis nostris voluerunt Lapus, Cardinalis, & alij in dicta clement. vna. de vsuris. §. sane. quos refert & sequitur doctor de Villa Diego, in suo tractatu hæreseos. quæstione j. in fine. pone inquit, quòd ille, qui dixit aliquid contra fidem, dicit se non seriosè, nec ex animo, sed potius ira, ioco, vel ex lubrico linguæ, seu ex fatua simplicitate, an sit puniendus, dicunt quòd extraordinariè punietur arbitrio iudicis, & imponetur ei aliqua leuis pœnitentia salutaris. Subdit tamen ille doctor: Augerem tamen ego pœnam ex qualitate personæ, & ex quantitate loci, & personarum astantium, & scandali exinde secuti: quæ omnia, & etiam alia, in puniendis delictis sunt attendenda. Præsumerem tamen ego, dicit ille, verba seriosè fuisse dicta: quia omne male factum, praue præsumitur actum: vt dicto capite primo, de præsumpt. nisi ex coniecturis contrarium appareret. Ecce quomodo ille doctor ex coniecturis admittit præsumptionem cõtra præsumptionem, quæ sumitur ex illis iuribus. Sed quæ maior præsumptio, quàm simplicitas & ignorantia istius delati?

§. VIII. *Pro intellectu ca. cùm dilecti. de accus.*

a *Adde laf. in l. vtvim. ff. de iust. et iur. Io. Ber.*

AD textum in dict. c. cùm dilecti. respondetur, a quòd ideo fit ibi interpretatio in malam partem contra illum episcopum cõfitentem, quia à principio iurauit meram & simplicem dicere veritatem: & tunc confessus est contra se, & præsumitur veritatem dixisse. Quapropter licet postea velit suam confessionem excusare, non admittitur: quia verisimilius est, quòd à principio dixerit veritatem, quàm postea. arg. dict. c. literas. vbi ille Guilielmus, quando ad fidem rediit, confessus est fratrem laborare eodem morbo. postea verò in alio iudicio, dum fieret inquisitio contra fratrem, purgauit illum cum iuramento, dicendo quòd credebat illum fuisse & esse catholicum: & sic aut primò dixit mendacium, aut postea periurium. Sed Papa arbitratur, quòd potius incidit in periurium: quia non est verisimile, quòd ille tempore conuersionis suæ dicisset mendacium in fratrem: erat tamen præsumptio pro secundo dicto, quia fuerat iuratũ. Sed prima præsumptio erat validior. Idé erat in casu d. c. cũ dil. quia ex quo ille episcopus à principio iurauit merã & simplicem dicere veritatem, præsumendum erat, quòd veritatem dixerit ideo licet postea suam confessionem velit excusare, non admittitur: quia ex quo fuit confessus de facto proprio, quod scire præsumitur: vt nota. in capit. ab excommunicato. de rescriptis. contra suam confessionem non est admittendus, præsertim ex interuallo: sicut in teste dicimus, qui dictum suum ex interualio corrigere nõ potest: vt cap. præterea. de testi. cog. Facit in fi-

No. *illud dictum Bald.*

mili, quod voluit Bald in rubr. C. de reuo. his quę in frau. credit. in fi. quòd licet notarius videatur rogatus apponere omnes clausulas, quæ de consuetudine apponuntur. l. generaliter. C. de fideiuss. procedit, donec contractus est in fieri: licet post quam est in facto esse, non. quod dictum vt singulare refert Andreas Siculus in capitulo secundo. de preca. secunda columna. inferens ex eo limitationem ad illum textum & alia iura, quæ volunt, quòd prælatus, vel administrator faciens con-

b

tractum, potest illum reuocare, cum pœnæ adiectione, dum contractus est in fieri: secus si in facto esse, vt ibi latius per eum: per hæc, & alia multa, quæ ex proposito transeo sub silentio, patet maximam esse differentiam, & vim inter illud, quod à principio quis dicit, aut facit: & illud quod ex interuallo. De intellectu dicti cap. cùm dilecti: multum laborat Antonius in cap. fin. de confessis. colum. xix. de quo meminit Augusti. in tracta. de maleficiis. in parte, comparent dicti inquisiti, & in termino defensionis. in principio. & Iason in l. vt vim. ff. de iust. & iu. colum. tertia. versic. quarto circa prædicta. & ibi recentiores. Cumque in casu nostro iste Rodericus interrogatus ab inquisitoribus, meram & simplicem veritatem dixit, ex simplicitate verba illa protulisset: credendum est sibi, cum subdit, quòd credebat ecclesiam sic tenere. Vnde à principio iste Roder. qualificauit confessionem suam, cui standum est: non autem ex posttacto, vt faciebat ille episcopus, in dicto cap. cùm dilecti. vt suprà dictum est. Quinimo non solùm volebat ibi episcopus suam confessionem qualificare, quod forian licitum sibi foret, vt ibi probatur, secundum vnam lecturam, quam ibi tenent aliqui doctores, & Bald. in cap. primo. §. item si vasallus. secunda colum. de controuersia inuestituræ. & in l. secunda. in fi. C. de cust. reorum, & in additio. ad Spec. titul. de positionibus. §. x. sequitur. prima colum. versic. item si ponens. & in authent. contra qui propriam. fin. colum. C. de non num. pec. quem sequitur And. Sicu. in c. fi. de solut. iij. colum. & Iason. in dicta l. vt vim. ff. de iust. & iur. colum. iij. versic. quarto quæro. & ibi Claudius. colum. xiij. Sed volebat ille episcopus suam primam confessionem in totum perimere, quod non poterat, vt ibi est casus, secundum præfatos doctores. Vel aliter potest intelligi ille textus, quando quis simpliciter à principio confessus est delictum proprium, propter quam confessionem poterat damnari, quo casu fit interpretatio contra continentem, per not. in l. prima. C. de confessis. & in cap. fina. eodem titu. & in locis suprà allegatis. Secus tamen est, quando ea, quæ crimen sapiunt, probantur per testes cõtra reum. nam tunc benigna fit interpretatio in bonam partem, iuxta not. per Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunt. per Abba. in cap. in præsentia. de probat. quarta colum. & in capit. auditis. de præscript. quia probatio debet de necessitate concludere, præcipue in criminalibus, vt dicto c. in presentia. & l. sciant cuncti. C. de probatio. hæc fuit noua & subtilis consideratio domini Felyn. Sandæi, auditoris Rotæ, ad illum text. in dicto c. cùm dilecti. iij. col. ver. Posset tamen fieri vna consideratio, quæ mihi satis placet. quia quando dicta, vel facta possunt referri ad delictum, & non delictum, iura interpretantur in meliorẽ partem, vt l. merito. ff. pro soc. & regula, et tote. de regul. iur. facit glos. in c. abfit. xj. q. iij. & text. in c. in scripturis. xcvj. di. vbi ponuntur verba Imperatoris dicẽtis, q̃ si videret clericum amplexantẽ mulierem, præsumetur q̃ causa benedicendi eam hoc faciat. Hinc est, quòd si quis faciat articulum, q̃ Titius cognouit Bertam per vim, non obtinebit, quia non concludit, potest enim esse, quòd fuit vis passiua, non actiua, secundum Bartolum in l. j. de duob. re. b Ad ista facit no. dictum Inn. in c. super his. de acc. vbi dicit, quòd si quis apponat exceptionem cõtra electum, & illã probet, oportet q̃ sit talis quæ necessariò inferat delictũ, & nõ posit

Noua considerationis.

b *Adde no. per Hyp. in rubr. C. de probat. col. 75. vbi hic & similia describit. Ioan. Bern.*

posit aliud importare. non ergo sufficit, quamuis prima facie sonet in delictum. Hinc est, quòd si quis excipiat contra electum, quòd sit venator: quamuis hoc probet, non obtinebit. quia impetrabitur, quòd hoc faciat licitè causa recreationis

a *Adde no. per Hypol. vbi suprà. Ioan. Bern.*

a iuxta not. in cap. j. de cleric. venat. & si probet eum irascibilem, interpretabitur, quòd ex iusta causa irascatur. ita not. dicit Inno. in c. dudum. el ij. de elect. & multum commendant Anto. & Abb. ibi, col. antep. Multa his similia adducere possem ad hoc propositum, quæ breuitatis causa omitto. Secus tamen est, quando confitetur quis simpliciter delictum, & postea vult suam confessionem perimere, non potest: quia cùm à principio potuit illam qualificare, vel modificare, & non fecit, imputetur sibi. arg. l. veteribus. ff. de pactis. & in l.

b Labeo scripsit obscuritatem. ff. de contrahenda empt. & l. quicquid astringendæ. ff. de ver. oblig. Ex istis patet responsum ad d. c. cùm dilecti. vbi duo interuenerunt. Primum, quòd ille episcopus à principio iurauit meram & simplicem veritatẽ: & vigore huius iuramẽti confessus est simpliciter contra se: ideo non admittitur volens postea suã confessionem perimere: quia præsumitur prius dixisse veritatem. Secundum, quia hanc interpretationem, vel peremptionem volebat facere ex

c interuallo, ideo non admittitur. Secus est in casu nostro, in quo à principio meram & simplicem veritatem dixit: postea verò nihil vult addere vel detrahere. Ecce quomodo differt casus noster à casu d. c. cùm dilecti. differt etiam in alio, quia ibi per confessionẽ episcopi constabat omnino de delicto simoniæ, &c. Sed in casu nostro nec per testes nec per confessionem rei de delicto cõstat hæreseos: quia non constat de errore intellectus, nec de pertinacia ipsius Roderici, sine qua nullus potest dici hæreticus, vt suprà latè ostensum est.

d Ex quibus omnibus videtur necessario concludendum, quòd credatur confessioni istius Ro. &

e per consequens tollatur de medio præsumptio, quòd deprauato animo illa verba protulerit.

§. IX. *Conclusio. Pertinacia non præsumitur, nisi probetur.*

ET posito sine veritatis præiudicio, quòd error in mente præsumatur: non tamen præsumetur pertinacia in eo, quia pertinacia nunquam præsumitur, nisi de illa constet, vt colligitur ex iuribus prælegatis. & tenet in expressò Ioan. And. in c. cùm contumacia. de hæret. libr. vj. refert & sequitur ibi Anchar. & Dominicus in ij. colum. & Ioan. de Ana. in cap. excommunicamus. §. qui autem. ij. col. in fi. eod. tit. quod est valde notandum, & ad propositum nostrum satis accommodatum. Ratio est, quia cùm pertinacia sit qualitas facti, quæ perficit hæresim, quod est grauissimum delictum: oportet de illa constare verè, & non præsumptiue: quia in delictis probationes debent esse luce clariores, vt dict. l. sciant cuncti. cum concordantiis. Probabitur autem pertinacia altero de modis prædictis.

§. X. *Tamenti*

POSITO adhuc, quòd mihi dicatur, q̃ pertinacia non tantum iudicatur in exteriori actu, ita q̃ ille solus reputetur pertinax in errore qui verbis aut scriptura monitus resistit, imò etiã videtur ille pertinax, qui contra veritatẽ in ecclesia prædicatam latentet diu persistit, vel vsque ad mortem perdurat: quia talis nõ videtur per ignorantiam, sed per obstinatam malitiãin tali errore tanto tempore perseuerasse: & ideo ecclesia tales præsumit hæreticos: vt no. dixit Archiep. Flor. ij. par. sum. tit. xij. c. v. §. j. col. antepe. Ad hoc responderi potest, q̃ dato, q̃ ista doctrina vera sit (de cuius veritate multi dubitant) quantũ ad casum nostrum, secum trahit solutionem, quoniam iste Ro. non perstitit in sua dubitatione diu, nec latenter, imo publicè corã astantibus ista verba protulit ex quo arguitur eius simplicitas & ignorantia, atq; per consequẽs eius excusatio. ad hoc bene facit gl. no. in l. j. C. de interd. ma. & in l. qui contra. C. de ince. nup quæ dicit, q̃ mulier, rusticus, miles, & aliæ personæ, quæ excusant propter ignorantiam iuris, habent excusationem in his,

b quæ publicè dicunt, vel faciunt b: secus si clam, & absconsè, seu occultè. ad hoc valde commendat illam gl. Bal. & reputat singularẽ. de quo exclamat Io. de Ana. in c. cùm ex iniuncto. de hæret. ij. col. ponderans ad hoc illum text. dum dicit, occulta conuenticula celebrari. vbi contra hæreticũ ponderatur, q̃ occultè conuenticula celebrauerit. ex quo infertur, q̃ actus clandestinus semper interpretatur in deteriorem partem. Et hinc est, q̃ si pars sibilat in aurem iudicis, loquens sibi secretè

c ex hoc redditur iudex suspectus. c vt nota. voluit Spec. tit. de positionibus. §. septimo. versi. quid si ponens. refert & sequitur Abb. in c. accedens. ij. iiij. col. vt lit. non contest. & istud dictum habetur in solenni cultu apud doctores. Hinc est etiam, q̃ prohibentur clandestina matrimonia, vt per totum tit. de clandestina desponsa. bene facit l. pupillus. ff. de author. tut. & l. cùm ipse tutor. C. de contrahend. empt. vbi tutori permittitur emere rem pupilli palãm, non autem clãm, propter fraudem præsumptam. de quo per Abb. in ca. cùm in iure. de elect. d Hinc est, quòd permittitur parti dare pecuniam iudici, vt iustam ferat sententiam, vel testi, vt verum dicat testimonium, si hoc faciat palãm. e secus si clam, vt not. tenet Archi. in cap. qui rectè. xj. q. iij. de quo exclamat Bald. in ca. fin. de appellat. & Moderni in tract. maleficiorum, in parte, falsario. x. col. in prin. faciunt not. per Bar. & alios in lege, quemadmodum. C. de agricol. & censit. libro vndecimo. & multa; quæ breuitatis causa omitto. Vnde ad propositum iste Ro. clam, sed publicè coram astantibus verba illa protulit, per quod arguitur eius ignorantia, & fatua simplicitas, vt dictum est suprà. Adde prædictis bonum text. in l. fina. ff. de ritu nupt. ibi, siquidem palam fecerint Iouius, &c. allegat eam Abb. in capit. de homine. de eccle. mis. interens ex hoc religiosum, qui matrimonium contraxit, vt ibi per eum, facientem differentiam inter eum, qui publicè contraxit, & eum qui occultè. Idem dicit in capitu. cùm quidam. finali columna. de iureiuran. de quo meminit in cap. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. §. xviij. ad med. versi. idem fuit de mente.

VEL aliter dicere possum, si verbis daretur audacia, saluatamen decisione, & determinatione sacrosanctæ matris ecclesiæ: quòd etiam si præsumeretur inesse error & pertinacia in his verbis, sicut præsumitur error in mère vel intentione, adhuc isto casu non condemnabitur iste Rod. vt hæreticus pertinax, quia cùm probatur ex præsumpto errore, & ex præsumpta pertinacia,

Nota de his, quæ occultè fiunt.

Signa illũ textum.

b *Adde Hypol. in rub. ff. ad legem Cor. de sic. vbi alia sex similia scribit. Io. Ber.*

c *Adde Lãfr. de Ori. in repe. ca. quoniã contra in ver. recusationes de probat. Felyn in c. porro. de sent. excõ. qui referũt & probant hanc concl. Ioan. Bern. d Adde nota per Hypol. in rub. ff. de sic. eo. pen plura et tamen nunquam vidi Felyn. in cap. cum eximiæ. de hæret. in princ. in c. porro de sen excom. e Adde Hypol. in rub. ff. de sicar. vbi hoc, & alia plura describit. Ioan. Bern.*

§. XI. *Noua cõsideratio in hac materia.*

Universidad de Deusto Biblioteca

cia; non debet puniri pœna ordinaria delicti: imò temperanda est sententia: vt est casus valde singularis ad propositum in c. afferte. de præsumptio. vbi licet Salomon ex præsumptionibus motus, adiudicauerit vni mulieri filium: non tamen voluit cõdemnare ad mortem aliam mulierem, quæ iustissimè erat condemnanda. si legitimè fuisset probatum contra eam, quòd filium alterius furri puisset: vt l. j. C. ad legem Fla. de pla. secundum Innocen. in c. quia verisimile. de præsump. vbi tradit hanc doctrinam: quam velut singularem, & ab alio non traditam, commendauit dominus Car. in dicto. c. afferte. & ibi Anto. Ioan. de Imol. & Abb. & alij moderniores. Anto. in cap. quanto. eodem titul. Abb. in cap. constitutus. de testib. & in capitu. at si clerici. §. de adulteriis. penul. colum. de iudi. & in capitulo secundo. de cohabi. cle. & mu. Pro qua doctrina videtur text. cum gloss. in cap. inter solicitudines. de purga. can. vbi si aliquis defecit in purgatione, præsumitur hæreticus: non tamen imponitur sibi pœna ordinaria delicti, sed mitior. quia detruditur in monasterio. Licet aliqui velint violentiam facere illi literæ, reducentes eam ad dispensationem. Quod mihi non placet. Ex illo textu & prædictis sumitur doctrina singularis, quòd vbi proceditur ex præsumptione, est iusta causa minorandi pœnam. ad hoc l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infamibus. ita dicit Bal. in l. fin. C. de proba. ad finem. a Hinc est, quòd quãdo non plenè liquet de falsitate testis, sed suspicatur de eo: tunc iudex debet temperare sententiam, quia procedit ex sola præsumptione. ita dicit Bal. in l. presbyteri. la j. penult. col. C. de episcop. & clericis. b Hinc est etiam, quòd licet reperiantur plura indicia contra aliquẽ, quæ sufficiant ad condemnationem, non imponetur pœna ordinaria delicti, sed minor: vt not. tradit Gandinus in tract. malefic. in tit. de præsump. & indi. indub. quem refert & sequitur Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de probat. & latius in consil. cxcvij. in j. parte. vbi pulchrè loquitur. Ex his dicebat do. Abb. vnum mirabile verbum, & ad propositum accommodatum: quòd si de homicidio non constat aliter, quàm per confessionem rei, dicentis, Occidi Titium me defendendo: & non probetur defensio: non punitur pœna mortis: c quia in tali pœna inferenda, probationes debent esse luce clariores: vt d. l. fi. de probatio. & l. qui sententiam. C. de pœn. ita not. dixit ille in c. auditis. de præscri. penult. col. versi. puto tamen. nec reperitur alibi hoc dictũ, & apud practicos modernos est in solenni cultu. vt refert ibi do. Fely. xxj. col. de quo etiam facit festum Alex. in d. l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de no oper. nunc. Ang. in tract. malefic. in parte, de anno præsenti. vij. col. in fi. & in parte, comparent dicti inquisiti, & partem confitentur, & partem negant. iiij. col. Fely. in cap. cùm venerabilis. iiij. col. in fi. de excep. & in c. significasti. ij. de homic. col. pen. de cuius veritate ipse in c. auditis. & Bart. Soci. in l. ne eadem. ff. de excep. rei. iudi. merito dubitant. & multi alij moderni, quos referre nõ curo. Concludo igitur ex prædictis, quòd cùm in casu nolige de errore hæresim inducente: bene tamen constat de errore simplici, propter quem peccauit: vt dixi post Thomam supra, §. iiij. quamuis Innocen. quem ibi retuli, contrarium sentiat: nisi dixeris saluando Innocen. in his, quæ non tenetur quis explicitè scire, vt suprà dictum est in dict. §. iiij. nec de pertinacia: sed procedit ex errore præsumpto, & pertinacia præsumpta, nullo modo potest imponi pœna ordinaria delicti, imo aliqua leuis & salutaris pœnitentia: vt in superioribus dictum est. & tenent Matthæus & Cardi. in dict. cle. prima. de summa trin. §. porro. iiij. q. & in cap. ij. ad fin. eod. tit. in antiquis. vbi dicunt, quòd si aliquis per simplicitatem dicat, animam rationabilem non esse corporis humani formam. non est aliqua pœna corporali puniendus: idem sentiunt alij doct. quos suprà retuli. & hanc opinionẽ tanquam benigniorem & humaniorem, debẽt sequi inquisitores iudices fidei, quia odia restringenda sunt, fauores ampliandi, vt regula, odia. cum concordantiis. de reg. iur. lib. vj. quia data diuersitate opinionum, humanior sequenda est, vt not. Host. quem alij sequuntur in cap. si verò. de cogna. spi. not. etiam in cap. fin. de transact. vbi text. in fine dicit, In his verò in quibus ius non reperitur ex presso, procedas æquitate seruata, semper in humaniorem partem declinãdo: secundum quòd personas & causas, & tempora videris postulare. Hoc debent facere domini inquisitores, Deum imitantes, cuius diuinitatis natura clemens est, & pia, magisque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona: quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. vt ca. quia diuinitatis. de pœnitent. distinctio. prima. Vnde si quis post lapsum peccatorum, ad veram pœnitentiam se conuerterit, cito à misericordiæ iudice veniam impetrabit, quia misericordia Domini plena est terra, vt traditur Sapientiæ 15. Adde bonum tex. in cap. licet plerunque. xlv. distinctio. & in cap. significasti. de pœn. & remis. & quæ ibi scripsi in meis recollectis circa finem. Ad hanc enim misericordiam nos mouet dominus dicens: Estote misericordes: ego enim misericors sum: vt habetur Luc. vj. c. transumptiuè in c. estote. de re. iud. vera quidem iustitia compassionem habet, falsa verò dedignationem. Vnde sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est: vt inquit Grego. in moralibus. lib. xix. parte iiij. ca. xxiij. habetur in c. vera iustitia. xlv. di. & in c. ponderet. in fin. l. di. melius enim est propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem, seu inclementiam: quia vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax: nam si deus benignus est, ad quid sacerdos eius austerus vult apparere? vt cap. alligant. xxvj. q. fina. Rectores ergo prouidi, & iusti iudices, ex sua infirmitate aliorum infirma pensantes, lapsos debent per mansuetudinem subleuare: vt c. recedite. xlv. dis. Propterea Christus ex magna pietatis dispensatione cadere Petrum permisit, vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirmia tolerare deberet. vt c. considerandum. & c. seq. l. di. Hanc ergo misericordiam præ oculis debent habere iudices, ipsamque sequi. alioquin iudicium sine misericordia erit ei, qui misericordiam non vult fieri delinquenti: vt habetur ij. q. vij. §. de his. vltra medium. Audiant quid dicat Melchiades Papa, loquens iudicibus. vt habetur in c. j. semper. ij. q. j. Primò, inquit, super omnia diligenter inquirite: vt cum iustitia & charitate diffinitatis, neminem condemnetis ante verum & iustum iudicium

a Adde Ab. in ca. accedens. col. ij. de accu. Iaſ in l. j co. v. verſi. adde. ff ſi cer pe. vbi per hoc dubitat de quadam doctrina Bar. quæ quotidie allegatur vide Iaſon. in l. vt vt vim. ff. de iuſtit. & iure. col. iij. in fine pro qua etiã cõcluſ. precor videas Hy pol. in rep. rubr. C. de prob. per totam. & eum de min rep. ff. de q. col. vj. in fi. & ſe. Io Bern. b Adde Hy pol. in repe. rubr. C. de prob. verſ. pro que dicto col. i. & vide per totam colũ in materia vi de eundem in l. repe. colũ. vij. ff. de q. Io. Bern. Mirabile dictum Abbe Adde Iaſ in l. vt vim. ff. de inſt. et iu. co. ij. ad fi. Hypol. in l. repeti. co. viij. in prin ff de quæſt. Ioan. Bern. Concluſio.

Opinio benignior ẽt ſequenda.

De clementia pietate & miſericordia.

Pulchra verba.

dicium: nullum iudicetis suspicionis arbitrio: sed primùm probate, & postea charitatiuam sententiam proferte: & quod vultis non vobis fieri, alteri facere nolite. Et hoc debent facere præcipuè iudices ecclesiastici, qui non ad punitionem & vindictam malorum, sed ad eorum correctionem & emendationem principaliter intendere debent, Christi saluatoris nostri imitantes exemplum, qui non venit animas perdere, sed saluare. Luc. ix. c.

§. XII. *De eo qui super duobus denunciatur, & vnum confitetur, alterum negat.*

RESTAT modò respondere ad vnũ, quod iniquisitionis promotor dicere potest. Quòd etsi prædicta vera sunt, quantũ ad id, quod ipse Rodericus confessus fuit se dixisse, q̃ putabat duos fore deos: non tamen procedunt, quantum ad dubitationem virginitatis: quia negauit se dubitasse, & dubitationis verba protulisse. de quo tamen constat per duos testes: vt in themate quæstionis præmissum est. in qua quidẽ negatione perdurat, & per consequens per iudices fidei condemnandus est tanquam hæreticus, vt c. ad abolendã. §. j. respon. j. & ij. cum ibi no. & c. pe. eo. ti. cum concordantiis. ¶ Ad hoc respondetur primò, q̃ non est verisimile: q̃ ex quo confessus fuit a primum, non confiteretur etiam secundum, si verum fuisset. item non est verisimile, q̃ si dicta verba dubitationis virginitatis dixisset, testes qui ibi erant præsentes, & deponunt de aliis verbis non deponerent etiam de istis: ex quo arguitur falsitas testium. ¶ Aliter & ij. dici potest, q̃ isti testes sunt singulares: quia deponunt de diuersis actibus: vt apparet, & ex eorũ depositione clarè constat. nam sextus testis in ordine deponendi iuratus & ratificatus. xxiij. die Octobris, anni Mcccc. dixit, q̃ iam erant octo anni, quibus audiuit eundẽ Rodericum dixisse, q̃ ex quo deus habebat patrem, quoniã virgo Maria parere potuit virginitate permanente. Secundũ depositionem huius sunt iam nouem anni illi, quibus illa verba dicũtur prolata. Vltimus testis deposuit xxj. die Maij, anni xciij. & dicit, q̃ iam erant lapsi sex mẽses, quibus audierat eundem Rodericum dixisse verba similia prædictis. & ita nõ deponunt de eodem actu, & tempore, & per consequens sunt singulares, & non probãt: vt aliàs latè scripsi in alio proposito, allegatione xxxviij. inci. in causa quæ vertitur. vt expresse voluit Ioã. And. quem sequitur Dominicus in c. vt officium. de hæreti. lib. vj. vbi dicit, quòd per testes singulares, & famam: de tanto quis crimine condemnari non debet: idem Anto. in ca. cùm oporteat. de accusa. Abb. colũ. xlij. inci. ex multis agitatis in iudicio & c. Saly. in l. testium. C. de testi. Et ista est communis opin. quæ multis iuribus & rationibus fundari potest: quamuis aliqui paucissimi doctores contrariam sententiam tenere videantur, quorum motiuissa ciliter responderi potest: præsertim ad dicta l. ij. C. de hæreti. dum dicit, quòd leui argumento quis conuincitur de hæresi: nam illud debet intelligi, quo ad hoc; vt contra aliquem suspectum de crimine procedatur ad inquisitionem, vel purgationem. ita intelligit glos. in ca. literas. de præsump. & Car. in cle. j. de hære. vel intelligitur quo ad imponendam pœnitentiam. ita intelligit illã l. & dictũ Inno. in c. sicut. de simo. Io. de Imo. in d. cle. j. prope fi. nõ autẽ quo ad pœnã corporalem vel temporalem imponendam, secundum eum, vel doctores, in d. c. literas. Illa lex debet intelligi de leui argumento id est, q̃ de facili potest probari: & cum hoc intellectu transit Abbas. post alios: quia quanto grauius est hoc delictum, tanto grauior probatio requiritur in eo. secundum eum ibi. Idem tenent Matthæus, Car. Io. de Imo. & alij, in d. cle. j. dicentes, quòd probationes in hoc crimine: sicut in aliis delictis; debẽt fieri secũdum iuris communis regulas, quæ habent quòd in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. idem Oldr. consi. ccx. in princ. incipit, regularis habet traditio verbum. cum secundum eos hoc casu reperiatur aliquid speciale in crimine hæresis: idem est in eo dicendum, quod in aliis omnibus: idem Anto. in c. excommunicamus. de hæreti. Ille autem, qui habet plures testes singulares non dicitur habere duos testes: imò aliquã do minus, quàm vnum: quia vbi dicimus singularitatem testium, non damus numerum. vt per Bal. in l. de quibus. ff. de legi. in fin. & in dicta l. testium. C. de testi. & in l. ij. C. de bono. poss. secundum tab. & aliis locis, signanter in l. iurisiurandi. ij. colum. C. de testib. vbi pulchrè loquitur. & in rub. de controuersia inuestituræ. lib. feudorum. a & quia vis huius negotij non consistit in hoc articulo, aliter non examino: potuissem tamen ad saturitatem scribere, quia alia necessitas coegit temporibus retroactis latissimè disserere.

Quando testes singulares probãt.

Pro intelligentia l. ij. C. de hære.

Signa hoc dictum l. mal.

ET POSITO sine veritatis præiudicio, q̃ testes singulares in hoc crimine probent: dico, quòd istæ duæ mulieres non probant contra hunc Rodericum. quoniam vt aliqui doctores tenent in c. excommunicamus. §. adiicimus. de hære. duo testes non sufficiunt ad condemnandum aliquem de hæresi. idem tenet Archi. in c. vt officium. de hæreti. lib. vj. in ver. aliquorum. quem aliqui sequuntur. cuius ratio est; quia vt suprà dixi quanto grauius est hoc crimen, tanto maiorẽ probationem exposcit. & dato, q̃ duo testes sufficiant ad condemnationem; oportet q̃ sint integri; & omni exceptione maiores: quia in criminalibus probationes debent esse luce clariores: vt l. sciant cuncti. C. de proba. v. q. vj. c. Epiphanium. Ad hoc glo. no. in c. at si clerici. de iudi. in ver. legitima probatione. quæ dicit, puta per legitimos testes, & omni exceptione maiores: vt ij. q. j. c. in primis. Dicuntur autem testes omni exceptione maiores, qui repelli nõ possunt aliqua exceptione: vt c. licet de testib. ita dicit glo. no. in ver. maiores. de consan. & affi. de qua doctores faciunt festum. Ad idem bonus tex. in l. absentem. in prin. ff. de pœ. & lex regni. iij. parti. ti. xiiij. l. xij. & vij. parti. titul. j. l. xxvj. quæ pulchrè disponunt circa probationem fiendam in casu criminali. Cùm autem in causa criminali mulieres non sunt testes legitimi: vt c. mulierem. xxiij. q. v. & c. quoniam aliqua. de testi. & ibi glo. & in c. forus. de ver. sig. Spec. tit. de test. §. j. xxxv. col. ver. item q̃ est mulier. Hosti. in sum. eo. tit. §. quis possit esse testis. Adde glo. in c. super eo. & in c. in literis. de testi. & in c. forus. §. j. de ver. sig. Flo. in l. ex eo. ff. de testi. Io. de Imo. in l. qui testamento. §. mulier. in fi. ff. de testa. & Modernos in tractatu maleficiorũ. in parte, comparent dicti inquisiti, & negant totum. Habemus legem regni, quæ hoc ap-

In crimine hæresis probationes debent esse luce clariores.

a Adde Hypol. in rep. rub. C. de probat. col. lxiij. versi. item etiam Ioan. Ber.

Lex regni.

Mulieres an admittantur in causa criminali.

§. XIII. Testes qui alias repelluntur admittuntur in crimine hæresis. & quot testes sunt necessarij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

probat,Foro legum lib.ij.tit.viij. quæ incipit,to da muger. vbi prohibetur mulieri testimonium dicere,nisi in certis casibus, inter quos,iste non reperitur. quod approbat Stylus Curiæ.l. xcvj. quæ incipit,sobre la ley. Et videtur hoc satis rationabile: nam si mulier non potest esse testis in testamento:vt traditur in prælleg. iuribus:multo fortius non admittetur in causis criminalibus,vbi maior difficultas, maiusque periculum vertitur,à paritate,imò à maioritate rationis:ita firmunt docto.aliqui,vt refert Ioã. And.in addi. ad Spec.vbi suprà.

§.XIIII

40 ¶ Idem dicimus de aliis tabellionibus Regni, qui non sunt de numero.Possunt enim colligere testamenta & instrumenta laicorum, quando alij de numero haberi non possunt: vel quando sumus in curia Regis:nam ibi quilibet notarius Regis potest rogari,quamuis non sit de numero: & valent instrumenta,vel testamenta ab eis facta: etiam si alius tabellio de numero haberi possit:extra curiam verò, tunc demum quando alius non reperitur: quod probari oportet per id quod dicit Barto. in l.confi ciuntur.q.antep.ff.de iure codicil.

41 ¶ Quod autẽ dictum est de notario Apostolico: idem dicendum est de presbytero parochiali, qui potest rogari de testamento ad pias causas laicorũ: vt in c. cùm esses. de testa. secundum vnum intellectum,vbi per Abb.in lect.& repe.Ad hoc c.relatum. el j.eod.tit.vel quando testamentum fit in terris ecclesiæ.d.c.cùm esses. secundum aliam lecturam. In terris verò Imperij vel aliorum Regum quid sit,vide ibi Ioan.And.Anto.& Abbar.

42 ¶ De consuetudine regni,tam laici,quàm clerici qui non sunt notarij rogantur de testamentis laicorum:non vt publicæ personæ, sed vt priuatæ. iuxta d.l.j.tit.de testa.Ord.lib.iij.traditur in l.hac consultissima.vbi glos. & docto. C. de testament.vt suprà dictum est: itaque illa scriptura est priuata, & debet publicari:& si negetur,plenè probari,eo modo quo diximus.

43 ¶ Quare notarij Apostolici vel Imperiales non possunt rogari in regulis istis:dixi plenè in rep.rub. de donat.inter vir.& vxo. in introductione. col.iiij. vers. constituerunt etiam. Vbi etiam dixi quòd instrumentum factum in terris Imperij vel Papæ,à notario Papali vel Imperiali,facit fidem in his Regnis, alibi extra:vt per docto. ibi allegatos. quibus adde Bart.in l.cunctos populos.C.de summa trinit.vij.q. princip.& in l.j.ff.de offic.proconsul. & lega. & in l. nec ei.ff.de adopt.& Ioan.Andr.in cap. romana. de appel.lib.vj.Rotam decis.ccxciiij.

44 ¶ An sicut tabellio rogatus æquiuallet duobus testibus.vt cap.quoniam contra falsam. de probat. & Ordi.lib.iij.tit. de testam.l.j. vbi dicitur, quòd in testamento debent interuenire quinque testes, vel saltem tres cum tabellione: & sic habet tabellio vicem duorum testium propter eius authoritatem: ita & notarius apostolicus, vel imperialis habebit vicem duorum testium, per dict. cap. cùm esses. de testament. veritas est quòd non. quoniam non reguntur vt publicæ personæ,sed vt priuatæ: vt suprà dictum est. Quando autem tabellio Regis interuenit in testamento,vel alio coutractu vt testis:non vt tabellio,habet vicem vnius testis tantùm. c. nuper. de testib. Solus princeps coram quo fit testamentum probat integrè. l.omnium. C.de testament.vj. Partit.tit.j.l.v.ad prædicta.vide glos.in verbo quotlibet.in cap.cùm Ioannes.de fide instrument. Idem dicimus de clerico parrochiali.

45 ¶ Sed quamuis ista non habeant vicem duorum testium:magis tamen creditur eis, quàm aliis. d.c. cùm esses. & sic quodammodo supplent aliorum defectum:vt patet ex his quæ suprà dicta sunt.

46 ¶ Testes in testamentis adhibiti, vel rogati: debent se subscribere:vt vj.Parti.ti.j.l.j.& ij.& hic.quæ leges sumuntur ex l. hac consultissima. in princ. C. de testa.Spe.de instr.editio.§.instrumentum.versic. item quòd testes. vbi dicit quòd in testamento in scriptis: testes debent se subscribere: in aliis autem instrumentis sufficit inscriptio. Tenet etiam Bald. in dict.l.hac consultissima.Paul.de Cast.consil.ccvj. incip.non multum videtur necessarium. Sigilla autem testium quæ requirunt leges prædictæ, validãt testamentum non probant: vt per Bald.in Spec.de instru.editio.versi.subscriptiones.

47 ¶ Testes quantumcunque inhabiles tẽpore iudicij ex quacunque causa possunt deponere ad confirmationem testamẽti,vel instrumenti publici,vel priuati:in quo reperiuntur esse subscripti: nam ipsa scriptura dicitur esse depositio:vt no.in d.l.hac consultissima.§.pen.C.de testam. Bal.in l.j.ij.col.in fin. versicu.potest etiam dici.C.de testam.secus si testis non deponeret ad cõfirmationem scripturæ,in qua reperitur esse descriptus: vt per Baldum in dicta l. prima.

Subscrip

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 ¶ Subscriptio testatoris facienda est per testatorem, quamuis testamentum propria manu scripserit. vt vj. Partita. tit. j. l. ij. quamuis Bald. contrarium velit in l. cùm antiquitas. §. cùm autem. in fine. C. de testamentis.

49 ¶ Si alter testium scribere nesciat, alter pro eo subscribet, vt hic. & vj. Partita. titul. j. l. j. & ij. & l. hac consultissima. in principio. C. de testam. habetur in Spec. de instrum. edit. §. instrumentum. versic. item quòd testes.

50 ¶ Tabellio debet ponere signum suum in testamento de quo est rogatus. Quod quidem signum mutare non licet: vt l. fin. ff. de assesso. glo. in authen. de tabellio. col. ij. versic. ij. collat. iiij. Spe. de instrumen. edit. §. j. versi. in fine authen. Bald. in prima constitu. C. aliàs committit falsum. Bald. in l. comparationes. fin. col. C. de fide instrum, Lanfrancus in cap. quoniam contra falsam. in parte, sequitur instrumentorum productio. col. ij.

51 ¶ Vltra signum tabellio debet apponere nomen suum cum signo, secundum Paul. de Castr. consil. ij. vel saltem ex præcedentibus, vel sequentibus debet constare de eo: vt per Paulum ibi, & per Lanfrancú vbi suprà. Si autem tabellio mutaret nomen suum: punitur de falso, ac si mutasset signum: vt per Lanfrancum ibidem: debet ergo ponere signum & nomen consuetum: aliàs non valet testamẽtum, vt per Bald. & Philippum in cap. significauit. de appel. per illum text. & per dict. l. fi. ff. de assesso. & Instit. de public. iudi. §. item videndum. Si tamen notarius non habet signum proprium, potest vti signo alterius, si non facit in fraudem, secundum Bald. in l. j. C. quæ res vend. non poss. etiam si sit præscriptum à prohibente vt ibi per eum. In his regnis ante creationem tabellionum postquam examinantur ad officium, apponitur signum in pagina tabellionatus, quod mutare non possunt: quamuis tale signum assimiletur signo alterius notarij, alias punitur de falso: vt suprà dictum est.

52 ¶ In testamento in scriptis debent adesse septem testes, qui debent subscribere testamentum sua manu, quòd sufficit, licet non apponant signum suum: quot autem requirebant iura antiqua. l. hac consultissima. C. de testam. in princ. & vj. Parti. tit. j. l. j. & ij. quæ in hoc per hanc legem corriguntur. Item hæc lex addit legibus suprà dictis, quòd tabellio interfit ipsi testamento in scriptis, & in eo suum apponat sigillum. Sed rectè intuenti vtraque forma potest seruari coram septem testibus, sine tabellione: vt dict. l. j. & ij. sed non dicetur scriptura publica: vt l. j. & ff. quemadmod. testam. aper. vbi Bart. propterea requiritur publica: vt pluries dictum est suprà. vel potest quis testari coram septem testibus & tabellione: vt hic: & tale testamentum dicitur scriptura publica: & non est necessaria eius publicatio: vt per Abb. in c. ij. de fide instru. & dictum est suprà.

53 ¶ Sigillum aliquando dicitur anulus: vt per Innocen. in c. ij. col. ij. super verb. sigillum. & in versi. item nota. de fide instrum. Spec. de probat. §. iij. versicul. decimò per literas. Sed nos quando loquimur de signo, intelligimus de eo quod notarius facit propria manu, in charta, de quo loquũtur leges Regni, Ordin. lib. ij. tit. del chanciller y sello. per totum. & tit. delos escriuanos dela audiencia. & in plurimis pragmaticis sanctionibus regni: tabelliones curiæ signant proprio signo, & insuper Regis signo, de quo loquuntur leges prælegatæ. Cæteri verò tabelliones proprio vtuntur signo: quod aliquando mutare licet: vt per Bart. in l. ad testium. §. ij. ff. de testamen. per illum text. & instit. eod. §. possunt. Idem Bart. in l. si procuratorem. circa medium. versic. secundò potest approbari. ff. de procu. Innocen. in d. cap. significauit. de appel. in glos. j. in verb. sigillum. Item potest quis sigillare cum alieno sigillo, si committatur, aliàs non. Bald. in l. j. in princip. versi. item quæro. C. pro socio. & tunc debet fieri mentio expressa, quòd sit alienum. Bartol. in dict. l. ad testium. Spec. vbi suprà. Ioan. Andr. in cap. ij. de fide instru. & ibi alios doctores.

54 ¶ Sigillum debet habere suos characteres. dict. l. ad testium. §. signum. ff. de testam. Ioan. Andr. in c. j. de fide instrum. Bart. in l. lucius. ff. de fideiuss. & hoc vocatur sigillum, cum quo est sigillandum, vt suprà dictum est.

55 ¶ Testamentum in scriptis debet fieri coram septem testibus & tabellione, si reperitur: si autem non reperiatur, loco ipsius adhibeatur aliqua persona approbata ad hoc per interlocutoriam iudicis. argum. cap. quoniam contra. de probat. & in l. si quis ex corpore. de murilegul. lib. xj. tenet Ludoui. in l. hac consultissima. in tertio notab. C. de testam. hæc scriptura fidem facit, ac si interuenissent tabellio: vt l. curent magistratus. ff. de testibus. secundum vnam lecturam. & in dict. l. hac consultissima. C. eo. quod tene menti, quia multoties accidere potest.

56 ¶ In testamẽto cæci requiruntur quinque testes, vt hic. Intellige in testamento nuncupatiuo, non in scriptis: vt l. hac consultissima. C. qui testam. facere poss. & §. cæcus. instit. quibus non est permis. facere testamen. Sic intelligenda est lex Regni. vj. Partita. tit. j. l. xiiij. quæ requirebant septem testes: hodie sufficiunt quinque, vt hic dicitur, tam in nuncupatiuo, quàm in scriptis. Sed si inter liberos testetur: sufficiunt duo testes. per l. fin. C. familiæ hercisc. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. tenet Bald. in l. hac consultissima. C. qui testam. face. poss. & sequitur glos. Montalui in dict. l. xiiij. patris enim casus non debet filiis obesse. argum. instit. de ingen. in princip. vide latiùs per Bald. vbi suprà. & plenius per Ludouic. Roma.

57 ¶ Codicillus dicitur paruus codex: id est, quasi testamentum. glos. & doct. in rubr. C. de codicillis. & vj. Partit. tit. delos escritos que hazen los hombres. l. j. & venit appellatione testamenti. glos. in l. ij. versi. personales. C. communia de legatis. & instit. de testamentis. in principio. Bartol. in l. secunda. versic. quæro statutum prohibet. de leg. j. Bald. in l. fina. ij. columna. versicul. quid si statutum. C. de testament. & in dict. l. hac consultissima. colum. ij. versicu. Item dicitur hic. C. qui testam. face. poss. Sed hæc largo modo: vt per Bald. in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollend. Item venit codicillus appellatione vltimæ voluntatis. vt per Bal. in l. Nesennius. per illum text. in versi. scrupulosa. ff. de excusat. tutor.

58 ¶ In quo differunt codicillus & testamentum, vide vj. Partit. tit. delos escritos que hazen los hombres. & de codicillis. l. iij. Qui potest testari, potest codicillare. Bartol. in l. vt tantum. in principio. ff. de seruo corrupto. vir maior xiiij. annorum, & mulier maior duodecim possunt codicillare: vt dict. l. prima. C. de codicil.

59 ¶ In codicillis requiruntur quinque testes, vel tres cũ tabellione, qui æquiualet duobus testibus. Concordat l. prima. de testament. lib. Ordin. & l. fin. C. de codicil. Spec. de iudic. §. j. versic. si verò. Bar. in l. ij. in fine. versi. sed quid si statutum. de leg. j. & sicut codicillus fit coram quinque testibus: ita totidem testibus confirmatur. glos. in l. j. versic. iudicium. C. de codicil. & ibi Bald. & Bart. in versic. contra istud dictum glos. etiam in codicillo cæci vt hic. & dict. l. hac consultissima. & ibi Bald. tertia colum. versi. sed quæro nunquid requiruntur tot testes. C. qui testa. face. pos. reprobata glo. ibi, in versic. codicillis. quæ contrà voluit. Codicillus aperitur sicut testamentum. l. fin. & ibi Bal. C. quemadmo. testa. aper.

60 ¶ Solennitas interueniens testium in testamentis vel codicillis, viciat ipso iure si deficiat: hoc est, si non interueniat numerus testium, vt hic, & in dict. l. hac consultissima. in princi. & l. testamentum. C. de testamen. Intellige quantum ad institutionem hæredis: legata verò & fideicommissa firma manent. authent. ex causa. C. de liberis præteritis. & lex Regni Ordin. de testam. l. j.

61 ¶ Ex his infertur, quòd vbi prætermittuntur necessaria in actu, corruit actus vel testamentum: quia omissio modi vel formæ, semper viciat actũ etiam fauorabilem. l. qui Romæ. §. Flauius hermes. ff. de verborum oblig. forma enim est, quæ dat esse rei, & conseruat eam in esse. vt not. in l. Iulianus. §. Sed & si quis. ff. ad exhibendum. Ad idem facit l. diligenter. ff. mandati. c. cùm dilecta. de rescript. vbi latissimè per Felinum. Forma itaque non est aliud, nisi ordinata series rem ad substantiam adducens. Bartol. in d. §. Flauius. quotuplex est forma, tradit Bald. in c. j. in princip. de noua forma fidel.

62 ¶ Ex his infertur, quòd si forma vel solennitas requisita in contractu, non seruetur per mulierẽ contrahentem: est nullus contractus, vt l. lv. infrà eod. tenet Ludo. Roma. in l. pactum. vj. col. C. de collat. etiam si solennitas deficiat in parte: vt c. j. cum glos. & ibi Abb. de baptismo. forma enim idem est, quod status perfectus rei vel dispositionis, secundũ Bald. in l. penult. colum. iiij. C. de conditio. insertis. Vnde cùm ista forma sit data à principe: nõ potest omitti, aliàs actus viciatur: quia actus dicitur substantia, secundum Bald. in l. prolatam. C. de sentent. etiam si ista lex vltra non processisset, anullando testamentum. Bald. in l. comparationes. ij. colum. C. de fide instrum. & in l. j. C. vt in possef. leg. & in l. Si tutór. C. in quibus casibus restitutio in integrum non est necessaria. Ista autẽ forma magis debet attendi, quàm ratio. Bald. in l. j. ff. de liber. & posthum.

63 ¶ Solennitas dicitur quicquid præcipuum requiritur vltra consensum: & quicquid additur formæ iuris gentium. Bald. in l. & in epistola. ad finem. in versic. vltimò quæro. C. de fideicom.

64 ¶ Solennitas quædam est substantialis, quæ dicitur grauis & magna. Alia est accidentalis. Alia supersubstantialis, de qua statim dicemus. Substantialis est illa, quæ multum obstat si omittatur. secundum Barto. in l. fin. §. si verò postquam. in fine. C. de iure delib. & in dicta l. j. §. quod autem. ff. de ventre inspic. & in l. j. §. si plures. versic. quarto quæro. ff. de excus. tuto. & dicitur ista solemnitas grauis: quia omissa, potest contingere mutatio circa substantiam eius de quo agitur: vt per Bald. in dicta rubr. versic. & si in prædictis. C. de successorio edicto. de ista solennitate substantiali & graui loquitur ista lex, & aliæ concordantes. Vel dicitur substantialis, quando requiritur aliqua solennitas, qua non adhibita, obligatio naturalis non oritur, vt cum deficit consensus. Baldus in l. ad exactionem. versic. sed quando. C. de dotis promissione. & in l. si ex precio. ad finem. C. si certum petatur. vide Bartol. in l. cùm lex. versiculo, iuxta prædicta. ff. de fideiussor. qui videtur tenere contra. potest tamen saluari dictum Baldi regulariter: aliquando tamen in defectum probationis statur iuramento partis. l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. cap. fin. de iureiurand. Secus quando numerus testium pro forma substantiali requiritur, vt hic: nam tunc eius omissio viciat actum, vt dictum est.

De solennitate accidentali quæ sit, & an possit remitti: vide Specul. de sententia. §. iuxta. columna vij. versicu. & sunt hæc in argumentum. & de appel. §. de officio quoque. versicu. penulti. & fin. Bald. in l. & in epistola. ad finem. versicu. vltimò quæro. C. de fideicommissis.

65 ¶ An ista testium solennitas possit per testatorem remitti: videtur quòd non, quia non potest facere testator, quòd leges in suo testamento locum non habeant. l. nemo potest. de leg. j. Item quia hoc introductum est in fauorem publicum, & renunciari non potest: vt l. ius publicum. ff. de pact. ca. si diligenti. de foro compet. Bal. in l. fin. j. not. C. si certum petatur. etiam si pactum esset inter partes, non posset minui solennitas testamenti, secundum Bart. in l. iij. col. j. versicu. circa secundum. ff. de testam. & in dict. l. nemo potest.

66 ¶ Testes qui interueniunt in testamentis debent rogari. l. hæredes palam. in fine. de testam. l. hac consultissima. in princip. C. eod. §. fin. cum glos. Instit. eodem. authent. de testib. §. & licet. in fi. collat. vij. vj. Partita. tit. j. l. j. & ij. foro legum. lib. iij. titul. delas mandas. l. viij. deficiente autem testium rogitum, testamentum est nullum, vt per Bar. in l. sciendum. ff. de verborum oblig. non solùm in testamento in scriptis, sed etiam in nuncupatiuo. Bal. in §. per nuncupationem. Insti. de test. Et secundum hoc dicit intelligendum §. fin. Instit. de testa. vide Specul. & Bal. de testamen. colum. antepenult. versic. testes. Bald. in authent. rogati. de testib. & in rubrica, de fide instrum. vij. col. Bart. in l. fin. col. fin. versic. vltimò venio. C. de codicil. & in l. scripturas. col. j. ibi adhibitis. C. qui potiores in pignor. hab. vbi dicunt, quòd rogare nihil aliud est, quàm eis denunciare vt assistant. nec est necesse rogare eos genibus flexis, sed debent vocari: vt lib. iij. Ordin. titu. de testament. l. j. vbi solùm dicitur, quòd testes debent esse præsentes. hic dicitur, quòd testes debent esse præsentes, vel interessentes: nam hoc ipso præsumuntur rogati. l. Domicius. ff. de testam. facit l. cùm ostendimus. ff. de fideiuss. tut. quia testes passi sunt se subscribi in testamento, vt ibi.

De iure canonico testes non rogantur in testamento. cap. relatum. j. de testam.

67 ¶ Idem dicendum est in tabellione, qui debet esse rogatus, id est vocatus, secundum Bald. in l. hac consultissima. in princip. de testament. Specul. de probationib. §. breuiter. versicul. sed pone. & ibi Baldus in additionibus. versicul. finali. & de instru. editio. versic. tabellio. vbi tabellio eo ipso quòd se subscribit vt tabellio: præsumitur esse rogatus. notatur in authent. de tabellio. §. nos autem. collatio. iiij. licet Barto. contra in dicta l. sciendum. ff. de verborum oblig. & in dicta l. hæredes palam. in dicto §. in testamentis.

68 ¶ Quare in testamentis requiritur, quòd testes

sint rogati, id est, vocati. vide Bald. in dicta l. finali, in fine. versicu. quæro ergo. C. de codicil. qui dicit, quòd testibus rogatis magis creditur: cùm fides eorum sit electa & approbata à testatore. Hinc est, q̃ testi non fide digno rogato creditur: glos. in l. inuiti. la. ff. de testib. & in authent. de testibus. §. & licet, in fine. versicu. simpliciter. collatio. vij. Bald. in l. parentes. C. eod. Vnde frater potest testificari pro fratre, si est testis instrumenti rogatus ab vtraque parte: quia rogatio est approbatio quo ad rogãtes: propterea etiam inuitus cogitur testificari. Si ergo est testis testamentarius & idoneus, secundum Baldum in dict. l. parentes.

69 ¶ Testis non rogatus sponte veniens, est suspectus, ideo non admittendus. Bald. in authentic. sed nouo iure. ij. notab. ff. si certum petat. facit glos. & Bartol. in l. post legatum. §. in his verò. ad finem. ff. de his quibus vt indig. vbi dicunt, quòd testis sponte veniens pluries præsumitur inimicus. de quo per Lanfrancum in cap. quoniam contra falsam. de probat. in parte, testium depositiones. col. ij. vnde tales testes non probant, vt ibi per eos: & per Bartol. in l. quæ omnia. §. sed si aduersarius. ij. notab. ff. de procur. & in l. libertorum. & ibi Bald. C. de testibus. & in dicta l. parentes. col. ij. versic. sed nonne testis. intellige de sponte veniente: secus, de sponte iurãte. glo. in dicta l. post legatum. §. his verò. versi. adiuuarunt. ff. de his quibus vt indign.

70 ¶ Excommunicatus non potest esse testis in testamento: imò testamentum in quo fuit testis non valet. secundum Bald. in l. fin. iij. colum. versic. præterea ista prohibitio. l. ad testium. §. conditionem. ff. de testament. l. qui testamento. in fine. eodem tit. nec potest approbari per testatorem: quia non dependet ab eius potestate: vt per Abb. in c. j. de exceptio. cùm iste excommunicatus in totum repellatur à testificando. Secus dicas in aliis qui non repelluntur: in totum: nam tunc partis approbatio reddit eum habilem ad testificandum.

71 ¶ Et secundum hoc intellige quod voluit Baldus post glos. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. q̃ vnus testis fide dignus supplet defectum alterius, quando iste in totum nõ repelleretur à testimonio.

72 ¶ Pater & alij consanguinei possunt esse testes in testamento filij testantis de peculio castrensi, vel quasi. & in casibus sibi permissis & in contractibus. l. qui testamento. §. per contrarium. & ibi Bartol. in verbo, quicunque. Specul. de teste. §. j. versicu. item quòd est parens. in testamẽto verò extranei in quo filius instituitur, pater non potest esse testis. Insti. de testamen. §. pater.

73 ¶ Testamentum in quo non interuenit numerus testium hic requisitus est nullum ipso iure. authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccles. l. cùm hi. ff. de transactio. l. hac consultissima. C. de testam. in princip. cap. dudum de election. vnde non creditur tabellioni sine testibus, quamuis alias in iudiciis sibi credatur: vt per Innocent. & alios in capit. quoniam contra falsam. de proba. & in c. ad audientiam. de præscri. Cyn. in l. si quis. C. de falsis.

74 ¶ An huic testium numero derogetur per capit. cùm esses. de testament. vide ibi plenissimè per doctores, signanter per Abba. tam in lectura quàm in repetit. & in c. quod clericis. colum. vj. versic. & per hoc. de foro compet.

75 ¶ An institutus in testamento minus solenni sit tutus in foro saltem interiori. Franciscus Aretinus in capitulo nouit. de iudi. tenet quòd non. Contrarium tenent ibi Anton. & Abb. colum. xvj. & xvij. & in cap. quia plerique. de immun. eccles. & in capitu. cùm omnes. de constitut. imò quòd institutus potest facere venientibus ab intestato denunciationem euangelicam, vt ibi per eos. vide Ancharan. in regula, possessor. de regulis iuris lib. vj. Baldus in l. si non speciali. in versic. sed ego dico. C. de testamen. & in authent. ad hæc. C. de vsuris. & Barto. in extrauag. ad reprimendam. versi. ad denunciationem. vide Modernos in cap. fin. de præscript.

76 ¶ Infra quantum tempus debet testamentarius seu quiuis alius qui debet, facere publicare testamentum. videas in libro Ordinationum titul. de los testamentos. l. iiij.

77 ¶ Si testamentum nuncupatiuum fuit factum coram notario & testibus rogatis: & aliquis qui prætendit aliquod habere commodum ex illo testamento, & hoc iuret se credere, quamuis aliter non probet: tenetur notarius ad eius petitionem ostendere tenorem testamenti: vt notanter decidit Paul. de Castro in lege prima. C. quemadmodum testamenta aperiantur. refert, sequitur & commendat Iason in lege secunda. columa prima. de testamentene menti.

78 ¶ Si de testamento nuncupatiuo facta est scriptura solennis manu notarij coram testibus rogatis: talis scriptura plenè probat, quanuis testes sint mortui. glos. notab. in prælegata lege secunda. in principio. ff. quemadmodum testamen. aperiantur. quam approbant Bartolus, Baldus, Angelus, & Salice. in l. prima. C. de testamentis. & Ias. in l. secunda. C. de bonorum possessio. secundum tabu. Si autem in testamento nuncupatiuo nulla interuenit scriptura publica: sed sola nuncupatio in præsentia testium cum scriptura priuata testatoris vel alterius, qui non erat notarius: tunc si iudex authenticauit talem scripturam, vel eam fecit publicari citatis citandis. vt l. publicari. C. de testament. facit fidem, absque eo, quòd alij testes examinentur: vt per Iasonem in dicta lege secunda. si autem nulla interuenit scriptura publica, nec secuta fuit publicatio iudicis, & agitur de probatione, quòd testator fecit, tale testamentum, in quo talem instituit hæredem: & tunc examinandi sunt testes, vt per Iasonem in dicta lege secunda. post antiquiores, quos videas.

Lex IIII.

MANDAMOS que el condennado por delicto a muerte ciuil, o natural, pueda hazer testamento & codecillos, o otra qualquier vltima voluntad, o dar poder a otro que lo faga por el, como si no fuesse condemnado: el qual condennado y su commissario puedan disponer de sus bienes, saluo delos que por el tal delicto fueren confiscados, o se ouieren de confiscar, o applicar a nuestra camara, o a otra persona alguna.

CONDEMNATVS ad mortem, potest facere testamentum per se, vel per commissarium, & disponere de bonis suis: exceptis illis, quæ propter delictum essent confiscata vel confiscanda: vel alias fisco applicanda. hoc dicit.

Antiqua

1 ¶ Antiqua iura disponebant, quòd damnati ad pœnam per quam perditur ciuitas, vel libertas, vel vita, impedit testamenti factionem: & rumpit iam factum. Secus in damnatione, per quam fama tantum perditur. l. eius qui. §. cui aqua. ff. de testament. Ex quo dicebat ibi Bartol. in versic. quæro quid de illis qui damnãtur ad mortem in ciuitatibus, quòd non possunt testari, quia statim efficiuntur serui pœnæ: vt ibi, & in l. qui vltimo. ff. de pœnis.

Deinde superuenit lex qui à latronibus. §. si quis 4
capitali. ff. eod. vbi dicitur, quòd valet testamentum damnati de crimine capitali decedentis appellatione pendente: quia appellatio extinguit, vel saltem suspendit pronunciatum. l. prima. ad fi. ff. ad Turpil. Et sic voluit restringere d. §. si quis in capitali.

Postmodum edita est lex, si quis filio exhæredato. §. sed & si quis. ff. de testam. vbi statim quòd quis capite damnatur, vel ad bestias traditur: vel ad gladium: vel alia pœna, quæ vitam adimit, punitur: testari non potest: nec valet testamentum antea factum: licet sententia nondũ fuerit executioni mandata: quia sententia trahit secum executionem: vt dict. l. qui vltimo.

2 ¶ Demum accessit authentica sed hodie. C. de donationib. inter virum & vxorem: sumpta ex authentic. de nuptiis. §. quod autem. collatione quarta. Per quam dicunt Doctores, quos sequitur Salicetus ibi, versiculo, quæro secundo. & glos. in dict. §. sed & si quis. & in dicta l. eius qui. ff. de testament. 5
quòd supradictæ leges sunt correctæ per dictam authenticam. Imò quòd ingenuus, id est, bene natus, condemnatus ad mortem per sententiam: non efficitur seruus pœnæ, nec per consequens intestabilis. Imò si superuixit ante executionem sententiæ, potest testari. Ex quo dicit Baldus in l. finali. C. si à non competenti iudice. quòd licet isti damnati ad mortem, qui sunt in carcere, non possint testari, tamen si euaderent de carcere, & conferrent se ad locum securum, fortè possunt testari. Ideò si habent proprium in eadem ciuitate, vel in alia, possunt testari. Subdit tamen Bald. ibi, quòd communis opi- 6
nio habet, quòd non valent testamenta eorum, qui sunt diffinitiuè damnati ad mortem: si est secuta executio. allegat Ioan. Andr. in nouell. in capitulo, quanquam. de vsuris. libro sexto. vbi dicit, quòd licet non valeat vt testamentum, valet tamen vt quædam dispositio, si iuberet malè ablata restitui.

¶ Sed Bartolus in dicta lege qui vltimo. in principio. & in dicto §. sed & si quis. per illum textum, & in lege cunctos populos. penultima columna. C. de summa trinitate & fide catholica. & per dictam legem si quis filio. §. irritum. & ibi Angelus & Imol. dicunt, quod etiam si arreptus de manibus familiæ per vim, non valeret testamentum: quia statim 7
per sententiam & ante executionem condemnatus efficitur seruus pœnæ, & intestabilis. Baldus in leg. is qui. C. si pendente appellatione mors interuenerit. Idem in effectu voluit Bartolus in dicta lege qui vltimo.

Præsertim si damnatus ad mortem erat præsens: nam tunc non potest testari. Secus si absens, vt per Baldum in l. seruo legato. §. fi. de lega. j. quem sequitur ibi Imol.

3 ¶ Post has leges, facta fuit lex decimaquinta, titulo primo, sexta partita. quæ sumpta est ex prælegatis iuribus, quæ disponit, quòd condemnatus ad mortem, vel deportatus in insulam, ademptis bonis, non potest testari, nisi pendente appellatione facto testamento moriatur, aut sit miles, qui de militari crimine ad mortem sit damnatus: quia potest de castrensibus testari: nisi pro fidei fractione, vel proditione damnetur. Sed si pro aliis criminibus, quæ etiam non milites committunt tunc potest vt paganus testari, non iure militari: vt de adulterio, furto, & aliis similibus: quia priuilegium illud perdidit per sententiam, vt ibi.

¶ Ex his omnibus legibus, iuncta authentica ad hæc. de qua suprà, colligitur, quòd tunc condemnatus ad mortem naturalem propter delictum, efficitur seruus pœnæ, & intestabilis: quando condemnatus est præsens. per dictam legem qui vltimo. & dictam legem decimamquintam. Secus si est absens, vt dicta authentica, sed hodie. Si deportatus est ingenuus, aliàs non, vt ibi. Sed ista lex disponit, quòd damnatus ad mortem ciuilem vel naturalem propter delictum, possit testari regulariter, nisi in certis casibus in ea contentis. & ita patet quàm vtilis sit ista lex. Et quid addit ad leges antiquas, erit- que ius nouum, quòd damnati ad mortem ciuilem vel naturalem propter delictum, possunt testari, vel codicillari, vel donationem, vel aliam vltimam voluntatem facere: quia per sententiam ante eius executionem, non efficiuntur serui pœnæ, nec intestabiles. & ita quodammodo videtur concordare cum dicta authent. sed hodie.

¶ Damnatus autem ad membri mutilationem, testari poterat olim, & multò fortius hodie. l. qui manus. & ibi Bartolus, Baldus, & alij. ff. de testam. quamuis Specul. de instrument. editio. §. compendiosè. contrarium teneat. versicul. quid de exbannitis. Baldus in l. si veritas. versicul. est & alius defectus. C. de fideicommissis. tenet primam opinionem. & in l. prima. C. de sacrosancus ecclesiis. tunc enim mutilatio aufert testamenti factionem. ita notabiliter dicit Bartol. in dicta l. qui manus. & in l. is qui lege. ff. eodem. vbi per eum, an & quando infamia aufert facultatem testandi.

¶ Mortem ciuilem appellamus deportationem: quæ olim auferebat testandi facultatem. dict. l. eius qui. & lege si quis filio. §. irritum. vsque ad §. eius qui. ff. de iniusto rupto irritoque testamento. Specul. de procuratorib. §. secundo, in principio. quia deportatus habebatur pro mortuo: vt per Specula. vbi suprà. sed mortuus testari non potest. Bartolus in l. qui vltimo. ff. de pœn. Baldus in l. is qui. C. si pendente appellatione mors interue. & in capi. primo, in principio. versiculo, ex quo nota. quibus modis feud. da. po. sed hodie tam deportatus quàm damnatus ad mortem propter delictum testari possunt, vt hic: ideo cessat quæstio de qua suprà.

¶ Ex istis apparet, quòd mors est duplex, ciuilis & naturalis. Item alia plus quàm ciuilis, vt per Baldum in lege eam quam. C. de fideicommissis. columna quarta. versiculo, triplex est mors. vide etiam Baldum in l. prima. quæstione tertia. C. de sacrosanctis ecclesiis. & in l. prima. C. de his qui ante apert. tabul. & in l. vna. columna quinta. in versicu. est autem mors. C. de confessis. de duabus primis, naturali & ciuili loquitur ista lex, quando naturalis prouenit per sententiam, vt per Baldum in cap. primo. columna prima. quibus modis feud. amittatur. gloss. in lege, qui sub conditione. §. quotiens. ff. de conditionib. insertis. & potest dici ista mors contra naturam: quia condemnatus ad mortem,

naturaliter non moritur: vt per Bald. in d. cap. j. quibus mod. feud. amit.

8 ¶ Damnatus ad mortem ciuilem, id est, deportatus, similiter & bannitus nostri temporis. gloss. in §. relegati. Instit. quibus modis ius patr. pote. fol. Bar. in l. illicitas. §. qui vniuersitas. ff. de offic. præsi. & l. j. §. fin. de contratab. Bald. in l. cùm mulier. colum. x. verſic. ex quo arguitur. ff. solu. mat. & in l. cùm mandatori. col. j. verſic. ſed pro glo. C. de non nume. pec. & in l. j. col. j. C. de hæred. inſtit. verſicu. idem dicendum, vbi inter cætera dicit, quòd bannitio eſt, quaſi à bono itio, vbi ſimiliter ponit formam bannitionis. col. iij. verſicu. de forma autem tenenda. & ibid. colum. vij. verſic. ſequitur videre. dicit illud verum, niſi certa forma reperiatur ſtatuta. hodie lege Regni conſtituta eſt, foro legum, libro ij. tit. delos emplazamientos. l. iiij. & iij. partita. titul. delos aſſentamientos. l. vij. approbata per quandam pragmaticam, quæ reperitur folio ccxxxvij. vide lib. ij. titu. delos emplazamientos. l. ix. cum ſex ſequentibus.

9 ¶ Mors dicitur vltimum terribilium. Bald. in tractatu ſchiſmatis. fin. col. vnde facilè contemnit omnia, qui ſemper cogitat ſe moriturum, ait Hieronymus in prologo Bibliæ. viij. cap. in fine.

10 ¶ An teſtamenti factio ſit de iure ciuili. vide Bart. in l. interdum. ff. de condit. indeb. & in l. qui à latronibus. ff. de teſtam. gloſ. in l. j. ff. de acquirend. rerum domin. §. vltimo. inſtitut. de vſu & habi. Ludo. in l. ſi teſtamentum. colum. prima. de teſtam. qui concordat opiniones.

11 ¶ Qui poteſt teſtari, poteſt codicillum facere: vt hic, & per Bartol. in l. in tantum. in principio. ff. de ſeruo corrupto. & qui prohibitus eſt teſtari, ſimiliter prohibetur codicillum facere. Vide Bartol. in l. ij. verſicul. quæro ſtatutum prohibet. de lega. j. & ibi Ioan. de Imol. & Alexand. Bald. in l. fin. in fine. verſi. quid ſi ſtatutum. C. de teſtamen. & ſexta partita. tit. delos eſcriptos que hazen los hombres. l. prima. & foro legum libro tertio. titulo, delas mandas. lege quinta.

12 ¶ Damnatorum bona quibus debentur? antiqua iura dicebant quòd fiſco. l. eius qui. §. ſi cui aqua. in fine. ff. de teſtamen. niſi forſan haberent filios legitimos, quibus certa portio reſeruatur: vt l. prima. ff. de bonis damnatorum. poſtea omnia bona paterna fuerunt filiis conceſſa. l. finali, §. ſi plures. eo. tit.

¶ Per iura C. deportatus in quæſitis poſt deportationem, non habet hæredem niſi fiſcum. l. deportati. C. eodem. & l. in metallum. eod. tit. & l. deportatorum. C. de pœnis. ſed l. ſi deportatus. C. de bonis damnato. bona deportatis filiis reſeruat, etiam emancipatis, & filiabus dotem.

13 ¶ Deinde l. fin. eodem tit. damnati bona de crimine capitali, ſi non habet, nec habere ſperat, confiſcantur, liberis tamen ſuperſtitibus, ſi damnatus eſt cutialis, aut decurio, dimidia bonorum pars liberis reſeruabatur, alia dimidia confiſcabatur: vt ibi plenius dicitur.

¶ Poſtremò ſuperuenit ius authẽticorum, quòd omnia bona damnatorum filiis darentur, authen. vt nulli iudic. §. fin. colla. ix. & authen. bona damnatorum. C. de bonis damnat.

Ex quibus bonis filij non tenentur patrem alere, vt dicit ibi Bald. cuius memini in repet. rubri. de donatio. inter vir. & vxo. §. lxiiij. in verſi. & hinc eſt. vbi alios doctores idem ſentientes commemoraui, quibus addo text. ſingul. & vnicum in c. j. §. ſiquis homi-

nem. verſic. ſi verò. de pace tenen. & eius viola. & ibi not. per doct. & per Bald. in d. auth. bona damnato. col. ij. verſic. hic quæro dicit ſtatutum. cum iſta opinione videtur tranſire Angel. Aretin. in tractatu maleficiorum, in parte, & eius bona publicamus. col. xj. verſic. quæro ſtatuto cauetur.

14 ¶ Ego ſemper fui dubius de iſta deciſione, propter pietatem quæ eſt inter patrem & filium ſuper alimentis hincinde præſtandis. vt l. ſi quis à liberis. ff. de liberis agnoſcendis. & in authentica licet. & ibi Bartol. C. de natur. liber. Spec. de actore. §. poſt. verſic. item quòd eſt filiusfamiliàs. gloſ. inſtitut. de patria poteſtate. §. ius autem. gloſ. j. Paulus de Caſt. in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure.

¶ Et in l. ſecunda. tit. xix. partit. iiij. etiam ſi filius ſit emancipatus. dict. l. ſi quis à liberis. in principio. & in l. alimenta. eodem titu. etiam ſpurius, vel illegitimè natus. cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matrim, quam poluit per adulte. Ab iſta regula non eſt recedendum, niſi contrarium reperiatur in iure: vt per Specul. de officio omnium iudicum. §. poſtremò. columna ſexta. verſic. quintò dicamus. Vnde Eccleſiaſtici 7. dicitur, Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliniſcaris: memento quia niſi per ipſos non fuiſſes: & retribue illis, ſicut & illi tibi. Quo enim iure patrem agnoſcimus: eodem iure ei ſubueniendum iudicamus. ita dicit Henric. in cap. ſi à patre. de infantibus languidis & expoſitis. refert Montaluus foro legum libr. tertio. titulo delas herencias. ſuper rubrica, & in l. prima. Amor namque & beneuolentia erga parentes in ipſis tempore neceſſitatis alendis conſiſtit, ad quod omnia iura diuina & humana filios aſtringunt: vt habetur in l. tertia. eodem titulo. patrem ergo etiam bannitum filius alere tenetur: vt vult Bartol. in dict. ſi quis à liberis. §. primo. & in authen. inceſtas. C. de inceſt. nupt. & ibi Bald. in verſic. ibi ab eis allatur. vbi per illum textum. & in l. corruptionem. in fine. C. de vſufructu. dicitur, quòd filius patrem exulem alimentare tenetur. Idem Angelus de inceſtis nuptiis in princip. collatio. ſecunda. Bartol. in tractatu alimentorum, verſicu. quæro in quo loco. & ſequenti. Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. titu. qui filij ſunt legit. vbi miratur de doctoribus iuris poſitiui, dubitantibus de hoc: cùm alimentorum exhibitio, ſit de iure naturali communi primæuo. Ex quo ſequitur, quòd indubitanter tenendum eſt, patrẽ inopem, etiam malum & infidelem nutriendum & alendum per filios: vt per Ioan. Andr. in capi. cùm ſit. de Iudæis. & Henric. in dict. cap. ſi à patre. videas Montaluum foro legum lib. ij. ti. delos gouiernos. in parte gouiernum. Ad prædicta facit c. non ſatis. lxxxvj. diſt. vbi tenetur quis ſubuenire proximo ſuo in neceſſitate conſtituto: multò fortiùs patri: vt per Henric. in d. c. ſi à patre. Ad d. c. j. §. ſi quis hominem. de pac. ten. & eius vio. lib. feud. dicendũ, q; ibi eſt caſus ſpecialis in bannito ratione pacis fractæ, ſecundum Lud. in l. j. col. iiij. ff. de in ius voc. vel dic, q; ibi filius excuſatur propter præceptum Principis, ſub graui pœna hoc præcipientis, & liberatur ab illa naturali obligatione, alias non excuſandus. Cogitabis.

15 ¶ Redeo ad propoſitum vnde paululum me auerti. Vbi non ſuperſunt liberi eius cuius bona publicantur, ſupereſt tamen vxor, illa ſuccedit. authenti. præterea. C. vnde vir & vxor. omnibus tamen deficientibus prædictis, bona omnia confiſcantur: vt in præallegatis iuribus.

Tandem

Tandem ſuperuenit lex iſta, quæ damnato ad mortem dat facultatem diſponendi & teſtandi de bonis ſuis, etiam ſi non ſuperſunt filij legitimi deſcendentes, ac ſi non eſſet damnatus. Itaque vel hæc lex permittit condemnato ad mortem facere teſtamentum, vel ſaltem non prohibet: ille autem qui non prohibetur teſtari: per conſequens poteſt. ſexta partita tit. j. per totum. foro legum, lib. iij. titu. delas mandas. cum ſimilib. ſignanter l. iij. eiuſdem tit. & tit. delas herencias. l. j.

16 ¶ Sed quid ſi damnatus ad mortem inteſtatus decedit, quis habebit eius bona? dicas quòd cognati & agnati. dict. auth. bona damnatorum. ibique abinteſtato, & in defectum conſanguineorum ſuccedit vxor. l. vna. C. vnde vir & vxor. l. j. §. vt autem. ff. eod. intellige de conſanguineis vſque ad decimum gradum, & ſecundum legem Partitæ vſque ad duodecimum. vj. parti. tit. delas herencias. l. vj. circa finem. Ad prædicta l. ſi vacantia. C. de bonis vacantib. lib. x. Itaque in defectum conſanguineorum & vxoris ſuccedit fiſcus: vt foro legũ lib. iij. tit. delas mandas. l. iij. in fine. probatur hic, ſi rectè legis verba conſiderentur, cùm vult, quòd tunc demum bona damnatorum confiſcantur: quando per legem, vel per iudicem expreſsè confiſcantur, ſi autem non confiſcantur, in dubio videntur conſanguineis relicta. Bald. in l. ij. in fi. C. qui teſtamen. facere poſſ. in ca. j. in princ. ij. col. verſicul. quæro ergo de intellectu. & verſic. aduerte ſi quis. de pace tenenda. & in titul. de pace Conſtan. §. nos Romanorum. col. j. verſicu. ſed hic dubitatur. & glo. in l. ij. C. quemaduod. teſtam. aper. & iſta menti commenda.

17 ¶ Bonorum confiſcatio ipſo iure facta, teſtandi facultatẽ tollit, vt eſt crimen hæreſis, propter quod ipſo iure bona confiſcantur. cap. cùm ſecundum leges. de hæret. lib. vj. cum concord.

Item crimen læſæ maieſtatis. authen. bona damnatorum. cum ſimilib. C. de bonis damnato. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſtat. Item traditor pacis fractæ. l. j. & ij. Ord. lib. tit. delos traydores. l. j. & ij. & vij. parti. tit. delas trayciones. l. ij.

Item qui contrahit matrimonium clandeſtinè cum filia alicuius contra voluntatem parentum, vel eis incertis. iiij. parti. tit. delos deſpoſorios clandeſtinos. l. xlix. in fine.

Item qui ſeipſum occidit, ſi filios non habet. authent. bona damnatorum. prælegata. vij. partita. tit. delos deſeſperados. l. ij. & titul. delas accuſaciones. l. xxiiij. & lib. Ordinamen. titul. delos homezillos. l. ix. per quas leges corriguntur iura antiqua, quæ ſimpliciter diſponebant quòd ſe occidens perdit omnia bona ſua fiſco applicanda, quamuis filios relinquat. vt ff. de his qui mortem ſibi conſciuerunt. per totum. & l. ſi quis filio. §. quod ſi quis. ff. de iniuſto rupto teſtam. gloſ. & Bart. in l. fin. ad finem. ff. de iure fiſci. lib. x. & l. fin. eodem titul. Bald. in l. ij. col. ij. verſic. item ſcias. vſque ad finem legis. C. qui teſtamen. fac. poſſ. Ang. Salic. & Alex. ibi. col. iiij.

Item qui iudicem occidit. lib. Ordin. xitulo, delos homezillos. l. vj. hi omnes teſtari non valeant de his bonis quæ propter delictum confiſcantur, vt hic dicitur.

18 ¶ Sunt & alij, qui propter ſenſus defectum non teſtantur. l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſunt. Alij iudicij inſtabilitatis. l. fin. C. de teſtam. mi. Alij ratione interdicti & prodigalitatis. l. i s cui bonis. ff. de teſtamen. & iſtorum bona non confiſcantur, ſed

venientes ab inteſtato ſuccedunt in eis: vt in præallegatis iuribus.

Teſtamentum autem iſtorum non parit obligationem, imo nec retentionem eorum bonorum, quæ confiſcantur. Bal. in l. veritas. ad fin. C. de fideicom. quia nullum eſt teſtamentum, & conſequẽter non poteſt dici teſtamentum. l. ij. §. j. ff. quemad. teſta. ape. ſicut contractus inualidus, non dicitur contractus. vt l. j. & ibi doct. C. de eunuchis.

19 ¶ Aduerte, ſi bona alicuius confiſcantur propter delictum, vel ex forma iuris vel ſtatutorum: intelliguntur etiam confiſcari omnes fructus à tempore commiſſi delicti: non ſic quando confiſcatio debet fieri per ſententiam iudicis: nam tunc veniunt fructus à tempore ſententiæ. gloſſ. not. in authent. de inceſtis nuptiis. in princ. collat. ij. quam approbant Bartol. & Angel. ibi. & Anchara. in c. fœlicis. ix. col. de pœnis. libro vj.

20 ¶ Sunt enim quædam crimina, quæ quàm primum ſunt commiſſa, ſtatim adminiſtratio bonorum delinquentis eſt interdicta, etiam ante inquiſitionem, vel condemnationem de ipſo delicto factam. Vnde ſi quid interim eſt alienatum, etiam bona fide, & titulo oneroſo, reuocatur. de quibus criminibus habetur in l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. cum ſimilib. Nemo quidem priuari debet rerum ſuarum dominio ipſo iure. Si autem propter delictum delinquentis bona veniunt publicanda: ante ſententiam dominium non perdit nec adminiſtrationem. Propterea alienationes factæ ante & poſt delictum, & ante condemnationem, valent: ſecus quando lex priuat ipſo iure: vt in præallegatis iuribus: nam tunc alienationes poſtea factæ veniunt reſcindendæ, etiam ſi per mille manus tranſierint: & fiſco non reſtituto precio, vendicabit res illas, niſi precium ſolutum, vel aliud loco pretij eſſet in bonis delinquentis. ita voluit Ioan. Andr. poſt Archid. quos ſequitur Anchar. in dicto cap. cùm ſecundum leges. Bartol. in l. iij. ad fin. ff. de his quæ in fraudem credit. & ibi alij doctores.

21 ¶ Quando lex vtitur verbo futuri tẽporis in bonorum confiſcatione, eſt ferenda ſententia. gloſſ. in cap. ſi diligenti. de foro compet. & in c. quiſquis. de electio. & in regula in prius. de regul. iur. libro vj. ſi ergo dicitur, quòd bona veniunt confiſcanda: intelligitur per ſententiam: vt per Bar. in l. fin. §. fin. col. j. verſ. quæro vtrum bona. ff. de his qui mort. ſibi conſciue. vbi diſtinguit: & Bald. in l. j. col. ij. ſuper verbo de forma autem tenenda. C. de hæred. inſtit. & in d. c. j. col. iiij. verſic. ſed pone, index. de pace tenend. & eius violat. & in titu. de pace Conſtantiæ. §. nos Romanorum. & in Spec. de accuſat. §. ſequitur videre poſt. verſic. qualiter fiet. vbi vide.

22 ¶ Si iudex dixit in ſententia, & eius bona publicamus: ſententia trahit ſecum executionem, & ita tim transfert dominium in fiſcum ipſo iure: vt not. in l. duobus. §. idem ſcribit. ff. pro ſoc. latè per Ang. Aret. in tract. malefic. in parte, & eius bona publicamus. col. x. verſic. & etiam diligenter.

23 ¶ Et ibi vide nunquid bona ſita in alieno territorio videantur etiam confiſcata? Et nunquid in publicatione bonorum veniant ea quæ alienari non poſſunt? Et multa alia ad hoc propoſitum ibi ſunt cumulata, quæ videas per te.

24 ¶ An is cuius bona publicantur ipſo iure, vel per ſententiam: poſsit de his bonis ad pias cauſas aliquid diſponere, vel inter viuos donare? Baldus in

l.fin.pen.col.versic. extra quæro vtrum banniti. C. si à non compet.iudic.tenet, quòd sic. Quod est verum de malè ablatis:vt per Bald.in tit. de pace Constan.§.nos Romanorum. & in l.j. col. ij. in princip. versic.tertiò quæro.C.de sacrosanct.eccles.

An statutum possit disponere, quòd damnatus ad mortem possit testari de bonis confiscatis? vide Bart.in l.si quæramus.fin.col.in princip. vers.circa istam quæstionem.ff.de testam.Bald.in auth.desunct.o,in fi.C.ad Tertul.teneas quòd non.

Condemnatus ad mortem non caret ecclesiastica sepultura.c.quæsitum.xiij.quæst.fin.si est confessus & contritus: & apparent in eo signa contritionis,alias secus:vt per Spec.de dispensatione.§.nunc de episcoporum.versic.lxxviij.per cap.quicunque. xiij.q.ij.& cap.placuit.xxiij.q.v. glos.in clemen.j.in verb.pœnitentiæ.de pœniten.& remissio. cap.fina. de sepul.l.j.ij. & iij. C. de cadaueribus punitorum. fallit in occidente seipsum. dict.cap.placuit.glo.ca. ex parte.ij.in parte,cõmunicabatur.de sepult.Item in eo qui occiditur deprehensus in delicto. cap. fures.xiij.q.fin.ali. intellige nisi appareant in eis signa pœnitentiæ,vel contritionis vt suprà diximus.

25 ¶ An autem & quando sepultura potest interdici.vide Archid.in cap.si quis ausus.ij.quæst.j. Bald. in l.si quis sepulchrum.§.hoc edictum. ff.de relig.& sumptib.funer.glos.in dict.cap.ex parte.

26 ¶ An sepultura debet negari reis criminis lite pendente mortuis.vide in l.prima.§.quotiens.& ibi Ioan.de Imol.ff.de iniur.Angelum Aret.in tractatu maleficiorum.versic.qui iudex videns quòd inquisiti.viij.col.in fi.& Bald.in l.prima.in princip. versi. prima igitur pars.C.ne ex delict.defunct.dicit non posse sepeliri sine licentia iudicis condemnantis: & ita seruatur de consuetudine.

27 ¶ An corpus debitoris defuncti possit detineri ne tradatur ecclesiasticæ sepulturæ ad petitionem creditoris,quousque satisfiat sibi de debito,vide in authent.vt cùm de appellatione cognoscitur.§.me- 4
minimus.collatio.octaua.vbi dicitur quòd non,nisi stante statuto,quòd instrumenta habeant executionem paratam ad petitionem creditoris. ita dicit Angelus in authentica,vt defuncti,seu defunctorum corpora à creditoribus non iniurientur.versi.Item per hanc legem.collatio.v.cuius contrarium firmat doctor egregius Thomas de Cuenca, olim collegialis in collegio sancti Bartholomæi Salmanticen. in quo ego similiter fui collegialis, in sua eleganti repetitione. cap.fin.de sepultu. quem rogo videas. & Felin.in cap.sicut Iudæi.col.j.de Iudæis. 5

Lex V.

EL fijo o fijaque esta en poder de su padre,seyendo de edad legitima para hazer testamento, pueda hazer testamento como si estouiesse fora de su poder. 6

1 FILIVS vel filia familias liberè potest testari si est ætatis legitimæ. Per hanc legem corrigun tur iura antiqua quæ prohibebant filiumfamilias testari.l.qui in potestate.l.filiusfamilias. l.si filiusfamilias.ff.de testamentis.l.senium. in fine.C. qui testamenta facere possunt. Institut. eodem. § præterhos.cum similibus à quibus sumpta fuit lex Regni, sexta partita,titulo primo. l.xiij. vnde superflua videtur disputatio Montalui & aliorum in l. prima. 7
titulo, delas herencias. foro legum, quæ super hoc facta est. vbi per iura prædicta concludebatur quòd non: præter quàm de castrensibus vel quasi.Institu. quibus non est permissum facere testamentum. in principio.& l.penultim.& finali. C. qui testamenta facere possunt. Hodie per istam legem filiusfamilias potest testari de omnibus bonis suis.

Et hoc fuit satis rationabiliter constitutum.Nam si potest omnes contractus facere & se efficaciter obligare sine patris consensu,nisi in mutuo & voto. l.tam ex contractibus. ff.de iudic. l.si filiusfamilias. ff.de actionibus & obligationibus.multò fortiùs deberet permitti, quòd possit testari, potius quàm contrahere.Adultus enim curatorem habens,æqui paratur pupill'æ. l.si curatorem habens. C. de in integrum restitutio.& non potest contrahere sine auctoritate curatoris.l.Aurelio.§.Gayus. ff.de libera. lega.l.cùm pater. §.curatoris. de legatis secundo.& tamen potest testari sine curatoris auctoritate, in decimoquarto anno si est vir, vel in duodecimo si est fœmina.l.qua ætate. ff.de testament. Ad contrahendum autem quando non habet curatorem, requiritur legitima ætas.l.ij. & fina. C. de his qui veniam ætatis impetrauc.

¶ Pro vberiore huius legis intelligentia, præmitto quòd olim filius vel filiafamilias etiã patre consentiente testari non poterant. l.qui in potestate.ff. de testam.l.senium.& l.pen.C.eod.vbi solùm in castrensibus vel quasi filiofamilias testari vel codicillari permittebatur.Item in aduentitiis quorũ vsufructus patri non quærebatur.l.fin.§.filiis autem.C. de bonis quæ liber.authent. vt liceat matri & auiæ. in fine principij.versic. quo volunt modo disponere. à quibus sumpta fuit lex Regni,sexta partita.titulo primo.l.xiij.Contrarium tamen voluerunt doctores in prædicta l.pen. quos finaliter sequitur Iaſ.vbi respondentes ad iura prædicta, vt ibi per eos,quos per te videas.

¶ Ex prædictis aliqui audebant dicere, quòd filiafamilias non poterat de sua dote testari propter generalitatem dictæ l. senium. vbi hoc tenent communiter doctores,quos sequitur ibi Iaſ. & in dicta l.penult. sed hodie mihi videtur contrarium in dote: quia filiafamilias per matrimonium exit à patris potestate : vt dicitur infrà l. xlvij. de qua statim dicemus. item per istam legem. vide legem Regni, v.parita.titulo iiij.l.finali. 2

¶ Donare autem causa mortis poterat filiusfamilias de voluntate patris. l. tam his.§.j.ff.de donatio. causa mort.etiam inter viuos cum patris consensu. v.partita.titulo quarto.l.tertia.An autem pater qui dabat licentiam filio vt donaret causa mortis, poterat pœnitere.vide Bald.in dict.l.senium. C.de testamen.Cyn.in l.nec fratris.C.de donat.caus.mort. Bartol.in lib.ij.§.j.quæst.fin.ff.de donat. 3

¶ Quare filiusfamilias poterat cum patris consensu donare causa mortis, & non testari: assignat rationem glos.in dicta l.qui in potestate. de testam. quam Bartol.sequitur,sed Iaſ.in dicta l. senium.aliter sentit contra Raphael.Cumanum & Aretinum, quos per te videas.

¶ Sed quòd hodie filiusfa. possit testari de omnibus bonis suis:intellige, dum tamen nõ excedat terminos legis infrà proximè : vbi permittitur sibi testari de omnibus bonis suis, excepta legitima parentibus debita, hoc est, de tertia parte bonorum suorum solùmodo.& ita per legem sequentem restring

restringitur ista lex,ex qua colligitur quòd licet filiusfamilias possit testari : non tamen præterire vel exhæredare.

8 ¶ Filiusfamilias potest eligere sepulturam. cap. licet de sepul.lib.vj.Bart.in dicta l.filiusfamilias.& d. l.qui in potestate.

9 ¶ Filiusfamilias dicitur qui est in patris potestate:vt insti.de patria potestate,per totum: mater autem vel'auia non habet filium in potestate : nisi sint tutrices filij aut neptis:nam tunc mater dicitur habere filium in potestate.tex. nota. cum glos. secundum Bald.& Præpositum in c.ex parte.de appe. ibi dum dicit,sub potestate.videas Montaluum foro legum,li.ij.ti.de pact.l.fi.in principio.

10 ¶ Quibus autem modis filius liberatur à patris potestate:vide insti. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. & Specu. de tutoribus.§.iij.versi.sed quæritur.

11 ¶ AEtas legitima ad faciendum testamentum est xiiij.an.in masculo:& xij.in fœmina: vt l.qua ætate. ff.de testa.& l.si frater. C.qui testa.fac.po.l.ij.C.quãdo prouo.non est ne. l. fin. C. de testa. mi. à quibus sumpta est lex Regni,vj.partit.tit.j.l.xiij. Ex quo ergo impubes vir vltimum diem anni xiiij.ætatis suæ tetigit : vel fœmina xij. potest condere testamentum:vt dicta l.qua ætate.& insti.eo.§.præterea.quia ante istam ætatem:nullum eius animi iudicium præsumitur in eis esse:vt dicta l.xiij. & dict. §. præterea. etiam si sit miles: vt l.fi.& ibi Bald.& l. milites & ibi similiter Bald.j.col. versi. & est consideranda. C. de testa.mi.& si de facto testatur: nullum est testamentum:vt in prælegatis iuribus. 12

¶ Sed caue, quia iure antiquo de bonis aduentitiis in quibus patri non quærebatur vsusfructus:poterat filiusfamilias donare causa mortis sine patris licentia : vt authentica matri & auiæ, in principio, iuncta glo.tenet Paulus de Castro in dicta l.senium. & ibi Iaſ.pen.colum. hodie tamen per istam legem absque licentia & voluntate patris potest filius, vel filiafamilias liberè testari:vt suprà dictum est:& consequenter causa mortis donare.Quia in vtroque casu:si lædatur,vel displiceat,potest pro libito reuocare:vt vult glo in l.aurelio.§.Cayus.ff.de liberatione leg.Ad hoc l.qui mortis.ff.de dona. causa mortis. l. si alienam.§.Marcellus.eod.tit.& ibi notant doctores.Quamuis autem donatio causa mortis magis videatur accedere contractui:quàm vltimæ voluntati.l.ij.ff.de dote prælega.Bart.in dicta l.qui in potestate:contractum autem minor filiusfamiliasfacere non potest absque patris authoritate:qui est eius legitimus administrator,etiam in aduentitiis,in quibus patri non quæretur vsusfructus. Quia ab ipso contractu non potest discedi : nisi vtriusque partis consensu.l.sicut.C.de actio. oblig. nihilominus tamen permittitur filiofamilias causa mortis donare, cum ista donatio sicut testamentum sit ambulato vsque ad mortem,vt suprà dictum est.

13 ¶ Præterea filiusfamilias præsbyter, cum censeatur habere bona quasi Castrensis peculij: authenti. presbyteri.C.de sacrosanct.eccle.l.cum leonina. C. de epis. & cle. notatur in capitulo quia nos, de testamen. etiam si sint clerici primæ tonsuræ : poterunt testari : vt notatur in dicto capitulo, quia nos. glos.in capitu.quia ingredientibus. in verbo testandi.xix.quæst.fin.Cæpo.in cautela.clvj.per Iaſo.in l. licet.C. de colla, facile autem posset quis effici clericus primæ tonsuræ:& consequenter posset de bonis suis testari,vnde faciliter eluderentur leges & iura prohibentia filiisfamilias testamenti factionem: vt dixit Iaſo.in dicta l.pen.fin.col.ne ergo ad huiusmodi facilem elusionem legum perueniretur : iure fuit permissum filiisfamilias, quòd possint testari si ne patris consensu, dummodo fuerint ætatis legitimæ ad testandum,vt paulò antè dicebamus. 14

¶ Caue tamen quia per istam legem non extrahuntur filiifamilias à parentum potestate ; solùm enim permittitur sibi testamenti factio, ac si extra parentum potestatem extitissent, vbi tamen filius vel filiafamilias matrimonium contraxit, à patris potestate eximitur,vt dixi suprà, & habetur infrà l. xlvij.glo.insti.de patria po.versi.ciuiuni.quam alle legat Bald.in capitulo, secundo. de fratri. de nouo benefic.inuestitu.& in capitulo primo, an maritus succedat vxori in beneficio.& Iaſo.in dicta l. penul. colum.pe.C.de testa.

¶ Per istam legem hodie sublata est longa illa differentia & disputatio doctorum,arduæ ac difficilis quæstionis,an filiusfamilias possit ad pias causas testari', de qua per Franciscum Aretinum in dicta l. qui in potestate.de testa.latius per Iasonem in dict. l.senium.per Ludouicum in authentica. Similiter. C.ad legem falcidiam,in repetitione.in quibus locis doctores subtiliter se habent circa intellectum capitul.licet;de sepulturis libro sexto.Nam si generaliter permittitur filiofamilias sine patris consensu testari de quibuscunque bonis suis ergo per consequens & multo fortius ad pias causas, cum agatur de fauore piæ causæ. 15

¶ Per istam legem similiter declaratur lex Regni satis dubia:foro legum, libro tertio.titu. delas herencias.l.j.vbi dicebatur q; filius poterat facere testamentum.Y padre ni madre no ge lo pueda embargar. Quæ verba apud antiquos erant valde dubia, quidam enim ea intelligebant quòd filius poterat testari,si erat extra patris potestatem, quod colligebant ex illa litera,cum dicit, padre ni madre no ge lo pueda embargar. & sic loquitur de matre que non habet filium in potestate.ergo eodem modo est intelligendum de patre, qui similiter non habet filium sub sua potestate. Alij vero dicebant, q; ex quo ibi loquitur de filio & patre, intelligendum erat quòd loquebatur de filio qui erat in patris potestate cùm regulariter omnes parentes habeant filios in potestate, nec præsumitur emancipatio nisi probetur,vt insti.de patria potestate. cum enim sit facti,facta autem non præsumuntur nisi probentur. l.in bello. §.facta.ff.de capt.& c.cũ iure de offi.dele. cum similibus, præterea cum communiter parentes,vt dixi habeant filios in potestate,locus à communiter accidentibus transfert onus probandi contrarium in aduersarium.glo. nota. in l.nec natales. C.de proba. quam multum comendat Ludouicus Roma.in suis singularibus.Ergo de filiofamilias debet necessario illa lex intelligi, non de emancipato.vt l.si emancipata.C. de iuris & facti ignorantia. l.si emancipati. C. de colla. ibi teq; emancipatum probatum fuerit,quem textũ ad hoc notat ibi Fulgosius,Ludouicus,Alexander,&Iaſ.Ad idem l.cum oportet.§.cum autem. C. de bonis quæ liberis. Ad tollendam igitur huiusmodi altercationem visum fuit nobis vtile;immo necessarium, condere hanc legem quamuis alij aliter intelligant illam legem, vt ibi per Montaluum, vt ibi plene scripsi in meis recollectis,& fortè aliquid tangetur in lege sequenti.

16 ¶ Testamentum factum à minore xiiij.an. vel à fœmina minore xij.an.adeò est nullum quòd tractu temporis, hoc est,aduenientе legitima ætate : non conualescit:vt regula iuris dicit:hinc est quòd testamentum hæretici nullum est: & ipso pœnitente & ad ecclesiæ vnitatem reconciliato non conualescit:quia cum fuit hæreticus testari non potuit. ca. ex communicamus.§.credentes.de hæreticis. glos. in l.si quæramus.ff.de testa.Bald.in l.fi.colum.j.ver si.secunda conclusio. C.si à non competente iudic. & in l.j.§.si quis planè.de leg. iij. Abbas in rubrica de testa.col.ij.ver.hæreticus,& in c.parrochiano.de hæreticis.vj.parti.ti.j.l.xvj.foro legum.lib.iij. eod. tit.l.v.alias ti.delas mandas.Idem si catholicus condidit testamentum tempore habili si superuenit inhabilitas:irritatur:vt puta si postea factus est hæreticus:vel sarracenus:vt notà.in dict. si quis.& ibi Bal. & alij doctores & in l.fiquis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniusto rupto. quod aliqui vi dentur sentire, contra argu.l.primæ.§. si quis. ff. de secundis tabulis.

17 ¶ Si maior xiiij. an. minor xxv. fecit testamentum,& fuit læsus:an restituatur aduersus eum.Bart. in d.§.fuit quæsitum:dicit q̃ non.& in l. fi. C.si quis aliquem testa.prohi. & in l.verba contraxisse. ff. de verborum signi. doctores in l. si frater. C. qui testa. fa.po. & procedit hoc etiam in eius hærede; vt per doctores in d.§.Gayus. ¶ Intellige nisi minor dolo instituti fuit circũuetus, & inductus ad testandum: 1
nam tunc rescinditur testamentum principis beneficio,ad instantiam venientium ab intestato.Bal.in d.l.si fratres.C.qui testa.facere possunt.¶ Minor autem restituitur aduersus ea quæ gessit in contractibus:non in vltimis voluntatibus:vt per Bart. in d. l. j.§.fuit quæsitum.ff.ad trebellianum.Item quia cõpetit minori reuocatio testamenti: quod est remedium ordinarium:ergo cessat restitutio,quæ est remedium extraordinariũ.l.in causæ.in principio. ff. de minoribus.ita dicit Ludoui.Roma. in d.l. si frater.C.qui testa.facere possunt. ¶ Sed contra donationem mortis causa factam: competit restitutio minori.Bal.in l. si curatorem habens. C. de in integrum resti.min.Cuius contrarium tenet in c.j.§. itẽ sacramenta.de pace iura.firman.col.iiij.in fine.

18 ¶ Minor in casu quo potest testari: potest in testamento filio suo curatorem dare. l. si plures. §. quamuis.& ibi Bart.ff.de admi.tu.& in l. quæro. §. Lucius.alias in l.lucius.ff.de testa.tutela.

19 ¶ Cum autem hodie filiusfamilias possit facere testamentum : poterit similiter facere codicillum.Bart.in l. in tantum. in fine principij. ff. de seruo corrupto.Bald.in l.fin.versicu. quid si statutum. C.de testa.sicut contra prohibitus testari,prohibetur codicillum facere.Bar.in l.sciendum. ver.statutum prohibet. de lega. j. Item prohibetur legare. glo.nota in c.Ioannes, de testa. glos. ij. plenius ibi per Abb.& alios.poterit tamen aliquam eleemosinam dare.c.quia nos.de testa.

20 ¶ An statutum potest habilitare inhabilem ad testandum.vide Bart.in d.l.si quæramus.col.ij.ff.de testa.& in l.in tantun..in principio.ff. de seruo corrupto.tenet quòd sic, quæ testandi habilitas est iude testa.intellige in terris, vbi princeps habet iurisdictionem non extra.Io.de Ligniano in tractatu de sen.excõmu.charta x.ver.aliud statuta permittunt. facit c.à nobis.de sen.excommu.& c. vt animarum. de constitu.li. vj. Alibi verò sita spectant ad venientes ab intestato:non ad hæredem scriptum in testamento facto in loco testamenti, secundum Bart. in l.si arrogator,col.penul. verticu. valet ad quæstionem,in ciuitate.ff.deadoptionibus.& in l.j.q.vij.C. de summa trini.& fide ca.& ibi Bald.col.xij.& in authen.defuncto.C.ad tertullianum.

Lex VI.

LOS ascendientes legitimos por su orden & linea derecha succedan ex testamento & ab intestato a sus descendientes y les sean legitimos herederos como lo son los descendientes a ellos en todos sus bienes de qualquier calidad que sean, en caso que los dichos descendientes notengan fijos o descendientes legitimos, o que ayan derecho de les heredar. pero bienpermitimos que no embargante que tengan los dichos ascendientes que en la tercia parte de sus bienes puedan disponer los dichos descendientes en su vida o fazer qualquier vltima voluntad por su alma o en otra cosa qual quisieren, lo qual mandamos que se guarde, saluo en las ciudades & villas & lugares do segun el fuero dela tierra se acostumbran tornar los bienes al tronco & o la rayz ala rayz.

DEscendentes tenentur instituere ascendentes sicut econtrario: quibus omnia bona sua relinquere tenẽtur excepta tertia bonorum parte: de qua liberè possunt disponere.hoc dicit ista lex notabilis. Ab intestato verò succedunt eis in omnibus bonis:si ipsi non habent filios aut alios descendentes legitimos:vel naturales.

¶ Pro intelligentia vtilitatis quæ ex editione huius legis sequitur:præmittendum est, q̃ antiquitus parentum legitima de iure digestorum & C. erat quarta eius quod deberur ab intestato.vt l.Papinianus.§.quoniam quarta. ff. de inoffi.testa. l. nam & si parentibus.eod.ti. & ibi Bart. glo. & doctores in authentica nouissima.C.eo.

¶ Postea superuenit ius authenticorum:quo filiorum legitima fuit aucta, vt dicta authentica nouissima. Eodem modo fuit aucta legitima parentum,vt probatur in authentico de triente & semisse,in verbo hoc obseruando.& ibi glo.& in dicta authentica nouissima.quam sequuntur ibi omnes doctores,& Bart.in l.si pater.col.antepe.ff.de inoffi.testa.Itaque eo iure parentum legitima est tertia pars bonorum.Concors est in hoc lex Regni vj:partita. ti.xiij.l.viij.

¶ Postea superuenit lex fori.lib.iij. tit.delas herencias. l. j. quæ dicit q̃ si testator non habet filios: potest testari.Y padre ni madre ni otro pariente gelo pueda embargar.Quæ verba vt in præcedenti lege tetigi diuersimodè intelliguntur à doctoribus. Montaluus ibi dixit ea debere intelligi idest non obstante patria potestate:verbum tamen ni madre,excludit illum intellectum:cum filius non sit in matris vel alterius consanguinei potestate : cuius ratione possunt petere legitimam in bonis filij.

¶ Ad tollendam huiusmodi ambiguitatem: cõdita fuit ista lex, quæ disponit q̃ si filius etiam familias,non habet descendentes legitimos, succedunt ei ascendentes, quorum legitima est duæ partes eorũ quæ sibi debẽtur ab intestato in bonis filij,de reliqua

liqua tertia parte bonorum, potest filius ad libitum disponere.Hoc idem constitutum est in ciuitate Cernisina vt refert Paulus de Castro in dicta authentica nouissima.col.j.

3 ¶ An ista legitima debet relinqui parentibus titulo institutionis: communiter tenent doctores in dicta authentica nouissima quòd sic: vt latè ibi per Iaso.contra Bart.mihi videtur,quòd hodie nec legitima patris nec filij habet necesse relinqui iure institutionis vel titulo institutionis, vt sentit Bald. in 8
l.maximum vicium.col.penul.C. de liberis præteritis,vbi dicit quòd si per ius municipale augeatur legitima derogando iuri communi:non recipit interpretationem à iure communi:sed simpliciter debet 9
intelligi prout iacet,nec aliquid licet addere vel detrahere:vt C.de Iustiniano Codice confirmando. l. j.§.hunc ergo.de emendando Iustiniano Codice.l. j.§. repetita. C. de Latina libertate tollenda. l. j. in principio.de testa.c.Rainuntius.vbi sufficit statutariam portionem relinquere quoquo relicti titulo, ita Bald.vbi suprà, quem refert & sequitur Paulus de Castro in dicta authentica nouissima.colum. ij. & in l.fin.§.in computatione.C.de iure deli. Calde. consilio lxxxij.rubrica de testa.de cuius veritate vide addit.ad Bald.in d.l.maximum.

4 ¶ Sed quare non fuit aucta legitima parentum ad limites legitimæ filiorum,cùm ad paria videantur iudicari,vt dicta l.nam & si parentibus. & authẽtico de triente & semisse.versi. hoc obseruando. & ibi glo.& in authentico,vt cum de appellatione cognoscitur.§.sancimus.

¶ Dicas quòd ista æquiparatio non est generaliter in omnibus, nam filius potest detrahere duas quartas, Trebellianicam,& debitam iure naturæ,vt c.Rainuncius.& cap.Raynaldus.de testa.Barto.& alij in l.quamquàm.ff.ad legem fal.pater tamen. vel alius ascendens,non nisi vnam.vt per Bald. in l. si à milite.§.fi.ff.de testa.mi.item si pater alienauit bona in fraudem legitimi filij,& is in quem fuerunt a- 11
lienata.participauit de fraude, filius reuocat vsque ad legitimam suam, non tamen econtrario, vt per Bart.in l.non vsque. ff. si quis à parente sue. manu. traditur in §.Item si quis in fraudem. insti. de actio. Item l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de test. defert legitimam filio instituto in minus solenni testamento cum duobus testibus, non tamen econuerso,vt per Spec.ti.de instru.edi.§. compendiosæ. versi.quòd si filius.Bald.& Salicetus in l.fi. C. familiæ herciscundæ.Bald.in d. l.hac consultissima.§. fi. per illum textum. Albericus in d. §. ex imperfecto. Item quando filij succedunt descendentibus,conferunt bona inter se,non econtrario secundum Bald. & Alexand.in l.fi emancipati.C.de colla.

5 ¶ Ascendentes legitimos, legitimi ascendentes dicuntur,quando in facie ecclesiæ cõiuncti sunt bona fide credentes se legitimè copulatos, sufficit q̃ alter tantum credat,vt filij sint legitimi. c. ex tenore.qui filij sint legi.notatur in l.qui contra.C.de incestis nupt.secus si scienter contraxerunt, vel saltem clandestinè, nam tunc præsumitur ignorantia affectata,vt c.cum inhibitio.de clan,desponsa.vt in 12
trà latiùs suo loco disseremus.

6 Ascendentes sunt,pater,mater,auus,auia, proauus,proauia,abauus,abauia, vsque ad tritauum, & tritauiam. authen. de hæredibus ab intesta. ve. §. si igitur defunctus.coll.ix. ibi cùm dicit vsque ad tritauum, supra parentes superiores seu vlteriores dicuntur.& foro legum; lib.iij. tit. de las herencias. l. j.§.E si ome.

7 ¶ Ordo itaque seruandus est quia primo succedunt pater & mater defuncti,exclusis omnibus aliis ascendentibus.Si tamen pater vel mater non stant, succedunt auus & auia & sic de aliis ascendentibus seruato ordine suprà dicto,qui ergo sunt proximiores in gradu,primo succedunt,vt in præallegatis iuribus.& in authen.in successione.C.de legi.hære.

¶ Por su orden. Vocabuntur ergo primo pater & mater simul si stant, his deficientibus, vocabuntur auus & auia,proauus & proauia.l.quod scitis.C.de bonis quæ liberis.authen.defuncto.C.ad Tertullia.

¶ Pone quòd stant mater & auus paternus, an simul succedant,vide glo.Bal.& alios in d.authen. de defuncto. vbi communiter concluditur quòd mater præfertur.idem disponit lex Regni, foro iuzgo. tit. delas herencias.l.ij.ibi cum dicit, Sino ouiere fi jos ni nietos,ni visnietos,ni padre,deuen lo auer los abuelos.Idem videtur de mente huius legis,cum dicit por su orden & linea derecha.

10 ¶ Si vero auus & auia, proauus & proauia ex vtroque parente pariter concurrunt,ex æquo hæreditas diuiditur inter eos,vt medietatem quidem accipiant omnes à patre ascendentes,quanticumque fuerint, medietatem verò reliquam à matre ascendentes, quantoscumque eos interuenire contigerit,vt dict.§.fi quis igitur.tenet Bald. in l. quod scitis.C.de bonis quæ liberis. vbi dicit quòd inter auos ex parte patris & ex parte matris, seruatur æqualitas. Itaque in bonis vndecumque prouenerint,aui pariter succedunt. Bart. tamen in dicta l. quod scitis.tenet contra, immo quòd auus paternus succedit nepoti, in his quæ à patre prouenerunt,& maternus in his quæ prouenerunt à matre. In aliunde quæsitis, aui succedunt æqualiter. Idem disponit lex Regni,foro legum,lib.iij. tit. delas herencias.l.x.

¶ Aliter dicit sexta partita eo.ti.delas herencias. l.iiij.quòd si defunctus filios non habet, succedunt pater & mater per capita vna cum fratribus defuncti.Sed si non sunt parentes nec fratres, succedunt aui pro dimidia, & ita videtur approbata omnino opinio Bald.de qua suprà. Sed caue quia in lege in frà proxima dicitur quòd fratres defuncti non succedunt vnà cum parentibus. & consequenter corrigit legem partitæ præallegatam. Item quo ad ipsos auos in successione nepotum, non seruatur prædicta dispositio,scilicèt quòd succedant pro dimidia, sed secundum dispositionem.d.l.x. tit. delas herencias.foro legum, quæ lex per consuetudinem approbatur,quæ seruanda est vbi hoc consueuit fieri.

Quando lex iubet seruari gradus prærogatiuam in successionibus, intelligitur gradatim, vt proximiores primo deinde remotiores, vt per Bald. in l. fin.C.de verborum signi.Anchara.in c.j.q.xiiij.versi.occurrunt.de consti.lib.vj.Itaque pater & mater in successione filij excludunt auum paternum, & maternum,vt in præallegatis iuribus,& authen.defuncto.C.ad Tertullianum.vbi glo.& doctores,præsertim Bal.Idẽ Bal.in l.fi infanti.q.iij.C.de iure deli.

13 ¶ Item nota quòd iste ordo peruerti non potest, alias nihil agitur,secundum Bald. in l. penul. q. iiij. C.de condi.insertis.

¶ Dicitur autem ordo traditus à lege, cum ex verbis legis tacitè,vel expressè colligi potest,secundum Bal.in l.eos.col.v.C.de appe. Hic autem ordo

seruand

seruandus est, vt dictum est. etiam si ordo vel forma detur à consuetudine, secundum Bal. in ca. j. §. item sacramenta, col. ij. de pace iurā. fir. lib. feudorum. Nec est opus q̄ lex, vel consuetudo tradens ordinē, aliter procedat amullando, quoniam si ordo non seruetur, est nullum quod agitur. Bald. in l. non dubium. C. de legibus. & in c. in nomine Domini. de testibus. cum similibus.

14 ¶ Ex istis infertur, q̄ si filius vel nepos instituit proauum, vel extraneum patre omisso, testamentum est nullum, quia contra ordinem istius legis est testatus, vt hic patet, & in l. nam & parentibus. ff. de inoffic. testa. forma enim tradita à lege, in dubio est de substantia, qua omissa viciatur actus, vt paulo antè diximus, & tenet Bald. in l. comparationes. col. ij. versi. vltimo nota. C. de fideiusso. & in l. j. in principio. versi. & forma. C. vt in po. le. & in l. si inter. C. in quibus casi. in integrum resti. non est necessaria. & in l. fi. C. de suis & legi. hære. & in authentic. hoc amplius. ver. non dicit glo. C. de fideicommissis. & in l. ambiguitatem. C. de testa. probatur in l. scio. ff. de app. quia in tali ordine consistit statutum legis, secundum Barto. in l. ij. §. prius. ff. de vulgari & pupillari substi. ¶ Sicut diximus in iudiciis, quia si ordo præfixus est, non potest extra ordinē procedi. Bald. in l. fi. q. j. in fi. C. de edicto diui Adriani toll. Ad hoc l. iiij. per conclusionem. ff. de actio. empti. & vendi. l. quintus. §. fi. ff. de annuis lega. ¶ Hinc est, quòd vbi datur certa forma procedendi, processus corruit, non solum si aliquid attentatur directè contra formam, sed etiam citra, quia verum est istum excessisse formam mandati. c. prudentiam. in principio. de offic. deleg. & ibi notat Abbas. est glo. nota in capitul. si cui de electione, libr. vj. videas Abb. qui pulchrè loquitur.

15 ¶ Item infertur ex prædictis, quòd si filius non instituit, imo forsan exhæredauit patrem, matrem, vel ascendentes, quos instituere tenetur, secundum dispositionem huius legis, & l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. testamentum est nullum, vt authē. intestato. C. ad tertullianū. tenet Bald. in l. omnimodo. can. j. vēr. venio ad quæstionem. C. de inoffic. testa. Bart. & Bald. in authē. ex causa. versi. circa secundum. & col. iij. versi. tertio oppono. & col. viij. versi. tertio quæro. C. de liberis præteritis, vel exhæredatis. vbi dicit, q̄ parentes possunt facere querelā inofficiosi contra testamentum filij, si exhæredantur vel prætereuntur in eo.

16 ¶ Item excludunt substitutum vulgarem à substitutione filij vel eius successione, quia possunt adire hæreditatem filio relictam & repudiatam. l. fin. in principio. & ibi Bal. j. col. & ibi alij. C. de bonis quæ liberis. Barto. in l. j. col. v. versi. sed quid dicetis. ff. de vulgari & pu. Bal. in l. cum proponas. col. ij. C. de hæredi. insti. vbi hoc intelligit, quando testator verisimiliter non cogitauit de patre hæredis. vnde pater potest adire hæreditatem filio delatam & recusatam. Bald. vbi suprà, & in l. iij. C. de hæredibus insti. & in l. j. oppo. xj. C. qui admitti.

17 ¶ An autem substitutus pupillaris, qui ratione substitutionis habet ius succedendi filio in bonis suis, excludat matrem, videtur q̄ sic, per hāc legem in fine. & per c. fi pater. de testa. lib. vj. videas Oldradū cons. xxv. & notat. per Bar. & alios in l. moribus. ff. de vulgari & pupillari. Bal. & alios in l. precibus. C. de impuberū & aliis. & in l. Papinianus. §. sed nec. ff. de inoffic. testa. & l. ex tribus. vide Bald. in l. cum non solum. §. j. C. de bonis quæ li. Montaluum foro legum, lib. iij. titul. vj. l. j. in verbo padre ni madre.

18 ¶ Aduerte quanquam pater debeat hæres à filio institui, vel alij ascendentes, vt hic dicitur, potest tamen grauari fideicommisso à filio. l. filius. & ibi Bart. ff. ad legem fal. & etiam ibi Angelus, qui inter cætera dicit, per illum textum, quòd pater hæres filij ex testamento fideicommisso grauatus, imputat sibi fructus in Trebellianicam. idem tenet in l. quod de bonis. §. quod auus. in fine. eod. tit. non econtra, vt l. iubemus. C. eod. tit.

19 ¶ An mater præferatur patri in bonis filio quæsitis per lineam maternam, & econtrario. & eadem quæstio est in auo materno & paterno. Barto. dixit quòd sic per dict. l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis. Bal. in dicta authentica, defuncto. tenet contra, per illum textum, & in corpore vnde sumitur, in quibus non fit mentio rerum, sed graduum, ideo seruatur per omnia æqualitas, cum mater & pater sint in eodem gradu, & hoc videtur verius, per istam legem ibi, y les sean legitimos herederos como ló son los descendientes a ellos en todos sus bienes de qualquier calidad que sean. In successione ergo filiorum à parentibus non debet attendi qualitas bonorum, vndecumque ergo fuerint acquisita bona filiis, parentes æqualiter admittuntur, habita gradus prærogatiua, nisi fortè sint lucra nupti alia, secundum Bald. in dicta l. quod scitis. vbi vide additionem, quæ refert plures opiniones. vide ibi Paulum in glo. finali.

20 ¶ Quid de filio naturali tantum cui & supereſt pater & mater, olim mater succedebat ei, non pater, vt per Salicetum in authentica defuncto. fin. colum. quem rogo videas. tu adde quòd olim stante legitima sobole, testator non poterat relinquere filio naturali nisi vnam vnciam. authen. quibusmo. natu. essi. sui. §. discretis. colla. vij. vt per Salicetum in dict. authen. licet. & in l. fin. C. de naturalibus liberis. Si autem starent parentes vel ascendentes legitimi, quibus legitima relinquitur, omnia alia bona poterat testator relinquere filiis naturalibus, vt infrà l. x. quæ debet intelligi ex testamento, ab intestato autem vbi non sunt ascendentes nec descendentes: vocantur filij naturales, & succedunt in duas parentum bonorum vncias. dicta authen. licet. §. ab intestato. vj. parti. titu. xiij. l. viij. & in hoc nil est immutatum per legem istam, nec per legem decimam infrà: præsertim quia dicta l. viij. in fine, decidit hanc dubitationem, approbans opinionem Saliceti: dum ad paria iudicat patrem, naturalem; & filiū naturalem quo ad successionem vtriusque.

21 ¶ Como lo son los descendientes a ellos. Olim per dict. authen. defuncto, fratres. & sorores vtrinque coniuncti: simul admittebantur cum patre & matre & aliis ascendentibus in gradu proximis ad successionem fratris: & fiebant viriles portiones, postea superuenit l. prima. tit. delas herencias, foro legum, quæ videtur sentire, quòd stante patre vel matre simul vel altero tantum, ille solus admittatur ad hæreditatem defuncti. His deficientibus admittatur auus & auia. Sed deficientibus ascendentibus admittuntur fratres. stantibus ergo ascendentibus, excluduntur fratres. ita intelligebat illam legem Montaluus ibi, vt concordat cum dicta authentic. defuncto. Sed ista lex & sequens, videntur aliud velle in successione fratrum simul cum parentibus, in eo quod hic dicitur, sean legitimos herederos, como lo

mo lo son los descendientes a ellos. Sed ita est, q̄ filij soli admittuntur ad patris hæreditatem simul cum aliis: quibus deficientibus admittuntur nepotes: authentica in successione. C. de suis legiti. hæredibus. ergo eodem modo admittentur parentes soli ad liberorum hæreditatem: quia sicut se habet linea descendens ad successionem descendentis ita & econtra: vt vult Bald. in authent. licet patri. C. de naturalibus liberis.

22 ¶ Sunt plures casus in quibus pater non institutus à filio, non potest querelare testamentum filij: quorum octo posuit lex Regni, sexta partita, ti. vij. l. xj. quæ incipit, como & por que razones.

¶ Item quando filius qui testatur est clericus, qui non tenetur patrem hæredem instituere: vt per Abb. in c. quia nos. de testa. per illum textum.

¶ Idem in milite seculi, dicit ibidem Abbas.

¶ Item si pater est bannitus, nam perdit legitimam in bonis filij. Bald. in c. j. colum. ij. de pace tenenda. lib. feudorum.

¶ Item in feudo filij in quo pater non succedit. Bald. in l. si vxorem. in fine. C. de condi. insertis. nec acquisiuit sibi aliquid in vita de feudo concesso filio suo: Bald. ibidem.

¶ Item in officio filij, in quo pater non succedit. l. fi. §. fin. & ibi Bal. C. de bonis quæ liberis.

¶ Item si pater contradicit filio monasterium ingredienti: Bald. in Specu. de statu mo. verſic. iij. & & ibi Spe. ver. quinto quæritur. & versi. quarto. vbi vide. ¶ Ratio prædictorum casuum, quia pater in his non habet legitimam: & consequenter nec competit sibi querela contra testamentum filij. Bald. in authentica ex causa. col. viij. & in l. fratres. colum. j. C. de inoffi. testa. 17

23 ¶ Quamuis de iure C. pater solus succedit filio ab intestato excluſa matre: de iure tamen authē. 28
tic. & Regni: mater succedit filio simul cum patre, Authentica defuncto. C. ad Tertullianum, foro legum, lib. iij. ti. delas herencias. l. j. & x. & l. iiij. eo. tit. vj. parti. à quibus sumpta fuit hæc lex. nec succedunt cum eis fratres defuncti, nec alij qui sunt disparis gradus: vt authentica cessante. C. de legi. hær. & infrà lege proxima.

24 ¶ Si pater fuit à filio præteritus: potest pater approbare testamentum filij. Barto. Bald. in l. filio præterito, ad finem. ff. de iniusto testa.

25 ¶ Nota q̄ sicut legitima debetur filio in bonis patris de iure naturali. j. distinct. cap. ius naturale: & habetur Numer. xxvij. cap. xvij. q. iiij. textus in l. eū ratio. ff. de bonis dā. §. fi. tenet Bal. in l. fi. §. ipsum. C. de bonis quæ liberis. & facit illud Apostoli, filius; ergo hæres: quæ quidem legitima succedit loco alimentorum: quæ à iure naturæ seu natura dictante, debentur: vt l. si quis liberis. ff. de liberis agnoscend. notatur in capitulo cum haberet. de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulterium: ita debetur parentibus in bonis filij eodem iure. l. nam & si parentibus. C. de inofficioso testa. tenet Bald. in authentic. nouissima. j. q. C. de inoffic. testa. facit l. licet. & ibi Bald. C. de naturalibus liberis. vbi pater & filius à pari iudicātur: etiā quoad legitimam: vt hic apertè dicitur & vide Montaluum foro legum, lib. iij. ti. delas herencias. in verbo, padre ni madre. Sed idem Bald. in l. de emancipatis. C. de legi. de hæredibus dicit, quòd legitima non debetur parentibus de iure naturali: nec naturali obligatione vel ratione: Sed potius de iure positiuo, seu artificiali: vt per eundem in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. Sed tu tene, q̄ ratione naturali debetur, vt dictum est: quoniam ea ratione qua pater tenetur alere filium: tenetur filius alere patrem, cùm autem legitima succedat loco alimentorum: vt paulo ante diceba-
mus: igitur, &c.

26 Hic potest cadere vna quæstio satis dubia, & apud antiquos & apud modernos, pater nuptui tradidit filiam dotatam, quæ peperit filium, ea defuncta post eam obiit similiter filius. Ad cuius successionem concurrunt maritus idemque filij pater, & auus maternus: quis præferatur? de qua per glo. & doctores in l. post dotem. ff. solu. ma. vbi Bart. ix. colū. versi. quid in dote profectitia, & ibi recentiores. Ad idem glo. in l. dos à patre profecta. C. solu. ma. & ibi doctores. Bald. in authentica sed & si quis. final. col. vers. hoc est considerandum. C. de secundis nuptiis. vide Azon. in summa, soluto matrimonio: circa finem. Paulum de Castro post Bald. & alios in l. senium. C. qui testamenta facere possunt. Ioann. de Imola in l. nupta. §. quotiens. ff. solu. ma. Bart. in l. si cum dotem. ij. col. versi. oppo. extra glo. & versic. si autem moritur cum liberis. Paulū de Castro cōsilio cxxij. Bar. in l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis. per illum textum, quem reputat vnicum & singularem.

Sunt etiam quædam leges Regni; quæ faciunt ad hoc propositum, iiij. partita, titu. xj. l. j. quæ dicit quòd dos est proprium patrimonium filiæ, sumpta ex l. Pomponius. ff. familiæ herciscūdæ. & l. denique. §. sed vtrūm. ff. de minoribus. Item foro legum; lib. iij. titu. delas herencias. l. x. §. otrosi. & forus municipalis de sepulueda. l. lxxxiiij. libro tertio. quæ faciunt pro auo materno. Item ista lex videtur facere pro parte.

Ego ex omnibus, quæ scripta sunt in hac quæstione, breuiter concluderem, quòd si pactum super lucranda dote, factum est in fauorem aui materni, vel mariti, stantibus vel non stantibus filiis, illud seruandum est, vt C. de pactis dotalibus, per totum. & authentico de nuptiis. §. soluto. in principio, collatione quarta. & l. filia. ff. de repu. & in l. ex morte. ff. de pactis conuentis. & in l. cum aliis. §. illud. C. de secundis nuptiis. & per Bald. in dicta l. ij. C. de bonis quæ liberis. & in dicto authentico sed & si quis. col. iij. ver. modo cōtra istud oppono. & in d. l. dos à patre. ver. si autē retinetur. vbi cōcluditur, q̄ pactum in fauorem mariti factum, hoc casu seruandum est.

29 Idem si fauore aui materni pactum de lucranda dote fuerit appositū, vt per Bald. in dictis locis; & Paulū de Castro in d. l. si cum dotē. in principio. & d. §. cum inter. d. l. si cum dotem, secundum veram lecturam. & ibi Bald. & Angelus & in dicta l. dos à patre. verſicul. si autem dos. & in dicta l. ij. C. de bonis quæ liberis.

30 ¶ Cessante autem pacto tacito vel expresso, cum hodie filia per matrimonium patris potestatem exiuerit, vt foro legum, libro secundo. titul. de pactis. l. final. & stilo. l. ccvij. & infrà l. xlij. mortua filia in matrimonio dos debet remanere penes maritum pro filiis (si qui sunt) matris hæredibus. l. hæredibus. l. illam. C. de collationibus. cum multis aliis. & in hoc omnes sunt concordes in præallegatis locis. à quibus fuit sumpta lex Regni iiij. parti. tit. delas dotes. l. xxiij. & xxx. vbi per Montaluum. Intellige si filius fuit baptizatus & vixit per viginti dies, vt dicitur infrà l. xiij.

Ex quo

Universidad de Deusto Biblioteca

31 ¶ Ex quo infertur, q̃ dos quæ peruenit ad filios matre mortua: eis similiter mortuis: defertur ad patrem & suos hæredes: excluso auo materno. Sicut patre vita defuncto: bona paterna deferuntur ad filios: eisque defunctis deferuntur ad matrem excluso auo paterno: vt per Bart. in l. lucius. ff. de iure fisci. & in l. hæreditas. §. filius. ff. de Castrensi peculio. & in l. si infanti. iiij. col. C. de iure deli. & in l. j. C. de his qui ante apertas tabu. & ibi Bald. & in dicta l. si infanti. intellige semper prædicta quando filius est natus integer & baptizatus & vixit per viginti dies: vt infrà l. xiij. ad idem foro legum. lib. iij. tit. delas herencias. & foro iuzgo, lib. iiij. tit. ij. l. xix. vbi dicitur, quòd si pater moritur relicto filio, & vxore: & filius postea moritur baptizatus: intellige vt suprà, mater succedit filio, etiam in his quæ filius habuit à patre: idem econtrario si mater moritur filio superstite & marito: nam si filius moritur baptizatus: pater succedit etiam in bonis quæ filio proueniunt à matre: excluso auo materno. Si tamen moritur ante baptismum succedit auus maternus in his quæ processerunt à patrimonio suo: vt dicta l. xiij. infrà eodem.

32 ¶ Intellige & limita prædicta: nisi pactum vel stipulatio inter partes aliter se habeat: nam tunc pactum est seruandum, per suprà dicta, nisi forus municipalis: vel consuetudo præscripta aliter disponat: nam & illud est seruãdum: vt vult ista lex in fine. 2

33 ¶ Filij legitimi vel naturales in successione patris vel matris excludunt ascendentes ex testamento vel ab intestato: vt hic & l. ix. & x. infrà. Intellige de naturalibus non stantibus legitimis: vt ibi. 3

34 ¶ Filius potest per testamentum vel aliam dispositionem disponere inuitis parentibus de tertia parte bonorum suorum: vt hic dicitur; & de quinta: vt infrà l. xxvij. in fine. infrà. secus est in ascendentibus, qui extra filios vel nepotes non possunt relinquere tertiam partem: foro legum lib. iij. titulo delas mandas. & infrà l. xviij. cum similibus.

35 ¶ Nota ex fine huius legis, quòd forus municipalis circa successionem bonorum est seruandus: quia cum sit ius speciale: derogat generali totius regni: vt per Innoc. in cap. j. de rescriptis. & in regula generi, de regulis iuris. libr. vj. dixi in repetitione rubricæ de dona. inter virum & vxorem, in introductione. column. iiij. intellige dummodo iste forus sit vsitatus. vt hic. & l. j. prope medium, suprà eodem. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

36 ¶ Sed est pulchra & quotidiana dubitatio. filius qui ex successione materna vel alias habebat bona: ingressus est monasterium religionis approbatæ: monasterium petit eius bona, pater contradicit dicens ea ad se pertinere, saltem duæ partes, per hanc legem, quid iuris. decisio pendet ex notatis in ca. in præsentia. de proba.

Lex VII.

EL hermano para heredar ab intestato a su hermano no pueda concurrir conlos padres, o ascendientes del defuncto.

1 FRater defuncti in successione fratris non concurrit cum ascendentibus. Concordat cum lege j. §. E si ome. vsque ad finem tituli delas herencias. foro legum. & corrigit authen. defuncto. C. ad tertulia. & in corpore vnde sumitur in authenti. de hære. ab intesta. venien. §. consequens. & §. si vero. colla. ix. & vj. partita. titulo delas herencias. l. iiij. frater ergo præteritus non rumpet testamentum fratris. l. si post mortem. §. liberi. ff. de contra ta. quoniam si sunt descendentes non debetur legitima fratri in bonis fratris defuncti: qui enim nullam partem est habiturus ab intestato: non dicitur ei debere legitima. l. cum quæritur: & ibi Bald. C. de inoffic. testa. idem Bald. in l. maximum vicium. col. pen. in fine. C. de liberis præte. vel exhære. Si vero non sunt descendentes nec ascendentes: frater ab intestato succedet fratri, vt l. fratres. C. de inoffi. testa. & §. soror. insti. eo. & d. l. j. tit. delas herencias, foro legum. Itaque frater in testamento, potest fratrem præterire, & extraneum instituere; vt dicta l. fratres. nec potest querellare testamentum fratris, vt dixi. nisi turpi persona instituta, quia tunc potest, vt ibi, & authentico de hæredi. & fal. §. primum itaque. collati. j. tenet Bald. in dicta l. fratres. & in authentica excausa. column. ij. versicu. tertio præmitte. C. de liberis præte. vel exhæreda. vide ad hoc legem Regni sexta partita, titulo de como pueden quebrantar el testamento. l. ij. & iij. quas nota in hac materia. & foro legum titulo de las mandas. l. x.

¶ Intellige prædicta quòd frater potest querelare testamentum fratris turpi persona instituta, quãdo est frater consanguineus, secus in vterino. vt d. l. fratres. tenet Abbas in c. nam & ego, in fine. de verborum signi. vbi videas.

¶ Item intellige hanc legem de fratre carnali qui est in primo legis gradu coniunctus, vt per Bart. in l. lucius §. quæsitum. de leg. iij. Bald. in l. j. C. de succe. edicto. Antonius Rosellus in tractatu de successionibus ab intestato. colum. xlvij. ¶ De iure tamẽ ciuili, fratres sunt in secundo gradu. l. iurisconsultus. C. de gradi. tenet Bald. in l. meminimus. C. de legi. hæredi. sed de iure canonico sunt in primo gradu. cap. non debet. de consangui. & affi. & sunt fratres de linea transuersali. dicto anthentic. de hæredibus ab intestato venien. §. si quis igitur. collat. ix. & sunt in primo gradu, consobrini, idest filij fratrum, in secundo, nepotes fratrum in tertio, propinquiores eorum in quarto. de quibus omnibus habetur in l. secunda. iij. & iiij. titul. del parentesco. quarta partita. 3

¶ Si autem ad successionem fratris ab intestato concurrunt plures fratres, quomodo succedent? fratres vtrinque coniuncti, æqualiter per capita habebunt hæreditatem, vt nota. in authentica cessante. C. de legi. hæredi. & foro legum. titu. delas herencias. leg. v. vj. xiij. & infrà l. proxima. Si autem vnus est vtrinque coniunctus, præfertur consanguineo & vterino, & solus succedit aliis exclusis. vt l. xij. eodem titu. 4

¶ Quando agitur de successione patris vel matris, frater consanguineus succedit patri, vna cum aliis fratribus vtrinque coniunctis, vt dicta l. xij. in principio. sumpta ex authentica in in successione. C. de suis & legi. hære. Idem dicendum de fratre vterino, quando agitur de successione matris, quia concurrit cum fratre vtrinque coniuncto vt dicta l. xij. 5

¶ Si vero agitur de successione fratris; vt in casu legis nostræ, succedunt fratres vtrinque coniuncti tantum exclusis aliis fratribus, per dict. l. xij. §. otrosi. & authenti. itaque. C. communia de successionibus. & l. j. & authentica post fratres. C. de legi. hære. & 6

hære. & dicta l. v. & vj. tit. delas herencias. vj. partita.

7 ¶ Si tamen non stant vtrinque coniuncti, sed vterini & consanguinei tantum, consanguinei succedunt fratri suo in his quæ fratri prouenerunt à patre: & vterini in his quæ prouenerunt à matre. In his vero quæ frater aliũde quæsiuit, consanguinei & vterini æqualiter succedunt: vt dicta l. xij. & dicto §. otrosi. & l. de emancipatis. C. de legitimis hæredibus: clarius in dicta l. vj. titu. delas herencias. vj. partita. Itaque in bonis lineæ paternæ paternus frater præfertur: in bonis lineæ maternæ: maternus. In reliquis vero succedunt æqualiter: sed vtrinque coniuncti excludunt omnes. 8

8 ¶ Ex istis videtur inferendum vnum quotidianum, quòd si frater defunctus habet in cõmuni parsam: omnes fratres æqualiter succedunt fratri defuncto: cum omnes æqualiter se habent ad fratrem defunctum ex vtroque parente. 9

9 ¶ Sed aliter videtur sentire Bald. in l. prima. finacolum. C. quando non petentium partes. & in l. vna. §. j. in ver. si vero emphitheosis. colum. iij. C. de cadu. to. & in Speculo de locato. §. ius accrescendi. ver. quid si vni: loquendo in feudo: vbi dicit, quòd si aliquid remansit fratri de feudo, portio fratris defuncti accrescit ei: alias secus. vide notata in l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi Barto. quæst. xj. ff. de verbo. oblig. & Bald. in cap. j. & ibi glo. in ti. imperator Lotarius. & in l. si familiæ. ff. familiæ herciscundæ. Bartolum in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obli: & Bald. in quæst. xj. ff. de rerum diui. qui dicunt q̃ ista portio accrescit fratri in communitate existenti cum fratre defuncto tantùm: facit l. vna. §. his itaque. C. de cadu. to. vbi res aliquibus relicta coniunctim re & verbis, accrescit collegæ, non aliis disiunctis: quia vnitas sermonis, significat coniunctos esse quasi vnum corpus. Separatorum autem, separata debet esse ratio: vt ibi per Bald. Vnde si legatur aliquibus coniunctim, videtur tacite iniunctum à lege testatorem voluisse quòd vno defuncto: aliis coniunctis accresceret, quod nota. & in aliquibus locis huius Regni; viget forus municipalis, dictans quòd frater habens bona communia cum fratre defuncto, succedat ei, exclusis aliis fratribus. 10

10 ¶ Ex istis infertur aliud non minus practicabile, quòd si aliquibus coniunctim re & verbis relinquitur; & vnus ex coniunctis est incapax relicti: portio incapacis accrescit coniuncto. per dict. §. his itaque. quia incapax habetur pro defuncto. Bald. in l. eam quam. fin. colum. versi. modo iuxta prædicta quæro. C. de fideicommissis. & in authenti. ingressi. colum. v. versi. circa primum. C. de sacrosanct. eccle. Bart. in l. iij. ff. de his quæ pro non scriptis habentur. 11

11 ¶ Ista faciunt ad quæstionem, pater in testamento legitimam duobus filiis suis in vna, vel pluribus rebus reliquit. Aliis verò filiis in aliis rebus disiunctim. Et vnum ex disiunctis substituit coniuncto. Nunquid mortuo coniuncto veniat coniunctus re & verbis, an substitutus: tene q̃ substituta quia primo defertur substituto. & in eius defectum coniuncto. per dictum §. in primo. lege vnica. C. de cadu. to. quia potentior est substitutio, iure accrescendi: vt l. penulti. ff. de iniusto testa.

¶ Coniunctus tamen, quamuis sit tacitè substitutus: vt per Baldum in lege intestato. C. de impu. & aliis non excludit matrem: vt per eũdem Baldum in l. fi. cõ. j. C. de institutioni. & substitutioni. & in l. pre 12

cibus. col. j. & iij. C. de impuberum & aliis. matre igit tur in medio existente: excluditur coniunctus.

¶ Ius accrescendi quoddam est tacitum, quoddam expressum: vt per Bald. in l. quidam eulogio cõdito. pen. col. C. de iure delib. Ius autem accrescendi tacitũ: nõ impedit transinissionẽm: transinissio autem potentior est iure accrescendi: vt per Bal. in l. prima, in principio. C. de his qui ante apertas tabulas. Item filius transmittit bona paterna ad matrem: vt per Bald. in l. si infanti. col. iij. C. de iure deliberandi. ergo mater excludit coniunctum, re & verbis.

13 ¶ Et consequenter frater in successione fratris: non concurrit cum patre, vel matre, etiam in legato re & verbis coniunctim relicto fratri, viuo & defuncto: idest in portione fratris: quæ est magna extensio ad istam legem: nisi fortè sit forus municipalis, vel statutum loci, quòd immobilia deuoluantur ratione: nam tunc frater in bonis ex paterna lucra quæsitis: excludit matrem, per ea quæ dicta sunt suprà lege proxima.

14 ¶ Ascendentes hic intellige vsque ad tritauum & vltra: quia cùm sint ascendentes de secundo capite, per dict. §. si igitur. & transuersales de tertio: vt authen. de hære. ab intesta. veni. §. si verò. colla. ix. in dicta authenti. defuncto. C. ad tertu. præferri debent ascendentes collateralibus, tanquam proximiores in gradu, id est, in ordine successionis: vt hic apertè colligitur. Et ita corrigitur dicta authe. defuncto. & authen. vt fratrum filij. §. hoc itaque. colla. ix. & authen. post fratres. la j. & dicta authen. cessante. C. de legi. hæredi. & lex iiij. ti. delas herencias. vj. partita. per quam fratres excludebant auos & proauos, & succedebant vna cum patribus in capita.

15 ¶ Sed pone quòd frater habens fratres & sorores, extraneum instituit hæredem, an institutus cum bona conscientia retineat? vide notabiliter Anchara. in regula malæfidei possessor. de regulis iur. libro sexto. Montaluum foro legum, libro iij. titu. delas herencias. l. xiij.

Lex VIII.

MAndamos que subsedan los sobrinos con los tios ab intestato a sus tios in stirpen y no in capita.

1 IN successione fratris patruus & consobrini concurrunt in stirpem, non in capita, sumitur ista lex ex authen. Cessante, in principio. C. de legitimis hæredibus. vbi Iacob. But. post Azonem & Bald. quorum opinio hic approbatur, reprobata glos. ibi; quæ contrarium dicebat, eam sequebatur. Cinus, Petrus, Bar. & alij. Idem quod ista lex ante disponebat lex regni vj. partita. ti. delas herencias. l. v.

2 ¶ Ratio huius decisionis fuit quia nepotes siue consobrini filij fratris defuncti, veniunt ad successionem ex persona patris per repræsentationem, vt d. authen. cessante, & d. l. v. Sed si pater eorum viueret, vnam tantum partem de hæreditate fratris haberet, ergo & filij quamquam multi sint, illam habebunt partem quam pater eorum habiturus erat, vt dicta l. v. & ibi Montaluus.

3 ¶ Aduerte quando agitur de successione ascendentium, omnes filij succedũt in capita, vt foro legũ, titu. delas herẽcias. l. x. sed si vnus est filius, & duo vel tres sunt nepotes, ex vno parẽte, succedũt nepotes cum

patruo in stirpem:non in capita:vt sexta partita.titulo delas herencias.lege tertia.& foro legum eodem titul.l.vij. Idem si est contentio inter nepotes super successione aui; nam si sunt plures ex vno filio:& vnus ex alio:hic solus habebit medietatem hæreditatis:& omnes alij aliam dimidiam: & sic succedunt in stirpem,non in capita: quia nepotes veniũt per repræsentationem patris:non per se ipsos:vt in prædictis legibus.iij.& vij.dicitur. & dicta authenti ca cessante. Idem quando agitur de successione aliorum ascendentium per iura prædicta.

4 ¶ Si agitur de successione transuersalium : & est contentio inter fratres super successione fratris: omnes æqualiter succedunt. sexta partita. titulo xiij.l.v. ¶ Sed si inter fratres & filios alterius fratris : ista lex dicit quòd filij succedunt in stirpem, non in capita.

5 ¶ Intellige hanc legem quando frater mortuus de cuius hæreditate agitur : & alius frater viuus,& pater consobrinorum erant vtrinque coniuncti: nam tunc consobrini succedunt in stirpem non in capita, vt hic dicitur. ¶ Idem : si omnes fratres erant consanguinei tantum : vel vterini tantum.

¶ Si tamen frater vnius est defuncto coniunctus ex parte patris : sed pater consobrinorum ex parte matris:in bonis lineæ paternæ,patruus:in maternæ maternus frater & eius filij succedunt defuncto: in aliunde tamen quæsitis:succedunt in stirpem:vt dicta l.xij.& l.vj.eod.tit.vj.partita.& dicta authentic. itaque & l.prima.C.de legitimis hæredibus.& dicta authen.cessante & authen.post fratres.la prima.& l. de emancipatis,cum similibus.C.de legi.hære.& in hoc vltimo,habet locum dispositio huius legis.

6 ¶ Si autem est contentio super successione patrui inter ipsos consobrinos,licet plures sint ex vno fratre:omnes succedunt æqualiter ideſt,per capita. & ita procedit l.xiij.ti.delas herencias,foro legum. Ad idem.l.v,eod.ti.vj.parti.

7 ¶ Si autem frater viuus est defuncto fratre vtrinque coniunctus: & pater consobrinorũ consanguineus vel vterinus tantum , & tunc consobrini non concurrunt cum patruo in successione fratris:quia pater eorum:si viueret,non concurreret , vt dicta l. xij.ti.delas herencias,foro legum.& l.vj.eod. tit.vj. partita.quia oportet in successione q̃ gradus ante se sit successibilis nam destructo ordine : destruitur ordinabile.l.tria prædia.ff.de serui.prædio.& ad destructionẽ antecedentis : sequitur destructio subsequentis.l.j.§.eius qui. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio.

8 ¶ Item si pater expresse vellet plus ius transferre in filio,quam ipse habet in successione fratris:nõ posset per regulam nemo potest plus iuris.lib.vj.ergo nec tacitè.Item filius non debet esse maioris vel melioris conditionis:: quàm pater in successione fratris:vt per Bald.in dicta authen. cessante.& in l. xiij. de qua suprà. Sed frater consanguineus istius conditionis est , quòd non succedit dicto fratri vtrinque coniuncto. ergo nec eius filius.

9 ¶ Si verò sunt tres fratres:vnus consanguineus: duo vtrinq; cõiuncti:vnus de cõiunctis de cuius successione agitur,decedit sine filiis , alter cõiunctus, est etiã vita defunctus, relictis duobus vel tribus filiis, qui concurrunt cum patruo consanguineo super successione patrui , non succedũt cũ patruo in stirpem sed ipsi consobrini tãtum succedunt,excluso patruo cõsanguineo,per d.l.xij.& d.l. de emancipatis.C.de legi. hære. vnde in casibus istis non habet locum dispositio huius legis , nec seruatur gradus , sed qualitas conditionis fortioris & duplicis, quia duæ rationes vincunt vnam:vt d.authẽ. cessante vbi est casus in §.& quædam. Et per ista habes declaratam hanc legem. Post fratres autem & filios fratrum,is succedit,qui proximior est in gradu , vt d.l.vj.in fi.ti.delas herecias. vj. partita cũ similibus.

¶ Ex prædictis infertur q̃ si dicat statutum quòd proximiores consanguinei ex latere patris succedant defuncto , debet intelligi secundum ius commune scilicèt, quòd præferatur vtrinque coniunctus.itaque non venient consobrini filij fratris consanguinei ad successionem cum fratre vtrinque cõiuncto.ita decidit Pe.de Ancharano in repetitione ca. canonum,de consti. versi. occurrunt aliæ quæstiones.de quo in d. auth.post fratres, la ij. in additionibus. C. de legiti. hæredi. & quod in simili notant doctores Moderni in l.cum ita.§.fi.post glo. in vers.proximo, de lega.ij.

¶ An ista lex procedat cum agitur de successione fratris naturalis?dicas quòd si habet descendentes legitimos,illi succedent & in eorum defectum ascendentes,quibus deficientibus, succedit frater legitimus ex parte patris exclusis aliis fratribus naturalibus.deficiente fratre legitimo, præfertur naturalis ex parte matris:quo deficiente succedit naturalis ex parte patris. Idem de filiis fratrum naturalium,vj.partita.titul.de las herencias. l.xij. quam tene menti.

Lex IX.

LOS hijos bastardos, o y legitimos de qualquier calidad que sean no puedan heredar a sus madres ex testamento ni ab intestato en caso que tengan sus madres hijo,o hijos descendiẽtes legitimos.pero bien permitimos que les puedan en vida , o en muerte mandar fasta la quinta parte de sus bienes delaqual podrian disponer por su anima : & no mas ni allende.y en caso que no tenga la muger hijos,o descendientes legitimos aun que tenga padre,o madre, o ascendientes legitimos.Mandamos que el fijo, o fijos,o descendientes que touiere naturales, o espurios por su orden & grado les sean herederos legitimos ex testamẽto & ab intestato:saluo si los tales fijos fueren de dannado & pugnibile ayuntamiento de parte dela madre que en tal caso mandamos que no puedan heredar a sus madres ex testamento ni ab intestato.Pero bien permitimos que les puedan en vida,o en muerte mandar fasta la quinta parte de sus bienes & no mas dela que podiá disponer por su anima.Y dela tal parte despues que la ouieren puedan disponer en su vida , o al tieempo de su muerte los dichos hijos ylegitimos como quisieren.Y queremos y mandamos que entonces se entienda & diga dannado.& pugnible ayuntamiento quando la madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural. saluo si fueren los hijos de clerigos , & flayres , o freyles , o de monjas professas que en tal caso aun que por el tal ayuntamiento no incurro la madre en pena de muerte mandamos que se guarde lo contenido enla ley que hizo el sennor rey don Iuan el primero enla ciudad de Soria que fabla sobre la sucesion delos hijos delos clerigos.

Filius

1 Filius bastardus siue illegitimus non succedit matri ex testamento nec ab intestato,stantibus legitimis. Potest tamen mater filio bastardo relinquere quintam partem suorum bonorum in vita vel morte,quam poterat relinquere pro anima sua non stantibus legitimis. succedunt matri ex testamento &ab intestato,excluduntque ascendentes legitimos ex parte matris dummodo tales illegitimi 6 non sint nati ex damnato & punibili coitu ex parte matris,pœna mortis.Potest tamen eis relinquere quintam partem bonorum suorum , de qua liberè possunt in vita,vel morte disponere ad libitum , in filiis autem clericorum aut religiosorũ aut monialium,seruanda est lex Soriæ.

2 ¶ Ante hanc legem constitutum erat,quòd stantibus descendentibus vel ascendentibus legitimis, filij illegitimi non succedunt matri ex testamento neque ab intestato,vt l. Marcellus. ff. de regulis iuris.l.j.& l.cum accutissimi. in fine. C. de fideicommissis.glo.in rubrica.ff. de concubinis.& in ca. nisi cum pridem.in §.personæ.in verbo manzeres.de renunciatione.Bart.& Angelus in l. ex facto. §. siquis rogatus.ad finem. versic. quæro au bastardus.ff. ad Trebelli.A quibus sumptæ fuerunt leges Regni foro legum,lib.iij.delas herencias.l. j.& vij.cum quibus lex ista concordat.per quas corrigitur vj.parti ta.ti.delas herencias.l.xj.quæ disponebat quòd spu 8 rij legitimè succedũt matri,quia est certa. similiter corrigitur l.si qua illustris.C. ad Orficianum , in fine.& ibi glos. quæ dicit quòd naturales succedunt matri stantibus legitimis ab intestato. & l. pe.eod. tit.& §.nouissimè.instituta ad Orficianum.nisi mater esset illustris , vt d. authen. si qua illustris. & ibi notatur.siue enim mater sit illustris siue non; stantibus filiis legitimis,excluduntur illegitimi,id est qui non sunt de legitimo matrimonio procreati,de quibus in authentica ex complexu. C. de incestis nuptiis.& insti.de adoptionibus,in principio.&vj.partita ti. delas herencias.l.x.& xj.

3 ¶ Quod autem dicimus de matre,idem est dicendum de patre , cui naturales vel alias illegitimi non succedunt ex testamento vel ab intestato stantibus legitimis,authentico quibus modis. na. effic. sui.§.si quis igitur.colla.vij.& vj.partita. titu. delas herencias.l.viij.& foro legum,eod.titu.l.j.in principio. & titu. delas mandas.l. x.& fina. & infrà, l. proxima.

4 ¶ Non stantibus descendentibus legitimis,isti illegitimi succedunt patri & matri , præsertim si sunt naturales,nati concubina vnica, & in domo retenta,in schemate vxoris:vt l.in concubinatu.ff. de cõcubinis.hi enim dicuntur legitimi : si alij legitimi non sunt. vt notanter voluit Specul. de testament. §.quarto.versicul. nunc de naturalium.& sequenti. & probatur in hac lege , saltim quo ad successionẽ maternam:itaque sunt de primo capite liberorum, non de capite vnde cognati,prout olim:qui non habebant in bonis parentum bonorum possessionem secundum Bald.in l.certum.iij.colum.versi.ex quo apparet bastardos.C.vnde cognati.Barto.in l.tutelas.ff.de capitis diminutione. Nec dicebatur coniuncta persona , nec eius filius , secundum Paulum de Castro consilio.clxxxj.sed extraneus,nec excludit socium contrahentem,secundum Bald.in l.j.ad finem.C.de dona.causa mortis. dicuntur tamen liberi,vt l.cognoscere.§.bonorum.ff.de verborum signi.tenet Bart.in l.hæredibus.§.Titius.ff.ad Trebellianum.Specu.vbi suprà.

¶ Legitimi propriè dicuntur omnes qui vocantur ad successionem ex senatusconsulto,vel de iure ciuili,vel prætorio,vt per Bald.in rubrica , C. vnde cognati.& vnde legitimi.Sed hi sunt de tertio,vel vlteriori capite liberorum,filij verò naturales sunt de primo capite liberorum.per istam legem.

¶ Ex quo infertur q̃ in bonis matris,debetur legitima filiis naturalibus , adeò q̃ si exhæredentur: possunt infringere testamentum matris, si non sunt legitimi descendentes sicut possunt legitimi,vt habetur in authen.ex causa.C.de liberis præteritis;vel exhære.& ibi doctores.

¶ Et per hoc corrigitur lex finalis.C.de naturalibus liberis.& lege si quis incestu. C. de incestis nuptiis.per quæ iura dicunt doctores,quòd naturales non possunt infringere testamentum,quia non debetur eis legitima.notatur etiam in l.j.§.j.ff. de contra ta.& in l.vxor.§.naturalis.& ibi glo.& Barto. de leg.iij.tenet Angelus in authen.quibus mo.na. effici.sui.§.fi.colla.vij.Bald.in l.fratres.col.j.ver.aduertẽ te intelligas.C.de inoffi.testa.& in authen. res quæ. col.ij.ver. quæro nunquid hæc authen. C. de fideicõmissis.& l.humanitatis.col.vij.ver.secũdò videamus.C.de impuberũ & aliis substit.Angelus in l.ex facto.§.igitur.ff.de vulgari & pupil.substitutione.

¶ Quod procedit etiam turpi persona instituta,vt per Bald.in dict.l.fratres.per illum textum, & in l.si susceptа.§.j.ff.eo.& hoc propter viciũ incontinentiæ,quia inuita patrem ad delinquendum.

¶ Et per hoc alias fuit consultum , quod statutum admittens filios spurios ad succedendum non valet,quia contra bonos mores,vt refert Bald.in dicta l.fina.in parte,vicium incontinentiæ.C. de naturalibus liberis.Bar.in l.iij.colum. ij. versi.quæro an per statutum.ff.de testa.Bald.in l.j.colum.x. versic. quæro.de effectu.C.de summa trinita.& fide catho. & in l.vnica.iiij. oppo. versi. & prædicta faciunt ad quæstionem.C.de his quæ pœ.nomine.& in l.j. col. j.versicu.sed dubitatur.C.de iure aureo.anu.& in l. & si contra.C.de nuptiis.Angelus de Aretio in §. fe natus.insti.de iure natu.Bald.in c.decedenti.penul. col.versic.vtrum autem possit disponere. Qui feudum dare possunt.lib.feudorum.

¶ Propterea Bald.in l.eam quam.penultim.colum.versi.in tertio genere. dicit , q̃ spurij non possunt fieri successibiles, per nouam legem imperatoris generalem.Sed contra tenet idem Bald. in dicta l.& si contra.in fi.C.de impuberum & aliis substitu. & Bart.in l.Seius.circa principium.ff. ad legem fal. Barto.& Bald.in l.cõmunium.C.de natu.li.Non ob stat ratio , quia inuitat patrem ad delinquendum, quia istud odium videtur irrationabile quod filio noceat delictum patris:vt C.ne filius pro patre.per totum. Ideo valet statutum q̃ spurius succedat matri in defectum legitimorum descendentium,vt per Bald.in dicta l.fina. & in iuribus prælegatis. videquæ scripsi in capitu. per vestras. de dona. inter virum & vxorem.§.x.

10 ¶ Ex prædictis similiter infero , q̃ naturales siue bastardi,ex testamento & ab intestato faciunt deficere conditionem si sine liberis decesserint quia succedant tanquam legitimi , vt per Bart. in l. hæredibus. §. Titius,vt potes.ff.ad Trebellianum.

11 ¶ Ante promulgationem istius legis , bastardus excludebat agnatos defuncti , sed excludebatur ab vxore,cui postea succedebant agnati,vt authen. li-

cet.C.de natu.li.& in l.j.C.vnde vir & vxor.& l.plane.de leg.j.& refert l.ix.in principio.ti.delas herencias.sexta partita.

12 ¶ Infertur etiam,quòd si filij naturales sunt legitimi quo ad matrem: quando non sunt alij filij legitimi,de legitimo matrimonio nati:possunt retrahere pro tanto rem à matre venditam: vel à patre à quo etiam sunt instituti: quod nota ad legem Regni foro legum,ti.delas ventas.l.xiij.

13 ¶ Ex prædictis infertur ad decisionem quæstionis.Si stantibus filiis vel descendentibus legitimis, mater instituit bastardum,vel illegitimum: an testamentum est nullum: dicas quòd si instituitur vna cum legitimis,quo ad incapacem testamentum est nullum,& quo ad legitimos valet. argu. eius quod dicit Bald.in l.eam quam.in fi.C.de fideicommissis. Similiter est nullum quando ipse solus fuit institutus.vj.partita.ti.iij.l.iiij.

14 ¶ Et per hoc dicit nota.Bald.in authen.ingressi. col.v.versi.circa primum pono vnam conclusionē. C.de sacrosan.eccle.quòd si testamentum continet institutionem incapacis, putà spurij, cui datus est adiunctus,vel substitutus,testamentum non est nullum,sed valet in personam cohæredis,vel substituti.Bart.in l.iij.C.de his qui pro non scriptis habē.Bal. in l.eam quam.col.fi.ver.modo iuxta prædicta quæro.C.de fideicommissis.& in l.j.§.in primo.q.penul.C.de cadu.toll.textus nota.in l.j.versi.hæc namque omnia.C.de secundis nuptiis.vbi mulier secundo nubens,non potest institui ab extraneo,& si institui tur:hæreditas non debet remanere apud vxorem,quia est incapax illius hæreditatis: Sed remanebit hæreditas cohæredi: si fuit datus cohæres. Alias debetur venientibus ab intestato. facit etiam quod habetur in l. ex asse. ff. ad legem fal.& in l. Titio.de leg.ij.vbi legatum incapaci factum,accrescit aliis legatariis.

15 ¶ Sunt tamen duo casus, in quibus valet testamentum in quo instituitur spurius:primus quando spurius est natus ex tyranno vel Rege vxorato, & ex aliqua pulchra muliere:nam tunc spurius potest institui & ab intestato succedere.Bald. nota. in d. l. eam quam.col.vij.versi.& scias quòd in istis.C.de fideicommissis.vide quæ ibi addi.

¶ Secundus casus est, quando filius est natus ex matre per vim cognita:vt per Bald.in dicta l. si qua 21
illustris.col.j.versi. quid ergo si mater. C. ad Orfic. quia sine culpa nemo punitur.vt regula iuris habet.

16 ¶ Et per ista limita dictum Bald in l. id quid paupertibus.fi.col. ver. quæritur etiam an executor. C. de epi.de cle.vbi dicit quòd executor datus ad distribuendum inter pauperes: non potest eligere filium spurium testatoris, nisi fortè spurius sit habitus ex muliere per vim cognita:per suprà dicta.

17 ¶ Nota quòd mater potest relinquere filio spurio, vel alias illegitimo quintam partem bonorum 22
suorum in vita, vel in mortis articulo. Idem antea disponebat lex Regni foro legum, ti. delas herencias.l.j.& tit.delas mandas.l.ix.& hic,& infrà.l. proxima.sicut ergo pater,sic & mater potest relinquere quintam partem bonorum suorum cui voluerit, etiam filiis spuriis,vel alias illegitimis.

18 ¶ Ex quo datur notabilis ampliatio ad textum 23
in cap.cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. vbi æquitas canonica permisit aliquid relinqui filiis illegitimis ratione alimentorum, quia ex quo geniti sunt: non sunt perdendi:vt illa quantitas,quæ alias relinquebatur arbitrio iudicis, hodie fit taxata ad quintam partem bonorum eius qui habet filios vel descendentes legitimos, vel non poterat eosdem filios hæredes relinquere.

19 ¶ Si igitur alimenta sunt spurio præstanda: vel dos filiæ constituenda:vel donatio propter nuptias danda:non poterunt excedere quintam partem bonorum constituentis: modò ista constituantur à patre, vel matre:modò à iudice: vt per Bald.in l. final. col.ij.ff.de his quibus vt indignis.& consilio incipiēti ad euidentiam. quem refert & sequitur Baptista in dicta l.si qua illustris,antepenulti.co. C.ad Orficianum.vbi concludit, quòd pater filiam spuriam dotare potest vsque ad quantitatem alimentorum ita quòd habeat alimenta perpetua secundum qualitatem status sui, quia quod ob causam permittitur ab eius causa limitatur & moderatur, quia limitata causa limitatum parit effectum.l.in agris. ff. de acqui.rerum domi.vnde arbitrio iudicis committitur,secundum Bald. vbi suprà. & in hoc ius canonicum & ciuile concordant,vt dicto ca.cum haberet.& l.lucius.ff.de instit.& substitutio.Sed hodie taxatum est hoc in quinta parte bonorum:vt hic;& infrà lege proxima.Reprobata l.x.delas herencias.vj. partita. quæ prohibebat nihil posse dari, vel relinqui filio spurio,vel adulterino, vel saltem intelligatur, vltra quintam partem bonorum relinquentis. Item reprobatur authent. ex complexu. de incestis nupti.vbi vide Bart.& alios,& Bartholomæum Sozinum in l.j.ff. so. ma. vbi agit de dotanda filia spuria,sicut erat alimentanda: quia legitima succedit loco alimentorum, & dos succedit loco legitimæ, videas quæ scripsi in c.per vestras.de dona. inter virum vxorem.§.x. vbi multa de spuriis cumulaui. & §. xxiij. vbi de filia spuria dotanda dicebam, & §. xxiiij.in fi.vbi de hac lege memini.

20 ¶ Ex istis infertur,q licet alias alimenta quæ dantur miserationis causa, debent præstari secundum necessitatē viuēdi,vt notāter dixit Bald.in l.si maritus.ff.solu.ma.cuius memini in repetitione c.per vestras,de dona.inter virū & vxorē.§.xxiij.col.j. verquinimo,hodie per istas leges est taxata quantitas quæ præstari potest, scilicèt, quinta pars bonorum.

Inter cætera nota & tene menti istam legem, in quantum disponit,quòd mater potest dare filio spurio vel alias illegitimo quintam partem bonorum suorum, de qua potest filius ad libitum disponere, quamuis pro alimentis sibi detur. Cuius contrariū sentit Bald.in l.eam quam.x.col.C.de fideicommissis.& dixi plenè in prædicta repetitione ca.per vestras,de dona.inter virum & vxorem.§.xxiiij.versi. aliud adhuc.& ibi in additionibus ad finem illius §. feci mentionem istius legis.videas per te.

¶ Bastardi dicuntur filij naturales tantum,secundum Bald.in l.si qua illustris. C. ad Orfician. & in l. generaliter.§.cum autem.C.de instit.& substi.

¶ Spurius dicitur natus ex concubina, quæ non fuit retenta in domo ex indubitato affectu, capit. nisi cum pridem.§.personæ.de renunc. & ibi glo. & alij Doctor. dicitur spurius propriè, qui ex tali concubitu natus est, quòd non possit legitimari per subsequens matrimonium, secundum Angelum in §.nouissimè.institu. ad Orfician.ad hoc l. vulgò.ff. de stat.homi. & lex Regni. vj. partit. titu. xiij.l.pen.in fin.

Quomodo

24 ¶ Quomodo probetur aliquem esse illegitimum, vide Bald.in l.humanitatis.vij. colum. versi. ex hoc sequitur.C.de impuberum & aliis substi.Pau.de Castro consilio clxxvj.incipiente,super primo dubio, vbi dicunt, quòd probatur per causas extrinsecas, id est,præsumptiuè,vt quòd fuerit habitus & reputatus pro filio talis, vel quòd fuit natus ex concubina talis vt per glo.in cap. Michael.de filiis presbyt. & infrà l.xj.

25 ¶ Filij nati ex coitu aliqua lege imperiali damnato,nullo modo succedebant matri vel patri, nec aliis ascendentibus, quia erant indigni omni legis beneficio.authen.quibus mo.na.effi.sui.§.fin.colla. vij.authen. ex complexu. C. de incestis nupt. & ibi glo.& in dicta l.si qua illustris.& in dict. §. fina. & §. nouissimè.insti.ad Orfici.& ibi per Ange. Ad idem dicta lex Regni, sexta partita,titulo xiij. l. penultima,& lex ista.

26 ¶ Si mulier illustris habuit filium vulgò quæsitum,qui non fuit natus ex damnato coitu,qui vocatur spurius, vt dicta l. penul. & l. vulgò quæsitus. ff. de statu ho.iste talis olim non admittebatur cum legitimis ad successionem matris, vt dicta l.si qua illustris.& d.l.penul. Si tamen mater filios ex legitimo matrimonio non habebat, admittebatur indistinctè exclusis parentibus,vt dicta l. si qua illustris. à contrario sensu, vt ibi per Salicetum. Sed in hoc nihil est hodie innouatum, immo hoc idem disponit ista lex ibi.Aunque téga padre,o modre,o ascēdientes legitimos, mandamos que el hijo, o hijos descendientes naturales, o espurios por su orden & grado les sean herederos legitimos ex testamento o ab intestato. Et sic est hic casus apertus pro illo argumento à contrario sensu, quod sumitur ex dicta l.siqua illustris.

27 ¶ Si autem filius natus est ex patre ligato & matre soluta,cum non sit natus ex damnato coitu: vt l.j.C.de natu.liberis:talis filius est successibilis:quia non damnatur talis coitus de iure ciuili:licet de iure canonico pœnitentia imponatur, & sic spiritualiter tantùm damnatur.ita dicit Salicetus in dicta l. si qua illustris. Angelus in dicto §. nouissimè. insti. ad Orficianum.Ad hoc lex Regni,vij. partita. titu. xvij.l.j.

28 ¶ Idem si mulier per vim fuit stuprata, nam respectu matris non dicetur filius natus ex damnato coitu:quia metus terribilis eam excusat. ff.de adulte.l.vim passa. ideo talis filius succedit matri. insti. de agna.successione.§.vulgò.tenet Bald.in dicta l. si qua illustris.& in l.eam quā.C. de fideicommi. col. viij. hinc est quòd filius tunc demum non succedit matri, quando ex damnato coitu nascitur: ex quo 31
mater debet puniri.authen.quibus mo.na. effi. sui. §.penul.glo.in d.l.si qua illustris.Bart. in l. fi. de his quibus vt indignis.

29 ¶ De iure ciuili natus ex damnato coitu:non dicebatur filius: nec à patre vel matre poterat ei aliquid relinqui:nec alendus erat.authen.ex complexu.C.de incestis nuptiis.Sed illud erat de necessitate paterna tamen pietate alimentari poterat.textus & Salicetus ibi. de iure tamen canonico ali potest & debet filius etiam spurius. cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam poluit per adulterium. vnde pro alimentis potest aliquid ei relinqui,& si fœmina est filia, & non habet aliundè: potest pater ei aliquid pro dote relinquere: vt ibi notatur,& firmat Barto.in dicta l. fin.de his quibus vt indignis.de quo dubitat Salicetus in dicta auth. ex complexu. quia & si à patre debeantur alimenta non sequitur quòd ab hæredibus patris debeantur, vnde de facili fieret fraus legi. Ratione tamen alimentorum,non est modus in legando vel relinquē do excedendus,nam præsumitur fraus.l.j.C.de natura.lib.Bald.in dicta l.eam quam. arbitrio ergo iudicis relinquitur quantum potest filio pro alimentis relinqui. Iudex tamen non arbitrabitur vltra quintam partem bonorum parentis, per ea quæ dicta sunt. Aliqui, vt Bald.in dicta authen. ex complexu. C.de incestis nuptiis. intelligebant dicto ca. cum haberet in spuriis simpliciter.Secus in nepharijs incestuosis. Sed hodie per istam legem potest pater vel mater relinquere filio etiam spurio vel in cestuoso quintam partem bonorum suorum, alimentorum prætextu,vel alias,quoniam ex quo geniti sunt,non sunt perdendi.

30 ¶ Nota & tene menti hanc legem, quæ declarat quando coitus dicetur damnatus,vt filius inde natus non succedat parentibus. Antiquitus enim ante huius legis compositionem coitus damnatus dicebatur,vbi aliqua pœna temporalis imponebatur per aliquam constitutionem iuris ciuilis, vt pœna adulterij,incestus, vel stupri.insti.de publicis iudi, §.item lex Iulia. de adulteriis. authen. quibus modis natu.effi.sui.§.fin. Idem si alia pœna extraordinaria imponatur,vt quando quis plures retinet cō cubinas, nam & iste coitus est damnatus quo ad vtrumq;,licet extra ordinem veniant puniendi quia est res mali exempli,vt l.j.& per totum. ff. de variis & extraordi.cri.l.iij.ff. de crimine stellionatus. filij autem exinde geniti nullo modo succedebant ab intestato patri nec matri.authenti. quibus mo. naturales effi.sui.§.si verò effusa.& ibi videtur de mente glo.in §.fi.in versi.intestatus.Item facit authent. de triente & semisse.§.consideramus.collatione iij. tenet Angelus in dict.§.nouissimè.licet Bart. cōtrà in dicta l.fi.ff.de his quibus vt indignis, scilicet q̄ta les possunt matribus succedere ab intestato vt instit.de succe.cogna.Sed eius opinio non placet Matheſillano nec Angelo in dicto loco.

¶ Et per hoc dicebat ipse Angelus quòd si habens vxorem,accipiat concubinam in domo, filij inde geniti,non poterunt matri succedere,cùm talis coitus sit damnatus.l.j.ff. de concubinis.hoc idē est de mente Bald.in l.eam quam.col.vj.C. de fideicommissis. Vbi concludit, quòd si virgo violenter oppressa,peperit filium ex quodam tyranno coniugato,vel ex Rege,potest ipsum filium hæredem instituere.

¶ Ex hoc infertur quòd cū vidua & virgo,saltem quæ in obscuro loco nata non est, non possit accipi in concubinam,vt vult glo.in l.j.ff.de concubinis filij ex ea nati, vbi pater non ignoratur, tanquam nati ex stupro,vt l.stuprum.ff.de adul. non succedebant matri, quia damnabilis erat coitus,cùm saltem extra ordinem poterat puniri, nisi mater per vim fuerit stuprata,hoc fuit de mente Bald.in d.l.si qua illustris.in principio. versic. quæro de quo stupro loquitur iste textus.Hodie tamen per istam legem,ista omnia sunt sublata & tunc demum coitus est damnatus quo ad matris successionem,quando ei poterat pœna mortis imponi, vt in adulterio & incestu,vt habetur per legē regni.vij part.ti.xviij.l. fi.& libro Ordinationum,ti.delos adulterios.l.ij.vel si ingenua,quæ nutrit filium alicuius,& est in domo

eius,& ministrat seruitia,si fornicata fuerit cum famulo eiusdem domini,vt disponit lex Ordinationū, prælegata. Secus si tantum ministraret seruitia, quia tunc non pœna mortis, sed fustibus castigari potest.Idem dicitur ibi de concubina consanguinea domini, si cum famulo eiusdem domini fuerit fornicata. Vnde natus ex tali coitu, non potest matri succedere, per illam legem, iunctam cum ista, quod est mirabile intellige nisi fuerit vim passa, vt suprà dictum est.

33 ¶ Et pondera hanc legem,cum disponit, q̄ tam damnatus debet esse esse coitus,q̄ mulier possit dānari ad pœnam mortis naturalis,vt mortem excluderet & ciuilem, quæ autem dicatur mors naturalis,& quæ ciuilis,diximus suprà in l.iiij. Item vt excluderetur mors spiritualis,nā licet coitus meretricalis,vel concubinatus, nullam pœnam temporalem habeat de iure ciuili;vt l.fin.ff.de concubinis.& l.Si ea.& l. quæ adulterium. C. de adulte. pœna tamen spiritualis imponetur,quia mortaliter peccat quis, qui cum alia quàm cum propria vxore commiscetur,vt xxxvij.q.iij.c.meretricis. glo. in cle. ad nostram.§.vij. de hæreticis. de ista morte spirituali non loquitur ista lex.Sicut enim propter cognationem spiritualem, nemo admittitur ad successionem,vt traditur per Abb.in c.tanta. qui filij sunt legitimi, ita nec propter damnationem spiritualem debet excludi.

34 ¶ Nota q̄ filij nati ex damnato & punibili coitu, non succedunt matri,etiam legitimis non stantibus ex testamento,nec ab intestato,vt hic dicitur.Sumitur hoc ex l.si qua illustris.C.ad Orficianū.vbi glos. & doctores.& l.vna.C. de mulieribus quæ propriis seruis se immiscuerunt. & vj. parti. ti. delas herencias.l.xj foro legum,tit.delas mandas.l.x. Quis autem dicatur natus ex damnato & punibili coitu.vide in d.l.xj.ista lex declarat quando mater propter talem coitum incurrit pœnam mortis, in hoc tenenti hanc legem.Et vide authenticam quibus modis naturales effi.sui.§.fi.colla.vij.glo.docto. & Bal. in d.l.si qua illustris.glo.in §.sunt & aliæ.versi.numerari,insti.de nuptiis.& in c.vt clericorum mores, in fine.de vita & ho.cle. vide etiam Bar. in l. si adulterium cū incestu,col.iij.versi. & ideo pro declarādo ista materia.ff.de adulteriis Ange.de Aretio in tractatu maleficiorum,in parte che me ay adulterato, &c.quasi per totum titulum de adulteriis.vij.partita,& foro legū,& lib.Ordinationū & inst.de publicis iudiciis.§.itē lex Iulia,de adulteriis.cūsimilibus.

35 ¶ Non omnis coitus est punibilis, vt puta cum meretrice.l.si quis vxori.§.sed si ea.& l.verum.ff.de adulte.l.fi.eod.ti.foro legum.Item coitus cum concubina alterius,non est punibilis secundum Barto. in l.si vxor,in principio.ff.de adulter.

36 ¶ Quando mater propter coitum punitur vltimo suplicio,vide l.j.& ij. titu. delos adulterios. lib. Ordinatio.

37 ¶ Saluo los hijos de fluayres, o clerigos freyres, o monjas professas. Ista lex quātū ad declarationē legis de mena.& biruiesca de quibus facit mentionem,in quibus tantum fit mentio de filiis clericorum,non monachorum vel monialium.Item prædictæ leges clericorum, filios excludunt à successione patris clerici, vnde nec titulo donationis seu legati vel venditionis possunt aliquid habere à patre clerico,vel alio eius consanguineo, nihil tamen dicunt illæ leges de successione materna, ista autem lex videtur extendere dictam legem de Soria, vt non solùm habeat locum in filiis clericorum: quod non succedant patri clerico: sed etiam in filiis monachorum & monialium. Item quod ibi dispositū est de successione patris, extenditur hic ad successionem matris:nam hic solùm disponitur de successione materna: quia de paterna, iam erat dispositum per illam legem.

38 ¶ Item in quantum dicta lex excipit filios clericorum,exceptio fit à regula,notat Io. An.in rubrica,de regulis iuris.lib.vj. etiam in illis verbis loquitur ista lex de successione materna:& est sensus; q̄ & si non sit pœna mortis naturalis imposita moniali quæ genuit filium:nec concubinæ clerici:vel monachi: tamen eius filius non poterit succedere matri sicut nec patri: itaque quodammodo redimus ad primæuum ius Imperatorum, q̄ qualitercumque per constitutionem coitus esset damnatus ordinariè vel extraordinariè:filius nec succedit patri nec matri;vt dictum est suprà.

39 ¶ Intelligo tamen dictam legem de Soria dum loquitur de filiis clericorum, quando clerici sunt in sacris: vel saltem sunt beneficiati: & rebus sic se habentibus filij fuerunt ex concubina procreati, quia vtroque casu concubina non potuit esse vxor clerici,vnde non potuerunt filij dici naturales: vt l. nam & contra. C. de nuptiis.nec legitimantur per subsequens matrimonium, secundum Bart. in l. ij. ff.de concubi.facit ca.tanta,qui filij sunt legi. tenet expressè Io.And.in regula sine culpa,de regulis iuris,lib.vj.in mercurialibus.immo quòd plus est,tales filij dicuntur incestuosi.Et clericus dicitur commisisse incestum .glo.& Bald.in l.ij. C.de epi.& cle.

40 ¶ Si tamen clericus esset in minoribus nec haberet beneficium:filius ex concubina habitus dicitur naturalis, quia tunc temporis cum ea matrimonium contrahere poterat,ideo legitimatur per subquens matrimonium,secundum Barto.in dictā l.ij. & notatur in dicto cap.tanta. & consequenter talis filius poterit succedere matri simul cum legitimis: vt suprà dictum est de aliis filiis naturalibus.

41 ¶ Sed quid si monachus vel monialis infrà annum professionis habuit filium ex concubina:an dicatur naturalis & possit succedere matri? Videtur quòd cum rebus sic se habentibus monachus seu monialis matrimonium contrahere non poterat, talis filius non sit naturalis,non succedit matri.nisi fortè contingat quòd tempore conceptionis non dum fuerat ingressus vel ingressa monasterium: vel ante natiuitatē filij exiit à monasterio,cū saltē altero tempore poterat esse matrimoniū inter eos:quo casu talis filius erit naturalis,& succedet matri,vt infrà eadem l.xj.quæ considerat alterum tempus natiuitatis seu conceptionis.Sed adhuc cogita si hoc ipsum dici possit de filio concepto & habito durante anno professionis,etiam existēte monacho vel moniali in monasterio: quoniam certum est, quòd & tunc potuit esse matrimonium inter ipsos concubinarios vel fornicarios,vt videtur tex.in c.beneficiū,de regularibus,lib.vj. vbi infra annū probationis clericus beneficiatus potest retinere & retinet beneficiū,& potest illi renūciare:& dicetur beneficiū vacare per eius renunciationē: non per religionis ingressum.Item si infra annum probationis collatum esset illi beneficium, & ille acceptaret: quis dubitat quin talis collatio esset valida: vt ibi notatur.Si quidem infra annum probationis potest contrahere

contrahere matrimonium spirituale validum,ergo & temporale: cum valeat argumentum de vno matrimonio ad aliud,vt c.secundo,de translatione prælatorum,dixi plenè in Repetitione mea, ca.per vestras,de donationibus inter virum & vxorem. Vnde quamquam infra annum probationis in fauorabilibus censeatur religiosus,& gaudeat priuilegio religiosorum,vt c.religioso.de sen.ex.libro sexto,non tamen in his quæ non sunt sibi fauorabilia, immo odiosa: vt id quod eius fauore introductum est: retorqueatur in eius odiū,l.quod fauore, de legibus. regula, quod ob gratiam.de regulis iuris,libro sexto.cum similibus.præsertim cùm ex hoc resultet fauor & vtilitas filio,qui non peccauit. Cogitabis.

42 ¶ Filij clericorum non succedunt parentibus,duplici ratione;Prima,quia clerici ecclesiam,monachi monasterium habent hæredem. ca. in præsentia. de probationibus, cum similibus.Secunda, quia sunt intestabiles, & omnia quæ habent videntur acquisita intuitu ecclesiæ: & deficientibus legitimis,ecclesiam habent hæredem: vt dictum est c.j.de peculio clericorum.c.j.de testamentis, vbi dixi in meis recollectis.

43 ¶ An filius clerici succedit matri, scripsi alias latè in quodam meo consilio, vbi videri poterit.

44 ¶ De accessu ad monialem,vide c.hi qui. & c.virginibus.xxvij.q.j.

45 ¶ Vinum prouocat ad coitum. xxxv.distinction. c.violentum.glo.in c.carnem de consecratione. distin.v. Cognoscens monialem carnaliter si est clericus;deponitur & detruditur in monasterium.cap.si qua.c.Si quis episcopus.xxvij.q.j.si laicus decapitatur, & bona monasterio applicātur.c.siquis rapuerit,eadem causa,& q.lege, siquis non dicam rapere. C.de epi.& cle.

46 ¶ Quæ peccata committat habens accessum ad monialem:vide gl.in cap.de virginibus. eadem causa & quæst.vide Abb.in c.clericos. de cohab.cleric. & mulierum.vide l.ij.titul.delos que yazen con mugeres de orden.septima partita.& in l.ij. eodem tit. foro legum,vbi vide.

47 ¶ Hæc lex ad quam se refert lex nostra,in fine,de filiis clericorum, &c. Habetur in libro Ordinationum,titul.delas herencias.l.finali. cum qua concordat l.xxij.delos perlados.eodem libro Ordinat.j.& coniungitur l.ij.tit. delos que yazen con sus parientas o mugeres de orden.foro legum.

48 ¶ Pone quòd mater habuit filium ex legitimo matrimonio.& alterum ex damnato coitu,propter quod veniebat ei imponenda pœna mortis: an poterit mater tali spurio relinquere quintam partem bonorum suorum? ista quæstio non decidit per hanc legem,quæ in prima parte loquitur, stantibus legitimis de filio naturali tantum vel spurio simpliciter,quo casu mater potest relinquere quintam naturali vel spurio.Secunda pars legis loquitur de nato ex damnato coitu non stantibus legitimis : quo casu potest tali filio quintam relinquere: cùm tunc non stantibus legitimis vel naturalibus:non est qui eum impediat, etiam si stent ascendentes : & videtur,quòd nec tunc relinquere potest in casu de quo agitur mater tali filio quintam in testamento, denum relinquere potest, quando sōli ascendentes subsistunt.Stantibus autem filiis legitimis, ad nihilum admittitur,vt hic dicitur in ij.parte:si tamen legitimi subsistant,excluditur omnino iste filius:ergo nec quintam habere potest, ex testamento, vel ab intestato: nisi dixeris, q̄ quintam habet ex dispositione materna,non vt filius,sed quasi extraneus.

49 ¶ Præterea ista lex est correctoria & consequenter extendenda.regula,odia.de regu.iur.lib.vj.nam tunc in materia exorbitanti fieri debet restrictio ad verba,& mentem ex verbis,sumpta specificè,vt notanter dicit Ioan.Imolen.in clemen.j. de rescriptis. post Antonium, & ita dicit debere intelligi glos.in cap.j.de tempor.ordin.libro vj.maximè quia in ea fu propositæ quæstionis non videtur eadem ratio: & per consequens videtur remanere sub dispositione authenticæ ex complexu.

50 ¶ Præterea videntur hæc decidi in lege sequenti, in principio.dum dicit,que en caso que el padre,o la madre sean obligados à dar alimentos a alguno de sus hijos illegitimos. Sentit ergo, quòd non semper tenetur mater alimentare filium : vt notatur in dicto cap.cùm haberet.de eo qui duxit in matrimonium.& videtur de mente Bald. in dicta authentic. ex complexu. cùm vult quòd dict. cap. cùm haberet,habet locum in spuriis simpliciter. Secus in nepharijs incestuosis. dicuntur autem nepharij propriè,nati ex coitu inter ascendentes & descendentes. Incestuosi vero nati ex coitu inter collaterales consanguineos vel affines.l.quin etiam.& l.fin.C.de nupt.instit.eodem.§.ergo.glo.in rubric. C.de incestis nuptiis.vnde intelligendo propositam quæstionem, quòd filij nati ex damnato coitu: sunt nati ex nepharijs seu incestis nuptiis,vnde quātum ad hoc nihil videtur hodie innouatum : itaque nihil potest eis relinqui à patre vel matre, etiam alimentorum ratione,sicut antea de iure imperatorum, vt dicta authentica ex complexu.nec de iure canonico alimenta eis debentur: etiam si alij filij legitimi non subsistant.

51 ¶ Sed si tales filij non sunt nepharij aut incestuosi, sed adulterini tantùm : quibus alimenta debentur: vt dicto capit.cùm haberet. qui expressè loquitur de filiis adulterinis : an hoc procedat si supersunt alij legitimi:in dict. cap. cùm haberet. nihil dicitur nec in lege ista. imò potius videtur eis alimenta denegare:cùm sint nati ex adulterio propter quod mulieri adulteræ imponitur pœna mortis. Cogita.

52 ¶ In casu tamen quòd talibus filiis, vel aliis illegitimis debeantur alimenta ex æquitate canonica: per dict.cap. cùm haberet. alimentorum prætextu sola quinta bonorum potest sibi relinqui vel in vita concedi per patrem vel matrem. per legem istam, quæ solùm disponit quando supersunt ascendentes: non autem quādo filij legitimi,vt suprà dictum est. Vnde satis est eam extēdere ad casum existentiæ legitimorum:non tamen debet excedere quintam:vt dictum est in præcedentibus.& tenet Bald.in l.eam quam.C..de fideicommissis.

53 ¶ An autem possit statuto permitti quòd filij spurij succedant in bonis parentum.Bart. dicit q̄ non in l.Seius & Augerius.ff.ad legem Falcid.

54 ¶ Item an spurius habeat querelam contra testamentum matris,si fuit ab ea præteritus vel exhæredatus,vide textum & glos. in l.fi suspecta.ff.de inofficioso testamen.

55 ¶ De filiis illegitimis & eorum speciebus, vide glos.& doctores in cap.nisi cùm pridem. de renunciatione, in parte manzeres. Et qualiter admittuntur ad successionem. vide Petrum de Ferrara in sua Practica, de successionibus ab intestato.

& Nicolaum de Vbaldis in tract.de succesionibus ab intestato.

56 ¶ E de la tal parte pueda disponer despues que la ouiere en su vida &c. Nota istam legem, quæ permittit filio illegitimo disponere ad libitum de quinta bonorum parte sibi pro alimentis relicta à patre vel matre etiam post mortem suam, quod videtur mirabile: nam cùm parentes filiis teneantur alimenta præstare, vt lege si quis à liberis. ff. de liber. agnoscendis, etiam spuriis: vt dicto cap. cùm haberet. Et loco alimentorum succedit quinta prædicta, illud autem quod pro alimentis relinquitur, non debet quintam excedere, ne fiat fraus, vt suprà dictum est: ad hoc lex sequens, quæ expressè hoc vetat, & similiter non debet durare, nisi per vitam eius qui est alimentandus: & non transmittitur ad filios vel hæredes. vt per Bald. in allegata l. eam quam. C. de fideicommissis. colum. x. per l. cùm hi. §. si vni. ff. de transact. vbi vide Baldum. Ad idem l. defunct. §. fin. ff. de vsufruct. vide Bald. in l. fin. ff. de his quibus vt indignis. & consilio cccclvj. Baptistam in repetitione l. si qua illustris. col. antepenul. C. ad Orficianum, vbi expressè hoc tenet. ego alias scripsi in cap. per vestras. de donationibus inter virum & vxorem. colum. cccxlix. in mea repetitione. Hodie tamen per hanc legem deciditur cõtrarium, imò quòd de ista quinta pro alimentis: potest filius disponere ad libitum in vita & morte: ratio est, quia leges istæ faciunt filium illegitimum capacem huius quintæ partis, etiam stantibus aliis filiis legitimis: non solùm quantum ad vsumfructum pro alimentis: sed etiam quo ad proprietatem ipsius quintæ: quapropter efficitur transmissibilis ad hæredes vel posteros. 4

57 ¶ An autem filius est capax ab alio, quàm à patre. vide Bartolum & alios in l. prima. ff. de iure fisci. & in l. quod conditionis. ff. de donat. & in l. si is qui. ff. de vulgar. & pup.

58 ¶ Parentes spuriorum succedunt eis, sicut ipsi parentibus. Bar. in l. fin. colum. ij. ff. de his quibus vt indignis. versi. quid econtra. vide text. & Bald. C. de naturalibus liberis.

Lex X.

MANDAMOS que en caso que el padre, o la madre sean obligados à dar alimentos a alguno de sus hijos y legitimos en su vida, o al tiempo de su muerte: que por virtud de la tal obligacion no le pueda mandar mas dela quinta parte de sus bienes, de la que podian disponer por su anima. Y por causa de los dichos alimentos no sea mas capaz el tal hijo y legitimo. Dela qual parte despues que la ouiere el tal fijo pueda en su vida, o en su muerte hazer lo que quisiere, o por bien tuuiere. Pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuuiere hijos, o descendientes legitimos, mãdamos que el padre le pueda mandar justamente de sus bienes todo lo que quisiere, aun que tenga ascendientes legitimos.

1 IN caso quo pater vel mater tenentur alere filium spurium, vel illegitimum alimentorum prætextu, non nisi quintam partem bonorum suorum in vita vel in morte relinquere potest, liberè disponere. per hoc tamen non efficitur ad alia capax.

2 ¶ Pater & mater tenentur alere filios: vt lege, si quis à liberis. ff. de liberis agnoscendis. etiam illegitimos. capit. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. concordat quarta partita, titulo xix. l. quinta. & suprà lex proxima. vbi dixi. Reprobatur authentica ex complexu. C. de incestis nuptiis.

¶ Quamuis ergo parentes in suo testamento ea dare prohibuerint: nihilominus dabuntur natura cogente. Baldus in lege id quod pauperibus. finali columna. versic. vltimò quæritur. C. de episcop. & cleric. de quo per Specul. de succesio. ab intesta. versic. nunc dicamus. probatur in authentic. licet. & ibi Bald. C. de natu. lib. & in d. ca. cùm haberet. & in d. l. v. in principio. ibi cùm dicit son tenudos delos criar. Vnde hæc obligatio est naturalis, quæ parentum morte non expirat: vt l. secunda. columna xix. quarta partita.

¶ Ex quo sequitur, quòd pater tenetur dotare filiam naturalem: quia dos succedit loco alimentorum: vt per Baldum in l. eam quam. colum. vij. versi. sed pone dicit decretum. C. de fideicommissis. & in l. prima. columna quarta. versiculo, iuxta hoc quæro. C. de sacrosanct. eccles. in lectura, & in repetitione colum. xiiij versic. super quæstione. Abbas post alios in dict. cap. cùm haberet. ego dixi plenè in Repetitione ca. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. Non est ergo mirum, si eo modo quo tenetur filiam naturalem alere, teneatur similiter dotare, secundum Bald. in dicta l. id quod pauperibus. quamuis contrarium teneat authent. res quæ. versi. quæro nunquid. in fine. C. communia de legatis. de quo plenè scripsi in dicto capit. per vestras. 3

¶ Si autem pater & mater hæc alimenta præstare nequeunt, auus & auia & alij ascendentes omnes ad hoc tenentur nepotibus naturalibus vel spuriis: vt d. l. v. arbitio boni viri. glo. in authentico de triente & semisse. §. consideremus. collat. iij. & ibi Angelus, versicu. nota ex ista glo. quæ loquitur in filio naturali. Bald. in dict. authent. res quæ. colum. ij. versicul. quæro an teneor. & in dicta authent. licet patri. vbi dicitur, quòd sicut filius naturalis debet ali à parentibus. ita debet alere parentes, quod est not. secundum Bart. & Bal. ibi, de hoc habemus leges Regni iiij. parti. tit. xix. l. iiij. v. & vj. 4

5 ¶ Aliqui sunt casus, in quibus mater non tenetur alere filium naturalem, adulterum, incestuosum, vel spurium: vt puta quando matrẽ dedeceret alimentare filium, quia fortè est magna princesa, aut monialis professa, vel est infirma, aut aliter impedita. His enim casibus lactabitur expensis patris. arg. ff. de liber. agno. l. si quis à liberis.

¶ Item tenetur pro dimidia alere spurios, secundum Abb. in d. c. cùm haberet. per illum tex. de eo, qui duxit in matrim. sed mater tenetur alere filium spurium intra triennium, postea elapso triennio tenetur alere pro dimidia: vt per gl. in d. c. cùm haberet. & ibi doctores.

7 ¶ Item si filius accusauit parentes criminaliter: vt d. c. cùm haberet. & ibi glo. & iiij. part. ti. xix. l. iiij. & sexta. & ibi gloss. ponit sex casus. Adde Baldum in authen. nisi rogati. C. ad Trebellian. vbi dicit, quòd pater spiritualis tenetur alere filium spiritualem si indiget.

6 ¶ Omnes causæ sufficientes ad exhæredandũ filium, sufficiunt ad priuandũ eum alimentis. l. si patrem. C. de alend. lib. de quibus habetur in auth. vt cùm de appel. cogno. §. causas. collat. viij. glo. in ca. quintaual

quintauallis. de iureiu. & ibi doctores.

9 ¶ Item si filius non habet alia bona præter ea quæ per legem sibi fuerunt acquisita per delictum patris: nam de his filius non tenetur alere patrem: nec econtra. ita not. Iacob. Butr. Bald. & Angel. in auth. bona damnatorum. C. de bonis damna. Cuius memini suprà l. iiij. col. iiij.

10 ¶ Nota hanc legem, quòd potest pater vel mater relinquere filio etiam spurio vel illegitimo, quintam partem bonorum suorum, de qua potest ad libitum disponere: cõcordat l. suprà proxi. vbi plenè.

11 ¶ Si pater relinquit filio spurio, vel alias illegitimo pro quinta vnà rem quæ plus valet, in eo quod excedit quintam non valet. Bartol. in l. fin. C. de his quib. vt indig. Bal. in l. eam quam. vij. col. versi. pone dicit decretum. Ad hoc l. lucius. ff. de exercitoria. Causa enim certis finibus circunscripta, effectũ producit limitatum. l. si is qui animo. ff. de acq. possess. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. nec transit ad hæredes spurij, nec ratione proprietatis, in qua non valet legatum: nec ratione alimentorum: quia cum vita finiuntur. l. cùm hi. §. si vim. ff. de transact. l. dominus. §. fin. ff. de vsufructu. & si aliter fieret: daretur modus fraudandi legitimos, contra dispositionem istius legis: qua dicitur, quòd parentes non possunt vltra quintam partem bonorum relinquere suis spuriis.

¶ Pondera tamen hanc legem & præcedentem, in quantũ dicit; q̃ filius spurius vel illegitimus, cui relicta est quinta pars bonorum: potest de illa ad libitum disponere in vita vel in morte. vide quæ scripsi in rep. d. c. per vestras. §. xxiiij. ad finem.

12 ¶ An Rex potest donare filiis spuriis vltra quintam bonorum suorum: vide Bald. in c. j. de constit. refert ibi Andr. Sicu. pen. col. versic. subdit etiã Bal. qui videntur concludere, quòd non. ad hoc l. fin. C. de nat. libe. versic. si paternum vitium refrænandum æstimauerunt. quæ ratio Regẽ vel principem sicut alios inferiores arctat: vt l. princeps. ff. de legib. & l. digna vox. C. eo. Thom. ij. ij. q. xcvj. argum. vlti. qui pulchrè loquitur de intellectu illarum legum: posse Regi congruè dici, patere legem ipse tuleris. c. cùm omnes. de constit. non ergo potuit Rex magnas facere donationes filiis suis spuriis: nec amplas dotes filiabus spuriis vel illegitimis concedere: nisi forsan talem genuisset filiam ex virgine oppressa: per ea quæ dicit Bal. in d. l. eam quã. col. vij. ver. & scias, quòd in istis. C. de fideicom. retulit And. Sicul. in d. cap. j. de constitut.

13 ¶ Quamuis filius natus ex damnato coitu vel naturalis tantùm vel spurius simpliciter: non sit capax nisi quo ad quintam partem bonorum patris vel matris: vt in præcedenti l. dicitur: ab extraneo tamen capax est ad recipiendum in quacunque quantitate, quocunque relicti titulo. glos. notab. in auth. quib. mod. natur. effic. sui. §. fin. tenet Abb. in c. cùm haberet. in fine, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulte.

14 ¶ Si dictat statutum, quòd stantibus filiis fœmina non succedat: posset tamen dotari arbitrio boni viri: tunc dos nõ debet esse minor legitima: vt no. concludit Ias. in l. voluntatis. de fideicom.

15 ¶ Sicut filius adulterinus nõ potest esse hæres patris vel matris: ita neque eius nepos, vt videtur de mente Cyn. & Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præterit. refert & sequitur Montaluus foro legum, lib. iij. tit. delas mandas. l. x. vide Barto. in l. gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthum. melius per Salyce. in l. fin. C. de naturali. liber. vbi distinguit, vt ibi per eum. vide Angel. de Aret. in §. nouissimè. institu. ad Orficianum. colum. iij. & Mathesillanum in suo tractatu de succesionib. ab intesta. Bald. in l. si quis incesti. C. de incestis nupt.

16 ¶ An nepos naturalis vel spurius excludat substitutum datum ab auo. vide Bald. in l. generaliter. C. de conditio. insti. vbi concludit quòd non.

17 ¶ Pueda mandar. hoc ideo dicit quia ab intestato filius naturalis tantum potest succedere patri in duabus vnciis: hoc est in sexta parte totius hæreditatis, non solum de iure ciuili, sed canonico, vt per glo. in cap. nisi eũ pridẽ. de renun. Hosti. & Abbas in c. tanta. qui filij sint legiti. licet Goffred. contra, vt ibi per eum.

¶ Intellige concurrẽtibus his, primo quòd pater sit certus, & eum tractet vt filium: nam si mater erat publica meretrix, & pater penitus incertus: in nihilo poterit ei succedere filius. vt §. vulgo. inst. de legitima agnatorum succesione. Secũdo quòd mulier cohabitauerit cum amasio in eadem domo, ad instar vxoris alias secus. authen. quibus modis naturales effi. sui. §. si quis autem defunctus. colla. vij. gloss. in l. ij. ff. de concubin. & ibi Dynus, Bar. & alij. Angelus in d. §. nouissimè. insti. ad Orficianum. Sed certe hoc non est necessarium, vt vult Bald. in authentica licet. C. de natu. li. hoc decidit lex sequens. Item requiritur quòd non sint liberi legitimi & naturales. Item legitima vxor: vt dicto §. si quis autem defunctus. & dict. auth. licet. & sexta partita. titu. xvij. vide Angel. in dict. §. nouissimè. vbi plenè de his.

18 ¶ Quid si filius illegitimus est natus ex libero & ancilla, vel seruo & libera, vide plenissimè in præallegatis locis, præsertim per Angelum in dicto §. nouissimè.

19 ¶ Qualiter & quando parentes succedant filiis naturalibus vel spuriis: vide plenè Angelum in dict. §. nouissimè. institut. ad Orficianum. Bart. in l. fin. ff. de his quibus vt indign. colum. ij. & legem Regni sexta partita. tit. xvij.

20 ¶ Quis succedit spurio, si matrem vel lineam maternam non habet. Baldus in l. si qua illustris. dicit, quòd vxor. si non habet vxorem, tutor. ff. de regul. iur. l. quo tutela. vbi suppositis apud hospitale, succedit hospitale, & vltimo loco fiscus.

21 ¶ Qualiter & quando transuersales naturales sibi, inuicem succedant: vide eundem Angelum in §. vulgo quæsitos. insti. de agna. succesione.

22 ¶ Bona parentum omnia debentur filiis legitimis etiam de iure diuino: vt dictum est suprà l. proxima. notatur in l. scripto. ff. vnde cogna. Bald. in tit. de pace tenenda & eius viola. iij. col. versi. item bona parentum. licet contrarium teneat in l. si legatarius. §. fin. de leg. iij. & glos. in l. lex Cornelia. ver. nulla. ff. de vulg. & pup. & sine causa non possunt à legitimis auferri. vt vj. parti. tit. vij. l. iiij. cum similib.

23 ¶ Nota hanc legem in eo quod vult quòd filius spurius vel alias illegitimus, potest liberè disponere de quinta bonorum sibi à parente donata vel relicta post traditionem. Ante traditionem verò non posset hoc facere: cùm pater posset illam vsque ad mortem reuocare, etiam si filio legitimo esset facta. vt l. xvij. infrà eod. non solùm expressè, sed etiam tacitè per conualescentiam donatoris: non secuta traditione: vt dicta l. xvij. & per Bartolum in l. j. iij. quæstione principali. C. de sacrosanctis eccles. per.

l. non

l.non omnes.ff. si certum pet. si tamen traditio intercesserit: potest filius illegitimus de ea liberè disponere: quia perfecta est donatio: vt hic; quæ reuocari non potest: vt dicta l.xvij.& l.perfecta donatio. C.de donat.& foro legum,ti.delas donationes.l. ij. Maximè post mortem donatoris dicitur perfici donatio & confirmari, & recta via transfertur dominium in donatarium.l.ij.ff. de publica. tenet Bal. in l.ij.C.si quis alteri vel sibi.notatur in l.j.C.de donacausa mortis.

24 ¶ Lo que quisiere. Ante huius legis editionem poterat pater relinquere filiis naturalibus si parentes supererent: reliquum quod supererat: relicta parentibus legitima, vt d.authen. licet. hodie per istā legem exclusis parentibus omnia bona filiis relinquere.

25 ¶ Stantibus legitimis & naturalibus, tantum, olim poterat pater relinquere filio naturali vnam vnciam, authen. quibus modis naturales effi.sui. §. discretis.& l.fin.C.de naturalibus libe.& ibi Salicetus & in dicta authentica licet. An autem hodie potest relinquere quintam sicut potest mater: vt habetur in l.præcedenti: quam relinquere poterat pro anima, videtur q̄ non, quia lex hoc non dicit, & erube scimur dum sine lege loquimur.l.illam.C. de colla. maxime cùm hic agatur de legum correctione.

26 ¶ Aduerte tamen quòd licet filius naturalis prohibeatur succedere patri stantibus legitimis, nisi in vna vncia, vt paulò antè dicebamus, pater tamen potest eum pupillariter substituere filio legitimo, & non prohibetur ei succedere patris iudicio,& habebit ex bonis paternis statutam portionem,& succedet fratri in solidum ex bonis propriis.l.si is qui. ff.de vulga.& pu.Idem in spurio: secundum Bar.qui allegat glo.in §.fi.quibus mo.natu.effi.sui.sed glos. hoc non dicit apertè.Idem tenet Bal. in l.eam quā. C.de fideicom.col.xj.vbi videas additionem,& Angelum in d.§.fi.Vnde cùm filio naturali stantibus legitimis possit pater relinquere vnā vnciam, & spurio alimenta, vt d.c.cum haberet. Si pater habens legitimum, & naturalem & spurium, cui relinquit alimēta,& insuper eum substituit filio legitimo pupillari, legitimo prædefuncto, spurius habebit ex bonis paternis vnciam vel alimenta, & fortè reliqua omnia bona fratris etiam aliundè quæsita. Cogitabis super hoc,an virtute substitutionis pupillaris habebit filius spurius bona patris quæ reliquit filio legitimo.

27 ¶ An autem filius spurius potest capere ex tacita vulgari comprehensa, in pupillari expressa. vide Bald. in l.eam quam.C.de fideicommissis.col.vj.vbi concludit quod non, sicut nec ex expressa vulgari.

28 ¶ Filius naturalis vel spurius non potest capere vltra modum collegæ, taxatum causa conditionis implendæ.secundum Bart.& Bald.in dictis locis quia isto modo succeditur defuncto.

29 ¶ Cui defertur id quod filius naturalis, vel spurius capere non potest, tangit Bart. in dicta l.si is. ff.de vulgari & pupillari. Intellige de his quæ pater sibi reliquit vltrà id quod de iure potest. vide Bald. in dicta l.si is. qui dicit quòd venientibus ab intestato, non autem fisco, prout dicebat glos. in l. ius nostrum. ff. de regulis iuris. videas alios doctores res in dicta lege, si is. qui communiter tenent hanc opinionem.

30 ¶ Si pater filio naturali & extraneo aliquid vltra quintam reliquit, stāte filio legitimo.illud quod aufertur à naturali, cui applicabitur an extraneo, an legitimo, dic quòd coniuncto per ius accrescendi non legitimo. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommissis.

¶ An institutus à patre spurij potest spurium instituere? dic quòd sic, nisi testator expressè grauasset institutum de restituendo spurio: vel institutus patiatur post mortem testatoris spurium possidere bona patris: vt per Bart. Bald. Ioan. de Imola, & Paulum in d.l.si is qui.ff.de vulga.vbi per alios.

¶ Frater indistinctè potest instituere fratrem spurium, vt concludit Bald. consil.v. primo volum.

¶ An pater habens filium legitimum & alium bastardum, potest ambos simul hæredes instituere: bastardum in quinta: legitimum in residuo. Bald. disputat in l.si qua illustris. C.ad Orficianum. concludens q̄ institutio bastardi non valet, videas per te.

¶ Si pater habens filium legitimum, dotauit filiam naturalem vltra quintam bonorum suorum: non poterit legitimus constante matrimonio dotem tanquam inofficiosam, in eo quod excedit, repetere: quia dos est titulus onerosus. ita concludit Bartol. in l.fina. §. si à socero. ff. de his quæ in fraud. credit. vbi per alios doctores communiter sequentes Bartol. vide ibi bonam additionem. Idem vult Bald. in authent. ex complexu. C. de incest. nupt. qui omnes loquuntur in simili quæstione de filia sacerdotis dotata, quæ secundum aliquos est adulterina tantùm. vt vult Cynus in l. secunda. C. de episcopali audientia. quem refert & sequitur Bald. in l. si quis incesti. C. de incestis nupt. quo res est clara. Alij verò dicunt filiam clerici esse adulterinam & incestuosam, vt not. in dicta l.ij. incestuosis autem non debentur alimenta: vt vult Bald. in dicta authentic. ex complexu. & dictum est in præcedentibus. & tunc dubia est decisio prædicta in filia clerici, ego alias repetendo cap. per vestras. de donationib. inter virum & vxorem. hanc dubitationem differui, vide quæ ibi scripsi.

¶ An Rex vel Princeps potest maritare duas filias spurias: vide Bald. in cap. primo. de constitut.& glo. in §. penult. authent. quibus modis natur. effic. sui.& in additionibus ad Bart. in dict. l. fin. ff. de his quibus vt indignis.

¶ An pater naturalis teneatur dotare filiam naturalem: vide Bald. in l. fin. C. de dotis promissione. ego latius prosequor in dicto capitulo, per vestras. de donationibus inter virum & vxorem. in mea repetitione

¶ Quanquam filius naturalis ad patris successionem admittatur secundum: vel præter eius voluntatem: vt sæpe dictum est: contra eius tamen voluntatem admitti non potest. glos. l. prima. §. primo, ff. de contratab. vide Ioan. de Imol. in l. ex facto. ff. de vulga.& pupil. in princip.

¶ Stante filia legitima, an filius naturalis possit vniuersaliter instituti sub conditione si legitimetur? vide Angelum consilio ccxxvij. incipit, Pro decisione.

¶ An filia renuncians supplemēto legitimæ cum iuramento possit agere ad supplementum legitimæ. Angelus in dicto consilio ccxxvij. vide ad saturitatem in cap. quamuis pactum. de pactis. libro vj. præsertim per Georgium Natanum in sua repetit. qui multa cumulat.

¶ An donatio facta filio naturali, valeat statim vel confirmetur morte donantis, sicut facta filio in potesta

potestate. vt l. donationes. C. de donatio. inter vir. & vxorē. dicas, quòd statim valet, & si fiat omnium bonorum, eo casu quo fieri potest. vt l. omnes. §. Lucius.& ibi Bart. ff. quæ in fraudem credito. Ludouicus consilio xliij. incipien. ad primum quæsitum. in secundo dubio. Iaf. in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. in repetit. vlti. col. in fine.

41 ¶ Res donata vel legata non transmittitur in hæredem donatarij vel legatarij, si donatarius vel legatarius moriatur antequam donator vel testator, vel antequam impleatur conditio: vt per Bar. in l. si vir. §. vxor. ff. de donation.& ibi per Bald.& alios recentiores: per Bald. in l. secunda. C. de iure dot. intellige quando res donata vel legata non erat tradita, aliàs secus. vt d.l.xvij. ad idem l. preciarum. ff. ad legem falcid. Bald. in l. quoniam. in principio. C. de iur. delibe. quia quod nondum est, transmitti non potest.

42 ¶ An autem illud ius quod donatarius habebat ad rem donatam vel legatam, potuit spurius transmittere in suos: vide Bald. in l. si auia. C. de iure deliberand.& glos. in l. his cuius. ff. de act.& oblig. Bald. in l.j. in princip. C. de his qui ante apert. tabul.

43 ¶ Quamquam legatum vel donatum alimentorum causa, morte legatarij vel donatarij finiatur. l. cùm hi. §. modus. ff. de transactio. Bald. in authentic. cui relictum. C. de indicta viduitate tollend. & in l. eam quam. colum. vij. C. de fideicommissis. versic. pone dicit decretum. quinta tamen spurio vel illegitimo relicta, sequuta traditione, transit ad suos hæredes,& potest filius de ea liberè disponere: vt hic dicitur & in l. præcedenti. tenet Bart. in l. iiij. §. fin. de alim.& cibar. legat.& in dict. l. cùm hi. §. si vni. & ibi Angel.& alij. ff. de transactio. Bald. in l. prima. C. de fructib.& lit. expens.& foro legum, titu. delas herencias. l.j. dixi in dicto cap. per vestras. §. xxiiij. in mea Repetitione.

44 ¶ An autem legatum pro alimentis dicatur pium. videas Bald. in authent. similiter. C. ad legem falcidiam. & ibi Ludouicum in repetitione. Angel. in authent. vt cùm de appel. cogno. §. si quis. collat. viij. qui tenent quòd sic.

45 ¶ Filio naturali potest pater in defectum legitimorum relinquere omnia bona: vt l. fin. C. de natur. lib.& hic: non tamen aliis illegitimis, vt hic, à contrario sensu,& foro legum, titul. delas herencias. l.j. in princip. Casus enim exceptī firmant regulam in contrarium. l. quæsitum. §. denique.& quod ibi Bartol. ff. de fundo instructo. l. nam quod liquidè. ff. de penu leg. naturales enim fauorabiliores sunt, quàm alij illegitimi. capitu. primo. xxxv. quæstio septima. tit. delas herencias. l. ix. & x. vj. parti. vide Bald. in d. l. eam quam. colum. v. versi. item excipiuntur. C. de fideicommiss. Ista ergo lex quæ loquitur de filiis naturalibus, non habebit locum in aliis spuriis incestuosis, vel aliàs illegitimis: quia limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domi. l.& ita. §. ex hoc edicto. ff. nautæ, caupones stabulatij.

46 ¶ Sed quamuis pater filio naturali in defectum legitimorum possit omnia bona sua relinquere: vt hic, non tamen concordat ista lex cum l. iubemus. C. de naturalib. liber. vide legem Regni, sexta Partita. tit. delas herencias. l. viij. & ita filius naturalis non stantibus legitimis succedit matri ex testamento vel ab intestato. patri verò ex testamento solùm: vt hic.& l. suprà proxima. vide glos. in l.j. §. j. de contratab. secundum Ioan. de Imol. l. ex facto. in princi. viij. col. ff. de vulga.& pupil.

47 ¶ Ex istis infertur, quòd si legitimatus instituitur à patre habente filios naturales: si legitimus renunciat hæreditati paternæ: hæreditas transmittitur ad legitimos ascendentes, non ad fratres naturales: quia hi, vt dixi, succedunt ex testamento, non ab intestato. & hæreditas non adita, transmittitur ad eum qui adire potest vel repudiare, nō ad alium. Bartol. in l. si quis filium. §. j. ff. de acquirend. hæredi Bald. in l. prima. C. de his qui ante apertas tabul. facit l. fin. §. cùm autem. & ibi Bart. C. de cadu. tollen. & in l. prima. C. de secundis nupt. Ad idem Bart. in l. si auia. C. de iure deliber. vbi hæreditas non transmittitur ad incapacem, quia est extraneus: naturalis autem est extraneus patri suo ab intestato: vt hic colligitur. Ergo succedunt ascendentes iure transmissionis, excluso naturali testatoris. hæc procedunt in hæreditate paterna, non in materna: nam si filij legitimi repudiant hæreditatem sibi delatam à matre ex testamento vel ab intestato: succedunt filij naturales: cùm sint de primo capite liberorum quo ad matrem: non autem ascendentes legitimi, qui sunt de secundo capite liberorum: vt dictum est suprà lege proxima.

48 ¶ In emphyteosi quam suscepit pater pro se & filiis: succedunt naturales in defectū legitimorum. glos.& Dynus in l. lucius. §. damæ. de leg. ij. Specula. de locato. versic. lxvij.& sequenti. Ioan. Andr. & alij in cap. in præsentia. de probat. Bart. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Bald. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit.& substit. sub condit. fact. quia cùm pater legitimos non habet filios, videtur de his sensisse Abbas in dict. capit. in præsentia. nec fraudantur in hoc legitimi, cùm non sint: nec ascendentibus, qui non veniunt filiorum appellatione: præsertim cùm pater nihil videatur donare de suo filiis naturalibus, propterea quòd filij videntur capere non à patre, sed à primo domino secundum Bart.& Bald. in l. liberti. iiij. col. in fine. C. de operis libert. Andr. Sicul. in rubr. de feudis. col. v.

¶ Hinc est, quòd filius potest repudiare hæreditatem paternam, & capere emphyteosim. cap. j. an ingratus vel filius defuncti. lib. feudorum.

49 ¶ Filij naturales excludunt ascendentes: vt hic: & l. suprà proxima. vnde corrigitur authent. licet patri. C. de naturalib. liberis.& sexta partita, titu. delas herencias. l. viij.

¶ Item limitatur lex vj. suprà eod. itaque hodie naturales possunt instituī ascendentibus exclusis. Ab intestato succedunt ascendentes exclusis naturalibus, vt disponebant iura antiqua. Si tamen non sunt ascendentes vel descendentes, succedunt naturales ab intestato. In duabus vnciis per dict. auth. licet patri.& dict. l. viij. glos. in c. nisi cum pridem. de renunciat.& in c. tanta. qui fil. sunt legiti. Abb. in c. cùm haberet. de eo qui dux. in matrim.

50 ¶ De la qual pueda disponer lo que quisiere. Ex ista lege colligitur vnum satis notabile, quod ante eius æditionem mihi fuit satis dubitabile: & forsan ego in terminis istis primus ortus sui dubitationem hanc cùm repeterem capitul. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. colum. ccclij. alias folio, in nouiter impressis. & illud quod ego antea ibi scripsi, dedit causam æditioni huius legis. vult enim ista lex satis notabiliter, quòd filius naturalis vel spurius, sit capax quintæ partis bonorum patris: & consequenter poterit pater inuitis filiis

legitimi

legitimis: relinquere vel donare filio naturali vel spurio quintam partem bonorum suorum, non solùm quo ad vsumfructum, verum etiam quo ad proprietatem: quamuis illud relictum videatur fieri quo ad alimenta, vel pro alimentis, quæ durant solùm in vita alimentãda, & non transmittuntur ad filios vel hæredes, vt in præcedenti lege diximus. Limitantur ergo per istam legem alimenta, quæ olim iudicis arbitrio limitabantur, secundum qualitatem & dignitatem alimentantis & alimentandi: & secundum quantitatem patrimonij patris debentis præstare alimenta: vt l. cùm alimenta. ff. de aliment. & cibar. legat. l. sed & si quis. ff. de vsufructu. tradit Baldus in suo tractatu alimentorum. Vnde sicut augmentatis fructibus debent augeri alimenta, & econtrario vbi fructus & accessiones eius, qui debet præstare minuuntur, similiter alimenta diminuentur: quia 1
non cogitur vendere proprietatem ad præstandum alimenta. argument. l. marito. ff. ad legem falcid. & l. liberto. ff. de annuis legat. tenet Paulus de Castro in l. Imperator. ff. ad Trebellianum. Bartol. in dict. l. cùm alimenta. Hinc est, quòd si pater haberet res 2
magni precij, vel quinis alius qui tenetur alimenta præstare: vt si habebat turrim magni valoris, sed parum fructuantem: tenebitur præstare secundũ quantitatem fructuum, & non secundum proprietatis valorem. vt l. qui bonis. ff. qui bonis cedere possunt. quod est mirabile, secundum Paulum ibi post Bald. & Angel. in dict. l. Imperator. & secundum istam poterat euenire casus in quo pater esset dives ex qualitate rerum quas habebat, quia erant magni valoris, parum tamen fructuantes, & filius fame periret: si tantummodo esset capax alimentorum, quæ præstanda erant ex reditibus. Ad tollendas ergo huiusmodi ambiguitates, visum fuit nobis, quòd ista lex fieret, in qua duo singularia constituuntur. Primò, quòd facit filium spurium capacem quintæ partis bonorum patris, non solùm respectu vsusfructus, sed etiam proprietatis. Secundò, taxat alimenta filio, vel filiis spuriis vel naturalibus præstanda: vt possunt præstari vsque ad quintam partem bonorum patris, & non vltra: sicut enim pater ante huius legis æditionem poterat liberè disponere de quinta parte bonorum suorum, dando etiam extraneo, quia non est legitima filiorum, vt disponebat antea lex Regni, foro legum, libro tertio. multò summè 4
iustius videtur, quòd hanc quintam possit dare vel relinquere filio naturali vel spurio: ista consideratione ducti omnes Regij Consiliarij fuimus concordes in huius legis æditione. Iustissimum arbitrantes, quòd alimenta iam essent taxata filiis naturalibus vel spuriis in quinta parte bonorum paternorum, nedum respectu vsusfructus, verùm etiam proprietatis: iustum enim est, quòd illud quod iudicis arbitrio hactenus relinquebatur, vbi iudex aliquando errore, aliquando prece vel precio poterat corrumpi: per legem vel aliam dispositionem sit taxatum: vt in simili concludit Paulus de Castro consil. viij. alias lij. & in additione quadam Bar. in l. si cùm dotem. §. finautem. ff. soluto matrimon. videas plenius ista discussa in dict. cap. per vestras. Et ita con- 5
cludamus, quòd non solùm filius naturalis tantùm erit capax huius quintæ partis bonorum paternorum, etiam respectu proprietatis: vt possit ad suos hæredes trãsmittere, vel aliter de ea in vita vel morte disponere, vt ego plenè firmaui in dicto cap. per vestras. verùm etiam spurius & alius illegitimus filius, quem pater & mater alimentare tenentur, per istam legem singularem.

Lex XI.

EPorque no se pueda dubdar quales son fijos naturales, ordenamos & mandamos que entonces se digan ser los fijos naturales, quando al tiempo que nascieren o fueren concebidos, sus padres podian casar con su madres justamente, sin dispensacion, con tanto que el padre lo reconozca por su fijo, puesto que no aya tenido la muger de quien lo ouo en su casa, ni sea vna sola ca concurriendo en el fijo las qualidades suso dichas, mandamos que sea fijo natural.

FILIVS naturalis est, qui ex his nascitur, qui tempore conceptionis vel natiuitatis licitè poterant matrimonium contrahere, quanquam mulier non teneatur in domo viri tanquam concubina: dummodo pater eum recognoscat in filium.

¶ Præmitte multiplicem filiorum conditionem: quidam sunt legitimi & naturales, nati ex legitimo matrimonio, saltem putatiuo: sufficit enim ad prolis legitimationem iusta ignorantia coniugum vel alterius eorum. cap. ex tenore. qui filij sunt legitim. dicuntur naturales: quia secũdum naturam geniti: legitimi: quia parentum coniunctio est à lege approbata: & ab intestato succedunt parentibus: cæteris omnibus exclusis. authent. de hæredit. quæ ab intestato deferuntur. & sunt quasi domini bonorum paternorum, etiam ipsis viuentibus. l. in suis. ff. de suis & legitim. hæred. Instit. de hæred. qualit. & differe. §. sui autem. vnde filij Regum vel Comitum etiam in vita parentum, appellantur Reges vel Comites, vt est text. cum glos. xxxiiij. q. cap. fin. glos. j. nota. in l. prima. C. de dignitatib. libro xij. per Bartol. & Plateam, & alios.

¶ Alij sunt legitimi tantum, vt adoptiui & arrogati, sic dicti, quia secundum legem duntaxat sunt filij: quia lex adinuenit illam cognationem: vt in rubro & nigro de cognatio. lega. hi succedunt cum aliis naturalibus & legitimis. l. si pater. ff. de adopt. l. fin. C. eod. & instit. de hæred. qualita. & differentia. §. adoptiuum.

¶ Alij sunt naturales tantùm: quia naturaliter propalantur à coitu iure ciuili non reprobato, imò approbato, vt est concubinatus concubinæ vnicæ in domo retentæ: vt per aliquos doctores traditur, vt per Specul. titulo, de succesio. ab intestato. Sed Bald. in authent. licet. C. de naturalib. liberis. solùm requirit, quòd possit esse matrimonium inter concubinarios. idem vult ipse in additionib. ad Specul. tit. qui filij sunt legitimi. hanc opinionem approbat ista lex, quicquid dixerint glos. Bart. & alij in l. vna. ff. de concubinis. glos. Abbas & alij in cap. nisi cùm pridem. de renunciatio. & in cap. tanta. qui filij sint legit. & Ioan. And. in Specul. eodem tit. Angel. Insti. ad Orficianum. §. vulgò.

¶ Alij sunt nati ex nephariis vel incestis nuptiis: de quibus per glos. & doctores vbi suprà. & per glo. in rubrica, C. de incestis nuptiis. Alij sunt spirituales. susceptiex baptismate & confirmatione: hi in nihilo succedunt, vt per Abb. in cap. tanta. qui filij sunt legiti. Alij sunt manzeres, vt natus ex publicæ meretrice: vt per glos. in dict. cap. nisi cùm pridem. de renunciatio. in parte manzeres. Alij sunt spurij,

nati ex illa, quæ pluribus cõmiscetur: vt per gl. in d. c. nisi cum pridem. & in d. c. tanta. per Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitu. & per Petrum de Ferrara, in sua practica noua, in forma libelli de successionibus ab intesta. Hodie habemus de his bonam legem Regni, vj. partita, tit. xv. l. j. vbi videas Montaluum, qui multa cumulat. Ego aliàs tetigi in præallegato c. per vestras, de donationibus inter virum & vxorem.

6 ¶ Vnum tamen non omitto, quòd filiorum appellatio simpliciter prolata, solos legitimos & naturales comprehendit, vt est text. cum glos. in l. j. ff. soluto matrim. vbi liberorum, id est; filiorum appellatione veniunt legitimi & naturales.

7 ¶ Lex debet dubia remouere. l. quod Labeo. ff. ad Carbonianum.

8 ¶ Quæstio, an filius sit naturalis, coram iudice seculari tractari debet. Bartol. & alij in l. Titia. ff. soluto matrimo. Bald. in l. ij. C. ad Carbo. Paulus de Castro consilio cxlij. Abbas & alij in cap. lator. qui filij sunt legitimi.

9 ¶ Nota quòd ad hoc, quòd quis dicatur filius naturalis sufficit quòd inter parentes matrimonium possit contrahi tempore conceptionis vel natiuitatis. de quo per Ioan. Fab. & alios in §. fin. colum. ij. verſic. sed quid si fuit conceptus. Instit. de nuptiis. & per Canonistas in cap. tanta. qui fil. sunt legitimi. & in cap. quod vobis. eodem tit. Bald. in l. nuper. C. de naturalib. liber. per illum textum. & in l. benignius. ff. de legib. ad idem l. Paulus. ff. de statu homin. & in l. ex libera. & ibi Bald. in princip. C. de suis & legiti. hæred. & in l. si matre. verſic. sed quæritur. eod. titul. Bartol. in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posthu. & ibi Ioan. de Imol. glos. in cap. per venerabilem. in parte, non naturalibus. qui filij sunt legitimi. & in l. quotiens. §. idem seruo. ff. de re iudicata. Abbas in cap. afferte. de præsump. Sed omisso eorum multiloquio, hodie standum est dispositioni huius legis.

10 ¶ Ex qua infertur vnum, quòd si vxoratus cognouit vxorem alterius, & ex illo concepit, postea mortuo marito & vxore adulteri nascitur puer, dicetur naturalis. Videtur sentire Salice. in dict. l. nuper. per illum text. facit Instit. de ingen. §. sufficit. el j. Conceptus enim nondum natus pro nihilo reputatur. l. fin. C. de posthum. hæred. instit. Item quando lex vtitur verbo potest, quod verificatur in principio valido, & illud inspicitur. l. cum secunda. ff. de inoffic. testam. l. quod seruus. & ibi glos. ff. de condi. ob causam. Sed si principium est inualidum, inspicitur tempus validum. l. si ita. de leg. ij. Bald. consil. quidam condidit testamentum.

11 ¶ Ex hoc etiam infertur, quòd conceptus in concubinatu: natus in alterius matrimonio: dicitur naturalis concubinarij & concubinæ postea coniugatæ: quia inuenit principium validum, scilicet conceptionis: concubinarij poterant matrimonium contrahere, nec erat cõtetio inter ipsos cõcubinarios. 17

12 ¶ Ex istis similiter infertur, quòd si alicnigena venit hic, & accepit concubinam fortè prægnantem, per quinque menses eam retinuit & peperit: iste autem appellatus & nominatus est filius concubinarij & concubinæ, quia natiuitatis tempore poterat esse matrimonium inter istos concubinarios: si fuerit hæres institutus à patre putatiuo: excludit ascendentes testatoris per istam legem. Intelligo quãdo sumus in dubio: si tamen sumus certi quòd iste non est filius concubinarij, secus erit. per legem xiij. in frà eod. nam cùm filiatio rarò vel nunquam potest probari. certitudinaliter probabitur per coniecturas præsumptiuè. tex. cum glos. in cap. Michael, de filiis presby. Bald. in l. si vicinis scientibus. C. de nuptiis. sed contra istam præsumptionem: admittitur probatio in contrarium, vnde veritati standum. C. plus valere quod agitur; quàm quòd simulatè concipitur. cap. literas. de præsumpt. opinio enim cedit veritati.

13 ¶ Concubina propriè dicitur cum qua matrimonium esse potest. authentic. quibus mod. natur. effi. sui. §. si quis autem. & §. palam. & ibi glos. in versic. indubitatus. collatio. vij. & in authent. de triente & semisse. §. & hoc dicimus. & ibi glos. in versic. prætetit. collat. iij. quia in hoc solummodo cõprobatur.

14 ¶ Hæc est ratio potissima, quare clericus non potest legare suæ concubinæ: vt per Bart. & docto. in l. miles. §. mulier. ff. de testa. min. & in l. affectionis. ff. de donatio. & in l. concubinæ. de leg. iij. quia clericus non potest concubinam in matrimonium ducere: vnde concubina clerici dicitur propriè focaria, cum qua habitare non licet. l. fin. ff. de concu. c. j. & c. clericos. & quasi per totum. de cohab. cleri. & mulier. Bald. in l. si ea conditione. C. de condit. insertis. clericus enim est ligatus ecclesiæ per matrimonium spirituale: vt plenè dico in Repetitione rubr. de donationibus inter virum & vxorem. columna clxxj. verſic. & secundum istam.

15 ¶ Quid autem si clericus in prima tonsura beneficiatus habuit concubinam, ex qua habuit filium, cum qua poterat esse matrimonium tempore conceptionis & natiuitatis, & filius fuit habitus & nominatus illius clerici: an iste dicetur filius naturalis, per istam legem videtur quòd sic. Sed contrarium tenet Ioan. Andr. de regulis iuris libr. sexto in mercurialibus. quem plures doctores in diuersis locis referunt & sequuntur.

16 ¶ Ex istis infertur, quòd si solutus habuit filium ex coniugata: quæ communi opinione reputabatur soluta: & talem esse credebat concubinarius, non erit naturalis, sed spurius, vt hic probatur: quoniam nec tẽpore conceptionis nec natiuitatis poterat esse matrimonium inter eos. hoc voluit Ioan. Andr. in cap. tanta. qui filij sunt legiti. super glos. ij. dicens, quòd filius susceptus in adulterio: non legitimatur, etiam si alter ignorauit adulterium.

¶ Nisi forsan interuenisset matrimonium: nam tunc ignorantia alterius coniugum, facit prolem legitimam. c. ex tenore. c. referente. qui filij sunt legit. c. cùm inhibitio. de eland. despon. & ibi gl. in versi. si ambo parentes. foro legum. tit. de las herẽcias. l. iiij.

Ratio diuersitatis: quia in primo casu datur opera rei illicitæ, in secũdo rei licitæ, quo casu ignorantia prodest. regu. ignorantia. de reg. iur. lib. vj. tenet Anto. & sequitur Abb. in dicto cap. tanta.

¶ Filiationis reputatio requiritur, ad hoc, vt filius dicatur naturalis: vt quia appellabat eum filium, vt hic, & cap. per tuas. de probationibus. cap. per tuas. qui filij sunt legitimi. vel hoc apparet per scripturam, sicut dicimus in legitimo. authen. quib. modis natural. effic. legiti. §. si verò is qui. collatio. quinta. authentica, Item si quis. C. de naturalibus liberis. & ita appellatio & attestatio parentis fidem facit de filiatione. de quo per doctores in præallegatis locis. & per Innocentium in capitulo, transmissæ. qui filij sunt legitimi. Ludouic. Roman. in l. errore. quam legit sub l. nec professio. C. de testa.

Universidad de Deusto Biblioteca

col.ij.Bart.in l.j.§.idem per contrarium.ff. de liberis agnoscendis.

18 ¶ Filiatio non probatur sed præsumitur ex hoc quod quis appelletur filius in testamento.l. non nudis. & l.non epistolis.& ibi Bal.C.de proba.l.nec.& ibi Bart. & Bald.ff. de testa. Stabitur ergo præsumptioni,nisi contrarium probetur:vt ibi.&c.cum dilectus.de causa possessio. & propric. Lanfrancus in cap.quoniam contra falsam. de probatio.in parte, testium productiones.

19 ¶ Filiatio probatur per coniunctos. Bald. in l.ij. C.ad Carbonia.& l.iij.§.duo esse.ff.eodem tit.& sufficiunt duo testes. Paulus de Castro in l.error. C.de testamentis.

20 ¶ Filiatio non probatur ex eo, quòd assimilatur is qui dicitur filius ei qui dicitur pater. quia ex cogitatione fœminæ tempore conceptionis contingit partus assimilari eo de quo fœmina cogitauit.l. quæreret aliquis.ff. de verborum significatio. Bald. in l.Gallus,in principio.ff.de liberis & posthu. & ibi Bart.fi.colum.glo.in l.non sunt liberi.ff.de statu ho. Paulus de Castro, consilio clxxiij. & facit illud de ouibus.

¶ Vnde Regina accusata de adulterio quia pepe rit filium nigrum fuit: quia inuentus fuit quidam niger depictus in paramentis lecti, vbi dormire consueuerat cum Rege.

21 ¶ Filiatio qualiter probetur, vide Barto. in dict. §.per contrarium.& in l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.& in dict.l.non nudis.Bald.in c.decedenti.colum.iij.qui feu.dare po.Bart.& Bald.in l.j. & ibi tex.C.quorum bonorum. Hodie tamen probatur probando filium esse natum ex soluto, & fuit nominatus à patre in filium, vt hic: hæc duo sufficiunt ad probandam filiationen præsumptiuè tantum, cui præsumptioni præfertur vera probatio: per dict.ca.cum dilectus.de causa possessio. & proprietatis; cuius suprà meminimus.

22 ¶ Concubinatus hodie probatur ex hoc solo, quòd poterat esse matrimonium inter concubinarios: vt filius dicatur naturalis, nec est opus quod teneatur in domo: vt antiqua iura requirebant, in l.in concubinatu.ff. de concubinis. & ibi Bart.& in l.eam quam. colum.vj. versiculo & nota quòd licitus concubinatus.C.de fideicommissis.& in authē. licet patri.C.de natu.liber. & lex Regni,iij. partita, titulo xiiij.l.ij. in quibus locis ad concubinatum requiruntur plura quòd sint solutus & soluta, vnica, retenta in domo, protestato quòd tenetur in concubina: & taliter natus legitimatur per subsequens matrimonium: vt prælegatis iuribus. & per Bart. in l.fina.C. de concubinis. & in dicto capitul.tanta, qui filij sunt legi.vide gloss.in capit.innotuit. in verbo coniugata, in fine, de electione. & in cap. qualis. xxx.quæstio.v. vbi doctores Canonistæ concludunt illud quod ista lex disponit. vide Barto.& Ioā. de Imola in l.ex facto.§. siquis rogatus. ff. ad Trebellia. & in l.Lucius. ff. de vulgari & pupillari. Spe. de successionibus ab intestato.

23 ¶ Quando al tiempo que nacieren, o fueren concebidos.Pōdera hic, & ad paria indicatur, filius sit conceptus vel natus tempore quo poterat esse matrimonium inter concubinarios:ad hoc vt filius cōceptus vel natus dicatur naturalis,propter verbum o, quod Latinè est aut, quod est disiunctiuum, ad cuius veritatem seu verificationem,sufficit alteram partem esse veram. ff.de verb.signifi. l.hæc verba ille aut ille.& ibi plenè notatur. & in l.cùm quid.& l. sæpè.& l.ex coniunctione. ff.de auro & arg.leg. & l. Quintus Mutius.& l.si ita legauerit.& in c.inter cætera.de reser. Aliquando tamen ponitur impropriè pro &.d.l.sæpè.&l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pe. &l.cùm quidam.C.de verb.sign.& ibi per Cyn.

24 ¶ Ex istis infertur ad decisionem dubij quod mouet gloss. in l. & si contra. C. de nuptiis. contraxit quis matrimonium in prouincia, contra principis prohibitionem, quo tempore filius fuit conceptus,deinde post depositam administrationem fuit natus,an erit legitimus: decidunt ibi Bal. & Salicetus quòd non:quia non oportebat,quòd esset conceptus & natus tempore permisso,vt ibi probatur, cùm dicit, copulatiuè conceptus & natus, secundum Salicetum.

25 ¶ Ex hoc infert Bald.in dict.l.& si contra.quòd si aliquis desponsauit sibi concubinam,deinde suscepit prolem:postea Papa dispensauit:filij ante dispensationem concepti non sunt legitimi:nec obstat catanta. qui filij sunt legitimi. quia debet intelligi: quando matrimonium est possibile tempore conceptionis,secundum gloss.in dict.l & si contra.per l. Paulus.ff.de statu homin. Ad idem l.ex libera.C.de suis & legit.hæred.secundum Pau.de Cast.ibi & Sal. in l.filius.eo.tit.vnde matrimonium postea sequens non trahitur retro ad tempus quo esse non poterat secundum eum, ex his sumpta fuit lex Regni, quæ hoc idem disponit.vj.partita.tit.xiij.l.viij.dum dicit,& que fuesse el hijo engendrado en tiempo que el no ouiesse muger legitima.

26 ¶ Ex quibus omnibus videbatur dicendum in casu de quo agitur in lege nostra: licet tēpore quo filius natus est,pater & mater possent licitè matrimonium contrahere: si conceptionis tempore aliquod impedimentum subsistebat, filius non erit naturalis: nec per subsequens matrimonium legitimabitur:nihilominus decidit hic contrarium, intelligendo propriè dictionem distinctiuam, o, hic positam,vt in princip.diximus. Hoc ipsum antea tenebat Nico.de Matarel.vt refert Salic. in d.l.filium. per l.imperialem.in fi.C.de natur.liber.vbi cùm de statu liberorum est dubitatio: non conceptionis, sed partus tempus inspiciendum censetur. Ad idem l.seruorum.§.ingenui.ff.de statu hom. quibus iuribus non potest commodè responderi: quanquam Salic.respondere conetur:vt per eum videbis. iura ergo illa quæ in filiationis fauorem generaliter disponunt, generaliter sunt intelligenda. capit. si Romanorum.decimanona distinctione, capitulo, solitæ. de maiorit. & obedien. cum similibus. fauore igitur prolis, alterum tempus conceptionis vel natiuitatis sufficiet, vt expressè disponit hæc lex notanda, quæ tollit de medio ambiguitatem prædictam.

27 ¶ Aduerte,quòd ista lex disponit, quando filius dicatur naturalis: & dicit, quando tempore conceptionis vel partus poterat esse matrimonium inter patrem & matrem: vt tunc possit à patre, vel à matre hæres institui, iuxta formam ab his legibus traditam. Et hoc non est tantæ importantiæ,quantum est in casu quo loquitur l. ex libera. & l.filium. & l.si contra.prælegatæ:vbi agitur de legitimitate filij, quo casu defertur sibi hæreditas patris ab intestato: à qua nisi ex iusta causa exhæredari non potest: quæ causæ ponuntur in authentic. vt cùm de appell.cognoscitur. §. aliud quoque capitulum. & per

& per glo.in c.quintauallis,de iureiurand.& isto secundo casu de grauiori re tractatur: vnde non est mirandum si ad legitimitatem prolis vtrumque tēpus copulatiuè requiratur: & in primo alterius temporis concurrentia sufficiat: ista ergo lex non est contraria legibus prædictis: cùm in diuerso casu disponat.

28 ¶ Si ergo filius conceptus tēpore prohibito:tempore permisso nascatur,nec erit legitimus, nec per subsequens matrimonium legitimabitur: vt d.c.tanta. non enim sequitur, filius est naturalis, ergo per subsequens matrimonium legitimatur: nisi intelligas de illis qui propriè dicuntur naturales nati ex soluto & soluta, vnica retenta in domo, inter quos poterat esse matrimonium vt suprà dictum est,& firmat Ioan.An.in Specu.tit.qui filij sunt legi. Nec sequitur, legitimatur quis per subsequens matrimonium filius,ergo erat naturalis. Cùm etiam non naturales legitimentur aliquando per sequens matrimonium, vtputa filius natus & conceptus ex furtiuo accessu ad virginem non est naturalis, si tamen parentes matrimonio copulentur, efficitur legitimus. Si tamen matrimonium non sequatur: non erit naturalis, nec succedet patri vel matri, tāquam naturalis ab intestato in illis duabus vnciis quas iura ciuilia sibi concedebant:vt notanter vult Abbas. in c.innotuit, de electione. licet per verbum credo. Hodie tamen per hanc legem ego contrarium sentirem. Cùm indistinctè velit solùm hoc tempus conceptionis vel partus, quorum aliquo posit esse matrimonium inter parentes: vt filius dicatur naturalis. 1

29 ¶ Quamquam mulier non fuerit retenta in domo in schemate concubinæ: prout requirebant iura antiqua ciuilia, de quibus suprà, & per Bald.in l. fi.ff.de his quibus vt indignis.per glo.& Abb.in d.c. innotuit.de elect.& in dict.cap.tanta,qui filij sunt legi.hoc ante huius legis constitutionem voluit,licèt non ita clarè, lex Regni, sexta partita.tit.xiij.l.viij. quæ solùm exigebat, quòd filius sit habitus ex aliqua muliere,quam indubitāter pro sua habuit amasius.itaque non erat opus vt eam domi teneret.Sed hoc dicitur hic clarius. 2

30 ¶ Et secundum hoc filius meretricis qui olim dicebatur spurius, vt sexta partita.titul.xiij.l.xj.& suprà dictum est: etiam si pater certus esset, per confessionem patris & matris,secūdum Bald.in l.si qua illustris.ad finem.C.ad orficia. hodie per hāc legem dicetur naturalis. Vide Bald.in l.eam quam.col.vj. C.de fideicom. 3

31 ¶ Nec similiter requirit illa lex, quòd concubina sit vnica,prout requirebāt iura antiqua, de quibus diximus in principio huius legis.& clarius explicat hæc lex,per quam hodie talis filius erit naturalis,licet pater plures habuerit amasias vel cōcubinas, & habebit omnia iura naturalium per hanc legem. 4

Lex XII.

SI alguno fuere legitimado por rescripto, o preuilegio nuestro, o delos reyes que de nos vinieren aūn que sea legitimado para heredar los bienes de sus padres,o madres,o de sus abuelos & despues su padre, o madre, o abuelos ouieren algun hijo, o nieto, o descendiente legitimo, o de legitimo matrimonio nascido,o legitimado por subsiguiente matrimonio el tal legitimado no pueda subceder con los tales hijos; o descendientes legitimos enlos bienes de sus padres ni madres ni de sus ascendientes ab intestato ni ex testamento. Saluo si sus padres, o madres, o abuelos en lo que cupiere enla quinta parte de sus bienes que podian mandar por su anima les quisieren alguna cosa mandar que fasta enla dicha quinta parte bien permittimos que sean capazes y no mas. Pero en todas las otras cosas assi en subceder alos otros parientes como en honras & prehemmencias que há los fijos legitimos, mandamos que en ninguna cosa diferān delos fijos nascidos de legitimo matrimonio.

FIlius legitimatus censetur legitimus: excludetur tamen à legitimis in successione parentum auorum & ascendentium: idem consuluit Bald.con filio incipiente, damnatus &c. & Paulus de Castro consilio ccxxj. Intellige hanc legem in legitimato per rescriptum: non per sequens matrimonium: ille enim efficitur verè legitimus,& succedit vnà cum legitimis.c.tanta. qui filij sunt legitimi. Si autem nō sunt legitimi:legitimatus per rescriptum principis: succedit parentibus,foro legum,ti.delas herencias. l.fi.& hic Bald.in l.eam quam.col.xv.C.de fideicommissis. Antonius in tractatu legitimationis, lib.iiij. parte ij.q.iij.non tamen succedit auis aut aliis ascēdentibus, authen.quibus modis naturales efficiantur sui.§.filium verò vnde. colla. vij. & ibi Angelus: nec aliis agnatis ex parte patris: nec econtrà auus, & agnati succedunt legitimato, secundum glossam in d.l.fi. C.de naturalibus liberis.Bald.in auth.licet. eod.tit.Bar.in authē.quibus mo.na.effi.sui.§.si quis igitur.colla.vij.

¶ Legitimatus per rescriptum principis: remanet infamis sicut bastardus non legitimatus. Bal.in l.generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi.sub conditione factis. Vnde legitimatio tantum valet quantum sonat, vnde si legitimetur vt succedat patri vel matri non succedet auis: nisi de his facta fuerit mētio in legitimatione,vt suprà dictum est.

¶ Sicut Rom.Pont. dispensat & legitimat illegitimos quo ad spiritualia,sic Rex quo ad temporalia. iiij.parti.ti.xv.l.iiij.& foro legum,lib.iij.ti.delas herēcias.l.fi.traditur plenissimè in c.per venerabilem, qui filij sunt legi.& in authen.quibus modis naturales effi.sui. est autem legitimatio donum principis, per quod deducitur quis de non esse, vt ibi dicitur in §.si verò.videas Montaluum in d.l.fi.

¶ Solus princeps legitimat & ei conuenit per excellentiam,vt l.j.& ibi Bal. C.de iure aureorum annulorum.in terris suis in tēporalibus, in spiritualibus solus Papa.nota.in c.per venerabilem, qui filij sunt legitimi.lex Regni quarta partita,titulo delos hijos que son legitimos.l. iiij. & l.finali.vbi vide Montaltum. & foro legum, titulo delas herencias. leg. finali.

¶ Item ad solum principem spectat væniam ætatis concedere.l.ij.C.de his qui væniam ætatis impetrauerunt. ¶ Item interpretare legem vniuersalem dubiam.l.j.suprà eod.& l.finali.C.de legibus.

¶ Item interponere decretum super arrogatione.l.ij.C.de adoptionū.l.ij.in fine, titulo delos prohijados,quarta partita.

¶ Item facere gratiam de iuramento.l. finali. ff. ad municipales. ¶ Item restituere spurium natali-

bus. Authentico quibus modis naturales efficiantur sui.§.fina.colla.vij.¶ Multa alia soli principi cõueniunt de quibus in l.quoties.C.vbi senatores vel clarissimi.&in l.diui.ff.de pœnis.& in l.j.in fine.ff.de quæstio.&in l.itaque.ff.de fideicommissar.lib.& in l.ij.ff.si ingenuus esse dicatur.& in l.omnium. C.de testamentis.per Inno.in c.cum P.tabellio.de fide instrumentorum. doctores in l.rescripta.C.de precibus impera.offe.& in l.j.§.de qua.ff.de postu. nota. in l.j.ff.de publi.indi.& in c.cum te.de re iudi.vbi dicitur quòd solus princeps restituit.

¶ Item in flumine nauigabili nemo potest facere clusas nec molendinum si impedit nauigationem, nisi de licentia principis: vt plenè per Baldum in l.si manifestè.col.ij.C.de serui.& aqua.

¶ Item, nullus imponit noua vectigalia, citra principem. C. noua vectigalia imponi non posse.e. innouamus. de censibus.

¶ Hæc & similia facit princeps de plenitudine potestatis. Est autem plenitudo potestatis, arbitrij plenitudo, nulli necessitati subiecta, nullisque iuris publici regulis vel clausulis limitata, vt per Bald.in l.ij.columna v.in fine.C.de seruitu.& aqua. vbi dicit Bald.quòd si Imperator facit me Comitem ad legitimandum. spurios, iuxta nota.in l.j.ff.de tuto.& cura. datis ab his, hoc facit de plenitudine potestatis, quòd ego non potero legitimare, si per hoc præiudicaretur filiis legitimis, vel iuri quæsito,& in altero radicato.tenet etiam Bart.in l.omnes populi.xij. columna.ff. de iusti.& iure. vbi vide de potestate principis.

¶ Legitimatio fit pluribus modis: vno modo per Papam vel principem: vt paulo antè diximus, per suum rescriptum, de quo foro legum, titu.delas herencias.l.xvij.

¶ Secundò per confessionem patris vel matris dicentium cõtractum esse matrimonium inter eos, quo casu pœna fornicationis vitatur.glo.in l.penul. C.de fide instru. Tenet Bald.in l.eam quam.colum. x.C.de fideicommissis.Abbas in cap.cum inter. de renuncia.

¶ Tertiò fit legitimatio per subsequens matrimonium.cap.tanta.qui filij sunt legi.Bald. in dict.l. eam quam.colum.ix.& in l.ex libera.C.de suis& legitimis hæredibus.

¶ Quartò per ingressum religionis.Bald.in l.j.in lectura. colum.iiij. versi. iuxta hoc quæro.C. de sacrosan.eccle.

¶ Vide alios modos.iiij.partita.titu. delos hijos que no son legitimos.l.v.vj.vij.viij.quæ autem commoda ex legitimatione proueniunt. eodem titu.l. viij.& ij.

¶ Despues su padre, o madre. De iure authenticorum & partitarum, legitimati legitimorum iura adipiscebantur.authen.quibus modis naturales efficiantur sui.§.quoniam.iiij.partita,ti.xv.l.finali, & non existentibus filiis naturalibus & legitimis, succedebant parentibus in totum. Si autem legitimi & naturales stabant: succedebant simul cum eis.vt dictis legibus &per Azonem in summa.C.de naturali.libe.has leges ista lex nec corrigit nec moderatur. cùm loquantur, quando aliquis habens filios legitimos & naturales, facit legitimare illegitimum, quo casu vult eum esse eis æqualem in omnibus. Ista autem lex loquitur quando non habens filios.fecit legitimari per rescriptũ principis filium illegitimũ. deinde habuit filios legitimos, an per huiusmodi superuenientiam filiorum legitimorum reuocetur, vel cassetur legitimatio illegitimi.

¶ Videbatur enim quòd sic, sicut reuocatur donatio quæ fit propter carentiam filiorum: nisi filij superueniant: vt l.si vnquam. C.de reuocandis donationibus. & quinta partita, titulo de las donationes.

¶ Contrarium tamen fuit hic decisum: quia beneficium principis debet esse mansurum, in regula decet concessum, de regulis iuris libro vj.cum concordantibus. Ad idem l.ij.ff. de itinere actuque priuato. & l.penultima. C.de naturalibus liberis. legitimatio ergo quæ est principis beneficium debet permanere: & nõ reuocari prætextu filiorum legitimorum postea habitorum.

¶ Cum essemus dubij super hoc: post longas altercationes: tandem omnes fuimus concordes me diam eligentes viam: vt nec in totum legitimatio subsisteret, nec in totum reuocaretur. nam cùm legitimatio Regis duplicem inducat effectum ipsi legitimato, scilicet quantum ad purgandam maculam illegitimitatis: vt sit capax honorum, dignitatum, & officiorum. & ex hoc nullum infertur præiudicium legitimis postea habitis; propter hoc visum fuit nobis iustum quòd ipsi legitimato quantum ad hoc illæsa remaneret. Secundus legitimationis effectus est, habilitare legitimatum ad succedẽdum in bonis parentum consanguineorum & aliorum. In successione autem parentum versatur præiudicium filiorum legitimorum & naturalium, qui postea superuenerunt: non sic in aliorum successione: quapropter quantum ad successionem parentum & ascendentium modificatur dicta legitimatio: vt non præiudicet legitimis & naturalibus: in successione vero aliorum remanet illæsa legitimatio. Ad hoc faciendum nos induxit lex Regni foro legum libro tertio titulo delas herencias, lege quinta. quæ in effectu idem videtur velle quod ista lex. Ad idem lex fori, titulo delos que son rescebidos por hijos. l.prima.vbi idem disponitur in filiis adoptiuis: superuenientibus filiis naturalibus & legitimis.

¶ Plures quæstiones circa materiam l.si vnquã. C.de reuocan.dona.vide per Bald.in rubrica. C.de inoffi.donã.& ibi per Paulum de Castro.

¶ De forma legitimationis vide Baldum in lege finali, versiculo & attende ad restitutionem natalium. C.de bonis libertorum.Barto. in lege prima, C.de iure aureorum anullorum.Spe.in titul.qui filij sunt legitimi.

¶ Qui possunt legitimare. vide Bart. in lege,si ita scriptum.ff. de liberis & posthumis. & in l.secunda, in principio.ff. de verborum obligationi. Bald.in l.j.in principio. de iure au. anu. & in dicta lege eam quam.v.colum.C.de fideicommissis.& in l.si qua illustris.C.ad Orficianum.

¶ An in legitimatione sit necessarium ponere clausulam non obstante tali lege. Bald.in dicta lege eam quam.v.colum.versiculo interrogatus. C.de fideicommissis.& in c.j.si de feudo fuerit controuersia,libro feudorum, nota.in authen. ex complexu. C.de incestis nuptiis.de quo per glo. & Bald. in l.j. C.de natu.li.& Pau.de Castro consilio.cexxix. incipiente dubitatur.

¶ An legitimatio sit fictio an veritas. vide ibi.An legitimatus habeat iura suitatis. vide Bald.in l.eam quam.ij.co.C.de fideicõmissis:tenet quòd sic.quod multum commendat Iason ibi.

¶ Ad legitimationem sunt citandi hi quorum interest, vel de quorum præiudicio agitur: vt plenè scripsit Montaluus foro legum, lib.iij. tit. delas herencias.l.fina. ego aliàs scripsi plenius in fauorem generi mei optimi militis Alfonsi de Monrroy,mariti filiæ meæ dominæ Maioris ex Viuero, eius legitimæ vxoris.

¶ De materia legitimationis, vide Bald.in cap.naturales.& in peregrina,in verbo,legitimatio.

¶ An legitimatio potest fieri ad vnum actum tantum.videas doct.& ibi Franc.Aret. in l.qui in potestate.ff.de testa.vbi etiam de emãcipatione, videas etiam Cæpolam in cautela.

¶ An valeat clausula posita in legitimatione,q̃ legitimatus non possit succedere patri nisi in eo tantum quòd patri placuerit:dic q̃ sic,vt latè per Pau. de Cast.in l.pactum. C.de collat.& an tunc propriè dicatur legitimatio in eo q̃ est facta cum dicta reseruatione vel clausula. dicit ibi Pau.q̃ nõ:sed est quædam dispensatio quo ad quædam,& quo ad quædã non:vide etiam de hoc per Anto.in c.per venerabilem.qui filij sunt legitimi.

¶ Legitimatio semper præsumitur fieri sine præiudicio legitimorum, vt hic colligitur. Concordat l.v.tit.delas herencias.foro legum,& cap.quamuis. de rescrip.lib.vj.Intellige nisi fiat ab habente potestatem legitimandi etiam inuitis legitimis secundum Bald.& Ioan.de Lignan. in causa Michaelis de Campana.& Pet.de Perus.in l.j.C.qui admitti. Bar. in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthum. Intellige nisi de consensu legitimorum legitimentur:nam tunc valet legitimatio in præiudicium legitimorum,vt per docto.vbi suprà. tenet Paulus de Castr.consil.ccxxv. an autem requiratur consensus expressus,an sufficiat tacitus:vide notata in regu.is qui tacet.de reg.iur.lib.vj.

Quando verò non sunt legitimi, legitimatus habet contratab.& ius dicendi nullum,secundum Bal. in l.cùm in adoptiuis.col.iij.C.de adopt. Paulus de Castr.consil.ccxix.

Legitimatus simpliciter, intelligitur quo ad successionem patris tantùm. authent.quib.mod.natu. effic.sui.collatio.vij.& ibi Ang.Bal.in l.cùm in adoptiuis.col.iij.versic.tantummodo.C.de adopt. & in l.omnium.& ibi Bart. C.de natur.liber.diximus suprà.oportet ergo de auis & ascendentibus, & aliis mentionem facere in legitimatione.

¶ Legitimatus simpliciter, non intelligitur ad Regiam dignitatem legitimatus. Bartol. in l.eam quam.C.de fideicommissis. Martinus Laudensis in tracta.Cardinaliũ. q.xl. etiam si esset legitimatus ad quamlibet dignitatem, nisi expressè dictum sit de Regno,secundum Bal.in l.eam quam.q.xv.

¶ Legitimatus non succedit in feudo, secundum Bald.in d.l.eam quam.iij.q.Ioan.de Imol. in l.ex facto.vj. colum.ff.de vulg.& pupil.vide Antonium de Rosellis in tractatu legitimationis. parte liij. columna secunda.

¶ Si filius naturalis legitimetur ad successionem omnium ascendentium & transuersalium ex vtroque parente: nõ potest reuocare retro alienata per patrem vel alium cui succedit.Bal.in l.ij.C.si in fraudem patro.aliena.facta sit. versic. quid de filio legitimato.& in l.j.fin.col.C.de inoffic.testam.

¶ Legitimatus excludit substitutum. vt not. in c. naturalis.si de feudo fuer. controuer. & in l.fina.C. de his,qui væniam ætatis impetrant. Salicet.& Iaſ. in l.generaliter.C.de instit.& substit. sub cond.fact. Anto.in capi. per venerabilem. qui filij sunt legiti. Bald.in dict.l.eam quam.col.viij. C.de fideicom. & in l.cùm acutissimi.eod.tit.Ioan.de Imol.in l.ex facto.col.vj.ff.de vulga.& pupillar.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid si tantum.quem vide.

¶ Legitimatus succedit parentibus, sicut hi,qui sunt de legitimo matrimonio nati.foro legum,titu. delas herencias.l.fin. intellige, non stantibus legitimis,vt hic: de quo per Specul.de succes. ab intesta. versic.sed ex facto.Bart.Bal.& alij in d.l.ex facto. ff. de vulg.& pupil.Bald.in dict.l.ij.C.si in fraud.patro. & in d.l.eam quam.iij.col. versic. denuò dubitatur. C.de fideicom. Intellige nisi fuerit legitimatus per subsequens matrimonium, & postea ex eadem vxore alios genuit filios, nam omnes simul succedunt: vt ibi Bald.in Specu.de testam.§.iiij.& Paulus consilio ccxxj.& ita intellige opinionem Bald.in l. cum te.C.de suis & legitim.hæred.Bart.in l.cùm in adoptionis.quem vide.itaque quando legitimatus & legitimus sunt ex eadem matre, omnes succedunt.

¶ Legitimatus per sequens matrimonium, succedit parentibus vnà cum legitimis: quia reputatur legitimus, & excludit legitimatum per rescriptum principis à successione paterna:vt hic, & in dict.canta.& l.ij.tit.delas herencias.foro legum.& instit. de nuptiis.§.fina.

¶ An per legitimationem, quæ fit per sequens matrimonium,reuocetur donatio à matre alicui facta,vel aliter per viam dotis, vel aliàs alienata, per l.si vnquam.C.de reuoc.donat. vide ibi doct.& in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthumis. per Sozinum.

¶ An legitimatus per subsequens matrimonium est verè legitimus. gloss.j.in dict.cap. tanta. qui filij sunt legit.dicit quòd sic.vide ibi Anto.& Abb.j.col. vide glo.in cap.innotuit.de elect. in verb. coniugata.Bald.in l.eam quam.col.vj. vers. decimò dubitatur.C.de fideicommiss.etiam si aliud matrimonium fuisset inter medium.Ioan.And.in regul.sine culpa. de regul.iur.libro sexto.in mercurialibus Abbas in dicto capit.tanta.Bartol.in l.penult. §.vxor.in fine, ff. soluto matrimonio.& in l. bonorum. ff.rem ratam haberi.& in l.cùm quis. C. de natur.liber.

¶ An legitimatus per subsequens matrimonium succedat in maioratu excluso filio secundo genito ex legitimo matrimonio nato: dic quòd sic: vt per Abb.in d.c.tãta.col.ij.in q.an legitimatus succedat in feudo.Contrariũ tenent Bar.& Bal.in l.si cum dotem.in fi.ff.de solut.Paul.de Cast.in l.Pomponius.§. quæsitum.& ibi Alexander.versi. ex isto textu nota. ff.de acquiren.possess.Bart.in l.bonorum. ff.rem ratam hab.Ioan.Andr.in regula,sine culpa.de reg.iur. libro vj.in mercurialibus.Ioan.de Imol. in d.l.ex facto.vj.col.ff.de vulg.& pupil.Bald.in l.quoties.C.de rei vend.& in dict.l.eam quam.colum. vij.versic.sed pone quòd sic. C. de fideicommissis. Angelus in l. Gallus. §.& quid si tantum. in fine. ff. de liberis & posthumis. tenentes quòd præfertur legitimus legitimato.facit ista lex.& l.v.delas herencias, foro legum, cum sequenti.

¶ Hinc est quòd si pater in testamento aliquid reliquit primogenito nomine non expresso: præfertur secundo natus legitimus:maiori legitimato:per ea quæ dicta sunt.

¶ Legitimatio an sit veritas vel fictio. vide Bald.

in dict.l.eam quam.col.vij.verſic. quæro.vtrum legitimatio.C.de fideicom. poteſt dici veritas, quodam reſpectu: quia in naturæ ſubſtantia fundatur, quæ non mentitur:eſt fictio, quia retrò fingere dici poteſt quod naturaliter loquendo eſt veritas formaliter, ſed ciuiliter eſt fictio. Item poteſt dici, quòd eſt in integrum reſtitutio: vnde legitimatus æquiparatur filio poſt liminium reuerſo:vt l.ſi quis filio.§.penult.ff.de inoffic.teſtamen.& hoc quando eſt legitimatus in vita parentum, quibus mortuis legitimatus non fingitur retro legitimandus. argu. l.j.ff.de captiuis & poſtlim.reuerſ.

31 ¶ Legitimatur perſequens matrimonium naturalis tantum, ſed non adulterinus, vel ſpurius, vel habitus ex damnato coitu: vt dict.cap.tanta. & per Bald.in l.ex libera. C. de ſuis & legitim. hæredibus. & in dicta l.eam quam.columna quinta.verſic.item excipiuntur. C.de fideicommiſsis. Item nec vulgò conceptus.Bald.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orficia.

32 ¶ Perſequens matrimonium filius naturalis non legitimatur,ſi concubina non erat matrimonio digna tali. Angelus in authentic.quibus modis natur. efficiantur legitimi.collatione ſexta. quod non credo verum,per dict.cap.tanta.quod ſe fundat ſuper vi matrimonij: vt latè ibi ſcripſi in meis recollectis.

33 ¶ An perſequens matrimonium in articulo mortis contractum legitimetur filius naturalis? vide Baldum in dicta l.eam quam.quinta columna. verſiculo, conſueuit quæri. C. de fideicommiſsis. qui videtur tenere quòd non. tu tene contrarium, per dict.cap. tanta.& ibi notat Abb.Ioan. Andr.in dict. regula ſine culpa.de regulis iuris libr. ſexto.in mercurialibus. Baldus in l.nuper. C. de naturalibus liberis. & Montaſſuum foro legum, titulo delas herencias.l.ſecunda. in verbo, ſean.& in l.xvij. eodem titulo. vide Felinum in capitulo, in præſentia. de probationibus.

34 ¶ Legitimatus quamuis non poſsit inſtitui ſtantibus legitimis,vt hic: poteſt tamen ſubſtitui filio legitimo & naturali.Paul.de Caſt.conſil.ccxxv.

35 ¶ Si legitimatus inſtituatur in caſu non exiſtentium legitimorum, non poteſt repudiare hæreditatem patris. authentic.quibus modis naturales efficiantur ſui. §.& quoniam.collatio.vij.vnde legitimatus perdit beneficium abſtinendi, vt ibi, ſecundum Angelum.

36 ¶ Legitimatus præteritus habet ius dicendi nullum. Bald.in l.cùm in adoptiuis. C. de adoptionib. tertia columna.verſi.tantummodo. tenet quòd ſic, intellige legitimis non ſtantibus.,aliàs ſecus,vt ſuprà dictum eſt.

37 ¶ Quid de filio adoptato ab extraneo, cùm legitimatus & adoptatus æquiparentur:vt dicit gloſ.in dict.l.cùm in adoptiuis.vide Baldum ibi,qui dicit, quòd non æquiparantur in omnibus. Vnde licet legitimatus habeat contra tabulas. & ius dicendi nullum, non tamen adoptatus ab extraneo, ſecundum Baldum ibi,in verſicul. Caue tibi. pro quo facit l.viij.in fi.& l.ix.tit.delos prohijados. iiij.partit. & quamuis lex ibi dicat,quòd adoptatus ab inteſtato,ſuccedat cum legitimis.tene contrarium, per l. primam,titulo,delos que ſon reſcebidos por hijos, foro legum:quæ lex videtur per iſtam legem approbari, quòd ſi legitimatus non ſuccedit cum legitimis,a fortiori nec adoptatus:vt dicit Bald.in dict.l. cùm in adoptiuis.quia in plus ſe habet legitimatio, quàm adoptio.ſecundum Bald. in l.ſi te. C. de ſuis & legitimis hæred. & in Speculato.de ſucceſſionib. ab inteſtato.verſicul.legitimati non ſunt.argumentum à maiori valet. authentica multo magis. C. de ſacroſanctis eccleſ. valet etiam à paritate rationis: quia eadem eſt ratio in adoptino, quæ in legitimato.gloſ.& Bald.& Imola in l.ſi ſocer.in principio.ff. ſoluto matrimonio. Baldus in l.conuenticulam.ſecunda col.verſic.item eſt argumentum à pari. C.de epiſcop.& cleri.Paulus de Caſtro conſilio cccxliij. & idem Bald.in dict.l.conuenticulam.ij.col. verſic. item eſt argumentum ab æquipollentibus.& in leg. apud antiquos.colum.ij.in princ. verſic. nota iſtud. C.de furtis.

38 ¶ An legitimatus ſuccedat in feudo, quod pater pro ſe & filiis ſuſcepit? Bald. tenet quòd non, in l. fin. C.de his, qui veniam ætatis impetrauerunt. loquens in emphyteoſi: quia non dicitur de corpore hæreditatis paternæ.cap. primo. an agnatus vel filius.vnde ſtipulatio patris intelligitur de filiis legitimis.l.generaliter. C.de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus ſub conditione factis. nomine enim filiorum,non comprehenduntur legitimati.cap.naturales.ſi de feud.fuerit controuerſ.facit l.j. cum gloſ.ff. ſoluto matrimonio.

39 ¶ An legitimatus per principem ſuccedit vbique. Bartol.in l.communium. C.de naturalib. liberis. & in l.cunctos populos. C. de ſumma Trinitate. tenet quòd ſic. Secus ſi eſt legitimatus per ſtatutum ciuitatis:nam tunc non ſuccedit in bonis ſitis extra territorium,vt ibi per Bart.& Bald.

40 ¶ Nota & tene menti hanc legem in fine, cùm vult,quòd legitimatus per reſcriptum principis,poteſt ſuccedere cognatis parentum ex teſtamento, vel ab inteſtato,ſicut verè legitimi ſtantibus legitimis.contra auth.qui.mod.na.effi.ſui. §.filium vero. colla.vij.quia quo ad eos dicitur extraneus, vt ibi, & l.fin.C.de natur.liber.& ibi Bald.

¶ Ratio huius deciſionis potuit eſſe principis voluntas. Sed potius quia legitimis de iure naturæ debetur legitima in bonis parentũ, & omniũ aſcendentium: vt dictum eſt ſuprà, l.vj. non ſic in bonis tranſuerſalium vel collateralium: vt per Baldum in auth.ex cauſa.ij.col.verſic.tertiò præmitte. C.de liberis præterit.vel exhæred.ad hoc lex Regni, ſexta parti.titu.delas herencias. l.ix.in ratione ſui.hanc l. intellige, quando ſucceditur ab inteſtato: ex teſtamento autem, legitimatus poteſt ſuccedere tranſuerſalibus.vt d.§.filium verò.vnde ipſi de cognatione ſuccedunt legitimato ab inteſtato,in defectũ deſcendentium & aſcendentium, quia eadem eſt ratio:ergo eadem iuris diſpoſitio.argum.à contrario ſenſu.d.§.filium verò.quod nota.

41 ¶ Ex iſta lege,& prædictis, infertur ad deciſionẽ dubij:ſtante lege, conſtitutione, vel conſuetudine, q̃ primogenitus ſuccedat in dignitate, maioratu, vel Regno:pater non habẽs filios legitimos fecit legitimari filium naturalem vel ſpuriũ: deinde natus eſt filius legitimus & naturalis: certè iſte dicetur ſecundogenitus non primogenitus: quia natiuitas & legitimatio præceſſerunt natiuitatem ſecundi legitimi & naturalis: vnde legitimatus præfertur. iſtud eſt de mente Bald.in l.eam quam. C.de fideic.col.x. idem ſequitur glo.peregrina,in parte, legitimatio. in prima gl.ſubdit tamen, q̃ præfertur legitimatus in patrimonialibus, non in Regno, vel dignitate, vel maioratu. Sed reuera iſta lex probat contrarium, in quantum diſponit, quòd ſi tempore legitim

legitimationis non ſtabant filij ex legitimo matrimonio nati:& propter eorum carentiam naturalis fuit legitimatus: poſtea naſcuntur filij naturales & legitimi:excluditur legitimatus à ſucceſsione aſcẽdentium per hanc legem:& conſequenter excluditur à ſucceſsione Regni vel maioratus:quando maioratus defertur à patre, vel auo vel aſcendentibus. Secus fortè ſi defertur ab extraneo primo conſtituente: nam vt ſcis, tunc non dicitur quis ſuccedere vltimo poſſeſſori:ſed potius primo conſtituenti: vt lege cohæredi. ff. de vulgari & pupillari.& l. vnum ex familia. §. de lega. ſecundo. cum ſimilibus.

42 ¶ Si verò tempore legitimationis erant filij ex legitimo matrimonio nati tunc eſt maior dubitatio: quia videtur fieri legitimus ad præiudicium aliorum:quo caſu ceſſante dicta conſuetudine indiſtinctè admitteretur legitimatus ad ſucceſsionem ſimul cum aliis legitimis & naturalibus, vt dicto §. quoniam,& dicta l.partitæ.de quibus, ſuprà mentionem fecimus.

43 ¶ Tutius tamen crederem attendendam eſſe formam diſpoſitionis maioratus ſi dicit quod trãſeat ad poſteros ex ſe legitimè deſcendentes: & tunc legitimatus indubitanter excluditur: vt vult Bald. in cap.naturales.ſi de feudo fuerit controuerſia, inter dominum & agnatum.lib. feudorum. Idem ſi dicat ad deſcendentem legitimum & primogenitum, quia legitimatio eſt odioſa,& debet reſtringi:vt canon poteſt, de præbendis libro ſexto. tenet Abbas in cap.tanta.colum. ſecunda, qui filij ſunt legiti. & debet intelligi ſine præiudicio iuris alieni. capitul. quamuis,de reſcriptis libro vj. vbi reſtitutio in integrum intelligitur facta ſine iuris alieni præiudicio.Legitimatio autem eſt in integrum reſtitutio, quia reſtituitur quis ad primos natales quibus omnes homines legitimi naſcebantur: vt dicit Baldus in l.eam quam.col.x.C.de fideicommiſ.Ergo &c.

44 ¶ In primis ergo attẽdenda ſunt verba conſtitutionis maioratus,& illa quantum fieri poteſt ſunt ſequenda, vt notanter voluit Nicolaus de Matarel. in l.finali, in fine. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.refert & ſequitur Bald.in l.liberti.C.de operis libertorum.colum.v. verſic.Sed dubitatur de tali ſationis vel legitimationis, ex quibus coniecturatur mens & intentio Regis vel Principis legitimantis,an velit præferre legitimatum legitimis vel ecõtra,quia cùm Rex ſit lex viua; poteſt ſi vult vt placet diſponere,in his quæ ſunt de iure poſitiuo;cum derogatione iſtius legis & aliarum,quæ in hac materia diſponunt. Quibus omnibus deficientibus:recurrendum eſt ad hanc legem,& leges prædictas,& ſecundum eas iudicandum. Cogitabis ſuper his quia quotidiana ſunt:& non bene diſcuſa.

45 ¶ Sean capazes. Nota legitimatus eſt omnino incapax ab inteſtato: ſi poſt legitimationem pater vel mater ſuſcipiat filium ex legitimo matrimonio vt in præcedentibus dictum eſt.

46 ¶ En ſucceder a los otros parientes.In hoc videtur ius nouum: nam de iure authenticorũ filius legitimatus ſoli patri ab inteſtato ſuccedit: non auo vel aſcendentibus & cognatis patris: nec ipſi ei ſuccedunt ab inteſtato, vt authentico quibus modis naturales efficiantur ſui. §. filium vero. Idem erat diſpoſitum in filio adoptiuo per legem Regni quarta partita.titulo xvj. l. penultima. Sed ex teſtamento vnus alteri ſuccedere poteſt: vt ibi per Angelum. In hac autem lege dicitur, quòd in ſucceſsione cognatorum & agnatorum legitimati ſimul admittantur cum legitimis & naturalibus: & in nullo ab eis differant.

47 ¶ Sed an agnati & cognati ſimiliter admittantur ad ſucceſsionem legitimatorum, videtur quòd ſic:quia in ſucceſsione ab inteſtato: ſeruatur æqualitas: vt ille cui ego ſuccedere non poſſum,non ſuccedit mihi.dicto §. filium. & in §. ſi quis ergo. eodem titul. l. duodecim tabularum. C.de legitimis hæredibus. Idem in caſu contrario: vt is ei ſuccedat: qui eidem ſuccedit, vt tactum eſt ſuprà lege x.

48 ¶ Si pater habens filium legitimum quem putabat eſſe mortuum,qui tamen erat viuus,fecit legitimari baſtardum & eum inſtituit hæredem, certè talis inſtitutio non valet, & legitimatus excluditur à legitimo.argumen.l.ſi pater. C.de hæredibus inſtitu.vj.partita. titul. vij. l. fina. & bene iacit lex iſta.

Lex XIII.

PO R euitar muchas dubdas que ſuelen ocurrir cerca delos hijos que mueren rezien naſcidos ſobre ſi ſon naturalmẽte naſcidos,o ſi ſon abortibos. Ordenamos & mãdamos que el tal fijo ſe diga que naturalmiente es naſcido & que no es abortiuo quando naſcio biuo todo & que alomenos deſpues de naſcido biuio veynte & quatro oras naturales & fue baptizado antes que murieſſe & ſi de otra manera naſcido murio dentro del dicho termino o no fue baptizado mandamos que el tal fijo ſea auido por abortiuo & que no pueda heredar a ſus padres ni a ſus madres ni a ſus aſcendientes: pero ſi por el abſcencia del maridido, o por el tiempo del caſamiento claramente ſe prouaſſe que naſcio en tiempo que no podia biuir naturalmente, mandamos que aun que concurran enel dicho fijo las calidades ſuſo dichas que no ſea auido por parto natural ni legitimo.

PRO intelligentia faciliori iſtius legis præmittẽ,quòd ante eius æditionem diuerſimodè diſponebant iura ciuilia imperatorum: ille enim dicebatur naturaliter natus, qui viuus naſcebatur, quamuis vocem non emitteret, dum tamen integer naſceretur:ad monſtrum non declinans vel prodigium,vt habetur in l.vxoris, cum ſequenti. C. de poſthum.hæredibus inſtitu.vel exhæredatis. Aliter ius canonicum ſtatuit, vt ille dicatur naturaliter natus, qui naſcitur viuus & fuit baptizatus. capitul.nam & ego. de verborum ſignificationib. & lex Regni foro legum, titul. delas herencias. l. tertia. Aliter adhuc diſponebat lex fori iuzgo. libro quarto. titul. delos herederos. l. xix. quòd tunc dicitur filius naturaliter natus,& tranſmittit paternam hæreditatem,quando viuit per decem dies ferè,& fuit baptizatus, vnde videtur concordare cum iure canonico.

¶ Lex iſta requirit quod totus & integer naſcatur non declinans ad monſtrum vel prodigiũ. Item quòd natus viuat vſque ad xxiiij.horas ad minus.

¶ Filius abortiuus dicitur qui mortuus naſcitur.l.qui mortui.ff.de verborum ſignific. Ad idem

Universidad de Navarra Biblioteca

i.ij.& ibi glo.C.de posthu.etiam si viuus nascitur licet statim decedat:non dicetur abortiuus.d.l.ij. & iij.C.de posthu.Et ita nulla videbatur dubitatio ante huius legis constitutionem .quia vbi est casus legis nulla est iuris dubitatio.l.ancillæ.C.de furtis.vn de non erat opus ista lege nisi vt clarius rem ipsam explicaret & quasi nouum robur antiquis legibus tradere videretur.

4 ¶ Intellige hanc l. etiam si natus fuerit cum alia qua coactione obstetricis: vel cæso matris ventre fuerit extractus.l.quod dicitur, in principio. & ibi Bart.& xiij. ff. de posthumis hæredibus instituendis vel exhæredatis.Bald.in l. finali. C.de suis& legi.hære.

5 ¶ Tria principaliter requiruntur ad hoc vt partus dicatur naturalis,primum,quòd nascatur viuus mortuus enim non dicitur natus. l. qui mortui. ff. de verbo.signifi.l.ij.C.de posth.hæredibus instit. vel exhære.& §. posthumi. insti. de hæredum qualitate & differentia.glo.in l.posthumo. C. de colla. glo. j. natus dicitur viuus etiam si vocem non emittat: dum tamen appareat eum esse viuum. l. quod certarum.& ibi Bart.& Bald.C.de posthu.hære.insti.& in l.quod dicitur.eodem ti.ff.& eod.ti.C.l.penul.in fine.vbi bonus textus.Et ex hoc notat Bald.in d. l. pe.quòd non sufficit ad probationem mortis,quòd testis reddat rationem per hanc negatiuam, quòd non loquebatur.

6 ¶ Secundum quod requiritur est quòd nascatur totus non pro parte.Concordat d.l.penul.& ibi doctores in fine.totus enim denotat totalitatem circa eandem rem. glo. insti. pro socio circa principium.Bart.in l.si vnus.§. pactus.ij.colum,versi.&nota.ff.de pactis,vbi allegat dictam glo.qui totum dicit,nihil excludit:natus ergo pro parte , non rumpit testamentum paternum : contra dicta. l.quod dicitur. & contra omnes scribentes ibi , & in dicta l. penultim.

7 ¶ Appellatione filiorũ non venit qui est in vtero,vt hic probatur.Contra l.ij.§.filius.ff.ad Tertullianum;& contra Bald.in l.precibus,col.ix.C.de impuberum,& aliis substi.& in l.qui in vtero ff.de statu hominum.

Ex quo sequitur ; quòd posthumus præteritus non rumpit testamentum , nisi nascatur integer totus, & fit baptizatus , & viuat per xxiiij. horas adminus,& sic intelligitur dictum Bald.in l.ij. colum. ij.ver. præterea prædicta probantur. C. de liberis præteritis vel exhære.

8 ¶ Viuio veynte y quatro horas & fue baptizado.In hoc ista lex nouum quid inducit , nam aliter erat dispositum per iura imperatorum in d. l. ij. & iij.& d. l. qui mortui. Vnde sicut olim ratione momenti in quo filius posthumus nascebatur viuus rumpebatur testamentum,vt d.l.ij. & iij. quia momentum multum operabatur in his quæ momenti sunt:vt notatur in l.Sed & partus.§. fi. ff. quod metus causa.ita hodie si posthumus intra xxiiij.horas vel non Baptizatus decesserit : non rumpitur testamentum: vt ergo testamentum rumpatur : ista duo copulatiuè requiritur, quòd viginti qnatuor horis vixerit,& baptizatus decesserit:ille enim qui statim cum nascitur obiit;non dicitur viuere: vt dixit glo. & Bald.in c.j.§.quin etiam,in ti.episcopum vel Abbatem.libro feudorum.

¶ Requiritur autem quòd sit baptizatus , quia in baptismo nomẽ sibi imponitur:ille autem qui statim cum nascitur decedit antequàm sit ei nomen impositum in baptismo:censetur ac si non esset : vt vult Inno.in c.nam & ego.de verborum signifi.tempus autem ad hoc faciendũ in l.veteri erat octo dierũ in noua est arbitrarium Bald.in d.§. quin etiam.

9 ¶ Si vero ante xxiiij.horas decesserit : non dicitur fuisse:ex quo non perseuerauit : vt hic , & tenet Abb.in c.nam & ego. de verborum signifi. ¶ Et per hoc reprobatur opinio glo,& doctorum tenentium quòd agnatione posthumi, rumpitur testamẽtum patris ipso iure licet natus incontinenti moriatur.l.j.ij. & iij. C. de posthumis hæredibus insti. vel exhære.& in §.posthumi:insti. de exhæreda. liberorum,& in §.j.insti.quibus mo.testa. infir. Specu. de instru.æditione. §. compendiosæ. versi.pone quidã fecit testamentum.Bald.in d.l.ij.in d.ver. præterea. C.de liberis præteritis. natus ergo & statim mortuus,non est in consideratione vt hic probatur , tenet Bald.in l.j.§.in nouissimo.C.de caducis tollendis.taliter enim natus dicitur abortiuus : idest non naturaliter natus:& consequenter non succedit parentibus suis, nec rumpit eorum testamentum , vt d.l.ij.& ibi Bal.C.de posth.hære.insti. ¶ Si autem nõ succedit:nec trãsmittit hæreditaté paternam ad matrem:nec maternam ad patrem.ad hoc l.cum antiquioribus.C.de iure delibe.Bart.in l. fi. C. ad tertullianum.vbi dicitur , quòd qui nihil habet , nihil transmittit. Item quia transmissio est quædam successionis prorogatio eiusdem naturæ & formæ,vt l. j.C.de his qui ante apertas tabulas. abortiuus non succedit,ergo non transmittit.Item filio nato & ante tempus defuncto , non est ius in potentia deductum.secundum Bald.in d.l.ij. & probatur hic, qui autem non habet ius succedendi , non succedit. Et qui non succedit,non potest adire. Item hæreditas non adita , non transmittitur. l. tertia. & l. quoniam sororem. C. de iure deliberandi , nisi inter filios succedentes. dicta lege prima. &ibi doctores. C. de his qui ante apertas tabulas. & dicta l. prima.§.in nouissimo.C.de cadu.tollendis.ergo sicut abortiuus non succedit , non transmittit , nec adire potest.

10 ¶ Transmissio est triplex,vt per Baldum in l.cùm proponas.ij.col.versic.item aduerte an substitutus. C.de hæredib.instit.& in l.cum antiquioribus. viij. quæst.C.de iure delib.

11 ¶ In transmissione non consideratur corpus , vt ager,vel domus : sed ius in corpore vel quantitate: an illud ius sit transitorium necne:vt per Bal.in l.fi. ij.col.& oppositione vj.C.de hæred.instit.

12 ¶ Illa transmittuntur : quæ habent eandem substantiam in seipsis,persona mutata, sicut non mutata:tenet notanter Bald.in cap.j.§.Marchio.versicul. extra nota,de his qui feud.dare pos. libro feudorũ.

¶ Ex quo infertur,quòd priuilegium rerum dotalium,parafernalium, castrensium, vel quasi : necnon priuilegium rerum decimaliũ,& ecclesiarum, & similium,non transmittitur: quia res omnes mutatione personæ mutant naturam, & transferuntur in aliud corpus bonorum : vt est conclusio Bald. in l.illam.ij.col.versic.sed reuoco in dubium.C.de collatio.& in l.j.C.vnde vir & vxor.& in l.j.C.sine causa vel reli.& in l.ij.in principio. C.soluto matrimonio.per l.cùm in fundo.§.si acciderit.C.de iure dotium.quamnis notetur contrarium in l.etiam diruptо.C.de fundo dotal.postquam ergo res prædictæ transeunt in alium, perdunt priuilegium quod antea habebant.

Ex

Ex quo infertur, quòd si fructus rerum ecclesiæ, vt decimarum,vel aliæ res ecclesiæ alienentur in lai cum , iudex ecclesiasticus non se intromittit super eorum cognitione : quia mutatione personæ factæ sunt prophanæ.Quod facit ad ea quæ dicuntur in l. xiij.tit.delas vendidas y compras,foro legum,& libro Ordin.cod.tit.l.vj.vide infrà l.lxx.

Hinc est,quòd ex talibus fructibus soluitur gabella si vendantur,tanquam ex rebus prophanis.

13 ¶ Transmitti non potest, quod non potest cedi.l. ex pluribus.ff.de admini.tuto.Bald.in dict.cum antiquioribus.versic.sic ius.C.de iure delib.Hinc etiã est,quòd ius ætatis transmitti non potest,quia cedi non potest.§.finitur.instit.de vsucapio.& in l.si quis demum.§.hinc.ff.loca.& l.peto.§.prædium.de lega. ij.l.lex vectigalis.ff.de pignoribus.

14 ¶ Redeamus ad propositum,natus pro parte, & in capite baptizatus:licet viuat per xxiiij.horas,nõ succedit, nec rumpit testamentum : quia dicitur abortiuus, vt hic. Item non dicitur baptizatus , secundum Host.in summa. de baptismo. §. quæ sit forma.versic.hoc dicit.de quo per Bart. in dict.l.quod dicitur.per Abb.post alios in cap.debitum.de baptismo.habetur in cap.vulgaris,de pœnit. dist.j.& in cap.propriè.in glos.in verb.trium millium.de consecra.distinct.iiij.Ad hoc facit l.x.tit. delas mandas, foro legum,& l.fin.C.de hæret.ca.si quis episcopus. & ibi glos.& doctores,eod.tit.

15 ¶ Ex quibus omnibus concluditur , quòd ex testamento vel ab intestato non succedit Christiano nisi Christianus:qui ex vtero matris integer exiuit, & baptizatus fuit,& vixit per xxiiij.horas:vt hic per Bald.& in d.l.pen.C.de posthum. hæred.instit. quia dictio &,de sui natura copulat ista omnia, in l.posita.l.hæredi.§.Gaius.ff.de fundo instruct.l.cum vterque.ff.ne quis eum qui in ius voc. l. Titiæ textores. §.nihil.de legat.j.altero ergo deficiente de his, quæ ista lex requirit,totum corruit.l.Si vnus.C.de testi. c.non vt apponeres.de baptismo.cum similib.

16 ¶ Absentia mariti probata per annum:probatur filius adulterinus. cap. transmissæ. qui filij sunt ilegitimi.hi non succedunt tanquam adulterini.per l. x titul.delas mandas, foro legum , & supra eod.l.x. Aliquando nasci contingit in mense vndecimo & duodecimo,sed rarò. vt l.Gallus.in principio. ff. de liberis & posthumis.authent.de restit. & ea quæ parit.§.mulier.collatio. quarta. Bartolus in l.septimo mense. ff.de statu hominum. glos. in l.finali.C.de posthum.hæred. instit. Plinius refert partum nasci posse etiam in mense decimosexto.de quo vide notata in dicta l.septimo mense.& Albericum in l. prima. C. ad Orphicianum.partus verò naturalis &legitimus dicitur qui nascitur in septimo mense vel nono : vt per doctores vbi suprà.

¶ Si ergo nascitur intra duos vel tres mẽses post contractum matrimonium,non est partus naturalis:vt per Bartol.in dict.l.Gallus.in princip.vbi glo. ff.de liberis & posthumis.intelige prædicta,nisi ista mulier antea fuisset concubina cum qua postea contraxit matrimonium, & infra duos vel tres menses peperit,partus erit naturalis , concurrentibus omnibus requisitis per hanc legem,& succedet parenti bus tanquam legitima proles : & transmittit paternam hæreditatem, &c. suprà l. xj. per locum à fortiori. Ad idem l. miles. §. defuncto. ff. de adulteriis.& l. marito.ff. pro socio. vbi fauore matrimonij interpretatur in benigniorem partem:vt per Baldum in l.si mater. C.de suis & legi.hære.quod nota.

17 ¶ Adde.quòd si ante contractum matrimonium mulier habebat lac in mamillis, præsumitur cognita & prægnans,& istud argumentum est cõcludens à necessitate naturæ,vt per Bald.in rubr. C.de probat.fin.col.versic.exemplum de primo.

18 ¶ Per hanc legem in fine,approbatur opinio Pauli de Castr.in dict.l.ij.C.de posthu.hæred. instit.vbi dixit, quòd si posthumus nascitur in mense quo certum sit non posse viuere, non rumpit testamentum paternum.

19 ¶ En tiempo que no podia viuir, puta quia sexto mense natus:nec tetigit septimum. l. septimo mense.ff.de statu homi.& iiij.partita.tit.xxiij.l.iiij. & in hoc lex ista nihil noui inducit , cùm iam à iure erat hoc dispositum. Verum est quod Angel.in l.penult. C.de impuberum & aliis.tenet, quòd rũpatur testamentum,si filius nascatur in sexto mense. Sed Paul. de Castro in l.ij.C.de posthum.hæred.institu. tenet contrarium,quia paria sunt non nasci viuum, & viuere non posse. Idem voluit Bald. de nato octauo mense , qui similiter viuere non potest : vt rumpat testamentum : quia sufficit , quòd viuat momento, sicut dixit Angel.in eo qui nascitur in sexto mense. Idem Bal.consi.cxiij.incipiente,ad intelligentiam. tertio volum.& consil.eccevij.in fine.ij.volum.vide additionem ad Bar.in d.l.ij.per istam autem legem damnatur opinio Bal.& approbatur opinio Pauli.

20 ¶ Quid autem si partus declinet ad monstrum vel prodigium?dic vt in d.l.iij.C.de posthum.

21 ¶ Por parto natural ni legitimo. Loquitur ergo ista lex tam de filio nato ex soluto & soluta, quàm de nato ex legitimo matrimonio.

Lex XIIII.

MANDAMOS que el marido y la muger suelto el matrimonio aun que casen segunda o tercera vez o mas,puedan disponer libremente delos bienes multiplicados durante el primero,o segundo,o tercero matrimonio , aun que aya auido fijos delos tales matrimonios, o de alguno dellos , durante los quales matrimonios los dichos bienes se multiplicaron, como delosotros sus bienes proprios,que no ouiessen seydo de ganancia , sin ser obligados a reseruar alos tales hijos propriedad ni vsofructo de los tales bienes.

1 PRAEMITTE, quòd iura antiqua disponebant , quòd mulier ad secundas nuptias transiens quicquid ex facultatibus primi viri titulo lucrativo acquirebat:tenebatur moriens liberis communibus reseruare,alienatione in extraneam personam penitus interdicta. l. fœminæ. C. de secundis nuptiis.

2 ¶ Deinde superuenit l.cum aliis.eod.tit.vbi sicut mulier quæ transit ad secundas nuptias,tenetur reseruare liberis illius matrimonij sponsalitiam largitatem, quam primus vir ei cõtulit:ita mulier quæ ad secunda vota transiuit , sponsalitiam largitatem ex donatione secundi viri ad eam deuolutam:tenetur liberis secundi viri reseruare:siue transeat ad tertium matrimonium, siue non.

3 ¶ Post hæc superuenit lex generaliter. eod.titul. vbi sicut mulier transiens ad secundas nuptias , tenetur reseruare filiis prioris matrimonij lucra eiusdem

dent matrimonij:ita vir transiens ad secunda vota: tenetur reseruare filis eiusdem matrimonij lucra dotis,alienandi potestate penitus interdicta:administratione tamen permissa patri dum viuit.

4 ¶ Ex istis aliqui non leuis auctoritatis doctores dicere solebant, quòd lucra habita constante matrimonio inter virum & vxorem, altero defuncto,altero verò ad secundas nuptias transeunte,præsertim si vxor erat: non poterit alienare lucra ex priori matrimonio habita:immo tenebatur ea filiis prioris matrimonij reseruare. Cuius contrarium per hanc legem deciditur.

5 ¶ Ratio huius decisionis est,quia veritate inspecta ista lucra,quæ inter coniuges habentur constante matrimonio,dicuntur prouenire ab vtroque cõiuge,tam ex bonis,quàm ex industria & labore, vt colligitur ex l.j.ti.delas ganancias.foro legum, vbi 8
litera dicit: Toda cosa que ganaren marido y muger de consuno: ayan la otrosi de so vno. Et sic lex defert vtrique lucra sic habita: ea autem quæ ex legis dispositione:vel ex forma statuti vel consuetudinis, alter coniugum acquirit:adeo sua facit, vt de his liberè possit disponere etiam stantibus filiiseiusdem matrimonij: quamuis ad secundas vel tertias transierit nuptias,ea non perdit: nec filiis eiusdem matrimonij reseruare tenetur:quia non consequitur à coniuge: sed à propriis bonis suis labore atque industria,ex legis dispositione vel prouidentia. Probantur ista in l.fi.& ibi notat Bald.in fine. C. de bonis maternis.& in l.hac edictali.§.his illud. colũ. j.versi.denolutas.C.de secundis nupti.cum supplet ad textum, scilicet titulo lucratiuo. Istud alias ego tenui,& firmaui,consului & obtinui antequam hæc lex ædita fuisset:in cuius æditione interfui: & ad eã ædendam constanter insteti: vt scripsi in repetitio- 9
ne quam feci super rubricam de dona. inter virum & vxorem.§.50. fin. colũ.versic. confirmatur hoc.& §. lxvij. fi. colum. versi. ex quo infertur.in secunda impressione.

6 ¶ Istud est hodie tenendum per hanc legem:quãuis Baldus sibi ipsi contrarius aliud sentiat, post gl. & Bartol.in authen.ex testamento.fin.colum. versi. sed statim iuxta prædicta. C. de secundis nuptiis. & in authentic.vxore.eodem tit.& in l.generaliter. §.illud.fin.col.eo.ti.sentit Bart.in l.j.C.de inoffi.do. 10
textus nota.in authentico de non eligendo secundo nubentes.§.prospeximus.colla.j.& in dicta l. fœminæ,in principio. & istud dicit verius Salicetus in dicta l.fœminæ.§.illud.& Ludo.in l.si cum dotem in principio.ff.soluto matrimonio.

7 ¶ Ex quo infertur quòd si statuto: vel consuetudine cauetur,quòd mortuo coniuge, coniunx superuiuens lucretur certam partem dotis vel donationis propter nuptias: præmortuus fuit maritus 11
relicto vno filio ex illo matrimonio, vxor lucrata fuit donationem propter nuptias. deinde ipsa transiit ad secunda vota infrà annum luctus:ex isto secundo matrimonio habuit alium filiũ: mortua matre,filius secundi matrimonij volebat succedere in illo lucro æqualiter cum filio prioris matrimonij: veritas est secundum prædicta quòd filius primi matrimonij solus debet lucrum illud habere,tanquam proueniens ex lucro prioris matrimonij ita in contingentia facti consuluit dominus Antonius, consilio incipienti,Christi eiusque matris nominibus in uocatis, circa examinationem dubiorum. Idem consuluit Franciscus de Crema:vt ipse refert in vlti-
mo singulari:qui saluat dictum Bald.in d.l.fin.quòd vxor non perdat dictum lucrum per transitum ad secunda vota,quantum ad vsumfructum,sed proprietas debet conseruari filio primi matrimonij: per d. l.fœminæ.& per d.§. prospeximus. vbi est casus qui non potest cauilari secundum eum.

¶ Ego semper fui dubius de ista decisione propter ea quæ dicta sunt: hæc enim conuentio inter coniuges quod superuiuens lucretur certam partem dotis vel donationis propter nuptias, non mera donatio,vel merum lucrum, sed magis est conuentio reciproca hinc inde, itaque lucrum prouenit à partium conuentione reciproca,vel ex dispotione statutaria, vel consuetudinaria, vt dicebat Bald.in dicta l. fina. & sic non titulo lucratiuo, sed quasi,ex permutatione inter coniuges facta.

¶ Ex istis primò infertur, quòd si vir plebeius aliquid donauit vxori nobili, non tenetur illud reseruare filiis ipsius matrimonij, quamuis ad secundas transeat nuptias; sed potest liberè disponere, quia non habet titulo lucratiuo,sed potius onerosso,quasi exquadam permutatione nobilitatis cum pecunia vel alia re.Idem de qualibet donatione remuneratoria; quoniam illa non dicitur propriè donatio,quæ in illa ratione cogente fit,vt l.j.ff. de dona.& c.j.eod.Sed magis est permutatio.vt l. & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæredi.Bar.& Bald.in prohemio digestorum. Abbas in c. cum in ecclesiæ corpore,de simonia. dixi plenè in mea repet. rubr. de donationibus inter virum & vxorem.d.§.50. col. ij. vbi multa de donatione remuneratoria compilaui,quæ per te videas,de ista ergo donatione remuneratoria nihil perdit vxor per transitum ad secunda vota.vt ibi dico.

¶ Infertur etiam, quòd si maritus moritur relictis duobus filiis vxore superstite,vnus ex filiis mortuo patre ex donatione,testamento,vel legato, vel alias,bona aliqua acquisiuit: deinde moritur ab intestato,succedit mater, quæ postea transit ad secundas nuptias,illud quod ex donatione,vel alias filius aliundè habuit,non tenebitur mater reseruare alteri filio quo ad proprietatem, quia non prouenit ex lucro prioris matrimonij,quamuis occasione matrimonij proueniat,vt tetigi in d.§.50.in fine.

¶ Infertur etiam quod arras vxori datas in præmium pudicitiæ,vt l.res vxoris.C.de donationibus inter virum & vxorem.& ibi notat Bald. dixi in dicta Repetitione rub.eod.ti.§.xij.in principio.verfi. quæ quidem donationes.& §.lxvij.in fine,& sic titulo oneroso ergo non perdet illas per transitum ad secundas nuptias; debet tamen illas reseruare quo ad proprietatem filiis illius mariti, à quo eas habuit,vt dictat lex Regni,foro legum,li.iij.ti.ij.l.j.

Item infertur,quòd si mortuo marito,postea moritur eius filius,vxor succedit in bonis filij,quæ postea transit ad secundas nuptias, tenetur reseruare filiis prioris matrimonij, per dictam l. fœminæ. C. de secundis nuptiis.Idem si luxuriosè viuit,ne plus operetur luxuria quàm castitas.

¶ Item infertur,quòd si vxor in vita mariti vel eo mortuo & ignoráte,adulterium committit,vel postea existens vidua,quapropter perdit lucra constãte matrimonio habita,vt dictat lex regni Ordi.li.v. ti.iiij.l.iiij. de qua planè dixi in dicta Repetitione. §.lxvij.in principio,pone q̃ cõmunes filij quibus lucra debentur,mortui sunt in pupillari ætate,vel maiores facti,ab intestato concurrunt ad petenda bona filio

na filiorum mater adultera & soror patris,quæ erit potior,præsertim in bonis superlucratis constante matrimonio:quæ vxor adultera incontinens per 17
didit: Videtur quòd soror patris in bonis superlucratis saltem,præferatur & excludat matrem, quæ propter suum delictum ea bona superlucrata perdidit:indignum nanque videtur,quòd ad ea bona quibus propter suum delictum fuit priuata,posteamor tuo filio admittatur:sicut in simili videmus quòd si pater propter delictum,bonis suis fuit priuatus: & filio fuerunt applicata: de illis non tenetur patrem 18
alimentare:vt dictum est suprà l.iiij.col.iiij.versi.ex quibus bonis.vide quæ ibi dixi: nisi dicas quòd ex noua causa mater præfertur,argu.c.cum inter.P.de renuntiatione.

13 ¶ Similis quæstio est de muliere maritum occidente,ex quo habuit filium,qui patris bona habuit mortuo patre, moritur similiter filius, mater petit bona filij,soror patris mortui similiter petit, quæ illarum est præferenda,videtur quod mater.arg.d.c. cum inter P. faciunt multa quæ cumulat Georgius 19
Natan.in repetitione c.quãuispactũ de pactis.li.vj.

¶ Quamuis ergo propter adulterium vel maritι occisionem bona perdiderit,vt nota. in l.si ab hostibus.§.si vir vxorem.ff. soluto matrimonio; propter superuenientem titulum ex testamento vel ab intestato,succedit in bonis filij.

14 ¶ Ex istis etiam infertur, quòd si vxor maritum occiderit,præueniens illum volentem eam occidere propter adulterij suspitionem, an propter hoc perdat lucra constante matrimonio habita, videtur quod sic. per dict.§.si vir. & quæ ibi notantur,& per ea quæ cumulaui in Repetitione d.rub.de donationibus inter virum & vxorem.§.lxx.

15 ¶ Lucra habita inter coniuges constante matrimonio alienari non possunt,sed eo soluto sic, argu- 21
mento huius l. à contrario sensu, quod est validum in iure.l.j.ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio.& ibi Bart.ij.col.ver. oppono dicitur hic.Baldus in l.conuenticulam.j.col.& j.oppo. C.de episc. & cle.Sed in marito istud argumentum non procedit,quia reperitur contrarium in l. iiij. ti. delas ganancias.lib. Ordi. dum tamen maritus hoc non faciat in fraudem;vt ibi, & dixi plenè in Repetitione rubric.de donationi.inter virum & vxorem.

¶ Argumentum vero à contrario sensu non procedit quando reperitur contrarium à iure dispositum vt l.ij.C.de condi.insertis.glo.in ca. cupientes. §.quod si per viginti.in ver.commodè.de elect. lib. vj.vxor ergo non potest talia bona superlucrata alienare constante matrimonio, in certis casibus de quibus in l.iiij.infrà,vide quæ ibi dicam.

16 ¶ De lucris constante matrimonio acquisitis po- 22
test vxor liberè disponere,quamuis filios ex primo matrimonio relinquat, & ad aliud transeat matrimonium,vt hic dicitur. Si autem de eis non disposuit, remanent pro liberis vtriusque matrimonij æquis portionibus; quanquàm lucra sint habita ex primo matrimonio tantum vel in secundo tantum, quia mortuo primo marito,medietas omnium lucrorum est propria vxoris,vt eius patrimonium,vt l.j.tit.delas ganancias.foro legum. & l. prima.eod. titu.lib.Ordi.Sentit Bald.in l.maritus. circa finem. C. vnde vir & vxor. In aliis verò lucris quæ gratuitaveniunt ex marito,tenetur vxor eã prioris matrimonij, vel secundi filiis quoad proprietatem, vt suprà dictum est,vt l.xij.ti.delas herencias, foro legum,& dicta l.cum aliis.& l.generaliter, & authenti.vxore.C.de secundis nuptiis.

17 ¶ Hinc est,quòd etiam si vxor non acceptauit lucra sibi obuenientia constante matrimonio, & ita mortua est,nihilominus illa ad hæredes transmittit,cum talia lucra sibi deferantur ex dispositione legis Regiæ,vt legitima filio, ita dicit doctor de Segura in Repetitione §. sed & si fundum.l. vnum ex familia.de lega.ij.folio xvj.colũ.ij.versf.ex quo ego infero,vt ibi latè per eum.

18 ¶ Hinc est etiam,quòd stante statuto vel consuetudine quòd bona coniugum post matrimonium efficiantur communia, quamuis aliter non acceptentur,transmittuntur ad posteros, tanquam proprium patrimonium, quod nota. pro intellectu l. primæ.titu.delas ganancias.foro legum, & eodem titu.l.prima.libr.Ordina. & ad l. quinta. titu. delas lauores,foro legum,& ad l.ix.ti.delas herencias eodem foro. & ad forum Aragoniæ & Lusitaniæ quæ super hoc disponunt.

19 ¶ Verbum liberè quo vtitur ista lex talis est naturæ quòd remouet omne impedimentum iuris,vt notatur in l.prima.C.de sacrosanct.eccles. & in authentic.de nuptiis.§. sancimus. collatio. quarta. & in capitul.primo.de offi.or.& in cap.significasti,de homicidio.

20 ¶ Quod autem dictum est, quòd vxor potest liberè disponere de bonis constante matrimonio acquisitis, intellige de medietate acquisitorũ ad se spectantium soluto matrimonio,non autem eo constante, & ità propriè loquitur ista lex. Maritus tamen etiam constante matrimonio de omnibus acquisitis disponit cessante fraude,vt dicta l.iiij.ti. de las ganancias,lib. ord. de quo plenè scripsi in dicta mea Repetitione.rub.de don.inter virũ & vxorem.

¶ Item intellige de medietate lucrorum vxori pertinentium, potest vxor liberè disponere soluta à primo matrimonio & à quolibet alio, nam dum est nupta,nihil potest disponere de his & aliis bonis sine mariti licentia,vt dicit lex Regni, foro legum, lib.j.ti.xj.l.fi.& li.iij.tit.fi.& l.xiij.Sicut enim dos datur marito ad onera matrimonij sustentanda, vt l. pro oneribus.C.de iure dotium.c.salubriter,de vsuris.& traditur in l.xviij.infrà.ita & omnia quæ vxor secum affert ad matrimonium, vt l. doce ancillam. & l.nulla.& ibi Bald.C.de iure dotium,ideo alienari non possunt constante matrimonio,tum propter præiudicium mariti, in cuius fauorem inducta est lex,quæ eius licentiam requirit,vt vult Bald.in lege prima,in principio.C.vnde vir & vxor.& dixi plenè in dicta mea Repetitione de dona. inter virum & vxorem.§.lxviij.

¶ Hic cadit notabilis quæstio,vxor in testamento reliquit marito omnia bona sibi obuenientia constante matrimonio acquisita, ea vita defuncta, maritus transiuit ad secundas nuptias, an tenebitur reseruare proprietatem illorum bonorum filiis prioris matrimonij, aliqui dicebant quòd sic, per l.generaliter. C. de secundis nuptiis. de qua dictum est suprà in principio istius l.& videtur expressum in l. sequenti, cum concordantiis ibi positis,nisi dixeris quòd ista bona acquisita & superlucrata constante matrimonio, efficiuntur proprium patrimonium vxoris, de quo liberè potest disponere,vt hic,dicas quòd potest de eis liberè disponere sicut de aliis suis bonis, marito quoquo titulo tradendo sine præiudicio legitimæ filiorum &

sic vsque

sic vsque ad quintam bonorum suorum: cum illo tamen onere: vt vtatur & fruatur illis per totum tempus vitæ suæ, reseruata proprietate filiis eiusdem matrimonij. Cogita.

23 ¶ Proprietas & vsufructus simul dicuntur plenum dominium: vsusfructus per se: dicitur pars dominij. l. iiij. & ibi Bart. ff. de vsufructu. & in l. iiij. in principio. ij. col. versi. item quia vsufructus. ff. de serui. & aqua. & in l. Mæuius. §. si fundus. j. col. versicul. venio ad secundā partem. de leg. ij. & in l. qui vsumfructum post glos. & doctores. j. colum. in fine. versicu. vltimo pro declaratione istius glo. ff. de verborum obli.

24 ¶ Proprietas nuda, idest sine vsufructu: dicitur directum dominium, tenet Bald. in l. penul. C. si à non compe. iudice, penultima colum. versicu. & nota quòd nomine.

25 ¶ Vsusfructus consistit in vsu & iure vtendi & fruendi rebus alienis, salua rerum substantia. l. j. ff. de vsufructu, insti. eo. in principio. Item est ius in corpore: quod cum corpore perit. l. secunda. ff. de vsufruct.

26 ¶ Vsusfructus appellatione: venit omnis rei commoditas. l. vsufructu & l. item si fundi. ff. de vsufructu. Intellige deducto ære alieno, facit l. vsufructu bonorum. ff. ad legem fal. & l. fin. ff. de vsufructu legato. & l. cum emancipati. §. j. ff. de colla. bo.

27 ¶ Commoditas verò vel vsusfructus nauis: consistit in nauigando, licet periculum insit. l. arboribus. §. nauis. ff. de vsufructu.

28 ¶ Vsusfructus columbarij: est occidere columbas, dum tamen in eodem numero restituatur domino finito vsufructu. l. vsufructuarium vænari, & ibi Florianus. ff. de vsufructu.

29 ¶ Vsusfructus piscinæ vel vænarij, est capere pisces: vel feras inclusas, dumtamen in eodem numero restituantur domino finito vsufructu. l. vsufructuarium, præallegata.

30 ¶ Vsusfructus habitationis: consistit in iure habitandi, secundum Bald. in l. cum antiquitas, in primo notabili. C. de vsufructu.

Lex XV.

EN todos los casos que las mugeres casando segunda vez son obligadas a reseruar alos fijos de primero matrimonio la propiedad de lo que ouiere del primero marido, o heredare delos fijos del primero matrimonio en los mismos casos, el varon que casare segunda, o tercera vez sea obligado a reseruar la propiedad dello alos fijos del primero matrimonio de manera que lo establescido cerca deste caso en las mugeres que casaren segundavez aya lugar en los varones que passaren a segundo tercero matrimonio.

1 IN omnibus casibus in quibus vxor tenetur reseruare proprietatem eorum quæ habuit à primo viro: ea ad secundas nuptias transeunte, tenebitur etiam maritus si ad secunda vota transierit. Qui casus habentur in l. fœminæ. C. de secundis nuptiis. & in l. generaliter, eod. ti. & in l. j. delas arras, foro legum. & in pluribus aliis.

2 ¶ Casus in quibus vxor tenetur reseruare filiis prioris matrimonij quod consequitur à primo viro, vel aliàs, si transeat ad secundas nuptias: habeturin titulo de secundis nuptiis, præsertim in l. fœminæ. vbi glo. quæsuit an idem esset in viro: & dicit quòd sic, vt in authen. nec virum quod ex dote. quæ tamen non loquitur de prouentu ex successione filiorum: sed de lucris ab eorum matre prouenientibus, nec de iure Codicis hoc cauetur: vt dicit textus in authen. de non eligendo secundo nubentes. §. optimam: nam l. generaliter, in principio. & l. hac edictali, in fine. C. de secundis nuptiis: in nuptialibus lucris tantùm loquuntur. De iure vero authenticorum, dicit textus in d. §. optimam, quòd de patribus secundo nubentibus non cauetur lege C. vt priuentur successione filiorum in proprietate: sed de matribus: vt d. l. fœminæ. Verumtamen ibi in matribus corrigit dicta l. fœminæ, statuens quod nec ipsæ priuentur successione filiorum in proprietate: sicut nec patres priuabantur: postea in authē. de nuptiis. collati. iiij. §. hinc nos euocat. in fine. corrigit quod dixerat in authen. de non eligendo, & statuit quod mater succedens filio ab intestato: siue prius siue postea transeat ad secunda vota: priuetur proprietate in bonis à patre prouentis: & trāsumptiuè habetur in authentica ex testamento. C. de secundis nuptiis & sic reducimur in parte ad ius antiquum dictæ legis fœminæ. §. illud. secundum quod de patre non erat dispositum: nec postea fuit: vt patet ex prædictis. Vnde videtur sequi conclusio clara secundum Salicetum in dicto §. illud. quod pater ad secunda vota transiens: non priuetur in aliquo in his quæ ei prouenerunt ex successione filij: quantumcumque fuisset de bonis matris quam huius patris vxoris. Nec obstat §. soluto. & §. si vero, in authentica de nuptiis. qui in vtroque parente loquuntur: quia in lucris nuptialibus, & in prouentis à coniuge loquuntur: & eodem modo loquitur textus in authentico, vt fratrum filij: §. quia vero. collatio. ix. & sic glo. in dicto §. illud. relata ad textum, non dicit verum, secundum Salicetum, qui dicit se habuisse de facto. Statuto cauebatur: vt filius masculus succedat patri & matri excluſa fœmina: mortua matre succedit masculus; cui postea succedit pater ex forma statuti: deinde pater accepit secundam vxorem & mortuus est, superstite vno filio ex matrimonio, & filia ex priori matrimonio; dubitatum fuit an filia debeat habere bona ad patrem pertinentia mediante successione filij. illa glos. facit quod sic, in oppositum facit quod suprà dictum est. quidam dicebant quòd Cynus tenebat cum dicta glo. in authentica, sed & si quis. C. de secundis nuptiis. qui loquitur in dote quam est lucratus, loquitur. Salicetus demum tenet opinionem glos. prædictæ. quam approbat hæc lex nostra, quæ in hoc est satis notanda.

¶ Vnde sicut vxor quæ à marito recepit arras vel sponsalitiam largitatem: tenetur eas reseruare filiis prioris matrimonij: vt dicta l. fœminæ. & l. cum aliis. de secundis nuptiis. & dicta l. prima. delas arras. foro legum, eodem modo maritus secundo nubens tenetur reseruare filiis prioris matrimonij lucra dotis, alienandi potestate interdicta: vt dicta l. generaliter, & authentic. ex testamento. authentic. sed si quis. & vtrobique scribentes. C. de secundis nuptiis. quæ iura hodie approbantur per hanc legem.

¶ Item sicut vxor quæ mortuo viro lucratur lectum quotidianum: & si iterum contrahit matrimonium perdit eius medietatem & restituit filiis illius matrimonij: vt lege sexta titulo delas herencias. foro legum. ita vir qui mortua vxore lucratus lectum

quotidianum, secundo nubens tenebitur restituere medietatem filiis prioris matrimonij per hāc legem, quia tale lucrum prouenit ex bonis vxoris, ex legis dispositione, vt in præcedenti lege diximus.

5 ¶ Item si maritus legat vxori quandiu cum filiis morabitur, nam ea ad secundas nuptias transeunte, tenebitur restituere legatū filiis prioris matrimonij: tenet Bald. in l. j. C. vbi pupillus æducari debet. Idem si vxor legauit marito per istam legem. pro decisione Bald. facit. l. qui cōcubinam. §. vxori, secundo responsō. de lega. iij

6 ¶ Quamuis ergo secundum Apostolum, mortuo viro vel vxore, solutum sit matrimonium, & vtrique coniugum, ad secundas vel tertias transire nuptias, vt c. pen. & fi. de secundis nuptiis, nihilominus tamen ad ea quæ dicta sunt & dicit ista lex tenentur, tum quia per transitum ad secundas nuptias, videtur facere iniuriam defuncto, vt dicta lege fœminæ. & dicta l. generaliter, tum etiam quia istæ pœnæ quæ sunt à iure statutæ in fauorem filiorum, non sunt sublatæ, vt plenè tradit Bald. in dicto cap. pen. & vltimo de secundis nuptiis. vbi plura addidi.

7 ¶ Qui secundo vel tertio nubit, præsumitur incontinens, secundum Bald. in authen. cui relictum. j. colum. C. de indicta viduitate tollenda & Angelum in authen.

8 ¶ Quod autem dictum est de secundo matrimonio, idem intelligas de tertio & vltetriori: cum sit eadem ratio: nam si alter coniugum ad tertia vota trāsierit, tenetur reseruare filiis secundi matrimonij, illud quod habuit titulo lucrativo de bonis secundi viri, per dictam legem cum aliis. C. de secundis nuptiis. 1

9 ¶ Id quod pater vel mater iure hæreditario habuerit ab aliquo filiorum primi matrimonij, si ad secundas transeat nuptias, tenetur reseruare aliis filiis eiusdem matrimonij, vt hic, & authen. ex testamento. & ibi Bart. in principio. C. de secundis nuptiis. tenet Angel. in authen. de nuptiis. §. huc nos. & §. non solùm. coll. iiij. vbi vide qualiter mater succedit filio ex testamento & ab intestato. In bonis enim aliunde prouenientibus: succedit in plenam proprietatem. In his verò quæ proueniunt à patre: succedit solùm in vsufructu: vide iuxta hoc Bald. in dict. authen. ex testamento. col. j. 2

10 ¶ Intellige hanc reseruationem quantum ad proprietatem, vsusfructum autem reseruare non tenetur pater nec mater, vt hic dicitur, & in dict. l. fœminæ & d. l. generaliter. cum multis aliis. C. de secundis nuptiis. & in authentic. de nupti. §. si verò ex pectet: & §. si verò solum. & ibi Angelus, & in §. hinc nobis. colla. iiij.

11 ¶ Nisi à testatore sit dictū, quòd etiam vsumfructum perdat, si secūdo nubat: nec sufficit dicere si honestè vixerit, secundū Bar. in auth. hoc locum, in principio, in lectura. C. de secūdis nupt. & in l. mulier quæ. §. cū proponeretur. ff. ad Tebell. Angelus tamē & Paulus de Castro ibidem, & Alexander de Imola in iij. col. in ver. Item nota. dicūt q̄ etiam vsufructu priuatur, de quo ibi latissimè per Alexādrū. Sed Angel. in auth. de nō eligendo, secundo nubentes. in §. cum igitur. colla. j. tenet primam partem, declarando tamen vt ibi per eum. vide etiam Ioan. Andan Speculo, in rubrica de secundis nuptiis.

12 ¶ Sed quamuis maritus vel vxor transiens ad secundas nuptias perdat omnia lucra habita à coniuge defuncto aut à filiis primi matrimonij, non tamen perdit ea quæ habuit à cōsanguineis defuncti tenet Ludouicus consil. ccccliij. alias cōsi. ccccxiij. nisi fortè data fuerint à cōsanguineis mortui in eius vita, & eius contemplatione, cùm in effectu videatur datum ipsi coniugi, vt plenè dico in Repetitione rubricæ de dona. inter virum & vxorem. §. xlij. incipiente, amplia quarto. cum sequentibus.

13 ¶ Nota hic, quòd illud quod alias erat dispositū in vxore, extenditur ad maritum, & ita quando aliquid est statutum respectu vnius personæ, non ponderata qualitate personæ, sed actus: extenditur ad omnem personam quæ est de substantia actus, & sic lex quæ loquitur in vxore, habet locū in viro, non quidem ex personarū conceptione, quia femininum non concipit masculinum: cum potius sit contrarium: sed natura actus de quo agitur, in quo iusta ratione debet esse par conditio masculi & fœminæ, vt hic dicitur. Ad hoc facit l. finalis, & ibi Barto. & Bald. & Alexander. C. de indicta viduitate tollenda.

Lex XVI.

SI el marido mandare alguna cosa a su muger al tiempo de su muerte, o de su testamento, no se le cuente en la parte que la muger ha de auer delos bienes multiplicados durante el matrimonio, mas aya la dicha mitad de bienes, & la tal manda en lo que de derecho deuiere valer.

MAritus legando aliquid vxori, non videtur facere animo compensandi cum parte bonorum acquisitorū constante matrimonio quæ vxori debetur.

2 ¶ Ratio dubitandi in huius legis constitutione fuit, quoniam certum est quòd legatum filiæ à patre factum, videtur fieri animo compensandi cum debito necessario. l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrimonio. dicitur autem debitor ex causa necessaria qui ex legis dispositione debet, quia lex ipsum inuitum obligat, vt est pater, quem lex obligat dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. finali. C. de dotis promi. in quo debito necessario, legatum in dubio computatur. vt dict. §. si pater. & de bonis libertorum. l. etiam. §. si debita. C. de inofficioso testamento. lege quoniā nouella. vbi legatum computatur in legitima. Ad idem. C. vnde vir & vxo. authē tica præterea, secundū Iacobum de Aretio. ¶ Cùm autem maritus ex legis dispositione teneatur præstare vxori medietatem bonorum cōstante matrimonio acquisitorum eo soluto, vt foro legum, libro tertio, titulo delas ganancias lege prima. quæ lex ipsum inuitum obligat, ergo si maritus aliquid in suo testamento, reliquit vxori, videbatur animo compensandi cum debito necessario reliquisse, ad quod ex legis dispositione tenebatur. Videmus enim quòd legatū factum ab vxore marito computatur in portione quā maritus habiturus est ex forma statuti vel pacti de dote, vel dotis parte, vt dict. aut. præterea. ita notāter firmat Bar. in d. §. si pater. quē referūt & sequūtur ibi Pau. & Ale. respondētes ad motiua Frederici de Scalis, Angeli, & Raphaelis qui cōtrariū tenent, sequitur etiā Bald. consil. lxiiij. circa finē. iij. volumine. Ad idem facit l. vxore. §. pater naturalis. de leg. iij. vbi pater dotando filiam videtur animo cōpensandi nō donādi fecisse. Ad idem

l.cum pater.§.qui dotale.de leg.ij.

3 ¶ His tamẽ & aliis similibus,quæ breuitatis cau sa omittuntur,non obstantibus, quæ verè non ob stant:per legẽ istam contrarium deciditur, q̃ maritus legando vxori non videtur legasse animo compensandi cum medietate bonorum constante matrimonio acquisitorũ, quæ vxori soluto matrimonio debẽtur.hoc ideo quia hoc casu maritus tenetur vxori nõ quidem ex causa necessaria,sed potius voluntaria,scilicet ex contractu tacitæ societatis in ter maritum & vxorem contractæ per matrimoniũ inter eos contractum & mutuam cohabitationem, vt dictum est suprà l.xiiij. hi autem contractus ab initio sunt voluntarij,ex post facto necessarij.l.sicut ab initio.C.de actio.& obliga.c.cum locum.& qua si per totum de sponsalibus. in his autem debitis qui ex mera volun tate procedunt: non inducitur 7 compensatio legati:nisi hoc in legato dicatur aper tè:vt ff.de lega.ij.ordinatorẽ.C.de rei vxo.actione, l.vnica.§.sciendum.vbi relictum à marito vxori: in dubio non intelligitur animo compẽsandi cum do te:quia maritus tenetur ex suo contractu vel conuentione,secundum Dynum,Salicetum,&alios ibi & in prælegatis locis.

4 ¶ Et per prædicta datur solutio ad contraria: vt procedant quando debitum à lege descendit, & sic ex causa necessaria. Vel procedant, quando debi- 8 tum descendit ex causa lucratiua, vt est dos respectu filiæ.ff.de his quæ in fraudem credi,l. si fraudator.§.j.& finali.notatur in l.Mæuia, in principio.ff. soluto matrimonio. quanquam ex parte mariti sit titulus oneros us:vt l.j.C.de impo.lucra.descrip.lib. x.ff.de actionibus & obliga.l.ex promissione.datur enim dos marito ad onera matrimonij substinenda.lege pro oneribus.C.de iure dotium. c.salubriter,de vsuris.quando quidem vxor consequitur dotem à viro titulo oneroso,non lucratiuo:non compensabitur cum legato sibi à marito relicto, immo dotem & legatum consequitur.Secus esset quando titulo lucratiuo sibi deberetur,vt l.ex qua persona. ff.de regulis iuris:vt paulo antè diximus.Ad §. qui dotale.l.cum pater, de legatis secundo. respondet Paulus de Castroin l.creditorem,de legatis ij.quòd ibi legatum est precium rei debitæ: vnde ex modo legandi,videtur animo compensandi legasse;vt per 9 eundem Paulum de Castro in dicto §.qui dotale. vbi videas alios doctores recentiores. & hæc sint satis de ratione dubitãdi & decidendi ad hanc legem.

5 ¶ Hinc est q̃ si vir legat vxori: non videtur legare dotem vxoris,ideo vtrunq; cõsequitur,vt d.l.j.§. primũ itaq;.C.de rei vxoriæ actione.Secus est in patre,vt l.si cũ dotẽ.§.pater.ff.so. ma. quia à patre habet duplicẽ causam lucratiuã; sed à marito nõ habet nisi vnã;q̃ est tolerabile,vt d.§.primũ,&ibi Bal.

¶ Hinc est etiam,quod stante statuto quòd vxore præmoriente,maritus lucretur certam dotis partem,si vxor aliquid legat marito, non videtur computare cum illa parte. Tenet Bald. in dicta authentic.finali colum.versi.restat modo. & in l.quoniam in prioribus.ij.colum.versi.sed iuxta hoc quæro. & versi.& per hoc determinat quæstionem.C. de inofficio. testam.& in l.si vxor tua.ver.quæro nunquid. fin.colum.C.de bonis auctо.iudi. possidẽ. finaliter Bald.in prælegatis locis facit bonam distinctionem quam per te videas,& per doctores alios antiquos & modernos repetentes dictam authẽticam.

6 ¶ Ex istis infertur ad quæstionem, an terminus datus ex indulgentia includatur in termino dato à iure:de qua plenè traditur in l.ij.ff.de re iud.& in capitul.cum ex eo,de elect.lib.vj.& in l.siquis suus hæres.C.de repu.hæredi.& ibi per Paulum de Castro. & per Felinum in cap.ij. de treuga & pace, colum. ij.in fine,vbi dicit, quòd habens licentiam intrandi monasterium,intelligitur de prima vice & si intrauit ea die qua omnibus intrare licet, expirat eius facultas. allegat Albericum in ij. parte statutorum. quæst.clxxxj.quia cùm ingressus possit esse periculosus, est meritò restringendus, regula tamen est quòd terminus datus ex indulgentia, non includitur in termino iuris. Sic nec legatum includit bona quæ alias vxori debentur ex iuris dispositione, vt hic vide Bald.in l.finali, columna. prima. C. qui admitti.

¶ Ex istis infertur, quòd si maritus cũ ab vxore dotem recepit in extremis positus, legauit vxori pro alimentis certam pecuniæ quantitatem,vel certum fundum ad alimenta:marito vita defuncto, vxor repetit dotem & legatum, potest, quia non videtur relictum animo compensandi cum dote, vt patet ex prædictis.vide Bal.in l.si vxor tua.ver. quæro nunquid. fin. colum. C. de bonis auctо.iudicis possidendis. & Paulum de Castro consilio ccxlvj. Bartol.in l.si cui animum.ff.de annuis lega. facit l. quidam.ff.de vino tritico oleoque legato.

8 ¶ Pars bonorum acquisitorum constante matrimonio quæ vxori debetur,est dimidia,vt l.j.titu.de las ganancias.foro legum,& lib.Ordinationum.Appellatione enim partis,intelligitur dimidia. l. etiã. ff.de vsufructu.l.de ætate.§. qui interrogatus. ff. de interro.actionibus.l.nomen.§.portionis. ff. de verborum significat.l.seius & ibi Bald.C.de inoffic.testa.¶ Nisi adiiciatur verbum aliqua, nam tunc de minori quàm dimidia intelligitur. gloss.in cle. j. in principio,de foro compe.tenet Bald.in capitu.j. in principio,de feu.aliena. Sed contrarium probat l. si vnquam.C.de reuocan.dona.vbi partemaliquam intelligunt dimidiam, tenet Bald. in l. si cum vel in vtero.in fine.C.de testa.militis.Aliquando appellatione partis,venit totum.l.vxori,in principio. cum glo.& ibi Bart. de lega.iij.& l.rectè.§.quintus.ff. de verborum signifi.

9 ¶ Vxor est habitura medietatẽ bonorum quæ fuerunt multiplicata constante matrimonio,vt hic dicitur,& colligitur ex prælegatis legibus Regni, intellige soluto matrimonio,nã eo cõstante, quamuis dominium transeat in vxorem pro sua parte vel dimidia, quod apparet ex eo quod per idem verbum lex ea defert marito & vxori,dicens,acquisita per coniuges constante matrimonio habeant æqualiter ambo,vt plenè dixi in mea repetitione rubric. de donationibus inter virum & vxorem.co.cccxix. alias §.lxv.col.ij.ver.idem videtur dicẽdũ.&colum. ccclxij.alias.§.lxvj.col.vij.ver.vel aliter & fortè melius.alias folio.xxxix.col.iij. nihilominus tamẽ maritus solus potest de his bonis multiplicatis disponere & alienare ex iusta causa cessante fraude, vt ja tè dixi.Vnde nõ habet vxor cõstante matrimonio efficaciter dominium rerum acquisitarum, immo verius est habitura post solutũ matrimoniũ sicut in simili dicimus de rebus donatis à marito vxori cõstante matrimonio, vt dicit Speculator titulo. de donationibus inter virum & vxorem.§.tertio. vers. illud etiam.traditur in §.sui autem. instituta de hæredum qualitate & differentia. vbi filius est quodammodo dominus in vita patris, propter ius quòd habet in spe,ad bona patris post eius obitum:vnde aliquando exponitur verbum habet,pro habere debet.l.si vxori.§.cùm ita.& ibi Bart. ff. de auro & argen.le.& in l.nemo.ff.de resti. in integrum. Ex istis infertur, quòd vxor non perdit hanc medietatem propter delictum mariti,vt infrà lege lxxvij.

10 ¶ Ex istis infertur ad quæstionẽ,an propter delictum mariti vxor perdat medietatem bonorũ quæ cõstante matrimonio fuerunt multiplicata, & dicẽdum q̃ non,vt infrà l. xxvij. vbi dicemus Deo propotio; ibi enim præsupponitur q̃ vxor habet dominium medietatis sibi competentis, alias delictum mariti ei noceret, & ita quilibet potest per delictũ perdere partem sibi debitam vt l.si ex duobus.ff.de noxalibus act.notatur in l.si duo.ff. si quis cautioni bus.nam & vterque socius durãte societate potest alienare de bonis communibus societatis,ex causa societatis,nõ in fraudem, vt per glo.in l.nemo, in principio.in ver.alienari.ff.pro socio,& in Speculo de præscrip.j.col.versic. quid si is. habet ergo vxor ius ad medietatem rerum quæ fuerunt constante matrimonio acquisita,cuiuscunque fuerint qualitatis,vt per Bald.in l.si constante.§.fi.ij.col.versi. vltimo quæro.ff.soluto ma.Bart.in l.fin.ff. de vsufructu legato.& in l.j.C.de vsufructu.& probatur hic,& in prælegatis legibus Regni, ti.delas ganancias. l. j. quæ generaliter deferunt vxori medietatem omnium bonorum, quæ constante matrimonio fuerunt multiplicata,id est multa facta, alioqui non dicuntur multiplicata, arguendo ab ethimologia vocabuli quãuis sint cõstante matrimonio acquisita.

11 ¶ Vnde si ex vna parte multa bona fuerunt acquisita, & ex alia multo plura fuerunt perdita, acquisita non dicentur multiplicata,quamuis constãte matrimonio fuerint habita.Sed succedunt in locum bonorum amissorum, illud ergo quod superest vltra capitale coniugum,dicitur lucrum,& diuiditur inter coniuges,sicut de sociis dicimus, vt per Bald.in l.j.q.ij.C.pro socio.& in l.j.penult. col. ver. circa secundum. C. commodati. dum loquitur de forma diuisionis inter socios. de quo plenè dixi in Repetitione rubricæ de donationibus inter virum & vxorem.vbi multa scripsi super intellectu & limitatione dictarum legum Regni §. lxj. incipiente operatur alium & quintum effectum, cum sequentibus.alias folio xxxj.

12 ¶ Oportet autẽ q̃ maritus & vxor simul cohabitẽt quãdo talia bona fuerunt acquisita & multiplicata,vt sentiunt leges Regni prædictæ, & sic eas declarat lex stilli ccvij. quæ incipit todo deudo. Vnde si ante traductionem vxoris ad domum & simultaneam cohabitationem maritus vel vxor aliqua bona acquisierunt, acquirentis erunt & non communicabit cum altero;vt plenè dixi in prælegata Repetitione.idem tenuit doctor de Segura in repetitione §.Sed & si fundum. l. vnum ex familia.de legatis ij.col.ix.in fine.ver.primo casu.dicẽs per hoc, 13 quòd si maritus postquam cõtraxit matrimonium per verba de præsenti, vxore nondum traducta ad domum aliqua acquisiuit, non communicat cum vxore,immo sibi retinet, per dictas leges Regni. Idem dicit de vxore quæ nondum traducta aliquid acquisiuit durante matrimonio, sibi retinet & non communicat cum marito, vt æqualitas inter coniuges seruetur.argumen.l.fina.C.de fructibus.& litis expen.& quia contrariorum eadem est disciplina.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.& correlatiuorũ idẽ est iudiciũ.l.fi.C.de indicta viduitate tollenda.facit q̃ notãter dicit Bal. in authẽ. hoc locũ. C.si secundo nupserit mulier. vbi dicit q̃ si maritus relinquat vxorẽ suã dominã massariam & vsufructuariam omniũ bonorum: certè stantibus filiis cõsuetudine vulgari interpretatur quod habeat alimenta tãtum:vt per glo.& doctores in dicta authẽtica hoc locum.Bar.& alij in l.Titia.§.fi. de lega.secũdo.Idem erit econtra, secũdũ Bal. vbi suprà si vxor in suo testamẽto relinquit maritũ dominũ massarium & vsusfructuarium bonorum suorum: nam stantibus filiis habebit locum dicta consuetudo.

¶ Ad idem facit q̃ voluit Bal.in authẽ. dos data.j.col.C.de donationibus ante nuptias. vbi dicit q̃ ficut mulier non lucratur donationẽ propter nuptias,quando non sustinuit onera matrimonij, vt dicit ille textus:ita nec maritus vigore pacti,vel statuti,non debet lucrari dotẽ quãdo non sustinuit onera matrimonij ratione correllationis.Item vir & mulier, maritus & vxor non iudicantur ad imparia.vt c.pe.& fi.de secundis nup.sed vna est eorum lex regulariter;vt per Spe.de feu.§.quoniam. versi. vigesimò quæritur.

¶ Sic etiam dicimus patrem & filium ad pariæ iudicari in prohibitiuis & permissiuis:vt colligitur ex authen.licet patri. C. de naturalibus liberis. vbi quẽadmodum pater tenetur alere filiũ, vt l.si quis à liberis. ff.de liberis agnoscẽdis, sic econuerso filius patrẽ,vt ibi dicitur.& ideo dicit Azo,Sicut pater non instituit filiũ spurium, ita nec spurius patrem;q̃ est notabile,& est ratio, quia indignior est paternita dicit Bal.in d.authẽ. licet.in fine. & idem dicimus de naturalibus filiis:nã sicut,& in quãtũ,& quando succedant liberi naturales parentibus: ita & in tantũ,& toties debẽt succedere parẽtes naturales filiis naturalibus:vt par pietas seruetur eis:ita dicit Azo in summa;de naturalibus liberis.col.j. in fine.versi.sicut autẽ. refert & sequitur Bar.in auth. quibus mo.natu.effic.sui. §.si quis igitur,in principio,colla.vij. ¶ Ex quibus alias dicebam,q̃ cum filius clerici beneficiati non succedat matri:vt disponit lex Regni Io.j.Soriæ,petitione xviij. quæ reperitur Ordinationum lib.j.tit.iij.l. xxj. similiter ipsa non succedet filio.tenementi.

¶ Concludamus igitur redeundo ad propositum nostrũ,q̃ illud quod alias dispositum est de vxore respectu mariti:habebit locũ in marito respectu vxoris,vt est tex. in l.fœminæ. iuncta lege generaliter.C.de secũdis nuptiis.glo.in d.l.fœmina.§.illud.in verbo possessionẽ:quæ extendit illũ text. loquentem in vxore transeunte ad secundas nuptias quòd id quod ratione primi matrimonij habuerit: teneatur reseruare filiis prioris matrimonij. Idem in viro, vt authen. nec virum quod ex dote.est hodie lex expressa,suprà l.xv.

¶ Si sponsus ante traductionem sponsæ,accepit dotem,& cum ea negotiabatur: an ex superlucratis sponsa debeat habere medietatem,prout haberet si esset vxor, vt disponuntiura Regni? videtur quòd non,quia negari non potest, quòd dos data sponso,data sit vt viro.arg.l.fi.C.de dona.ante nup. tenet Bald.in l.pactum.xx.q.C.de colla.lege Regni. iiij.partit.tit.xj.l.ij. vnde si dos debeatur per statutum,vel datur viro:intelligitur si nubat, secundum Paulum de Castro,consilio cxxix.

14 ¶ Præterea dotẽ nõ recipere antequã mulier du

catur ad domum: non est in potestate mariti; cum & ante traductionem vxoris solui possit viro: vt notat Angelus in l.j.ff.qui poti. in pign. habe.

¶ Item quando dos datur viro, intelligitur data vt eam habeat in bonis suis & in suo patrimonio vel dominio, & vt negocietur cum ea, & sustineat onera matrimonij: & postquam dos soluta est viro, vir debet subire onera personalia imposita pro rebus: vt habetur in l. in rebus. §. j. C. de iure dotium. & in l. doce ancillam. C. de rei vend. Bart. in l. neq;. ff. de impen. in rebus dotalibus fa. licet antequam dos soluatur viro dos sit in dominio vxoris: vt dict. l. rebus. §. j.

15 ¶ Item quando dos data est viro: etiam si actum non sit expresse: tantum videtur actum & exinde quæsita communicentur, per legem Regni ti. delas ganancias. l. j. foro legum. Ex tali verò donatione in dotem: non possumus dicere quòd insurgat contractus venditionis depositi, cõmodati, neque alterius contractus: sed quædam solutio dotis pro vxore in maritũ facta: quia dos solutaantequam mulier ducatur ad domum viri, non obest: vt suprà dictum est: sed habetur ac si matrimonio consummato solueretur, secundum g'o. in l. fi. C. de pact. pigno; Tenet Bart. in l. qui Romæ, in principio. ff. de verbo. obliga. & Paul. de Castro in l. item quia. in fi. ff. de pac.

¶ Item dos habet sua priuilegia à tempore quo datur viro, vt tenet Bald. in l. assiduis. fi. col. versi. habes hic glosam notabilem. C. qui po. in pigno. habe. Et hoc priuilegium datur doti in fauorem vxoris: vt l. j. ff. soluto matrimonio. Si ergo dos postquã soluta est viro: gaudet suis priuilegiis: debet gaudere etiam mulier si nondũ sit traducta ad domũ viri.

16 ¶ Præterea negari non potest quod de iure Imperatorum & etiam Regni nostri, fructus rei dotalis percepti ante nuptias sunt vxoris tantum, non mariti: & conuertuntur in dotem: vt l. dotem fructus. §. j. ff. de iure do. iiij. partita, tit. xj. l. xxviij. Et consequenter augent dotem: vt l. cum pater. §. fi fundum. & ibi Bart. & alij. ff. soluto matrimonio. sed fructus dotis in pecunia est lucrum quod ex ea percipitur, vt tenet Bald. & alij in l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimonio. & Bart. in l. fin. eod. ti. Vnde ex quo ex pecunia data in dotem percipitur: erit vxoris tantum, non viri: vel saltem erit commune viri & vxoris, quia si sponsa apposuit pecuniam: sponsus posuit opera & industriam in acquisitione lucri ex ea percepti, & industria potest æquiualere pecuniæ. in fi. de societate.

17 ¶ Præterea in contrahenda societate, cùm sit contractus qui consensu contrahitur: non sunt necessaria verba, vt l. si stipuler. ff. de verbo. obliga. §. fi. notat Io. Faber inst. de societate. §. j. vnde re ipsa quod contractum est matrimonium inter sponsos, videtur similiter contracta societas inter illos; etiam si non cohabitent simul, vt per Bart. in l. Filium. §. altero, secunda column. versic. quæro an societas. ff. de adminis. tuto. tenet Petrus de Perusio in tractatu societatis. ij. parte, per totum. & Franciscus Por. in tractatu de duobus fratribus. ij. parte. quæst. lvij. Sponsa autem largo modo quantum ad hoc dicitur sponsi socia, vt in speculo de feudis. §. quoniã. versi. xx. ergo debet habere medietatem lucrorum, quamuis non habitet cum sponso, ex quo tradit sibi dotem cum qua negotiatur, vt l. j. & ibi Bal. & alij. C. pro socio.

18 ¶ Et si opponas de l. fin. titu. delas ganancias, foro legum, & eod. titu. l. iij. foro nouo, vbi vxor consequitur medietatem eorum quæ lucrantur constante matrimonio, etiam si parum vel nihil adduxit ad matrimonium, dic quòd non obstat, quia iam vxor traducta; seruit viro, & sic ponit operas obsequiales, vt l. sicut. C. de operis liber. quam sic intelligit Bald. in authen. ex testamento. column. tertia. versi. decimum. C. de colla. Item quia acquirit viro ex operis artificialibus vt per Bald. in l. fin. in fine. C. de liberis exhibendis. plenius in l. si vxorem. colum. ij. versi. denuo quæro. C. de condi. insertis. & in l. j. C. de bonis quæ liberis. ¶ Si tamen vxor nihil operatur in matrimonio, neque seruit; neque dotem habet, an acquirat medietatem lucri, ponit Montaluus in dicta l. j. tit. delas ganancias. foro legum, super parte de rei.

19 ¶ Præterea ad prædicta facit text. iuncta doctrina Bald. in l. prima. versi. ij. quæro. C. vnde vir & vxor, vbi dicit text. quòd deficientibus coniunctis, vir & vxor ab intestato vocantur. & dicit Bal. quòd lex illa habet locum in vxore nondum traducta, vt l. Deo nobis. C. de episco. & cle. & l. nihil. ff. rerum amo. & l. cum hic status. §. si mulier & maritus. ff. de donationibus inter virum & vxorem.

20 ¶ Item si opponas de l. prima. tit. delas ganancias foro legum, cum aliis, quibus dicitur quòd si vir & vxor emerunt aliquid simul constante matrimonio, debet inter eos diuidi, vt ibi dicit glosa & doctores præallegati intelligentes illud verbum simul, id est vxore traducta, lucrum diuiditur inter eos, concedo, tamen non negatur ibi quin etiam soluto matrimonio acquisita per maritum diuidãtur inter eum & vxoris hæredes. vt vult l. Regni foro generosorum, libr. v. titu. iij. l. ix. quæ incipit, si vn ome. & l. vj. titu. delas lauores & particiones foro legum. Igitur dicta l. prima. & consimiles non arctant regulam, vt tunc quæsita diuidantur inter maritum & vxorem, quando cohabitant simul, vt prædicti doctores dixerunt, quia etiam eo soluto diuiduntur.

21 ¶ Et si mihi respondes, quòd non est eadem ratio in sponsa, vel vxore non traducta, quæ in vxore mortua, vel quæ in marito mortuo, quia viduus vel vidua dicuntur esse in primo matrimonio interim quod non nubunt, vt tenet Rycardus Ma. quem refert Bald. in l. omnem. C. de bonis ma. Est verum iuris fictione, sed verè, vxor mortuo viro soluta est à lege viri, nec dicuntur vxor vidua & maritus in simul cohabitare, vt cap. penul. & fin. de diuortiis. & iiij. partita. tit. xij. l. iij. in principio, cum similibus. Si verò illa societas & communio bonorum quæ fuit inter maritum & vxorem, est sufficiens vt postea quæsita mortua vxore diuidantur inter maritum & vxoris hæredes, à fortiori societas & communio bonorum quæ nunc est inter maritum & vxorem soluta dote vxore nondum traducta communicabuntur, hoc argumentum bene probatur quasi per totum. C. & ff. pro socio.

22 ¶ Et si opponas contra prædicta quod sponsa vel vxor nondum traducta non seruit viro, & propterea non debent ei prædicta lucra communicari vt prædicti doctores dixerunt, & Montaluus in d. l. j. concedo quòd si mulier non habet in communi cum marito dotem, neq; alia bona, neq; seruit ei ex industria & artificio personæ, nõ habebit partẽ eorũ quæ maritus lucratur antequã maritus eã traducat, neq; ea traducta cõstãte matrimonio neq; eo soluto,

luto: quia qui non participat de labore, non debet participare de commodo: ex labore proueniente: vt l. sed & adiiciatur. ff. pro socio.

23 ¶ Ad leges Regni prædictas quæ volunt quod lucra diuidantur inter maritum & vxoris hæredes ea mortua, etiam si viro non seruiant, dic quòd ibi habant bona in communi hæredes vxoris cum viro, & quia vxor fuit: diuiditur lucrum inter eos. Sufficit enim vxori lucrum habere in communi: quamuis non seruiat viro. Si verò vxor mortua nullam rem dimiserat in communi, quia viro non seruit, non haberet partem lucri: vt d. l. vj. eodem modo videtur dicendum in sponsa non traducta, quòd sinõ seruit sponso; neque ei dotem dedit: non habebit medietatem eorum quæ lucratur sponsus ante traductionem eius ad domum: vt per gl. in d. l. j.

¶ Sed si dotem dedit, licet viro non seruiat sicut vxor mortua: quæ viro non seruit, propter bona quæ dimisit in communi cum marito, gaudet lucro habito soluto matrimonio, ita sponsa nondum traducta propter bona quæ habet in communi cum sponso, gaudebit prædicto lucro, quia eadem est ratio & fortior.

24 ¶ Item non obstat quòd sponsus ante traductionem sponsæ, non subit onera matrimonij; quia non sequitur quòd propter eam non debet habere sponsa partem lucri medij temporis nec reperio in iure talem conclusionem: quia subire onera pondus & sarcina est marito & damnosum, verè miror de tanta iuris prudentia hoc in medium adducere, quia si maritus non subit onera recipit honorem, non emolumentum.

25 ¶ Idem dico ad rationem doctorum, in quantum dicunt, quòd vxor debet esse ducta ad domum viri per dict. l. quæ sano modo intellecta hoc non dicit, sed & vir & vxor diuidunt æqualiter ea quæ emerant de consuno, id est simul, non dicit insimul, id est, postquam vir & vxor cohabitant simul, in eadem domo, sed illud verbum comprarem de consuno, est verbum generale, & habet locum quando fit emptio simul, scilicet de pecunia vtriusque, licet simul non cohabitent. vt l. nihil. & ibi Bart. ff. commuuni diuidendo. & l. ij. & ibi Barto. & Bald. C. pro socio. Sufficit tamen, vt ibi dicitur, quòd sint socij in ipsa emptione.

26 ¶ Item istud verbum de consuno, est relatiuum, & refertur ad suum antecedens, quod est comparen, ergo in ipsa emptione debent simul esse, non tamen in cohabitatione domus, quia & si sint in diuersis domibus; dum tamen ipsa emptio fiat simul, ideſt pro ambobus, vel in communi, aut de communi, emptum erit commune.

27 ¶ Et in hoc hodie est maxima differentia inter ius Imperatorum, & ius commune nostri Regni, quia de iure Imperatorum; quicquid maritus emit durante matrimonio, est ipsius mariti, etiam si maritus vxoris nomine emat, vt l. multum. & ibi Bart. & Bald. C. si quis alteri vel sibi. & l. cum propria. eo. titu. habetur in l. scripturæ. vbi glo. & Bald. C. de fide instrum. & in l. si filij. & ibi Bald. C. de donationibus inter virum & vxorem. Sed iure nostro, empta per maritum constante matrimonio etiam suo nomine, sunt communia per dictam l. j. & per l. Tauri xvj. cum similibus. Nec ad hoc requiritur simultanea cohabitatio, quia maritus & vxor, sunt redacti ad instar sociorum, vt l. aduersus. C. de crimine expi. hæredi. vel ad instar fratrum. argum. de frigidis.

Et si socius nihil ponit in communi, nihil inde percipit: vt d. l. j. C. pro socio.

28 ¶ Item si frater nihil habet in communi cum fratre nihil percipit de acquisitis per fratrem. Si tamen est facta emptio per vnum ex fratribus cõmuniter agentibus. præsumitur facta de bonis communibus: & debet alteri fratri communicari; vt tenet Bald. in l. cum oporteat in principio. C. de bonis quæ liberis. & in l. j. C. si quis alteri vel sibi. Et si quæratur ementi ipso iure, debet actione pro socio fratri communicari: vt l. Filium. §. altero. ff. de administra. tuto.

¶ Vnde concludo quod aut omnia quæsita sunt sponsæ quæ ex dote prouenerunt, aut diuiduntur inter sponsum & sponsam propter operam sponsi positam in acquisitione lucri: & propter ipsam societatem. Et hoc vltimum mihi videtur securius, & rationi & iuri magis consentaneum.

29 ¶ Sed pone quòd vxor ad domum iam traducta expulsa fuit à marito sine causa: & interim maritus aliqua bona acquisiuit durante matrimonio, an debet illa vxori communicare? vide doctorem de Segura in Repetitione legis vnum ex familia. de legatis ij. col. x. in fine. versi. iij. casu. vbi concludit, quòd sic. per tex. in l. si filia. ff. de diuortiis. quia præsumitur malo animo expulisse & fraudulenter: vt l. item si obstetrix. §. fin. cum l. sequenti. & l. item mella. primo responso. ff. ad legem Aqni. & c. cum dilecti, de accusa. & c. j. de præsump. vbi in his quæ sunt de genere malorum, præsumuntur fieri mala fide & in fraudem: nec sumitur præsumptio: vt euitetur delictum: vt l. merito. ff. pro socio, cum similibus. quæ sic debent intelligi, vt vult Ancha. quem sequitur ibi Ioan. de Anania in d. c. cum dilecti. vide glo. in l. ij. C. de peti. hæredi. & in l. j. C. de his quibus vt indignis. Bal. in l. j. colum. ij. ff. soluto matrimonio. & in l. precibus. col. vj. C. de imp u. & aliis. & in c. cum tu. de testibus.

30 Item cum maritus dolo desinat vxorem secum retinere: habetur ac si secum retinuisset. arg. l. finautem. §. sed & his. ff. de rei ven.

¶ Item si contrarium diceremus maritus ex suo dolo reportaret cõmodum, contra l. iij. §. j. ff. de donationibus inter virum & vxorem. & l. regulæ non fraudantur. ff. de regulis iuris. Item vxor ista lucra non habet à marito: sed à lege Regni prælegata. notatur in l. fi. C. de bonis maternis. & in l. iij. ff. de interdictis & relegatis ergo per maritũ auferri nõ potest, regula indultum, de regulis iuris, lib. vj. cum similibus. ¶ Itẽ ex quo per vxorem non stetit quominus cohabitaret cum marito, habetur ac si cohabitasset, sicut de conditione impleta dicit l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de condi. inst. l. iure ciuili. ff. de cond. & demon. non ergo debet sibi imputari, regula imputari. de regulis iuris. lib. vj.

¶ Ad idem facit l. fina. C. de repu. vbi maritus vxorem expellens tenetur dare sibi quartam partem bonorum suorum, fortius partem lucrorum. Item facit instit. pro socio. §. manet. vbi socius qui fraudulenter renunciat societati, vt socium fraudet, non valet talis renunciatio &c. cum autem inter virum & vxorem sit quædam societas, non minus priuilegiata quàm sociorum, secundum Bald. in l. rei iudicatæ. §. socero. ff. soluto matrimonio. & ibi moderniores.

31 ¶ Ad idem facit l. actione. §. Labeo. ff. pro socio. vbi qui intempestiuè renuntiauit societati tenetur

communicare socio lucra interim prouenientia.

¶ Ad idem facit quod dicit Bald. in l. prima. C. de legatis. & in l. quod in vxorem. C. de negot. gest. quòd si maritus expulit vxorem à domo: tenetur eam alere extra domum, idem tenet Ray. de For. in l. Gayo. §. fi. ff. de ali. legatis. & in l. si conuenit. ff. pro socio. Angelinus additionibus ad Angelum in tractatu maleficiorum, in parte, che me ay adulterato. in additione incipiente, in hac materia. Adde Fredericum de Senis consilio. clxxvj. incipit dominó Contrado. refert Præpositus in capitu. plerunque, de donationibus inter virum & vxorem. colú. iiij. versi. quæro maritus. vide Ioan. de Pla. in rubrica de fugitiuis colonis. lib. xj. & textum insti. de ingenuis. §. fi.

32 ¶ Si autem vxor non vult stare cum marito sine culpa mariti: & interim vxor aliquid lucrata est, communicabit viro illa lucra, per ea quæ dicta sunt de marito. & vult Bald. in l. q; in vxorem. C. de ne nego. gest. & in l. j. colum. ij. versic. iij. dubitatur. C. de lega. tenet doctor de Segura in Repetitione l. vnum ex familia. colum. xiij. versi. quarto casu, de lega. ij. ego dixi in rubrica de donationibus inter virum & vxorem.

33 ¶ Sed si vir & vxor ab inuicem separantur propter aliquam iustam causam, cum dispensatione, de qua in cap. ex publico de conuersione coniuga. & postea aliquis eorum aliquid acquisiuit: sic quæsita non communicantur. quia iam non sunt vir & vxor. Segura vbi suprà.

34 ¶ Vnde si ex voluntate vtriusque separantur promittendo castitatem: vt fieri potest. glo. & Abb. in cap. veniens de regula. nota. in c. dudum, de conuersione coniu. Præpositus in cap. præterea. j. column. ij. de sponsa. similiter non communicantur lucra. Segura vbi suprà.

35 ¶ Si autem propter sæuitiam viri separatur matrimonium quo ad thorum; iuxta cap. literas de resti. spo. dos redditur vxori, vt cap. j. & ibi Abbas de dona. inter virum & vxorem. Bald. in l. j. iij. nota. vt lite pẽ. dabitur similiter vxori medietas lucrorum ante separationem habitorum, vt cap. ij. de donationibus inter virum & vxorem. cum glos. iunctis his quæ notat Abb. in dicto cap. j. eod. tit. de obtentis tamen postea vxor non communicabit: quia sua petitione à viro est separata in facie ecclesiæ, licet vir fuerit causa separationis. Segura vbi suprà. in hoc vltimo ego teneo contrà, per ea quæ dixi in rubrica de donatio. inter virum & vxo. nam si verum est quòd ipsa fugiente propria authoritate propter viri sæuitiam ad domum honestam, consequitur medietatem lucrorum: fortius quando ex eadem causa iudicio ecclesiæ separatur à marito.

36 ¶ Si sponsus vel maritus ante traductionem sponsæ vel vxoris etiam dote non recepta, aliquid emit nomine suo & sponsæ: commune erit vtriusque, nõ quidem ratione societatis inter ipsos contractæ, 1
qui requirit simultaneam cohabitationem: sed potius eo quòd vtriusque nomine fuit empta: quod potest constare publico instrumento emptionis vt ficu. quæro & societas. ff. de adminis. tu. vbi inter cætera dicit, quòd societas contrahitur eo quod contractus communi nomine celebratur. Sed Bald. in cap. primo. column. j. versi. & nota. diligenter, de beneficio fratris. dicit non probari societatem ex eo quod per instrumentum constet' rem emptam de pecunia communi: secus si res communiter ematur, vt l. nihil. & ibi Bartol. & Bald. C. pro socio. & ita emptio facta communi nomine vxoris & viri: est communis. ita dicebat quidam. Sed mihi ista decisio non est sine scrupulo; quoniam cum simus extra casum legis Regni deserentis lucra inter coniuges. Si maritus vel sponsus ex sua pecunia emit nomine suo & sponsæ: iam videtur hoc animo donandi fecisse. quæ quid ẽm donatio inter sponsos sicut inter coniuges est reprobata. Cogitabis.

37 ¶ Legatum factum vxori per maritum, non imputatur in medietate bonorum, quæ mulier debet habere ex acquisitis constante matrimonio, cùm talis medietas sua, sit vxoris, etiam si non acceptauerit, transmittit ad hæredes. Segura in dicta repetitione. l. vnum ex familia folio xvj. column. secunda. versicul. ex quo ego. inducit ea quæ notat Barto. in l. arrogata. columna tertia. in quinta oppositione. & ibi Bartol. & Iaso, Paulus & Alexander in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. bene facit l. edicto. §. ad hæredes. ff. de iure fisci. & quod vult Salice. in authentica bona damnatorum. finali columna. C. de bonis damnatorum. vbi allegat plura iura: quæ per te videas, vide Alexandrum in l. vir. ff. ad legem facidiam. vbi dicit, quòd lucrum quod descendit ex legis dispositione efficitur patrimonium eius cui defertur, non hæreditas vxoris vel viri.

Lex XVII.

QVando el padre, o la madre mejorare a alguno de sus hijos, o descendientes legitimos en el tercio de sus bienes en testamento, o en otra postrimera voluntad, o por otro algun contracto entre biuos ora el hijo este en poder del padre que hizo la dicha mejoria, o no fasta la ora de su muerte la pueda reuocar quando quisiere. Saluo si fecha la dicha mejoria por contracto entre biuos ouiere entregado la possession dela cosa, o cosas enel dicho tercio contenidas ala persona a quien la fiziere, o a quien su poder ouiere. O le ouiere entregado ante escriuano la escriptura dello. O el dicho contracto se ouiere fecho por causa onerosa con otro tercero assi como por via de casamiento, o por otra cosa semejante que en estos casos: mandamos que el dicho tercio no se pueda reuocar, sino reseruasse el que lo fizo enel mismo contracto el poder para lo reuocar, o por alguna causa que segun leyes de nuestros reynos la donaciones perfectas & con derecho fechas se pueden reuocar.

LEX ista decidit, quòd melioratio tertiæ & quintæ partis bonorum, quam potest facere pater vni vel pluribus filiis de bonis suis, poterit in vita vel in morte, id est inter viuos, vel mortis causa: quamuis aliqui ante huius legis æditionem de hoc dubitarent, ex eo quòd lex hoc permittens vel concedens patri, posita est in foro legum, sub ti. de legatis vel testamentis. l. ix. per quod ipsi putabant solumodo hoc patri licere per viam testamenti vel legati, non aduertẽtes, q; ea quæ possunt fieri in testamẽtis: possunt similiter in contractu præueniendo

niendo vltimam voluntatem, vt l. si totas. C. de inof fi. dona. vt plenè dico in mea Repetitione, c. per vestras, de dona. inter virum & vxo. Tradit etiam doctor de Segura in repetitioue l. vnum ex familia. §. sed si fundum, de legatis ij. folio quinto, vnde amodo super his non est amplius disceptandum.

¶ Pater vel mater potest meliorare vnum vel plures ex filiis in quinta & tertia parte bonorum suorum: prout disponit lex fori. & ista & sequens. facit l. vnum ex familia, in princip. & ibi doctores, de legatis ij. Bart. in l. si quis ita. ff. de testa. tu. vbi dicit, quòd appellatione filij in singulari, comprehenduntur omnes filij etiam posthumi. l. si quis filiabus. & ibi Bart. ff. de testa. tu. insti. qui dari tu. po. §. si quis filiabus. etiam in conuentionibus. l. si quis operas. ff. de operis lib. insti. qui dari. tu. po. §. fi. cum glo. Ludo. in singularib. alias in parte filius, versic. quæro vtrum. & l. qui filiabus, in principio. de legatis j. & ibi Bart. gloss. & Bart. in l. Titius, in principio. ff. de liberis & posthumis. textus & Bar. in l. qui quartam. §. fi. de legat. j. maximè si non sunt nati filij: nam tũc appellatione filiorum intelligitur de nascituris. Paulus de Castro consil. clxxiij. ad hoc l. ij. §. filius. ff. ad Tertu. secundum Baldum in l. precibus. ix. column. C. de impu. & aliis substitu. vbi etiam venit qui est in vtero. l. qui in vtero. ff. de statu. ho.

3 ¶ Item appellatione filiorum, veniunt etiam fœminæ filiæ. l. si ita scriptum, in principio. & ibi Bart. de legatis ij. & l. si quis ita, in principio. ff. & testa. tu. cum similibus. Intellige in fauorabilibus, secus in odiosis. l. j. §. sed si incertum. & ibi Bart. ff. de ventre in posse. mi. vide legem Regni, foro legum, titulo dẽlas donationes. l. iij.

¶ Ista faciunt ad quæstionem: si testator dixit, lego filiis meis tertiam partem bonorum meorum: an veniant filiæ simul cum masculis: vide Segura in repe. l. vnum ex familia, §. sed & si fundum. vij. colũna in versiculo circa hoc tamen quæritur. vbi videas. 11

4 ¶ Si pater meliorauit vnum ex filiis in tertia parte suæ substãtiæ: intelligitur de omnibus bonis suis. l. nam. §. non omnis. ff. ad Trebell. Segura vbi suprà, secunda columna, versic. & ex hoc ego infero. Idem si dicat rerum mearum. vt dict. §. non omnis. Idem si dicat pecuniæ meæ. d. §. non omnis: item, quia pecuniæ appellatione omnes res continẽtur. l. ij. C. de consti. pe. cum concordantibus.

5 ¶ Idem si dicat solummodo meorum. dict. §. non autem omnis. cum l. sequenti. idem si dicat meæ hæreditatis, vt per Seguram vbi suprà. colum. iij. versi. secus tamen crederem. & Castillo hic plenè.

6 ¶ An filius melioratus in tertia, habebit etiam in bonis feudalibus emphyteoticis quas accepit pater pro se & filiis suis. vide hic Castillo latissimè post Seguram vbi suprà concludentes quòd non.

¶ Multa de donatione facta filio ponit Segura vbi suprà, recitat hic Castillo.

7 ¶ An melioratio tertiæ vel quintæ facta à patre vel matre possit reuocari ab eis. vide Segura vbi suprà & Castillo hic, in parte del padre. vide Bart. in l. & quia. ff. de iurisd. omnium iudi. quam legit cum l. more. colum. ij. versi. dic clarius. Castillo.

8 ¶ Intellige, quòd potest reuocari donatio facta vel melioratio nisi fuerit sibi tradita possessio. vt hac l. Tauri. xvij. tenet Bald. in l. ij. C. de inoffi. dona. Angelus in l. ij. pro donato, glos. in l. Papinianus. ff. de donationibus inter virum & vxorem. Statim ergo valet donatio facta filio secuta traditione: vide Bart. & alios in l. frater à fratre. x. colum. versi. sexto quæro. & ibi repetentes. ff. de condi. indebiti. non expectata morte patris per d. l. Regni. quamuis dict. glo. & doctores contrarium velint.

9 ¶ Pater non det filiis bona sua in vita, vt consuluit Salomom Ecclesiastici xxxiij.

10 ¶ Ora el hijo este en poder de su padre, o no hasta la ora de la muerte la pue de reuocar. Nota quòd melioratio quam facit pater filio suo in potestate vel extra de tertia & quinta parte bonorum suorum valet a principio: reuocabiliter tamen vsque ad vltimum vitæ spiritum, vt statim dicemus, si quidem intelligimus quòd filius erat in potestate: certum est quòd non valuit effectualiter: vt l. secunda. §. filium. ff. de donationibus. l. donationes quas parentes. de donationibus inter virum & vxorem. l. ij. C. de inoffi. dona. ratio est, quia si valeret, statim dominium acquireretur filio, & in continenti reuertetur ad patrem: cum & hodie in profectitiis, quicquid acquirit filius acquirit patri. l. sed si plures. § in arrogato. ff. de vulg. & pup. cum ista ratione transeunt doctores in dicta l. ij. & Bar. in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. & doctor de Segura in dicta sua repetitione. Sed non placet Iasoni in d. l. frater à fratre, vt ibi per eum. Vtcunque sit donatio non tenet efficaciter à principio: morte tamen confirmetur: vt dicta l. donationes. confirmatur etiam emancipatione. l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de dona. & l. siue emancipatis. C. eodem. de quo per Paul. & doctores in dict. l. secunda. & per Iaf. in dict. l. frater à fratre. vide gl. in l. nec fratris. C. de donatio. causa mortis.

¶ Intellige tamen quòd confirmetur morte vel emancipatione: interueniente traditione rei donatæ. glos. communiter approbata in l. Papinianus. ff. de donationibus inter virum & vxorem. gl. tamen in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris sentit contrarium: quam allegat Iason in authen. vnde si parens. C. de inoffi. dona. & in repetitione dict. l. frater à fratre Sed primam opinionem sequitur Angelus in d. l. ij. ff. de donat. Bald. in l. ij. ff. de inoffic. dona. secundum Iaso. in d. l. frater à fratre. in tertia fallentia. & licet prædicti doctores non loquantur in donatione quæ confirmatur emancipatione, secundum doctoremde Segura in dicta sua repetitione: tamen casus est secundum eum in l. ij. C. si quis alteri vel sibi. & in dicta l. siue emancipatis. C. de dona. vbi hoc expressè habetur secundum Bald. & Salice. vide Montaluum, vj. partita, ti. xv. l. iiij. si autem in casu nostro non interuenit traditio: bene potuit reuocari melioratio.

22 ¶ Ex istis sequitur quòd donatio facta à matre filio, statim valet eo quod mater non habet filium in potestate. l. si constante. C. de donationibus inter virum & vxor. Iason. in auth. ex testamento. C. de colla. vij. nec poterat vtroque casu reuocari: vt l. illud. §. fi. C. de colla. Sed per istam legem poterit mater reuocare: ac si haberet filium in potestate: vt expressè decidit ista lex. vnde quantum ad hoc, frustrà insistimus in patria potestate: de quo infra plenius dicetur.

13 ¶ Saluo si ouiere enrregado la possesion. Si ista verba referantur ad filium emancipatum: colligitur hic, quòd donatio facta filio emancipato sequuta traditione rei donatæ, valet & tenet irreuocabiliter. vt l. secunda. C. si quis alteri vel sibi. & in

dicta l. siue emãcipatis. Si autem referantur ista verba ad filium in potestate, probatur ex ista lege, q̃ donatio facto filio in potestate sequuta rei traditione, valet & tenet: nec potest reuocari à patre: & sic intellecta ista lex inducit ius nouum: quia ante huius legis ædictionem si pater donabat & tradebat filio in potestate: poterat ad libitum reuocare: vt d.l. donationes quas parentes. cum similibus. quia nec tunc transibat in filium dominium rei donatæ, vt plenè per Iaso in d.l.frater à fratre. column. xxj. remanebit tamen paternaturaliter obligatus & morte patris confirmabitur donatio plenissima perfectione, vt sentit Bart. in d.l.ij. C. de inoffi. dona. & in l.si sub conditione. ff. de solu. Iaso. in d.l.frater à fratre. col. xxj. pro quibus facit glo. in l. Pomponius. ff. familiæ herciscundæ. ver. in potestate. quæ dicit hoc esse speciale in dote: ergo in contrarium est regula, quam videtur inducere ista lex eo modo quo diximus. vide Bart. in l. nam neq;. de legatis j. vbi vult, quòd æquiparatio sui & emancipati, procedit quãdo suo hoc est vtile, vt existentia sui hæredis nil operetur.

14 ¶ Quod autem talis donatio reuocari possit, allegabatur textus in l. cum pater. §. à filia. ff. de leg. ij. iuncta glo. qui loquitur vbi filia tenebatur vni filiorum prædia restituere: quia pater hoc ab ea petierat. In casu tamen nostro, licet patri donare vel meliorare vni vel pluribus ex filiis in quinta & tertia bonorum suorum si voluerit: non tamen cogitur, nec tenetur si nollit. Item ibi filia tenebatur restituere cum moreretur, vnde eligendo ante tempus mortis non videtur cum effectu elegisse, quia posset donare: quia posset contingere, secundum Paul. ibi, q̃ electus moreretur ante mortem eligentis: quo casu irritatur electio: & posito quòd non decederet, posset euenire casus quòd omnes alij decederent ipso relicto: & sic ipse solus esset habiturus etiam si non fuisset electus: quæ omnia cessant in donatione facta filio, vnde certè ille textus ineptè allegatur ad hoc propositum: fuit ergo necessaria decisio ista, quæ multas altercationes & iurgia remouet circa donationes & concessiones quas faciũt parentes filiis;

15 ¶ Si tamen processum est ad rei donatæ vel concessæ traditionem efficaciter & irreuocabiliter valet donatio, vel concessio facta filio etiam in potestate constituto. Vnde hodie quantum ad hoc nulla est differentia inter filiumfamilias & emancipatum: tradita ergo possessione filio, donatio valet efficaciter & non potest renocari: vt l. possessionem. C. de reuo. dona. & foro legum, lib. iij. ti. de las donationes. l. ij. Idem videtur si pater constituat se filij nomine possidere dictam tertiam suorum bonorum partem: vt l. quod viro. ff. de acqui. po. vbi plenè per Alexand. post alios, glo. in l. ij. C. de dote cauta non vsucap. per donato. ego alias scripsi in rubrica de donationibus inter virum & vxorem. col. cccxcviij. vbi magno affectu, desiderauj hanc decisionem, & postea cum legibus fiendis intenderemus in curiis Taurinis super insteti: vt hæc lex fieret super hoc, & me instante facta est. vide quæ postea addidi in secũda impressione.

16 ¶ Ex istis infertur, quòd si pater emit libros nomine filij & tradidit ei, statim efficiuntur sui, non habita discretione seu differentia an sit clericus vel doctor; quoniam ex huiusmodi traditione statim efficiuntur sui irreuocabiliter, quicquid dixerint doctores antiqui & recentiores; præsertim Ias. in l. filia licet. C. de collat. idem videtur de aliis expensis quas facit pater cum filio in studio: nam cùm statim tradantur, efficiuntur propriæ ipsius filij scholaris irreuocabiliter. idem in quacunque alia donatione quam facit pater filio per istam legem singularem: nec restringas eam ad casum speciale, quando pater viam meliorationis: expressè huiusmodi donationem vel concessionem faciebat; quoniam veritate inspecta, quæcunque donatio vel concessio facta à patre filio, quouismodo fiat, refertur ad meliorationem tertiæ vel quintæ, nisi aliter fuerit protestatum, cùm hoc fuerit vtilius filio donatario & per hunc modum efficacior sit concessio. arg. l. iij. ff. de testam. min. hodie habemus decisionem de hoc in l. xxvj. infrà eod. quæ incipit, Si el padre. Ibi Deo propitio dicemus: tene ista memoriæ pro filiis, præsertim scholaribus, qui habebunt sibi donationes & concessiones prædictas præcipuas, & fortè non tenebuntur eas conferre volentes succedere parentibus donantibus quo ad suam legitimam: nam si videntur ista concessa per viam meliorationis, melioratio non confertur, cùm sit prælegatum: ergo, vt colligitur ex dict. l. xxvj. sed lex xxix. aliter videtur disponere in collatione donationum. Cogitabis super hoc, quia est noua consideratio, quæ si harum ædictionis tempore in mentem venisset, facta esset super hoc salubris declaratio: & necesse est quidem, vt aliquando fiat; cùm assiduè veniat in practica.

17 ¶ Ad validitatem donationis quam facit pater filio, non est necessaria præsentia filij donatarij vel meliorati. l. cùm pater. §. surdo. de legat. ij. vbi legatum vel prælegatum potest fieri absente legatario: cùm autem legatum sit donatio, vt l. prima. de lega. ij. meritò ista donatio vel melioratio filij potest fieri absente filio: nam & aliæ donationes fieri possunt absenti. vt l. absente. ff. de donatio. & cap. si tibi absenti. de præbend. libro vj. vide doctorem de Segura in dicta sua Repetitione l. vnum ex familia. de legatis ij. folio iiij. versic. quinta. An autem sit necessaria approbatio tacita: vel expressa ipsius absentis per nuncium vel epistolã vide in prælegatis locis.

18 ¶ An per instrumentum in quo dicitur, quòd pater donauit & tradidit, probetur possessio traditione. vide Bald. in l. minus instructus. j. col. versi. sequitur in textu. C. de acquiren. possess. & in l. iudicia. in princ. C. de rei vendi. & in rubric. C. de contra. emp. q. xix. & in l. j. in princ. C. de suffrag. Barto. in l. prædia. circa fin. & ibi alij doctores. ff. de acquir. possess. Lanfranc. in cap. quoniam contra. de probationib. in parte, testium depositiones. Bald. in l. non idcirco. C. de fide instru. intellige quòd transfertur, nisi res sit immobilis, quæ tradi non potest. Bal. in dicta rubr. C. de contrahen. empt. q. xix.

19 ¶ Transfertur tamen possessio per constitutionem præcarij. l. quod meo. in principio. & l. interdũ. §. fi. & vtrobique doctores. ff. de acqui. po. Bart. in l. iij. col. viij. versi. & prædicta vera. C. de pignoribus. & in l. ab emptione, in fine. ff. de pactis. & capi. ij. de consue.

20 ¶ Vnde si constituat se quis, constituo me tuo nomine possidere, sufficit ad trãsferendam possessionem. glo. in d.l. minus instructus. & ibi Bald. si constituens tempore constituti possidebat. glo. & doctores in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acqui. po. Bar. & Angelus in l. quidam. ff. de rei vendi. Bald. in dict. l. minus

instructus. Lanfranc. vbi suprà.

¶ Vnde si quis tantum vacuam traderet possessionem, satisfacit si constituat se eius nomine possidere. glos. & Bart. in dict. l. ab emptione. dummodo venditor constituens possideat: vt dixit Bart. in dict. l. quod meo. quia nemo potest plus iuris, &c. Adde quòd per constitutum transfertur possessio naturalis & ciuilis, nisi sit contractus simulatus: vt per Bart. in l. emptor. ff. de aq. plu. arc. & in l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. xj. in ij. not. Bal. in l. iij. C. plus valere quod agitur. fin. col.

21 ¶ Item quamuis constitutio precarij sit ficta: possessio tamen est vera. Bart. in d.l. ab emptione. in fi. ff. de pact. & in l. si is qui fin. col. ff. de vsucap. vnde si spolietur, aget interdicto vnde vi.

22 ¶ An autem per licentiam intrandi possessionem, transferatur possessio. Bal. in l. necessarius. ff. de pign. actio. & in c. j. ij. col. quid sit inuesti. Innoc. Host. & alij in cap. ij. de consuet. Flor. in l. seruitutes. col. iij. ff. de seruitu. tenent quòd sic: quia paria sunt tradere possessionem, vel eam relinquere, vt alter ingrediatur: vt per Bald. in l. fin. C. quando fiscus vel priua. Sed contrarium est verum, quia vel balis inuestitura, non transfert possessionẽ, secundum Bal. in prælud. feudo. col. xj. etiam si possessor velit eandem possessionem transferre, secundum Bald. in d. c. j. quid sit inuestit. col. iiij. in fi. Innoc. & alij in c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte cap. Io. Andr. c. cùm M. de constitut.

23 ¶ Potest tamen inuestitutus capere possessionem propria auctoritate, vt per Bald. in d. rubri. de contrahen. emp. q. xvij. & in l. traditionibus. ff. de pact. & in d. capit. j. col. ij. & Angel. in l. si vacantia. C. de bonis vacantib. lib. x. Innoc. & alij in cap. ex parte. de consuetud. vide Vitalem in libro clausularum, in regul. constituit se precario possidere.

¶ Idem dicendum est de licentia data à iudice de intrando possessionẽ: quia non videtur tradita possessio nisi corporaliter & realiter tradatur. Abb. & alij in c. cum aliquibus. ij. & iij. col. de re iudica. per Bald. in prælud. feud. col. vij. versicu. per primam. & ibi in addit. in parte, transfertur possessio.

24 ¶ An donatarius cui est facta donatio de tertio & quinto: vel emptor cui nondum est tradita possessio rei emptæ vel donatæ: possit se opponere: ne tertius mittatur in possessionem, vide Bal. in d. c. j. quid sit inuestitura. col. j. versi. extra nota. qui concludit quòd non. & præfertur secundus cui est tradita possessio. l. quotiens. C. de rei vendic. vnde sumpta fuit lex Regni, iij. partita. vnde primus emptor vel donatarius non potest agere contra secundum. Sed bene contra venditorem. l. qui duobus. ff. de fals. secundum Bald. in d.l. quotiens. Ex his infertur quòd non dicitur plenè beneficiatus: qui non habet possessionem beneficij, &c. cùm in cunctis. de elect. nisi in collatione facta à principe: vt traditur per Ioannem Andr. in c. in nostra. de iniur. per Bald. in prælud. feudorum, vbi dedit remissionem, sed hoc non credo verum. vt ibi dico. vide Segura. in d. repeti. fol. j. col. j. in fine. versic. & ex hoc infero.

25 ¶ Per traditionem scripturæ transfertur res in ea contenta. vt l. j. C. de donat. vnde sumpta fuit lex Regni, foro legum, eo. tit. l. j. & ij. & x. & lex Tauri xvij. etiam si res non sit præsens, vt dictis legib. intellige dummodo possessio rei donatæ sit penes donatorem tempore donationis & traditionis instrumenti. l. iij. §. j. ff. de acq. poss. intellige siue tradat instrumentum, quo ipse emit: siue quo vendidit: vt d.l. x. cum aliis, de quibus suprà, signanter in d.l. x. ibi, si le fiziere ende carta, y gela diere. Quam tene memoriæ, quia fortè alibi non reperies.

26 ¶ An instrumentum rei donatæ vel venditæ quod habet emptor vel donator debet remanere penes ipsum venditorem vel donatorem vel hæredes eius: nec tenetur reddere emptori vel donatario? dic q̃ penes venditorem vel donatorem seu hæredes eius quando tenentur de euictione. tenentur tamen præstare cautionem de præstando emptori donatario vel legatario cum opus fuerit. l. instrumenta, & ibi doct. signanter Bald. C. de fideicom. & in d.l.j. in fi. C. de dona. de venditore non. in l. Titius. ff. de actio. emp. & vend. & in l. si prædiorum. C. ad legem falci. in quibus iuribus videas plenè.

27 ¶ Ora el hijo este en poder del padre. Nota ex his verbis iuncto principio ibi, quando el padre, o la madre. quòd mater potest donare filio existenti in patris potestate, eiusdemque mariti. de quo vide Bald. in l. si constante. C. de donat. inter vir. & vx. vbi dicit, q̃ iste passus est multum notandus: & si vis procedere sine scrupulo, facias apponi ista verba, q̃ nó quæratur patri vsusfructus, alias est dubium: vt ibi per Bal. & Salic. & Ias. in l. frater à fratre. in fine.

28 ¶ An autem mater viuente marito donare possit dotem vel eius spem: vide text. & docto. in l. constante. C. de donationibus.

29 ¶ Quæro mater meliorauit filium in tertia parte bonorum viuente marito, an debeat deduci de dote: vide quæ scripsi in rubri. de donat. inter virum & vxorem. col. ccxxvj. in mea Repetitione.

¶ Si pater vel mater dotauerunt filiam, an totam dotem debet soluere pater, an medietatem: an de bonis superlucratis constante matrimonio: ibi etiã oportunè differo. videas per te.

31 ¶ O le ouiere entregado ante el escriuano la carta dello. Nota q̃ per traditionem instrumenti, res in instrumento contenta tradita videtur. Sumitur hoc ex l. j. C. de donat. & ex lege Regni foro legum, lib. iij. tit. de las donationes. l. ij. Item si quis legauit instrumentum domus, ipsam domum legare videtur: vt per glos. in dict. l. j. ad hoc l. seruum filij. §. cum qui chirographum. de leg. j. idem de eo qui pignorat instrumentum emptionale: nam videtur pignorare rem ipsam emptam & sibi traditam: vt C. quæ res pigno. oblig. pos. l, cùm constet. Idem de eo qui vendidit instrumenta, qui nomen vel corpus vendidisse videtur. vt dict. §. eum qui. Quod autem ibi dicitur de corpore, intelligendum est, si res fuerit ei tradita & pretium solutum, vel habita fides de pretio. l. quod vendidisti. ff. de contrah. emp. alias dominium rei non transfertur quod penes se non haberet. vt per glo. & Salic. in d.l.j. C. de donatio.

¶ Quid si dominium rei penes se habeat, sed non possessionem, an tradendo instrumentum transferat dominium. glos. fin. in dict. l. prima. C. de donat. dicit quòd non. argum. l. quædam. ff. de rei vendi. in contrarium facit instrumenti traditio, quæ videtur habere vim traditionis rei: vt d.l.j. quæ loquitur indistinctè, & in dicta l. secunda. & lex ista. item quia dominium quæritur sine possessione. licet sit apud tertium. l. si fundum. ff. de fundo dotali. cum concordantiis ibi allegatis. Cum dicta glos. transit Cynus & Iacobus Butrig. quos sequitur Salicetus ibi. & respondet ad l. si fundum. vt ibi per eum, quem perte videas.

¶ An post traditum instrumentũ posit pater pœnitentia ductus reuocare donationem (crederem q nõ) quia quo ad hoc nil interest an trãsferat dominium postquam pater fecit q in se erat tradendo in strumentum. & lex ista loquitur indistinctè de traditione. Cogita.

34 ¶ Ex istis infertur, q si mater donauit filio viuente marito specié rei dotalis, q pòt. l. speciem. C. de dona. rem verò dotalẽ in præiudiciũ mariti nõ pòt. vt l. constãte. eod. tit. & tradidit instrumentũ rei seu speciei donatæ filio: non poterit postea mater donationem reuocare. Cogitabis.

35 ¶ An sit necesse quòd res in instrumento contenta sit præsens. Salicetus in dict. l. j. C. de dona. mouet quæstionem quo ad translationem dominij, vbi vide eum post Cynum quo ad effectum quòd nõ possit reuocari donatio: videtur quòd non sit necessarium quòd res fuerit præsens tempore traditionis instrumenti. Cogita.

36 ¶ In eo quod lex ista dicit quòd hoc fiat coram tabellione: videtur sentire quòd in huiusmodi traditione instrumenti: debet interuenire scriptura publica: nec sufficiat id coram testibus fieri. & sit casus in quo requiritur scriptura, quod si verum est: est ius nouum & noua decisio: cum in exercendis litibus parem vim habeãt instrumẽta & testes l. in exercendis. C. de fide instrum. cum similibus: & adde hũc casum in quo requiritur scriptura ad alios quos ponit glossa in capitulo j. de censibus. libro sexto. Cogitabis.

37 ¶ Onerosa. Nota quòd donatio ob causam vt pro matrimonio perfecta est: licet possessio rei non tradatur, & reuocari non potest: vt hic dicitur, tene mẽti: dicitur autem donatio ob causam matrimonij onerosa respectu mariti: quia ex ea tenetur subire onera matrimonij. l. fi. §. si à socero. & ibi Bart. & alij. ff. de his quæ in frau. cred. l. ex promissione. ff. de actio. & obli. l. Mæuius. §. duobus. ibi per Barto. xiiij. col. versi. secundo quæro. de legatis ij. l. vna. C. de impo. lucra. descri. lib. x. & ibi Barto. l. pro oneribus. C. de iure dotium. c. salubriter. de vsuris. Bald. in l. ij. C. de his quæ in frau. credi.

¶ Dicitur autem titulus dotis onerosus respectu mariti etiam si ex postfacto ex dote lucrum possit consequi: vt si fiat pactum de dote lucranda: vel statutum id disponeret, glo. in l. si donaturus. §. fi. versi. duntaxat. ff. de condi. ob causam. textus in l. vna. §. lucratiuas. in verbo, si verò vel socer. C. de impo. lu. descri. & ibi notat Aug. refert Iason in §. item si quis in fraudem. colum. vij. insti. de actio. ego scripsi in c. per vestras de donatio. inter virum & vxorem. col. cccxxxix. in principio, vbi vide. idem dicit Bald. in l. hac edictali, in principio. iij. colum. in versic. pone quòd appositum. C. de secundis nuptiis. & in l. cum milite. ij. colum. C. de donationibus ante nuptias. & in authentica præterea. penul. colum. C. vnde vir & vxo. vt plenè dico vbi suprà. & doctor de Segura in dict. repetitione. folio. xij. colum. ij. in principio, vers sic. potest dari, &c.

38 ¶ Por causa onerosa con otro tercero assi como por via de casamiento. Nota hic, q causa dotis respectu mulieris dotatæ est lucrativa: maritus tamen dicitur habere ex causa onerosa, secundum Bart. in l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verb. oblig. Vnde quamuis titulus dotis ex parte vxoris habeat causam lucrativam: ex parte viri & filiorum habet causam onerosam, vt l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. Bar. in l. si constante. ff. soluto matri. Si tamen vxor eam petat à marito, petit vt debitum ex titulo oneroso. vt vult Salicetus in l. j. §. sciendum. C. de rei vxoriæ actione. Amplia prædicta, vt respectu mariti causa dotis est onerosa, etiam si paciscatur de lucranda dote: nam & tunc non dicitur merum lucrum: quia hoc pactum dependet ab oneribus præcedentis matrimonij: vt notatur in l. si donatarius. in fine. ff. de condit. ob causam. prouenit enim ex quadam necessitate: quia fortè maritus aliter vxorem non accepisset, secundum Pau. in l. j. C. de inoffi. doti. ideo etiam isto casu titulus dotis vel eius causa est potius oneris quàm lucri: vt ego aliàs plenius scripsi in ca. per vestras. de donationib. inter virum & vxor. licet pro tunc de Paulo non fuerim memor.

39 ¶ Con otro tercero assi como por via de casamiento. Quando enim tertio per huiusmodi dispositionem est ius quæsitum: vt ex contractu duorum, absque tertij voluntate, contractus distrahi non potest vel rescindi: vt l. si à socero. & ibi not. Bald. C. de iure dot. melius per eum in l. si constante. C. de dona. ante nup. ad hoc ff. de pact. l. fin. & ibi Ias. qui remittit. Ad idem ff. de contratab. l. si post mortem. §. fin. per Bart. & Alberi. in d. l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verborum obligat. videas not. in l. iij. ff. de seruis export.

40 ¶ Ex his infertur, quòd si de cõtractu emptionis vel venditionis est ius quæsitum gabellario, licet partes renuncient contractui, non nocet gabellario vt not. in l. fin. C. de constit. pecun. tenet Bar. in d. l. si constante. C. de dona. ante nupt.

41 ¶ Ad prædicta facit l. seruo legato. §. si testator. de legat. j. & in l. fideicommissa. §. interdum. de legatis iij. & in l. non solum. §. j. de libera. lega. vbi si testator legat alteri ad meam vtilitatem, mihi competit actio. allegat & commendat Bartol. in l. si constante. ff. soluto matrim. col. xj.

42 ¶ Ex istis similiter infertur, quòd si presbyter dotauit filiam suam spuriam, consanguinei presbyteri non possunt dotem reuocare, etiam presbytero vita defuncto, à marito, qui eam habet titulo oneroso: sed bene à muliere postquam ad eam dos fuerit reuersa, quæ eam habet titulo lucrativo: ita notanter decidit Bartol. in l. fina. §. si à socero. ff. de his quæ in fraudem credit. Bald. in authent. ex complexu. C. de incestis nuptiis.

43 ¶ Ex his concluditur, quòd si alicui fiat donatio vel melioratio ex causa matrimonij: vt puta filio vel filiæ durante matrimonio, non potest reuocari nec repeti in præiudicium matrimonij & ipsius mariti, qui ex dote habet sustinere onera matrimonij. Soluto autem matrimonio, postquam dos est ad filiam reuersa, cùm habeat titulo lucratiuo, posset à patre vel à fratribus, tanquam mofficiosa, quia forte excedebat tertiam & quartam, reuocari: vel quia alias fecerat donationes aliis filiis primò, in quibus tertia & quinta erant exhaustæ, vel aliqua earum pars.

44 ¶ Quid autem si marito mortuo remanent filij, qui debent alimentari: & fortè non sint alia bona quibus alimententur, nisi dos materna: an tunc dicentur bona illa quæ desinunt esse dotalia teneri titulo oneroso: vt nec tunc possint à patre vel à fratribus tanquam inofficiosa vendicari: vide Bartolum in dict. l. si constante. ff. soluto matrimonio. columna xj.

45 ¶ Casamiento. Quod autem hic dicitur de causa matrim

matrimonij: intellige non solum in dote, vt habetur in l. Pomponius Philadelphus. ff. familiæ ercisc. notatur in l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis quæ liberis: de quo per doctorem de Segura in d. repetitione. folio xij. colum. ij. versiculo, potest dare. & debet intelligi non solum respectu dotis, sed etiã in donatione propter nuptias, vt l. fi. C. de dona ante nup. vbi ista duo æquiparantur. facit cap. plerunque. & ibi glo. de dona. inter virum & vxorem. sentit Bald. in l. j. post principium. C. de iure dotium. refert & sequitur Iaso in §. quod si in patris. iij. colum. versi. adde quòd idem est. & c. l. ij. ff. soluto matrimonio. bene facit ista lex.

46 ¶ Adde quod donatio facta filio familias pro dote valet, vt d. l. Pomponius. & l. si cum dotem, in principio. ff. solu. mat. secundum vnam lecturam. etiam si matrimonium non sequatur. l. si extraneus. §. fi. ff. de condi. ob causam. quod est singulare, secundum Alexand. & Iaso. ibi. & Ludo. in singularibus. Ad idẽ bonus textus in l. iij. §. fi. ff. de priui. cre. vbi priuilegia dotis dantur etiam si matrimonium non sequatur, de quo per Alex. in d. §. quod si in patris. in primo nota. & in dicta le. si cum dotem. in principio. v. nota. 52

47 Quid autem de donatione factæ filiæ intranti religionem, vel filio studenti. vide plenè Seguram vbi suprà, folio xij. col. iij. versi. posset dari alia & tertia cautela. refert hic Castillo, & addit glos. penult. l. ij. C. de inoffi. dona. glo. j. & Bald. in dict. l. cum oportet. §. j. C. de bonis quæ liberis. data ergo similitudine dotis & studij de qua suprà, est hic textus nota. vt causa studij valerat donatio facta filiofamilias in continẽti: nec posit reuocari. ¶ Item donatio pro alimentis, statim & irreuocabiliter valet, secundum Guill. de Cuno, in l. peculium. ff. de peculio. glos. in dicta l. ij. C. de inofficiosis donationibus. glos. j. Tenet Bald. in dicta l. cum oportet. §. j. C. de bonis quæ liberis.

48 ¶ Idem si pater filio donauit vt bene merito: & merita probentur. vt per Bald. vbi suprà, & in l. vna. §. ne autem. C. de caducis tollendis. quia est permutatio &c. 53

49 ¶ Quid autem si pater donans filiofamilias iurauit non reuocare, vide doctorem de Segura vbi suprà folio xj. col. iij. Cui adde Paulum de Cast. consi. ciij. & Bald. in l. iij. C. pro dona. q quidem iuramentum hodie potest interuenire in contractu, qui aliàs sine iuramento valere non posset, vt constituerunt Rex Fernandus & Regina Helisabet. 54

50 ¶ Por contracto entre viuos. Ex ista lege iuncta l. xxij. ibi scriptura publica: colligitur prima consideratione, quòd vbi donatur tertia vel quinta pars bonorum, requiritur scriptura, etiam si donatio non excedat q̃ingentos aureos: quia leges istæ loquuntur indistinctè: & per hoc si verũ est ampliatur. l. sancimus. C. de dona. ex lege Regni. v. partita. ti. de donatio. l. ix. quæ in donationibus excedẽtibus quingẽtos solidos requirunt insinuationẽ vel scripturam: nihil enim aliud est insinuatio, quã redigere in scripturam coram iudice. l. Modestinus. ff. de dona. & dicta lex Regni. Qui sunt isti solidi & quales vide in peregrina, in verbo donatio. in glo. magna, in fine. Secus tamen esset vbi donatio non excedebat quingẽtos solidos siue aureos. Sed ista lex indistinctè loquitur Cogitabis. 55

51 ¶ An sicut non valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum: sic ista donatio omnino nulla, an valebit saltẽ quo ad bona præsentia: dicas q valet quo ad præsentia: vt latè per docto. præsertim per Salic. in l. fin. C. de pactis.

¶ Aliqui tenent cõtrarium, per textum in quoties. §. sed si non. ff. de hæredibus insti. & ibi Bar. in l. j. C. de inoffi. donat. versi. quæro in quantum fiat reuocatio & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.

¶ Opinio Salice. videtur verior & æquior, per multa quæ suprà dicta sunt, concludentia valere donationem in eo quod valere potest, quãuis in multo pluri fiat. facit lex Regni, foro legum, lib. iij. delas donationes. l. vij. Ad idem l. j. & iij. ff. de pecu. leg. & ibi Bart. & gl. in l. iiij. eod. tit. Ad idem decisio Bald., in l. eam quam. col. ix. in fi. C. de fidei. cum loquitur de magna re vel pondere alicui ratione alimentorum relicto, valet vsque ad modum alimentorum. vide Franc. Areti. consilio xlvij.

¶ O por otra cosa semejante. Pone exemplũ: dedi tibi seruum meũ, vt filio tuo Ioanni donares tertiam partẽ bonorũ tuorũ: tu donasti, non poteris reuocare postea donationem: quia licet sit donatio respectu tui, cui seruum tradidi: respectu tamen mei qui hoc tradidi, vt tu filio donares, dicitur onerosa & remuneratoria: ideo reuocari non potest, secundum Bart. in dict. l. qui Romæ. §. flauius. in j. opposi. Vel potest poni aliud exemplum in qualibet donatione remuneratoria, quæ non sit titulo lucrativo: sed quia benemerita donationem præcesserunt: intellige de æquiuallentibus meritis, alias non valeret donatio, secundum Bart. & alios in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. §. j. in fine. & auth. vnde si parens. C. de inof. testa. per omnes doct. Ias. plenè in l. frater à fratre. col. xxij. de cond. indeb. vbi inter cætera dicitur, q illud quod donatur vltra benemerita, censetur profectitium, & consequenter reacquireretur patri. Ad prædicta bene facit ca. relatum. ibi, iuxta seruitij meritum. de testam.

¶ Ex his redditur dubia decisio Bal. in authen. ex testamento. C. de collat. vbi dicit, quòd donatio facta filio propter benemerita, censetur peculiũ profectitium, & consequenter reacquiret patri, & valet dummodo non sint benemerita infra dimidiam rei donatæ, per l. ij. C. de rescind. vend. quod est magnũ verbum ad extensionem d. l. ij. sequitur Ludo. Rom. in l. si donatione. C. de collatio.

¶ Confirmatur per id quod voluit Salic. post gl. in l. petens. col. xj. C. de pact. vbi dicit, q si debitor promittat creditori vsuras, & creditor astringit se ad aliquod onus æquiuallens, non est propriè vsura, immo permittitur etiam de iure canonico: quia censetur & subdit singulariter Salic. dummodo illud onus non sit vltra dimidiam iusti pretij, non est vsura. Sequitur Ale. cons. cccxlij. col. ij. inci. egregie.

¶ Illa tamen decisio Bald. confunditur ex verbis Bart. in dict. l. frater à fratre. secundum Iaso. ibi col. xxij. & ita quieuit. Sed pro Bald. facit: quia donatio remuneratoria est quædam permutatio: vt l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredit. notant Bart. & Bald. in prœmio Digestorum. Sed in permutatione licita est deceptio intra dimidiam, si verò dimidiam iusti pretij excedat, habet locum remedium l. ij. de rescind. vendit. vt ibi notat Bald. in iij. quæstione. & in l. maioribus. C. communia vtriusque iudi. & sic videtur quòd nedum illud in quo donatio æquiuallet beneméritis: immo etiam illud in quo excedit, habeat filius titu. permutationis. Sed si

hoc

hoc esset verum, via fraudibus aperiretur, & minue retur legitima aliorum fratrum: ideo tenenda est 58
opinio Bartoli, quæ tutior est, scilicet, quòd vbi do natio excedit merita, non teneat.

56 ¶ Intellige quòd non tenet in eo quod excedit meritam: in eo tamen quod æquialet meritis tenet: ita alias concluſi in Repetitione rubri. de donatio. inter vir. & vxorem. per l. ex annuo. in princip. ff. de donatio. inter vir. & vxorem. Ad idem l. ſi Titio & mihi. §. j. de legat. ij. vbi ſi alicui legatur vltra quàm capere poteſt, reuocatur legatum in eo quod capere non poteſt: per quam legem dicit doctor de Segura in ſua repetitione l. vnum ex familia. folio xij. 59
quòd ſi teſtator habens filios, reliquit extraneo tertiam partem bonorũ: reuocatur ſolùm in eo quod excedit quintam quam extraneo relinquere poterat bene facit l. ſancimus. C. de donationib. vbi donatio quæ excedit quingentos aureos, niſi fuerit inſinuata, non valet in eo quod excedit: bene tamen in quantitate quingentorum aureorum. Ratio prædictorum eſt, quia quando vtile poteſt ſeparari ab inutili, vtile non vitiatur propter inutile: vt regula iuris libro vj. dicit, vbi videas Dynum, & multa quæ ibi cumulaui.

57 ¶ Circa meritorum probationem multa ſcribunt doctores in diuerſis locis, de quibus per Iaſonem in d. l. frater à fratre. vbi inter cætera commemorat dictum Bald. in l. ſi donatione. C. de collationibus. vbi dicit, quòd ſtatur aſſertioni patris de beneméritis filij ſi aſſertio fuit iurata. quod reprehendit Alexander ibi: quia actus celebratur inter perſonas prohibitas: ideo iuramentum nil operatur: vt con- 60
cludit Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia. de legatis iij. l. aurelius. §. fi. de libera. le. Bald. in l. j. de inofficioſis donationibus. Sali. in l. hac edictali. colũ. vij. C. de ſecundis nuptiis. ſubdit tamen Iaſo. vbi ſuprà, quod pro limitatione Bald. bene facit quod ipſe dicit in præludiis feudorum, in tertia diuiſione, vbi dicit, quòd ſi prælatus cum capitulo confiteatur ſeudum, de quo inueſtit aliquem, eſſe antiquum: ſi interueniat iuramentum: confeſsio præſumitur vera, cui ſtandum eſt. Idem repetit idem Iaſon in dict. l. ſi donatione. C. de coll.

61 ¶ Sed pace eius (vt ita dixerim) ſalua, dictum Baldi nihil videtur ad hoc conferre, quia loquitur in confeſsione, quæ fit à prælato cum capitulo: vbi enim eſt prælatus cum capitulo: eſt totum continens: ideo præſumitur pro eorum cõfeſsione, quia per eos poteſt fieri eccleſiæ conditio deterior: vt l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccl. glo. fi. in authen. hoc ius prorectum. eod. tit. Sed vbi pater confitetur ſub iuramento ab vno filiorum merita recepiſſe: agitur de præiudicio aliorum filiorum: & conſequenter pater non eſt totum continens: nec per eum poteſt aliorum filiorum conditio fieri deterior, ſicut poteſt fieri per prælatum & capitulum, Maximè quia illa patris confeſsio, eo quod in fraudem legis facta, dicitur contra legem: vt concludit idem Iaſon in l. ſi donatione. pe. col. C. de colla. per l. qui teſtamentum. in fine. ff. de proba. & Bart. in l. ſi quis decedens. §. Titia de leg. iij. ſed vbi prælatus & capitulum faciunt contra iuris conſtitutionem, vel valet actus etiam ſi iuramentum interponatur, vt dicit Bald. in dict. tertia diuiſione, in præludiis feudorum. Quamuis ergo dictum Bald. verum ſit in ſe, nil facit ad propoſitum & quæſtionis veritatem: de veritate tamen illius deciſionis Bald. videas Iaſonem in dictis præludiis feudorum, col. xxxj.

¶ Concludamus igitur, quòd non creditur patri aſſerenti in teſtamẽto ſe eſſe debitorem alicuius in præiudicium legitimæ filiorum ſecundũ Bart. in d. l. cum quis decedens. §. codicilis. Speculat. & Ioan. And. tit. de confeſsis. §. nũc videndum. quorum memineruntAntonius & Abb. in ex quamuis. de re iudi. videtur text. in auth. quod obtinet. C. de proba.

¶ Item non creditur patri, recepiſſe pecuniam rei alienatæ in præiudicium legitimæ filiorum: vt per Cæpolam cautel. xxxvj. & doctor de Segura in repetitione legis vnum ex familia. folio xv.

¶ Quæritur, filius emancipatus erat bene meritus patri: & conſtabat de benemeritis: pater remuneratoriè donauit ei fundum: ſed non ſtradidit. Nõne poterit agere contra patrem ad traditionem, vi- 62
detur quod ſic, quia donatio valet non tanquam filio, ſed tanquam extraneo & benemerito: & ſic non dicitur profectitia ſed aduentitia, ſecundum Paulũ & doctores in l. ij. C. de inoffi. dona. ſed in donatione extraneo facta & ſolo conſenſu perfecta, traditionis neceſsitas incumbit donatori: vt inſti. de donat. §. perficiuntur. & facit quod voluit Paulus poſt Cynum in l. Si pater puellæ in fine. C. de inoff. teſta. vbi dicit quòd donatio reciproca vel remuneratoria: non indiget traditionem vel confirmationem per mortem: vt poſsit res donata peti, & facit quod dixit Bald. in l. j. C. de donationibus ante nup. in ſecunda lectura: quod donatio quæ tenet iure cõtractus, non requirit confirmationem nec traditionem. de hoc per Montaluum, vj. parti. tit. xv. l. iiij.

60 ¶ Adde prædictis, quòd donatio propter merita non dicitur propriè donatio, quæ fit ex quadam liberalitate, nulla neceſsitate cogente. l. j. ff. de donat. cap. j. eod. tit. ſed potius eſt quædam permutatio: vt paulo antè dicebamus: ad reuocandam autem permutationem, ſolùm datur actio præſcriptis verbis ad intereſſe, vel conditio ob cauſam, qua poteſt repeti id quod eſt datum, vt l. j. ff. de rerum permuta. l. ij. & l. precibus. C. eod. ergo talis donatio non aliter poteſt reuocari, niſi vt permutatio reuocatur. Cogita.

61 ¶ Ex iſtis infertur, quòd donatio, quam facit pater filio propter merita, vel alias remuneratoriè nõ poteſt dici facta titulo lucratiuo, ſed potius oneroſo: vt voluit Bald. in auth. de donatione. in fine. C. de ſecundis nuptiis. dum loquitur de permutatione, quod ego alias firmaui in mea Repetitione, rubric. de donationib. inter virum & vxor. vbi videas.

62 ¶ Ex quo inferebam ibi, quòd licet princeps vel Rex poſsit ſuum priuilegium alicui liberè & ſine cauſa reuocare, vel ſaltem modificare: l. qui fundos. C. de omni agro deſerto. libr. xj. Si tamen princeps recepit precium pro priuilegio, quamuis vertatur verbo indulgemus: eo quod ſignificat venditionem, eſt irreuocabilis contractus, non priuilegium. argum. l. fin. C. de præd. curial. lib. x. tenet Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Ludouic. in ſingul. cccclix. Ad hoc l. pater. quæ eſt penult. ff. de donationibus. vbi litera dicit, ſi quis aliquem à latronibus vel ab hoſtibus captum eripuit, & aliquid pro eo ab ipſo acciperit, hæc donatio irreuocabilis eſt: merces enim laboris eximij appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo extenuari non placuit: tenementi illam legem, ex qua & aliis nonnullis dicebam Regem Henricum ſecundum, qui baſtardus dicebatur, non poſſe modificare, vel conditionare do-

nationes

nationes remuneratorias à ſe factas propter ſeruitia à militibus ſibi impenſa: vt plenè ſcripſi in dicta rubric. verſ. ex iſtis alias: & plenius verſi. & ex his iuſtificari poteſt. vbi videre poteris.

63 ¶ Ex prædictis infertur, quòd licet donatio inter coniuges regulariter ſit prohibita: vt ſunt iura vulgaria, quæ ego cumulaui in Repetitione rubric. de donationibus inter virum & vxorem. folio xiij. §. ſunt & aliæ donationes. donatio tamen remuneratoria permiſſa eſt inter eos: vt latiſsimè proſequor in dicta rubr. folio xxiiij. colum. iij. limita ſecundò. vbi multa cumulaui: quæ per te videre poteris. valebit ergo donatio reciproca facta inter cõiuges conſtante matrimonio hoc modo ſi contingat alterum præmori, ſuperſtes habeat bona præmorientis: quia hæc nõ eſt mera liberalitas: ex quo tantum recipit, quantum donat, vt per Cyn. Bald. Salice. Paulum & alios in l. ſi pater puellæ. C. de inofficioſo teſtamento.

64 ¶ Idem dicimus, quando fit donatio à ſponſo ſponſæ ſpe futuri matrimonij, ſeu collata ad tempus futuri matrimonij, quando ille qui donat eſt inferior, vt acquireret honorem vel parentelã alterius, eſt donatio remuneratoria, quæ inter coniuges permittitur; multò fortius inter futuros coniuges inæquales. vt per Bar. & alios in l. diuortio. ff. de verb. oblig. Bal. in l. j. in ſecunda lectura. C. de dona. ante nupt. notatur in l. quod autem. §. ſi vir. ff. de donatio. iuter vir. & vxo. vide Abb. in cap. ſuper eo. de teſti. & in c. cùm in eccleſiæ corpore. de ſimo.

65 ¶ Hinc eſt quòd valet pactum iuter futuros coniuges quòd filij quos vir habuerit ex tali matrimonio non ſuccedãt patri in feudo, ſed naſcituri, quia ſub tali pacto vir nobilis inueniet nobiliorem vxorem, per quam nobilitas creſcat. ita dicit Bald. per illum textum in cap. j. §. filij. ſi de feudo fuerit con- 72
trouerſ. inter dominum & agnatum. de quo etiam per eum in cap. j. de matrimonio ad morganicam contracto.

66 ¶ Quid autem de eo quod datur filiæ ex cauſa dotis, an ſtatim valet iſta donatio? dicas quòd ſic. vt l. Pomponius. ff. familiæ erciſcun. & l. ſi cùm dotem, in principio. ſecundum primam lecturam. ff. ſoluto matrimonio. glo. ſ. & doctores in l. ij. C. de inoffi. donatio. plenè per Iaſon. in l. frater à fratre. in quarta fallentia. ff. de conditio. indebi. traditur per doctorem de Segura in repetitione l. vnum ex familia. §. Sed ſi fundum. folio x. ff. de legat. ij. ego proſequor plenè in dicta rubrica, de donationibus inter virum & vxorem. folio xxvij. col. iij. §. limita quinto. vbi etiam de donatione propter nuptias facta filio, de qua in dicta rubrica.

67 ¶ Quid autem de donatione facta filio cauſa honoris adipiſcendæ, vel cauſa ſtudiorũ, & pro emendis libris, dixi in libr. fol. xxvij. colum. iij. §. limita ſexto. vbi concluditur quòd valet. Adde ibi dictis legem Regni v. partita. titulo, delas donaciones. l. iij. quæ eſt notabilis ad hoc. vide etiam vj. parti. tit. xv. l. v. vide etiam quæ dixi ſuprà.

68 ¶ Quo ad intellectum l. Pomponius. de qua dixi mus ſuprà. verſic. xl. aduerte. quia loquitur vbi dos erat tradita: vnde dubium faciebat, quia dos data erat filiæ familias in poteſtate exiſtenti: ſecundum glo. ibi. de quo non eſt inſiſtendum, cùm fauore dotis permittatur donatio facta filiæ familias vt plenè dico in præalleg. §. limita quinto. de traditione ſimiliter non eſt altercandum: nam ſi pater volẽs filiam nuptui tradere, promittit genero futuro eũ dotare in centum ducatis & dotauit, valet iſta dotis conſtitutio, quanquam ad traditionẽ non fuerit proceſſum: nec poterit reuocari talis donatio, vt hic dicitur in hac lege, cùm dicit, o ſe ouiere hecho contrato con otro tercero por cauſa oneroſa. Si tamen pater aſsignauit filiæ dotẽ antequam eam nuptui traderet: & tunc neceſsaria eſſet traditio ad tranferendum dominium, vt reuocari non poſsit; vt per Pau. de Caſt. in d. l. ij. C. de inof. dona. de quo forſan dicemus infrà in l. xxij. & xxv.

69 ¶ Iſta autem promiſsio vel donatio pro dote poteſt dici donatio ob cauſam. l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donat. & ff. manda. l. ſi remunerandi. §. fin. vel poteſt dici contractus innominatus, ſi perſona non eſt prohibita exercere cauſam propter quam datur: vt per gloſ. & Bar. in dict. l. Labeo. poſſum enim recipere pecuniam. vt ſim fideiuſſor pro te: niſi ſim prohibitus intercedere: nam tunc nihil valet quod agitur ſecundum Bartolum ibi.

70 ¶ Sino reſeruare el que lo hizo enel miſino contracto. Vbi ergo donatio facta filio tenet, non poteſt poſtea reuocari niſi hoc ſibi reſeruauerit pater donans tempore donationis: nã ex interuallo hoc facere non poteſt, vt l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub modo. ad idem l. illud. C. de collat. ſecundũ Alex. ibi: cuius verba refert & ſequitur Iaſ. in auth. ex teſtamento. viij. col. C. de collat.

71 ¶ Ex quo infertur, quòd ſicut pater non poteſt reuocare donationem filio factam in caſibus in hac lege expreſsis: ſic nec poteſt in donatione iam perfecta ex interuallo grauamen vel conditionem, vel modificationem quod certo caſu poteſt illam reuocare, niſi donationis tempore hoc adiecerit: vt ſentiunt Alex. & Iaſ. vbi ſuprà. & bene facit iſta lex.

¶ Hoc tamen intellige, quando filius donatarius nollet ſuccedere cum fratribus: ſed habere ipſam rem donatam præcipuam. vt l. fin. ff. de collat. dotis. Alias autem bene poſſet pater imponere grauamẽ ſi vult habere hæreditatem. Sicut poſſet grauari de re ſua vſque ad vires hæreditarias, vt l. cùm pater. §. ſi Titio. de leg. ij. & in l. imperator. §. ſi centum. eſt de mente Pau. in authent. ex teſtamento. C. de collat. in ſi. bonus text. in l. ſi ea. C. ad legem falcid.

73 ¶ O por algunas coſas que ſegun leyes de nueſtros Reynos las donaciones perfectas, o con derecho hechas ſe pueden reuocar. Ante huius legis ædi tionem, ego ſcribens in hac materia, in rubrica, de donationi. inter virum & vxo. optabam fieri legem ſuper hoc ad tollendas ambiguitates: quãquam lex regni v. partita. tit. delas donaciones. l. pen. & foro legum, libr. iij. eod. tit. l. j. ſuper hoc videantur diſponere. Poſtea verò in curiis Taurinis perſeueranter inſteti, vt hæc lex inter alias ederetur. Et vt facilius intelligas quid vtiliratis hæc lex afferat: præmitte, q donatio perfecta non poteſt reuocari, niſi propter cauſas in iure expreſſas. vt l. ſi. C. de reuo. dona. vbi aliquæ cauſæ enumerantur: vide ibi glo: & doct. & leges Regni præalleg. Et quamuis in d. l. fin. dicatur, quòd ex illis tantùm cauſis poſsit donatio perfecta reuocari: dicit tamen ibi glo. notab. idem eſſe in aliis caſibus ſimilibus habentibus ſimilem rationem & æquitatem. & ita caſus excepti à lege extenduntur ex identitate rationis. ſimilis glo. eſt in l. obæs alienum tantum. C. de præd. mino. tex. in c. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel inuti. iuncto c. quoniam frequenter. vt lit. non conte. ſecundum Abb. in d. c.

cùm dilecta. quod procedit etiam in casibus exceptis à statuto: vt probatur in cap. ad audientiam. de cleric. resident. secundum Abba. & quod efficacius est etiam si casus excipiantur, cum dictione taxatiua tantùm, vel solùm, vel solummodo: vt volunt gl. prælegatæ, quas ad hoc tene memoriæ. Vnde casus excepti, in quibus potest quis exhæredari, de quibus in authent. vt cùm de appellatione cognos. §. aliud quoque capitulum. & per glos. in cap. quintauallis. de iureiurando. & in lege Regni. vj. partita. extenduntur ad alios casus vel alias causas similes, & rationem & æquitatem habentes. Nunc ad propositum dubitare forsan faciebat quia cùm istæ donationes vel concessiones quas facit pater filiis ad dotem vel donationem propter nuptias, sint valdè priuilegiatæ, vt plenè dixi in mea Repetitione: non ita faciliter debent reuocari, sicut aliæ donationes, quapropter iustum fuit, quòd saltem ad metas aliarum donationum meterêtur: vt ex quo à principio valuerunt, nõ possint reuocari, nisi ex causis ex quibus aliæ donationes reuocantur: quæ in legibus Regni sunt expressæ. 1

74 ¶ Caue tamen ne decipiaris, quia ista verba in fine legis posita, non referuntur ad omnia præcedentia: nam si donatio sit remuneratoria: prætextu ingratitudinis non reuocatur. l. penulti. §. primo. de donationibus. & ibi glos. ego scripsi in dicta rubric. Item si donatio fiat filio vel filiæ ex causa onerosa: vel ex contractu habito cum tertia persona ex causa matrimonij, vel ex alia simili, vt dicit ista lex in principio, talis donatio similiter prætextu ingratitudinis reuocari non potest. l. his solis. secundo responso. C. de reuocand. donation. vbi dicitur quòd ratione ingratitudinis donatarij, non potest reuocari donatio in præiudicium tertij. Clausula igitur ista, seu verba in fine legis posita, non debet referri ad donationes irreuocabiles, de quibus præmiserat: sed ad eas tantùm, quæ & si valeant ratione traditionis: vel traditionis scripturæ ipsius donationis vel alias translato dominio regulariter non possunt reuocari, nisi ex iustis causis in legibus Regni expressis, intellige vel aliis etiam non expressis, habentibus similem rationem vel æquitatem: vt paulo antè dicebamus.

75 ¶ Reuocar. Pater qui donauit filio domum cum hoc, quòd posit eam reuocare, in qua filius plures fecit expensas, si reuocauit, non tenetur filio de expensis satisfacere. foro legum. lib. iij. titulo delas donaciones. l. x. tene menti. de fructibus interim perceptis an faciat suos filius, an teneatur patri restituere: potest probabiliter dubitari sicut de donatione facta inter coniuges sequuta reuocatione tacita vel expressa. de qua scripsi in rubrica, de donationibus inter virum & vxorem, in mea Repetitione. Adde quòd tales expensæ non cõputantur cum fructibus medij temporis perceptis. gl. in l. emptor. ff. de rei vend. tenet Bald. in l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimonio. Paulus de Castro consil. xvij. Bald. in l. domos. de legatis primo. ex quo infertur, quòd filius donatarius recuperabit expensas factas in re donata, quando reuocatur propter eius ingratitudinem, quia non compensantur cum fructibus medio tempore perceptis, ex quo filius eas fecit bona fide: Item donatarius potest retinere rem pro expensis, vt hic. & l. si in area. C. de rei vend. & l. si quid possessor. §. i & l. repetitio. C. de cõd. ind. & l. si quid possessor. §. sicut autẽ. & ibi Bar. ff. de pet. hære. Bal. in l. si manu datum. col. j. versic. fallit. C. de neg. gest. 2

Lex XVIII.

EL padre o la madre, o qualquier dellos, pueden si quisieren, hazer el tercio de mejoria que podian hazer a sus hijos, o nietos, conforme a la ley del fuero a qualquier de sus nietos o descendientes legitimos, puesto que sus fijos padres delos dichos nietos, o descendientes sean biuos, sin que en ello les sea puesto impedimento alguno.

PAter vel mater potest meliorare filium vel filios nepotem, vel nepotes, etiam viuis parentibus. Hæc lex declarat legem fori. lib. iij. titu. delas mandas. l. x. in duobus, de quibus hactenus semper fuit dubium apud iuris peritos. Primò in eo quod dicit, quòd nedum pater, verùm etiã mater potest meliorare in tertia & quinta parte bonorum suorum filios vel nepotes: quod intelligendum est de matre, etiam constante matrimonio, & de omnibus bonis suis etiam dotalibus propter generalitatem istius legis. & l. x. prælegatæ. Intelligetamen saluo iure mariti quod habet in bonis dotalibus cõstante matrimonio. habet enim fructus ad sustentandum onera matrimonij. l. dotis fructus. l. plerunque. ff. de iure dotium. l. pro oneribus. C. eo. l. si maritus. ff. familiæ erciscund. c. salubriter. de vsuris. iij. partita. tit. xj. l. quæ incipit; en possesion. Foro legum, libro iij. titul. delas arras. l. iij. Præsertim quia vxor constante matrimonio nihil marito præiudiciale facere potest etiam in rebus propriis; vt disponunt leges Regni foro legum. tit. delos pleytos que deuen valer o no. & infrà l. lv. vbi dicemus. & scripsi in rubr. de donatio. inter virum & vxorem. in mea Repetitione. poterit ergo vxor hanc meliorationem facere de rebus suis etiam constante matrimonio; quæ statim est valida: præsertim interueniente traditione. vt in l. suprà proxima. saluo tamen vsufructu ipsius mariti. argu. l. si constante. in fine. C. de donat. inter vir. & vxo. & ibi notat Salic. facit quod dicit Bald. in l. non dubium. C. de legib. 1

¶ Si tamen meliorat filium vel nepotem ex causa dotis vel alias, vbi valeret donatio matris in filiũ, de quo suprà l. proxima dictum est: valebit etiam quo ad vsumfructum & commoditatem, statim secuta traditione percipiendam, per ea quæ ibi dicta sunt. Idem diceremus de rebus parafernalibus vel aliis bonis, in quibus de iure vel consuetudine marirus habet administrationem nec vsumfructum vel partem ipsius: nam in his; etiam marito inuito liberè potest vxor donare filiis per viam meliorationis vel alias. Sed cùm hodie per iura Regni & consuetudines omnia bona vxoris cadunt sub viri administratione, & eorum fructus communicantur inter eos, nihil esset hoc dubitabile. Cogitabis.

¶ Secundũ quod addit ista lex est, q̃ patre viuente, potest auus meliorare nepotem. & in hoc declarat d. l. x. fori legũ, lib. iij. tit. delas mandas. cũ dicit, o nieto, que aya derecho de heredar. Propter quod verbum nonnulli grauis authoritatis doctores dicebant debere intelligi patre defuncto, non autem viuente: nã tunc nepos non succedit auo. l. posthumorũ. ff. de inof. testa. l. si quis filium. C. eod. l. Gallus. §. nũc de lege. ff. de lib. & posth. inuito igitur patre nihil potest filio per auũ relinqui, vt per Bal. in l. pe. §. quia filio. ver. nota quãdo habẽs filium. C. de adop. & in authen. res quæ. col. ij. versic. quæro an teneor. C. communia de legatis. & ita alias pluries fuit iudicatum: vt plenè scripsi in dicta l. Regni. Quod tamẽ intelligebant antiqui de tertia parte, reputantes eam legitimam filiorum respectu extraneorum & respectu ipsius nepotis, quem reputabant extraneum viuo patre: vt plenè tradit doctor de Segura in dicta l. vnum ex familia. ego scripsi in dicta l. Regni. secus dicebant respectu quintæ partis quam poterat auus relinquere cuilibet extraneo, & consequenter nepoti etiam viuo patre. Sed ista lex tertiam & quintam relinquere permittit, cui standum est, tanquam nouissimo modo, reputans tertiam partem legitimam vel non: quoniam & si reputetur legitima, permittit quòd in ea posit agrauare filium: & ita cessat argumentum quod aliqui ex ista lege sumere conantur, quòd non est legitima: ex quo pater in ea grauare potest filium, contra l. quoniam nouella. C. de inofficioso testamento. extraneo autem dare non potest tertiam. 2

3 ¶ Adde quòd pater potest nepotem filio viuo dotare, & talis dos non imputatur in legitima filij. l. dedit dotem. ff. de collatio. bo. tenet Bald. in authentica ex testamento. colũ. penultima. versiculo tertio quæro. C. de collatio.

4 ¶ Item vxor dotem dispensare pro anima patris sui, secundum Ioan. de Imola in l. quamuis. ff. soluto matrimonio. argu. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. scripsi in l. Regni, foro legum, titulo delos pleytos que deuen valer.

5 ¶ Emanauit ista lex ad declarationem legis fori legum, lib. iij. quæ permittebat patri vel matri vnum ex filiis nepotibus: quia dubitabatur an potuerant meliorare plures simul, cùm ibi diceretur in singulari: fuit condita ista lex quæ disponit quod sic: vt antea tenuit Montaluus in dicta lege, per textum; & quæ ibi notat Barto. quem alij referunt & sequuntur in l. vnum ex familia. ff. de legatis ij. & ibi in Repetitione doctor de Segura folio. xiij. allegat textum in argumento in l. cum quidam. ff. eod. & quod ibi notat Paulus de Castro. super quo hodie non est amplius insistendum.

6 ¶ Item quia in dicta lege fori dabatur facultas parentibus meliorandi filium vnum vel nepotem, & de pronepotibus & aliis descendentibus nihil dicebatur: in hac lege disponitur de omnibus aliis descendentibus & iustè quidem: nam facta nepotum mentione in casu fauorabili & nomini nociuo: compræhenduntur pronepotes & alij descendentes. l. cui eorum. §. fin. ff. de posthu. lege, sed sciendum. ff. de parricidis. Bald. in l. si nomen. in fin. ff. de successorio ædicto. 1

7 ¶ Puesto que los hijos padres delos nietos sean biuos. Lex fori [illegible] dicta dicebat de nepotibus: quæ ayan derecho de heredar. nepos quidem viuente filio eius patre: nullum ius prætendit habere in bonis auii: cùm pater sit in primo gradu & præcedat nepotem qui est in secundo gradu, authen. in successione. C. de suis & legitimis hæredibus. & insti. de hæredum quali. & diffe. §. cum filius. vj. partita. titulo delas herencias. l. iij. & foro legum, eod. ti. l. vij. & istud communiter tenebatur ante huius legis æditionem. Hic autem deciditur contrarium. 2

¶ Ratio huius decisionis fuit filiorum, nepotum, pronepotum, & descendentium fauor. Antiquitus enim legitima filiorum erat designata secundum numerum filiorum: nam si erãt quatuor vel infra, eorum legitima erat tertia pars bonorum patris. Si erant quinque & vltra: erat bonorum medietas quæ eis deferebatur ab intestato. authentic. de triente & semisse. §. hoc nos. colla. vj. authen. nouissima. & vj. partita. tit. j. l. xvij. in qua legitima veniũt omnia quæ profecta sunt ab eo cuius fuit hæreditas & computantur in ipsa. C. de inofficioso testa. l. quoniam nouella. & l. si quando. §. generaliter. C. de collationibus. l. penultima, & dicta lege partite.

¶ Postea verò per dictam legem fori est aucta legitima; & sublata differentia de numero liberorum in fauorem eorum & parentum, datur enim facultas parentibus meliorandi vnum ex filiis vel nepotibus: ibi tamen non dicebatur patre prædefuncto vel viuo: propterea in parentum & filiorum nepotumque fauorem hoc declaratur, per legem istã. Lex enim quæ ampliat testandi facultatem, fauorabilis est, quæ verò restringit odiosa, vt ff. si quis aliquem testa. prohib. in rubro & nigro. & C. eod. Ad idem l. non solum. & l. iiimo. ff. de opti. le. vbi qui poterat eligere de omnibus si ei stichus auferatur, dicitur electionem non habuisse: idem & multò fortius videtur in casu nostro, vbi pater nedum excludebatur ab vna specie, immo & à genere eligibilium, cùm tantum permittatur descendentibus relinquere tertiam, non extraneis. Lex ergo ista duplicem inducit fauorem, liberorum & posterorum vltra nepotes. Item parentum quibus libera testandi & disponendi de bonis suis, quibus velint filiis nepotibus & posteris descendentibus datur facultas. vt l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis.

Lex XIX.

EL padre & la madre & abuelos en vida, o al tiempo de su muerte puedan sennalar en cierta cosa, o parte de su hazienda el tercio & quinto de mejoria en que lo aya el fijo, o fijos, o nietos que ellos mejorarem en tanto que no exceda el dicho tercio delo que montare, o valiere la tercia parte de todos sus bienes al tiempo de su muerte, pero mandamos que esta facultad delo poder sennalar el dicho tercio & quinto como dichos es que no lo pueda el testador cometer a otra persona alguna.

TRIA colligo ex ista l. primum quod lex Regni foro legum, lib. iij. tit. delas mandas. l. ix. quæ permittit meliorationem tertiæ & quintæ partis à patre filio vel nepoti, intelligitur quòd posit meliorare in his vnum vel plures filios vel nepotes, vt etiam vult lex præcedens, & hoc firmat constanter doctor de Segura in d. l. vnum ex familia. post 2 lios antiquos; ego scripsi in d. l. ix. post Montaluum. facit doctrina Bart. in l. qui filiabus. §. j. ff. de legatis j. vbi appellatione filij in numero singulari compræhenduntur omnes filij. teneas ergo quod dictum est. 1

¶ Adde, quòd istæ meliorationes possunt fieri vni vel pluribus filiis vel nepotibus, vna vel pluribus vicibus, simul vel separatim, & valent in tertio & quinto. Si tamen excedant tertium & quintum reuocantur in eo q̃ excedunt tanquàm donatio inofficiosa. vt l. sancimus. C. de inoffi. donatio. & in l. j. C. de inoffic. dona. nota. in cap. Raynaldus. de testa. per Ab. antiquũ, per Iaco. Bu. in auth. vnde si parẽs. C. de inofficio. dona. Barto. in l. Titia. §. imperator. 2

de legatis ij. foro legum, lib. iij. titulo delas donationes. l. vij. vt hic.

3 ¶ Sed in huius reuocatione interest an simul & semel pluribus facta fuerit melioratio excessiua: quo casu reuocatur excessus pro rata cuiusque. l. si quis testamento. §. apud Iulianum. & ibi doctores de legatis j. etiam si portio vnius data sit in specie: alterius verò in quantitate. secundum Angelum & alios in l. quærebatur. ff. ad legem falcid. Raphael in d. §. apud Iulianum. Si autem meliorationes factæ sunt diuersis temporibus, & tunc vltima in eo quod excedit, reuocatur: quia quantum ad illud fuit inofficiosa vel in toto vel in parte, secundum gl. & Bart. in dict. l. Titia. §. Imperator. de legat. ij. & in dict. l. j. C. de inoffic. donat.

¶ Reuocatur autem excessus aliquando ex præ- 8
sumpta voluntate testatoris ipso iure, secundum gl. & Bart. in d. §. Imperator. notatur in d. l. j. & in l. si totas. C. de inoffic. donat. & in l. vnquam. C. de reuoc. donat. vnde res potest vendicari & condici, vt ibi not. Reuocatio autem quæ fit per titulum de inoffic. donat. non fit nisi præposita querela. vt l. j. C. de inoffic. donatio.

4 ¶ Secundũ quod ex ista lege colligitur est, quod melioratio tertiæ & quintæ insimul vel separatim potest fieri in vna re designata, & sic approbatur lex stilli cexiij. de qua per Montaluum in di. l. ix. & ibi ego plenius scripsi. quæ prouisio fuit satis salubris ad tollendas ambiguitates, quæ super hoc assiduè versabantur in iudiciis: nam diuersè & contrariè super hoc pluries fuit iudicatum: quoniam cùm filius dicitur habere suam legitimam in quacunque parte hæreditatis, vt l. ij. C. quando & quibus quarta pars hæred. debe. lib. x. videbatur quòd non poterat assignari legitima nec melioratio in vna sola re: cùm contrarium hæc lex disponit, quæ ita seruatur ad literam.

5 ¶ Tertiũ quod inducit ista lex est designare tempus, quod debet inspici advidendum an melioratio tertij & quinti sit inofficiosa, scilicet tempus mortis patris meliorantis vel aui: vnde quemadmodum legitima debetur secundum tempus mortis testatoris. l. cùm quæritur. C. de inoffi. testa. Bar. & alij in l. etiam. §. fin. & in l. si patroni. §. fin. C. de bonis quæ liberis. similiter in hac melioratione id tẽpus esse attendendum: intellige nisi fortè legitima debetur filio confiscatis bonis paternis. vt l. cùm ratio. ff. de bonis damnatorum. authentic. bona damnatorum. C. eod. nam tunc debetur secundum tempus delicti. vt per Bald. in l. quanquam. C. ad legem falcid. & in l. ij. C. de adopt. Bart. in l. cùm filius. ff. de verb. obligat. Paul. de Castro in l. in ratione. ff. ad legem falcid. idem si donatarius commisit delictum propter quod eius bona confiscantur; nam tunc prælegatum tertij & quinti donatarius consequitur, secundum tempus præsens delicti nõ expectata morte donatoris. de quo vide quod scripsi in dict. l. ix.

6 ¶ Emanauit ista lex ad declarationem legis Regni, foro legum, lib. iij. titulo, delas mandas. & stilli cexiij. in quibus agitur de melioratione tertiæ & quintæ partis bonorum: nihil tamen dicitur de tempore, quo debent bona æstimari, vt sciatur quæ sit tertia vel quinta bonorum pars: an tempore testamenti, contractus, vel donationis, seu alterius dispositionis. an verò tempore mortis ipsius testatoris vel disponentis, inter quæ non est mediocris differentia: cùm testatoris vel disponentis bona possint augeri vel minui.

7 ¶ Aliquibus videbatur, q̃ tempus præsens nõ futurum erat in consideratione. vt l. si ita. ff. de auro & argen. leg. & ibi notat Bar. quem alij referunt & sequuntur. Ad idem l. testator. §. qui indiuisam. de legatis ij. vbi legata parte bonorũ, intelligitur de bonis quæ testator habet tempore testamenti. Secus si legetur pars hæreditatis: nam tunc inspiciendum est tempus mortis: vt l. peculium in principio. de legatis ij. l. grege. de lega. j. l. si quis seruum. §. fin. cum l. sequenti. de lega. ij. Ante mortem enim testatoris nõ est hæreditas, sed tunc demum eo vita defuncto. l. j. ff. de hæred. vel actio. vend. secundum Petr. & Cy. in l. fi. C. de pact. licet aliqui contra. vbi vide Bart. & alios. ego in cap. per vestras.

8 ¶ Cum autem testator meliorando in tertia parte bonorum magis videatur de tempore mortis cogitasse: illud tempus videtur attendendum modo vtatur verbo bonorum vel hæreditatis. In dispositione ergo vel donatione partis bonorum, intelligendum est tempus mortis, non autem dispositionis, vt disponit ista lex, nulla differentia considerata, an loquatur per verbum generale vel vniuersale: per verbum bonorum vel hæreditatis: illud enim est de apicibus iuris, de quibus cùm de bona fide agitur, curandum non est, vt per Archidiac. in cap. scriptum. sexta quæstione iij. Apices iuris sunt quædam solemnitates quæ veritatem negotij non tangunt: vt declarat Bald. in l. fi pro ea. finali column. C. mandati. Andreas Siculus in cap. bona fides. de depositio. in fine. Bartol. in l. si fideiussor. §. quidam. ff. manda. videas plura quæ alias cumulauit in Repetitione capit. per vestras. de donationibus inter virum & vxorem.

9 ¶ Ex istis infertur vnum quotidianum, quòd si pater assignauit filio legitimam in vita plenam, secundum bona quæ tempore assignationis habebat: si postea multa bona acquisiuit, poterit filius petere legitimam ex bonis postea acquisitis: quia legitima consideratur secundum tempus mortis patris per iam dictam: nisi fortè filius plenam fecisset liberationem, vel interuenisset iuramentum. vt cap. quamuis pactum. de pactis. libro vj. ita vult Bald. in l. quamuis. in fine. C. de fideicommissis. cuius memini in Repetitione cap. per vestras. de donationibus inter virum & vxorem. §. sed pulchrum est videre. vbi allego alios doctores hoc idem sentientes, quos per te videas.

10 ¶ Ex quibus inferebam, quòd si pater dotauit filiam, cuius dotem fratres dicũt inofficiosam: quod tempus considerabitur ad hoc an tempus constitutionis dotis an mortis patris: & dicebam quòd tempus cõstitutionis dotis: vt ibi plenè scripsi. sed reuera ista lex videtur decidere contrarium, cum generaliter vult quòd donatio tertiæ partis bonorũ per viam meliorationis vel alias, debet considerari secũdum tempus mortis patris donatoris. Cùm autem dotis constitutio, dicatur donatio: vt l. vnica. C. de rei vxoriæ actione: merito de ea sicut de aliis donationibus censendum est, per hanc legem singularem.

11 ¶ Ex istis similiter infertur, quòd si pater dotauit filiam postea meliorauit filium in tertia parte bonorum suorum: debet intelligi de bonis quæ tunc temporis habebat: non de præterito. Dos enim illa discessit iam à bonis suis, & non potest dici fore in bonis suis, vt l. fuit quæstionis. ff. de colla. bo. & per Bald.

Bald. in l. si quando. §. j. & in l. si non mortis. & in l. fi. C. de dotis promi. cuius meminit Laurentius Palatiis in tractatu de statuto fœminas excludente, col. xxj. versi. Sed in filia, qui pulchrè loquitur. vide etiã Paulum consilio ccvj. in ij. articulo. vide etiam Barba. in repetitione rub. C. qui admitti ad bo. possess. po. chartæ viij. fin. colum. videas quæ ego alias scripsi in repetitione rubricæ de donationibus inter virum & vxorem. folio xxiiij. col. ij. in principio. & in c. per vestras folio lxxxij. col. j. vbi plura cumulatur, quæ videri possunt, quorum aliqua decidũtur per legem istam & xxix. in quibus fortè aliqua tangemus.

12 ¶ Ex ista lege cum dicit, mortis tempus inspiciẽdum in donatione, concessione, vel meliorationẽ tertiæ partis bonorum vel hæreditatis paternæ, aliqui sumunt argumentum: secus esse in concessione quintæ partis. Sed valde aberrant: cum reuera eadem sit ratio, in vtroque, vt hic colligitur & expresse disponitur infrà xxix. in fine, vbi Deo propitio differemus.

13 ¶ Con tanto que tio exceda el tertio de lo que valiere la tertia parte delos bienes al tiẽpo de la muerte &c. potest probabiliter dubitari: quid si hæc donatio vel concessio non attingit quantitatem expressam in donatione, consideratis bonis donatoris tempore mortis, quia fuerunt valde diminuta. Reuera eadem ratio & iuris dispositio in diminutione videtur quæ in augmento: vt hic colligitur, & apertius in lege xxiij. explicatur. & meritò quidem: cum in his, augmentum & diminutio, mortis tempus prospiciant: vt dicta l. peculium. & l. grege, de legatis ij. nulla habita discretione, an donetur pars bonorum vel hæreditatis: quæ apud testatorem, vocabulorum veram significationem ignorantem est incognita: quæ pertinacibus potius quam iuris ignaris est relinquenda, vt dicit glo. in lege gallus. §. quidam. ff. de liberis & posthumis. Præsertim quia vbi legantur bona omnia: vel legatur hæreditas: inducitur fideicommissum vniuersale: vt l. nam quod. cum l. sequenti. ff. ad Trebell. tenet Paulus de Castro in l. si quis bonorum & in l. non amplius. §. cum bonorum, de legatis j. & sicut bona recipiunt augmentũ & diminutionem: sic & hæreditas, secundum Bart. in di. l. fi. §. qui indiuisam, de legatis ij. Ad paria ergo iudicanda est donatio partis bonorum vel hæreditatis, donata vel cõcessa quantum ad augmentum vel diminutionem: vt semper habeatur ratio temporis mortis, non concessionis vel donationis.

14 ¶ Procedunt ista non solùm quantum ad ipsum donatarium: verum etiam quantum ad fratres vel alios cohæredes, quantum ad damnum vel cõmodum quod ex augmento vel diminutione resultare potest in futurum mortis tempus: immo etiam quoad tertium: qui huiusmodi donatione vel concessione potest commodũ vel præiudicium prætendere: vt puta maritum qui ex donatione vel concessione dotis vxoris potest lædi ex diminutione: vel habere cõmodum ex augmento: tum quia hæc lex, & xxiij. generaliter disponunt: tum quia se possunt habere ad damnum, & commodum. argu. l. Si pater puellæ. C. de inoffi. testa. vbi propter dubium enenientem valet fideicommissum reciprocum inter filios quanquam pater aliàs non possit filios grauare in legitima. l. quoniam in prioribus. eodem titulo, etiam si alter eorum sit minor: non petit restitutionem in integrum. l. fideicommissario. C. de tran-

1 facto. qui est vnicus ad hoc, secundum Bald. in l. cum archimedoram, in principio. C. vt in possessionem legatorum. vide Paulum & Iasonem ad hoc propositum in dict. l. si pater puellæ. ego alias scripsi in repetitione rubric. de donationibus inter virum & vxorem.

15 ¶ Tercio y quinto de sus bienes. Hæc verba pronuntur foro legum lib. iij. titulo delas mandas. l. ix. & idem important quod tertia pars rerum suarum, vel pecuniæ suæ, vel substantiæ suæ, secundum doctorem de Segura in repetitione l. vnum ex familia. de legatis ij. colum. vj. secus dicit si donaret quis rertiam partem hæreditatis quia hoc ei à lege non permittitur. item propter differentiam quam faciunt aliqui inter bona & hæreditatem, de qua suprà loquuti sumus: nisi exponatur tertia hæreditatis, id est bonorum; sicut econtrario aliquando exponitur: vt instituta de fideicommissa. hæredi. §. potest quis. Sed hodie per istam legem & xxj xxiij. nil refert per quæcunque verba testator seu donator loquatur.

16 ¶ Quartum quod disponit ista lex est quod ista designatio tertij & quinti in vna re potest fieri per testatorem: non per eius commissarium. Intellige quando generaliter committitur sibi facultas testãdi: vel meliorandi: secus tamen si diceretur quod posit meliorare in vna re: nam tunc non commissarius, sed testator videtur hoc facere: & hoc videtur planum & absque dubio.

Lex XX.

Los hijos, o nietos del testador no pueden dezir que quieren pagar en dinero el valor del tercio ni de quinto de meioria que el testador ouiere fecho a alguno de sus fijos, o quando meiorare enel quinto a otra persona alguna sino que enlas cosas que el testador ouiere señalado la dicha meioria del tercio & quinto. O quando no lo señalo enla parte dela hazienda que el testador dexare sean obligados los herederos a gelo dar saluo si la hazienda del testador fuere de tal calidad que no se pueda conueniblemẽte deuidir que en este caso mandamos que puedan dar los herederos del testador al dicho meiorado, o mejorados el valor del dicho tertio & quinto en dineros.

EN las cosas que el testador ouiere señalado. Concordat lex. supra. proxima.

¶ En la parte dela hazienda. Ante huius legis æditionem de iure antiquo Digestorum, quando legabatur pars bonorum: hæredis erat electio, vel soluere partem rerum, vel eius æstimationem. Si quidem soluebat æstimationem; nulla fuberat dubitatio. Sed si vellet soluere partem rerum: non permitteba tur sibi in rebus quæ non recipiunt diuisionem: vel quæ ex diuisione multum incommodantur. In his autem quæ commodè diuidi poterant: permitteba tur soluere: vt l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. j. & ibi Barto. & alij. hodie per istam legem aufertur hæredi electio quia legatario inuito, non potest æstimationem soluere: immo potest cogi soluere partem rerum. Ratio quæ ad hoc nos impulit est, quia vbi bonorum pars legatur: non est æstimatio in obligatione: sed rerum partes videntur legatæ: vt l. potest, in fi. de leg. j. ibi nec necesse habere legatarium

in omnibus rebus vendicare portionem: potest ergo si vult. Ad idem l. si quis bonorum. eo. tit. vbi veniunt fructus à tempore mortis: ergo debentur sibi res. & ita concludit Bart. in d. §. cum bonorum. inuito ergo creditore vel legatario: aliud pro alio solui non potest. vt l. ij. ff. si certum pet. & consequenter non potest solui æstimatio partis bonorum legatario nolente. In casu tamen d. §. cum bonorũ. poterat solui aliud pro alio: quia vnũ erat in obligatione, aliud in solutione, secundũ Paul. ibi. In casu aũt in quo loquitur ista lex: quãdo legatur pars bonorum, idẽ est in solutione quod in obligatione: & in hoc lex ista inducit ius nouũ, reprobata differentia iuris antiqui, disponẽtis q̃ vbi legabatur tertia partis hæreditatis, erat vniuersale legatum & poterat peti pars in singulis rebus à legatario: nec dabatur hæredi soluendi æstimationem electio: vt sentit glo. in d. §. cũ bonorum. in verbo æstimatio. ad hoc l. linea margaritarum. ff. ad legẽ fal. & insti. de fideicõ. li. §. siquis. Bart. in d. §. bonorum. in prima oppos. & Paul. in iij. q. vbi verò legabatur pars bonorum in genere: dabatur electio hæredi: vt vel solueret æstimationem, vel partem in singulis rebus. Hodie verò non refert an legatum fiat per verbum generale vel vniuersale: vt in simili diximus in l. præcedenti. Nec similiter quo ad deductionem æris alieni & hæreditatis additionem: olim enim legatum generale intelligebatur deducto ære alieno, nec poterat legatarius cogere hæredem adire: secus in legato vniuersali, vt voluerunt glo. Bart. Paulus & alij in d. §. cum bonorum. ad hoc l. mulieri. §. fin. ff. ad Trebellia. cuius contrarium disponit lex sequens, vbi fortè plenius dicemus.

3 ¶ Quid si pars bonorum est legata in specie, rebus singularibus nominatis specialiter: tunc non datur hæredi facultas soluendi æstimationem: nisi vbi res in quibus venit facienda solutio: commodè diuidi non possunt. vt vult gloss. Paulus & alij in dict. §. cum bonorum. vnde idem erit si legetur pars bonorum generaliter: vel pars hæreditatis quod est vniuersale: vel si legetur pars in specie rebus singularibus specialiter designatis, quod nota.

4 ¶ An dominium acquiratur legatario in singulis rebus ab adita hæreditate: & ab eo tempore veniãt fructus: vel à tempore mortis. videas doctores in d. §. cum pars bonorum. præsertim Paulum.

5 ¶ Que no se pueda cõueniblemẽte diuidir. Sumpta fuit hæc lex quantum ad hoc ex dicto §. cum bonorum, & l. potest. eod. titu. Ad idem lex Regni, vj. parti. ti. xv. l. fi.

6 ¶ Adde quòd in re indiuisibili præfertur habẽs maiorem partem. vt per Bald. in l. sancimus. in principio. ff. colum. in fine. C. de dona. & in l. iubemus. C. de sacrosan. ecclesiis. vide Paulum de Cast. consilio xcij.

7 ¶ Quando legatur pars bonorum quomodo fiet diuisio: videtur quòd debeat fieri diminutio de quolibet corpore pro rata: quia sicut hodie rerum partes sunt in obligatione: ita etiam in solutione: vt paulo antè dicebamus: licet olim secus esset, quia poterant ista simul stare quòd vnum esset in obligatione aliud in solutione, vel dispositione legali, vt in noxali actione. l. item veniunt. §. item ait. ff. de petit. hære. vel ex dispositione testatoris: vt l. si quando. §. si hæres. de leg. j. & l. j. de penu leg. vel ex dispositione contrahentium: vt l. siquis stipulatus fuerit de cẽno in melle. ff. de solutio. ita erat in d. §. cum bonorum secundum Paulum ibi.

8 ¶ Hoc tamen intelligo q̃ fiat diminutio de quolibet corpore: vbi oẽs res commodè diuidi possunt. sicut antiquitus erat dispositum per d. §. cum bonorum: nam tunc poterat hæres soluere legatario partem in singulis rebus si vellet: hodie tamen cogitur soluere etiam inuitus: vbi autem cõmodè diuidi nó possunt, poterit assignari pars in vna vel pluribus: quæ tantundẽ valeant, prout inter se concordauerint, ita q̃ patrimoniũ per particularem assignationẽ nõ diminuatur: & si discordant: fiat prout iudici expedire videbitur: vt d. l. potest de leg. j. & insti. de offi. iudi. §. cõmodè. & vj. parti. ti. xv. l. fi. Ita est etiam in l. falcidia. quia licet omnia minuit legata ipso iure: vt l. plautius. & l. linea margaritarum. ff. ad legem fal. tamen vbi res sunt indiuisibiles, fit deductio in vna vel duabus rebus: ne patrimonium communicetur, & hoc iudicis officio secundum Bart. in l. si peculiũ. §. j. ff. de peculio legato. & in l. in quartã. colũ. iiij. ff. ad legem fal. videtur textus in d. l. potest. & in l. ij. C. quando & quibus quarta pars debeatur. li. x. vbi ergo res commodè diuidi non possunt: & hæres & legatarius in diuisione discordãt, erit in arbitrio iudicis an fiat assignatio partis bonorum in vna vel duabus rebus: an æstimatio ab hærede erit omnino præstanda: vt d. l. §. cum bonorum. iuncta l. potest. & ita intelligo istam legem tibi saluo. &c.

9 ¶ En dineros. Quod tunc demum est quòd legatarius cogitur accipere quantitatem pro rebus, vbi est difficultas & dura separatio in præstatione: vt l. si pluribus. & l. si domus. §. qui confitetur. de legatis ij. vt per Bart. & Paul. in d. §. cum bonorum. & adde l. siquis inquilinos. eod. tit.

10 ¶ Ista lex disponit, q̃ hæres testatoris tenetur legatario vel prælegatario tradere rem in specie quæ fuit legata vel prælegata: non autem eius valorem in pecunia vel alia re. vt l. si domus. §. qui confitetur. & §. sequẽ. & ibi Bart. & alij de legatis j. & l. talis scriptura. in fine principij. eod. tit.

¶ Idem in debitore, secundũ Bal. in l. contractus. q. j. & pe. col. C. de fide instru. res est plana. ¶ An autem & quãdo in obligationibus factis: succedit obligatio ad interesse, vide Bar. & alios in l. vbi autem. §. fi. & in l. stipulationes non diuidũtur. ff. de verbo. oblig. per canonistas in c. cũ Ioan. de fide instru. Limita istam l. quãdo melioratio fit in vltima voluntate: Secus si per cõtractũ, Bal. in l. nulla. C. de iure dotiũ.

Lex XXI.

MAndamos que el hijo, o otro qualquier descendiente legitimo mejorado en tercio, o quinto delos bienes de su padre, o madre, o abuelos que pueda ãñ quisieren repudiar la herencia de su padre & madre, o abuelos & aceptar la dicha mejoria. Cõ tanto que sean primero pagadas las deudas del defuncto & sacadas por rata dela dicha mejoria las que al tiempo dela partija parecieren & por las otro que despues parescieren obligados los tales mejorados alas pagar por rata dela dicha mejoria como si fuessen herederos en la dicha mejoria de tercio & quinto. Lo qual mandamos que se entienda ora la dicha mejoria sea en cosa cierta, o en cierta parte de sus bienes.

1 AD intelligentiã huius legis. præmitte q̃libero rũ quidã iunt sui & in potestate: vt filij & nepotes

potes legitimè nati locõ parentum subrogati, & similes. ff. de liberis & posthu. l. in suis & l. Gallus. §. in omnibus. & ff. de iniusto testa. §. posthumorum. ff. de hæredi. instit. l. suus. in principio.

¶ Quidam sunt in potestate, non tamen sui: vt nepos quem filius præcedit: vt insti. de hæredũ qualĩ. & diffe. §. j. l. qui se patris. C. vnde liberi.

¶ Quidam sunt sui sed non in potestate vt posthuminati post mortem: nam viuo patre, non fuerunt in eorum potestate: quia non nati. ff. de collatio. bonor. l. finali. ff. de assigna. libe. l. fin. nascendo 7 tamen iura suorum adipiscuntur: quia antiqui libero ventri ita prospexerunt: vt in tempore nascendi omnia iura ei reseruarent integra. ff. si pars hære. pe. l. antiqui. ¶ Quidam verò sunt nec sui nec in potestate: & hoc contingit, vel ratione emancipationis: vel quia linea est materna: vt notatur in l. Si emancipati. C. de coll. vel quia per monachatũ vel dignitatẽ exierunt à potestate. Sed hoc non placet Odofredo, q̃ isti desinant esse sui: cum non sint capere minuti: quod dic & vt C. de epi. & cle. l. Deo nobis. per Bal. & in l. qui se patris. ij. col. C. vnde liberi.

2 ¶ Præmitte etiam q̃ triplex est hæredum qualitas, quidam sunt sui & necessarij, quidam necessarij tantum, quidam voluntarij, vt per Bald. in d. l. qui se patris. & in l. si filius hæres. ff. de liberis & posthumis. & ibi Ioannes de Imo'a.

3 ¶ Beneficium prætoris, quod dat filiis in potestate potentiam abstinendi, redigit eos ad instar emancipatorum, vt sicut emancipati sunt voluntarij ita filij in potestate, attento Prætoris beneficio, licet attenta lege duodecim tabularum sunt necessarij, vt l. nam nec emancipatus de legatis. j. & ibi Bar. & Paulus. & isto modo debet intelligi textus huius legis, dum loquitur indistinctè de filiis & aliis descẽdentibus tam emãcipatis, quàm in potestate, & dicit q̃ possunt parentũ hæreditatẽ repudiare, quod ideo est, quia attento beneficio Prætoris: sui & necessarij, efficiuntur voluntarij. hoc tamen debet intelligi quantum ad effectum: sed quantum ad nomen differunt ab emancipatis, quia ipso iure sunt 9 hæredes licet abstinere possint. l. prima. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omissa cau. testamenti. Quod est secus in emancipatis.

4 ¶ Et ex his sequitur, q̃ filius in potestate transmittit, licet se non immiscuerit, sed emancipatus non. Item propter existentiam suitatis, confirmatur tabulæ pupillares, & tutelæ etiam si repudiauerit. l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupilla. non sic si esset institutus emancipatus: nisi adiret. 10

5 ¶ Et ex hoc sequitur secundum Pau. in d. l. nam nec, q̃ intentio creditoris agentis contra filium, tãquam cõtra hæredẽ, nõ est fundata, nisi etiam probet, q̃ se immiscuerit. l. j. ff. si vt ab hæred. abst. si nõ esset fundata cõtra emãcipatũ, vt notatur in l. si cũ dotẽ. §. transgrediam. ff. soluto matri. & in l. necessariis. ff. de acq. hære. de quo per Bald. in l. apud hostes. col. ij. C. de suis & legi. hæredi. vbi dicit hoc esse de apicibus iuris, quòd æquiparatio sui & emanci- 11 pari procedat quando suo hoc est vtile, vt existentia sui hæredis nil operetur, si hoc ei esset damnosum, vt patet in legibus superius adductis. & ita expressè dicit Bart. in d. l. nam nec. in principio.

6 ¶ Disponit hæc lex quomodo melioratus in tertio vel quinto potest hãc meliorationẽ acceptare, & repudiare hæreditatẽ paternã vel auitã, sumpta ex l. & quidẽ totum. de leg. j. & l. miles. §. quod parte, de leg. j. l. cum responso. & ibi Bar. & Bald. C. de leg. vbi repudians hæreditatem consequitur legatũ idem in prælegato dicendum videtur, intellige quãdo est filius vel nepos, vt d. l. cum responso & l. filio pater. de lega. j. etiam si sit emancipatus. l. nam nec emancipatus. eod. titu. Secus dicemus in extraneo instituto, vt in prædictis iuribus, & in l. quidam. ff. si quis omissa causa testa. ¶ Hæres tamen qui coactus adiuit, perdit legatum. l. ita tamen. §. fi præceptis. & ibi Bart. ff. ad Trebellia. quod nota.

¶ Filius melioratus ad petendam rem in qua fuit melioratus, habet actionem ex l. prima. titulo delas mandas, foro legum, non actione ex testamento meliorationis. argu. l. vnum ex familia. in principio, de lega. ij. facit l. prima. ff. de conditio. ex lege. sicut ad supplementum legitimæ agitur conditione ex lege omni modo, in principio. C. de inofficio. testam. glo. & Angelus in l. Papinianus. §. Si conditioni. ff. eod. Ad idem glo. in authentica presbyteros. C. de episcopis & cle. quæ dicit, q̃ filij consequuntur legitimam per cõditionem ex lege, quando pater testatur de castrensi peculio &c. Nisi dixeris ista procedere quando agitur ad supplemẽtum legitimæ, secus quando agitur ad petendam legitimam in testamento relictam, nam tunc datur actio ex testamento: vt l. debitor. in fi. de lega. ij. textus in d. l. vnum ex familia. loquitur quãdo res in testamento relicta: non erat relinquentis: hic sic. de hoc per doctorẽ de Segura in d. l. vnum ex familia. folio vij. col. j. in fine, verficulo tertio modo. vbi distinguit, vide eum.

8 ¶ Differentia est inter legatum & prælegatum. Legatum non petitur nisi adita hæreditate. l. seruus communis Mæuj. in fi. ff. de stat. seruorũ. l. liber homo. §. si seruus. & ibi Flor. ff. ad le. acqui. glo. in l. nemo. ff. de regulis iuris. Bald. in authen. ex testamento. col. ix. C. de hæredi. præterit. Prælegatum capitur ante aditam hæreditatem. l. qui filiabus. §. filio. de leg. j. Bart. in l. si patroni. §. sed nec illud. ad finem. ff. ad Trebellia.

¶ Legata tamen pia petuntur hæreditate non adita, iudicis officio. Bal. in l. j. col. iij. C. communia de lega. Idem si iussit testator. Bald. in l. eam quam. q. vj. vij. lecturæ antiquæ. C. de fideicommissis. Sed in lectura noua iiij. col. tenet contrarium. vide eum in l. j. col. pen. C. si quis omissa causa testam.

¶ E acceptar la dicha mejoria. Loquitur ergo ista lex, vbi hæres, cui factum est prælegatum: repudiauit hæreditatem: quia eo casu totam rem prælegatam consequitur iure legati à cohærede, cui accrescit portio hæreditatis repudiata cum suo onere prælegati: vt l. qui filiabus. §. fin. & ibi glo. in principio. & Paul. ff. de leg. j. & in l. filio pater. iuncta l. sequenti. eod. titul. quæ duo iura loquuntur in suo & emancipato. & dicunt, quòd suus & emancipatus abstinens se ab hæreditate patris, totum consequitur prælegatum, nisi testator aliud voluerit, vel prælegatum loco hæreditariæ partis voluerit.

¶ Videbatur tamen contrarium, nam si hæres cui est factum prælegatum adiret hæreditatem: partem rei prælegatæ haberet iure hæreditario: partem iure prælegati à cohærede: quam iudicis officio consequi potest mercenario, deseruiente actione familiæ erciscundæ. dicta l. qui filiabus. §. fina. ergo in illa parte quam habere poterat iure hæreditario, nõ tenuit prælegatum; vt l. quidam. de leg. j. & in l. legatum. §. hæredi. eod. titul. & consequenter si suam

partem non oneraret: non accresceret cohæredi cùm onere: si non haberet onus. & ideo videbatur quòd repudians non posset cõsequi partem quam erat habiturus iure hæreditario si adiuisset: quæ hæreditario iure, non quia repudiauit: iure prælegati, non: quia in illa parte non tenuit prælegatum.

12 ¶ Ad hoc tamen respondet Bald. & Paulus in d. §. fi. & bene: quia duo censetur testator fecisse: scilicet prælegatum si adeatur hæreditas, & legatum si per illum non adeatur. & ita debes intelligere: q̃ filius qui repudiauit hæreditatem iure legati consequitur à cohærede totum legatum. Fallit tamẽ hoc quando fuisset factum prælegatum sub conditione si erit hæres & non aliter: vt ff. de lega. j. l. Sed si non alias. Fallit secundò quando prælegata succederẽt loco portionum hæreditariarum: vt si diuisit inter hæredes bona hæreditaria. licet enim quilibet eorum in rebus sibi assignatis: partem habeat iure suo partem iure prælegati à cohærede: vt l. ex facto. ff. de hæred. instituendis: istæ tamen portiones à testato relictæ, succedunt loco portionum hæreditariarum: loco consistentium in iure: ideo si aliquis eorum repudiat hæreditatem: nil habebit de illis bonis assignatis. l. quid ergo, la ij. versi. planè de leg. j. qui non est alibi, secundum Paulum in dicto §. fina. & dicit idem Paulus in dicto §. planè: quod si de hoc non haberemus textum esset satis dubium, ideo est nota. dignum.

13 ¶ Pone q̃ hæres filius adiuit hæreditatem portio tamẽ fuit sibi ablata tanquã ab indigno. consequitur nonne totã tertiã iure prælegati sicut si repudiasset. Paulus in d. §. fina. quòd sic allegat l. eum qui. §. pro parte. ff. de his quibus vt indignis.

14 ¶ Quid si erat verus solus hæres filius: nepos, qui repudiauit hæreditatẽ testatoris: nonne poterit habere prælegatũ quod poterit ascẽdere quintam partem bonorũ: videtur q̃ non, quia videtur impugnare voluntatem defuncti. l. si patroni. §. quid ergo. ff. ad Trebe. Secus si haberet cohæredẽ: quia repudiãdo, tũc non videtur facere contra voluntatẽ defuncti. l. quæsitum. ff. de acqui. hære. h. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad Trebellian. l. fina. §. fin. & ibi Dynus, Barto. & Paulus.

¶ Nec cõtradicit ista lex: quæ loquitur vbi filius melioratus habet cohæredẽ q̃ patet in eo quòd dicit: El hijo mejorado en tercio & quinto. Nã si solus esset, non potuisset meliorari: quia eam consequitur filius tanquam legitimam sibi debitam: non iure prælegati: vt lege fori.

15 ¶ Sed quæ est vtilitas in hoc, quòd filius repudiet hæreditatẽ & accepter legatũ. Paulus in d. l. qui filiabus. §. fi. de leg. j. dicit q̃ potest sua interesse, ne oneribus implicetur: vt l. filio, in fine. de leg. j: ibi non enim impugnatur iudicium ab eo qui noluit iustis rationibus negotiis hæreditariis implicari. de hoc tamen statim subiungemus.

16 ¶ Con tanto que sean primero pagadas las deudas, & sacadas por rata dela dicha mejoria. In hoc lex ista inducit ius nouum nam ante eius æditionẽ: vbi bonorum pars legabatur, intelligebatur deducto ære alieno. glo. in verbo æstimationem, in l. non amplius. §. cum bonorum, de leg. j. & ibi doctores. Secus vbi legabatur certa pars hæreditatis, quod est vniuersale: & intelligo non deducto ære alieno, vt ibi: hæc tamen lex bene sentit quod idem est si legetur tertia bonorum, quod est signum generale: vel quota hæreditatis, quod est vniuersale, quia vtroque casu intelligitur legatum, non deducto ære alieno. Et ideo crederem q̃ sicut in legato vniuersali facta restitutione verbali, transit dominium in singularibus rebus pro parte, si possunt cõmodè diuidi, & potest peti pars in singulis rebus, nec daretur facultas hæredi soluendi æstimationem vt dicit glo. prædicta & ibi doctores, quod idem erit vbi legetur hodie tertia vel quinta pars bonorum, & hoc est quod dicere voluit lex præcedens, ibi, Y la parte dela herencia que el testador dexare.

17 ¶ Ratio huius decisionis fuit, quoniam certum est, quòd quando legantur omnia bona, idem est ac si legetur hæreditas, & est fideicommissum vniuersale, vt l. nam quod cum. l. sequenti. ff. ad Trebellia. nota Paulus in l. si quis bonorum, de lega. j. & in d. §. Cum bonorum. Sed de toto ad partem, validum est argumentum. l. quæ de tota. ff. de rei ven. cum similibus. ergo idem deberet dici vbi legatur pars bonorum, & quia illud facilius inducitur in quo minor disgressio reperitur. nam similitudo est causa generationis vel augmenti dissimilitudo causa contrarij. l. his solis. C. de reuocandis dona. & facit illud Philosophi, in habentibus simbolum facilis est transitus.

18 ¶ Præterea pone quòd in hæreditate nõ sunt debita, nihil omnus hæreditas est, vt dicit Bald. in l. quoties. C. de hæredibus instit. colum. ij. & eo casu idem importabat quota bonorum & quota hæreditatis quo ad propositum istius legis, quia neutro casu erat æs alienum, ergo ratio illa seu differentia illa an sit æs alienum, non est generalis, sed casualis, lex autem debet esse generalis, nec debet adaptari ad id quod aliquo casu accidere potest. l. iura. & l. ex his. ff. de legibus. c. erit autem lex. iiij. dist. meritò idem disponit vtroque casu.

19 ¶ Per illa patet, quòd ratio illa quam posuit Paulus in dicta l. qui filiabus. §. fina. de leg. j. in eo quod dixit quod potest esse vtile legatario repudiare hæreditatem & acceptare legatum; ne oneribus implicetur hæreditariis. non fit vsque quaque vera, & contrarium sentit glos. & ibi idem Paul. in l. in quartam. ij. colum. ff. ad legem fal. vbi dicit, quòd cum hæreditas est legatis exhausta particularibus, penes hæredem remanent omnia onera, nec transeũt in legatarios. Secus est in fideicommisso vniuersali, nam transeunt in fideicommissarium pro partibus quæ restituuntur, & penes hæredes remanent pro sua quarta, quando retinet quotam. Sed in proposito: vt vides; hodie per istam legem, nil valet dicta ratio Pauli, quia transeunt onera pro partibus in legatarium cui tertia & quinta pars bonorum est prælegata. Cogita ergo quæ fuerit vtilitas:

20 ¶ Per istam legem tollitur de medio id, quod dixerat doctor de Segura, in repetitio. l. vnum ex familia. colum. vij. quòd per leges Regni, foro legum lib. iij. titulo delas mandas, solum est permissum testatori legare quotam bonorum, non hæreditatis & si testator legauit quotam hæreditatis debet exponi, id est quotam bonorum, sicut aliquando ponitur econtrario, vt instit. de fideicommissi. §. post quod. illud tamen hodie non est verum per istam legem. Immo quota bonorum importat idem quod quota hæreditatis, vt patet ex superioribus, & probatur suprà lege xix. vbi tetigi.

21 Despues pareciere. Propterea si non est idoneus legatarius vel prælegatarius debet cauere: l. si tibi legatum. de leg. iij. l. quibus. §. termilius. & ibi Bart. ff. de con

ff. de cond. & de. Bald. in l. fin. de his quæ sub modo. & in l. prædia. ij. col. C. de fideicommissis.

22 ¶ Pro rata. vt l. legatorum, in principio, de leg. ij. l. si quis testaméto. §. apud Iulianum, de leg. j. Idem si legatum est pium, Oldraldus consilio cxj. Bart. in authen. sed in eadem. C. ad legem fal. vtputa relictum pro anima. glos. & Bartolus in l. si quis Titio. de legatis ij. l. pater. §. Tusculanus. de legatis iij. l. iij. C. ad legem fal. authentica similiter. eodem titulo. vbi vide Ludoui. in repetitione.

23 ¶ Como si fuessen herederos en la dicha mejoria. Nota quòd ille cui legatur tertia pars bonorum, & si pater plures habeat liberos, non dicitur hæres in dicta tertia: cum lex ista dicat hæredum loco. Aliud enim est esse talem, aliud haberi pro tali vel loco talis. l. uercis. ff. de verbo. signi. l. Si maritus. §. j. ff. de adul. & ibi notat Bart. Ad idem l. quoties. C. de hæredi. instit. vbi institutus in re certa habetur loco legatarij, & notat ibi Iason post alios, quòd ideo non est propriè legatarius nec hæres. & ideo verificatur opinio Bart. qui dicit, quòd erat tertia species, vt ibi per Iasonem.

24 ¶ Hinc est, quòd licet donatio facta filio in potestate, quæ morte confirmatur: habeat vim relicti: vt l. pe. C. ad legem fal. non tamen est relictum. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. si maritus. quia aliud est esse simile, aliud est esse idem: vt notatur in l. quod Nerua. ff. de positi. & ff. ad Carbo. l. si impub. & ideo dicit Salicetus in l. illud. cod. ti. C. de colla. quod est relictum talis donatio quo ad quædam: & quo ad quædam non.

25 ¶ Hinc est etiam, quòd si donationi inter viuos adiicitur aliquid quod est contra substantiam donationis inter viuos: non videtur stare donatio in propria specie sua. l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis. vt latè ac singulariter per Franciscum Aretinum in l. hæredes palam. §. fin. colum. antepenult. ff. de testa.

26 ¶ Sed potest aliquis probabiliter dubitare: in quo talis legatarius assimilatur hæredi, dicas quòd in hoc, quòd pro quota hæreditatis legata transeũt onera hæreditaria in legatarium: vt hic vides, & regulariter est secus: quia in legatarium particularem: non transeunt onera, sed remanent penes hæredem: vt suprà dictum est, & tenet Paulus in l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. ij. quòd ideò quando legatur pars hæreditatis: non fit deductio æris alieni: vt est ibi casus: quia legatarius partis hæreditatis, habetur loco hæredis vniuersalis in quem transeunt omnia onera actiua & passiua. l. j. in principio. iuncta l. mulier. §. fin. ff. ad Trebellia. potest ergo legatarius dicere hæredi, nolo quòd tu soluas; sed ego volo soluere: quia ego possum conueniri. l. fin. C. ad Trebell. hoc verum nisi testator mandasset restitui deducto ære alieno. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Trebel. & hoc inducit hoc nomen hæreditas, quod cum in iure consistat: importat omnia iura & onera non in corporibus. l. hæreditas. ff. de peti. hære. Secus vbi legatur pars bonorum: quia verbum, non est verbum iuris de proprio significato, sed corporis: ideo regulariter dicuntur deducto ære alieno. l. mulier bona. ff. de iure dot. Ideo legatarius partis bonorum, non dicebatur vniuersalis: sed particularis: nec in eum transeunt iura saltem passiuè, vt possit conueniri: idcirco hæres poterat deducere æs alienum: quia conueniri potuit, & sic sua interest. Sed in casu præcedenti: non quia est rutus exceptione postquam restituit, vnde legatarius erat conueniendus. Cùm autem legatarius tertiæ partis bonorum hodie sit conueniendus: quia in eum transeunt onera passiuè, vt hic vides, meritò dicitur fideicommissarius vniuersalis, non particularis, sublata differentia an loquatur testator per hoc nomen bonorum, an hæreditatis.

¶ Adde etiam, q̃ olim non minus habebat legatarius vno casu quàm alio facta solutione æris alieni, & eorum de quibus in dicto §. finali, secundum Paulum ibi, quem videas.

27 ¶ Herederos. Hæres non detrahit legitimam, ni si deducto ære alieno. l. Papinianus. §. quarta. de inoffic. testa. l. Lucius. §. Mæuia. ff. ad Trebellianum. l. Titius. §. Lucius & ibi Bart. de legatis ij. l. pro hæreditariis. C. de hæredi. actio. l. controuersia. ff. de trãsactio. Melioratio tertiæ & quintæ partis bonorum: intelligitur deducto ære alieno, per istam l. & iura hic allegata, vnde quantum ad hoc, melioratus habetur loco hæredis, non in aliis oneribus, vtputa q̃ teneatur creditoribus. l. j. C. si certum petatur.

28 ¶ Legitima detrahitur ab hæreditate prius quã legata. l. fin. §. fi perfectum. C. de iure delibe. nisi sint pia. Oldradus consilio cc. Paulus de Castro in l. si quis testamento. §. apud Iulianum. de legatis j. non tamen minuit legitimam, secundum Bart. in d. l. Papinianus. §. si Imperator. ff. de inoffi. testa. intellige vsque ad quintam partem bonorũ testatoris; quia dicta quinta pars detrahitur prius de hæreditate, ante quàm legitima & prælegata de tertio detrahantur, vt d. l. ix. ti. delas mandas, foro legum. & lex stilli, l. ccxiiij.

29 ¶ Legatarius certæ rei: non potest petere sibi tradi instrumentum emptionis illius rei: sed donator vel eius hæredes debent cauere de præstando cum opus fuerit. Bar. in l. quæsitũ. §. Papinianus. ff. de fundo instructo. nota. in l. instrimẽta. C. de fideicõmissis.

30 ¶ Cierta parte. Legatarius in certa parte bonorum, tenetur ad onera hæreditaria. l. si quis seruum. §. fi. cum l. sequenti, de legatis secundo. l. mulier. §. fi. ff. ad Ttrebellia. Bar. in l. cum ex filio, in fine principij. ff. de vulgari. sed is cui legatur tota hæreditas: tenetur ad omnia onera hæreditaria, quia omnia iura actiuè & passiuè transeũt in eum. glo. in §. postquã. instit. de fideicom. hære. Angelus in l. j. in fin. de legatis j. textus & Barto. in l. cum filius. §. Lucius, de legatis secundo, & lege nomen, & ibi Bar. §. filio, de legatis tertio. vbi etiam dicitur quòd tenetur ad onera, quatenus res legata fuerit per testatorem oneri deputata.

Lex XXII.

Si el padre, o la madre, o alguno delos ascendientes prometio por contracto entre biuos de no mejorar a alguno de sus fijos, o descendientes, y passo sobre ello escriptura publica. En tal caso no pueda hazer la dicha mejoria de tercio ni de quinto. Y si la fiziere, que no vala. E assi mismo mandamos que si prometio el padre, o la madre, o alguno delos ascendientes, de mejorar a alguno de sus fijos, o descendientes, el dicho tercio & quinto, por via de casamiento, o por otra causa onerosa alguna. Que en tal caso sea obligados alo cũplir & hazer, & sino lo fizieren que passados los dias de su vida, la dicha mejoria, o mejorias de tercio, o quinto sean auidas po fechas.

Ista lex

ISTA lex est notabilis, quamplures dubitationes in hac materia tollens. Statuit enim, quòd si pater vel mater promiserunt per contractum in scriptis redactum, non meliorare vel meliorare ex causa onerosa tenentur illud adimplere. & pro factis habeantur ipso iure.

¶ Caue, quia si promisit non meliorare vnum ex filiis, nominando eum, illum solùm meliorare non poterit, alium vel alios sic. Bald. in l. voluntas. fin. col. versic. quæro vtrum si prohibeatur. C. de fideicom. Bart. in l. Lucius. §. j. in fine. de lega. iij. & in l. filius. §. diui. fin. col. versic. quærit diuus. de legat. j. Alexand. consil. lvj. incipit, consideratis verbis statuti. pro quibus est text. in auth. de restit. fideicom. §. manifestum. versi. nos ergo. collatio. ix. & facit ad hoc, quia limitata causa, limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domin. vnde prohibitus non meliorare vnam personam permittitur in alia, vt volunt iura prædicta: vt plenè per Bart. in dict. l. Lucius. §. j. de legatis iij. & in dict. §. diui. finali colum. cum aliis, de quibus suprà. 5

¶ Præterea cuicunque licet disponere de rebus suis ad libitum, in quibus est moderator & arbiter. cap. de his. de sepult. cum concordantiis. si autem ipse sibi imposuit legem, quòd in fauorem vnius ex filiis non posit, poterit quo ad alios ad quos prædicta prohibitio non extenditur. ca. nonne. de præsumptio. quòd enim non mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. C. de testam. l. precibus. C. de impub. & aliis substit. oportet igitur quòd dicatur de omnibus filiis & nepotibus: quamuis aliquibus videatur, quòd ratio prohibitionis comprehendat omnes & ad omnes extendatur; quamuis vnus solus fuerit nominatus. argum. l. cùm hi. §. si plures. ff. de transactio. sentit Bald. in d. l. voluntas. col. j. vers. secundo oppono. C. de fideicommissis. & videtur de mente huius legis, cùm dicit: ne is qui contraxit defraudetur vel grauetur in sua legitima, Sed quod prius dixi videtur verius. Imputet ergo sibi, qui apertius de omnibus dicere potuit, & non dixit. l. veteribus. ff. de pactis. 6 7

¶ Ex iis infertur quod si promisit quis non meliorare filium, poterit nepotem meliorare, quamuis alias prohibitio facta hæredi: comprehendit hæredem hæredis. vt per Bart. in dict. l. Lucius. §. j. in fi. & in d. §. diui. fin. col. versi. quæro vtrum prohibita alienatio. Cogitabis. 8

¶ Vnum tamen est, quòd prohibitus alienare vel meliorare, non potest alienationi vel meliorationi consentire: quia per talem consensum videtur ipse facere. glos. & Bartol. in ver. quærit glos. in l. cùm pater. §. libertas. de legatis ij. & in l. fin. col. j. C. de pact. & in l. iubemus. C. ad Velleia. & in l. fundus. versic. j. ff. de pignor. & ibi glos. Bald. in l. ij. C. si aduers. dona. licet Salic. contra in l. fin. C. de pactis, facit quod vult Bald. in l. quoties. la j. in primo not. C. de fideicommis. vbi dicit, quòd prohibitus alienare per se in personam certam, non potest dare occasionem quòd alienetur. vt cap. j. §. fin. si de inuesti. §. ea lege. & ibi Moderni. ff. de verb. obli. quod enim non potest quis facere per se, nec per alium: vt regula iuris dicit. Si ergo pater promisit non meliorare filium, & mater de bonis communibus vel constante matrimonio acquisitis, fecit donationem eidem filio, non poterit pater consentire. Si tamen de suis bonis voluisset filium ipsum meliorare: absque dubio posset: quia ex separatis non fit illatio. 3 4

¶ Scriptura publica. Nota casum in quo requiritur scriptura, alios ponit glos. in capitu. primo, de censibus, libro sexto. Specul. titul. de instrumenti æditio. §. restat. Abbas in cap. ex parte. de concess. præbend. Ias. in l. pactum quod bona fide. C. de pact. Vnus casus inter cæteros, in quibus requiritur scriptura est cùm donatio excedit quingentos solidos: quia insinuatio nihil aliud est, quàm quòd redigatur in scriptis coram iudice, secundum Bartolum in l. Modestinus. ff. de donationibus. qui ita intelligit l. sancimus. cum similibus. C. de donationibus. Ad hoc lex Regni, quæ hoc dicit expressè, quinta partita, titulo de las donationes. l. nona. in casu tamen istius legis: vbi pater promisit meliorare vel non meliorare: non reperio quòd requiratur scriptura, etiam si excederet summam quingentorum aureorum, donec procedatur ad actum donationis, nisi ista lege fuisset inductum.

¶ Regulariter tamen scriptura non est necessaria, quoniam in exercendis litibus parem vim habent scriptura & testes. l. in exercendis. C. de fide instrum. Ad idem l. pactum quod bona fide. C. de pact. vbi pactum sine scriptura est validum & seruandum: scriptura enim fit ad probandum & demonstrandum. l. cùm res. C. de probat. l. contrahitur. ff. de pignor. non est ergo curandum quando demonstretur. certum. ff. si certum peta. 6

¶ Fallit ista regula in casibus cumulatis in præallegatis locis, in quibus requiritur scriptura propter eorum grauitatem, vt tradit plenè Salic. in d. l. pactum quod dotali. in final. verbis. traditur etiam per doctores in præallegatis locis.

¶ Vnum semper tene menti, quòd in casu huius legis & l. xvij. suprà eodem. & in omnibus aliis casibus in quibus requiritur scriptura ad substantiam actus: si intercessisset & esset perdita. Admittetur postea probatio per testes. l. testium. in fine. C. de testa. Bar. in l. j. §. sufficit. per illum text. ff. de bonor. possef. secundum tab. & l. emancipatione. C. de fide instrumen. & ibi Bald. & idem Bald. in l. secunda. columna quarta. & in l. gesta. C. de edendo. Salicetus in l. litigatoribus. C. de appell. Ias. in dicta l. pactum quod bona fide. 7

¶ Scriptura publica. Non sufficiet priuata, ita quòd oportet quòd fiat per tabellionem cum solennitatibus alias requisitis per glo. in cap. secundo. de fide instrum. en. & est ordinatio de Segouia, & in pragmaticis folio ccxl. per Bald. in l. scripturas. prima colum. in versi. notarij. C. qui potiores in pigno. habean. & in l. fin. versic. secundò opponitur. C. si cert. peta. & in rub. C. de fide instrum. columna secunda. versicul. sed dubitatur, nunquid notarius. & iste est vnus casus in quo requiritur scriptura. adde ad glos. in cap. j. de censib. libr. vj. in verb. in scriptis. & in l. pactum quod bona fide. versic. secundum ius. & ibi Bald C. de pact. Specul. de instrumen. edit. §. restat. versic. sed si alij testes. 8

¶ Si à principio interuenit scriptura: quæ postea perdita est: sufficit probare perditam. Barto. in l. testium. versi. vltimo tene menti. C. de testibus. 9

¶ Sed pulchra dubitatio. Si pater promisit non meliorare in tertia & quinta parte bonorum suorum aliquem ex filiis vel nepotibus; an poterit relinquere quintam pro anima sua: videtur q̃ sic, per prædicta. & per l. xxxvj. infrà eod. Si tamen promisit filium meliorare in tertia & quinta, non videtur posse 10

posse relinquere quintam pro anima.

11 ¶ Pater qui promisit in fauorem vnius ex filiis qui tunc matrimonium contraxit non meliorare filios: intelligitur quantum ad præiudicium illius: bene tamen poterit meliorare quantum ad præiudicium aliorum: quia pacta inter paciscentes sunt seruanda, vt l. j. §. j. ff. de pactis. nec extenduntur ad alias personas. l. epistola. §. pactum. & ibi Bart. eod. ti. l. ex conuentione. C. eod. l. ij. & fi. & ibi Bald. C. sine censu vel reliquis. glo. & Bart. in l. insulam. ff. qui potio. in pigno. ha. Bar. in l. veteribus. ff. de pactis, Spe. de treuga & pace. in fine. per Bart. in l. si vnus. §. ante. ff. de pactis. Ad idem l. fi. ff. si certum peta. vbi stipulatio refertur ad promittentem: non autem ad alias personas non nominatas. Si tamen pater non in fauorem vnius filiorum, sed omnium ad eorum instantiam promisit neminem ex filiis meliorare tenebitur illud seruare per istam legem.

12 ¶ Filium in cuius fauorem pater promisit alios non meliorare filios poterit eundem filium meliorare. argu. l. quod fauore. C. de legibus. Barto. in l. quamuis. ff. de pigno. actio.

13 ¶ Filio in cuius fauorem pater promisit alios filios meliorare, vita defuncto, tenetur pater pactum seruare in fauorem hæredis defuncti: textus nota. in l. si pactum. ff. de proba. Bald. in l. j. fin. col. versic. modo quæro. C. per quas perso. nobis acqui. Intelige quando hæres est filius: qui censetur eadem persona cum defuncto, secus si extraneum relinquat hæredem. Spe. ti. de teste. §. j. versic. item q̃ est parens. & de locato. §. vj. ver. vij. & de feudis. §. ij. ver ficu. so iij. cogitabis super hoc.

14 ¶ An reuocatio meliorationis facta contra hãc legem sit nulla ipso iure, an veniat anullanda conditione ex hac lege: vide Bart. in i. Titia. §. imperator. col. j. in fi. ver. quærit glo. de leg. ij.

15 ¶ Hæc lex est contra textum in l. pactum quod dotali. C. de pactis. quem valde commendat Bald. in l. cum archimedoram. C. vt in possessionem legatorum, prope finem. ver. vlterius quæro. cuius meminit Iason in §. actionum. insti. de actio. ver. quid autem sit. Scripsi in rubrica de donationibus inter virum & vxorem. colum. cclxiij. alias folio. lxxj. colum. ij. in mea Repetitione. Salubris fuit & à me antea desiderata hæc decisio: vt ibi dixi. Cui postea interfui in curiis Taurinis vna cum aliis regis consiliariis pro qua bene facit c. j. §. filij nati. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum, vbi vide Bald. Ad idem c. j. de matrimo. ad morganicam contracto. facit l. naturalis. §. quod si faciam. & l. folet. ff. de præscriptis verbis. videas rogo Paulum de Castro consilio cxlviij. incipienti, super secundo puncto. in quæ so dubio. & in d. l. pactum quod dotali; ad finem. C. de collationibus.

16 ¶ Hæc lex similiter dicit quòd qui ex causa onerosa, puta matrimonij, promisit meliorare filium in tertia & quinta parte bonorum suorum, tenetur hoc adimplere: & si morte præuentus non impleuit habetur pro facto. de primo facit c. j. de dona. pro secundo facit decisio. Io. An. in Spec. titulo de obligationibus & solutionibus. vbi concludit quòd qui promisit se donaturum Titio domum, videtur in effectu donasse: vide Bart. in l. filius. §. diui. ij. colum. de leg. j. & in l. pater. §. Iulianus Agripa. de legatis iij. Bald. in l. quoties, la. j. versi. sequitur in glo. & versicu. quæro quid est dictum. C. de fideicommissis. vide Bar. in l. iurisgentiũ. ff. de pactis. & Pau. cõsi. cviij. fi. col. incipit d. dona. pro quo l. si pecuniam. ff. si certum petat. alias si ego pecuniam. 17

¶ Adde q̃ qui promisit donare, tenetur vacuam possessionem tradere. nota. in l. ædibus. §. fi. ff. de donationibus. idem de eo qui promisit vendere. Bal. in l. fin. C. de pactis inter emp. & vendi. versi. sed pone. Ad hoc foro legum. lib. titulo de las ventas. l. xv. facit l. si conditio. C. de actio. empti. & vend. & l. ex empto, in principio. ff. eod. Satisfaciat tamen si cõstituat se præcario nomine emptoris vel donatoris possidere. glo. & Bart. in l. ab emptione. ff. de pactis. si constituens tempore constituti possidebat. l. quãuis. §. si conductor. ff. de acqui. posse. Bart. Angelus & alij in l. quidam. ff. de rei ven. Bald. in l. minus instructus. C. de acquir. possef. Lanfran. in repetitione cap. quoniam contra falsam, in parte testium depositiones. & secundum ista intellige l. quod meo. de acqui. po. & l. interdum. §. fin. 18

Pater qui ex causa onerosa promisit meliorare vnum ex filiis, tenetur illud implere: & si non faciat in vita, habetur pro facto, adeo quòd ipse pater nõ poterit reuocare & viuens fecit, vt colligitur ex ista lege, iuncto principio cum fine. Itaque nec potest pœnitere ex promissione, vt hic & per Bald. in l. quamuis. in fine. C. de transactioni. nec factum poterit reuocare.

¶ Promittens aliquid facere restringitur vsque ad tempus mortis. l. ij. & ibi Bart. in principio. ff. de auro & argento legato. nota. 19

¶ Passados los dias de su vida. Idest ipso iure morte patris donatio fit. Sicut dicimus in falcidia, quæ ipso iure resecat legata. l. Plautius. ff. ad legem fal. Idem vbi euincitur legitima ipso iure, fit repetitio. l. Scimus, in principio. C. de inoffic. testa. Idem est in compensatione quæ ipso iure fit, vt C. de compensationib. Idem de testamento, quod ipso iure fit nullum, vbi filius est præteritus. l. ij. C. de contrab. & an requiratur partis petitio. vide Salice. in d. l. scimus. 20

¶ Sean auidas por hechas. Nota quòd sicut melioratio contra promissionem de non meliorando est nulla & non tenet vt suprà primo responso: ita si decessit qui promisit meliorare ante meliorationẽ factam: habetur ac si meliorasset, & in vltimo vitæ spiritu meliorationem fecisset, & est noua decisio: quamuis enim pater qui promisit meliorare, teneretur id facere, ait quidem Prætor, pacta seruabo, & illa quæ procedunt ex labiis meis non faciam irrita. Vnde etiam nudum pactum seruandum est saltem de iure canonico. c. j. de pactis. quod tamen promissum censeatur impletum in vltimo vitæ spiritu, nouum quid est. 21

¶ Cùm certum sit, quòd pater promisit meliorare filiam, postea decessit, filio & filia æqualibus portionibus hæredibus instituris. Si dos filiæ promissa erat in maiori quantitate, quàm sit portio, in qua fuit instituta, idcirco non vult filia succedere, sed petit se dotari ab hæredibus patris, secundum quantitatem promissam: dos non habetur pro constituta vltimo vitæ spiritu: si tantum pater in vita sua in certa quantitate pronissa dotare promisit, poterit tamen petere filia ab hæredibus patris se dotari secundum quantitatem promissam, secundum Paul in l. si socer. ff. sol. matri. post Rayn. & Bar. in l. post dotem. eo. tit. & ibi per Alberic. singulariter, qui hoc expressè decidit col. x. & dicit fore casum in l. si quis à liberis. §. idẽ rescriptũ. ff. de lib. agnos. Facit quod

cit quod voluit Bald.in l.fi.col.iij.in principio.C.de dotis promissione.

¶ Ratio decisionis potuit esse in contrariũ:quia in casu præmisso fuit simpliciter facta: in casu autẽ in quo lex loquitur, fuit promissa ob causam matrimonij vel alia causa onerosa:vt in præcedentibus dictum est: voluntas autem patris hoc promittentis præsumitur durare & continuari,etiam in ipso vitæ spiritu:vt c.maiores de baptismo:traditur per Bart. in d.l. post dotem. colum.iij.ff.soluto matrimonio. per l.fideicommissa.§.sed fidei.& l.vxorem.§.penul. eod.ti. Ex quo infert Bart. quòd si pater stipulatur dotem sibi dari facto diuortio:si filia tunc voluerit: Si filia moritur antequam declaret, non euanescit stipulatio.Immo moriendo videtur velle.Idem dicimus de donatione facta à patre filio familias:quæ à principio efficaciter non valet: ratione tamen præsumptæ voluntatis patris quæ præsumitur continuata in vltimo vitæ spiritu confirmatur & habet vim relicti non spectata hæreditatis aditione, sicut in aliis legatis: quia non est propriè legatum, secũdum Salicetum in l.illud.C.de collationibus.Idem videmus in donatione inter virũ & vxorem: vt plenè dixi in repetitione rub.de donationibus inter virum & vxorem. sic videtur dicendum in casu huius legis.

¶ Ad idem facit quod voluit Bart.in l.j.§.nec castrense.colum.ix.ff.de castrensi peculio. vbi dicit q̃ factum patris initiatum erga filium:eatenus obligat hæredes patris,quatenus pater erat obligatus de necessitate: vt de muneribus & honoribus. l. & si filiũ. 2 iuncta l.honores.§.is qui decurio. & l.filia.§.idẽ scribit.ff.fami.erciscundæ.

¶ Ad idem facit nam hæredes tutorum mandatarij & socij tenentur expedire negotia cœpta.l.hæres socij.ff.pro socio.l.j.de hære. tu.l.furti.§.fi. ff.de his qui not.infa. non tamen initiatum habetur pro consumato.

Lex XXIII.

QVando el padre, o la madre,por contracto entre biuos,o en orra postrimera voluntad,fiziere a alguno de sus fijos,o descendientes,alguna mejoria del tertio de sus bienes,que la tal mejoria aya consideracion a lo que sus bienes valieren al tiempo de su muerte, & no al tiempo que se fizo la dicha meioria,

QVe en la tal mejoria aya consideracion a lo que sus bienes valieren al tiẽpo de su muer 3 te. Nota bene hanc legem in hoc & vide quæ diximus suprà in l.xix.& xx.

1 ¶ Tempus mortis attendendum est ad æstimationem bonorum patris meliorantis filium in tertia. concordat l.xix. suprà eodem.de hoc ego scripsi in rub.de dona.inter virum & vxorem,in c.per vestras col.cccxxxiiij.versi.& ista faciunt.& super rub. col. ccxxvj.versi. item si mater. & sic melioratio recipit augmentum post mortem testatoris: vt per Iaso.in authẽ.nouissime.col.ij.C.de inoffi.testa. vnde sicut legitima filiorum debetur secundum tempus mortis patris.l.cum quæritur.C.de inoffi.testa.sic & melioratio tertiæ quæ respectu extraneorum est legitima:respectu filiorum est prælegatum.

¶ Intellige quando legitima debetur ex dispositione iuris vel testatoris: secus si ratione delicti ipsius filij:nam tunc tempus delicti est in cõsideratione.Bal.in l.quã quam.C.ad legẽ fal.dixi supr à l.xix.

¶ Intellige secundò, quando melioratio vel donatio fit simpliciter ex sola patris voluntate, secus si ex causa onerosa,vt dotis:nam tunc tempus donationis vel meliorationis inspicitur, secundum Bald.in l.in successione.C.de reuo.his quæ in fraudem credi.& in l.fin.§.fi.penulti.col.C.de vsuris rei iudic.& in l.quamuis,in fi.C.de fideicommiss.Angelus & alij in l.Si vt proponas.§. hæreditatem . ff. de inoffic.testa.Angelus Ioan.de Imola,Ludoui.& Alexand. in l.stipulatio hoc modo concepta. ff.de verborum obligatio.Cynus in l.fin.penul.colum.C.de pactis,quem alij sequuntur,Bald.& Salice.in l.j. q. v.C.de inoffi.donatio.Ioan. de Imola & Ancharan. in rubrica de testamentis.Alexan.in l.pactum,in fine.C.de collationi.qui omnes dicunt quòd si pater assignauit filio legitimam in vita, licet pater postea aliqua bona acquisierit: de illis nihil nabebit filius.Ad hoc l.si ita legatum.ff.de auro & argento legato. ibi hac demonstratione præsens non futurum tempus ostendit.Ad idem l.fi.§.qui indiuisam. versi.non facere voluntatem. de legatis ij. vide Georgium in repetitione cap. quamuis pactum, de pactis.lib.vj.colum.v.in prima limitatione.videas rogo Bald.in ca.cum M. de consti.colum.vij.versic.& est argumentum. cuius facit festum Barba. in rub. C. qui admitti. charta viij. fin. colum. vbi cumulat multa similia,quæ videas per te: vide etiam quæ ego scripsi in dicto cap.per vestras.colũ. cccxxxij.in nouis,folio xcvij.in principio.

¶ Quod autem dictum est in donatione vel meliorationedotis vel causæ onerosæ. dicas in donatione remuneratoria,quæstatim fit secundum præsens;tempus.glo.in authen.vnde si parens.C.de inoffi.testa.& in l. fi donatione. C. de collationi. & per Barto.in l.si forte.ff.de castrensi pecul. & in l.frater à fratre.ff.de condi.inde.& in l.j.§. nec castrense. ff. de collatione bonorum.per Abb.in cap.fin.in fi. de donatio.Ad hoc,l.viuus.ff.si quid in fraudem pa.vbi libertus potest donare amicis benemerentibus. vide glo.in l.si volũtate.C.de dotis promi. & ibi doct.& Angelus in l.j.§.creditum. ff. si certum petatur.Abb.Ana.& Marianum in cap. cùm in ecclesiæ corpore.de simo.doctores in l.si diuortio.ff.de verborum obligatio.dixi plenissimè in dicta rubrica de donationibus inter virum & vxorem. colum. ccxxvij.

¶ Ex verbis huius l. aliqui audent dicere quòd tertia pars bonorum patris est legitima filiorum:in qua vel respectu cuius attenditur tempus mortis patris:vt illo tempore considerentur facultates & bona patris: licet alio tempore plus vel minus valuerint:vt in authentica nouissima. C. de inofficioso testa.& ibi Iason post alios,colum.j. & l.cum quæritur.eod.titu.versiculo mortis tempore.Bald. in l. si qua pœna pater.prima lectura. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Sic etiam dicimus in legitima, quæ debetur patrono in bonis liberti.l.etiam. §. fi. & l.Si patronum.§.fin.ff.de bonis liberto.Similiter in legitima seu quarta, quæ debetur filio arrogato. l.fi.ff.si quid in frau.pa. Confirmatur hoc per istam legem quæ solum loquitur in tertia parte bonorum:non de quinta: sentiens per hoc quòd quinta quæ potest extraneis relinqui vel donari vt disponit lex Regni,foro legum,lib. iij.titulo delas mandas.non censetur legitima: tertia autem quæ non nisi filiis relinqui potest vel donari, censenda est legitima,& ideo circa eam veluti legitimam:attenditur tem

tur tempus mortis.

4 ¶ Ex istis infertur, quòd si pater voluntariè assignauit filio legitimam in vita,& postea augeantur patris facultates,poterit filius petere legitimam de bonis postea augmentatis,quia quantum ad legitimam tempus mortis non concessionis est in consideratione: vt latè per Iasonem in dicta authentica nouissima.iij.col.C.de inofficioso testa.& bene facit ista lex eo modo quo diximus inducta. contrarium tamen voluit Iaco.Bu.in l.pactum.C.de colla. refert Bald.in l.ij.C.de reuocã.his quæ in fraud. credi.& in l.fi.col.iij.C.de vsuris rei iudi. & in authentica res quæ.C.communia de legatis. Angelus in l. Stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligatio.Communis opinio est prima, quòd attendatur tempus mortis, vt hic dicitur in tertia ergo 2 tertia est legitima.

5 ¶ In contrarium facit,quia legitima propriè est portio à iure taxata, quam vnicuique filiorum pater tenetur relinquere,ad cuius consecutionem, si non relinquatur: competit filio querela inofficiosi testamenti vel ius agendi ad supplemẽtum, vel querela inofficiosæ donationis:vt l.cum quæritur.& au 3 thentica nouissima.C.de inofficioso testamento.l. si quando.& l.scimus.eodem titulo.l.Papinianus.§. quarta.ff.eodem.& per totum titu.C. de inofficio. donationibus. In tertia verò nulla imponitur necessitas patri relinquere eam omnibus filiis;vel vni vel duobus ex eis:sed ipse potest vni vel duobus aut pluribus ex eis relinquere, quos ipse voluerit: nec poterunt ex hoc alij filij tanquam in sua legitima grauati reclamare,vel contradicere: quia super 4 hoc nullum à iure est sibi proditum remedium: ergo non est legitima. propterea forte ista lex quantum ad tertiam,vtitur verbo mejoria:quæ præsupponit titulum lucratiuum donationis seu prælegati:vt colligitur infr.l. xxvj. vbi donatio & mejora ponuntur pro eodem,quasi sint verba sinonima,titulo autem donationis,vel prælegati nullus con- 5 sequitur legitimam quam pater necessariò relinquere tenetur:sed potius institutionis titulo.authenticò vt cum de appellatio.cog.§. aliud quoque capitulum.Item mejora & legitima:ponuntur vt diuersa,foro legum, titulo delas mandas.l. ix. & infrà l. xxvj.ergo non est legitima. communiter dicitur q̃ tertia est legitima respectu extraneorum quibus relinqui non potest:respectu filiorum est prælegatum quia vni ex eis potest prælegari:vt plenius dicemus 6 infrà versi.xviij.

Lex XXIIII.

QVando el testamento se rompiere, o anulare por causa de pretericion, o exheredacion en el qual ouiere mejoria de tercio, o quinto no poresso se rompa ni menos dexe valer el dicho tercio & quinto como si el dicho testamento no se rompiesse.

1 SVMPTA fuit hæc lex ab authen. ex causa. C. de liberis præteritis.vbi multa scribunt doctores antiqui & recentiores, à quibus originem traxit lex Regni,sexta partita,titu.viij.final. vbi multa trãscribit Montaluus,quæ in præsentiarum non recito:tũ quia ibi videri possunt: tũ quia turpe est aliorũ scripta referre:vbi nihil nostrũ addere possumus:vt inquit Bald.in l. de ætate. ff. de minoribus. intelligo quando iuncta sunt per aliquẽ: tunc enim illa transcribere vel transplantare, potius est laboriosum quàm subtile:vbi verò sparsa sunt:hunc elegantissimum esse iudicato, quisquis eorum quæ dispersa sunt in aliorum cogitatione: quam maximã vim coaceruare potuerit:deque his quàm optimè dicere:vt inquit Isocrates in libro de Religione vel Regno,quem ad Nichodem Regem scripsit, ante finem,In qua re priscorum honor seruandus est, eorum nomina nullatenus subticenda, furi enim par est,qui alienis laboribus sibi proficit.eorum laudes subticens,vt inquit Bald.in l.precibus. C. de impuberum aliis subst.& in præludiis feudalium lunt enim in furto deprehendi, quã mutuũ cum vsura reddere,vt ait Plinius de naturali historia, in principio.

¶ Sed pulchrum est inuestigare, quare fuit edita lex,cùm tam iure ciuili Imperatorum, quàm Regio,hoc fuerit ante constitutum, vt paulo antè dicebamus.Dicebant enim prædicta iura,quòd rupto vel nullo testamento ex causa præteritionis vel exhæredationis, legata debentur, vt hic similiter dicitur.

¶ Sed quia poterat contingere, quòd testator habebat duos vel tres filios: vni eorum legauit vel prælegauit tertiam partem bonorum: aliũ vel alios vniuersaliter instituit hæredes,ille cui tertia bonorum fuit prælegata dixit testamentum nullum,quia præteritus, quod potuit: vt l.filium.ff.de lega. præ. nonne iure prælegati habebit dictam tertiam bonorum:lex ista videtur decidere quòd sic.

¶ Vel pone retento themate, quòd testator habet tres filios,duos masculos & vnã fœminam : vni filiorum reliquit tertiam vel quintam bonorum, & instituit eum simul cum alio masculo vniuersaliter hæredem, filiam quam præteriuit vel exhæredauit: filiæ dicit testamentum nullum:nonne rupto vel nullo testamento: retinebit filius tertiam iure prælegatihæc lex videtur dicere quòd sic.

¶ Vel tertio pone,testator habebat quatuor filios:vnam fœminam & tres masculos:fœminæ reliquit tertiam & quintam partem bonorũ:alios duos hæredes instituit vniuersales hæredes:quartum præteriit vel exhæredauit.qui aget contra testamentũ, rupto testamento, vult fœmina retinere tertiam & quintam iure prælegati: & his contenta, vult ab intestato simul succedere cum fratribus: per hanc legem videtur quòd potest.

¶ Examinemus nunc quamlibet casus positionem perse,& videtur quòd prima non sit vera,quia sequeretur absurdum, scilicet, quòd plus haberet præteritus & taxatus in certa quantitate,quàm vniuersaliter institutus, contra l. maximum vitium. §. cum etiam.C.de liberis.præte. & authen.vt cum de appel.cogno.§.viro.

¶ Item præteritus & exhæredatus impugnat testamentum cum effectu,ergo non debet ex eo commodum reportare.l.filium.§.omnibus.&l.virilis.§. Si quis ex liberis.ff.de lega.præstan.facit capitu.ex eo.de regulis iuris,lib.vj. & multa quæ ibi cumulat Dynus.

¶ Præterea testator legauit animo minuendi de vniuersali successione,quod patet,quia alteri applicauit.ff.de lega.j.l.quod in rerum. §. fiquis post. illud autem quod fit ad diminutionem, non debet augere portionem. ff. de lega. j.l. legata inutiliter. gloss.tamen in dict.l.maximum vicium.versi.substãtiæ.videtur inclinare, q̃ substineat legatum per d.

authen.ex causa. idem firmat ibi Paulus de Castro, in fine. & Cynus in d.authen.ex causa.q.v.Dynus in l.sodicillis.§.vltimo.de leg.ij.quia nihil est quod repugnet, quare filius cùm sit capax talis legati: illud non sustineat. Idem tenet Franciscus Aretinus de Campo.in l.filio præterito.ff.de iniusto rupto quê ibi refert.Io.de Imola & Angelus in §.fi.colum.fin. in authen. vt cum de appel. cognoſ. & Imola, Raphael.& Alexan.quem vide.in l.j.§.fin.ff.de vulgari & pupilla.Pro quibus videtur textus in hac lege nostra,secundum istam casus positionem.

7 ¶ Communis tamen sententia est in contrarium, quam sequitur Barto.in dicta authen.ex causa.& in dicta l.filio præterito post ma. si. & Bald.in d. auth. ex causa. qui dicit quòd est mirandum, q prædicti illustres doctores tenuerint contrarium: sequitur Angelus,Fulgosius,& Alexand.in dicta l.maximum vicium.Imola in l.filio præterito. Ludouic.consilio ccccevj.incipit:in casu propositæ quæstionis.qui dicit istam esse communem opinionem. Et Iason in dicta authentic.ex causa.& hanc partem crederem hodie de iure veriorem, & dictam casus positionem falsam, quia motiua Bald. multum concludunt.

8 ¶ Accedo nunc ad tertiam casus positionê,& videtur quòd sustineri non possit,quia filia cui pater relinquit tertiam & quintam bonorum: consequitur legitimam quam de iure canonico non fuit necesse sibi relinquere titulo institutionis:vt c. raynũcius,de testa.&ibi Hostie.& alij.Ioan.Fab.in authentic.nouissima.C.de inoffi.testa.Bald.in dicta authêtic.ex causa.& in l.fin.C.familiæ ercisc. Alexand.in l.inter cætera.C.de liberis & posthu.qui dicit istam esse communem opinionem.pro qua est glo. in dicta authen.nouissima. Azo in summa illius ti:glo.in cap.si pater.de testa.lib.vj.hanc demum sequitur Iaso.in d.authen.nouissima.& hanc sequor.

9 ¶ Præterea hoc certum est, quòd verbum relinquo adiectum vniuersitati bonorum: importat institutionem.l.diuus. in verbo relinquo. & ibi notat Bart.ff.de testa.mi.& l.quoniam indignũ.& ibi Salicetus.C.de testa. glos. in l.in his verbis. in principio.ff.de hæredibus instit.&in authen.de hæredibus & falcidia.§.Si verò nullum.in verbo relictis:Secus si adiiciatur certæ rei vel quantitati:vt dicto §.aliud quoque capitulum.iuncto §.Cæterum. in authent. vt cum de appella. cognoſ. ita concludunt Bartol. Bald.& Angelus in dicta l.his verbis,in principio.& Bart.in l.centurio.ff.de vulgari & pupil.q.iij.& in l. cogi.in principio.ff. ad Trebell. Canonistæ in dict. c.Raynuntius. Salicetus in l.quoties.C.de hære.instit.Iaso in dict.authen.nouissima.col.x.qui dicit,q ista est vera & communis sententia,quicquid dixerit Bald. in dict. l. quoties. Idem dicit si adiiciatur verbum relinquo, certè quotæ bonorum vel hæreditatis:vt ibi per eum,& refert Barto.in dicta l.centurio.& hæc est veritas quicquid dixerit Montaluus in dicta l.ix.titu. delas. mandas foro legum, in versi.mejora. cuius paulo antè mentionê fecimus.

10 ¶ Ex istis infertur, quòd filius cui aliquid est relictum in vltima voluntate,non est præteritus:nec habet contra tabulas,nec ius dicendi nullum:sed agit ad supplementum.l.omnimodo.C.de inofficio.testa. dicit ibi glo. quam sequuntur doctores, quòd ille textus corrigitur in hoc per d.§. aliud quoq; capitulum per quem debet legitima titulo institutionis relinqui.Sed vt legum correctio euitetur: potest dici quòd dicta l.omnimodo.intelligi debet,vbi filio relinquitur quota bonorum: quæ legitimam non ascendebat quia dicitur in ea institutus:& pro residuo,agit ad supplementum:& hoc probatur in textu, ibi: id quod minus pro portione legitima relictum est.

11 ¶ Posito ergo q testando inter filios,teneatur relinquere legitimam titulo institutionis:per illa verba,filiæ meæ relinquo tertiam & quintam bonorũ: videtur tituló institutionis reliquisse:eo q verbũ relinquo adiicitur vniuersitati vel quotæ bonorum. Cum autê testamentum ex causa præteritionis:vel exhæredationis:rũpatur quo ad institutionem, & infirmetur: q etiam debeat rumpi quo ad tertiam bonorum filiæ relictam,in qua videtur filia instituta, & sic nullo pacto poterit illam titulo prælegati retinere,quamuis ea contenta,velit à patris successione recedere,quia vt paulo antè dicebamus,illud quod fit ad diminutionem, non debet operari augmentum.

12 ¶ Teneas ergo secundam casus positionem,nam si testator relinquit filio tertiam, & eum simul cum alio instituit hæredem,quamuis testamentum rumpatur ex alterius præteritione,nimirum si cõsequatur tertiam iure prælegati, quia nõ videtur in ea institutus,eo quòd vltra tertiam fuit simul cum fratre institutus,nec fuit ei relicta ad diminutionem,sicut in alia casus positione, vbi filiæ reliquit tertiam, & in residuo alios instituit hæredes.

13 ¶ Per ista patet quando relictum tertiæ sit institutio vel legatum, nam si dixi relinquo filiæ tertiam, & amplius de ea non feci mentionem,dicitur habere tertiam iure institutionis,quia verbum relinquo est adiectum quotæ bonorũ.ideo nõ dicetur præterita,quia voluntas testatoris debet saluari, vbi verborũ significatio nõ repugnat.ff.de leg.j.l.ab omnibus.ff.de cõd.& demonstra.l. in his. & sic procedit quod dicit Bal.in d.l.quoties.versi. quæro si pater. Si autem dixi relinquo filiæ tertiam iure prælegati intelligitur reliquisse,si subiunxit,& in residuo eam instituo simul cũ alio fratre suo,&hoc propter conjecturatam mentem defuncti,vt colligitur ex ista lege,secundum hanc secundam casus positionem.

14 ¶ Vel pone casum aliter & quartò. Testator filiæ legauit tertiã bonorũ alios duos fratres hæredes instituit,& quartũ præteriit,rũpitur testamẽtũ ex causa præteritionis quæritur an filia retinebit tertiam iure prælegati; & videtur q sic,per istam legem. nã verbum lego,licet olim fuerit cõmune,vt ff. de verborũ signifi.l.verbis legis. postea per sequentem iuris prudentiam vocabula fuerunt distincta, & ideo de per se habemus titulum de hæredibus instituendis,& perse titulum de legatis.Itaque cum testator vsus fuerit verbo lego videtur sensisse legatum.Idẽ si dixit relinquo tertiam iure legati secundum Baldum in d.l. quoties. & sic nõ obstat ea quæ superius dicta sunt in tertia casus positione.quia ibi testator vsus fuit verbo relinquo simpliciter sine legati adiectione.Habebit ergo tertiam iure prælegati, & insuper habebit legitimam ab intestato,adquam vocatur simul cum fratribus.

15 ¶ Nec similiter obstabunt dicta in prima casus positione,quia ibi ad petitionem eiusdẽmet prætariti,cui fuit relicta tertia bonorum rumpitur testamentum: vbi autem præteritus vel exhæredatus testamentum impugnat, non debet ex eo cõmodum reportare,vt d.l.filium.§. omnibus.cum similibus.

In hac au

In hac autem casus positione, loquimur vbi aliter præteritus impugnauit,non ille cui fuerat tertia relicta.Hoc est capitale fundamentum,quare ibi non sustinetur legatum,secundum Iasonem post Bal. & in dicta authen.ex causa. quia ille præteritus vel ex hæredatus cui erat legatum relictum: infringit testamentum.Ergo secus erit vbi non ille:sed alius infringit: & ideo hanc positionem credo esse veram, quæ potest iuuari auctoritate glosarum Cyni,Pauli & aliorum,quos in prima casus positione memoramus, qui in fortioribus terminis tenuerunt hanc conclusionem, vbi idemmet melioratus infringebat testamentum.

16 ¶ Ista faciunt ad quæstionem quæ de facto contingit,statuto collegij cauetur,q collegialis veniẽs clausis ianuis:si petat ostium aperiri:amittat vnam de tribus noctibus. modo collegialis venit clausis ianuis:& petit ostium aperiri: socius eius dum videt ostium apertum:ingressus in collegio: dubitatur an etiam socius amittat noctem, videtur quòd non: quia ad eius petitionem non fuit ostium apertum.Immo aperto iã ostio ingreditur. Cogitabis.

17 ¶ Vnum tamen contra superius dicta vigere videtur; quia secundum prædicta, plus habet præteritus & taxatus in certa quantitate:quàm vniuersaliter institutus:contra dictam l. maximum vicium.§.cum etiam.& §.cum.C.de liberis præ.quod videtur absurdum: & per consequens non tenendum.

¶ Item testator legauit animo diminuendi de vniuersali successione: ex quo alteri applicauit. d. l. quod in rerum.§.si quis potest.de lega. j. ergo non debet operari augmentum.d.l.legata inutiliter.motiua sunt Bal.in d.authen.ex causa. Cogita circa solut.Potest etiam adduci pro'ista parte lex ista in fine.ibi,Como si el testamento se rompiesse.nam si testamentum non rumperetur tertiam solum consequeretur filia iure legati: ergo rupto testamento non debet amplius cõsequi. Sed potest responderi q verba illa:referuntur ad validitatẽ tertiæ & quintæ partis bonorum: non tamen negat ista lex quin possit amplius rupto testamento consequi.

18 ¶ Ex prædictis cõstat an tertia bonorũ filio relicta:dicatur legitima, doctor de Segura in repetitione l.vnũ ex familia.pluries dixit q est legitima:quod intelligo quando filius consequitur legitimã suã in tertia ipsa quã pater sibi reliquit per verbũ instituo vel relinquo:quibus verbis inducitur institutio: vt suprà dictũ est,& dicetur fortè infrà in l.xxvij. tunc enim tertia ipsa dicetur legitima:tũ quia per verba institutionẽ importãtia fuit relicta. tũ etiã quia extraneis relinqui vel legari non potuit:vt suprà tactũ est.Secus quando filius cõsequitur legitimã ex testamento vel ab intestato, & vltra legitimam iure prælegati:tunc enim non dicetur legitima,sed prælegatum.quod pater facere potest alteri ex filiis imponendo sibi in tertia grauamen quod voluerit: vt infrà. quod facere non posset si esset legitima vt in præcedentibus dictum est. Concludamus igitur quòd quinta pars bonorum indistinctè non est legitima cum extraneis relinqui possit: tertia autem tunc demum est legitima, quando sola pro legitima relinquitur: quando vero vltra legitimam per viam meliorationis, est prælegatum: & in omnibus naturam legati:vel prælegati fortitur. Ex quo possunt multa inferri: quæ in legatis vel prælegatis constituta sunt, quæ in legitima locum non habent,quæ diligens indagator reperire poterit.

19 ¶ Ad illud autem absurdum quod suprà tactum est sci licet,in versiculo, xvij. quòd taxatus in certa quantitate plus consequeretur:posset forsan responderi,quòd ex hoc nõ sequitur absurdum, cum iure permittente consequatur.argum.l.iustè possidet.ff.de acqui.possess.& l.grachus.C.de adult.cum similibus. Videmus insuper quòd emancipatus filius nil tenetur emancipato conferre:cum venit ad patris successionem:confert tamen existenti in potestate. l. si emancipati. C.de collatio. Sed pone, duo nepotes, quorum vnus est in potestate, alter emancipatus, veniunt ad successionem aui simul cum patruo. Portio nepotis emancipati est taxata: vt dicta l.si emancipati, tamen isto casu patruus emancipatus tenetur conferre non solum nepoti in potestate,sed emancipato, vt l.prima. §. penultim. ff.de coniunct.cum emancipa. lib. & ita portio nepotis emancipati quæ erat taxata, augetur ex persona alterius fratris existentis in potestate,ergo sic in casu nostro ratione fratris præteriti testamentum rumpentis, augetur portio alterius tacentis, Multoties enim consequitur quis ex persona alterius,quod ex persona sua consequi non potest, vt plenè tradit Iaso.indicta l.Si emancipati.col.quarta. Multa etiam cumulat Georgius Natam in Repetitione capituli, quamuis pactum. de pactis libro vj.

20 ¶ Euel qual ouiere mejoria de tercio, o quinto. Per ista verba patet,quòd secunda casus positio magis conueniat huic legi,puta si testator habet filiam, & duos filios: filiæ legauit tertiam bonorum: eam instituit hæredem simul cum alio fratre,alium præteriit:qui præteritus impugnauit testamentum:tũc filia dicitur retinere tertiam iure meliorationis; quia propriè dicitur meliorata:ex quo vltra legitimam retinet tertiam ex voluntate defuncti expressa.In quarta vero casus positione: non retinebit filius tertiam & legitimam:nisi frater præteritus impugnaret testamentum:vt ibi dictum est:ergo tempore conditi testamenti & ante impugnationẽ,non dicitur in ea melioratus.Cogita.

21 ¶ Intellige nisi ipse filius cui melioratio facta est, impugnet testamentum in quo fuit melioratus.l. cum filius.in principio. & ibi Bart. de legat. ij. facit l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testa. & l. si testamentum. & ibi glossa. & Barto. & alij.ff. de petit. hære. & foro legum libro iij. titulo delas mandas.l.xij.

¶ Ex eo enim quod quis impugnat, non debet commodum consequi, vt regula iuris dicit. ad hoc l.filium.§.omnibus.& l.virilis.§.si quis ex liberis.ff.de legat. præstandis. tenet hoc Bald. in dicta authentic.ex causa.pe.& fina.column.versicul.octauo quæritur. Idem Nicolaus de Neapolit.in l.Nesennius.ff.de excu. tu. Angel.in dicta authentica.vt cum de appella.cognoscitur.§.fina.in fine,colla.ix. Montaluus foro legum libro tertio. titulo delas mandas.l.ix.

¶ Et secundum ista intellige Spec. de procura. §.j.versi.porro.

22 ¶ Qua actione melioratus in tertio & quinto agit contra hæredem ab intestato succedentem, vide glossi.in l.secunda.C. communia de lega.vbi Cynum & alios.

23 ¶ Vbi & quotempore legata possunt peti.vj.partita.titu.ix.l.fin.

Lex XXV.

El tercio & quinto de mejoria fecho por el testador. No se saque delas dotes & donaciones propter nupcias ni de las otras donaciones que los hijos, o descendientes traxeren a colacion, o particion.

1 MElioratio tertij vel quinti non deducitur ex dote vel donatione propter nuptias vel aliis donationibus antea factis. Ratio huius fuit, quia vna donatio non defalcatur per aliam, vt l. fuit quæstionis. ff. de collatio. bonorum. illa enim bona à testatore donata, discesserunt à patrimonio suo: vt ibi dicitur: & amodo non sunt sua: ergo de illis nihil est detrahendum quia non reperiuntur in eius patrimonio tempore mortis vt requirũt leges xix. & xxiij. suprà. Ad prædicta facit l. iij. §. Sed vtrum. ff. de mino. vbi dos filiæ, est propria sua & eius patrimonium. Ad idem l. Pomponius Philadelphus. ff. familiæ erciscundæ. melioratio autem intelligitur facta de bonis testatoris meliorantis, vt est notum: & dicit lex Regni foro legum, ti. delas mandas. l. ix. & suprà l. xvij. Antequam hæc lex fuisset condita: ego hanc conclusionem tenui in rub. de donationibus inter virum & vxorem. col. ccxxvij.

2 ¶ Præmitte quòd illud quod pro dote datur, interdum datur animo donandi filiæ: vel marito pro filia: & tunc valet donatio: & actio de dote est solius filiæ: nec pater in ea habet communionem: puta si filia sola fuit stipulata patris voluntate: vel ipse pater fuit stipulatus soli filiæ: vel fuit stipulatus sibi vnum casum: & consequenter videtur in alium casum filiæ donasse: vt l. si cum dotem. in principio. ff. soluto matrimonio. & declarat Barto. in l. post dotem. q. iiij. eod. titu. & in tali dote donata, filia habebat olim hæredem: quasi filiæ fuerit quæsita, licet regulariter secus: vt declarat Paulus in l. ij. C. de inofficio. dona. colum. tertia. & Salicetus in l. dos à patre. C. solut. matrimo. vide bonam additionem ad Bald. in l. si dotem. C. de falsa causa adiecta le.

3 ¶ Aliquando pater dat dotem simpliciter, nec apparet quòd animo donandi: & tunc non censetur donata: tamen hoc est speciale in dote pro filia: etiam iure veteri habebat communionem in actione de dote simul cum patre, & sic est capax huius actionis. Sed si præmoriebatur patri etiam relictis liberis: consolidabatur actio in patrem exclusis liberis secundum communem opinionem notatam in l. dos à patre profecta. C. solu. matrimo. Sed si pater præmoriebatur: consolidabatur in filiam: siue haberet liberos, siue non: vt l. secunda. soluto matrimon. 6 his autem casibus vbi dos est donata vel consolidata in filiam, si veniebat ad successionem cum fratribus: tam olim, quàm hodie, debet ipsam conferre: vt l. liberis. C. de collatio. ita declarat Paulus l. secundæ. C. de inof. dona. col. iij. Ratio est, quia licet regulariter suus nil conferat: quia omnia quæ acquirit, acquirit patri: eo quod diuus Pius imperator considerauit quòd filius in potestate potest habere aliquid scilicet dotem: vt l. Pomponius. ff. familiæ erciscundæ. Ideo introduxit quòd illa dos posset conferri: vt l. prima. C. de collatio. dotis: & ibi Barto. vbi ponit istam rationem & in l. si emancipati. C. de collatio. & secundum prædicta debet intelligi quod ista 7 disponit quòd dos debet ad collationem duci.

4 ¶ Aduerte tamen quòd hodie videtur correcta l. dos à patre profecta. C. solu. matri. & videntur resecatæ altercationes doctorum ibi. nam tex. ibi dicit quòd si filia familias decessit in matrimonio, dos ad patrem reuertitur. Ad idem l. j. §. quod si in patris. ff. eod. cum similibus. in quibus dicitur quòd actio dotis profectitiæ est communis patris & filiæ in potestate. Actio autem quæ est communis patris & filiæ, per emancipationem consolidatur in filiã. l. prima. §. videamus. C. de rei vxo. propria eius efficitur, vt notant glo. & doctores in dicto §. quod si in patris. Idem si dos conferatur filiæ emancipatæ: vt l. pater filiæ. ff. de euictionibus. Sed ita est hodie quòd per contractum matrimonij: filia exit à patris potestate; vt colligitur ex lege fori legum. & in expresso dicit lex xlvij. infra eod. ergo actio dotis profectitiæ: matrimonio contracto: consolidatur in filiam.

5 ¶ Donationes propter nuptias. Sicut enim dos debet duci ad collationem: quando filia vult patri succedere cum aliis fratribus. vt paulo antè dictum est: ita & filius donationem propter nuptias quam habuit, à patre, de cuius hæreditate agitur: ita statuit imperator Leo in l. vt liberis. C. de collatio. habent enim dos & donatio propter nuptias, multas conuenientias. Sicut enim dos habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur. l. stipulationem, cum similibus. ff. de iure dotium: ita etiam donatio propter nuptias promissa à patre: vel ab alio habebit tacitam conditionem, si matrimonium sequatur. glo. in §. est & aliud. versi. exequetur. inst. de donationibus. Bald. in l. ij. C. de bonis quæ liberis. Ratio vtriusque est, quia dos & donatio propter nuptias, non possunt esse sine matrimonio: sed bene matrimonium potest esse sine dote. l. fina. versicul. Sicut enim dos. C. de donationibus ante nuptias.

¶ Item sicut soluto matrimonio dos reuertitur ad dotantem. l. dos à patre. C. soluto matrimonio. ita & donatio propter nuptias, secundum Bal. in dicta l. secunda. Item sicut dos alienari non potest constante matrimonio, vt ff. & C. de fundo dotali, per totum, ita nec donatio propter nuptias: authentic. siue à me, & ibi Bald. C. ad Velleia. Angelus in §. primo. in authentic. de æquali. dotium. Item sicut dos in legitimam computatur ad querelæ exclusionem: ita & donatio propter nuptias, l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. & ibi Iason post alios in principio. vbi ponit istas conuenientias, ego similiter posui in Repetitione rub. de donationibus inter virum & vxorem, in principio. vbi multa alia de istis donationibus ante nuptias dixi & cumulaui.

¶ Ni delas otras donationes que los hijos, o descendientes traxeren a particion. Præmitte, quòd aliquando pater donat filio, non vt filio, hoc est, nõ mouetur pater ad donãdum filio affectione; sed propter aliqua eius erga patrem merita & sic pater meritorum contemplatione donat filio, & tunc censetur perinde ac si extraneo donasset, & consequenter res donata, censetur aduentitia. glo. & doctores in l. si donatione. C. de colla. & ideo non conferuntur. quia aduentitia hodie non conferuntur. vt l. fi. eod. ti. per Iasonem in authen. ex testamento. col. vj. in fine eod. ti. & de ista donatione non loquitur ista lex sed tantum de his quæ conferuntur.

7 ¶ Aliquando verò pater donat filio vt filio, propter amorem filialem, quia filius est, & tunc pater non intelligitur donare, sed in peculium concedere etiam

re etiam si pater vtatur verbo dono, secundum Iasonem in dicta authentica ex testamento. colũ. iiij. qui ita intelligit. l. si donatione secundo responso. eod. titu. vbi non fuit facta donatio: sed concessio in peculium: dicet ibi appositum fuit verbum donare: ad hoc l. quod fructuarius. in fin. ff. de acqui. rerum domi. & l. fin. ff. de peculio legato. & l. cum pater. §. pater pluribus. & ibi glos. & Bart. ff. de legatis ij. vide Bald. in d. auhen. ex testamento. col. iij. versi. quartum capitulum. C. de collat. & Nicolaum de Matha. quem refert Baldus in l. Si donatione. eod. ti. qui videtur sentire contrarium. quia si dicit pater dono tibi centum: illud videtur donare. 11

8 ¶ Ad hoc ergo vt pater intelligatur donare filio rem: oportet q̃ eam emerit nomine filij: & eam filio tradiderit. vt l. filiæ cuius. C. familiæ erciscundæ. & in l. ij. C. si quis alteri vel sibi: cum dicit nomine vestro, cum in potestate essetis, emerat & tradidit. commendat Barto. in l. prima. §. nec castrense. penulti. col. ff. de collatio. bonorum. vbi singulariter disserit quando pater simpliciter donauit, an in dubio videatur donare: an in peculium concedere: vel propter merita dare. Vide etiam Bald. in dict. authen. ex testamento. colum. iij. versi. Quintum capitulum. vbi agit quando pater emit nomine filij, & distinguit aut pater facit ex quadam naturali necessitate: vt quia emit filio vestimenta: & non intelligitur donare. l. rem legatam. ff. de adi. legatis. Aut ex mera liberalitate, & tunc videtur donare: oportet tamen quòd donatio confirmetur donatoris morte. l. filiæ cuius. Intellige tamen quod dicit Iason vbi fumus in dubio & apparere non potest ex coniecturis an pater dedit animo donandi. Secus tamen si quantitate & qualitate donationis & modo donandi appareat quòd voluit donare. quia tunc videtur donasse etiam si non emat eius nomine & tradat. ita videtur de mente Bartol. in dicto §. nec castrense. penul. col. & Nicolai de Matha. prout refert in dicta l. si donatione. C. de collatio. fin. colum. Vel quando merita præcesserũt, vt diximus in casu præcedenti, secundum Iasonem vbi suprà.

9 ¶ Item scias quòd quando pater concedit filio in peculium: illud quod est in peculio propriè non confertur cum fratribus mortuo patre: sed diuiditur: quia peculia in patris dominio sunt: ideo eo mortuo diuiduntur sicut aliæ res ipsius patris. l. certum. C. familiæ erciscundæ. Concedere enim in peculium: est permittere alicui vsum & administrationem rei: retento sibi dominio, donare autem est abdicare à se in totum rem quæ donatur, & eius dominium: & proprietatem in alium transferre, secun 12 dum Iasonem in dicta authen. col. ij.

10 ¶ Eo verò casu quo res à patre donatur filio in potestate: quod tunc demum est: vbi eam eius nomine emit & eam ei tradidit: an eam eo casu mortuo patre debet cum fratribus conferre? Est longa 13 inter doctores disputatio in l. illud. §. fi. C. de colla. & in authentica ex testamento. eod. titulo. nam dicta l. illud. dicit quòd donatio simplex non debet cum fratribus conferri nisi in duobus casibus ibi positis, scilicet quando pater expressit, vel propter æqualitatem seruandam. Authentica vero ex testamento. videtur sentire contrarium cum dicit, quòd dos & aliorum datorum collatio. Finaliter communis conclusio est quòd non debeat fratribus conferri, ex quo non valet in vita patris, sed post eius mortem confirmatur. ita tenent communiter omnes & sequitur ibi Iason in dicta authentica. colum. v. fallit tamen in casibus notatis ibi per glos. & doctores. Nec obstat dicta authentica ex testamẽto, quia dictio aliorum est repetitiua similium glos. in l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. notatur in cap. sedes. de rescriptis. etiam si adiiciatur dictio vniuersalis, vt dixit idem Iaso. in l. pe. C. qui admitti, ergo debet intelligi de aliis datis ob causam, vt in donatione propter nuptias, vel quando pater donat militiæ vel studij causa, secundum doctores ibi & Iasonem colum. ij.

¶ Sed opere precium est videre an hodie per istã legem talis donatio debeat conferri, dico quòd non, quia non est eius mens inducere ius nouum, sed refert illud quod antea erat dispositum: cum loquitur de donationibus quæ duci solent ad collationem, vt probatur ibi. Que los hijos descendientes, &c. Item verbum aliæ est verbum repetitiuum similium vt dictum est. ergo intelligitur de aliis similibus præcedentium, vt quando donatur causa militiæ vel studiorum, nam quod datur causa studiorum, statim valet, quia causa studiorum & dotis æquiparantur, secundum glo. in l. j. ff. soluto matrimonio. Bald. Ange. & alij ibi colum. antepenultim. Bald. in l. si donatione. C. de collatio. tenet contra, quem refert Iason in dicta authent. ex testamento. col. v. Si tamen donatio simplex fiat filio emancipato, quamuis donatio tenet, vt l. siue emancipatione. C. de donationibus. & in l. donationes. §. pater. ff. eod. & ideo etiam debet conferri, secundum Bar. in l. j. §. nec castrense. colũ. ij. in fine. ff. de colla. bo. Bald. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. in principio. Sali cetus & alij in l. vt liberis. C. de collatio. Iason in dicta authentica ex testamento. col. v. & vj. In hoc tamen casu, huius legis dispositio non loquitur per illam dictionem aliæ, quæ est similium implicatiua, & implicat alias donationes ob causam, vt dictum est. Nec etiam loquitur ista lex de aliis casibus in quibus donatio simplex inter patrem & filium in potestate tenet, qui enumerantur per glo. & doctores in l. ij. C. de inoffi. donationibus. per Barto. & Iaso. in l. fi. ff. de condi. inde. & in l. illud. C. de collatio. nam licet in omnibus aliis casibus debeat donatio conferri cum fratribus, eo quòd statim valet cum donatur, vt firmat Alexander in d. authen. ex testamento. col. ij. & Iason col. vj. nisi in illo casu speciali vbi fit propter merita, tamen dicta ratione quia lex ista loquitur de dote & donatione propter nuptias & de aliis ob causam non comprehenduntur simplices donationes.

12 ¶ Quando dicatur donatio simplex, quando ob causam, & quando causa erat talis, ad quam pater poterat cogi vel non. vide latè per Barto. in l. j. §. nec castrense. ff. de collatione bonorum. columna iiij. v. & vj.

13 ¶ Si pater donat filio emancipato non tamen emit pater rem donatam eius nomine & tradidit, an dicatur donatio vel concessio in peculium: dicetur donatio & statim valet: vt l. ij. responso ij. C. de inof fic. donat. nec isto casu potest intelligi quòd pater donando concesserit in peculium: vt dicebatur in donatione quæ fit filio in potestate. quia emancipati non possunt habere peculium. Et si habeant, desinit esse, vt l. fi. C. de inofficioso testamento. & per Iasonem in dict. authentica ex testamento. columna. septima. versiculo secundus articulus. C. de collatio.

14 ¶El tercio y quinto de mejoria hecho por el testador no se saque. Vult ista lex, quòd pater habens duos filios & vnam filiam, donauit filiam in testamẽto: eamque cum fratribus hæredem instituit, & vni filiorum tertiam prælegauit & quintam bonorum: dum filia vult ad successionem admitti patris simul cum fratribus dotem quam acceperat ad colationem adducit: filius autem cui tertia & quinta relictæ fuerunt seu prælegata: petit primo deduci tertiam & quintam, tam deducta dote: quàm de aliis bonis testatoris: & ad reliqua bona debere pro virili omnes admitti, filia contradicit; quæritur quid iuris. deciditur per hanc legem, quòd deducta dote non debeat prælegatum tertiæ & quintæ partis bonorum deduci: sed de reliquis tantum rebus quæ erant in bonis testatoris tempore mortis. hoc idem disponitur si ducatur ad collationem donatio propter nuptias, vel alia ob causam, quòd de eis non debet tertia & quinta deduci, vt hic vides.

15 ¶Pone ergo quòd pater habens cẽtum in bonis, dedit filiæ xx. in dotem, & vni filiorum prælegauit tertiam & quintam partem bonorum suorum: & omnes tres simul instituit hæredes deducet filius melioratus de lxxx. quintam & tertiam, itaque habet nomine tertiæ & quintæ xxxviij. & aliud quod supereſt hoc est xx. quæ filia nomine dotis receperat diuiditur æqualiter inter dictos duos filios & filiam erit pars cuiuslibet ipsorum xxj. filia ergo vltra dotem consequitur vnum.

16 ¶Ratio dubitandi in ista lege potuit esse: videbatur enim quòd tertia & quinta deberent deduci de dote & de aliis donationibus ob causam, quia debet donatio propter nuptias conferri vt dictum est in præcedentibus, & in legitimam computari: vt lege quoniam nouella. C. de inofficioso testamento. Idem de aliis donationibus ob causam, vt lege omnimodo. §. Imputari. eod. titulo. Sed totum quod supereſt, deducta cuiuslibet filiorum legitima: potest pater legare: & tenet legatum: vt C. & ff. ad legem fal. per totum. l. Papinianus. §. in quarta. ff. de inoffi. testa. l. cum quæritur & authen. nouissima. C. eod.

17 ¶Pone ergo quòd pater qui habebat centum in bonis, filiæ dedit xx. in dotem: & eam cum aliis fratribus instituit hæredem: & extraneo vel ecclesiæ legauit quintam partem bonorum: deducetur quinta de omnibus centum, si filia veniat ad successionem cum fratribus: quia legitima filiorũ sunt lxxx. vt foro legum, lib. ij. ti. delas mandas. l. ix. & filia in parte suæ legitimæ habebit imputare xx. quæ in dotem acceperat. dicta l. quoniam nouella. ecclesiæ deducet xx. nomine quintæ partis quod videtur lex contradicere.

18 ¶Item scimus quòd vbi pater vni filiorum prælegauit tertiam & quintam partem bonorum: legitima omnium filiorum quam pater tenetur eis necessariò relinquere titulo institutionis & pro qua competit querela inofficiosi testamenti & ius agendi ad supplementum: est quod supereſt deducta dicta tertia & quinta parte: vt dicta l. ix. ti. delas mandas: ergo dicta ratione quia filia habet imputare dotem in legitima: filius melioratus deducet tertiam & quintam bonorum de omnibus centum, quod lex ista contradicit.

19 ¶Et adeò verum est quòd filia dotem debet imputare in legitimam: quòd si pater filiam dotasset: postea in legitima eam instituens: simpliciter intelligitur computata dote in legitima, secundum Iac. de Arenis in l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrimo. Bald. in l. quoniam in prioribus. ſi. colum. C. de inoffi. testa. Paulus in dict. l. quoniam nouella. & ibi Iason. Ad hoc l. Lucius. §. cum pater. & ibi Bart. ff. de lega. j. & in l. j. §. fi. ff. de collatio. dotis. quam commendat Ludoui. Roma. & Albericus in l. post dotem. col. ix. ff. soluto matrimonio.

20 ¶Idem dicemus in dote data à matre vel auo materno. ad quos regulariter dotandi onus non expectat. l. matre. C. de iure dotium. authẽ. res quæ. C. communia de legatis. quia licet mater vel auus maternus videatur donare. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ actione. l. fin. C. de dotis promissione. & donata inter viuos, non computantur in legitimam nisi expresse sit dictum. l. si quando. §. fin. C. de inoffi. testa. tamen quia ista non est donatio simplex, vt ibi dicitur sed ob causam matrimonij: & quia procedit de substantia eius de cuius hæreditate agitur: ideo in legitima computatur. l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoffi. test. & Iason in d. l. quonsã nouella.

21 ¶Ratio decisionis istius legis fuit, quia dos est æs alienũ vt l. Pomponius Philadelphus. ff. familiæ erciscũdæ. authẽ. Sed quãuis. C. de rei vxoriæ actione. tenet Bart. in l. ij. §. si sponsa. ff. de priui. cre. Albericus in l. si cũ dotẽ. §. si pater. ſi. col. ff. soluto matri. quando autẽ testator dicit, lego tertiam bonorum meorum: cum bona intelligãtur ære alieno deducto. l. subsignatũ. §. j. ff. de verb. signi. ideo post deductionẽ dictæ dotis solutævel promissæ: videtur testator voluisse tertiã deberi. Idcirco tertia nõ debet deduci de dote. nec de donatione propter nuptias.

22 ¶Hinc est quòd si pater dotem pro filia constituat, sed non tradat, & aliis legata relinquat: & hæreditas non sufficiat ad legata: prius deducetur dos quàm falcidia: quia dos dicitur æs alienum. l. qui liberos. ff. de ritu nup. nedum si simpliciter dotem relinquat: sed etiam expressæ dotis quãtitatem. quia nedum dos simpliciter sed etiam tota illa quãtitas pro dote relicta, dicitur æs alienum. ita notanter dicit Bart. in l. quæsitum. §. sponsæ. ff. de priuile. credi. quod est signanter notandum secundum Paulum in l. si quis testamento. §. j. ff. de legatis primo. & Alexander in l. si cum dotem. §. si pater. in fine. ff. solut. matrimo.

23 ¶Sed contra hoc fortiter facit lex xxj. suprà eo. vbi probatur, quòd in filium cui est prælegata tertia bonorum; transeunt onera hæreditaria passiuè, ideo dicitur fideicommissum vniuersale, ac si esset prælegata quota hæreditatis, & ipse tenetur satisfacere creditori & pro sua portione. Quod nõ esset si diceretur legatum particulare & verbũ bonorũ staret propriè hodie prout olim, vt l. si quis seruum. §. fi. iũcta l. sequẽti. ff. de lega. ij. Itaq; nil hodie refert an testator dicat melioro filium in tertia bonorum vel in tertia hæreditatis, vt ibi diximus, dato ergo quòd dos & donatio propter nuptias, dicatur æs alienum, debebitur tertia filio melioraro, non deducto ære alieno, ac si esset legata tertia hæreditatis vt dicto §. fin. & consequenter dicta tertia debet deduci de dote & donatione propter nuptias.

24 ¶Ex hoc infertur, non bene dixisse doctorem de Segura in repetitione. l. vnum ex familia. §. fedũ fundum. cùm voluit in septima colum. quòd ad hoc vt possit tertia & quinta deduci de dote, debet fieri melioratio in quota hæreditatis non bonorum. Subdit tamẽ idẽ doctor, quòd d. cautella nil valet, quia

quia cùm testator non possit facere melioration em in quota hæreditatis, sed in quota bonorum: vt dict. l. ix. foro legum, tit. delas mandas. debet exponi quota hæreditatis, id est quota bonorum. Sicut aliquando exponitur econtrario.

25 ¶Sed profecto ratio sua, vt hic vides, nihil valet: quia idem hodie importat tertia bonorum, quod tertia hæreditatis: vt paulo ante & sæpe dictum est, & consequenter debetur non deducto ære alieno: quia ipse filius cuius est legata tertia bonorum, potest contineri pro sua portione ratione æris alieni. vt l. fin. C. ad Treb. & d. l. xxj. sicut quando legatur quota hæreditatis. Sed illud habet verũ in quota hæreditatis: nisi testator mandasset restitui deducto ære alieno. l. cogi. §. inde quæritur. ff. ad Trebellia. notat Paulus in dict. l. si quis seruum. §. fi. pari ratione debebitur tertia bonorum quæ idem importat quod tertia hæreditatis, deducta dote vel donatione propter nuptias, vel alia simili: tãquam ære alieno: quia hoc disponitur in præsenti lege expresse.

26 ¶Sed contra hoc opponitur & videtur, quòd ista lex de nihilo seruiat: quia nil refert an detrahatur tertia meliorationis de dote, vel quòd non detrahatur: non enim plus cõsequitur legatarius vno casu, quàm alio: nam de iure Digestorum non minus habet legatarius partis hæreditatis quàm legatarius partis bonorum, facta solutione æris alieni: sed solùm est differentia in hoc: quia vno casu legatarius habebit soluere, in alio hæres: vt dixit Paul. in d. §. fin. pone exemplum, testator habet cxx. in bonis, & duos filios & filiam: filiæ promisit xxx. in dotem: vni filiorum prælegauit tertiam bonorum, & omnes tres instituit hæredes: filius melioratus vult deducere tertiam de omnibus cxx. & sic de bonis simul & de dote, & deducit xl. & eo casu transeunt in eum actiones passiuè. Cùm autem dos dicatur æs alienum, & proprium patrimonium filiæ, hodie maximè: quia ratione emancipationis quæ causatur ex contractu matrimonij filiæ, est actio in eam consolidata. vt l. j. §. videamus. C. de rei vxoriæ act. ergo ratione dictæ tertiæ meliorationis filia poterit aduersus eum agere ad decem: vt colligitur ex dicta l. xxj. & consequenter solùm retinebit xxx. ratione dictæ tertiæ, & dicta x. simul cum aliis xx. quæ dictæ filiæ fuerunt data vel promissa in dotem: diuiduntur inter hæredes pro portionibus hæreditariis. Si verò prius deducantur xxx. nomine dotis, & postea filius deducat tertiam de xc. etiam habebit xxx. patet ergo, quòd non potius habebit vno casu quàm alio: quia, vt suprà dictum est, nil refert, sit tertia bonorum vel hæreditatis, facta deductione æris alieni.

27 ¶Sed pro solutione potest iudicio meo responderi, quòd dos filiæ nõ est propriè æs alienum: quia quo ad fiscum, non dicitur æs alienum: vt l. penul. C. de priui. fisc. nec quo ad creditores: vt l. fi. §. j. ff. quæ in fraudem credit. tenet Bal. quem sequuntur Paul. & Iaſ. in l. quoniam in nouella. C. de inoffic. testam. dicentes, quòd dos non est penitus æs alienum: ex quo processit ex successione eius, de cuius hæreditate agitur: vt patet per illum tex. vbi dicitur quòd dos imputatur in legitimam: sed non imputaretur: si esset æs alienum: vt l. scimus. §. repletionem. eod. tit. declarat Barto. in l. in quartam. ff. ad legem falci. Item potest filia instituì in dote. vt vult glos. communiter approbata in l. iij. §. sed vtrum. ff. de minorib. quod non esset, si esset penitus æs alienum, ergo, &c.

Nec etiam dicetur æs alienum in proposito nostro, quo ad fratres & cohæredes: quia cùm filia habeat dotem cum fratribus conferre, eo casu quo venit cum eis ad successionem patris. vt l. illam. & l. illud. C. de collat. & in hac lege. & infrà xxviij. non poterit filia facta diuisione hæreditatis & dotis, agere aduersus fratrem melioratum; & exigere ab eo partem dotis quam receperat tanquam æs alienum. Idcò necessaria fuit prouisio istius legis, quæ disponit; quòd non deducatur de dote; nec de donatione propter nuptias: quia licet dicãtur æs alienum quo ad hoc: vt non tertientur; non tamen quo ad hoc vt competat actio aduersus fratrem melioratum: non enim dos & donatio propter nuptias dicuntur æs alienum simpliciter: sed secundum quid; & quo ad quædam; & quo ad quædam non. Sicut dicimus in donatione simplici facta filio in potestate; quòd quo ad quædam habet vim relicti; quo ad quædam non. vt notant Salicetus & alij in lege; illud. C. de collationibus.

28 ¶Hinc est; quòd licet pater instituendo filium in legitima, videtur intelligere deducto ære alieno, vt dict. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testam. & sic non videtur voluisse compensare cum debito, vt dicit Baldus in l. cùm à matre. C. de rei vendicatione. illud tamen est verum in tali ære alieno, quod non compensatur cum legitima, vt vult Alexander in l. pater filiam. in fine. ff. ad legem falcid. dos autem & donatio propter nuptias imputantur in legitima. vt d. l. quoniam in nouella. & d. l. omnimodo. C. de inoffic. testam. ideo non debet intelligi de huiusmodi ære alieno.

29 ¶Vel potest intelligi ista lex, quòd pater dederat filiæ dotem, vel filio donationem propter nuptias: & alium meliorauit in tertia bonorum, & quemlibet ipsorum instituit in sua legitima: nam isto casu, cum filiæ fuerit integra legitima relicta: non computabit dotem in legitima si testator dixisset quòd eam impartiret, secundum glo. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrimonio. & ibi Paul. de Castr. Ratio est: quia legitima debet relinqui sine onere. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. & dicitur legitima deducto ære alieno: vt l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffi. testa. & ideo isto casu filia habebit legitimam integram & dotem: licet pater dixisset quòd eam compensaret secundum Paulum in d. §. si pater. ff. ad legem fal. licet ibi textus loquatur in Trebellianica: nam ibi dicitur, quòd habebit filia dotem iure proprio virtute cõtractus præcedentis & consolidationis in eam factæ: & habebit quartam Trebellianicam iure hæreditario: non obstante, quòd testator præcepit, quòd dotem computaret in quartam, quia non potuit grauari vt dos quæ erat res sua, quam extra causam testamenti accepit, computaret in legitima: & secũdum hoc, notum est quòd filius melioratus nõ potest deducere tertiam meliorationis de dote & donatione propter nuptias. Immo quòd plus est: cum filia haberet dotem iure prælegati: eo casu quo instituitur in sua legitima: secundum Paulum: tantum poterit filius melioratus deducere quod super est ad implementum tertiæ & quintæ partis bonorum, vt in lege sequenti.

30 ¶Nec obstat id quod suprà dictum est: quòd debeat in legitimam imputari: & idem in donatione propter nuptias: & aliis ob causã: vt d. l. quoniã in nouella. & l. scimus. §. repletionem: quia illud est

verum,secundum Paulum in dict.§.si pater.quando pater non relinquit integram legitimam filiæ:tunc emittedos imputatur in legitimam quantum ad hoc vt olim excluderetur querela & hodie à iure agendi ad supplementum: quia hoc tendit in fauorem testamenti. Secus tamen est vbi relinquitur integra legitima:quia tunc cessat dictus fauor. Verum tamen est quòd Iason in d.l. quoniam innouella. in fine. ij.colum. dicit quòd sibi non placet ista limitatio. Alexan. in dict.§.si pater.dicit. quod dos quæ obuenit filiæ extra testamentum à patre,non compensatur in falcidia vel Trebellianica: vt dict. l.pater. & l.debitor. §.fin. & l.à filia. in principio. ff. ad Trebellia. bene tamen compensatur. In quarta debita iure naturæ:vt d.l.quoniam in nouella.& dicta l.illud. Idem Paulus in l.in quartam. penult.colum. ff.ad legem falcid. dicens;quòd dos & donatio propter nuptias & causa militiæ:quia præcipiunt inter viuos,non iudicio defuncti, non computatur in falcidiam:vt dict.l.pater. tamen in legitimam imputatur:vt dict.l.quoniam. & l.omnimodo. Quod videtur contra illud quod dixit idē Paul.in d.§.si pater.

31 ¶ Sed sustinendo Paul.potest responderi q illud est verum, vbi non fuit filiæ in testamento integra legitima relicta,per rationem quam suprà diximus limitando d.l.quoniam in nouella.Item Ale.loquitur,vbi expresse testator dixit dotem in legitimam imputari,vt colligitur ex verbis eius,dum dicit. In casu autem dubio, quando non ita expressisset testator.Posito ergo quòd pater dixit dotem in legitimam imputari, & hoc casu mereatur Paulus reprehendi:eo tamen casu quo pater idemq; testator nil de imputatione dixit, posset saluari. & facit pro Paulo ratio sequens vltra suprà dicta, quæ colligitur ex verbis Alex.in d.§.si pater.dos dicitur æs alienum, vt suprà dictum est:legitima verò dicitur deducto ære alieno:vt d.§.quarta.ergo prius deducetur dos,deinde legitima debetur:ergo vtrunque filia poterit consequi. Verum tamen est,quòd posset responderi,q vbi æs alienū potest in legitimā imputari,vt dos & donatio propter nuptias:non intelligitur legitima deducto tali ære alieno:vt dixit idem Ale.in d.l.pater filiam.in fi.ff.ad leg.falcid. Cogita.

32 ¶ Ad prædictorum confirmationem facit illud, quod notanter voluit Bart. in l. si emancipati. col. secunda.C .de collatio.versic. Superuenit imperator.vbi declarando legem vt liberis.eod.tit.dicit q cōsideratiuit imperator Leo quod inter filios emancipatos,vel in potestate, vna filia posset habere maiorem dotem quàm altera ; & vnus filius maiorem donationem propter nuptias,quàm alter:& similiter in emancipatis posset contingere quo ad donationem simplicem:ideo vt inter eos esset æqualitas: statuit quòd inter eos fiat collatio.in quibus verbis sentit subtiliter Bar. quòd ita demum cōfertur dos & donatio propter nuptias:quando vnaquæque filiarum habet dotem: vel vterque filiorum donationem propter nuptias. Sed vnus maiorem altero: nam vt ad æqualitatem redigātur, statuit inter eos fieri collationem.Sentit ergo quòd si vnus non haberet donationem propter nuptias, vel altera tantum dotem.cessaret collatio, & est instabilis limitatio ad totam materiam collationis.

33 ¶ Et consequenter si eo casu dos & donatio propter nuptias non cōfertur: nec debet in legitimam imputari:quia speciale est in donatione simplici facta filio in potestate:quæ morte confirmatur,quòd in legitimam imputatur:quia habet vim reuocati: sed non confertur:vt not.in d.l.illud. & forsan infra plenius dicemus. Concluditur ergo q dos & donatio propter nuptias, & aliæ similes: non conferuntur nec imputantur, secundum Bart. nisi in casu suprà dicto propter æqualitatem seruandam.

34 ¶ Verum tamen est quòd Iaso.in dict.l.vt liberis. col.ij.dicit quòd nō putat verum dicere Bart. quia destruerentur multæ leges in hac materia: & quia maior insurgit inæqualitas vbi vna filia habet dotem:vel vnus filius donationem propter nuptias:& alius non.& ideo magis hoc vltimo casu est considerāda collatio.

35 ¶ Item pro isto intellectu quòd dos videatur filiæ prælegata, facit lex sequens, quæ loquitur in donatione facta filio ob causam matrimonij,vel ob aliam causam onerosam, quod patet in verbis ibi positis.Para que a el ni a otro no pueda major mas de lo que fuere el valor dela dicha tercia y quinta. & amplius non potest: ergo quod prius fuerat donatum , non potest reuocari: vt patet ad sensum ; non ergo loquitur illa lex de donatione simplici facta filio in potestate,vel emancipato:quæ quandocunq; potest à patre reuocari,vt dictū est suprà l.xvij. Sed de dote & donatione propter nuptias , & aliis ob causam quæ reuocari nequeunt: filia ergo non imputabit dotē in legitima, sed in tertia & quinta bonorum,vt dicit lex in verbis sequentibus ibi. Que la tal donacion se cuente enel tercio & quinto de sus bienes enlo que cupiere. Quod erit verum eo casu quo vltra dorem fuit institutus in sua legitima: & sic est ibi casus pro dicto Pauli suprà relato , videas additionem Bald.in d. l. quoniam in nouella. quæ dicit,q opin.Pau.est verior de iure:puto tamē q lex sequens non loquitur de dote vel donat.propter nupt.& aliis similib.sed in simplici donatione, alias per illā l.corrigerentur quāplurima iura. Nec obst.d. verba. Para que a el ni à otro no pueda,&c. Quia debent exponi:non potest, id est,nō videatur vel nō præsumatur.illud enim dicimur posse, quod honestè vel de iure vel cōmodè possumus. l. nepos proculo.ff.de verb.sign.& clem.j.de verb. sign.cum similibus.de quo infrà sequenti lege dicemus.

36 ¶ Traxeren a colacion, o particion. Præmitte q omnia quæ in legitimam imputantur:conferuntur: non tamen omnia quæ conferuntur ; in legitimam imputantur. Iuxta regulam traditā in l.illud.C.de colla.cum autem lex ista loquatur de dote & donatione propter nuptias & de aliis datis ob causam: quæ omnia in legitimam imputantur:& consequenter conferuntur.Iuxta regulam affirmatiuam traditam in d.l.illud.magis propriè diceret ista lex de donationibus quæ tantum conferuntur,& in legitimā non imputantur: quæ notantur in d.l.illud. [illegible] ibi per Ias.fin.col.

37 ¶ Aliqua tamen sunt quæ in legitimam imputantur:tamen non conferuntur: vt per gl.ij.in d.l.illud. & Cynum et Salicetum ibi.& Ias. nam legatum seu relictum in vltima volūtate in legitima imputatur: auth.nouissima.C.de inoffi.testa.& tamen non confertur.gl.d.l.illud.& l.à patre.& l.filiæ licet. & l.filiā. eod.tit. vide Salice.in d.l.illud& ibi Iasonem.

¶ Item feuda & iura emphyteotica, quæ transeunt in filium:dato quòd nolit esse hæres patri,nū quam sibi imputantur in eius legitimam : glos.in l. patroni,in principio. gl.j.ff.ad Trebellianum. & ibi Angelus,Iaso.in d.l.illud.j.col.& ij.& in l.quoniā in nouel

nouella.qui gloriatur de isto casu.

38 ¶ Item donatio simplex facta filio emancipato, confertur.l.vt liberis.C.de collat.& tamen non imputatur in legitimam.l.si quando.§.fi.C. de inoffic. testa.per Bart. & in l.quartam.ff.ad legem fal.Iason in d.l.illud.

39 ¶ Item si fiat donatio simplex filio in potestate: confertur in casibus de quibus in d.l.illud. Primus si fuit dictum à testatore : isto casu bene computatur in legitimam.l.si quando.§.j.C.de inoffi.testa.& l.si non mortis.ff.eod. Secundus casus est propter æqualitatem seruandam , & iste non est adaptabilis ad computationem,secundum Iason.in dict.l.illud. fina.col.

40 ¶ Extra istos duos casus donatio simplex facta filio in potestate:quæ patris morte confirmatur:& habet vim reuocati : in legitimam imputatur secundum Bart.Angelum,& omnes in l.in quartam.ff.ad legē fal.& tamen non confertur : vt est communis conclusio docto.in authen.ex testamento.C.de colla.

41 ¶ Quamuis ergo relicta vel legata vera imputentur in legitimam vt l.si quando.§.generaliter. Secus in quasi legato vel donatione quæ habent vim relicti vel legati:sed non sunt vera legata,vt per Cynum & Sali.in d.l.illud.

42 ¶ Donatio aliquando habet vim relicti quo ad quædam,vtputa quo ad insinuationem: vt C.de do na.inter virum & vxorem.l.donationes. & nec quo ad hoc vt expectet eius confirmationem per hæreditatis additionem: nam solamorte confirmatur,licet quo ad fulcidiam habeat vim legati. Erit ergo legatum secundum quid sed non simpliciter. vi de Bal.in authen.ex testamento.j.col.

43 ¶ De ista donatione simplici facta filio in potestate vel emancipato:an debeat in legitimam imputari:in sequentibus legibus Deo propitio disserimus: sufficiat quantum ad propositum, quòd parum refert an lex ista diceret de aliis donationibus quæ imputantur in legitimam.vel ducuntur ad collationē propter instātias suprà tactas.Lex autem ista intelligitur de aliis donationibus ob causam factis , de quibus paulo ante diximus.

44 ¶ Collatio non habet locum nisi pater filios succedentes ascendentibus ,secundum Bald. in l.quoniam in nouella.in prima regula.C.de inoffi.testa. & ibi omnes.Bart.in l.pater filium.ff.de colla.dotis. Computatio tamen in legitima fit,quandocunque extraneus succedit.l.omnimodo.in principio.C.de de inoffi.testa.per Iason.in d.l.quoniam in nouella. penult.col.in fin.vbi ponit istam differentiam.

45 ¶ Relicta vel legata computantur in legitima.authen. nouissima.C.de inoffi.testa. filius tamen non tenetur legata seu relicta conferre vel à patre. & l. filiæ.C.de colla. intellige ex testamento vel ab intestato, sed capitanea præcipua:ergo non imputantur in legitima: quæ iura videtur cōtraria. Concordando dicas quòd vbi pater aliquid reliquit filio tit. legati : & nō instituit eum hæredem sed fratres eius tunc eo iure quo non erat necesserius titulus institutionis: computabatur relictum in legitimam & si relictum non æquiualebat legitimæ:agebat ad supplementum.Si vero pater nullum condidit testamē tum:sed in codicillis vni filiorum fecit legatum.vel condidit testamentum& omnes filios suos simul instituit hæredes :& vni eorum aliquid legauit : in his duobus casibus filius non habet conferre relictum nec imputabit in legitimam ex testamento vel ab intestato. sed poterit consequi legitimam ex testamento vel ab intestato & habebit insuper relictum iure prælegati.& ita debet intelligi dict l.filio. & d.l.à patre. Adidem l. qui filiabus.§.fi.ff.de legatis j.& l.filio à patre,iuncta l.sequenti.eod.ti.& isto casu poterit filius retinere relictum & repudiare hæreditatem:vt dicto §.fi.& dict.l.à patre. & lege xxij. suprà.

46 ¶ Hodie tamen non necessario titulo institutionis tenetur pater filio legitimam relinquere : vt §. aliud quoque capitulum. authen. vt cum de appella.cognos.glo.Salicetus & Paulus in dict.l.omnimodo. Iason in dict.authen. nouissima. & vj. partita. titul. viij.l.v.

47 ¶ Si autem pater titulo institutionis relinquat filio minus legitima: agit ad supplementum.l.omnimodo. & dicta l.v. Si verò relinquat titulo legati & condidit testamentum,etiam si legatum ascēdat vsque ad valorem legitimæ , si non instituatur in eodem testamento,dicitur filius præteritus & poterit agere contra testamentum nisi libenter filius reciperet legatum absque protestatione , vt dicta leg.v.

48 ¶ An autem isto casu quo filius agit contra testamentum consequetur legatum simul & legitimam, vide Bald. in authentic. ex causa. columna xij. de filiis præteritis. & ibi Iason tactum est suprà l. xxij.

49 ¶ Si autem filius dum agit contra testamentum: non plus posset consequi, quàm fuerat consequutus iure legati , quia legatum æquiualet legitimæ , & non potest consequi vtrumque , secundum Bald:in d.authen.ex causa. An isto casu erit vtile filio agere contra testamentum : dicas quòd sic:propter duo. Primo quia titulus institutionis honorabilior est, quàm legati: vt notatur ff.de legatis præstandis.l. filium. & in d.§.aliud quoque capitulum , & dict.authen.nouissima.Sed in honore versatur vtilitas: vt probatur in c.licet.de proba.ibi super honore. iuncta l.j.§. idem Varrus. Item est vtile propter ius accrescendi : quia instituto accrescit portio deficientis hæredis.l.j.§. fundo.ff.de hære. insti. Secus in legatario quia venit iure diuerso.l.sed cum patro.ff.de bo. posse. & ex hoc infertur , quòd filia potest instituri in sola dote,& erit ei vtilis institutio, secundum Iasonem , qui ita concludit post alios in d.authentica nouissima.colum.xiiij.

50 ¶ Sed ponamus , q pater reliquit prædium vni filiorum in codicillis. & nullum condidit testamentum : an poterit filius consequi prædium legatum: & insuper legitimā ab intestato. Dicas q sic,vt in casu præcedenti:quia idem est hodie quod erat olim. per d.l.filiæ.& d.l.à patre.

51 ¶ Sed pone, q pater donauit filio in potestate præsenti, quæ donatio morte confirmatur, & habet vim relicti,an debeat hodie conferri vel in legitimā imputari, dicas q imputatur in legitimā ; quia morte cōfirmatur.l. filiū quē habentē.C.familiæ erciscundæ.l.etiā.§.si debita.ver.sed & mortis.ff.de bonis li. Sed illa quæ imputātur in legitimā , cōferri debēt. l.illud.in prima regula.C.de colla.secundū Bar.in l. in quartā.ff.ad legē fal.ex cuius mente debet imputari & cōferri.] Sed in hoc quod vult q debeat conferri cōmuniter tenetur contrarū,quia licet debeat imputari,non sequitur quòd debeat conferri, quia illud non procedit in his quæ habuit vim relicti, quia relicta non imputantur , sed conferuntur.

l.fi.æ

l.filiæ licet. & l.filiam.C. de collat. Alexander & Iason in d.authen.ex testamento.col.iiij.eod.ti.

52 ¶ Circa imputationem tamẽ reperio quòd Paulus de Castro in d.l.in quartam, penul.col. dicit, q̃ in hoc semper dubitauit, propter id quod habetur in l.illud.C.de colla.vbi videtur determinari, quòd licet simplex donatio facta filio aliquando conferatur: nunquam in legitimam imputatur: ita videtur tenere ibi Iacob.Bu. & probatur in l.si non mortis, in principio. de inoffi.testamẽ. vbi videtur indistincte dicere quòd tunc imputatur,quando dicitur expresse. Idem tenet ibi Angelus in quibusdam lecturis contra Bart.Reperio tamen quòd Alexander in d.l.in quartam.col.xiij.tenet cum Bar.& cõtra Paulum: & idem Alexander latius in allegata, l.illud.& ibi sequitur Iaso.colũ.fi. Sed idem Iaso. in dicta authen.ex testamento.col.iiij.versi.vel potest responderi.retorquendo argu.tenet idem quod Paulus:licet eum non alleget per l.si quando.§. generaliter. in d.l.si cum mortis.ij.respõso. allegat l.etiam.§. Si debita. Eandem opinionem firmauit idem Paulus in d.§.generaliter.

53 ¶ Hodie tamen est sublata ista contentio per legẽ Regni vj.parti.tit.xv.l.iij.quæ apertè dicit quòd donatio simplex facta à patre filio in potestate non imputatur in legitimam:nisi in casu quando ipse filius peteret ab aliis fratribus q̃ ipsi imputarent donationes eis factas ex causa dotis:quia tunc,vt seruetur æqualitas & ipse filius imputabit donationem suam: quæ lex videtur assumpta ex æquitate d.l.illud.& per eam videtur approbata opinio Pauli.

54 ¶ Adde prædictis q̃lucra matris quæ deferuntur filiis, ex culpa propter matrimonium vel dotis immensitatem, non computantur filiis in legitimam quæ debetur ex bonis matris, vt legitur & notatur in authẽ.de nuptiis.§.optimè in glo. hoc manifestè. & Bald. in l.quod scitis. C.de bonis quæ liberis, in principio: quia filij capiunt ista lucra,tanquam aduersarij matris:non tanquam hæredes

55 ¶ Quid de donatione facta filio emancipato, an debet cõferri,vel imputari in legitimam? Oldradus in authen.ex testamento.C.de colla.Prout ibi refert Bald.iiij.col. & Iaso.in vij.dicit se prius consuluisse, quòd talis donatio non debeat conferri: & refert alios peritos idem consuluisse Nico.Matha. & Iaco. de Are.in l.vtliberis.eod.ti. Cynus & Barto.Ad hoc d.illud.§.fi.vbi donatio simplex non confertur: nec dicas quòd loquitur in donatione facta filio in potestate:quia ibi nõ curatur de patria potestate:quia textus loquitur de donatione facta,non solùm à patre sed à matre sed mater nõ habet filium in potestate, vt §.fœminæ. insti.de adoptio. & sicut statim valet donatio facta filio emancipato per patrẽ: ita & facta à matre:vt l.si constante.C.de dona. inter virum & vxorem.Et probat aliter ille textus in allegata l.illud.nam dicit quòd donatio facta filio,non debet conferri: nisi donator huiusmodi legẽ tempore donationis imposuerit.Si tex.loqueretur in filio in potestate;hoc nõ esset necesse:quia sicut posset paquandocũque donationem reuocare:ita posset quandocunque legem imponere: loquitur ergo in emancipato. In cuius donatione nisi donator tempore donationis legem imponeret; postea imponere nõ posit.l.perfecta donatio.C.de dona.quæ sub modo.ista fuit ponderatio Alexandri in d.l.illud.refert eum Iason in allegata authentica ex testamento.colum.viij.Contraria tamen est opinio communis, secundum Iason.in dict.authen. ex testamento. fi.colum.Alexander tamen in dict.l.illud.colum.antepen. & pen. dicit quòd vtraque opinio est sustentabilis: idem dicit Iason in dicta authentic.ex testamento.h.col.

56 ¶ De imputatione tamen in legitimã, communis conclusio est, quòd talis donatio facta filio emãcipato, non debet imputari nisi fuerit expressè dictum tempore donationis, ita tenet Bart. Paulus & Alexander, in dict.l.in quartam. Idem Alexand. in dicta l.illud. quamuis Nico. de Matha: prout refert Bald.in in dict.l.illud.& in l.vt liberis, tenuit contrarium. de hoc tamen non est amplius tractandum, cum sit decisum per legem sequentem, quæ loquitur de donatione facta filio, vel alicui descendentium: nulla habita distinctione, an fuerit emancipatus vel in potestate:ergo sic debet intelligi. Adidem l.xvij.suprà. per quas videtur sublata differentia inter filium emancipatum, & in potestate. Cum vtroque casu potest donatio à patre reuocari, nisi in casibus ibi assignatis.

57 ¶ Subdit lex sequens,quòd si fiat donatio filio emancipatò vel in potestate. Aun que no diga que lo mejora en el tercio & quinto:entiendasse que la mejora en tercio y quinto en lo que cupiere en tercio y quinto :para que no pueda mas mejorar a otro. Ergo non imputabitur in legitimam. Probat eadem lex magis apertè ibi. E si de mayor valor fuere: mãdamos que vala hasta enla quantidad del dicho tercio y quinto & legitima. Videtur probare in eisdem verbis:quòd nec teneatur filius emancipatus talem donationem simplicem conferre: cum eam habeat imputare in tertia & quinta melioratiõnis: nõ verò legitimæ:&ita aliàs vidi seruari in practica in Regio Senatu:tene memoriæ.

58 ¶ Quid autem in donatione simplici facta à matre? Dicas quòd statim valet sicut facta filio emancipato.l. Si constante.C.de donationibus inter vir. &vxorem.& non confertur,nisi quandò emergit inæqualitas: sicut donatio simplex facta filio in potestate.l.illud.§.fi.C.de colla.de quo latè per Iason.in authen.ex testamento.col. vij.& viij. Hodie tamen apertum est quòd talis donatio non debeat imputari nec conferri per legem sequentem in verbis suprà recitatis:quæ loquitur in donatione facta à patre vel matre in principio, cum dicit, Si el padre,o la madre.

59 ¶ Contra prædicta videtur facere lex xxix.infrà, cuius verba sunt: Quando algun hijo veniere a heredar: sea obligado a traher a particion & colacion la dote & donacion propter nupcias & las otras donaciones que oviere rescebido de aquel cuyos bienes viene a heredar.&c. Simplex ergo donatio debet cõferri,& in legitimam imputari. Ad idem lex suprà proxima, ibi. Las otras donaciones què traxeren a collacion,o particion.

¶ Potest dici sicut pluries dictum est, quòd licet debeat conferri: non ideo sequitur quòd debeat in legitima imputari.quia non sequitur: confertur: ergo imputatur in legitimã:licet bene ecõtrario sequitur: imputatur: ergo confertur. dict. l.illud. & dict.l. quoniam in nouella. vbi donatio ante nuptias quæ ante illam legem conferebatur:non tamen erat prouisum quòd in legitimam imputaretur.propterea ibi hoc de nouo disponitur& ita nõ sequitur quòd illud quod confertur:debeat imputari.

60 ¶ Secũdò potest dici quòd verba posita in dicta lege xxix. cum dicit: La dote,& donacion propter nupcias: y las otras donaciones. Debent intelligi de similibus donationibus quæ imputantur: puta causa militiæ vel studiorum.l.omnimodo. C.de inoffic.testam.& aliæ donationes necessariæ.Hoc importat illud verbum aliæ,quod est repetitiuum similium,secundum glos.Azonem,& Salicetum in dict. authent. ex testamento. & dictum est in superioribus.& consequenter dicta lex xxix.non loquitur de donatione simplici quæ quandoque poterat reuocari,sed de illa quæ reuocari non potest:quia statim tenuit.quod satis demõstrant verba ibi posita,cùm dicunt: Para que a el ni a otro no pueda mas mejorar, &c.

61 ¶ Quid de dote & donatione propter nuptias, quæ olim conferebantur. dict.authen.ex testamento.& dict.l.quoniam in nouella.& ff. & C. de collat. dotis, per totum. & infrà l.xxix. vbi hodie hoc expressè habetur.Item erat iure antiquo expressum, quòd deberet in legitimam imputari:d.l.quoniam in nouella.& l.omnimodo.C.de inoffi.testam.

¶ Sed postea de iure authenticorum aliud fuit dispositum:quia legitima ex illo iure, & hodie debet relinqui iure vel titulo institutionis. d. §. aliud quoque capitulum. in authent. vt cùm de appellatione cognoscitur.& vj.partita.tit.viij.l.v.Si autem pater decessit filia dotata & præterita: poterat filia rumpere testamentum.vt d.l.v.quod non esset,si haberet imputare dotem in legitimam: nam tunc ageret ad supplementum,vt in eadem lege. & d.l.omni modo.quapropter videtur, quòd tunc deberet imputari in legitima : quando pater filiam instituit in dote quam acceperat:quod potest facere, vt suprà dictum est. Verum tamen est,quòd lex Regni.vj.parrita.tit.xv.l.iij. dicit quòd debeat dos in legitimam imputari, posset tamen intelligi, vt modo dicebamus,quando filia erat in dote instituta: non tamen potest negari,quin debeat conferri dos & donatio propter nuptias, prout erat dispositum in dict.l.illud ante dispositionem. l. quoniam in nouella. vt ibi notatur.

62 ¶ Alia vtilitas inuestigationis prædictæ resultabit:quoniam certum est,quòd ea quæ conferuntur: non impediunt quominus filius sine iusta causa exhæredationis possit querelare testamentum patris quamuis donationem quam ab eo acceperat habeat conferre. Si tamen illam donationem vel dotem haberet filius vel filia imputare in legitimam: quanquam inueniat se sine iusta causa exhæredatũ: non habet locum querela.hoc expressè probatur in dict.l.quoniam nouella. vbi dicitur, quòd donatio propter nuptias conferebatur,vt dict.l.illud.tamen quia ideo non impediebat, quominus filius posset testamentum querelare,fuit illa lege inductũ,quòd donatio propter nuptias imputaretur in legitimã, sicut imputatur dos: nam eo quòd dos & donatio propter nuptias imputantur in legitimam,non habet locum querela inofficiosi testamenti. Sed si forte dos & donatio propter nuptias non æquiualent legitimæ:agitur ad supplementum, vt l. omnimodo.eodem titul.Si autem dicimus quòd hodie dos & donatio propter nuptias non imputantur in legitima:quia legitima debet relinqui titulo institutionis,licet debeat conferri: non impedietur quominus filia dotata, vel filius cui est facta donatio propter nuptias, possit querelare testamentum, si se inueniat sine causa exhæredatam. Hæc est secunda vtilitas istius inuestigationis.

¶ Pono exemplum in vtraque, pater dotauit filiam, ipsa exhæredata instituit extraneum: olim non poterat querelare,quia habebat imputare dotem in legitima,sed agebat ad supplementum: vt d. l.quoniam.& dict.l.omnimodo. Hodie posset querelare quia non fuit dos instituta titulo institutionis. Ideo non debet imputari in legitimam: debet tamen dicta dos ab intestato conferri:vt in secunda vtilitate dictum est.

¶ Sed quia collatio non habet locum nisi inter solos liberos ascendentibus succedentes:vt dictum est in prima vtilitate, si contingat testamentum in quo extraneus institutus est per querelam rumpi: filia dotem conferre non debet. Secus si hæres institutus esset descendentibus: nam tunc rupto testamento per querelam, cõfert filia dotem cum venit ad successionem ab intestato cum fratribus:vt dict. authen.ex testamento.C.de collationib.

¶ Contra quos possit peti supplementum legitimæ.vide Bartol.in l.Papinianus. §.quoniam autem quartam.ff.de inoffic.testam.

Lex XXVI.

Si el padre o la madre, en testamento, o en otra qualquier vltima volũtad o por otro algun contracto entre biuos hizieren en alguna donacion a alguno de sus hijos o descendientes;aun que no digan que lo mejoran enel tercio, o enel quinto entiendase que le mejoran enel tercio & quinto de sus bienes, & que la tal donacion se cuente en el dicho tercio & quinto de sus bienes en lo que cupiere para que a el ni a otro no pueda mejorar mas delo que mas fuere el valor del dicho tercio & quinto, & si de mayor valor fuere; mandamos que vala fasta enla cantidad del dicho tercio & quinto. & legitima delo que deuian auer delos bienes de su padre & madre & aluelos,& no en mas.

1 PAter vel mater aliquid concedens filio vltra legitimam, videtur meliorationis iure concessisse, quamuis non vtatur verbo meliora: quatenus tangit tertiam & quintam partem bonorum patris vel matris.Hoc idem ante huius legis æditionẽ ego alias firmaui in c. per vestras. de donat. inter vir. & vxo.vers.dando ergo.Hoc idem postea reperij tenere doctorem de Segura in repet. l.vnum ex familia. §.sed si fundũ.de leg.ij.fol.xv.col.j.versi.ex hoc ego infero.vbi videri poterit.Postea vero in curiis Taurinis vnà cum aliis Regiis cõsiliariis interfui in æditione istius legis;quæ mihi semper placuit ad tollendas difficultates quæ super hoc quotidie imminebant:duo itaq; prouidit hæc lex:primum,quòd pater relinquens vel donans aliquid filio vltra legitimam;in eo quod excedit legitimam, videtur eũ meliorare;quamuis hoc verbo non vtatur. Secundum quòd ista melioratio intelligitur fieri in tertio & quinto:quamuis de tertio & quinto nihil fuerit dictum : & est notabilis decisio.

2 ¶ Intellige hanc legẽ; dũmodo in tali dispositione vel cõcessione exprimatur expressè causa & nomen filij cui facta est, alias legatũ vel prælegatũ non valet.l.qui plures. & ibi Bar.& l.quidã.ff.de re.dub. vel præsumitur facta ad pias causas. glos.in l. si quis Titio.de leg.ij.vers.& subdebat ibidẽ.vide ibi doct.

Legatum

3 ¶ Legatum factum ecclesiæ, non expresso ecclesiæ nomine, intelligitur de parochiali, vt per Cyn. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. Specul. titul. de instrum. edit. §. nunc aliqua. versic. quid si testator. & ibi Io. Andr. in additionib. Bart. & alij in l. quia conditio. §. cùm ita. ff. de conditio. & demonstrat. Et si testator habeat duas parochias, debetur ei in qua percipit sacramenta. cap. fin. de sepultu. de quo per Cynum in l. cùm multæ. C. de donat. ante nupt. Bart. in l. j. ff. ad municip. & in l. vn. C. de annon. ciuil. lib. xj. Bart. & Imol. in l. si domus. de lega. j. Anchar. Abb. & alij in cap. relatum. el secundo. de testamen. Ang. in authent. de non alie. aut permut. collat. ij. qui omnes concludunt quòd debetur parrochiali ecclesiæ.

4 ¶ Legatum factum pauperibus, intelligitur de pauperibus domicilij testatoris. l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleric. & ibi Bald. Io. And. in cap. primo. de testament. libro vj. Angelus in authent. de ecclesiasticis titulis. §. si quis autem. collatione nona.

5 ¶ Pater dixit melioro filios meos in tertia & quinta parte bonorum meorum, neminem expresse nominando: intelligitur de legitimis, non de naturalibus vel bastardis: quia naturales stantibus legitimis: non sunt capaces ad habendam meliorationem de tertio. vt l. ix. & x. suprà. videtur ergo testator de legitimis sentire. argumen. l. j. ff. solut. matri.

6 ¶ Sed si pater legauit quintam partem bonorũ suorum: videtur legare etiam filiis bastardis: quoniam illius quintæ sunt capaces, vt volunt leges Regni. Item quia tunc agitur de fauore: vt vult Bar. in l. si constante. ij. col. ff. solu. matrim. & glo. in clem. j. de baptism. vide legem xvij. suprà.

7 ¶ Legatum factum familiæ, quomodo intelligatur: vide Bart. post Cyn. in d. l. id quod pauperibus. text. in cap. indicante. de testam. Bart. in l. quidam. in principio. ff. de rebus dubiis. & in l. si quis. eodem titulo.

8 ¶ O por contracto entre biuos. An eo casu requiratur scriptura? dic quòd sic, si excedat quingentos aureos, cùm debeat insinuari. l. sancimus. C. de donationibus. & v. partita. eod. tit. l. ix. & insinuare, nihil aliud est, quàm quòd donationis fiat publica scriptura coram iudice, vt declarat Bar. in l. Modestinus. ff. de donationib. probatur in d. l. ix. & diximus suprà l. xvij. versic. 50.

9 ¶ Alguna donacion. Quando pater videatur donare in peculium filio in potestate: diximus suprà in lege præcedẽti. & lex ista loquitur in simplici donatione facta filio in potestate vel emancipato: & an intelligatur etiam in dote & donatione propter nuptias, & aliis ob causam donatis: diximus suprà in præcedenti lege. versic. xxxv.

10 ¶ Aun que no digan que lo mejoran. Videtur ergo sentire ista lex, quòd donatio simplex facta à patre vel matre filio emancipato vel in potestate: non debeat imputari in legitimam, sed in tertia & quinta parte bonorum, videatur filius melioratus, & imputetur: & eo casu videtur sentire quòd nec etiam debeat talis donatio conferri, cùm dicit quòd debeat imputari in tertia & quinta bonorũ, vtrunque erat expeditum in filio in potestate ante istam legem, licet aliqui tenuerunt contrarium. de filio emancipato erat maior dubitatio: sed hæc omnia dubia & altercationes per istam legem resecantur. de quibus diximus plenè suprà l. proxima. ad finẽ. versi. lvij. & fortè dicemus infrà ista lege.

11 ¶ Nota istam legem, quòd nedum pater videtur filium meliorare quando vsus est his verbis, melioro: verumetiam quando talibus verbis non prolatis, tot & tanta bona eidem filio dedit vel reliquit, quòd sufficiant non solùm ad suam legitimam necessariam, sed etiam ad tertiam & quintam. sumpta fuit hæc lex quantum ad hoc, ex authen. vnde si parens. C. de inoffic. testam. & in l. si totas. in verb. relinqui necesse est. C. de inoffic. donat. secundum doctorem de Segura in Repetitione l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. fol. v. colum. iij. ff. de legat. ij. Ad idem bonus textus in l. ex facto. §. Seio. ff. de hæred. instit. facit l. iij. ff. de testam. milit.

12 ¶ E que la tal donacion se cuente enel dicho tercio & quinto &c. Non ergo imputabitur dicta donatio in legitima.

13 ¶ Para que a el ni a otro no pueda mejorar mas delo que fuere el valor del dicho tercio & quinto. Facit ista lex ad quæstionem, pater vel mater vni filiorum donauit prædium simpliciter, postea in testamento alteri filio legauit tertiam & quintam bonorum. An per secundam donationẽ videatur primam reuocasse factam de prædio? ista lex videtur dicere quòd non. Facit text. in l. quoties. C. familiæ erciscundæ. & notata per Dynum in regula generi. de regu. iur. lib. vj. per doctores in cap. j. de rescrip. ego tetigi in Repetitione rubr. de donatio. inter virum & vxorem.

14 ¶ Aduerte, quia ista lex non videtur hoc decidere per illud verbum (no pueda mejorar.) Quia in quæstione proposita quæritur an videatur pater vel mater reuocare donationem specialem per sequentem generalem: sed non negatur quin reuocari posset. Sed lex ista dicit, quòd reuocari nõ possit dum dicit: Para que a el ni a otro no pueda mejorar, mas delo que fuere el valor del dicho tercio & quinto. Et verbum non potest, inducit necessitatem. glo. in regula j. de regulis iur. lib. vj. Bartol. in l. iij. col. j. C. de pignorib. Idcirco non videtur, quòd ista lex non debeat intelligi de donatione simplici facta filio in potestate vel emãcipato: quæ hodie à patre vel matre donantis reuocari potest quandocunque, vt suprà l. xvij. versic. x. Sed lex ista dicit, quòd reuocari non potest, per illud verbum, non possit donari: nisi quod supereſt: & consequenter quod alteri filio fuerat donatum reuocari non potest. & sic lex ista non loquitur de simplici donatione, sed de donatione ob causam, vel eo casu quo rei simpliciter donatæ est filio tradita possessio, vel scriptura, vt d. l. xvij.

¶ Et secundum istum intellectum, est hic lex clara pro eo quod diximus in lege suprà proxima. versic. xxx. Et infrà latius subiungemus.

15 ¶ Circa propositam quæstionem: an per secundam donationẽ videatur pater reuocare primam: & pro declaratione huius legis: quæro: pone quòd pater habens quinquaginta in bonis & tres filios: vni donauit x. in vita: alteri prælegauit tertiam & quintam: & de quibus bonis. videtur per istam legem quòd tantùm possit filius deducere quod supereſt ad implementum tertiæ & quintæ partis bonorum; vt hic vides. Sed reuera lex ista facit, quia loquitur in donatione irreuocabili: nos loquimur in simplici donatione & irreuocabili.

16 ¶ Stat ergo quæstio in euidentia huius, an pater per illud prælegatum tertiæ & quintæ partis bonorum. videatur recessisse à prima donatione, & videtur quòd prima donatio sit reuocata: quia donatio simplex

simplex facta filio in potestate in vita patris, non valet: sed morte confirmatur, taciturnitate testatoris donantis. l. donationes. C. de dona. inter virum & vxorem. cũ similibus. talis enim donatio quæ morte cõfirmatur habet vim relicti: vt per Sali. in l. illud. C. de colla. Iaso. in authen. ex testamento, eod. titu. col. iiij. Si autem testator in testamento alteri prælegauit filiorum tertiam & quintam bonorum: videtur reuocare primam donationem, quæ morte confirmari non potest: nec habere vim relicti, cum appareat de contraria donantis voluntate. Ad hoc lex Regni foro legum li. iij. ti. delas mandas. l. ij. quæ dicit. Si despues que alguno fiziere manda de alguna cosa quier sano, o enfermo, mandare aquella misma cosa a otro: valdra la secunda manda no la primera. Si autem donatio habet vim legati: videtur à priori recessisse. Item facit alia lex regni, iiij. partita. titu. xj. l. iiij. quæ dicit q; si maritus donauit vxori rem quam postea alteri cõcessit per hoc videtur, donationem reuocasse: vt ego plenè prosequor in dicta mea Repetitione rub. de donationibus inter virum & vxorem. Potius enim mens & voluntas testatoris inspicienda est: quàm vox. l. Labeo. ff. de supel. lega. & l. fi. C. quæ res pigno. oblig. po. xxij. q. v. c. humanæ aures: & secundum hoc videtur quòd filius donatarius amittat x. quæ sibi à patre fuerant donata.

17 ¶ In contrarium facit immo quòd filius donatarius nõ amittat dicta x. & alter filius melioratus possit deducere tertiam & quintam partem bonorum. Primo lex Regni foro legum, lib. iij. tit. delas donationes. l. vij. permittit quòd possit pater filio, vel extraneo in vita donare quintam bonorum. Alia lex ix. ti. delas mandas eiusdem fori, permittit quòd in morte possit pater aliam quintam legare. Per legatum ergo quintæ partis quam pater legabit tempore mortis, non videtur reuocare donationem alterius quintæ partis quam pater in vita donauerat: quia tempore quo quintam legauerat, non videtur testator sensisse de quinta quam donauerat, sed de alia: cum hoc facere potuisset iure permittente: quia in diuersis voluntatibus, præsumitur multiplicatio dispositionis. l. quinquaginta. ff. de proba. per Bart. in lege re coniuncti. ff. de legatis iij. & ibi Iaso. col. xix.

18 ¶ Nec obstat lex xxviij. infrà eodem. quæ fuit cõdita ad declarationem prædictarum legum: quoniã lex illa si rectè consideretur: non dicit nec negat q; possit pater vni filiorum donare quintam partem bonorum in vita: & alteri filiorum tempore mortis legare aliam quintam & tertiam. Solum prohibet dicta lex quòd virtute dictarum legum forinon possit pater vni filiorum donare quintam bonorum in vita: & aliam quintam eidem legare in morte: vt sonant verba legis, ibi: Que por virtud de la vna ley & dela otra, no pueda mandar el padre ni la madre a ninguno de sus hijos, ni descendientes mas de vn quinto de sus bienes en vida y en muerte. Non ergo negat dicta lex quòd possit pater vel mater vni filiorum donare quintam bonorum in vita: & alteri legare aliam quintam in morte. Si enim aliter dictam legem intelligeremus: sequeretur absurdum. scilicet quòd si testator donauit in vita sua pluribus personis, vt fieri solet, vsque ad quintam bonorum: tempore mortis nil posset legare extraneis vel piis locis stãtibus liberis, & ex hoc orirẽtur multa incõuenientia: vt forte plenius dicemus in prædicta l. xxviij.

19 ¶ Sed contra ista multum vrget quod suprà dictum est, quòd donatio simplex habet vim relicti: pater ergo tempore mortis suæ potuit dictam quintam relinquere: non autem duas quintas, vt dicit illa lex xxviij. & d. l. ix. delas mãdas. Ergo impossibile est quòd vterque suam consequatur quintam.

20 ¶ Sed forte respõderi posset, q; licet donatio simplex habeat vim relicti: non tamen est propriè relictum: sed quasi relictum: vt notat Cinus & Salicetus in l. illud. C. de collatio. & dictum est in lege præcedenti. versi. xxxiij. Non enim habet vim relicti quo ad insinuationem: vt l. donationes. C. de donationibus inter virum & vxorem. nec quo ad hoc vt exposcatur eius confirmatio per hæreditatis additionem: quia sola morte confirmatur. Habet ergo vim relicti in casibus in quibus in iure reperitur expressum & sic non obstat in proposito.

21 ¶ Vel aliter, aut testator quando reliquit quintam tempore mortis: sensit de eadem quinta quam alteri filio in vita donauerat. Quod tunc demum erit si expresse dixisset, lego Titio filio meo eãdem quintam partem, quam Scio filio meo donaueram: vt expresse dixit Barto. in l. re coniuncti. col. iij. q. iij. ff. de legatis iij. & ibi Iaso. col. xxj. Et isto casu videntur cõiuncti re: & valebit donatio in persona vtriusque: & erit vna quinta tantùm, secundum Bart. & Doctores ibi. Nec videtur primo adempta. Sed faciunt partes per concursum: vt l. Iulianus quinq; ff. de hæredibus instit. l. j. §. Sin autẽ. C. de caducis tollẽdis.

22 ¶ Aut dixit simpliciter, lego Titio filio meo quintam: & tunc non videtur testator sensisse de priori alteri donata: & vterque filiorum consequetur vnã quintam. Intelligendo dictam legem xxviij. q; pater potest vnum donare in vita: & alteri in morte relinquere tertiam & quintam bonorum: & hoc secundum Barto. & Doctores in d. l. re coniuncti.

23 ¶ Vbi autem esset facta donatio per modum quãtitatis: vt si Titio filio donauit in vita x. quæ faciebant quintam partem bonorum: & alteri filio in testamẽto legauit x. & tertiam bonorum, an in dictis x. dicantur re coniuncti: vide in simili nota. per Bar. in d. l. re coniuncti, col. iij. versi. primo de re coniunctis. & ibi Iaso. col. xix.

24 ¶ In eo tamen quod dictum est suprà q; lex ista intelligatur de dote & aliis donationibus ob causam: quia statim valent & reuocari non possunt: non in simplicibus donationibus. Per illa verba: No pueda dar mas delo que fuere el valor del dicho tercio y quinto. Ego crederem quòd tutius est tenere contrarium. s. quòd ista lex loquatur in donationibus simplicibus: non in dote & aliis simplicibus. Temerarium enim videtur dicere q; vnico verbo & obscuro voluerit Legislator inducere tot legum correctionem, Digestorũ, C. Fori, & Partitarum, in quibus habetur q; dos & donatio propter nuptias: & alia quæ à patre proficiscuntur, vbi de eius hæreditate agitur: debent cũ fratribus cohæredibus cõferri: habetur etiã suprà lege proxima, & infrà l. xxix.

25 ¶ Sed si filia imputaret dotem & filius donationem propter nuptias in tertia & quinta bonorum, & eam obtinerent, nõ iure hæreditario, sed iure prælegati: sublata esset eorum collatio: quia tertia & quinta, & quod eius nomine capitur, nõ cõfertur. vt hic habetur expresse. & in tribus legibus sequẽtib. Hoc tamẽ nõ est dicẽdũ q; tot iura cũ tãta vigilãtia cõdita, sint vnico verbo correcta, maximè quia im-

possibile est, q̃ lex ista hoc modo intelligatur, qui a leges huius voluminis quamuis pluribus diebus & multò quidem tempore fuerunt inter nos consiliarios hinc inde reuolutæ: & quisque super earũ qualibet suam aperiebat dicebatque sententiam: omnes tamen simul & vno contextu fuerunt à principe & Rege Fernando Catholico & Christianissimo conditæ & publicatæ: vt habetur in earum proœmio. Vnde non est verisimile, quòd harum legum conditor (Nobis consiliarijs consulentibus) sibi ipsi contrarius esset in hac lege diceret dotem & bona propter nuptias donata vel aliter ob causam concessa non debeant conferri, sed in tertia & quinta imputari. Et infrà in lege xxix. & suprà in lege proxima, inducat ad collationem, cum ibi expressè dicat dotem & donationem propter nuptias debere conferri. Lex ergo ista intelligitur in simplici donatione, & sic concordat cum aliis istius voluminis.

26 ¶ Nec obstat istud verbum (no pueda) quia debet intelligi de honestate: illud enim dicimus non posse, quod honestè & de iure, & commodè nõ possumus: vt l. nepos proculo. ff. de verbo. signi. notatur in clemen. ſæpe. de verborum significa. & in cap. cùm teneamur. de præbẽ. xxij. q. ij. c. faciat. xij. q. iij. c. si ille. xxij. q. ij. c. fi ea. licet enim pater donationẽ factam filio in potestate iure reuocare possit, non tamen commodè vel honestè, cum ei naturaliter sit obligatus: vt notat Bart. in l. frater à fratre. ff. de cõdi. indebiti. & ibi Iason. col. um. xix. valida est enim donatio inter patrem & filium in potestate, quo ad naturalem obligationem, vt ibi notatur.

27 ¶ No an mas. Concordat Liiij. tit. xv. vj. partit. vt per te videbis.

Lex XXVII.

3 MAndamos que quando el padre, o la madre mejoraren à alguno de sus hijos, o descendientes legitimos en el tercio de sus bienes en testamento, o en otro qualquier vltima voluntad, o por contracto entre biuos que le pueda poner el grauamen que quisiere assi 4 de restitucion como de fideicommisso & fazer en el dicho tercio los vinculos & submissiones & substituciones que quisieren con tanto que lo fagan entre sus descendientes legitimos & a falta dellos que lo puedan fazer entre sus descendientes y legitimos que ayan derecho de les poder heredar y a falta de los dichos descendientes que lo puedan hazer entre sus ascendientes & a falta de los suso dichos puedan hazer las dichas submissiones entre sus parientes & à falta de parientes entre los estranos & que de otra manera no puedan poner grauamen alguno ni condicio en el dicho tercio los quelos dichos vinculos & submissiones ora se fagan en el dicho tercio de mejoria ora en el quinto mandamos que valan para siempre, o por el tiempo que el testador de el tirare sin fazer differencia de quarta ni de quinta generacion.

1 HAEC l. est multum vtilis & necessaria ad conseruationem generis & honoris familiarum. Et est satis æqua, nam ex quo pater filio prælegat tertiam & quintam partem bonorum suorum, cum honorando, & commodum ei tribuendo: iustum est quòd eum grauare possit, conditionibus vel submissionibus. arg. l. ab eod. C. de fideicommissis. & ibi Bald. l. ciuitatibus. §. fi. & ibi Bart. de legat. j. l. nõ amplius, in principio. eod. ti.

2 ¶ Quamuis in legitima grauamen imponi non possit. l. quoniam nouella. l. si quando. C. de ino. testa. eo quòd est debita vel quasi debita filiis. gloss. in l. Si emancipata. C. de iuris & fac. igno. nam dicit Apostolus quòd pater debet thesaurizare pro filio: idcirco si filius: ergo hæres. debetur ergo legitima natura & iure cogentibus. cius naturale. j. dist. l. cum ratio. ff. de bonis damna. lex vj. suprà eodem. nam cum procreatio filiorum sit à iure naturali, quod omnia animalia id ipsum docuit, insti. de iure naturali, in princi. quilibet tenetur filios suos alere, vt l. si quis à liberis. ff. de liberis agnos. & legitima succedit loco alimentorum, vt ibi notatur, & in authẽ. ex complexu. C. deincestis nupti. & in cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium quã poluit per adulterium. Concluditur ergo, quòd cum legitima sit debita filio vel quasi debita: non potest in ea apponi conditio vel grauamen. In vita tamen peti non potest per filium secundum Bartolum. in l. j. ff. de liberis agnos. & in l. ij. C. de liberis præ. & in l. quanquam. C. ad legem fal. vbi dicitur quòd legitima dicitur æs alienum & debetur filio etiam inuito testatore, & tenet Bald. in l. quoties. C. de hære. inst. propterea legitima debet remanere salua, vt per Bal. in l. cum lege, 2d finẽ. C. de epi. & cle. hinc est quòd publicatis bonis patris: non publicatur legitima filiorum. l. cum ratio. C. de bonis damnatorum. C. eodem. vide ad prædicta bonum textum in c. cum simus. de regula. vnde meritò in legitima non cadit grauamen nec conditio, cum pater eam necessario debeat filiis relinquere: itaque nulla est in eo liberalitas, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. vnum ex familia. §. si de falcidia, de legatis secundo.

3 ¶ At in prælegato vel melioratione tertiæ, & quintæ partis bonorum suorum potest pater grauamen vel conditionẽ imponere: quia tertia & quinta pars non sunt legitima. de quinta patet: quia per legẽ Regni potest relinqui pro anima: vel cuicunque extraneo: vt d. l. ix. ti. delas mandas.

4 ¶ De tertio similiter patet: quia licet respectu extraneorum quibus nullo pacto relinqui potest sit legitima quodammodo, respectu tamen filiorum est prælegatum: quia potest pater prælegere vnum ex filiis cui relinquat, vt dict. l. ix. hoc autem prælegatum vel melioratio fit à patre volente non coacto, tanquam mera & libera donatio: vt l. j. & l. donare. ff. de dona. Ioan. And. Abb. alij in rub. de donatio. & l. j. C. eodem. & v. parti. eodem titul. l. j. legatum est quædam donatio, vt l. j. de legat. j. per quam legatarius dicitur honorari. l. imperator. §. si centum. de lega. ij. itaque est liberalitas saltem in cui dannõ, vt in simili dicit rex. & ibi glo. & doctores in dict. c. relatum, de præbend. notant doctores in dicta l. vnum ex familia. tradit Sozinus in l. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus dubiis. Paulus de Castro in l. quidam testamento. §. fin. de legat. ij. licet contrarium teneat doctor de Segura in repetitio. §. sed si fundum. l. vnum ex familia. de legat. ij. folio xix. columna iij.

5 ¶ Istud tamen grauamen in tertio & quinto non potest excedere ipsum tertium vel quintum, sexta partita. titulo nono. leg. tertia. nisi illud vltra possit ex fructibus suppleri ipsum tertij & quinti. lege, ita tamen. §. hæres ex asse. ff. ad Trebellianum.

5 ¶ Et quòd tertia bonorum patris saltem respectu filiorum non sit legitima: sed prælegatum patet. nam de iure digestorũ solum erat quarta: non considerato filiorum numero. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffic. testamen. de iure Codicis similiter erat quarta. vt per totum titu. C. de inofficioso testamen. & de iure authenticorum considerato filiorum numero, variabatur quota legitimæ: tamen etiam si essent mille: tantum erat semis: non ergo quinta, de qua non dubitabatur, nec tertia legitima potest dici: cùm eis deductis vltra semissem si rectè computas, remanet in bonis testatoris. Sed nec de iure Regni quinta & tertia possunt dici legitima: quoniam quinta sine filiorum præiudicio possit extraneis relinqui: & tertia vni ex filiis vel nepotibus per viam meliorationis concedi: vt foro legum, libro tertio.

6 ¶ Item secundò legitima est quota hæreditatis. l. parentibus. C. de inoffic. testam. Sed melioratio est quota bonorum. l. si quis seruum. §. fin. cum l. seq. de leg. ij. igitur, &c. & si dixeris, melioratio potest fieri in quota, vtputa in tertia vel quinta hæreditatis, negatur. Immo in quota bonorum, vt foro legum, libro iij. tit. v. l. ix. ibi Montaluus. quem vide.

7 ¶ Tertiò, legitima debet relinqui filio titulo instituti. authen. nouissima. C. de inoffi. testam. melioratio verò est prælegatum. d. l. si quis seruum. vnde potest nutu fieri. l. nutu. de lega. iij. & in codicillis. & conseruatur per authent. ex causa. Item repudiata hæreditate, potest filius habere: vt per leges Taurinas xxij. xxv. lex etiam quæ permittit hanc meliorationem: ponitur sub tit. de legatis. & consequenter dicta melioratio est legatum, arguendo à situatione tit. vt per glos. in cap. tibi qui. de rescript. lib. vj. cum similibus.

8 ¶ Quartò, In legitima pater nihil potest facere in præiudicium filiorum. vt l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. authent. nouissima. authent. vnde si parens. eod. tit. Sed in melioratione tertiæ potest grauamen imponere: vt hac lege: ergo non est legitima: quæ est portio debita iure naturæ, quam pater filiis relinquere tenetur. l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testam. authent. vt cùm de appel. cognos. §. aliud quoque capitulum. collatio. viij. cap. Raynuncius. & cap. Raynaldus. de testam. nec competit filio super.

9 ¶ Quintò, In melioratione tertiæ potest pater grauamen imponere restitutionis aut fideicommissi: vt l. vnum ex familia. §. sed si fundum à contrario sensu. ff. de leg. ij. & ibi Bart. & hac lege expressè cauetur, vt paulo antè diximus: ergo non est legitima pro qua sola competit querela inofficiosi testam. & alia remedia: ad hoc glo. in l. j. in verbo, naturalis. ff. de bonorum possessio. contra tabu. quam notat Bald. in l. fin. C. de natur. liber. & in c. j. de constitut. in princip. fin. col. & in cap. innotuit. de electionib. secunda colum. versicul. quæritur nunquid ista tanquam posthumus.

10 ¶ Sextò, legitima debetur filio in omnibus rebus hæreditariis, nec cogitur eam recipere in vna re, vel in pecunia. vt l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. Barto. in l. suus quoque. in fine. ff. de hæred. institu. & ibi Bald. & Ioan. de Imol. & alij recentiores. Guliel. & Pau. in dict. l. scimus. Abb. in ca. Raynaldus. penult. col. de testam. facit l. ij. C. quando & quib. quarta pars deb. lib. x. Sed prædicta melioratio potest fieri in vna re. l. non amplius. §. final. de legat. j. & ibi notatur. l. Tauri xix. suprà post legem stilli. ccxiij. ex quibus omnibus concluditur, quòd melioratio tertiæ, non est legitima: sed prælegatum respectu filiorũ. Sed respectu extraneorum est legitima: quia non potest eis relinqui in præiudicium filiorum. vide quæ scripsi super dict. l. ix. fori, titulo quinto.

11 ¶ Ex istis infertur quòd cùm sit prælegatum: potest imponi conditio vel grauamen: vt hic disponitur, & rectè facit l. ab eo. C. de fideicomm. & in l. j. §. sciendum. ff. de legat. iij. hic allegata. Cynus in l. ex tribus. C. de inofficioso testam. quando aliquis potest alicui aliquid adimere: potest eum grauare, sicut quando aliquid concedit. l. filiusfamilias. §. j. de lega. j. l. j. §. sciendum. de legat. iij. Sed pater potest tertiam adimere vni filiorum, & alteri concedere, per dictam legem Regni, foro legum libro iij. tit. v. l. ix. & per istam glos.

12 ¶ Item si potest pater filium grauare in tota tertia illi adimẽdo, fortius poterit in parte grauãdo de restituendo, vel alias ponendo aliam conditionem, argum. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. & c. pastoralis. §. Item cum totum. de offic. deleg. & authentica multo magis. C. de sacrosanct. eccles.

13 ¶ Item dispositio legis & testatoris æquiparantur. authen. de nuptiis. §. disponat. colla. iiij. l. filium quem habentem. C. famil. erciscun. Sed hoc potest facere lex ista, de quo nemo dubitat, ergo & testator. vt l. j. C. de sacrosanct. eccles.

14 ¶ Ex prædictis similiter infertur, quòd non sufficit quòd conditio impleatur in prima persona grauata, vt ammodo res deinde censeatur libera: sed semper durat conditio in aliis personis substitutis in infinitum: cùm appellatione descendentium omnes in infinitum contineantur. l. fi. C. de suis & legit. hæred. authen. de hæredit. quæ ab intesta. defeq̃unt. post principium. collat. ix. Bald. in capit. j. iij. col. in titulo, quid sit inuestitura. glos. & Domi. in cap. statutum. de hæret. lib. vj. in versi. in me. Alexand. consilio lx. incipit, Redemptoris. viso themate. in secundo volumine.

15 ¶ Item quando res de qua agitur per plures personas, & per plura & diuersa tempora ambulat, vel per diuersos gradus: in vtraque persona intelligitur repetita conditio. l. si hæreditas. §. qui filium. ff. de testamen. tut. facit l. meminisse. ff. de offi. proconsl. si à te. ff. si seruit. vendic. l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demon. Bald. in l. humanitatis. iij. colum. C. de impub. & aliis. de quo alias scripsi in libello de maioratu. q. xv. & lxxxvj.

16 ¶ Adde prædictis quòd legitimæ filij potest adiici conditio vel grauamen consentiente filio, qui potest renũtiare totæ legitimæ: nec per hoc dicitur minuere patrimonium suum, sed nolle acquirere. l. qui autem. in princip. ff. de his quæ in fraud. credit. nec filij patris cõsentientis ex hoc possunt conqueri. l. patrem. & l. debitorem. ff. de his quæ in fraudem credit. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. sed si postulante. §. sed si filius. ff. ad Trebel. vbi in dubio non videtur quis renuntiare legitimam in fraudem creditorum, facit glos. fin. in cap. quamuis pactum. de pactis. lib. vj. facit l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contra ta. & vj. partita. tit. viij. l. v. & vj. facit lex Papinianus. §. si conditione. ff. de inoffi. testam. & l. parentibus. C. eod. vide Ioan. de Imol. in l. filio præterito. ff. de iniusto rupto. colum. quarta. post Bald. & ibi Paulus

de Castro, vide Ioan. Andr. in Spec. de testam. §. sequitur. Alberic. & Salic. in d. l. parentibus. C. de inoffic. testam. Angel. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Ludouic. in l. posthumo. C. de bonorum possef. vide glos. in l. si quando. §. generaliter. C. de inoffic. testa. & in l. secunda. C. si quis in frau. patro. & ibi Alberi. Ad idem l. non videtur. ff. eod.

17 ¶ Non obstat prædictis dict. l. si quando. §. illud & generaliter. C. de inoffic. testam. & l. fin. C. de pactis. quia generaliter loquuntur quando filij in vita patris paciscuntur cum eo: secus si post mortem patris paciscantur, approbantes testamentum patris: vt d. §. illud. in fine. & d. l. fin. secundum Cyn. in l. pactum. C. de collat. & multò fortius si filij paciscantur præsente patre & consentiente, vel saltem non contradicente, secundum Bart. in l. quæ dotis. penult. col. ff. soluto matrimonio. Idem si præsentibus fratribus & non contradicentibus: quia videtur actus eis fauorabilis & lucratiuus. glos. in l. penult. quæ incipit, cùm seruus. ff. de condit. causa data. verfic. furti. qui consensus videtur durare, & non mutatio voluntatis. cap. maiores. de baptismo. & in repetitio. l. Celsus. ff. de vsucap. etiam si filij postea nascantur: vt per Bald. in l. illud. iij. colum. verfic. quid ergo dicemus in renuntiatione. sentit glos. in capit. quamuis pactum. & ibi doctores, signanter modernos ibi reperentes ¶ Ad prædicta vide legem Tauri xviij. & xxvij. quæ cùm sint declaratoriæ, extenduntur ad præterita auth. de filiis ante dota. instrum. §. j. & ca. cum tu. de vsur. glos. in data libri sexti. doctores in cap. fin. de constit. Bart. & alij in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Bald. & Salic. in l. leges & constitutiones. de legi. ij. colum. in iij. notab. ipsa enim declaratio trahitur ad præterita. auth. de rapt. muli. §. fin. collat. ix. præsertim si factum habet dependentiam à præterito. glo. in cle. ij. versi. in posterum. de ætate & qualit. & traditur in fine dictarum legum.

18 ¶ An grauamen positum instituto, videtur repetitum in prælegato vel melioratione tertij & quinti: vide Bart. in l. licet. col. iij. versic. circa materiam legis quæro. de lega. ij. & in l. cùm seruus. ff. de condit. instit. & in l. auia. ff. de condit. & demonst. & in l. ab omnibus. §. cùm quidam. de legatis primo. & in l. fin. ff. de doli exceptio.

19 ¶ Si prælegatum tertij relinquitur duobus filiis vel nepotibus, an grauamen vni eorum iniunctum, videatur omnibus impositum. vide Bartol. in l. quæ conditio. in princ. ff. de cond. & demonst.

20 ¶ Grauamen omnibus impositum, debet inter eos pro rata distribui. l. Titius hæres. de leg. iij. & ibi Bartol. & alij.

21 ¶ Grauamen impositum filio in tertio, transit ad substitutum: vide Bartol. in dicta l. quæ conditio. in fine principij. & in dicta lege licet. vbi est bonus textus.

22 ¶ Si filius cui prælegatur tertium, grauatur, quòd Titio tradat annuatim decem, filius noluit accepta re prælegatum, quapropter diuiditur inter omnes fratres. An ipsi fratres omnes tenebuntur tradere Titio annuatim decem; videtur quòd non. vj. parti. titul. ix. l. v. verius tamen videtur, quòd possit cogi per Titium quòd accepter & sibi reddat decem annuatim. l. cogi. §. si ego. & ibi Bartol. ff. ad Trebell. ia. notatur in l. eam quam. C. de fideicommissis. & in l. ille à quo. §. si ex testamento. in fine. & in l. quia poterat. ff. ad Trebellianum.

¶ Tenetur autem adire officio iudicis glo. Angel. & alij in l. si legatum. ff. ad Trebellianum. glossa & Bartol. in l. & fine. C. eodem. & in dicta l. quia poterat. & in l. non est cogendum. eod. tit.

¶ Restituere vel reddere cogitur actione ex testamento. glos. in dicta l. non est cogendum. & in l. si legatum. & ibi Angel. ff. ad Trebellia. glos. in l. fina. ff. de fideicommiss. hæred. pe. & in l. restituta. §. primo. ff. ad Trebellianum. & in l. & fine scriptura. C. ad Trebellianum. glos. Bartol. & Angel. in l. facta. §. si is qui. eodem tit. Nisi testator disposuisset eum non cogi adire instantiam substituti, quod posset, secundum Angelum post glos. in l. debitor. in principio. eodem titulo.

23 ¶ Item pondero illud verbum (a alguno.) Dictio aliquis; est relatiua; supponens diuersitatem circa personas quas refert. glos. in clemen. j. de præbend. in §. ad hoc. verb. incerta. Ad hoc ergo vt possit fieri melioratio tertiæ, oportet quòd sint plures filij vel descendentes: ex quibus vnus vel plures eligantur ad dictam tertiam: quando autē vnus solus supererit filius, non cadit electio vel prouisio: vnde si mandatur prouideri alicui de aliquo beneficio in ecclesia certa: & ibi non est nisi vnicum beneficium, de illo non potest prouideri: quia verbum aliquo, est relatiuum; supponens diuersitatem vel pluralitatem beneficiorum: vt colligitur ex prælegata glos. & ibi notant Ioan. Andr. & alij. similiter probatur in hac lege: ibi; De sus hijos o descendientes. Requirit enim filiorum vel descendentium pluralitatem: non non ergo sufficit, quòd sit vnicus filius, vel descendens ad hanc tertiæ melioratione consequēdam: cùm tota hæreditas sit ei legitima, in qua nullum potest grauamen imponi, excepta quinta: quæ etiā extraneo potest relinqui. vt dicta l. fori, titul. de las mandas. l. ix. Si autem pater hanc tertiam alteri relinquit, competit filio querela inofficiosi testamenti, vel ius agendi ad supplementum legitimæ. vt l. omnimodo. C. de inoffic. testa. cum concord. iuncta dicta l. ix. tanquam pro legitima, in qua nullum cadit grauamen, vt sæpè dictū est. Tunc ergo demum potest fieri huiusmodi electio vel melioratio: quando plures sunt filij & descendentes, ex quibus vnus vel plures eligantur, & tunc potest similiter grauamen imponi. Secus si vnus solus; nam tunc melioratio fieri non potest, nec grauamen imponi: quia grauamen melior ationis præsupponit eius validitatem. arg. l. decem. ff. de verb. obliga. & c. ad dissoluendum. de sponsi. impub. inualidæ itaque melior ationi conditio adiici non potest: vt d. l. quod pupillæ. ff. quando dies legati cedit. vbi legatum pupillæ quando nupserit: si ea minor, quàm viri potens nupserit: non ante ei legatum debebitur, quàm viri potens esse cœperit: quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest.

24 ¶ Que le puedan poner el grauamen que quisieren. Per hanc legem est sublata hodie longa aduocatorum & iudicum contentio: multi enim non leues auctores ante huius legis editionem tenebant contrarium eius quod hic deciditur: pluribus iuribus, rationibus, & authoritatibus moti: primò dicebant q̄ tertia bonorū, in qua potest pater meliorare vnū vel plures ex filiis. arg. l. vnū ex familia. §. si duos. de leg. secundo. vbi expresè hoc dicit doctor de Segura: saltem respectu extraneorum est legitima: quam non nisi filiis pater relinquere tenetur: vt foro legum, libro tertio, titulo delas mandas. lege nona. & si forsan extraneis relinquat, possunt filij

filij impugnare testamentum patris per querelam inofficiosi testamenti, vel ius agendi ad supplementum: vt l. quoniā in nouella. & l. si quando. C. de inof si. testa. & vj. partita, ti. viij. l. v.

25 ¶ Item sicut in legitima circa eius valorem, attenditur quantum valeant facultates testatoris tempore mortis: vt l. cum quæritur. C. de inoffi. testa. ibi, mortis tempore. Notat Bald. in l. si qua pœna. in pri ma lectura. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. doctores in authētica nouissima. C. de inoffi. testamē. & diximus suprà, lege xxiij. Ita quando agitur de valore tertiæ bonorum: attenditur quantum valent facultates testatoris tempore mortis: vt l. xxiij. suprà eo. ibi. Aya cōsideracion a lo que sus bienes valierē al tiēpo de su muerte. Ergo dicta tertia est legitima.

26 ¶ Ad idem facit l. vnum ex familia. §. Sed & si fundum. ff. de leg. ij. vbi dicitur, quòd si testator mandat hæredi quòd det fundum vni ex familia; quē elegerit: si eligat vnum ex familia: non poterit illum grauare, vt relinquat illum fundum alteri extraneo: ergo idem videbatur dicendum in melioratione tertiæ.

27 ¶ Pro contraria parte quæ olim & hodie veritatem fouet inducebatur: primò, certum est quòd filius melioratus in tertia à patre: videtur ab eo honoratus, quia si cum pater non elegisset seu meliorasset in tertia bonorum, ipse solus non haberet dictam tertiā: sed omnes filij simul vocarētur ad eam: ergo videtur filius à patre melioratus, honoratus similiter ab eo. Ergo potuit eum grauare: vt l. ab eo. C. de fideicommissis. cum similibus.

28 ¶ Præterea facit l. si fundum per fideicommissum. §. fi. de lega. j. vbi si filium meum pupillum hæredem instituo, cui substitutum non dedi: possum filio meo ab intestato succedentes grauare in legitima filij mei: quia cum poteram filio meo dare substitutum. l. ij. ff. de vulgari & pupi. & venientes ab intestato excludere, eo quòd substitutum non dedi: videor tacitè venientes ab intestato eligere & ad successionem filij mei vocare: & consequenter videor eos honorare, ergo possum eos grauare: non solū in bonis quæ filius habuit à patre: & sic in legitima ipsius filij: verum etiam in bonis quæ filius aliūdè habuit: quia omnibus aliis bonis poterat testator dictos venientes ab intestato priuare substituendo filio pupillari ter: vt notatur in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & l. Papinianus. §. Sed neque impuberes. ff. eod. & l. ante pe. C. de legatis. vbi habetur quòd si pupillo à patre datus est substitutus pupillaris potest grauari in omnibus per fideicommissum ab ipso patre substituen te non solùm in bonis quæ habuit à patre, sed etiam in legitima debita pupillo, & in bonis ipsius pupilli.

29 ¶ Præterea quo ad potestatem imponendi onus seu grauamen alicui paria sunt ei legare: iuxta l. ab eo. C. de fideicommissis. vel ab eo non adimere id quod adimere poterat. vt lege prima. §. Sciendum. ff. de legatis iij. ibi, vel dū eis non adimitur. l. Si fuerit. in fine. ff. eodē. Ad idem l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum. vbi consultus Paulus inquit, ideo fideicōmissa alicui dare posse in testamento succedētibus: quoniam creditur patrem familias sponte sua his relinquere hæreditatem legitimam. Et per dict. §. sciendum, Cynus in l. ex tribus, prælegata: assumpsit hanc regulam, par esse quid legare, vel non adimere quod potest, ad omnes imponendum. Cum autem pater non adimit filio tertiam melior ationis, quam ei adimere poterat, alterum forte melioran-

do vel neminem, immo eum meliorauit, ergo dictum onus ei potuit imponere.

30 ¶ Ex qua ratione infertur quòd substitutus pupillaris datus filio; potest grauari in legitima, in qua substitutus fuit pupillo, vt firmat Bald. in l. cum virum. fi. col. C. de fideicommi. Sentit Bart. in l. Papinianus. §. fi quis impuberi. ff. de inoffi. testa. Cynus & Bald. in d. l. ex tribus. in fine. & hæc est communis opinio. licet Fulgosius minus bene sentiat contrarium.

31 ¶ Idem in quocunque alio ad quem legitima filij deuoluta ex aliquo casu: puta quia filius moritur antequam immisceretur, vel quia repudiauit, quia ille ad quem deuenit, tenetur ad onus in legitima appositum. vt l. cum patronus, de lega. ij. & ibi notant Bald. Angelus & Paulus. Intelligentes hoc in legitima filij.

32 ¶ Ex quibus omnibus infertur ad propositum, quòd licet hæc tertia diceretur inter filios legitima respectu extraneorum, cùm posset vnum eligere, & alios priuare, cumque filium melioratum potuit à dicta melioratione excludere, alium meliorando vel neminem, & hoc non fecit, immo eum voluntariè meliorauit & sponte; potuit ei onus imponere inter filios ex eo descendētes iuxta formam hic traditam, cum ad tertiam veniant ad eum electiuè & voluntariè, non autem legis necessitate, nam cum pater filium melioratum, & omnes ex eo descendētes excludere poterat, à fortiori aliquos ex eis vocando solummodo filium maiorem ipsius filij meliorati.

¶ Sed notum est in iure, quòd ille qui potest grauare in omni quantitate, potest diuidere. d. l. vnum ex familia. §. Sed si duos. ff. de lega. ij. Item qui potest grauare in quantitate, potest in tempore, vt voluit Bart. in dict. l. vnum ex familia. §. fi duos. per textum ibi.

33 ¶ Præterea aut istud onus debet remoueri eo quod est in præiudicium filij meliorati: & hoc stare non potest, quia non potest dici à patre grauatum: à quo poterat in totum excludi: si alium meliorasset: maximè quia si filius in dicta conditione seu grauamine non consenserat, non fuerat sibi melioratiō relicta per quod fieret maius præiudicium filio meliorato & eius filiis.

34 ¶ Aut dicimus, quòd dicta conditio tēdit in præiudicium nepotum patris disponentis, hoc est filiorum meliorati: eo quòd ad fratrem suum maiorem deuenire debet: & hoc similiter stare nō potest: tum quia pater eos præcedebat tēporæ quo auus meliorauit filium, & apposuit illud vinculum: quo tempore nulla legitima, nec tertia eis erat debita, patre eos præcedente.

¶ Item quia l. quoniam in prioribus. quæ grauamen à legitima reiicit: non habet locum in nepote testantis, non obtinente primum locum. l. Sed si in conditione. §. nepotes. & l. Secus, in principio. ff. de hære. insti. l. iij. §. si sub ea. ff. de contra tab. l. j. §. Sciēdum. ff. de suis & legi. hære. ¶ Item poterat auus eos omnes excludere: si alium fratrem meliorare t: ergo à fortiori aliquos ex eis.

35 ¶ Ad hoc vltra prædicta est lex Regni foro iuzgo, lib. iiij. tit. iiij. Delos bienes que pertenecē por natura. l. j. Incipit, Quando no entrēdemos algunas cosas. Cuius verba sunt: Si el padre, o la madre de aquella tercia parte de sus bienes diere alguna cosa a sus hijos: o a los nietos specialmente: aquello sera

stable como le fuere mandado: ni el hijo; ni el nieto lo que oniere de aquella tercia parte: no pueda ende hazer alguna cosa sino lo que mandare el padre, o el abuello. Et si dicatur: leges illius fori non sunt in vsu fateor. Ex ea tamen vel eius ratione argui potest: vt vult glo. in c. nouit, de iudi. illa enim lex fundatur super ratione prædicta: ergo &c. Præsertim cum lex fori legum, lib. iij. tit. delas mandas: quæ ex ea sumpsit originem: idem videatur disponere. Postea emanauit ista lex quæ tanquam posterior ad priores debuit referri. l. nam & posteriores. ff. de legibus.

35 ¶ Restat nunc respondere ad ea quæ in oppositum adducta fuere. Primo ad id quod dicebatur, q tertia bonorum est legitima: certe non est, quia legitima propriè sumpta, est illa portio à iure taxata quam pater vnicuique filiorum necesse habet relinquere, & si non relinquatur, ad eam consequendam competit querela inofficiosi testamenti: vel ius agẽdi ad supplementum legitimæ, vel querela inofficiosæ donationis: vt l. cum quæritur. & authent. nouissima. C. de inoff. testa. l. Papinianus. §. quinta. ff. eod. C. de inoffi. donationibus, per totum. Sed nulla imponitur necessitas patri dictam tertiam relinquere omnibus filiis: nec precisè vni: sed pater potest vni vel duobus quos elegerit, eam relinquere: & consequenter alios ab ea excludere: ergo nõ est inter eos legitima, & per consequẽs cessat l. quoniam in prioribus. in contrarium adducta: quæ solum à legitima grauamen excludit.

37 ¶ Item mejora & legitima ponũtur vt diuersa: vt suprà lege proxima: ergo non sunt idẽ. l. Si idẽ. C. de codicillis, cum similibus. Item legitima debet filio relinqui tit. institutionis: vt d. §. aliud quoque capitulum. in auth. cum de appella. cognoscitur. cũ aliis de quibus suprà dictum est. Sed dicta mejora potest titulo legati relinqui, vt suprà l. proxima, ergo &c.

38 ¶ Non obstat similitudo quam habet cũ legitima, in eo quod vtroque casu inspicitur tempus mortis: quãdo agitur de valore tertiæ seu legitimæ: quoniã ex dicta similitudine, non infertur quòd sit idẽ: quia nullum simile est idem. l. mercis. ff. de verborũ signi. notatur in l. quod nerua. ff. de positi. Nec sunt in omnibus similia: quia legitima debet relinqui iure institutionis: tertia verò potest concedi titulo legati vel donationis: vel quoquo relicti titulo relinquatur: vt suprà lege proxima, cum similibus. Est ergo quoddam prælegatum à patre voluntariè relinquẽdum filio, quem ipse pater elegerit. l. quoties. C. familiæ erciscundæ. itaque impropriè appellatur legitima inter filios respectu tamen extraneorũ potest dici legitima, vt suprà dictum est.

39 ¶ Non obstat l. vnum ex familia. §. Sed etsi fundum. quia ibi electus, non dicitur habere rem ab hærede eligente: sed ab eo qui dederat potestatem eligendi: vt probat ibi textus in principio, & sic hæres nihil videtur præstare de suo: vt dict. l. vnum ex familia. §. quod si de falcidia. ideo non potest ab hærede grauamẽ imponi. Præterea in d. §. Sed si fundum. imponitur necessitas hæredi eligere vnum ex familia cui fundum relinquat, ideo ibi hæres nil videtur de suo reliquisse: & consequenter non poterit eum quẽ elegerit grauare: vt d. §. quod si de falcidia. ibi, quid enim est quod de suo videretur reliquisse: qui quod reliquit, omnimodo reddere debuit. At in casu huius legis nulla imponitur necessitas patri, per dictam legem fori, meliorandi aliquem vel aliquos ex filiis potest tamen si vult: & consequenter videtur gratiam facere, & potest onus imponere.

40 ¶ Non obstat si dicatur quòd etiam in casu §. sed & si fundum. faciebat gratiam hæres eligendo vnum potius quàm alium, quia licet de necessario debuisset eligere vnum ex familia ex præcepto testatoris: & in hoc erat necessitas in qua nemo liberalis existit: nec liberalitatem exercere dicitur: l. j. ff. de dona. & cap. j. eodem titu. & per consequens non erat liberalitas in dando: nihilominus tamen erat liberalitas in cui dando: vt volunt ibi aliqui doctores. est bonus textus, & ibi notat Inno. quem alij referunt & sequuntur in c. relatum. de præbendis. vnde ratione huius liberalitatis, quam exercuit hæres in eligẽdo: videbatur quòd potuisset grauare: & tamen ibi dicitur quòd grauare non potuit, ex eo fortè quòd ista gratia venit secundariò non principaliter in huiusmodi electione: illud autem quod principale est, non quod secundario accedit, est attendendum: vt l. principalis. C. de liberali causa. glo. nota. in c. quãuis pactum, de pactis lib. vj. super verbo detrimentum. & ibi notat Dominicus multa cumulans, vbi videas super hoc informationes super causa Petri & Roderici dela hoz, vbi vtraque pars in fauorem sui inducebat hanc legem, videas per te, & ibi aliqua reperies quæ faciunt ad propositum huius legis.

41 ¶ Descendientes legitimos que ayan derecho de los poder heredar. Videtur ista lex excludere spurios & incestuosos, & admittere indistinctè naturales tantum, non ergo poterit pater filium spurium meliorare, vt hic aperte colligitur, & foro legum, lib. iij. titu. delas mandas. l. ix. vbi ista eadem verba ponuntur, à qua sumpta fuit ista lex. Idem tenuit doctor de Segura in repetitione dictæ legis vnum ex familia, fo. vj. col. quarta.

42 ¶ Ad maiorem huius legis & materiæ elucidationem, præmitte quòd illegitimus dicitur, qui non est ex legitimo matrimonio natus, vndecunque nascatur, siue fuerit naturalis tantum, siue spurius, siue incestuosus, quia illegitimus est nomen generis, vt colligitur ex lege ix. suprà. Illegitimorum autem plures sunt species, vt plenè dictum est suprà lege ix. & xj.

43 ¶ Deficientibus filiis legitimis aliisque descendentibus etiam legitimis: filius illegitimus naturalis seu spurius est hæres matri ex testamento seu ab intestato etiam si starent ascendentes: nisi tales filij illegitimi essent nati ex damnabili coitu, pro quo venit matri pœna imponenda mortis: vel pater eius fuerit monachus, vel presbyter, vel matermonialis: vt l. ix. suprà.

44 ¶ Si verò agitur de successione patris, aut loquimur in naturali tantum, & ab intestato, & non est patri successibilis nisi in duabus vnciis: hoc est in sexta parte hæreditatis: ita hodie sicut olim: vt diximus suprà lege x. versi. xvij. ex testamento autem deficientibus descendentibus ex legitimo matrimonio natis: etiam si starent ascendentes, possunt admitti ad omnia bona patris. vt dict. l. x. ver. xlvj. Aut filius est spurius vel incestuosus, & non est patri successibilis. authẽ. ex complexu. C. de incestis nuptiis. nisi tantum respectu alimentorum. c. cum haberet. de eo qui duxit in ma. quam polluit per adulte. diximus suprà l. ix. versi. xxv.

45 ¶ Nunc ad propositum istius legis. Aut melioratio tertiæ fuit facta à matre: & tunc deficientibus filiis ex

filiis ex legitimo matrimonio natis, & si ascendentes testatoris supersunt: potest pater filio meliorato grauamen imponere, quòd dicta tertia veniat in filium naturalem seu spurium: quia vt diximus, filius spurius, est matri successibilis: nisi in casibus in dicta l. ix. designatis.

46 ¶ Aut pater fecit dictam meliorationem tertiæ partis bonorum: & non potest grauare filium melioratum quòd tertiam meliorationis restituat filio spurio in quẽcunq; euentum. Et si deficiant ascendentes: quia filius spurius nil præter alimenta potest capere ex bonis patris vt dictum est. Aut erat filius naturalis tantum: & tunc deficientibus filiis & aliis ex legitimo matrimonio descendẽtibus, etiam si ascendentes starent: potest filius melioratus grauari quòd restituat dictam tertiam filio naturali: quia filius naturalis, est patri successibilis ex testamento, etiam stantibus ascendentibus: & ita est hæc lex intelligendo verba sequentia, ibi. A falta delos descendientes, que lo pueda fazer entre sus ascendientes.

47 ¶ Quid si pater vnicum tantum habet filium, apposuit grauamen in tertia bonorum iuxta formam hic traditam. puta q post eius mortẽ restitueret filio eius maiori: nonne pater potuit hoc apponere grauamen, vel quòd non: per istam legem in principio. Cuius verba multipliciter sunt ponderanda.

¶ Primò illud verbum, quando, in principio legis positum, quod verbum sua propria natura inducit conditionem. l. quod pupillæ. ff. quando dies legati cedit. commendat Bartol. in l. j. ff. de condit. & demonst. col. vij.

48 ¶ Item pondero verbum, mejorare. Melioratio est propriè portio illa quam filius consequitur titulo donationis seu prælegati, vt suprà lege proxima & lege xvij. & de ea potest pater ad libitum inter filios disponere, iuxta legem Regni, foro legum, li. iij. titu. delas mandas. l. ix. quæ patri nullam imponit necessitatem relinquendi tertiam meliorationis vni certo filio vel omnibus: sed ei vel eis quos ipse elegerit: itaq; dicitur melioratio ex parte meliorantis: quia ei est data facultas conferendi eam alicui vel aliquibus filiorum quos elegerit & ab aliis auferendi. Et ex parte meliorati: quia consequitur vltra suam legitimam portionem quam pater ei relinquere non tenebatur: vt colligitur ex dicta lege ix. & suprà lege proxima. Ideò tertia melioratio nis est aliud à legitima: vt ibi probatur.

¶ Hoc enim similiter probat propria natura vocabuli: quia melioratio respicit honorem: nam idẽ est dicere melioratus, quòd honoratus: vnde ratione honoris in ea potest apponere onus seu grauamen, vt l. ab eo. C. de fideicommissis.

49 Entre los estranos. Extraneus dicitur tribus modis. Primò extraneus à cognatione vel familia: vt l. vnum ex familia. §. Sed si fundum. de legatis ij. & l. peto. §. fratre hærede. & de isto loquitur ista lex. Secundò dicitur extraneus à filiatione & ordine liberorũ: vt sunt agnati de quibus superius dixerat ibi, entre sus parientes. Tertiò dicitur extraneus à suitate: vt emancipatus & ei similes. secundum Bald. in l. Si emancipati. col. ij. C. de colla.

50 ¶ E que de otra manera no pueda poner grauamen en el dicho tercio. Ista verba denotant ordinem & formam superius positam; contra quam testator facere non potest, & si faciat, nihil agit. Si ergo stantibus ascendentibus, mandet quòd fiat restitutio alteri de cognatione: nihil valet. Iuxta notata in l. diligenter. ff. mandati. & in cap. cum dilecta. de rescriptis. per Abb. post Gofredum in capitu. fina. de restit. spo. non tantum quando expresè fit contra formam: sed etiam si citra seu præter. cap. prudentiam, de offi. dele. c. si cui, de electione, libr. vj. & ibi glos. & doctores.

51 ¶ Quid si filius fuit melioratus in tertia bonorum, & fuit impositum grauamen, quòd deficientibus descendentibus legitimis, melioratus post mortem restituat alicui ex ascendentibus, stantibus filiis naturalibus testatoris: videtur quòd non per istam legem: quæ vult quòd deficientibus legitimis descendentibus, fiat inter descendentes illegitimos qui habeant ius succedendi. Et his deficientibus: fiat inter ascendentes: ergo his stantibus, non potest fieri inter ascendentes. Dicas quòd si facta fuit melioratio à matre, non valet dictum grauamen, quia filius naturalis & spurius, est matri successibilis ex testamento & ab intestato, etiam stantibus ascendentibus: vt suprà lege ix. versi. xxv.

52 ¶ Si autem fuit melioratio facta à patre tunc est maior dubitatio: quia licet testamento filius naturalis sit patri successibilis: etiam stantibus ascendentibus: ab intestato verè succedit in duabus vnciis. authen. licet. C. de naturalibus liberis. vj. partita. tit. xiij. l. viij. Et diximus latè suprà in lege x. versi. xvij. Item licet filius naturalis ad successionem patris, secundum vel præter eius voluntatem: contra voluntatem tamen eius, admitti non potest, vt est glos. in l. j. §. primo. ff. de contra tabul. Ioan. de Imola in l. ex facto. ff. de vulgari & pupil. in principio. Secus in ascendentibus, quorum successio est necessaria: nec à filiis possunt exhæredari, nisi ex causis in iure expressis, ad hoc lex sexta. suprà eodem.

53 ¶ Mandamos que valgan para siempre, o por el tiempo que el testador declarare. Nota quòd possum meliorare vnum ex filiis meis in tertia bonorum, vt illam teneat, per vitam suam, vel vsque ad decem annos, & post illam alteri restituat fratri, vt est casus in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de lega. ij. vnde ista lex sumpta fuit, & vide doctorem de Segura in sua repetitione, folio xiij. colum. iij. qui per illum textum in terminis nostris loquens ita decidit; quia isto casu video r diuidere cõmoditatem tertiæ inter ambos fratres, quod mihi permittitur, per illum textum. Procedit enim argumentum de personis ad tempus. l. qui plures la secunda. ff. de vulgari & pupillari, vt ibi late per eum. Hoc est quod dicit ista lex ibi. Por el tiempo que el testador declarare.

54 ¶ Sed in quantum dictus doctor de Segura sentit quòd non potest testator grauare filium melioratum, vt restituat tertiam bonorum alteri perpetuo, quia est legitima in qua nullum potest grauamen imponi. hic disponitur contrarium; cum dicitur, Que vala para siempre. Idem erat olim iudicio meo, vt dictum est suprà ista lege in principio.

¶ Concluditur ergo quòd hodie pater meliorãs in tertia filium, potest sibi grauamen imponere: q illam integram restituat alteri fratri, vel partem: ad tempus, vel perpetuò, per istam legem singularem.

55 ¶ Potest etiam pater dicere, quòd dicta tertia in eius nepotem filium filij maiorem meliorati: & post eius mortem diuidatur inter hæredes: & hoc etiam important illa verba: Para siempre jamas,

Universidad de Sevilla Biblioteca

por el tiempo que el testador declarare. iunctis superioribus ibi, Que puedan hazer enel dicho tercio los vinculos & summisiones.&c.

56 ¶ Et quia dixi, quod potest grauari filius melioratus in tertia parte bonorum, quòd restituat partem eius alteri, iuxta formam hic traditam: scias q̃ pars potest accipi tripliciter: vno modo dicitur pars subiectiua seu prædicamentalis. Alia dicitur pars integralis. Et in intellectu harum partium laborauit glos. in l. si mater. §. si quis iter. ff. de exceptione rei iudicatæ. & non bene intellexit secundum Paul. de Cast. ibi. Alia dicitur pars quotatiua. Pars subiectiua dicitur, ad cuius positionem sequitur positio totius, vt est genus quod se habet vt totum: & species, quæ se habet vt pars. & ad positionem speciei, puta hominis: sequitur generis, puta animalitatis: quia si homo est, ergo animal est. Sed non sic econuerso, ad positionem generis, sequitur positio speciei. lege, si quis earum interemptam. ff. de legatis tertio.

57 ¶ Pars integralis est illa, in qua dicitur totum econuerso: quia illa dicitur integralis, ad cuius positionem non sequitur positio totius: nam fundus est totum integrale: diuiditur in partes integrales, scilicet, vsumfructum & proprietatem. Propterea si quod eorum remoueas, nõ est plenus fundus. Idem dicimus in pariete, quæ est pars integralis domus: vt notatur in l. rectè dicimus. ff. de verborum significatione.

58 ¶ Aliæ dicuntur partes quotatiuæ, in quibus vna remota nihilominus in aliis partibus consisteret fundus totus, secundum Barto. in l. re coniuncti. columna quarta. ff. de legat. tertio. vt sunt tertia, quarta, quinta, & similes. de quibus ibi per Bart. & Paulum in d. §. si quis iter. aliquid per doctores in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligationibus. in his omnibus partibus potest practicari lex ista.

59 ¶ Ex ista lege potest inferri generaliter quòd qui buscunque verbis vtatur in concedendo tertio filio: videtur eum in tertio vel quinto meliorare: vnde si dixit, filium meum Petrum in tertio: etiam si non dicat melioro, vel bonorum meorum, subintelligitur. facit lex vigesima sexta. suprà eodem. ibi, Entiendasse. Et lege xj. delos juyzios. libro Ordinamento. vbi dicitur quòd veritas inspicienda est non verba. Ad idem c. dilecti filij. de iudic. & Specula. de aduoc. §. vj. versic. vel ita sunt nonnulli. Ad idem sexta partita. tit. iij. l. vj.

60 ¶ Illud quod ista lex disponit, antea tenuit doctor de Segura in repetitione legis vnum ex familia. de legatis secundo. folio xvij. col. iij. versi. ex hoc ego. quem videas per te. vide etiam l. j. C. de his quæ sub modo. sensit Bartol. in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de leg. ij.

61 ¶ Si pater vni filiorũ prælegauit tertium & quintum: postea in alio testamento vel codicillo prælegauit alteri: reuocatur primum prælegatum. l. Titia testamento. & ibi Bart. ff. ad leg. falcid.

62 ¶ Prælegarum sub conditione, si fine liberis decesserit, restituat: Intelligitur de legitimis. argumento legis j. ff. solut. matrimonio. tion de naturalibus, vel in seruitute conceptis. Specula. de locato. § vj versic. lxvj.

63 ¶ Si prælegatarius grauatus restituere, ante restitutionem alienauit rem prælegatam; contra quem substitutus debeat agere; contra prælegatarium; an contra emptorem? Si vendit tantũmodo ius suum; potuit. Bal. in l. si duobus. §. sed quia nostra in principio. C. communia de leg. vnde non agitur contra emptorem. Iacob. de Belle. in authent. de restitutio. & ea quæ parit. in princip. quæst. prima. & ibi Ange. collatio octaua. vide Bald. in authent. nisi rogati. C. ad Trebel. in fin. glos. & Bartol. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. eodem. & l. penul. C. eod. & in l. fina. §. finautem. C. communia de lega.

64 ¶ An autem & quando ante diem fideicommissarius habet exercitium actionis. Bald. in d. l. si duobus. §. sed quia nostra. C. communia de lega.

65 ¶ Si res restitutioni subiecta alienata euincatur per substitutum, non soluit precium. Bald. in lege, si duobus. §. emptor. C. communia de legatis. vbi est text. & in l. chirographus. §. j. de adminis. tuto. Bar. in l. si debitor. ff. quæ in fraud. credit. Intellige quando precium est solutum, alias secus. l. in venditione. ff. de actionib. empt.

66 ¶ Quid si emptor rei alienari prohibitæ, vt maioratus, ædificauit in ea domum, & ante restitutionem seu euictionem vult domum destruere, lapides & ligna inde tollere, an potest, nisi à domino euincente soluantur sibi meliorationes. vide in cap. j. hic finitur lex & incipiunt consuetudines Regni. & in l. secunda. C. de iure emphyt. & in cap. j. §. ex contrario. de inuestitu. de re aliena facta. & §. fina. de contro. inuestituræ. Bald. in l. si duobus. §. emptor autem. C. communia de legatis. & in l. controuersia. & l. super empti. C. de euictionib. Bartol. in l. si quis domum. §. primo. ff. locati. Bald. in rubr. C. de iure emphyteo. in principio.

67 ¶ An & quando fideicommissarius teneatur ad precium, quando alienauit, & an videatur alienare in fraudem fideicommissi. vide in l. Imperator. §. ff. & ibi Bart. ff. de leg. ij.

68 ¶ Quid si vendit vnam rem, & emit aliam. Bart. vbi suprà.

69 ¶ Quid de expensis factis in rebus substitutioni subiectis. vide in l. domus. & in l. si nulla. de legatis primo.

70 ¶ Si fideicommissarius erat creditor testatoris, an poterit retinere fideicommissum donec sibi soluatur debitum, vide in l. ab omnibus. §. fin. de leg. j. & ibi Ioan. de Imol. & Paul. de Castr. in l. fin. C. de iure deliberandi.

71 ¶ Si fideicommissarius moritur antequam acceptet fideicommissum, transmittit ad hæredes ius deliberandi. glos. Bart. in l. cum filio. de leg. j. Bald. in l. cùm secundum. C. de fideicommis.

72 ¶ Grauatus restituere legatum, tenetur reddere rationem fideicommissario. glos. Bartol. in l. cùm talis. §. Titius. ff. de cond. & demonst. & in l. Marcellus. in principio. penultima quæstione. ff. ad Trebellianum. Baldus in l. filium. in fine. C. familiæ erciscundæ.

73 ¶ Fideicommissum iniunctum legato simpliciter, intelligitur post mortem legatarij. glos. Bartol. in l. filios. ff. de vsufructu lega. intellige naturalem. Bartolus in l. statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. nisi ingrediatur religionem minorum beati Francisci. Bart. in tracta. minoricarum. & in l. cùm pater. §. hæreditatem. de leg. ij. & in d. §. Cornelio.

74 ¶ Si fideicommissum est relictum ei quem testator declarauit hæredi & legatario: si hæres dicit de vno, & legatarius de alio: debetur ei ad quem testator maiorem habuit affectionem: de qua si nõ constat

stat: ratione incertitudinis fideicommissum efficitur inualidum & remanet apud legatarium: Barto. in l. qui hæredi. ff. de rebus dubiis.

75 ¶ An grauatus restituere post mortem potest restituere in vita: vide Bald. in l. post mortem. C. de fideicommis.

76 ¶ An grauatus soluere legata: teneatur soluere prælegata. Paulus de Castro consilio ccxliij. q̃ sic.

77 ¶ Tene menti hanc legem; quòd potest pater meliorare filium in tertio & quinto: cum hoc quòd eo vtatur & fruatur per totam vitam suam vel ad certum tempus: & postea transeat in nepotem; &c. vsq; in infinitum. & est modus faciendi maioratum ex tertio & quinto absque regis auctoritate & confirmatione. sumpta fuit ex l. vnum ex familia; de leg. ij. vbi vide doctorem de Segura folio xviij. colum. iij. in principio in sua repetitione. vbi inter cætera dicit; quòd potest pater relinquere vni ex filiis proprietatẽ tertij & quinti: alteri filio vsumfructum vel aliàs prout patri placuerit.

78 ¶ Si pater meliorauit duos filios in tertia & quinta parte bonorum suorum, cũ hoc quòd post eorum mortem restituerent nepoti, idest filio alterius eorum: contingit quòd vnus filiorum moritur: poterit nepos petere partem defuncti. l. Lucius. §. Gaio. & ibi Bart. ff. ad Trebellia. & in l. hæredes mei. §. cum ita. eod. titu. & in l. quidam testamento. ff. de vulgari & pupillari. & in l. Titia. §. Seia. de lega. ij. & in l. codicillis. in principio. ff. de vsufructu lega. & in l. pen. C. de insti. & substi. sub cond. factis. Bald. in l. ab eo. C. de fideicommi.

79 ¶ Prælegatum vel melioratio tertij & quinti in diem vel sub conditione, non pertinet ad legatarium ante diem vel conditionem. Idem de prælegato ad tempus quia non pertinet post tempus. Ideo ante diem vel conditionem vel post tempus repudiare non potest. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. & ibi Barto. de lega. ij.

80 ¶ Filius melioratus in tertio & quinto grauatus restituere post tempus: habet sibi fructus medii temporis nec tenetur eos restituere. l. si ita. §. pegasus. de legatis secundo. nec potest is cui facienda est restitutio post tempus; ante tempus petere. l. cum archimedoram. C. vt in possessionem lega.

81 ¶ An & quando debeatur legatum in diem vel post diem naturalem vel ciuilem, & quomodo pendente die. Barto. in l. ita stipulatus. ff. de verborum obligatio.

82 ¶ Allegatur quotidie ista lex, quòd tertia & quinta pars bonorum potest vinculari per viam maioratus; vt transeat à filio in nepotẽ & descẽdentes. Ego pluries dubitaui; an possessio istorum bonorum transeat in descendentes ipso iure, prout transeunt alia bona maioratus conditi authoritate Regis, prout disponit lex xlv. infrà eodem. vbi fortè plenius dicetur.

Lex XXVIII.

LA ley del fuero que permitte que el que tuuiere fijo, o descendiẽte legitimo pueda hazer donacion fasta la quinta parte de sus bienes & no mas & la otra ley del fuero que assi mesmo permite que puedan mandar reniẽdo fijos; d descẽdientes legitimos al tiẽpo de su muerte la quinta parte de sus bienes se entienda & platique que por virtud dela vna ley & dela otra no pueda mãdar el padre ni la madre a ninguno de sus fijos ni descendientes mas de vn quinto de sus bienes en vida & en muerte.

1 PAter non potest in præindicium filiorum disponere de rebus suis nisi vnam quintam partem in vita vel morte. Declarat leges fori; tit. delas donationes. l. vij. Aliam titulo delas mandas. l. ix. per quas dicebant antiqui q̃ pater poterat disponere de duabus quintis: vnam in vita, aliam in morte: quia leges prædictæ erant sitæ in diuersis titulis: altera in titulo de donationibus; quæ propriè fiunt inter viuos: altera in titulo de legatis, vel testamentis quæ propriè fiunt in morte: vt intelligatur vna sola quinta sicut in simili prouidet lex Nihil. ff. de coniungendis cum emancipato liberis eius.

¶ No pueda mandar. Nota quòd licet verbum relinquo referatur propriè ad vltimas voluntates vt est textus iuncta glos. in verbo reliquit, in lege prima. §. hoc interdictum. ff. de tabulis exhibendis, & in lege si cui. in verbo relinquatur. ff. de seruituribus. & in lege cum hi. §. primo. ff. de transactionibus, & in lege verbum relinquendi. ff. de verborum significa. Aliquando tamen refertur ad dispositionem inter viuos: vt hic, vbi hoc verbum mandar: intelligitur tam de donatione facta inter viuos, quinta partis bonorum, de qua loquitur dicta lex septima, quàm de legato facto in vltima voluntate dictæ quintæ partis bonorum, de qua loquitur dicta lex nona: vt etiam colligitur ex lege ista, dum se refert ad vtranque legem, ibi: Por la vna ley y la otra: & ibi, En vida y en muerte.

¶ Ninguno de sus hijos ni descendientes. Nota quòd lex ista non videtur negare quòd possit pater: vel mater vni filiorum in vita donare quintam partem bonorum, & alteri in morte donare aliam tertiam & quintam: Sed tantum negat & prohibet quòd vnimet filio virtute dictarum legum donentur duæ quintæ partes, vt plenè dictum est suprà lege xvij. & xix.

Lex XXIX.

QVando algun hijo, o hija viniere a heredar, o partir los bienes de su padre; o de su madre, o de sus ascendientes sean obligados ellos & sus herederos traera collation, & particion la dote & donacion propter nũptias & las otras donaciones que ouieren rescebido de aquel cuyos bienes vienen a heredar. Pero si se quisieren apartar de la herencia que lo puedan hazer saluo si la tal dote, o donaciones fueren inofficiosas que en este caso mandamos que seã obligados los que las rescribierẽ assi los hijos & descendiẽtes en lo que toca a las donaciones como las fijas & sus maridos en lo que toca a las dotes puesto que sea durante el matrimonio, a tornar a los otros herederos del testador aquello en que son inofficiosas para que lo partã entre si. E para se dezir la tal dote inofficiosa se mire alo que excede de su legitima y tercio & quinto de mejoria en caso que el que la dio podia fazer la dicha mejoria quãdo fizo la dicha donaciõ, o dio la dicha dote atiẽdo cõsideracio al valor de los bienes del que dio, o prometio la dicha dote al tiẽpo que la dicha dote fue cõstituyda, o mãdada, o al tiẽpo dela muerte del que dio la dicha dote, o la prometio do mas quisiere escoger aquel a quiẽ fue la dica dote prometida, o mãdada. Pero las otras donaciones que se fizieren a los fijos

mandamos

mandamosque para se dezir inofficiosas se aya consideracion a lo que los dichos bienes del donador valieren al tiempo de su muerte.

1 ISta lex disponit de modo conferendi dotes & donationes propter nuptias & alias donationes. Et legentium turbat spiritus propter nonnullas leges Regni, in hac materia disponentes: quæ videntur inuicem sibi contrariæ.

2 ¶ Lex enim Regni quinta partita titulo quarto.l.iij.in fine.& sexta partita titu. xv.l. iiij. dicunt quòd filij non debent adducere ad collationem donationes sibi factas causa militiæ aut studij, aut libros comparandi. Item causa dotis. hic autem in dote donatione propter nuptias & aliis donationibus disponitur contrarium.

3 ¶ Item foro legum libro tertio titulo delas mãdas, non dicitur quòd pater potest meliorare vel prælegare vni ex filiis vel pluribus tertiam & quintam partem bonorum, immo simpliciter donando intelligitur prælegare tertium, vel quintum, vel vtrumque, quæ debentur filiis melioratis vel prælegatis vltra legitimam sibi debitam, vt ibi dicitur,& in lege xxj.xxij.xxiij.xxv. suprà eodem. Ergo non tenentur has donationes ad collationem adducere: vt disponit ista lex, quoniam tunc non haberent has donationes præcipuas: & vna donatio extraheretur ab alia, contra dictam legem xxv.& xxvj.

4 ¶ Aliquibus videtur quòd & si istæ donationes de quibus ista lex loquitur: adducantur ad collationem, non debent misceri cum hæreditate eius cui succeditur: sed quilibet fratrum qui veniunt ad successionem tantum percipiet de ipsa hæreditate: quantum fuit donatum vel prælegatum alteri, vel a liis fratribus: & residuum diuidatur inter fratres. Sed hoc non placet: quia tunc filius cui donatio 8 prius fuit facta: non haberet illam præcipuam cum alij fratres tantundem debeant antè omnia ex hæreditate percipere. Fit igitur collatio dotis & aliarum donationum tantum minus accipiendo ex hæreditate: quantum valuit ipsa dos vel donatio vt l. illam. C. de collationibus.

5 ¶ Et secundum hoc dos & donatio propter nuptias, succedunt loco legitimæ: & in partem legitimæ computantur. de dote est textus in lege quoniam nouella. C. de inofficioso testamento. Baldus in lege Iubemus, C. ad Trebellianum; & in authentica res quæ. C. communia de legatis. Propterea confertur inter fratres, authentica ex testamento. C. de collationibus, nisi dos sit vt legata. l. prima, §. cum pater. & ibi Bartolus; de legatis primo.

¶ De donatione propter nuptias quòd imputetur in legitima patet; quia pari passu ambulant dos & donatio propter nuptias, vt tenet Baldus in dicta lege Iubemus, & Paulus de Castro consilio cxxij.& propterea confertur inter liberos; sicut dos. lege liberis. & ibi Baldus. C. de collationibus. non insinuatur sicut nec dos. Baldus in authentica eo decursum; in fine. C. de donationibus ante nuptias. Item non computatur in numero donationum; nec venit appellatione donationis. Bartol. Bald. in dicta authentica dotem; alias incipit, eo decursum. 9
Concluditur ergo quòd dos & donatio propter nuptias deducuntur ad collationem; vt vult ista lex.

6 ¶ Quod autem lex ista subdit de aliis donationibus: dicunt aliqui debere intelligi de donationibus datis in peculium, quæ deducuntur ad collationem tanquam bona defuncti: tanquam pars legitimæ eius qui donationem in peculium recepit. Propterea tales donationes conferuntur, lege si donatione. & ibi Bald.& alij. C. de collationibus. non tamen volunt istam legem loqui in aliis donationibus quæ nec conferuntur nec imputantur in legitima. Sicut dicimus de donatione remuneratoria, quæ non confertur, neque imputatur: nec donatio facta causa militiæ; vel studij, vt dicunt leges Regni prælegatæ, de quibus per Montaluum, foro legum, libro secundo, titulo de las lauores, lege septima, & titulo de las Herencias, lege decimaquarta.

7 ¶ Ista non placent: quia veritate inspecta, & mente legum Regni, de quibus suprà, omnes donationes etiam simplices: hodie censentur fieri filiis: via prælegatiin tertio & quinto etiam si non exprimatur in donatione: vt dicunt ipsæ leges prælegatæ: & probatur in authentic. vt cum de appellatione cognos. §. illud quoque. colla. viij. Salic. & alij in l. quoties. C. de hæredi. insti. prælegatum autem non trahitur ad collationem, secundum Bald. in authentic. ex testamento. colum. prima. C. de collat. ideo simplex donatio hodie non trahitur ad collationem: quod videtur contra dispositionem huius l. quæ generaliter dicit de aliis donationibus, ergo omnes ineludit. cap. si romanorum. xix. distin. cum similibus. Nisi dixeris quòd verbum aliæ donationes: debet intelligi de similibus præpositis, non de maioribus vel potioribus vel alterius conditionis. cap. sedes. de rescriptis. l. fin. §. cui dulcia, & sequenti. ff. de vino tritico oleoque legato. conferuntur dos & donatio propter nuptias: & aliæ donationes eiusdem qualitatis: vel minoris expressis.

¶ Sed quia omnia ista non satisfaciunt, alij conantur dicere, quòd ista lex intelligatur secundum leges prælegatas. v. partita. titu. iiij. l. iij. & sexta partita. titu. xv. l. iiij. quòd filius debet habere præciuam & liberam donationem sibi à patre factam: nec imputabitur sibi in legitima tempore diuisionis hæreditatis paternæ: nisi pater donasset alicui ex filiabus suis dotes, vel filiis donationem propter nuptias, & ipse filius vellet quòd fratres & sorores dotes & donationes propter nuptias adducerent ad collationem: quia tunc ipse etiam filius teneturs uam donationem ad collationem adducere: non alias. Et secundum hoc hæ duæ leges concordare videntur. Sed nec hoc mihi placet, quia esset magna suppletio ad hanc legem, quæ sic intellecta, de nihilo deseruiret, cum istud antea per legem prædictam esset dispositum. Quapropter aliqui audent dicere quòd ista lex tanquam vltima nouam induxerit dispositionem: & antiquiores: & interiores leges corrigat. Ego nunc præpeditus aliis negociis: non potui veritatem inuestigare, ideo cogitandum relinquo. Sed istud de aliarum legum correctione, signanter earum quæ in hoc volumine continentur, non placet. Non enim putandum est quòd leges, vnius voluminis ea facilitate sint conditæ: quòd vna aliam corrigat.

¶ Tenendo igitur generaliter prout disponit ista lex, quòd donationes dotis & propter nuptias & alias donationes tenetur quis conferre, limita multipliciter. Primò in dote profecta à patre, quia non confertur quando agitur de successione matris, foro legum, titulo delas herencias. l. xiiij.

Secundo

¶ Secundo quando pater in testamento prohibuit collationem fieri authentica ex testamento. C. de collatio. sexta partita, titu. xv. l. iij.

10 ¶ Tertio quando filia vult esse dote contenta. l. fin. ff. de collatione dotis. l. penult. C. familiæ erciscundæ. authen. vnde si parens. C. de inof. testamen. & lex ista.

¶ Quarto in donatione propter merita. Paulus de Castro consilio cxxj.

¶ Quinto quando pater donauit filio: vt et fieretur miles. vel causa studij. quinta partita, titulo iiij. l. iij. in fine.

11 ¶ Donatio facta filio confertur quando agitur de successione patris vt hic. secus dic de donatione facta nepoti ab auo. nam illam non confert filius. vide quæ scripsi in cap. per vestras de donationibus inter virum & vxorem. colum. cccl xij. versi. existis infertur. quibus adde l. filio. ff. de condi. & demon. & ibi Barto. & l. si filio familias. ff. de donationibus causa mortis. & l. fi. C. de vsufructu. Bald. in l. iij. C. quibus ad liber. pro cla. licet. quem vide.

12 ¶ Si res data in dotem euincatur: hæres patris tenetur de euictione. l. creditor. §. prædium. & ibi Bar. ff. de euictio. Sed si euincatur res data in diuisione, omnes hæredes tenentur de euictione. l. si familiæ. C. familiæ erciscundæ. vj. partita, titu. xv. l. ix.

13 ¶ Si fiunt plures donationes, prima valet: aliæ dicentur inofficiosæ si excedunt legitimam. glos. & Barto. in l. Titia. §. Imperator, de legatis secundo. & suprà l. xxvj.

14 ¶ Dos dicitur officiosa vel inofficiosa respectu temporis quo fuit promissa, vel tempus mortis, prout voluerit is cui fuit promissa vel data, vt hic: quod est notandum, contra Bald. & aliós, de quibus scripsi in cap. per vestras de donationibus inter virum & vxorem, colum. cccxxxij. §. Sed pulchrum est videre. In aliis donationibus consideratur tempus mortis patris donatoris, vt hic, & l. xix. & xxiij. suprà.

15 ¶ Si pater diuidit bona sua inter filios: operatur institutionem: textus cum glos. in l. quoties. C. familiæ erciscundæ: quando cuique assignatur sua integra legitima. l. parentibus. & ibi Barto. C. de inof. testam.

16 ¶ Vnum tamen crederem, quòd si pater in diuisione scienter plus dedit vni ex filiis quàm alteri, in illo pluri legitimam excedenti videbitur meliorare, propter leges istas, quæ volunt quòd per quamcunque dispositionem quam facit pater cum filiis vltra legitimam, videtur eis meliorare.

17 ¶ Si autem pater non diuisit, sed diuidi mandauit: illud faciendum est, secundum Bartol. in l. cùm pater. §. dulcissimis. de lega. ij. & in l. Lucius, in principio. ff. ad Trebellia.

18 ¶ Hic tractatur materia collationis dotis & donationis propter nuptias & aliarum donationum, quæ per te videas.

19 ¶ Iura primogenituræ non conferuntur, quia non diuiduntur, secundum Bald. in authent. ex testamento. C. de colla. ad hoc l. quædam mulier. ff. familiæ er. cap. licet. de voto. c. imperialem. §. præterea de prohibita feu. alie. secundum Ludo.

20 ¶ Instrumenta & priuilegia debent esse apud fratrem seniorem, vt l. fi. ff. de fide instrm. tn. vide legem Regni nota. vj. partita. tit. xv. l. vij.

21 ¶ Para traher á collacion, o partició la dote. Concordat cum hac lege. l. Si pater, & l. pactum, in fine. & l. filiæ. & l. vt liberis. C. de collatio. & per totum. ff. & C. de collatio. dotis. & foro legum, lib. iij. titu. delas herencias. lex xiiij. & tertia partita. tit. xv. lex iij. & iiij. A quibus sumpta fuit ista lex.

22 ¶ Pero si se quisieren apartar dela hazienda: que lo puedan hazer. Sumpta fuit hæc lex à l. filiæ licet. C. de collatio. vbi qui tenetur conferre si petat partem hæreditatis, debet collationem offerre, alias à petitione remouetur: nam sicut emptor qui petit rem si non offert precium repellitur ab agendo. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus empti, ita qui petit partẽ hæreditatis, si collationem non offert & sic potest opponi contra libellum quòd non procedat & quòd aduersarius non teneatur ei respondere. Sed quamuis oblatio non fuerit facta in libello; postea. Et sic sustentabitur libellus: & exceptio repelletur. secundum Paulum in d. l. filiæ licet.

23 ¶ Saluo si la tal dote, o donaciones fueren inofficiosas. Præmitte quòd hæc l. vult, o vbi dos est inofficiosa: potest à fratribus reuocari vsq; ad legitimã. Intellige patre vel matre donatore mortuis, nõ viuẽtibus: quia in vita parẽtum nõ debetur legitima, secundũ Ioã. An. in Spec. qui filij sunt legi. in rub. ad hoc lex ij. & l. si notas. & l. mater. C. de inoffic. dona. ego alias scripsi in c. per vestras, de dona. inter virũ & vxo. posset tamen filius petere alimenta patre viuente ab alio fratre donatario iudicis officio, secũdum Io an. An. vbi suprà, quod ego plenè dissero in præallegato loco vbi videre poteris ad saturitatẽ.

24 ¶ Puesto que sea durãte el matrimonio. Contrarium videbatur per l. dote quidem. C. de collatio. & per illud quod notat Barto. in l. fin. §. si à socero. ff. de his quæ in frau. cre. de quo plenè scripsi in dict. cap. per vestras. tamen Paulus de Castro in l. prima. C. de inoffic. doti. in fin. Tenet idem quod hic statuitur, vbi dicit, nota quia frequenter contingit quòd pater dat largas dotes pro filia: vel promittit in tantum quòd non remanet legitima masculorum: nam mortuo tali patre vel matre, alij filij possunt reuocare talem dotem vsque ad legitimam, etiam constante matrimonio inter filiam doratam & maritum eius: licet maritus habeat ex causa onerosa: quia non debent alij filij legitima carere propter sororum dotationem: & hoc est de mente glos. ibi, secundum Paulum. Idem videtur sentire Bald. in l. Si emancipati, in fine. C. de collatio. vbi dicit, quòd qui non vult succedere vniuersaliter: non tenetur conferre: nisi vsque ad legitimam: authenti. vnde si parens. C. de inoffic. testam. & hoc sequor in loco præallegato. vbi multum commendabam decisionem Pauli. & cum hæ leges conderentur multum insteti, quòd hæc lex ederetur, quam tenemenți. Cætera videas per me in dicto cap. per vestras. vbi multa cumulaui.

25 ¶ Para se dezir la tal dote inofficiosa: se mire á lo que excede de su legitima & tercia & quinta de mejoria. De hoc ego plenè scripsi in dicto cap. per vestras. quæ hic non repeto vitandæ prolixitatis gratia.

26 ¶ Nota tamen quòd quando pater dat immensam dotem filiæ, vel immensam donationem propter nuptias filio: videtur eum meliorare in tertia & quinta bonorũ, vt hic colligitur: facit quod not. Bart. in l. vxori. ff. de legatis iij. vbi dicit, o quando ex verbis testatoris apparet o voluerit filio prælegare: prælegasse videtur. Et si forsan ex verbis non appareat, satis est facti apparere, quia facto

datur vo

datur voluntas intelligi.l.de quibus.ff.de legibus.l. reprehendenda.C.de institu.& substitutionibus sub cond.factis.& facit supra lex xxvj.

27 ¶ Item nota quòd dos & donatio propter nuptias, primò imputantur in legitimam: & quod excedit legitimam imputatur in tertia & quinta bonorum: ita probatur hic in dictis verbis. Secus est in aliis donationibus simplicibus quia primò imputantur in tertia & quinta bonorum: & quod super est, imputatur in legitimam, vt supra l.xxvj. 3

28 ¶ En caso que el que la dió: podia hazer la dicha mejoria: quando hizo la dicha donacion, o dio la dicha dote. Ista verba iudicio meo abundant: & de nihilo deseruiunt: nam si pater potuit donare propter nuptias: vel dotare: consequenter potuit meliorare. frustra ergo subdit illa verba.

29 ¶ Auiendo consideracion al valor delos bienes del que dió: o prometió la dicha dote. Nota quia declarat quo tempore inspici debet, an dos fuerit inofficiosa: de quo per Salicetum in l.j.C.de inoffi. doti.& per eum & Cynum in l.fi.C.de pactis.& Doctores in l. Stipulatio ista hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. ego plenè prosequor in dicto cap.per vestras.colum.cccxxxij.& sequentibus.

30 ¶ Pero las otras donaciones.&c. Concordat cũ l.xxiij.supra, vbi dicitur quòd in melioratione tertiæ, inspici debet tempus mortis. Ad idem lex xix. versi.v. Vnum tamen nota, quòd illa iura loquuntur tantum in melioratione tertiæ: de donatione autẽ quintæ: nil ibi dicitur. Ideo videbatur quòd in quinta aliud deberet dici, distingueudo an fuit facta donatio quintæ bonorum, vel quintæ hæreditatis, secundum Cynum & Doctores in l.fin.C.de pactis. vt plenè diximus in dicta l.xix, versi. xij. Per istam tamen legem quòd debeant suppleri dictæ leges: & quòd idem dicamus in vtroque casu: scilicet quòd tam in donatione tertiæ: quam quintæ: inspici debeat tempus mortis propter verba prædicta. Pero las otras donaciones que se hazen alos hijos: mandamos que parase dezir inofficiosas: se aya consideracion al tiempo de su muerte: Et loquitur de donationibus indistinctè, nulla habita differentia, an fuerit donata tertia vel quinta pars bonorum, & dicit quòd inspici debeat tempus mortis. Cùm autem lex non distinguat, nec nos distinguere debemus. capitul. ad audientiam. de decimis, cum concordantiis.

Lex XXX.

1 HAcera & missas & gastos del enterramiento se saquen con las otras mandas graciosas del quinto dela hazienda del testador y no del cuerpo dela hazienda qun que el testador mande lo contrario.

1 FVneralia patris morientis soluuntur ex quinta parte bonorum suorum cuicumque fuerit relicta: cerei ergo ex ea soluentur, & quod superest finito officio est ecclesiæ secundum Bald.in l.vna.§.sed & si quis homini.in fi.C.de lati.li.to.sed de consuetudine non seruatur. immo datur ei qui eos portauit, per hanc l.reprobatur l. Papinianus. 2

§.quarta.ff.de inoffi.testa. Quæ dicebat quòd funeris impensa deducebatur de legitima, hodie de quinta bonorum parte, vt hic. 3

1 ¶ Vxor alicuius reliquit marito tertiam partem quam relinquere sibi potest, vtl. j. C. vnde vir & vxor. in reliquo patrem instituit hæredem. An sumptus funeris per prius sunt deducendi tanquam æs alienum. videtur quòd sic, per l. xxj. suprà eod.

¶ Expensa pro sepultura, vide l.j.§.impensa.ff.ad legem fal. Sed expensæ quæ fiunt in infirmitate: non dicuntur expensæ funeris.l.& si quis.§.hæc actio.ff. de reli.& sump.fu.illis tamen æquiparantur.l.in restituenda.& ibi Bald.C.de peti.hære. An repeti potorit facta prohibitione ne fiant, glo. Bald.in l. fina. C.de nego.gestis.l. & si quis. §. Labeo.ff. de reli. & sumpti.fu.dicit quòd repetuntur, qua actione. Specu.de sepul.versi.porro.

¶ Ante aditam hæreditatem sepeliendus est defunctus, lege qui erat, & ibi Barto. ff. familiæ erciscundæ. Bald.in authentica hoc amplius.colum.iiij. C.de fideicommiss.& in l.eam quam. column.v.eodem titu.

Lex XXXI.

POrque muchas vezes acaesce que algunos porque no pueden, o porque no quieren fazer sus testamentos dan poder a otros que los fagan por ellos: & los tales comissarios fazen muchos fraudes y enganos con los tales poderes estendiendo se a mas dela voluntad de aquellos que se lo dan: porende por euitar los dichos danos: ordenamos & mandamos que de aqui adelãte el tal comissario no pueda por virtud del tal poder hazer heredero en los bienes del testador ni mejoria del tercio ni de quinto: ni desheredar a ninguno delos, o descendientes del testador ni les puenda substituyr vulgar ni pupillar ni exẽplarmente ni hazer les substitucion alguna de qualquier calidad que sea ni pueda dar tutor a ninguno de los hijos, o descendientes del testador saluo sy el que le dio el tal poder para hazer testamento especialmente le dio el poder per a fazer alguna cosa delas suso dichas en esta manera el poder para fazer heredero nombrando el que de el poder por su nombre a quien mandа que el comissario faga heredero y en quanto alas otras cosas senalando para que le da el poder y en tal caso el comissario puede hazer lo que especialmẽte el que le dio el poder senalo & mando y no mas.

COmmissarius non potest hæredem instituere: nec meliorare in tertio & quinto: nec exhæredare, nec substituere vulgariter, nec pupillariter, nec exemplariter, nec dare tutorem filiis vel descendentibus à testatore: nisi specialiter à testatore hæc sibi concedantur, ex hoc aliqui dicunt quòd fideicommissarius non potest grauare eum cui fideicõmissum relinquit vt alteri restituat, de hoc. En las informaciones de la hoz.

¶ Quando dati sunt plures commissarij, non potest vnus etiam de voluntate aliorum officium expedire.l.singulos.ff.de testa.& ibi Barto. nisi alij fuerint impediti, vt per Barto. in l. fundum. §. his verbis. de leg.j.

¶ Commissarius non cogitur acceptare officiũ Dynus in l.j.§.quod natum.ff. de ventre inspiciendo.& in l.imperator in principio. de legatis ij. & in l.j.§.contrarius. ff. vbi pupil. edu.l. si quis sepulchrum.§.hoc edictum & ibi Bal.ff.de reli.& sumpt. fu.& in

fu.& in l.nullæ.C.de epi.& cle. Barto. Bald.in l. j. de lega.ij. intellige nisi acceptauerit legatum à testatore sibi factum: vt per Bart. in l.post legatum.§.amittere.ff.de his quibus vt indig. Sed si legatum non acceptauit, non cogitur, sed perdit legatum. Barto. in l.Nesennius.ff.de excu.tu. Idem si subscripsit testamentum: nam tunc videtur acceptare officium. l. non putauit.§.qui sua.ff.contra tab.l. ex sententia. ff.de testa.tu.l.vxori.§.j.de falsis.cum glo.

4 ¶ Commissarius sicut non potest hæredem instituere.l.illa institutio.ff.de hæredibus insti.& hic: sic nec hæredem in possessionem mittere. quia debet capere de manu testatoris non commissarij: nisi quando habetur loco legatarij: si instituatur in re certa. Bald.in l.id quod pauperibus.colum.iiij.versi.xv.C.de epi.& clericis.

1 ¶ Tu scis quòd de lege Regni, foro legum, libr. iij.titu.delos testamentos. Valent legata sine hæredis institutione: vel cum illa: licet hæreditas non adeatur; contra iura communia: & consequenter valebunt fideicommissa vniuersalia, quæ legatorum appellatione continentur: vt nota.in l.si seruum. ff. Si quis omissa causa testa. & in l.ita tamen. §. quoties.ff.ad Trebellia. & in authentica ex causa. C. de liberis præteritis. Et in rubri. ff. de legatis & fideicom.primo & secundo.

6 ¶ Ex quo infertur, quòd hodie secundum iura Regni nemo cogitur acceptare & restituere hæreditatem: licet de iure communi aliud sit constitutum.l.quia poterat cum aliis.ff.ad Trebellia.l. non iustam.C.eod.l.cogi.eod.titu. ne hæres decedat ante aditam hæreditatem, & sic fideicommissum expiret.l.ille à quo.in principio.ff.ad Trebellia. cum nõ adita hæreditate, fideicommissum expiret, & non valeat.l.Si nemo.ff. de regulis iuris.l.Si nemo.ff. de testa.tu.l.j.ff.de vulga.& pupil.l.eam quam.C.de fideicommi. Hæc ratio hodie cessat per dictam legẽ Regni, ergo cessare debent dictæ leges: vt l.cum tale.§.falsam.ff.de condi.& demonst.l.adigere.§. quãuis.ff.de iure pa. Præsertim cum ex tali compulsione aditionis, fideicommissario non prouenit commodum & hæredi damnum. l. ita tamen.§. si pater. ff.ad Trebellianum. Ergo non cogitur adire, argu. l.j.ff. de aqua pluui. arcen. probatur in dicta l. qui vias.ff.de damno infecto.cap.cum ecclesia Vulterana, de electione. Ad hoc l.ita tamen.§.si pater. vbi si ne aditione hæredis; valet fideicommissum propter suitatem, nec potest cogi acceptare & restituere. 10

7 ¶ Sed contra videtur propter euitandam iurium correctionem.l.vna.C.de inoffi.doti. ca. cum expediat, de electio.lib.vj. vnde prædicta lex Regni tanquam correctoria restringatur solum ad casum in quo loquitur & non amplietur, authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. l.si verò.§. de viro. ff. so.ma. præsertim cum lex illa sit exorbitans: & consequenter non amplianda. c.j.§.j.&ij.ff.de filiis. presby. d.§. de viro. Est etiam correctoria, & generaliter loquitur, & per consequens non extendenda ad casus speciales iuris communis. glo. in l. sciendum. 11 ff. qui satisdare cog. & in l.fin. C. quibus causis in integrum resti. non est nece. tex. in authen. offeratur. iuncta l. prima. C. de litis. contesta.

8 ¶ Ad idem facit dicta l. cogi. §. talis. ff. ad Trebel. vbi aditione vnius hæredis confirmatur totum testamentum. glos. in l. libertas. C. de testa. tu. & ibi Bal. textus in l. vna. §. pro secundo. C. de caducis tollen. & in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellianum nihilominus tamen fuit compulsus alius suus cohæres.

9 ¶ Ad contraria dicendum, quòd ex cessatione rationis legis, non est inducenda legũ correctio: sicut nec ex identitate rationis. l. fi. iuncta authẽ. ibi posita. C. de sacrosan. eccle. præsertim quando est tacita non expressa. secundum Bald. in d. auth. textus in l. his solis. C. de reuo. dona. glo. in cle. j. de electio. facit l. emptor. §. fi. ibi si ratione reddita. ff. de rei vendi. & in l. fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de vsuris. nec dicitur fieri tunc extensio de casu ad casum. Sed ratio quæ est in vno casu decidit alios casus: vt per Cynum post Petrum in l. iura. ff. de legibus. & in l. quod verò. eodem titul. Bald. in l. de quibus, eodem ti. facit l. ij. C. de indicta vidui. to. l. filium. ff. ad Macedo. l. de pupillo. §. si quis stiuos. ff. de no. operis nunci. Præsertim quãdo plures rationes subsunt: vt d. §. talis. vnde cessante vna: nõ cessat alia. §. affinitatis. insti. de nuptiis. & in l. liberorum. §. Si talis. ff. de his qui notantur infamia l. si lex Aelia centia. ff. de hæredibus insti. l. Si mater. C. de contrahẽ. emptio. glo. in l. si ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. iml. si ventri. ff. de priuile. credi. §. fi. Nec est verum dicere, quòd fideicommissarius ex hac cõpulsione non consequitur lucrum; cum in illa adimpleat voluntatem suam. glo. in l. cum seruus. ff. de condi. ob causam & in l. Paulus. ff. de solu. & consequenter nõ adimplendo: dicitur dari damnum. sicut in simili dicit Laurus de Palaciis, in tractatu, quòd stantibus masculis fœminæ nõ succedãt. col. viij. facit l. si quis nec causam. ff. si certũ petatur. & quod voluit Bald. in l. plurib̃s. ff. de proc. vbi dicit quòd officium est lucrosum: executori cum in illo adimpleatur voluntas. quod nota ad legem Regni foro legum, lib. iij. tit. delas mãdas. l. vj. quæ loquitur de executore vel commissario: vt sit officium lucrosum, cum isti æquiparentur, vt per Bart. in l. j. ff. de legaris primo. cum ipse commissarius sit arbitrator, vt per Barto in dicta l. vj.

¶ Ex istis posset attẽtari quòd commissarius posset consequi decimam partem fructuum bonorum committentis, cum tutela & commissaria æquiparentur. glos. in l. tutela plerunque. ff. de tutelis. quam commendat Ioan. de Imo. in l. si quis à filio. §. j. de legatis primo. alia in capitu. fina. de testã. libro sexto. lex ergo duo sunt Titij. ff. de testam. tu. habebit locum in commissariis: notatur in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de legat. j. vnde sicut tutor hodie secundum legem Regni. foro legum, libro tertio. ti. delos guardadores de los huerfanos. l. secunda. habeat decimam partem fructuum pupilli. idem erit in commissario, cùm æquiparetur illi, quia æquiparatorum eadem est ratio. l. illud. ff. ad legem aquil. c. translato, de consti. Item valet argumentum de similibus ad similia. l. non possunt. ff. de legibus. Item ex quo commissarius faciendo testamentum pro alio: sentit onus: ergo sentire debet emolumentum. l. eum qui. ff. de iureiurando.

¶ Contrarium videtur verius, cùm dicta lex Regia sit correctoria iuris communis, ideo restringenda authentica quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Item quia exorbitans. vt c. j. & ij. de filiis presbyte. Nec est verum quod in omnibus sit æquiparata tutela testamentaria & commissaria, præsertim in criminalibus: vt colligitur ex l. si arrogati. ff. de tutelis. iuncta l. cum pater. §. hæreditatem. de lega. ij. & in l. fina. iuncta glos. ff. de tutelis. cum glos. in l. vna. §.

pro secundo.C.de cadu.tol.& in d.c. fi.de test.lib.vj.
bonus text. in l.à filio.ff.de alimentis & cibariis legatis. & in l.filio. §.matrimonio. ff. de adimendis legatis.

12 ¶ Ad dictam l.ita tamen.§.si pater.ff.ad Trebelli. de quo in principali quæst.potest dici,quod illud statuitur fauore suitatis, sicut & alia, de quibus in l.si filius qui patri.ff. de vulgari & pup.per Alex.vnde in contrarium erit ius commune.l. ius singulare. & l. quod verò contra.ff.de legibus.

13 ¶ Cogita si in principali quæstione potest dici, quòd hodie sit in voluntate commissarij compellere hæredem vel non,& quòd in vtroque casu consequatur fideicommissum : vt sentit Bald. in l.fi.C.de sacrosanctis ecclesiis.loquens de ecclesia fideicommissaria:& traditur in l.fi.eod.titu.

14 ¶ Vnum tamen est,quòd si testator hæredi dedit licentiam,quòd possit repudiare hæreditatem:non valent legata & fideicommissa, non adita hæreditate:quia hoc reperitur iure cautum, ergo remanet in dispositione iuris communis.l.si cum dotem.ff. soluto matrimonio. l. commodissimè.ff. de libe.& posthu.l.si extraneus.ff.de condi.ob cau.ius autem commune vult generaliter,quòd non valeant.l.j.§.si proponatur. ff.si quis omissa causa testa. vbi legata valebant non adita hæreditate ex testamento,ex illo titulo,si quis omissa causa testa. Vide l.verba.ff.de condi.instit.cum enim sit hæres voluntarius non necessarius : videbatur in esse, quòd possit acceptare vel repudiare. vt ff.& C.de iure delib. Præsertim in l. neminem.ea autem quæ tacitè insunt, si exprimantur,nihil operantur.l.hæc verba.de lega.j.Potest dici quòd voluntas testatoris tacitè non inerat, vnde verba,si volueris relata ad legatarium vel hæredem inducunt conditionem,licet tacitè insint.l.si ita expressum.ff.de conditioni.& demonstra.l. si ita legatum.§.illi si volet.de lega.j.

15 ¶ Tu scis quòd duo sunt genera hæredum, scilicet necessariorum, de quibus C.de necessariis hæredibus instit.& in §.sui autem.insti.de hæredũ qualitate & differentia. An per prædicta verba, quòd possit repudiare,factus sit de necessario volũtarius: vide glos. in §.j.insti. de vulg. substi. vbi substitutus vulgaris datus seruo hæredi instituto à domino: nõ facit illum voluntarium : dat licentiam hæredi suo quod repudiet, cum dat illi substitutum vulgarem: nisi dixeris quòd ibi dat tacitè.Nos loquimur quãdo expressè:& ita diuersa arg.l. Papinianus exuli.ff. de mino.l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquiren. posse. Sed hoc nihil est : quia taciti & expressi idem est iudicium.l. cum quid.ff.si certum petatur.

16 ¶ Vel illa verba non dicuntur posita in institutione: sed substitutione,vt sentit Alexan.in l.j.ff.de vulga.& pupi. substi. & pro glos. præallegata, videtur casus in l.quidam cum testamentum. C.de necessariis seruis hæredibus insti. vbi datio cohæredis,non facit ipsum seruum hæredem voluntarium : saltem ad ea suitatis priuilegia,quæ pendent ex lege.l.si fratris.C.de iure delibe. l.pro hærede.§.Pomponius.l. cum hæreditate.ff.de acqui.hæred.traditur in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad Trebellia. Secus in datione substituti vulgaris.l.si filius hæres.ff.de libe. & posthu. quæ facit contra dictas glos. cum iura loquentia in filio habent locum in seruo. insti. quod cum eo. hoc tamen non obstante, contrarium decidit dict. glos. quæ limitatur secundum textum & glos.in l.sed si plures.§.fi.ff.de vulga.& pupilla.

17 ¶ Pro quæstione principali facit dict.l. verba.ff. de conditio.insti.alias illud quod esset introductum in fauorem testatoris: redundaret in eius damnum: cùm non adimpleretur eius voluntas.glo.in l.Paulus.ff. de solu. contra l.quod fauore, de legibus. C. & ff.

18 ¶ Ex istis resultat vna limitatio ad l.nemo potest. ff.de lega.j.& ad l.si non speciale, C.de testa. & capi. requisisti. eodem titu. vbi nemo potest facere quin leges non habeant locum in suo testamento: posset tamen facere quod leges dicentes, seruum esse hæredem necessarium,non haberent locum in cohære de instituto.

19 ¶ Ex istis similiter posset inferri, quòd seruus datus in substitutum vulgarem alicui: non esset necessarius institutus, per ea quæ dicta sunt in substitutione vulgari, in quibus posuit quædam verba : si volueris: vt insti.de vulgari & pupill. vbi cautè dicitur quòd qui vult decedere cum testamento vltimo loco:instituat seruum hæredem:non tamẽ dixit quod illum substituat, Contra quod facit rubrum quod pro lege potest allegari.C.de necessariis seruis hæredibus insti.vel substituendis.

20 ¶ Ex prædictis redeundo ad prædicta infertur, quòd si aliquis accepit in emphitheosim aliquãrem pro se & filiis suis fideicommissariis: venient non solum fideicommissarij, sed etiam legatarij : vt sentit Bald.in c.imperialẽ.de prohibi.feu.alien. per Fre.dicens,quòd emphyteosis accepta pro filiis hæredibus comprehendit filios legatarios: valet enim argumentum de hærede ad legatarium.l.id tempus. ff.de vsucap.sed fideicommissarius habetur loco hæredis.l.filiusfamilias.ff. quod cum eo.l.j.§.si hæres. & l.quia poterat.ff.ad Trebell.ergo,&c.

21 ¶ Legatarius transmittit legatum non cognitum ad suos hæredes.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cadu. toll.quia à morte testatoris transfertur dominium rei legatæ in legatarium.l.legatum. de lega.ij.l.à titio.ff.de furtis. nisi sit legatum conditionale.d.l.vnica.§.finautem sub conditione. nam pendente conditione, hæres & legatarius est dominus.glos.in l.si seruus Titij.§.j.de lega.j.& in l.si ita scriptum.§.j.de lega.ij.Alia in l.fina.C.in quibus cautis coloni censiti.lib.ix.textus in l.Sempronius Athallus.ff.de vsu fructu legato.& in l.omnia.§.fundum de lega.ij.

¶ Vnde §.in nouissimo, videtur habere locum quando legatur res propria testatoris,secus si hæredis, vel aliena, dum tamen non sit hæres in mora,& sic in culpa:nam tunc dominium rei legatæ, nõ trãsfertur in legatarium à morte testatoris. glos. in l.si seruus hæredis.ff.de legatis j.alia in l.hæreditatum. §.fina.ff.ad legem falcidiam.textus in l.magis puto. in principio. Secundum Angelum ibi.ff.de rebus eorum. & in l.certè in principio.ff.si certum petatur.iuncta glos.Sed contrariã glo.est in l.j.C.communia de legatis.alia in d.l.si quis seruum, in principio.de legatis secũdo.vide glos.in l.mortuo,in principio.eodem titu.quod non videtur verum,quia dominium legati in diem, non transfertur in legatarium pendente die : tamen bene transmittitur,l.si dies ff.quando dies legati cedit.

22 ¶ Redeundo ad propositum, fideicommissarius fideicommissum non cognitum non trãsmittit.glo. secundum Ange. in l.cum filio.ff.de legat.j. & in l.à testatore.ff. de condi. & demonst. & in l.filiusfamilias.§.diuus.ff.de lega.iij. Contraria sententia videtur verior, immo quòd in hoc legato æquiparetur: vt per

vt per Cynum in l.j.C.communia de leg. probatur in l.fin.§.j.& ibi Io.de Imola.ff.de leg.j.l.vna.§.cum igitur,de caducis tollen. Alexand. in dict.l.cum filio.iiij.col.ff.de legatis j.

23 ¶ Rubrica quando est generalior nigro,ampliat nigrum,gloss.in l.vnica. C. de capitatione ciuium, lib.xj.& in authen.de incestis nuptiis,collat.iiij.tenet Io.de Imola in rubrica.ff.de verbo.oblig. & ibi recentiores, Sali. & Ludouicus in rub. ff. si certum peta.Io.de Pla.insti.de actio.in rub.

¶ Hinc est quòd si in rubrica statuti dicitur q̃ filia dotata non succedat matri, & in nigro dicitur quòd non succedat matri & auia,de successione patris nil dicebat: propter generalitatem rubri,excluditur etiam à successione patris filia. ita consuluit Paulus de Castro consilio cccxxiiij. facit quod voluit Fulgosius in l. j. ff. si certum petatur. vbi dicit quòd ex verbis rubricarum, resultat clarior sensus verborum statuti vel legis. Intellige etiam si materia sit odiosa, & statuta sint stricti iuris & restringenda vel strictè intelligenda.l.iij.§.hæc verba.ff.de negoci.gestis.l.quicquid astringendæ.ff.de verbor. obliga.c.in nostra.de iniuriis.

24 ¶ Ex istis infertur ad legem Regni foro legum, lib.iij.tit. delas herencias.l.vj.vbi dicitur, quòd lectus quotidianus spectat ad coniugem superuiuentem:si est constante matrimonio acquisitus : habet locum etiam si non fuerit acquisitus constante matrimonio, propter generalitatem suprascriptionis vel rubricæ.facit l.regula.§.fina.ff. de iuris & facti ignorantia.glos.in authentico, vt factæ nouæ constitu.in principio, collatione v.Bald.in cap. secundo requiris,de appe.

25 ¶ Tu scis quòd valet legatum collatum in arbitrium alterius conditionaliter:vt l j.de lega.ij. licet non valeat collatum in voluntatem alterius,quia vi detur captatorium:ideo est nullum. l. nonnunquã. ff.de cond.& demon.l.si quis Sempronũ.& l.ille autem.& l.illa autẽ.ff.de hæred.insti. & l. captatorias. C.eod.ti.l.captatoriæ.de legat.j.cap.cum tibi.de testa.Sed caue quia in primo casu non fuit collatum in meram facultatem illius in cuius arbitrium est relictum:vnde sicut per ista verba si capitolium ascenderit,non dicitur conferri ad liberam voluntatem, ita nec per ista:si arbitratus fuerit.vt per Bart. & alios in dict.l.j. ff. de legatis ij. ¶ Sed hodie inspecto iure Regio foro legum,lib.iij.ti. delas mãdas. l. vj.videtur dispositũ captatoriam voluntatẽ valere.

26 ¶ Ex qua lege primo colligitur posse per legem disponi;quòd voluntas captatoria valeat,vt voluerunt Angelus,Io.de Imola;& alij in d.l.captatorias. ff.de hær.instit.post Bal.in l.de quibus.vij.col.ff.de legibus. Alexã.in d.l.captatorias. C.de testa. mi. probatur in d.l.captatorias,ibi senatus reprobauit.Ergo fuit ista prohibitio de iure ciuili inuenta:& consequenter contrario iure potest tolli.l.nihil tã naturale.ff.de regu.iuris.hinc est quòd ius ciuile & canoni cum approbant captatorias volũtates in aliquibus casibus:& potuisset generaliter. arg. l. quæ de tota. ff.de rei vẽd.quia illud operatur generalitas quo ad generalitatem:quod specialitas quo ad specialitatem.l.si duo.in fi.ff.de admi.tu. Bar.in l.si ego. ff. de acqui.hære.Bald.in l.j col.vj.C. de sacrosan. eccles. glo.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui. hære.licet sit contraria,in l.si quis hac. iuncto §.fin. ff. de rei vend. sentit alia in l.iuris gentium. §. si fraudandi.ff.de pactis.

27 ¶ Sed dicta iura non habent locum in materia correctoria,vt per Angel.in authent. de hæredibus & falcidia.§.si verò expressum.collatio.j. & in auth. de triente & semisse.§.illud.

¶ Pro Angelo & Ioan. de Imol. facit quod dicunt Bald.& alij in l.moribus. in princip. per illum textum.ff.de vulga.& pupil.quod cùm moribus introductum est,quòd pater faciat substitutionem pupillarem filio: contrariis moribus potest tolli. Item si ex moribus fuit introductum, quòd pater faciat substitutionem filio, & sic testamentum. l.patris & filij.ff.de vulg.& pupi. & l.in ratione.§.quod vulgo. ff.ad leg.falci.non est mirandum quòd dicta lex Regni dicat,quòd valeat quis facere testamẽtum pro alio.facit quod notatur in l.more.in prin.ff.de acq. hæred. Item si de iure ciuili statutum est quod non valeat captatoria voluntas:per idem ius potest tolli.instit.de iure natur.§.fi. quæcunque enim res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur. l.si in copulandis.C.de nupt.c.j.de reg.imr.

28 ¶ Pro contraria parte tenet Iaso.in dict. l.captatorias.C.de testam.milit. quia voluntas captatoria est quid illicitum & improbum, quod per legem introduci non potest,secundum Bart. in l.omnes populi.q.iij.principali.ff.de iusti & iure.& in l.j. ff. de donat.inter vir.& vxor.Sed idem Bart.vult contrarium in l.Seius & Augerius.ff.ad leg. falcid. & facit pro lege Regni,foro legum,lib.iij.titu.delas donationes. l. iij. quæ disponit, quòd post annum bene valet donatio inter virum & vxorem, postquã matrimonium contraxerunt. Ad fundamentum Iasonis potest dici,quòd nullo iure probatur maior:vn de verior videtur opinio Ange.pro qua facit l.cùm prætor. versicu.item hi quibus id more concessum est.ff.de iudic.& l.j.ff.de curat.furio.

¶ Quot autem testes requirantur in commissione,in qua datur alicui potestas testandi:aliqui dicunt, quòd tot quot in testamento. Sed verius est, quòd tot quot in procuratione ad negotia: vt colligitur ex dicta l. Regni. Item quia procuratorium & mandatum.l.à procuratore. c.mandato. mandatum consistit in contractu,l.prima. ff.mãda.& probatur per duos testes. l.ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.cap.secundo.de testib.nouit.de iudic. Item contractus potest fieri in testamento.l.hæredes palam. §.fina.ff.de testament.l.testamentum. C.eodem. qui quidem contractus potest probari per testes duos:vt per Bald.in repetitione l. j. ff. de legat.ij. & in lectura. qui dicit, quòd nominatio facienda per executores, probatur per duos testes: quoniam satis est, quòd testator in testamento adhibuerit septem testes, & in commissione sufficiunt duo.

30 ¶ Si tamen quis habeat vnum testem huius commissionis,non defertur sibi iuramentum in defectũ probationis:vt sentit Bal.in l.non solùm.§.qui alieno.ff.de procur.in princip.& ibi Angel. Idem Bald. in l.prima.§.secundo loco.ff.de postul.& in Specul. de instrum.edit.§.nunc verò. versiculo quid in muliere.& in l.j.§.dari.ff.de procur.arguendo de procuratore ad commissariam, quæ de iure videntur æquiparari,vt per Bar.in d.l.j.ff.de leg.j.Præsupposito q̃ commissarius dicatur arbitrator: vt probat d. lex Regni.Sed Spe.vbi suprà,tenet contrariũ: nam si commissaria esset mandatum vel procuratorium: vt dict.l.à procuratore. finiretur morte mandantis:

Sed commissaria non finitur: ergo non est procurato-
rum. Sed hoc non placet: quia dato quòd sit man
datum, & finiatur morte mandantis, hoc verum est
quo ad effectus præteritos, non quo ad futuros post
mortem mandantis. l. si verò non remunerandi. §.
fin. ff. mandati. l. mortis causa. §. Titia. ff. de donat.
caus. mortis. l. ex hoc iure. §. si quis dederit. ff. de do-
natio.

31 ¶ Non obstat c. ex insinuatione. de procu. vbi in
renouatione procuratoris habet locum delatio iu-
ramenti; ergo idem in constitutione arguendo ab
oppositis. l. fi. §. fi. ff. de lega. iij. l. si ex toto, in princi-
pio. de lega. j. l. & si contra tabulas. ff. de vulga. & pu-
pi. nam hoc procedit nisi in oppositis sit diuersa ra-
tio, & consequenter diuersum ius. ex. translato, de
constitutio. l. illud. ff. ad legem aquil. Aliud enim
est in procuratore ad negocia, aliud ad iudicia: vt
per te videbis.

32 ¶ Cogita si dici potest, quòd habenti vnum te-
stem de commissaria non potest deferri iuramen-
tum suppletiuum: bene tamen si habeat duos testes
quorum vnus dicit, vt videtur sentire glos. in l. In
bonæ fidei. C. de rebus credi. in verbo inopia proba
tionum. dicit glos. emergente. Contra quam facit
dicto c. ex insinuatione, & ibi Bal. nisi dixeris, quòd
ibi mutatur factum per Papam. Item pondera d. l.
in bonæ fidei. cum dicit inopia probationum: quæ
sunt verba indiffinita & æquipolent vniuersalibus.
l. si ita relictum. & l. si pluribus. ff. de legatis ij.

33 ¶ Item prædicta iura faciunt mentionem de se-
miplenaria probatione: vt deferatur iuramentum
suppletiuum. Ergo intellige quando iste vnus testis
est omni exceptione maior, alias non esset semiple
na probatio: & rediderit rationem sui dicti etiam
non interrogatus, secundum Bald. in c. j. §. sacramẽ
tum, de consue. recti fendi. videas plenissimè in Re
petitione l. admonendi. ff. de iureiurand.

34 ¶ Quibus potest committi factio testamenti? di-
cas quòd illis qui habent factionem testamenti acti
uè, quoniam qui potest pro se testari, poterit pro a
lio, regula quod alicui. de reg. iuris. lib. vj. cum con-
cordantiis, vbi vide Io. An. & alios. Vbi inter cæte-
ra habetur an & quando potest laicus esse procura-
tor in causa spirituali, de quo per Abb. & alios in c.
decernimus. de iudiciis. & in c. j. de procu. lib. vj. vbi
per Dominicum, glo. in c. apostolicæ. de excep. per
Abb. in ca. accedens. de præben. & per alios, de qui-
bus per Felinum in dicto cap. apostolicæ. Rota in
nouis; decisione viij. Multa sunt quæ quis non po-
test facere nomine proprio, sed bene alieno. vt l.
quæsitum. ff. in iusvo. vbi seruus non potest proprio
nomine vocare in iudicio patronum sine vænia: a-
lieno potest. Item iudex delegatus cognoscit de cau
sa de qua proprio nomine cognoscere non potest.
c. si episcopus. ij. q. vj. facit ca. Sane. de inoffi. deleg.
Intellige d. l. quæsitum. quando illud agitur ex ne-
cessitate officij veluti tutoris: alias secus, vt respectu
officij volùtar ij, nã tunc etiã nomine alieno nõ po
test: vt ibi per doctores, gl. in l. sed si hac. §. fi. eod. ti.

¶ Ad prædicta facit cap. qui generaliter. §. j. de 38
procura. lib. vj. per Bald. & alios in l. filiusfamilias.
§. ipse. ff. de procura.

35 ¶ Ex istis potest inferri, quòd licet vxor alicuius
non potest facere contractum sine licentia viri pro
prio nomine, vt vult lex Regni, foro legum, libr. iij.
titu. delas deudas. l. xiij. secus si alieno, secundum
Paulum de Castro in l. quicunque. ff. de institutioni
bus. & Ludo. in d. l. quæsitum. ff. de in ius vo.

36 ¶ An mulieri potest committi testamenti factio,
stante dicta l. Regni. Aliqui dicunt quòd non: sicut
nõ potest esse procuratrix. l. fœminæ. ff. de procu. l.
alienam. C. eod. per locum ab speciali. præsertim in
procuratore ad iudicia, secus ad negocia. l. sed si
quis. §. parui. ff. de insti. & ad iudicia summaria. l. mu
lier, la secunda. ff. ad Trebellianum. & ibi Alexand.
Item pro miserabilibus personis, secundum Bar. in
sermone inter virginem & diabolum. Item mu-
lier non potest esse tutrix. l. fin. ff. de tutelis. sed tute-
la æquiparatur commissariæ. glos. in l. tutela plerun
que. ff. de tutelis. de qua per Io. de Imol. in l. si quis
à filio. §. j. de legatis j. valet enim argumentum de si
milibus ad similia. l. non possunt. ff. de legibus. fa-
teor, quòd non æquiparantur in omnibus, & per
omnia, vt colligitur ex l. si deportati. ff. eod. iuncta l.
cùm pater. §. hæreditatem. & ibi Bartol. ff. de legat.
ij. Item substitutio pupillaris est testamentum filij.
l. patris & filij. ff. de vulgari & pupillari. l. in ratione.
§. quod vulgo. ff. ad legem falcidiam. quam substitu
tionem mater non potest facere filio: ergo nec te-
stari pro extraneo: nisi dixeris, quòd non facit sub-
stitutionem propter defectũ patriæ potestatis: quæ
ad illam requiritur: vt l. moribus. ff. de vulg. cum si-
milibus. Ex quo posset attentari, quòd si per statu-
tum filius esset in potestate matris, posset filio dare
substitutum pupillarem.

37 ¶ Pro parte contraria facit dicta lex Sed si quis.
§. parui. ff. de institoria. & l. humanitatis. C. de im-
puber. & aliis substitu. vbi mater facit testamentum
pro filio furioso. Item potest esse executrix testa-
menti: vt per Specul. de instrument. editio. §. nunc
verò. versic. quid in muliere. Bald. in l. prima. §. se-
cundo loco. de postulat. glos. in capit. fin. de testam.
libro sexto. & in l. vna. §. pro secundo. C. de caducis
tollendis. facit l. filio. §. matri. de adimendis legatis.
text. in l. à filio. ff. de alimentis & cibariis legat. Sed
executor & commissarius æquiparantur, vt suprà
dictum est, ergo, &c. Item in factione testamento-
rum versatur ius publicum. glos. in l. Gallus. §. quid
si is. ff. de liberis & posthumis. alia in l. iij. C. qui te-
stamenta facere possunt. textus in l. vel negare. ff.
quemadmodum testamen. aperian. & in l. tertia. C.
de testamen. lex ergo Regni verificatur etiam in fœ
mina. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad sillanian. & ibi
notat Bartol. & Paulus de Castro in l. sed si hoc. §. j.
ff. de cond. & demonstr. licet in contrarium faciat l.
de pupillo. in princip. ff. de noui operis nuntia. vide
l. prima. de sacrosanct. eccle. vbi cuique datur facul-
tas testandi libera, dummodo sit habilis: vt per glo.
ibi. & insti. quibus permissum est facere testamen-
tum. & C. eod. per totum. Sed dicta l. j. respicit fauo
rem publicum per posterius, lex contraria quando
per prius quod est proprium significatum l. prima.
§. huius studij. ff. de iusti. & iu. l. non solum. §. quæ-
ritur. ff. de procurato. l. si plures. §. hæc verba. ff.
de vulgari & pupillari. lege prima. C. de successo-
rio edicto.

¶ An mulier commissaria perdat testamenti fa- 38
ctionem per transitum ad secunda vota videtur q
non, sicut nec executoriam, vt per Bartol. in l. à fi-
lio. ff. de alimentis & cibariis lega. Bald. in authenti
ca eisdem pœnis. C. de secundis nuptiis. licet videa-
tur contrarium, per gloss. in dicta l. tutela plerun-
que de quo ibi per Bald. vnum tamen aduerte,
quòd tunc demum per transitum ad secunda vota
mulier

mulier perdit sibi relictum à viro, nisi maritus de-
derit sibi licentiam nubendi. glos. in authentico de
nuptiis. §. vnum itaq; col. iij. verbo siue vir. collatio
ne iiij. quam sequitur Bald. in l. j. col. iij. C. de secun
dis nuptiis. & in l. filium quem habentem. col. ij. C.
familiæ erciscundæ. & Ludouicus in consilio cexx.
Iason in lege legem. C. de indicta viduitate tollen-
da. Idem si de consensu filiorum mulier transit ad se
cunda vota. glo. in auth. de non eligẽdo secũdo nu.
in verbo copulãtur. quã ibi reputat vnicã Angelus.
Idem forte si videntibus filiis & tacentibus Cogita.

39 ¶ Intellige prædicta quando est data licentia, vt
nubat extra annum luctus, secus si intra secundum
Bald. in dicta l. j. C. de secũ. nup. de quo dubito, pro-
pter c. vltimum & pe. de secundis nup. per moder-
nos in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. Per transi
tum ad secunda vota: non perdit miulier relictum à
marito titulo oneroso. Bald. in authentica in dona-
tione. C. de secundis nuptiis.

¶ Per quod meritò dubitatur de doctrina Bar-
to. in dicta l. à filio. Cum habere officium commissa
riæ sit lucrum secundum Bal. in l. pluribus. ff. de pro
cu. cum per illud adimpleat voluntatem suam, & sic
videatur lucrum consequi. glo. in l. si seruus. ff. de cõ
di. ob causam, nisi dixeris, quòd hoc lucrum nõ pro
cedit à se, cum consistat in adimplemento suæ vo-
luntatis, nec est commodum tẽporale seu pecu nia-
rium, de quo debent intelligi iura de lucro loquen
tia. facit l. ab eo. C. de fideicommis.

¶ Et pro doctrina Bald. facit l. si liberis. C. de do
na. ante nuptias.

¶ Ex quo infertur; quòd per transitum ad secun
da vota vxor non perdit lucra constante matrimo-
nio acquisita. Immo inter filios vtriusque matrimo
nij, veniunt diuidenda. facit glo. in l. fœminæ. iuncta
glo. sponsaliorum. & l. generaliter. C. de secundis nu
ptiis. In contrarium sentit Cumanus in l. ij. ff. de lega. j. & Cynus in l. j. & ibi Bald. C. de inoffi. do. vbi di
cunt valere pactum mariti & vxoris: quòd maritus
lucretur bona vxoris post eius mortem. Sed habi-
tis filiis, tenetur illa bona relinquere filiis eiusdem
matrimonij. authen. nec virum. colla. viij. nisi dixe-
ris illud habere locum in dispositione hominis, se-
cus in dispositione legis. videas quæ scripsi in repe.
rub. de dona. inter virum & vxo. col. cccixxj. cum se
quentibus in prima impressione.

40 ¶ An vxor quæ luxuriatur post mortem mariti,
perdat commissionem testandi à viro sibi datam. si
cut perdit legatum sibi à marito relictum, vt per Sa
licetum in l. fideicommissum. C. de fideicommi. per
glos. ibi, & in l. fororem. C. de his, quibus vt indi-
gnis. pro quo sunt duæ leges Regni, quarta partita.
titulo xij. l. iij. & foro legum, lib. iiij. ti. delas donatio
nes. l. ix. facit authen. eisdem pœnis. & in corpore vn
de sumitur. C. de secundis nuptiis. iuncta doctrina
Barto. in d. l. à filio.

¶ Intellige prædicta quando mulier luxuriatur
infrà annum luctus, alias secus. glos. in authen. de re
stitutionibus. §. vnum. in verbo malignè. iiij. quam
notat ibi Angelus Bald. in dicta l. fideicommissum.
in lectura antiqua. Aliqui putant quòd talis mulier
perdit commodum quod ex commissione percipe
re potest: non tamen ipsam commissionem: ne ipse
decederet intestatus. Et consequenter dicunt de
muliere luxuriante infra annum luctus, quòd per-
dat bona constante matrimonio acquisita, & sic
intelligunt legem Regni, Ordinationum lib. v. titu.
delas ganacias. l. fina. de quo tamen dubito quia lex
illa generaliter disponit, & non debet restringi vel
limitari: nisi quando seipsam limitat, secundum
Bald. in l. in fraudem. §. fin. ff. de testa. mi. facit quod
ipse dicit in l. cum ancillis. C. de incestis nuptiis. fa-
cit quòd voluit Bald. in cap. j. in fin. de summa trini-
tate.

41 ¶ Adde quòd mulier quæ per vim fuit cognita
non perdit lucrum sibi relictum, nec commissariã.
vt in simili voluit Bartholomæus Brixensis in tracta
tu rerum venerabilium. q. lxxvij. Ioã. An. in regula,
quæ contra. de reg. iuris, lib. vj. Abb. in c. ij. de con-
uersione coniuga. Bald. & Angelus in l. j. §. remouet.
ff. de postu. licet Bald. contrà in c. pe. de proba. facit
ad prædicta. l. fœdissimam. C. de adul. l. vim passam.
eod. ti. nã si tollis voluntatem de medio, omnis ces-
sabit effectus: quia omnis actus est infirmus. l. ea qui
dem. C. si mancipium fuerit aliena. vt non prostitua
tur. facit c. j. ij. & iij. ij. q. v. vbi mulier non dicitur cor
rupta, nisi prius mens corrumpatur. vide S. Tho. ij.
ij. q. clij. arti. j. in solutione ad secundum & tertium
argumentum.

42 ¶ Ex istis infertur quod si quis iurauit contrahe
re matrimonium cum aliqua muliere: si est ab alio
cognita, non tenetur, nisi fuerit per vim. Cogita.

¶ Item infertur, quòd contrahens matrimoniũ
cum corrupta: dicitur bigamus: vt c. j. de bigamis: ni
si fuerit vi corrupta. cuius contrarium tenent do-
ctores in dicto cap. quemadmodum. quia in irregu
laritate quæ potest sine peccato contrahi. vt cle. si
furiosus. de homi. l. quid ergo. §. cum autẽ. ff. de his
qui notã. infa. magis attenditur factum, quàm eius
validitas. l. cum qui duas. C. de adul. ex matrimonio
quippe nullo, contrahitur bigamia.

43 ¶ Ex his etiam infertur, quòd legatarius qui lu-
xuriatus est cum vxore testatoris, perdit legatum,
glos. in dicta l. fideicommissum. C. de fideicõmissis.
& l. fororem. C. de his quibus vt indignis. Intellige
nisi faciat per vim, quæ cadit etiam in viro. glo. in l.
vna. C. de raptu virgi. Si tamen nubat cum vxore te
statoris: non perdit legatum. Bald. in authentic. ex
testamento. col. iiij. C. de secundis nuptiis.

44 ¶ An lucrum de quo in authen. præterea. C. vn-
de vir & vxor. perdatur per transitum ad secunda
vota, vel si luxuriatur vxor post mortem mariti, te-
tigi in Repetitione rubri. de donationibus inter vi-
rum & vxorem.

45 ¶ An vxor alicuius relicta commissaria ab alio
quam marito: potest illud acceptare, & exequi citra
consensum mariti vel licentiam, stante prohibitio-
ne legis Regni de non contrahendo, sine licentia
mariti, foro legum, lib. iij. titu. delas deudas. l. xiij. vi
detur quòd sic. argum. l. cum mandato. in princi
pio. ff. de minoribus. facit quod voluit Paulus de Ca
stro in l. quicunque. de institutio. Ludouic. Alexan.
& Iaso. in l. quæsitum. ff. de in ius vo. Item filius qui
non potest esse in iudicio sine patris licentia. l. fina.
§. necessitatem. C. de bonis quæ liberis. illud est ve-
rum nomine proprio: non alieno, vt traditur in l. fi-
liusfamilias §. ipse quoque. ff. de procur. est textus.
in l. qui generaliter §. primo. de procu. libro sexto.
Itaque non solum testamentum proprium licet v-
xori facere sine licentia mariti: sed etiam testamen-
tum alienum vel contractum alieno nomine, quod
nora.

46 ¶ Sed intra quod tempus tenetur commissa-
rius facere testamentum: videtur quod intra an-

Universidad de Sevilla Biblioteca

num.l.licet.& l.nulli.C.de epi.& cle.c.nos quidem. Item ecclesia, quæ loquuntur de executione testamenti. Ad idem l.ñ.§.sed si quis.C.communia de leg. quæ loquitur ex lectore: qui videtur similis commissario: qui videtur personarum electior, qui debet eligere primum quam potest.l.cum quidam.ff.de leg.ij. præsertim quando est electior personarum incertarum de incertis, vt per Bar.in dict.l.cum quidam.& ibi additionator. Sed certe si committens haberet filios qui de necessitate sunt hæredes instituendi: tunc non est electior incertorum de incertis. Item quando aliquid permittitur alicui fieri: intelligitur infra annum.ca.j.si Titius.si de feudo fue.contro.inter dominum & agnatos vassalli.c.fin. §.si de inuestitura feudi.

47 ¶ Pone quod antequàm commissarius faciat testamentum, mortuus est vnus filius committentis: si transmittet aliquid ad suos hæredes? videtur q̃ nihil: quia nondum habet. Si tamen habebat ille filios instituendi sunt per commissarium.

48 ¶ An commissarius potest instituere quem voluerit, prætermissis venientibus ab intestato: videtur quod illos debet præferre, sicut præsumitur voluisse defunctum committentem: cum sit ei subrogatus, & debeat sapere eius naturam. l. si quis cum. §. qui iniuriarum.ff.si quis cau.l.parabolani.C.de epi seo.& cle.inst.de actio.§.fuerat ante. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.cap.cum tu.de vsuris. Intellige de naturali: non accidentali, gloss.in l. certi. in principio.ff.si certum peta.tex.in l.item veniunt.§. cum prædiximus.ff.de pet. hæred.

¶ Item illud habetur pro posito, vel dispositio, de quo si quis interrogaretur, responderet quòd sic.gloss.in l.tale pactum.§.fina.ff. de pactis.vnica secundum Ias.in l. barbarius. ff. de offic.præto. alia in l.sed si quis in principio.ff.si quis cautio. alia in l. prima.C.de his qui ad eccle. confu. & in authentic. cassa & irrita.C.de sacrosanct. eccle.in cap.primo.§. rusticanus de pace tenenda. & in capitu. primo. de præbend.libro vj. & in cap. vno, de rerum permu. eod.lib.& in cle.j.de rescriptis.& in cle.j.de supplenda ne.præla.facit l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis.& in l.iij.C.de institutionib. & in l. si totas.C.de inoffic.donatio.& in l.scire.§.sufficit. ff. de excu.tuto.& in l.fina.C.de liberis præterit. Sed si committens interrogaretur quos volebat hæredes instituí: verisimile est quòd diceret, venientes ab intestato: ergo habeatur pro dispositio ratione tacíti mandati.argu.l.diligenter.ff.mandati.c.cum dilecta, de rescriptis.

¶ Item quia relicta in testamento, præsumuntur fieri ratione affectionis quam testator habet ad legatarium.l.nec adiecit.ff.pro socio.maior autem affectio præsumitur quis habere ad consanguineos, quàm ad extraneos.lege, si quis à liberis.§.vtrum. ff. de liberis agnoscendis.l. furiosè. ff. de curatore furiosi: ergo illi sunt instituendi ex mente committentis.facit.l.conficiuntur, in principio.ff.de iure condicillorum.& quod dicit Barto.in l.fina.ff.de his quæ pœnæ no.& in l.hi qui penes.C. de agricolis & censitis.lib.xj.Bald.in l.prima.C.de indicta viduitate tollen.gloss.in c.communis.xxii j.distinct.in verbo suorum.vbi sicut quis potest se excusare propter suorum infirmitatem.sic propter suorum à cõtumacia.facit quod voluit Barto.in l. de pupillo. §. ipsi prætori.ix.q.ff.de noui operis nunci. Bald. in l. si quam.C.de operis liber. & in l.vna. C. si quacunque prædictus po.Cynus in l.fina. C.de spon.textus in cap.sciant cuncti.de electio.lib. vj. cum gloss.& c. quicunque.de sentent.ex.cod.lib.& l.sed & hæ.ff. de procu.l.exigendi.C.eod. Item quando sit commissio alicuius rei, intelligitur fieri secundum ius. l. quanquam.ff.de ritu nup. Sed de iure ad successionem veniunt venientes ab intestato: ergo illi per cõmissarium debent instituí. Item si aliquis habet facultatem distribuendi bona inter pauperes: non potest dare illa incapacibus: vt per Bart.in l.si.ff.de his quibus vt indignis.& consilio cxciiij.incipiẽte; Cechus.Bald.in l.id quod pauperibus.C.de epi.& cle. & sic limitatur l.cum quidam.de lega. ij. vt intelligatur de indignis indignitate facti. Sed extranei dicuntur indigni respectu consanguineorũ.d.l.conficiuntur.ergo,&c. Item facit dicta lex Regni, lib. iij. ti.delas mandas.ley vj.vbi colligitur q̃ in tali commissione venit arbitrium boni viri, quod debet esse æquum: vt notatur in l.j.ff.de leg.iij. Sed ex bono & æquo debent venire venientes ab intestato, vt dicit Bald. in l. certum. C. vnde liberi. ergo debent per commissarium instituí. Secus quando commissum est aliquid in liberum arbitrium alicuius: nam tunc ille potest præferre iniquum æquo. facit l. quanquam.& ibi notant Bald. & alij ff. de legatis iij.

49 ¶ Sed in cõtrarium facit l.Papinianus. §. sed nec impuberis.ff.de inoffic.testam.vbi pater qui ex dispositione iuris facit testamentum pro filio, potest instituere quos voluerit: & ratio quæ ibi subditur, respicit tantum matrem, non alios ab intestato venientes. Præterea hoc videtur de mente Bald. in l. illa institutio.ff. de hæredibus instituendis.versi. item iuxta hoc quæro. Ad idem l.humanitatis.C. de impuberum & aliis substi. vbi in substitutione exemplari quam faciunt parentes filiis furiosis: quæ pro testamento habetur: dant illis substitutos quos volunt.

50 ¶ Pro decisione faciẽda sunt tria genera venientium ab intestato. Primum descendentium, in quibus habet locum prima opinio: pro qua vltra allegata facit: nam commissarius non habet maiorem potestatem: quàm committens. dicta lege vj. Sed committens de necessitate tenetur instituere filios suos, vel exhæredare. l. inter cætera. ff. de liberis & posthumis. ergo & ipse commissarius. l. humanitatis. Per quam forte posset vnum attentari, quòd si fortè pupillus haberet filios: pater in substitutione pupillari de necessitate deberet illos substituere. quod nota ad l. Papinianus. §. sed nec impuberis, iam allegato. & idem in ascendentibus, per rationem de qua suprà: permittitur autem patri de rigore iuris, ideò tacita pupillaris non admittitur contra matrem. l. fin. C. de institu. idcirco dicit Bald. in dicta l. humanitatis, quod in exemplari substitutione non habet locum dictus §. nec impuberis. cum illa humanitatis causa permittatur parentibus fieri; quæ humanitas non admittit quod mater excludatur à successionibus filij: vt ibi latè per modernos.

51 ¶ Alia opinio habet locum in collateralibus quos de necessitate non tenetur instituere, de bona tamen conscientia si sunt pauperes secus est: vt tenet Ancharanus in regula malæfidei, de regulis iuris. libro sexto. Ioannes Faber in §. j. institut. de hæredita. quæ ab intestato deferuntur. Vnum tamen est aduertendum, quòd fratres committentis vnum vel omnes debeat instituere, per dictam l. humanitatis. licet quo ad hoc vnum tantum possit instituere: videtur contrarius ibi textus, in quantum per eadem verba loquitur de filiis. & gloss. cum omnibus scribentibus determinat, quòd omnes illos debeat instituere. Ergo idem quo ad fratres. Quia quando vna determinatio determinat plura determinabilia: pariter ea determinat lex si legatarius. §. fi. ff. de legatis tertio. & in lege iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari. Sed hoc nihil facit: quia debet intelligi quando in vtroque determinabili: est vna & eadem ratio quod hic cessat: vt per Alexandrum in l. in testamento. C. de testam. militis. textus in authentica ingressi. C. de sacrosanctis ecclesiis. licet videatur contrarium, nã tunc sine eo quod ponerẽtur in vna & eadem oratione propter rationis identitatem esset idem. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. cap. translato, de constit. nihilominus tamen verum est quod dixit Alexand.

52 ¶ Sed dubitatur circa hoc, quòd commissarius debeat instituere fratres committentis, per dict. §. sed nec impuberis. sed potest intelligi quòd sit casus specialis: cum adhuc in illo posit excludere matrẽ: vt suprà dictum est. Sed caue quia illud potest facere commissarius: quod committens. Sed committens non tenetur illos de necessitate instituere. l. fratres. C. de inofficioso testamento. ergo nec commissarius. Item determinatio Bald. in d. l. illa institutio: generaliter loquitur in quibuscunque collateralibus. Ad dict. l. humanitatis. potest responderi quòd intelligatur quando potestas illa datur à lege, sine administratione alicuius. Sed in nostro casu cùm datur ab homine auctoritate legis: vnde non videtur æqualis vel similis ratio. Cogita super his tanquam ab alio non tactis.

53 ¶ An commissarius posit relinquere filio spurio committentis sibi illam potestatem? videtur quòd non: quia committens non potest. authen. ex complexu. C. de incestis nuptiis. l. fin. ff. de his quibus vt indignis. traditur in §. fi. insti. ad Orphic. & in c. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quam poli. per adul. ergo nec commissarius. Item commissio intelligitur facta secundum ius. l. quanquã. ff. de ritu nup. vnde ipse commissarius debet secundum ius testari non relinquendo vel dando incapacibus. Hoc videtur de mente Bart. in dict. l. fi. de his quibus vt indignis. & consilio exciij. incipiente Cechus. vbi concludit quòd si aliquis in suo testamento me instituit hæredem cum hac conditione quòd restituerem cui voluerim: nõ possum filio spurio suo relinquere vel restituere quia videtur accipere ex sua dispositione. argu. l. vnum ex familia. in princ. de lega. ij. idem sentit Bald. in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cle.

54 ¶ Ex quo resultat bonus intellectus ad l. cum quidam. ff. de legatis secundo. vt intelligatur de indignitate facti non iuris: & vide l. testamento centurio. ff. de manumissis testa. & leg. Lucius. §. lucius de legat. ij.

55 ¶ Si tamen spurij committentis sunt pauperes: potest commissarius aliquid pro alimentis illis relinquere. dict. c. cum haberet. Bart. in d. l. fi. ff. de his quibus vt indign. & in l. fi. §. si à socero. ff. de his quæ fraudem creditor. Ioan. de Imol. in l. illa institutio. ff. de hæredibus instituendis. Alexan. in l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil.

56 ¶ Hinc est quòd potest assignare dotem commissarius, filiabus spuriis committentis: cum ipse committens hoc facere poterat: vt volunt omnes in præallegatis locis loquentes in alimentis: in quorum loco dos succedit. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. Bald. in l. legatum. de conditio insertis. Bart. in d. authenti. ex complexu. & in d. l. finali.

¶ De ista materia, videas Barto. in l. Lucius. §. fin. de legatis primo. & in l. hæreditas. C. de his quibus vt indignis.

57 ¶ Ex istis sumitur ista conclusio, quòd ex his causis, ex quibus possunt filio alimenta denegari, potest etiam denegari dos filiæ: nam ex causis ex quibus potest filius exhæredari, possunt alimẽta eidem denegari, tex. cum glo. in l. si quis àliberis. §. Item. ff. de liberis agnoscendis. alia in authentico, vt cum de appellatione cognoscitur. §. si igitur. collatione viij. & in l. fina. C. de alen. lib. Item ex eisdem causis, quibus filia potest exhæredari, potest non dotari, secundum Bald. in l. fi. C. de dotis promis. dos tamẽ data non potest reuocari: vt ibi per Bald. idem in dote promissa: cum pari passu ambulent. l. fi. ff. de collatio. dotis.

58 ¶ Ex his infertur, quòd cùm mulier per adulterium perdat dotem. l. consensu. C. de repudiis. c. plerumque. de donationibus inter virum & vxorem. à quibus sumpta fuit lex Regni, foro legum, lib. iiij. titulo, de los adulterios. l. j. habebit locum non solum in dote data, sed etiam in promissa nondum soluta. Ad hoc l. si socer. & ibi Paulus de Castro. ff. soluto matrimonio.

59 ¶ Ex his similiter infertur limitatio ad §. est & alind. institu. de donationibus. & ad l. fin. C. de reuocandis donatio. vbi donatio per ingratitudinem reuocatur. fallit in donatione dotis: non faciendo differentiam cui esset facta, scilicet filiæ vel extraneæ: nisi dixeris, quòd decisio Bald. suprà allegata, debeat intelligi constante matrimonio: cum tunc sit apud maritum titulo oneroso: vt lege finali. §. si à socero. ff. de his quæ in fraudem creditorum. capitul. salubriter. de vsuris. Secus si matrimonio soluto: cùm tunc apud mulierem sit ex titulo lucrativo, scilicet donationis. dicto §. si à socero. & lege ex promissione. ff. de actionibus & obligatio. & lege Pomponius Philadelphus. ff. familiæ erciscundæ. vbi licet donatio inter patrem & filium non valeat; valet tamen causa dotis, etiam si non sequatur matrimonium. l. si extraneus. secundum Angelum ff. de conditio. ob causam. itaque apud illam est ex titulo donationis & poterit reuocari per prædicta. est de mente Bartol. in dicto §. si à socero. si rectè aduertatur.

60 ¶ Ex prædictis similiter potest dici; vel saltem attentari, quòd sicut propter certas causas potest donatio reuocari, de quibus in auth. vt cùm de appellatione cognoscitur. collatione viij. ex eisdem potest pater filium à legitima priuare, antequam ei fuerit assignata: nam tunc propter illas causas non poteri ei auferri, per prædicta. Cogitabis si idem posset dici de alimentis assignatis, & de donatione ad pias causas facta, an propter ingratitudinem possit reuocari. Et videtur quòd non, cùm dos sit quid pium l. cùm his. §. fin. de conditione indebi. Barto. in l. si ego. ff. de iure dotium. Bald. in l. mandatum. C. mandati. & in l. j. §. sed si libertus. ff. si quid in fraudem. patron. ibi, quia pietas patris non est reprehendenda.

¶ Adde quòd non semper valet argumentum de dote ad alimenta, & econtrà: vt per modernos

& in auth. res quæ. C. communia de lega.

61 ¶ An commissarius cui data est potestas testandi, possit aliquid sibi ipsi accipere vel relinquere, videtur quòd non: cùm inter dantem & accipientem, debeat esse distinctio personarum: & nemo possit in vtilitatem propriã authorizare. l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebellianum. l. prima. ff. de authoritate curatorum. clem. j. de rebus eccles. non alien. tenet expressè Baldus in l. si mandauero. §. si tibi centum. ff. mandati. per Abb. in cap. fina. de institutionibus. vide Bartol. in l. si in emptione. §. fin. ff. de contrah. emptio. Bal. in authen. quibuscunque. C. de sacrosanct. eccles. & in l. cùm ipse. C. de contrahen. empt. per illum text. similis in l. pupillus. §. fin. ff. de authoritate tutorum. vide leges Regni, Ordinationum, libr. v. tit. v. l. j. & lib. viij. tit. fin. l. xiij.

62 ¶ Sed pone quòd commissarius est vnus ex venientibus ab intestato magis propinquus: an poterit facere se hæredem: per suprà dicta videtur quòd non: nisi fuerint duo vel plures executores vel commissarij, & vnus alium instituat hæredem, quod potest fieri: per id quod dicit glos. in l. plane. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. tenet Bald. in dicta lege si mandauero. §. si tibi centum. ff. mandati. textum & Abbatem in cap. cùm in iure. super glos. j. de electione. vide Anchiaranum consilio cclxxx. Sed in contrarium facit l. qui proprio. cum l. sequen. & ibi Bald. ff. de procurator. vbi dicit, quòd si sunt plures commissarij, vnus ab alio exigere non potest. Sed illud est in eorum odium: cùm par in parem non habeat imperium. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellianum. secus in eorum fauorem, vt est in casu nostro.

63 ¶ Potest adhiberi alia cautela. Præsupposito q de iure Regni valent legata, non adita hæreditate: sine hæredis institutione. foro legum, libro tertio, titulo delos testamentos. l. prima. faciat commissarius legata & fideicommissa, & nullum faciat hæredem. Et ipse tanquam veniens ab intestato, veniet ad omnia postea.

¶ Hoc tamen non est sine scrupulo: cùm dubitetur meritò an dict. l. Regni, habeat locum in testamento facto per commissarium: cùm sit exorbitans & restringenda. cap. j. & ij. de fil. presbyter. libro vj. Item est correctoria iuris communis, videlicet l. j. ff. de vulgari & pupillari. & institut. de hæredi. quæ ab intestato deferuntur. §. primo. & l. eam quam. C. de fideicommiss. & l. si nemo. ff. de testament. tutel. & l. si nemo. ff. de regulis iuris. ergo restringatur lex si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. authentica quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. nisi dixeris, quòd in dispositione illius legis versatur fauor publicus. ideo est amplianda, vt per Barrolum in lege quemadmodum. C. de agricolis & censitis, lib. vndecimo. & in l. secunda. §. primo. ff. de his qui notantur infamia. Sed cum agitur de conseruatione vltimæ voluntatis: agitur de fauore publico. glos. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de liberis & posthumis. & in l. iij. C. qui testam. facere poss. textus in l. tertia. ff. de testamen. & in l. vel negare. ff. quemadmod. testamen. aper. Sec hæc intra intelliguntur vera respectu institutionis, non respectu legatorum. In quibus non est fauor publicus, secundum Iasonem in l. vænia. de in ius vocando. & in l. quod seruius. ff. de conditio. ob causam.

¶ Sed cõtrarium verius videtur, alias sequeretur quòd non interesset reipublicæ conseruare codicillos: cùm in illis non posset fieri hæredis institutio. l. j. C. de codicillis. quod videtur falsum. d. l. vel negare, quæ loquitur in omnibus supremis iudiciis testantis. Ideo cogita: cùm valeat argumentum de hæredis institutione ad legata. l. id tempus. §. fin. ff. de vsucap. per quem dicebat Bald. in cap. imperialem. in princip. de prohibita feudi alienatio. per Federi. & cap. primo. §. donare. qualiter olim feudum alie. poterat. vt ibi per eum. Sed dato, quòd hoc verum esset, possent saluari prædicta fundamenta, in casu quo vertitur fauor publicus per posterius. l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iure. l. non solùm. §. quæritur. ff. de procur. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgari & pupill. l. j. C. de successo. edicto. in quibus dicitur, quòd verba legis sunt intelligenda per prius, non per posterius.

64 ¶ Aliæ cautelæ solent assignari, quibus commissarius potest aliquid sibi relinquere: sed quia sunt cum fraude, & si de illis cõstaret, nihil esset, contemnendæ sunt: vt in simili dicit Bartol. in l. fina. ff. de his quib. vt indi: memorando aliquas cautelas quibus pater posset aliquid filio spurio relinquere. de quibus per Barthol. Cæpol. in suis cautelis.

65 ¶ An commissarius potest relinquere filiis suis, videtur quòd non: quia pater & filius iuris fictione vna persona censentur. l. fin. C. de impuberum & aliis substitut. §. ei verò. instit. de inutilibus stipul. traditur in l. j. C. qui ætate. libro x. vide Bald. in l. diximus. §. primo. ff. de excusat. tutor. Sed ipse commissarius nihil potest sibi relinquere: ergo nec filio suo vt sentit Bald. in l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ff. de excus. tuto. nisi det filius sub hac protestatione: vt nihil sibi ex illo quæratur, secundum Bald. ibi. illud enim patri non quæritur: licet videatur illi facere donationem, quæ non cadit inter patrem & filiũ: nisi filius sit emancipatus: cùm ex illius bonis nihil patri quæritur. l. impuberem. §. si ei filio. ff. ad legem Corneliam, de falsis. Item si propter patriam potestatem, cùm sit filius vna persona cum patre: non potest pater commissarius filio relinquere: cessante patria potestate cessabit impedimentum. l. secunda. C. de inofficio. donat.

¶ Ex istis infertur, quòd cum de iure Regni, filius vxoratus liberetur à patria potestate, foro legum, libr. j. titu. delos pleytos que deuen valer. l. iij. tali filio poterit commissarius relinquere, cùm sit emancipatus facto legis, & nihil patri quæratur, super quo tamen amplius est cogitandum.

66 ¶ Ex istis similiter infertur, quòd actio de dote hodie non est communis patri & filiæ, secundum iura Regni, contra l. ij. ff. soluto matrimonio. quia non est filia in patris potestate, vt requirit l. vna. §. accedit. C. de rei vxoriæ actio.

67 ¶ Infertur etiam, quòd commissarius potest relinquere filiis suis clericis, primæ tõsuræ, & à fortiori si sunt in maiori ordine, nam omne quod clericis donatur, habet vim castrensis peculij vel quasi castrensis: & non acquiritur patri, authè. presbyteros. & l. cùm lege. & l. sacrosanctæ. C. de epis. & cle. Abb. & alij in cap. quia nos. de testa. Bartholomæus Cæpolla in suis cautel. cau. clvj. Iaso in l. filiæ licet. C. de collatio. & lex Regni j. partita. ti. xxj. l. iij. facit quod voluit Albericus in l. si donatione. C. de collatio. vbi dicit, quòd filius primæ tonsuræ: non confert libros seu ad collationem ducit: licet Bartol. in prædictis sentiat contrarium in dicta lege sacrosanctæ.

68 ¶ Ad contraria respondetur, quòd aliquando reperiuntur

periuntur in iure casus in quibus quis non potest se eligere, potest tamen filium suum: vt in habente ius præsentandi in beneficiis: vt cap. per tuas. de iure patro. glos. in cap. quia clerici. eodem titu. vel die quòd pater & filius censentur eadem persona, quando filius est in patris potestate, glos. in l. lis nulla. ff. de iudic. faciunt quæ notantur in l. ij. C. qui ætate. lib. x.

69 ¶ An commissarius potest filio suo spurio relinquere: Paulus de Castro & alij recentiores in l. si is qui ex bonis. ff. de vulgari & pupilla. tenent quòd sic, per illum textum. glos. in authen. quibus modis natu. effi. sui. §. fi. versi. participium. collat. vij. vnica secundum Bald. in l. eam quam. penult. colum. C. de fideicom.

70 ¶ Adde quòd in casu illius l. si is qui ex bonis. expressa pupillaris, non continet tacitam vulgarem. Bald. & Angelus in l. ij. C. de natura. liberis. per quod datur limitatio ad iura dicentia expressam pupillarem sub se continere vulgarem.

71 ¶ An autem commissarius potest meliorare filiũ vel nepotem committentis, sicut alias pater committens potuisset: vt foro legum, lib. iij. tit. delas mãdas, ley vj. videtur quòd sic: quia melioratio est prælegatum: vt patet ex difinitione prælegati posita in rubrica. ff. de dote prælegata. traditur in l. qui filiabus. §. fi. ff. de lega. j. prælegatum autem, est legatum: vt colligitur ex glos. d. rub. probatur in l. Titia. in prin. ff. de lega. ij. Sed commissarius potest facere legata & meliorationes: ergo bene facit quod voluit Bald. & sequitur Ioan. de Imola. in l. illa institutio. ff. de hæredi. instit. Bald. in l. captatorias. C. de testa. mi. & in l. humanitatis. C. de impu. & aliis substi. vt per te videbis. bene facit dicta lex Regni sexta, cùm dicit, quòd ita valet quod facit commissarius: ac si committens fecisset. Si autem meliorat pater committens, valet melioratio, vt dicta lege sexta: ergo valebit si meliorat commissarius, arguendo ex illis duabus legibus simul iunctis: valet enim argumentum ex vna lege iuncta ad aliam. l. Gallus. §. ille casus indifficilis est. ff. de liberis & posthumis.

72 ¶ Item commissarius est subrogatus loco committentis, & sapit eius naturam. l. parabolani. C. de episco. & cle. cum similibus. Item illud operatur generalitas quo ad generalia, quod specialitas quo ad specialia. l. si duo. ff. de admi. tuto. laudat Bart. in l. si ego. ff. de acqui. hæredi. glo. in l. si quis post hac. §. j. ff. de rei vendi. licet sit contraria in l. si quis mihi bona. §. iussu. ff. de acqui. hæredi. Sed specialis commissio sufficeret ad hoc vt posset illum meliorare: ergo idem operabitur ipsa generalitas.

73 ¶ Contrarium quòd non possit meliorare, videtur verius quia in mandato generali, non videntur commissa ea quæ veniũt de iure speciali. l. patri pro filio. ff. de minoribus. & §. fin. de offi. vicarij. libr. vj. regula in generali. de regu. iuris. eod. lib. Ista autem commissio: dicitur mandatum: vt suprà dictum est: & meliorare, competit de iure speciali parentibus: ergo non venit illa commissione generali.

¶ Præsertim cum lex illa de meliorat ione loquẽs vel meliorationem permittens, est exorbitans & ad commissarium non extendẽda. c. j. & ij. de filiis præsbyterorum. Est insuper odiosa: cum per melioratio nem vnius, legitima alterius minuatur: vt traditur in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. & per consequens restringenda. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis regula odia, de regulis iuris libr. vj.

74 ¶ Item ea quæ competunt iure patris: non possunt alteri committi incertè: vt per Bart. in l. quidã. ff. de rebus dub. & in l. quidam cum filium. ff. de verborum obliga. Sed meliorare competit iure patris: ergo non potest in commissarium transmitti. Item permittendo dicta lex patri: videtur negare commissario. l. cum prætor. ff. de iudiciis. cap. nonne. de præsump. l. maritus. C. de procu. nisi dixeris hæc procedere, quando à principio proponũtur duo, quod non est hic: vt d. c. nonne. Sed solùm permittitur patri meliorare filium & sic persona posita in dispositione legali inducit formam à qua recedere non licet. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. x.

75 ¶ Valet enim argumentum de tempore ad personas, sicut de rebus ad personas. l. si duo. ff. de verbo. obligat. & de tempore ad res. l. miles ita. in principio. ff. de testa. mi. Sed tempus positum in dispositione inducit formam. authẽ. quæ supplicatio. C. de præcibus imperatori offe. & notat ibi Bal. & l. in pupillari. ff. de vulga. & ibi Iaso. ergo idem in persona. Ad idem l. ij. ff. de vulga & pupi. in principio, & inst. eod. in principio. vbi in confectione substitutionis pupillaris ponitur ibi persona patris, & inducit formam à qua recedere non licet.

76 ¶ Item commissarius debet facere id quod verisimiliter committens erat facturus, & fieri præsumitur velle, vt suprà tactum est. Sed verisimile est, quòd committens hoc noluit, ex quo non expressit. l. vna. in fine. C. de caducis tolendis. l. prima. ff. si messor falsum modum dixer. capitulo ad audientiam. de decimis. traditur in capitulo inter corporalia. de translatio. episcop. pari ratione si dict. lex vj. voluisset quòd commissarius hanc melioration em facere potuisset, expressisset.

77 ¶ Item legitima filiorum videtur quid pium. l. nam etsi parentibus. ff. de inoffi. testa. In dubio melioratio non præsumitur fieri in præiudicium legitimæ aliorum filiorum, quia iudicandum est pro causa pia. l. sunt personæ. ff. de religiõ. & sumptib. funerum. & l. j. ff. soluto matrimonio. præsupposito quòd dos sit res pia. vt tenet Bald. in l. mandatum. C. mandati. Bartol. in l. si ego. ff. de iure dotium. probatur in l. cùm his. §. fin. ff. de cond. indeb. & in l. prima. §. sed si libertus. ff. si quid in fraudem patr. facit l. si idem. ff. de lega. j.

78 ¶ Item pater habet ius eligendi vnum ex filiis, quod ius ad tertium non transmittitur, vt traditur in l. vnum ex familia. de legatis secundo. ff.

79 ¶ Ad contraria respondetur, quòd legatum vel prælegatum potest fieri à quolibet: sed melioratio non nisi à patre. Ad secundum, illud erat commissum ad consilium sapientis: vnde bene potuit declarare legatum factum filio à patre, esse relictum ratione institutionis: quia si illud non diceret & declararet, rumperetur testamẽtum: cùm filius debeat habere legitimam titulo institutionis, dict. authent. nouissima. C. de inoffic. testam. Sed testamentum bene valet sine meliorat ione.

80 ¶ Ex his infertur, quòd ille ad cuius consilium aliquid relinquitur declarandum, potest declarare illud, sine quo illud declarandum esset nullum. de qua materia per Bartol. & alios in l. illa institutio. ff. de hæredib. instituen. & in l. ex ea parte. ff. de verborum obligat.

81 ¶ Vnum tene menti, si aliquis dixit, quòd in tali contractu à se facto, habeat quis potestatem

extend

extendendi in illo, non potest adiicere iuramentum etiam § non valeret sine ipso: secundum Antonium in capitu. clericus, de iureiurand. refert & sequitur ibi Abb.

82 ¶ Ad tertium argumentum, dicendum quòd debet intelligi de his, in quibus commissarius habet potestatem in vigore dictæ commissionis, in aliis non potest esse, cum deficiat ipsum principale, quod est potestas.

83 ¶ Ad aliud de subrogato, fatendum est, sed debet in his in quibus subrogatur, & in his in quibus habet potestatem: in aliis verò, nō est dare subrogationem, vel intellige de naturali, non de accidentali, glo. in l. certi. in principio. ff. si certum peta. de qua per Iaso. in §. fuerat. insti. de actio. Alia in eadem l. in verbo. ex leg. probatur in Litem veniunt. ff. de peti. hære. Sed in casu nostro ista melioratio: non inest naturaliter patri committenti de pura necessitate: sed accidentaliter si voluerit.

84 ¶ Ad aliud finale, dicas quod procedit nisi in materia correctoria, secundum Angelum, in authen. de hæredibus & falci. §. si verò expressum. collatio. j. & in authentico de triente & semisse. §. illud. collat. j. Quod autem hic simus in materia correctoria, clarum est. Vel potest assignari alia ratio, vel responsio, quòd intelligatur nisi quo ad ea quæ non includuntur in vniuersali commissione, secundum Bald. in l. j. §. initio. in fine. ff. de officio præfecti vrbis. per c. fi. & c. licet. de offi. vicarij. lib. vj. argu. l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transactio. Ex quibus omnibus concludetur, quòd commissarius non possit melio rare filium committentis in tertio.

85 ¶ Vnum tamen est, quòd si commitens dixit hoc modo: do tibi facultatem, vt facias pro me testamentum sicut locutus sum tecum: tunc poterit meliorare. argu. l. quem hæredi. ff. de rebus dubiis, facit l. theopompus. ff. de dote præ. ibi, cū dicit, sciens mentem meam. facit quod voluit Barto. quem sequitur Paulus in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstr.

¶ Eodē modo poterit commissarius meliorationem tertij facere, si cōmittens dixerit, melioro vnū ex filiis meis: quem commissarius elegerit: nam tūc potest illum eligere, vt probatur in prælegatis iuribus, & in l. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus dub. eligens autem nihil de suo facit. l. vnum ex familia. in principio. ff. de lega. ij facit l. fideicommissaria. §. fi. ff. de fideicommis. lib.

¶ Et multō fortius hoc poterit facere commissa- 90
rius, si data est sibi potestas meliorandi filium suum Petrum: vt l. Theopop. ff. de dote præleg. licet enim dotare filias, sit paternum officium, quia competit iurè patrio. l. qui liberos. ff. de rit. nup. l. obligamur. ff. de actio. & obli. l. fi. C. de dotis promi. dotis tamē datio potest cōmitti in arbitrium tertij: vt d. l. Theopopus. & l. si filiæ. ff. de lega. iij. quæ quidem dos tūc assignabitur per commissarium secundum dignitatem ipsius filiæ quæ debet dotari. Ad hoc vide Bald. in l. j. C. de nuptus. est textus in d. l. si filiæ.

¶ Vnde si legitima ipsius filiæ non sufficit ad dotem illius: commissarius potest arbitrari vsque ad tertium & quintum vltra legitimam necessariam filiorum, secundum dispositionem legum Regni, hoc videtur de mente Saliceti in authent. res quæ. C. communia de legatis. Sequitur Alexander consilio lxix. prima parte. & consi. vi ij. parte secunda. Ad hoc bene facit l. j. ff. de lega. ij. vbi illud quod venit declarādum per alium habetur ac si fuisset declaratum à testatore, quæ sunt notanda. vide Bart. in d. l. quidam ff. de rebus dubiis. vbi vult, quòd legata possunt in certum committi: vt per gloss. in l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de legatis primo. licet secus in datione tutelæ.

86 ¶ Adde prædictis, quòd licet commissarius non possit meliorare filium committentis in tertio, vt suprà dictum est, poterit tamen in quinto, ex quo potest facere legata, quæ non possunt verificari nisi in quinto, cùm illud tantum possit extraneis legari, vt foro legum, lib. iij. ti. de las mandas. l. ix. ita notanter voluit Franciscus Sambarellis in c. cum tibi. de testamentis, & Franciscus de Arctio in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de liberis & posthumis.

87 ¶ An cōmissarius potest dare tutorem filiis committentis, videtur quòd non, quia competit iure patrio. l. j. ff. de testa. tuto. ibi parentibus. competit ergo patribus ratione patriæ potestatis, vt ibi: non autem matri, quæ illos in potestate non habet. insti. de adoptionibus. §. fœminæ. cum aliis, de quibus suprà in proxima quæstione.

88 ¶ An commissarius poterit filium committentis exhæredare, propter aliquam ex causis positis in authen. vt cùm de appella. cognos. §. causas. collat. viij. & in authen. non licet. C. de liberis præte. gloss. in c. quintaualis de iureiurā. Per suprà dicta videtur quod nō facit. l. rei iudicatæ. §. morum. ff. soluto matrimonio. & quod ibi notatur: & per canonistas in c. plerunque. de dona. inter virum & vxorem. vbi hæres nō potest opponere exceptionem adulterij mulieri repetenti dotem, scilicet quod per adulterium illam perdidit: licet censeatur vna persona cum testatore. authen. de iureiurādo à mo. præstito. in principio, coll. iiij testator poterat illam exponere. l. cō sensu. C. de repu. facit etiam l. fi. C. de reuo. dona. vbi hæres non potest opponere causam ingratitudinis.

89 ¶ An commissarius potest substituere pupillariter filiis committentis? videtur quòd non, per iam dicta: quia patri iure patrio competit habenti filios in potestate. ad idem l. ij. ff. de pupillari. Ad idem facit dicta lex Regni, in quantum dicit, quòd potest dare potestatem pro se & rebus suis: vnde videtur quòd etiam si pater commissario dederit potestatem, quòd possit illam substitutionem facere, non valet: quia tantum pro bonis suis potest dare, non in alienis.

¶ An substitutio pupillaris facta per commissarium, resoluetur in fideicommissariā? videtur quod sic, per glos. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari & pupillari. per textum ibi, & in l. Scæuola. ff. ad Trebel. vbi substitutio quæ nunquam valuit iure directo obliquatur, & per gloss. in §. j. in verbo ad exemplum. insti. de pupillari substi.

¶ Et hoc erit vtile, præsupposito quod commissarius potest imponere grauamen, & sic facere substitutionem fideicommissariam: de qua aliàs dicetur.

91 ¶ An commissarius potest substituere vulgariter, per quam substitutionem succeditur committenti: vt non obstent prædicta. insti. de pupillari substi. est enim secunda institutio. l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testā. cum similibus. Commissarius autem potest filios committentis hæredes instituere per d. legē vj. ergo & substituere vulg. hæc enim substitutio vulgaris dicitur: quia à quolibet & cuilibet fieri potest. l. vulgaris. ff. de furtis. de pœnit. distin. j. c. vulgaris. Barto. in l. j. ff. de vulgari.

Ex quo

91 Ex quo infertur quòd commissarius potest facere substitutionem reciprocam, quæ tantum contineat vulgarem substitutionem cum sit facta ab eo qui non potest facere pupillarem; licet sint ipsi adinuicem substituti pupilli: quia alias etiam si esset à patre facta qui illam facere posset: non comprehenderet pupillarem, quamuis vnus esset pupillus, & alius non. l. ij. & l. quamuis. C. de impu. & aliis substi. l. in testamento, la magna. C. de testa. mi. l. Iam hoc iure. §. ij. ff. de vulgari & pupilla.

93 ¶ Ex prædictis infertur, quòd substitutio vulgaris facta à commissario: non comprehendit tacitam pupillarem: cum illa tacita procedat ex tacita mente defuncti, quæ non potest esse hic, cum deficiat potestas: quia si deficit in confectione expressæ substitutionis pupillaris: idem quo ad comprehensionem tacitæ: cum sit idem iudicium taciti & expressi regulariter. l. cum quid. ff. si certum peta. facit quod voluit Bald. in l. ij. C. de natu. libe. vbi dicit, quòd substitutio pupillaris quam facit pater filio legitimo de filio spurio, de qua in l. si is qui ex bonis. ff. de vulgari & pupillari: quod non comprehendit tacitam vulgarem: quia faciens ibi pupillarem in commodum filij spurij: non poterat facere vulgarem: cum tunc quod potuit noluit, quod voluit adimplere, nequiuit. authen. ex complexu. C. de incestis nuptiis. §. fin. inst. ad Orphi. traduntur in l. fin. ff. de his quibus vt indignis. Ita in casu de quo agitur; cum vulgaris est facta ab impotente facere pupillarem, quod ideo illam non comprehendat: cum contrariorum eadem sit disciplina. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ca. si Romanorum. xix. dist. pro illa doctrina Bald. videtur glos. in authen. quibus mod. natu. effi. sui. in versic. participium. colla. vij. vide recentiores in dicta l. si is qui ex bonis. ff. de vulga. & pupilla.

94 ¶ Ex istis infertur, quòd substitutio vulgaris continet tacitam pupillarem, nisi facta fuerit à commissario. Item sub pupillari continetur tacita vulgaris: nisi filius spurius substituentis, sit datus substitutus pupillaris.

95 ¶ An commissarius potest in legitima filiorum facere substitutionem vulgarem: hoc dependet ab illo dubio an in legitima cadat vulgaris substitutio prima consideratione videtur quòd non; quia in substitutione vulgari, veniunt tacitè quædam verba si nolueris: quæ inducunt conditionem, vt vult glo. in l. j. ff. de lega. i). Conditio autem inducit grauamen. l. si parer. C. de inst. grauamen reciicitur de legitima. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. l. cum patronus. de lega. ij. ergo non cadet vulgaris substi. Contrarium est verius. l. si filius hæres. ff. de liberis & posthumis. Alexā. in l. si posthumus. §. quod vulgo. eod. tit. & ibi Franciscus Arctinus & Paulus de Castro. ¶ Ad idem l. fin. ff. de cond. inst. videas Iason. in dicta l. si pater qui mouet istam quæstionem, sed parum allegat.

96 ¶ Tu vide Barto. in l. j. ff. de vulgari. vbi inter cætera dicit quòd vulgaris dicitur: quia à quolibet & cuilibet fieri potest: & per consequens filio in legitima à patre: arguendo ab ethymologia vocabuli. l. ij. §. appellata. ff. si certum peta. §. j. insti. quibusmodis re contrahi. obliga. l. redhibere, in principio. ff. de ædili. edicto.

97 ¶ Ad idem Bald. in l. si arrogator. ff. de adoptio. col. ij. vbi dicit, q̄licet in legitima filij arrogati, non cadat grauamen, vt ibi: & in §. sed hodie insti. eod. bene tamen cadit vulgaris, quia non continet grauamen.

¶ Ad idem Bartol. in l. Lucius. §. Marcellus. ff. ad Trebel. vbi dicit, quòd dos relicta filiæ in testamento quod venit in substitutione vulgari; ergo cadit in illa. Sed dos succedit loco legitimæ. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonstrat. ergo cadit etiam in legitima.

¶ Ad idem l. vna. §. cùm autem in superiori. iuncto §. in nouissimo. de caduc. tollend. valet enim argumentum de vna lege iuncta ad aliam. l. gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de liber. & posthumis. dicebat. §. in nouissimo. quòd hæreditas non adita, non transmittitur: nisi tantum per filium. in §. cùm in superiori. quid si hæres habeat substitutum? sentit ergo quòd filius potest habere substitutū vulgarem.

58 ¶ Ad idem l. si quis filium. §. j. ff. de acq. hæredit. iunctis his quæ dicit Bar. in l. j. ff. de vulga. in principio. v. colum. vbi dicit, quòd in illo §. fuit datus substitutus vulgaris filio.

¶ Ad idem l. Regni, vi. parti. tit. v. l. j. ante finem.

¶ Ad idem Bart. in l. pro hærede. §. hæreditatios. ff. de acquir. hæredit. vbi dicit, quòd licet filius non possit acceptare legitimam: & alia bona paterna repudiare: vt ibi, & in l. quia poterat. ff. ad Trebe. illud dicit esse verum, nisi pater illum filium grauaret de dando aliquam rem suam: & daret ei substitutū vulgarem: ergo substitutio vulgaris bene cadit in legitima: maximè quia inter grauamen & substitutionem vulgarem posuit dictionem, &, quæ ponitur inter diuersa. glos. in rubr. C. de iur. & facti ignoran. ergo sentit quòd substitutio vulgaris non est grauamen, & consequenter cadat in legitima. Ad idem l. iam dubitari. ff. de hæred. instit.

¶ Item quando datur filio substitutus vulgaris, non priuatur filius legitima ex patris dispositione, sed filij voluntate: ergo imputet sibi, secundum Paulum de Castro in dict. §. quod vulgo. tunc enim legitima filij, habet priuilegium dum acceptatur per ipsum filium; alias non. l. cùm patronus. de lega. ij. l. si Titio & mihi. de leg. j. Sed vulgaris substitutio non habet locum nisi tantum repudiata legitima per filium. l. post aditam. C. de impuberum & aliis substitutionib. Si autem tunc non habet priuilegium legitimæ non est mirandum si cadat in ea vulgaris substitutio.

99 ¶ Ad contraria dicendum, quòd licet in substitutione vulgari cadant illa verba, si volueris: non tamen in institutione. Item videbatur per substitutionem vulgarem ponitam in legitima, fieri grauamen filio: cùm impediatur transmissio. l. si filius hæres. ff. de lib. & posthum. Cogitabis.

100 ¶ Ex istis infertur, quòd sicut legitima patitur directam pupillarem, sic directam vulgarem. sic a multis. l. ex tribus. C. de inoffic. testam.

101 ¶ An commissarius qui potest facere hæredem, debeat prius nominari per eum qui dedit potestatem. Aliqui dicebant quòd sic. Immo & legata. & commissarius illa distribuat: vt colligitur ex dict. l. Regni vj. Item quia voluntas captatoria est improba, vt in præcedentibus dictum est. Item quando lex est dubia, debet intelligi secundum titulum sub quo situatur. l. imperatores. ff. de in diem adictio. cum aliis, de quibus suprà. dicta autem lex Regni est sita foro legum, libro iij. titul. delas mandas. poterit ergo commissarius nominare tantum legatarios: quando enim Iurisconsulti volebāt tractare

de

de captatoriis voluntatibus circa legata: posuerunt sub tit. de legatis. l. captatoriæ. de lega. j. si volebant tractare circa hæreditates: posuerunt in l. illa institutio. & in l. captatorias. ff. de hæredib. instit. & in l. captatorias: C. de testamen. mil. l. tamen illa se fundat super distributione fienda per commissarium: fateor quòd ponit duo: vnum in narratione legis, aliud in dicto speciali: narratio generalis non est referenda ad dictum speciale: quia exempla non artant regulam. l. damni infecti. ff. de damno infecto. Item hoc verbum, manda, in vulgari nostro: intelligitur de hæredis institutione, vt foro legum, libro tertio. titul. de las herencias. l. x. xiij. & verbum ordinare, positum in illa lege, ad vtrunque refertur, scilicet ad testamentum, in quo hæredis institutio & legata sunt. facit rubric. C. de testament. ordinand. in ordinatione quidem testamenti venit hæredis institutio ac nominatio. l. hac consultissima. eod. tit. poterit ergo nominare hæredem.

102 ¶ Ad contraria patet solutio ex prædictis: ideò non est opus amplius insistere.

103 ¶ An commissarius cogitur acceptare commissionem, vel executor executionē. vide Bart. & alios in l. j. de leg. ij. Ex quorum dictis in vtraque quæstione videtur quòd sic, sicut tutelam, quæ datur inuito instit. de tutelis. in princip. cum similibus. commissaria autem & tutela æquiparantur. glos. in l. tutela plerunque. ff. de tutelis, nisi dixeris, quòd non æquiparātur in omnibus: vt latè in superioribus dictum est: vnde regulariter non cogitur, nisi tunc demum, quando executor vel commissarius promisit committenti exequi, vel testatori, vt notanter voluit Alexand. in dict. l. j. de lega. ij. qui multa allegat in j. col. cui adde l. ex sententia. ff. de testam. tutel. vbi ei qui testatori promisit esse tutorem filiorum: nulla competit exceptio ad se excusandum de his, quæ ponuntur in titulo, de excusat. tutorum.

104 ¶ Vnde si commissarius tutor vel executor propria manu commissionem vel testamentum scripsit nec contradixit, videtur consentire & potest compelli: vt colligitur ex dict. l. ex sententia. cum dicit, promisisse, &c.

105 ¶ Si contingat haberi recursum ad iudicem ordinarium ab ipso commissario, tā quam ad bonum virum, an ab eius sententia poterit appellari. Aliqui dicunt quòd non: tenet Innoc. in ca. præsenti. de rescript. libro vj. & ibi referunt alij, & sequuntur Bar. & alij in l. j. de leg. ij. in fine. Ioan. Andr. in Specul. de appellat. §. in quibusdam. versi. xvj. Francisc. Cardi. in cap. exposita. de arbitr. post Salic. de Salic. in quadam sua disputatione. Bald. in l. fina. C. de contrah. empt. quos sequitur Abb. in ca. quintauallis. de iureiurand. & multi alij de quibus per Alexan. in d. l. j. de lega. ij. qui latè loquitur.

106 ¶ Alij multi tenent contrarium, quia à quocunque iudice grauāte potest appellari. cap. omnis oppressus. ij. quæst. vj. cap. vt nostrum. de appellationibus, eod. tit. Item vbi est eadem ratio, idem ius. l. illud. ff. ad legem Aquil. cap. translato. de constitut. sed iudex reductionis ita potest grauare sicut quilibet alius à quo appellatur. ergo, &c. Hanc partem tenuit Iacob. Butrig. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & ibi alij recentiores & in dict. l. prima. de lega. ij. Bald. in l. vna. C. in vna causa liceat tertio prouocare. col. fin. & in l. prima. C. de his quæ pœnæ nomine, & in cap. fin. quo tempore miles. & in cap. præsentata. de testibus. Baptista de sancto Blasio in tractatu arbitrorum. q. pen. alias xcix. Antonius & Ioan. de Imol. in dict. cap. quintauallis.

¶ Ex quorum dictis dantur solutiones ad contraria, maximè quia præsupponunt, quòd à sententia arbitrorum non potest appellari: sed solùm reduci ad arbitrium boni viri. vt dicto §. arbitrorum. quod est falsum. Immo appellari potest: vt per Bar. in l. fin. ff. de appellat. cuius meminit Alexand. in d. l. j. de legatis ij. Ludouic. Rom. consilio ccxx. Pro quibus facit, quoniā à transactione inita inter aliquos potest appellari. l. à sententia. §. idem rescripserunt. ff. de appel. Sed arbitramentum est transactio. auth. si verò contigerit. C. de iudic. & in corpore vnde sumitur. traditur in l. j. & ij. C. si aduersus transact. remisiuè per Alex. in dict. l. j. de lega. ij.

107 ¶ Non obstat decisioni Bar. si dixeris, illud quod fit ab arbitratore, dicitur extra iudicium fieri: nam etiam in actibus extraiudicialibus appellari potest. cap. bonæ. cap. cùm sit romana. de appella. cap. concertationi. eod. tit. lib. vj. clem. causam. de elec. hanc partem tenet lex Regni vltima in curiis de Madrid, per Regem & Reginam: rectè quidem: nam quando aliquid relinquitur iudicis arbitrio: si male arbitretur, potest ab eo appellari. glos. in l. si qua pœna. ff. de verb. signific. & in cap. super his. de accus. & in c. j. de dilatio. & in cap. . de confes. lib. vj. & in cap. Romana. de appel. eod. lib. Antonius in cap. quintauallis. de iureiuran. & istud teneas, quamuis Innoc. in cap. fin. de feriis, teneat contrarium: quem sequitur Bald. in l. ij. C. quomodo & quando iudex. Sed intellige secundum Alexand. in dict. l. prima. de leg. ij. quando committitur libero arbitrio: quia tunc potest iniquum æquo præferre, vt traditur in l. cùm quidam. de leg. ij. & l. non quicquid. ff. de iudic. & l. fideicommissa. §. quanquam. de lega. iij. glos. autem debent intelligi quādo simpliciter iudicis arbitrio aliquid committitur: nam tunc si male arbitretur, potest appellari: cùm in tali arbitrio simpliciter dato, intelligatur declaratio boni viri: vt traditur in dict. l. j. de lega. iij. & in l. si libertus. ff. de operis lib. in quibus locis multa refert Alex. quæ possunt adduci ad hoc propositum.

108 ¶ Adde quòd hæc appellatio quæ fit à reductione, vel reductionis, censetur secunda appellatio respectu reclamationis factæ ab ipso arbitratore, & sic non poterit iterum appellari: ita tenet Io. de Imol. in cap. quintauallis. de iureiur. Intellige quando iudex à quo fuit petita reductio, lædit in magna quantitate, secus si in parua: nam tunc non potest appellari, secundum Bald. in l. vna. C. de his quæ pœnæ nomine. & Ludouic. in dict. consil. ccxx. sentit Bald. in cap. fina. in fine. quo tempore miles. cuius meminit Alex. in dict. l. j. de lega. ij.

109 ¶ Ex quo resultat limitatio ad l. in maioribus. C. de appel. fateor tamen, quòd in his, quæ sunt de iure communi, bene considerantur minima seu parua: vt l. prima. §. illud. de coniungen. cum emancipa. liber. Secus in aliis, quæ sunt de iure speciali. l. scio. ff. de in integrum restitut. per Ang. instit. de rerum diuisio. §. galinarum. & Antonium Corsetum in tractatu de minimis.

110 ¶ Sed cogita si in casu prædicto dici potest quod ideo procedit propter fauorem conseruationis sententiæ, cuius verba aliquando impropriantur, vt valeat. glos. in l. & puto. ff. familiæ erciscundæ. quam multum commendat Bald. in l. cùm virum. C. de fideicom. fin. col. & in cap. fin. de translat. episco. in c. contingit. de dolo & contumacia. & in cap. cùm super. de re iudic. Sozi. in l. quotiens. ff. de rebus dub. & ibi Iaſ. ponderat in argum. l. sed & si possessori. ff. de iureiuran. Sed hæc ratio etiam habet locum in quocunque alio iudice modicum grauante: ideo cogitabis.

111 ¶ Aduerte quòd commissarius in executione officij, vel is in cuius arbitrio aliquid est relictum in modo arbitrandi debet cōsiderare vires bonorum committentis, & merita personarum, & charitatem quam cōmittens habebat ad illas: & causa, pro qua relinquitur: vt alimentorum, dotis, & studiorum: vt l. si filiæ. ff. de legat. iij. & l. quæro. ff. de iure dotium. Bart. & alij in dict. l. j. de leg. ij. vnde non poterit vni soli relinquere totum patrimonium, secundū eum, 1 per l. quidam. eodem tit. & dicta iura. glos. in dict. l. j. ibi, pro viribus patrimonij, &c. Si autem arbitrium relictum est sine expressione causæ: tunc arbitrium erit boni viri: vt quando pupillo fuit relictum arbitrio sui tutoris: nam debet considerare quantum sit æquum pupillo relinqui, consideratis prædictis, cū legata videantur facta ob merita legatarij. l. nec adiecit. ff. pro socio.

112 ¶ Ex quo infertur, quòd commissarius nil potest nec debet relinquere ei qui concubuit cum vxore committentis ex præsumpta eius voluntate: per gl. 2 in l. sororem. C. de his quibus vt indign. & in l. fideicommissum. C. de fideicommi. & si fortè aliquid sibi reliquit commissarius, & postea accessit ad vxorem committentis illud perdet: vt per Salice. in d. l. fideicommissum. ad hoc sunt duæ leges Regni, iiij. parti. tit. xij. l. iij. foro legum, libro iiij. titulo, delas donationes. l. ix.

113 ¶ Existis dicebat Paulus de Castr. in dict. l. fideicommissum. quòd si vidua commisit adulterium, perdit dotem. Sed alij recentiores ibi, & Alexan. in dict. l. sororem. tenent contrariū. vide eundem Paulum consilio xxj.

114 ¶ Quid autem si is cui cōmissarius, vel in quem arbitrium est collatum, aliquid reliquit, habuit ac- 3 cessum ad cōmissarij vel arbitri vxorem: postquam ei fuit relictum, an perdet relictum: videbatur quòd sic, per iam dicta: veritas est in cōtrarium: quia non videtur habere à commissario vel arbitro: sed potius à committente: vt l. vnum ex familia. de legatis secundo.

115 ¶ Considerare etiam debet commissarius vel is, 4 in cuius arbitrio legata sunt relicta, qualitatem & quantitatem relictorum, quæ commissionem faciens reliquisset. argum. l. si seruus plurium. §. fin. ff. 5 de legatis primo. & l. cùm vnus. §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. cùm præcedentia declarent sequentia obscura. l. qui filiabus. in princip. de legat. j. & in dict. §. fin. per Bart. in d. l. j. de leg. ij. Bald. in l. legatorum. §. fin. eod. tit. ad id. & l. vtrum. ff. de peti. hæred. inde est, quòd principium legis clarum, declarat finem obscurum.

Lex XXXII.

QVando el testador no hizo heredero, ni menos dio poder al commissario que lo fiziesse por el, ni le dio poder para hazer alguna cosa delas dichas en la ley proxima, sino solamente le dio poder para que por el pued a hazer testamento el tal commissario: mandamos que pueda descargar los cargos de cōscien- cia del testador que le dio el poder, pagando sus deudas & cargos de seruicio & otras deudas semejantes: y mandar distribuyr por el anima del testador la quinta parte desus bienes, que pagadas las deudas mōtare, & el remanēte le parta entre los parientes que vinieren a heredar aquellos bienes ab intestato: & si parientes tales no tuuiere el testador: mandamos que el dicho commissario dexandole ala muger del que le dio el poder lo que segū leyes de nuestros Reynos le puede pertenescer sea obligado a disponer de todos los bienes del testador por causas pias & prouechosas ala anima del que le dio el poder, & no en otra cosa alguna.

COmmissarius cui simpliciter data est facultas testandi, quid facere potest. Executor testamentarius potest debita testatoris soluere. Specul. de instrum. edit. §. xiiij. versi. quid ergo. Bald. in additione. versic. testator. & versic. argumentum. & in l. id quod pauperibus. colum. iij. vers. venio ad quartum. C. de episcop. & cleri. Item debitum naturaliter, si aliud non reperitur. Bart. in l. quibus. §. dominus. ff. de cond. & demonstr. & in l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & in l. legatui. ff. de lib. lega. Alex. in l. id quod pauperibus. præalleg. & in l. ij. C. de fideicom.

¶ Debita à testatore soluta: soluere non potest, alias tenetur de suo. Bald. in l. si fideiussor. in princi. de leg. j. nec debita à quibus testator fuit absolutus per sententiam iniustam. Bald. in l. id quod pauperibus. & ibi an tenetur soluere pœnam commissam contra defunctum. verf. sed ponamus. & in l. post. in fi. C. de furt. & in d. §. dominus. Item potest soluere debita præscripta à defuncto. Bart. in l. creditores. iiij. oppos. C. de verb. sign. Bald. in l. si quis per triginta. si de feu. fuer.. contro. & in l. ij. C. de fideicom. & in d. l. id quod pauperibus. v. q. & in d. §. dominus. & ibi Bart. & in l. is cui. §. flauius. ff. de solu. Ioan. de Imol. & alij ibidem. Innoc. & alij in cap. quia plerique. de immuni. eccles.

¶ Executor tenetur statim soluere debita testatoris. Bald. in l. fin. §. si autem legata. C. de bon. quæ libe. Idem erit in relictis piis, quæ celeritatem desiderant: vt sunt funeralia & etiam sepultura & vsuræ, ac male ablata. Bald. in auth. hoc amplius. iiij. col. & in l. eam quam. col. v. C. de fideicō. & in d. l. id quod pauperibus. colum. iiij. 3

¶ Si executor soluit de suo: potest illud repetere ab hærede. Bal. in l. fin. C. de his quæ sub modo. Spec. vbi suprà versi. fin. & ibi Bald. in addit. 4

¶ An executor testamentarius tenetur satisdare de distribuendis bonis ad vsum destinatū, & de reddenda ratione, &c. vide Bar. in l. si ex duobus de leg. ij. & in l. diuus. ff. si cui plus quàm per leg. falc. & in l. qui à pluribus. de lega. j. & in l. libertus. ff. de annuis lega. §. largius. & in l. solent. ff. de alim. & ciba. legat. quæ dicit quòd sic. 5

¶ An executor testamentarius pro soluendis debitis potest vendere de bonis testatoris, dic quòd non: nisi testator concesserit, vel si aliunde solui non posit. Bald. in addit. Spec. vbi suprà. vers. an executor vltimæ. post Spec. ibi. versic. sed an exceptio. & versic. quid si non, tenet Bart. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. & in l. j. ff. de rebus eorum. In casu tamen quòd potest vendere: non debet vendere rem meliorem. Bartol. in l. magis puto. §. idem prætor. eod. tit. glos. in l. tertia. C. quando decreto opus est. Sed debet vendere nomina debitorum postea mobilia: 6

Universidad de Navarra Biblioteca

de inde immobilia? Bald. in l.fi. §.fin autem legata. C.de bonis quæ liberis. Pro paruo debito nõ debet vendere rem magni præcij. Ange.in authen.de alienatione & emphy.§.hoc etiam.v.colũ.colla.ix.& in d.l.j.C.quando decreto opus non est.nec potest vẽdere plus quàm oportet pro solutione debitorum defuncti.d.§.fi autem legata.& ibi Bald.

7 ¶ Executor testamentarius debet vendere bona testatoris in subhastatione si hæredes requisiti noluerint soluere debita.Bart.in d.l.alio.& in l.legatis. de vsu.& ha.Bald.in l.creditor.C.de distra.pigno.& si in subhastatione res vendatur viliori præcio, non tenetur executor hæredibus defuncti ad residuum præcij. Bald. in l.j.C.si vendit.pigno.aga. Barto. in dict.l.alio.

8 ¶ Executor testamentarius qui vendidit rem defuncti ad satisfaciendum creditoribus,potest transferre dominium & possessionem in emptorem.Bal. in d.l.alio. & in d.l.id quod pauperibus.q.xviij.nisi hæres possideat,vt ibi.debet tamen ratificari vendi tio per hæredem,secundum Bald.in auth.si captiui. fi.col.C.de epis.& cleri.

9 ¶ Executor testamentarius debet remittere vsuras quæ sibi debẽtur: & soluere quas extorsit, vt per Spec.ti. de instru. edic.§.xiiij.versi. hoc autem. Archi.in c.res.xiiij.q. Bald.in l.etiam. C.de fideicomis. & in d.l.id quod pauperibus.v.col.q. viij. C.de epis.& cleri.

10 ¶ Quinta pars omnium bonorum intelligitur deductis debitis,& ære alieno.l.non amplius.de lega.ij.cum similibus.& hic probatur.& l.stilli ccxiiij. vide Bal.in l.nulli.C.de epis.& cle.col.ij. istam quintam potest executor distribuere pro anima testatoris.

11 ¶ Ista lex disponit,quòd in defectum consanguineorum executor testamentarius debet distribuere bona defuncti inter pauperes exclusa vxore: vnde videtur corrigere authen. præterea.C.vnde vir & vxor.similiter excluditur fiscus.& corrigitur l.si vacantia.C.de bonis vacantibus lib.x.& l.iij.in fine.ti. delas mandas.Corrigitur etiam l.j.C.de hæredibus decurionum.quæ dicit, quòd si nauicularius sine testamento & liberis decedit: hæreditas eius non ad fiscum sed ad corpus nauiculariorum defertur. Ex quo dicunt ibi doctores, quòd mortuo artifice alicuius collegij,in defectum venientium ad intestato: succedit collegium. Idem dicit Bald. ibi de famulo qui decedit intestatus: vt in defectum venientium ab intestato succedit dominus non fiscus.Barto.in l.si quis filio.§.eius qui.ff.de iniusto rupto testa. 1

12 ¶ Nisi dixeris,quòd ista lex procedit quando defunctus commisit alicui factionem testamenti & fecit vel non fecit: nam tunc non videtur omnino decedere intestatus:sed magis videtur testatus animã hæredem reliquisse: vt sentit Inno.in c.cum tibi. de testa.& sequitur Bald. in l.epistola.j.col.C.de fideicõmis.bene facit lex Regni ordina.titu.delos testamentos. l.iij. quæ loquitur de peregrino moriente ab intestato, quòd eius bona deferuntur ad fiscum in defectum descendentium: vide bonum textum in authen.omnes peregrini.C.communia de succe. & ibi Bald. 2 3

13 ¶ Si testator mandat bona sua distribui, intelligitur inter pauperes, & pro anima testatoris. Bald. in l.executorem.col.ij.in fine.C.de exec.rei iudi. Intellige de pauperibus illius loci in quo est testator Barto.Baldus in l.si quis ad declinandam.C.de epis. & cleri. 4

14 ¶ An executor testamẽtarius potest bona defuncti distribuere in vna sola causa, an debeat in multis:vide Bald.in l.j.col.x.& ibi additionem in versic. quanquam.C.de sacrosanctis ecclesiis.

15 ¶ Executor potest agere contra hæredes vel possessores bonorum defuncti.Bald.in l.fi. colum. v.C. de sacrosan. eccle. sentit Innocen. in c.cum tibi.de testa.& Bal .in l.in epistola.colum.j.C.de fideicom. vbi dicit quòd commissa voluntate testatoris in Titium: ipse hæres censetur, vt eius bona pro anima distribuat: Si hæres:ergo potest eius bona à possessoribus petere.

16 ¶ Relictum pro anima est pium. glos. in l.si quis Titio. de lega.ij.Bald.in l.j.colum.ij.C.de sacrosan. eccle. etiam si relinquatur consanguineo pauperi. glos.in cap.ij. de sepul. vnde executor potest distribuere in consanguineum suum vel testatoris pauperem. Baldus in dicta l.prima. columna x. versic. super vj.q.

Lex XXXIII.

EL commissario para hazer testamento,o mandas, o para declarar por virtud del poder que tiene loque ha de fazer delos bienes del testador no tenga mas termino de quatro meses si estaua al tiempo que se le dio el poder enla ciudad,o villa,o lugar donde se le dio el poder: y si al dicho tiempo estaua ausente pero dentro destos nuestro reynos no tenga ni dure su poder mas de seys meses: & si estuuiere fuera delos dichos reynos al dicho tiempo tenga termino de vn anno & no mas. E passados los dichos terminos no pueda mas hazer que si el poder no le fuera dado & vengan los dichos bienes alos que los hauian de hauer muriendo el testador ab intestato los quales terminos mandamos que corran al tal commissario aun que diga & alegue que nunca vino a su noticia que el tal poder le auia sido dado. Pero lo que el testador le mando senalada determinadamẽte senalando la persona del heredero, o senalando cierta cosa que auia de hazer el tal commissario mandamos que en tal cosa el commissario sea obligado a lo fazer: y si passado el dicho termino no lo fiziere que sea auido como si el tal commissario lo fiziese, o declarase.

COmmissarius præsens in loco tempore commissionis, infra quatuor menses officium expleat:absens à loco infra sex:absens à regno infra annum.specificè commissa à testatore,si à commissario non fiant,habentur pro factis.hoc cõtinet ista lex notanda.

¶ Adde quòd executori testamentario dantur etiam sex menses ad exequendum.auth.de sancti.episcopis.§.sin autem sanctissimus. & ibi Angel.colla.ix.

¶ Ista tempora currunt à morte testatoris etiam executori testamentario. Bal. in auth.hoc amplius. iiij.col.C.de fideicom. nota. in c.quia nos.de testa. possunt ista tempora abreuiari per testatorem.Bal. in d.authen.j.oppo.in lectu antiqua.

¶ Hæc tempora currunt commissario etiã ignoranti: vt hic dicitur in fine. Idem in executore testamentario.argu.c.fi.de procu.libr. vj.tenet Bal.in l.id quod pauperibus.q.iij.C.de epi. & cle. & in l.ij. C.de excu.tu.& in l.j.in principio.C.de cadu.to. & in l.captatorias.C.de testa.mi.& in addi. Spe.de instru.edi.ver.executor debet exequi.quamuis Bart. sentiat contrariũ in l.genero. ff.de inf.Bal.in l.quinquaginta,in fi.C.de excu.tu.Fran.de Padua in l.quã diu.C.qui admi. quod tamen intelligendum est de iusta ignorantia:non de crassa & supina; secundum Bald.in l.iij.C.de libe.cau.Sed prima opinio approbatur per hanc legem. 4

5 ¶ Vnde elapso tempore dato ad exequendum testamentum, exequitur episcopus in relictis piis. per d.l.id quod pauperibus.& in prophanis præses prouinciæ.vt l.xxxvj.infrà eodem.

6 ¶ Sed si in casu negligentiæ prouidet testator, seruabitur eius dispositio.Bald.in authen.licet.C.de epi.& cle.& in d.l.captatorias.& in l.j.C.de cad.tol. & in l.si fundum.§.fi chum. de lega.j.

7 ¶ Mora commissarij vel executoris non potest purgari vt hic dicitur. d. cap. quia nos.de testa. Ad de Pau.in l.quandiu.in ij.ff.de acquirenda hæreditate vbi dicit,quòd si terminus præfigitur à lege,non est audiendus volens purgare morã. tenet Bald. in d.l.id quod pauperibus.& in l.nulli.C. de epis.& cleric. & in l.iij.C. de procuratoribus. & in l. captatorias.C.de testa.mi.in fine.sentit ipse in l.iij.q.j.de lega.primo.& in l.cum allegas.C.de vsufructu. & in l. Lucius Titius.ff.de actio.empti.vbi loquitur de mora in contractibus purganda.vide Bald.in l.j.q.xiij. C.de his quæ pœnæ no.& in l.fin. oppositione ix. in lectura antiqua.C.de cond.insertis. vide materiam in l.magnam.C.de contrahen.& cõmi.sti.& in l.fin. & ibi Barto.ff.de arbi.glo.& Barto.in l.post tres. ff. si quis cau.& in l.iij.de lega.j.& in l.cum quidam.de lega.ij.& in l.fi.C.de fideiusso.vbi per Angelum. 1 2

¶ Quid autem de artifice qui ad tempus se obligauit facere opus, & non fecit an possit facere post tempus.vide latè Bald.& alios in l.liberti.C.de operis liber.Barto.in l. insulam.j. colum. ff. de verbo.obligat. 3

8 ¶ Ea quæ determinatè commissa sunt commissario:si infrà tempora hic statuta non faciat,habentur pro factis,vt hic.& lege trigesima prima, suprà, vide in simili Bartol.in l.gerit.ff. de acquirenda hæreditate.

Lex XXXIIII.

EL commissario por virtud del poder que tuuiere para hazer testamento no pueda reuocar el testamẽto que el testador auia fecho en todo ni en parte saluo si el testador specialmẽte le dio poder para ello.

1 COmmissarius non potest reuocare testamentum à testatore antea factum: nec quicquam exeo,immutare:hoc dicit.Ratio est,quia commissarius veritate inspecta est procurator qui non potest venire contra factum domini.Bald.in l.j.opposi.xxix.versi.sed lege cauetur.C.qui admitti.

2 ¶ Concurrentibus autem facto domini & procuratoris contrario: prævalet factum domini. hinc est q; si dominus facit procuratorem ad renuncian dum,& antequã procurator renunciet, dominus renunciauit,valet renunciatio,quanquam postea procurator renunciet, vt notatur in c. ex parte decani. de reseriptis:vbi videas Felinum.

3 ¶ Sicut ergo procurator non potest facere testamentum pro defuncto, nisi ad hoc habeat speciale mãdatũ:vt suprà l.xxxj.xxxij.sic nec reuocare testamentum ab eo factũ:sicut hic dicitur.facit quod nota.l.vnum ex familia.§.sed & si fundum.de lega. ij.

¶ Intellige,quòd non potest reuocare, etiam si multo tempore ante factum fuisset per defunctum: quia præsumitur durare eius voluntas. l. sancimus: C.de testa.l.precibus.C.de impube.& aliis. etiam si quadraginta annis antea factum fuisset, & testator factus esset locupletior. secundum Paulum de Castro in dicta lege sancimus.

Lex XXXV.

EL commissario no pueda reuocar el testamento que ouiere por virtud de su poder vna vez hecho ni pueda despues de fecho fazer codicillo aun que sea ad pias causas aun que reserue en si el poder para lo reuocar, o para annadir, o menguar;o para fazer codicillo, o declaracion alguna.

COmmissarius qui semel fecit testamẽtum non potest illud reuocare; vel aliud facere nec codicillum:si hanc potestatem sibi reseruasset,hoc dicit. ¶ Item est in fideicommissario.l.vnum ex familia.in prin.& §.rogo. & ibi Bart. & alij de leg. ij.

¶ Executor tamẽ potest variare in electione pauperum.Ange.in l.Sed si alio.§. si quis sub conditione.ff.ad Trebellianum.per nota.in l.cum pater. §, à filia.de leg.ij.

¶ Licet testator posit reuocare testamentum à se factum.l.si quis in principio.cũ simi.de leg.j. non tamẽ cõmissarius testamentũ quod pro defuncto fecit:vt hic,& per Bald.in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cleri.& per doctores in d.l. vnum ex familia.

¶ Sicut commissarius postquam semel fecit testamentum pro defuncto, nõ potest aliud facere testamentum sic nec codicillum, idest paruum codicem,vt exponit lex Regni vj.parti.ti.xij.l.j. & insti. de testa.in princip.glo. in l.ij. verbo personales. C. communia de lega. Item quia in codicillis hæreditas adi vel adimi non potest.l.ij.C. de codicil. Spec. de iudi.§.j.versi.si verò. 4

¶ An & quando potest reuocare quis quod suo vel alieno nomine gessit.vide glo.quæ incipit,maxime.& Bart.in l.cum vir.col.iij.versi.quæro vtrũ vir. ff.de vsuris.& in l.j.§.& cũ lex.C.de rei vxo.actio.gl. insti.quibus alienare licet.in principio.Bal.in l. iubemus.C.de sacrosan.eccl.Spe.de comissione.§. ij. & in regula,quod semel placuit,de regu.iur.libr. vj.

Lex XXXVI.

QVando el commissario no fizo testamento ni dispuso delos bienes del testador porque passo el tiẽpo: o porque no quiso: o porque se murio sin fazerlo los tales bienes vengan derechamente alos parientes del que le dio el poder que ouiessen de heredar sus bienes ab intestato: los quales en caso que no sean fijos ni descendientes,o ascendientes legitimos sean obligados a disponer dela quinta parte delos tales bienes por su anima del testador:al o qual si dentro del anno contado dende la muerte del testador no la cumpliere:mandamos que nuestras justicias los

compelan a ello ante las quales lo puedan demandar y le a parte para ello qualquiera del pueblo.

1 COmmissario testamentum infra tempora designata non faciente, hæreditas peruenias ad 3
venientes ab intestato: qui compelluntur quintam partem hæreditatis pro anima defuncti erogare: hoc dicit.

2 ¶ Ex ista lege, iuncta l.xxxj. dicunt aliqui, quòd si defunctus in commissione nominauit aliquem instituendum hæredem, si commissarius eum non instituit, succedunt venientes ab intestato, non is, qui fuit nominatus: quia talis nominatio non operatur hæredis institutionem: adeò quòd si quis alteri commisit quòd Titium hæredem institueret, & hoc non fecit, videtur decedere intestatus. dict.l.vnum ex familia.de lega.ij. debet enim expresse nominari per testatorem. sexta partita, titulo tertio, lege vndecima.

¶ In contrarium videtur facere l. xxij. vbi si testator promisit aliquem filium meliorare, habetur pro meliorato, quamuis eum non melioret. Cogitabis.

3 ¶ An & quando non implens voluntatem defuncti priuetur hæreditare habita ex testamento vel ab intestato: & vtrum priuetur ipso iure, an per sententiam, vide in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & in cap. si hæredes. de testamen.

¶ Item an priuetur fructibus medio tempore perceptis. glos. in authen. de hæred. & falci. §. si verò nulla. collat. j. Bartol. in l. si quis solidum. ff. de hæred. instit. & in dict. auth. hoc amplius. vbi vide Baldum, Angelum, & alios.

4 ¶ Quando executores testamenti discordant, quid faciendum? vide Baldum in l. id quod pauperibus. q. iij. & in l. & filium. §. hodie. ff. de pactis. & ibi Paul. Bald. in l. ij. §. j. C. communia de lega. Specula. in titulo, de instrumen. edi. §. xiiij. & ibi Bald. in additio. Angel. in authen. de eccles. tit. §. si quis ædificium. collatio. ix. Bartol. in l. solent. ff. de alimen. & cibar. lega. glo. & doctores in capitulo, tua nos. de testamentis.

5 ¶ Quilibet de populo potest denunciare, quòd hæreditatis quinta pars distribuatur pro anima defuncti: vt hic. quod sumitur ex l. nulli. C. de episcop. & cler. vbi vide Bald. in versi. ne pium. vltimo notabili. & fin. col. Angel. in authen. de eccles. tit. §. sin autem sanctissimus. collatio. ix. & vj. parti. titu. x. l. vij. cum aliis eiusdem tituli.

Lex XXXVII.

QVando el testador nombrada o señaladamente fizo heredero & fecho dio poder a otro que acabaesce por el su testamento, el tal commissario no pueda mandar despues demandadas las deudas y cargos de seruicios del testador, mas dela quinta parte de sus bienes del testador: y sy mas mandare que no vala: saluo sy el testador especialmente le dio el poder para mas.

1 SI testator hæredem nominauit: deinde commisit alicui factionem testamenti: non poterit nisi quintam bonorum testatoris pro anima distribuere. hoc dicit.

2 ¶ Quomodo hæres nominandus sit à testatore, vt nominatio valeat. vide Bald. in l. iubemus. C. de testa. & in l. hac consultissima. ſi. col. versi. item dicitur hic. Spec. de testam. §. j. versi. quòd si. Bartol. in l. hæredes palam. in fine princi. eod. tit. Pau. consilio cccl.xvij. bonus tex. insti. de testam. in princ.

¶ An & quando valeat testamentum nutu facti, præsertim inter filios? vide Bald. Angelum, Paulum & alios in dict. l. iubemus. qui sunt variantes. tene q non valet. l. his verbis. ff. de hæred. instit. authen. de testamen. imperfectis. §. nos igitur. collatio. viij. authen. quod fine. C. de testam. facit l. codicillis. §. fin. cum glo. de leg. ij. & l. fi. & ibi Bald. in versi. nimia subtilitas. C. de fideic. hodie eadé solennitas requiritur in testamentis inter filios, quæ inter extraneos. l. iij. suprà. ergo debent à patre nominatim nominari, vt colligitur ex l. xxxj. suprà. facit vj. parti. tit. iij. l. xj.

4 ¶ Testamentum imperfectũ non valet. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. inst. quib. modis testam. infir. §. ex eo. cum simi. etiam si sit scriptũ vsque ad hæredis institutionem exclusiuè, licet testator dederit notario cedulã continentẽ nomina hæredum, vt vult Bald. quem refert Ang. in suo repert. in verb. testator. pro quo lex Regni vj. parti. tit. iij. l. vij. Si autem continet hæredis iustitutionem, dicitur perfectum. vt l. testamentum. C. de testam. vide legem infrà proximam.

5 ¶ An primum testamentum perfectum reuocatur per secundum imperfectum. sexta partita. titul. primo. l. xxxiij. quem videas.

Lex XXXVIII.

QVando el testador dexerare dos, o mas commissarios sy algono, o algunos dellos requeridos no quisieren, o no pudieren vsar del dicho poder, o se murieren el poder quede por entero al otro, o otros que quisiere & pudieren vsar del dicho poder y en caso que los tales cõmissarios discordaren cumplase y ecutese lo que mandare y declarare la mayor parte dellos y en caso que no aya mayor parte y fueré discordes seã obligados a tomar por tercero al corregidor, o assistẽte, o gouernador, o al alcalde mayor del lugar donde fuere el testador y sy no ouiere corregidor ni assistente ni gouernador ni alcalde mayor que tomen al alcalde ordinario del dicho lugar por tercero y sy muchos alcaldes ordinarios ouiere y no se concertaren los dichos cõmissarios qual sea en tal caso echen suertes: y el alcalde a quien cupiere la suerte se iunte conellos & lo que la mayor parte declarare, o mandare que aquello se guarde y execute.

PLuribus commissariis relictis, si aliqui eorum requisiti noluerint aut non potuerint commissa facere, vel morte præuenti non fecerint: superstes hoc facere posset. Si autem discordẽt, fiat quòd maior eorum pars vol=rit. Stantibus paribus, iudex sit tertius inter eos. Si plures sint iudices, sorte dirimatur. h. d.

¶ Sumpta fuit hæc lex à ca. prudentiã. de offi. de leg. & c. cùm plures. eod. ti. lib. vj. & ex his quæ tradit Barto. in l. hæredes mei. §. fi. ff. ad Trebellianum. Bald. in c. j. circa finem. versi. vtrum autem commissarij. de inuestitura in maritum facta.

¶ Commissarius non cogitur acceptare officiũ, vt hic colligitur, nec executor testamẽtarius, etiã in relictis ad piascausas. l. j. C. de summa Trin. c. tua de testa.

quod nota. Sed postquam acceptauit cogitur exequi: vt ibi. Ioan. Andr. & alij in c. ij. de testam. lib. vj. Abb. in c. Ioannes. ij. col. in fine. eod. titu.

4 ¶ Executores testamentarij discordantes, cogun tur concordare: vt per Bal. in l. id quod pauperibus. q. iij. C. de episcopis & clericis. alias exequitur episcopus. l. huiusmodi. §. fin. de leg. j. & tunc potest gratificare cui velit. Bald. & Pau. in l. & suum hæredem. §. hodie. ff. de pactis. Bald. in l. viduæ. C. de nuptiis. vide Archid. & Dominic. in c. ij. de testa. lib. vj. Bald. in l. nulli ſi. col. C. de episc. & cleric.

5 ¶ Vnus commissarius non potest alteri committere nudum ministerium. c. fin. de offic. delega. Abb. in c. cum Bertoldus. de re iudic. col. iiij. verſ. quarto soluit. Bald. in l. non sine. col. ij. verſic. sed in contrarium. C. de bonis quæ liber. de quo per Bartol. in l. singulos. ff. de testamen. & in l. si tundum. §. his verbis. de legat. j.

6 ¶ De commissione alternatiua facta pluribus: vide Bald. in l. pen. col. ij. C. de verb. signif.

7 ¶ Si arbitri discordant quid faciendum? vide Baldum in c. j. ſi. col. versi. sed hic ab extra. de inuestit. in maritum facta. Abb. in c. quintauallis. pen. col. in fi. verſic. vltimo nolo hic omittere: dicas quòd arbitri non coguntur compromissum acceptare: sed bene acceptatum expedire. l. iij. §. tametsi. ff. de arbitris. l. si de meis. in princip. & in §. ex commisso. in fine. eo. tit. Bald. in l. fin. col. v. verſic. quæro nunquid. C. de contrahend. emp. argumen. l. si vsusfructus. l. si inter duos. ff. de vsufruct. & l. fin. ff. de excus. mune.

8 ¶ An commissarius potest agere cõtra hæredem vel debitorem? dic quòd sic. Bald. per l. nulli. C. de episcop. & cleric. l. non remunerandi. §. fin. ff. mand. cum l. sequenti. Bald. in dict. §. id quod pauperibus. col. ij. quæst. iij. & iiij. vide leges Regni, sexta partit. tit. x. l. ij. iiij. vij. cum aliis.

Lex XXXIX.

ENel poder que se diere al commissario para hazer todo lo suso dicho, o parte dello interuenga la solennidad del escriuano, y testigos que segun leyes de nuestros Reynos ha de interuenir enlos testamentos, y de otra manera no valan, ni hagan fee los dichos poderes.

1 IN potestate data commissario ad faciendum testamentum, debent interuenire tabellio & testes in testamento requisiti. hoc dicit. de quibus in l. iij. suprà eodem. 3

2 ¶ Quid si tabellio sic dicat, committo factionem mei testamenti Titio: an sit necessaria subscriptio alterius tabellionis? vide Bald. in l. cum antiquitas. in fine. C. de testamentis.

3 ¶ In mandato executionis testamenti, non requiritur ista solennitas: imo probatur per formam, & alias coniecturas. Bald. in l. prima. C. de rebus alienis non alienand.

4 ¶ Si commissio sit ad faciendum testamentum nuncupatiuum: seruanda est solennitas testamenti nuncupatiui: si in scriptis similiter, vt hic colligitur. iuncta l. iij. & v. suprà eodem.

Lex XL.

EN la subcesion del majoradgo, aun que el hijo mayor muera en vida del tenedor del mayoradgo, o de aquel aquien pertenesce, si el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto, o descendiente legitimo, estos tales descendientes del hijo mayor por su horden prefieran al hijo segundo del dicho tenedor, o de aquel aquien el dicho mayoradgo pertenescia. Lo qual no solamente mandamos que se guarde & platique en la subcesion del mayoradgo alos ascendientes, pero aun en la subcesion delos mayoradgos alos trãsuersales. De manera que siempre el fijo & sus descendientes legitimos por su orden representen la persona de sus padres, aunque sus padres no ayan subcedido enlos dichos mayoradgos, saluo sy otra cosa estuuiere dispuesta por el que primeramente constituyo & ordeno el mayoradgo, que en tal caso mandamos que se guarde la voluntad del que lo instituyo.

IN succesione maioratus præfertur nepos ex filio maiore, filio secundo: nisi aliter in constitutione maioratus contineatur.

¶ Quamuis omnis succesio dicatur de iure positiuo. l. pronunciatio. §. familia. ff. de verb. significa. Bald. in l. lege. col. j. verſic. vel dic. C. de legitim. hæred. Succesio tamen in maioratu vel primogenitura: primo fuit instituta de iure diuino, vt colligitur ex Genesi cap. [illegible] in fine. & capitu. 17. post medium. Bald. in l. quibus. verſic. pone consuetudo. C. de secundis nupt. de quo per Montaluum foro legum, lib. j. titulo dela guarda delos hijos del Rey. l. j. glo. ij. in fine. verb. item primogenitura. ego multa scripsi de materia maioratus in rubr. de donatio. inter virum & vxorem. colum. liij. cum aliis, & col. cccij. cum duabus sequentibus. & in cap. per vestras. col. cccl.v. verſic. restat. complura alia compilaui in tractatu maioratus: in quo tetigi vltra [illegible] quæstiones quæ videri possunt. aliquæ forte de illis tangentur hic.

2 ¶ Filius maior dicitur primogenitus vel primo natus lucem vidit, & totus ad orbem processit, ad nullum declinans monstrum vel prodigium. l. quod certatum. C. de posthum. hæred. instit. Bald. in l. cùm antiquioribus. col. iij. verſic. & primò præmitto. C. de iure delib. & in l. ij. col. j. C. de iur. emphyt. & in l. eam quam. col. vij. verſic. sed pone. C. de fideic. vide in cap. Ioseph. de verb. sign. Bald. in l. quoties. C. de rei vendicatio.

¶ Filius filij maioris decedentis in vita patris succedit in maioratu, excluso filio secundo: vt antea lex Regni ij. parti. tit. xv. l. ij. & hic clarius per istam legem, vnde approbatur opinio Oldrad. consilio cclxiij. & Abbatis in c. licet. de voto. colum. ij. versi. sed dubium est. quos sequitur Montaluus foro legum, libr. j. titu. dela guarda delos hijos del Rey. l. prima. verb. ex quo concluditur.

¶ Contrariam opinionem senserunt plures non leuis auctoritatis doctores. Bartol. in liberti. C. de operis libertorum. & ibi Bald. iiij. col. versi. sed dubitatur de tali quæstio. & in l. cum antiquioribus. columna tertia. C. de inre deliber. & in l. in testamento. C. de suis & legit. hæred. & in l. si viua matre. per illum textum. ver. vnde hæc litera est argumentum. C. de bonis maternis. Ricardus Malumb. Cynus & alij in dicta l. liberti. Baldus in authent post fratres. C. de suis & legitim. hæred. Paulus de Castro consilio clix. & in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. Ioannes Andr. in Specul. titul. de feudis. Antonius de Rosel. in tracta. de succesio. ab intestato.

col.xxxiij. per Alexādrum & Paulum in l.is potest. ff.de re qui.hæredi.vide.Ioan.And.in speculo de feudis, cuius meminit Abbas consilio lxxxv. primo volumine, & Socinus cōsilio xlvij.columna quarta.ij. volumine.

¶ Prima opinio approbatur per istas leges Regni. Cuius ratio potest esse multiplex: prima quia iure diuino & naturali & scripto, primogenitura est approbata, & potest alienari: sicut alienauit Esau filius maior Isaac, in Iacob filium secundo genitum, Genesis c.xxv. si est alienabile hoc ius primogenituræ: ergo transmissibile ad hæredem: transit ergo istud ius in filium filij primogeniti decedentis in vita patris, non acceptato iure ipso.

4 ¶ Et si dixeris, quòd filius filij primogeniti non venit ad successionem maioratus ex iure transmisso: sed per repræsentationem personæ patris: sicut contingit in l.in quibus.cum l.sequenti.C.de secundis nuptiis.vbi videas Bald.vbi nepotes videntur in gredi gradum paternum, & consequuntur eius portionem: qui nec re neque spe habebāt ius confirmatum vel formatum: sed ius pendens ex casu quod contingit ex speciali legis prouidentia, propterea dicit facere ad quæstionem Regnorum Bal.ibi.

5 ¶ Item maioratus est quoddam beneficium vel gratia à principe vel testatore proueniens: beneficia autem sequuntur lineam sanguinis descendentium potius quàm transuersalium: vt dict.l.in quibus. & ibi Bald. quem rogo videas, quia pulchras tangis quæstiones ad hoc propositum deseruientes.

6 ¶ Quid si nati sunt duo filij vterini, & ignoratur quis primò nasceretur: quis succedat in maioratu: vide Bald.in d.l.in quibus.col.ij.versi.pone consuetudo.C.de secundis nupt.qui dicit, quòd pater poterit eligere quis eorum succedat in maioratu. Sed idem Bald.in authen.ex testamento.ff.col.ver.xviij. capitulum.C.de colla.sentit contrariū, dicens quòd vterque succedit.Idem tenent Bald.& Angelus in l. ex duobus.ff.de vulgari & pupillari. de quo ibi latè per Alexandrum.Bald.in authen.hoc amplius.col. ij.versi. quæro an filij.C.de fideicom. & in l.j.col.ij. versi.fallit in feudo.C.de conditio. insertis. & in l.si viua matre.versic.vnde litera.C.de bonis maternis. & in l.ex hoc iure.q.v.ff.de iusti.& iure.Ioan.And.in Specu.titu.de præben.§.j. & veritas videtur, quòd vterque admittatur ad Regnum, tanquam primogenitus per l.ij. §.hæreditas.ff.de suis & legi.vbi primus dicitur, quem nemo antecedit: nec est inconueniens quòd Regnum sit apud duos.c.non autem. vij.q.j.cle.ne Romani,de iureiuran.in glo.in verbo Reges.Ioan.And.in Specu. de rescriptis. præsente. §.fi.in additione magna,quæ incipit,licet aliud.&c.

7 ¶ Adde prædictis glo.Bar.& alios in l.Arethusa. ff.de statu homi. & in l.si fuerit.§. planè.ff. de rebus dubiis. vbi si masculus & fœmina simul nascantur, præsumitur prius natus masculus:& si ambo nascantur masculi: formosior & robustior præsumitur prius natus,& q celerius exierit de carcere materno.Bald.in prooemi,ffor um.§. nos itaque. Si ambo essent extracti exciso vtero materno: ambo regnabunt: vt ibi per Bald. quē refert & clarius explicat Ioan.de Anania in rub.de sortilegiis.fi.col.

8 ¶ Ex istis infert Flo.in l.j.§.cum arietes.ff.si quadru.pau.fe.dic.quòd ex duobus animalibus, robustius præsumitur agresisse alium, aliter non apparente contrario.

9 ¶ Hinc potest dici quòd si duo pariter se vulnerarunt nec apparet quis primo, neuter tenetur: vt per Bald.in l.j.C.vnde vir.q.vij. & in l.vt vim. ad fi.ff.de iusti.& iure.Anania in c.significasti.xxix.col.de homicidio: nisi aliter appareat de insultu, saltē ex hoc quòd alter erat robustior altero.

10 ¶ Item si maritus & vxor simul moriantur, præsumitur præmori vxor. l. qui duos. §. si maritus. ff.de re.dub.vbi videas moder.doct.Ad idē facit hoc per l.j.& authen.præterea.C.vnde vir & vxor.& vj.partita.xiij.l.vj.facit etiam ad legem Regni foro legum libro iij. titu. de las herencias, de lecto quotidiano.&c.

11 ¶ Item si pater & filius impubes simul perierunt: præsumitur filius prædecessisse.vt nota.in dict.l.qui duos.§.si maritus.ff.de rebus dubiis.

12 ¶ Faciunt ista ad quæstionem de pluribus frangentibus pacem, quis præsumitur aggressor.de qua per Bart.in l.cum pater.§.libertus.de lega.ij.& Ab. in c.ij.de treu.& pace.

13 ¶ Item de pluribus vulnerantibus vnum qui mortuus est: vt per glos.in capit.cupientes.§.cæterum. in versicul. culpabiles.& ibi Dominicus de electione.lib.vj.

14 ¶ Si primogenitus est insufficiens: datur maioratus secundo genito.Bald.in authen.hoc amplius.colum.ij.in principio.versic.& ideo.C.de fideicom.& in c.j.in fine.versi.quæro quid si consuetudo. de succes sio.feu.& in c.j.§.præterea ducatus.in fine.versi. quærit gloss.de prohibita feudi aliena. per Federic. Bald.in l.humanitatis.C.de impube.

15 ¶ An infans potest coronari vt Rex, an differatur: vide Barto.in l.j.C. de muneribus & hono. non continuandis inter patrem & filium.lib.x.vbi quòd infans potest coronari vt Rex.

16 ¶ Furiosus non succedit in feudo. Bald.in l.fi.C. de suis & legiti.hæredi.quia seruire nō potest.l.si ea qui morbo.lib.x.

17 ¶ Religiosus minor beati Francisci tertij ordinis non succedit in Regno vel maioratu: sed sequens in gradu.Bald.in l.si quis prioris.§.talem.versi.sed pone.C. de secundis nuptiis. & in d.c.j.in fine principij.de feudo succe.Anto.Rosselus in arbore consanguinitatis; col.xliiij.in fi.Ancha.in c.j.q.xiiij. principali de consti.lib.vj.

18 ¶ Bona maioratus non veniunt in collatione bonorum.Bald.in authen.ex testamento.fin.col.versi. xviij. capitulum. C.de colla. quia non diuiduntur, argu.l.quædam mulier. ff.familiæ ercis. l. carmelia pia.ff.de iure patro.c.licet.de voto.

19 ¶ Mortuo patre, filius repræsentat eius personā, & succedit in eius locū.l.in quibus.C.de nup.l.post humorum,in principio.& ibi Bart.ff.de inoffi.testa. Bald.in l.cum antiquioribus.C.de iure delibe.Abb. in c.licet,de voto.

¶ Ad idem l.si viua matre.C. de bonis maternis.

20 ¶ Propterea nepos non rumpit testamentum aui,quia succedit loco patris.sui.Bald. in l.ij.iiij. oppo.C.de liberis præte.qui enim vtitur iure alterius, vtitur eo iure: quo ille vti poterat.l.qui quadraginta.versi.nam hæres.ff.ad Trebellianum.

21 ¶ De ista repræsentatione Bald. in l.inrestato.C. de suis & legitimis hæredi.& in dicta l.secunda.C.de liberis præteritis.

22 ¶ Qualiter constabit de dispositione testatoris circa maioratum, vide Bald.in l.liberti.quarta col. præallegata.C.de operis libertorum.dicemus infrà in l. xlv. in fine. Hæc enim lex est notabilis, in eo quod

quòd vult dispositionem maioratus esse attendendam,& facit ad multa: tene eam menti.

Lex XLI.

MAndamos que el mayoradgo se pueda prouar por la escriptura dela institucio del con la escriptura dela licencia del Rey que la dio seyendo tales las dichas escripturas que faganfee,o por testigos que depongan enla forma que el derecho quiere del tenor de las dichas escripturas: & assi mesmo por costumbre immemorial probada conlas calidades que cō cluyan los passados auer tenido & posseydo aquellos bienes por mayoradgo es a saber que los hijos mayores legitimos & sus descendientes subcedian enlos dichos bienes por via de mayoradgo caso que el tenedor derasse otro fijo,o fijos legitimos sin dar les los que subcedian enel dicho mayoradgo al guna cosa,o equiualencia por subceder eneli:& que los testigos sean de buena fama:& digan que ansi lo vieron ellos passar por tiempo de quarenta annos: & assi lo oyeron dezir a sus mayores & ancianos que ellos siempre assi lo vieran & oyeran:& que nunca vieron ni oyeron dezir lo contrario & que dello es publica voz & fama & comun opinion entre los vezinos y moradores dela tierra.

1 HIC datur forma probandi maioratum: probari enim potest per instrumentum constitutionis ipsius maioratus: vt per Specu.de probæ. §.iij.versi.tertiò per instrumenta. præsertim si sunt antiqua,quibus creditur,secundum Inno.in ca. veniens de verbo.signifi.glos.in c.tertio loco,de proba.ver.sic ergo testes præseruntur, prope medium. notatur in ca.quoniam contra,de proba.Bald.in l. sancimus.col.j.versi.nobil.C.de testam.Pau.de Castro consilio xlviij.

2 ¶ Quamuis in ore duorum vel trium testium stat omne verbum,de lege Regni requiruntur in instrumento tres testes,foro legum,lib.iij.ti.delascaras.l.j.& iij.partita.titu.xviij.l.liij. quæ dicit quòd debent esse alij duo notarij pro testibus,& hoc seruatur apud Sebiliam & Cordubam, vel in eorum defectu tres testes,& vltra hoc partes debent se subscribere vt in pragmaticis folio ccxl. Item quòd prius legantur & publicentur partibus & testibus, vt ibi.

3 ¶ Licentia Regis ad faciendum maioratum debet probari per scripturā.authen.de mandatis principū.collat.iij.& hoc tenet Bart.in l.si quis mihi bona.§.mulierum.in fi.ff.de acqui.hære. Spe. de instr. edit.§.restat.ver.sed quid si producitur.Pau.de Castro cōsilio cxlvj.Circunstantiæ tamen licētiæ probantur per testes.Bald.in c. j. in principio,de noua forma fideli.Io.An.in c.olim.de verbo.signifi.

4 ¶ Adde q scriptura ꝯ necessaria ad probandam licentiam principis, vt dictum est:vt per Inno. & alios in c.constitutus, de appe. per Bald.in l. humanum,in fine.C.de legibus.vide Felinum in rubrica de constit. licentia verò alterius quàm principis vel Papæ probari potest per testes. Bald. in l.si qua per calumniam.C.de epis.& cleri.

¶ Et ita scriptura non semper est necessaria ad probandum ea quæ fieri debent in scriptis: vt per Compostelanum in c.j.de electione.lib.vj. Rota de ci.ccccxiij.incipit, fuit dubitatum in notabili.

5 ¶ De confectione scripturarum vide singulariter per leges Regni tertia partita.titu.xviij.per totum. Admittitur tamen probatio contra scripturas non tamen per testes:vt per Bart.in l.cum de indebito.§.sed hoc in fine. ff. de proba. & in l.generaliter. C.de non nu.pe.

¶ Intellige quando producuntur contra tenorem scripturæ.Secus si ad probandum contra solēnitatem instrumenti:vt per Bart.ibi,& Bald. in d. l. generaliter secunda oppositione, vide nota. leges Regni,ordina.lib.iij.titu.delas exceptiones l.iiij.v. vbi dicitur quòd possunt probari per testes exceptiones contra instrumentum.

6 ¶ Scriptura potest confici in prima vel tertia persona.c.dudum,de conuersio.coniuga.Bald.in c. j.in principio, de noua forma fidelitatis. & ibi additio nota.

¶ Scripturæ tenor qualiter probetur.Barto.in l.ij.in fine.ff.de iure fisci.& in l.j.ff.si certum peta. & in l.certi.§.quoniam eod.ti.authen.si quis in aliquo documento.C.de edendo.glosa Barto.& Bald. in l. sicut.C.de fide instru. vnde etiam si postea non appareat instrumentum,de cuius tenore testes deponunt valet probatio.Bald.in l.j. C. de fide instrum. intellige quando testes sciebant legere, alias testes tenentur de falso.Ange.in authentic.de tabelli.§. j. collatio.iiij.

7 ¶ Instrumentum probatum per testes, non habet executionem paratam.Bart.in l.j.ff. de his quæ in testa.de.

8 ¶ Testes qui deponunt de tenore instrumenti perditi;debent publicari.Bald.in l.fi.C. de edendo. immo ipsum instrumentum debet in publicam formam redigi,vt l.j. & ibi Bald. & l. instrumenta, & l. cum instrumentis.C.de probatio.quod nota.

9 ¶ Bona esse maioratus probantur per consuetudinem,vt hic dicitur,intellige de consuetudine immemoriali:talis enim consuetudo habet vim tituli. l.iij.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidiana & æstiua. c.super quibusdam.§.præterea.& ibi glo. de verbo. signifi.facit c.hoc quippe.iij.q.vj.c.conquæstus. ix. q.iij.c.mos antiquus.lxv.dist.notatur in c.accedentes,de præsciptio.tenet Bald.in c.j.col.ij.versi. quidam nituntur ex præscriptione.quæ sunt regalia. & in l.si solennibus.C.de fide instru.& in l.iij.col.ij. in fine.versi.sextò nota.C.de nautico fœnore.& in tractatu de tabellione.q.ij.& lex viij. tit. delos concejos,iuncta l.x.eod.ti.vbi colligitur,quòd consuetudo xl.annorum habet vim tituli vel priuilegij.

10 ¶ Fama antiqua probatur per famam & indicia.l. cum super. C. de rei vendic. ex quo infert ibi Baldus ad ius patronatus de quo etiam per Abba. in capitu.veniens.el ij.colum. quartā. in principio. de testi.& in capitul. quid per nouale.de verborum. significatio.& in capitul.super eo.ij. nota. de parochiis.

11 ¶ Consuetudo in successione dignitatis est seruanda. Bald.in cap.j.colum.ij.ver.item nota,de feudo marchiæ.lib.feu.

12 ¶ In factis multum antiquis opinio generalis habetur pro veritate: & non est necessaria alia probatio.dum tamen talis opinio sit vniformis apud omnes: nec de ea sit contradictio apud peritos.facit quod vult Inno.in c.cum causa.de iura.ca.& in c.veniens de verborum significatione.

13 ¶ Quot testes sunt necessarij ad probandam hanc consuetudinem: dicas q duo vel tres per l.vbi

numerus.ff.de testi.per c.in omni negocio.eod.tit. Ad idem l.j.titu.delas testimonias.foro legum,vide glos.in l.finali. C. familiæ erciscundæ.non ergo sufficit vnus testis quantumcunque peritissimus. c.licet vniuersis.in fin.de testi. quicquid dixerit Bal. in repe.l.de quibus.colum.xv.versi. quartò principaliter quæritur.ff.de legibus.vide ibi eundem Bald.colum.xix.versi.postremò qualiter cum sex colum. sequentibus.

Lex XLII.

ORdenamos & mandamos que la licencia del Rey para fazer mayoradgo preceda al hazer del mayoradgo: de manera que aun que el Rey de licencia para fazer mayoradgo,por virtud dela tal licencia no se confirme el mayoradgo que de antes estuuiere fecho:saluo si enla tal licencia espressamente se dixesse que aprouaua el mayoradgo que estaua fecho.

LIcentia Regis ad faciendum maioratum: debet præcedere.

¶ Quid debet continere: vide iij. partita. titul. xviij.lege ij.& xxvj.

1 ¶ Licentia regulariter debet præcedere: authen. licentia.C.de epi.& cle.c.omnis vtriusque sexus, de pœni.& remissio. vbi plenè scripsi in meis recollectis.Ad idem Inno.c.dudum. de rebus eccle.non alie.Bart.si fine.& authen. plures. C. de aqua pluuia arcenda:Bald.in l.j.fi.col.C.qui admitti.& in l. fi. §. necessitatem.col.vij.C.de bonis quæ liberis.doctores in l.si quis mihi bona.§.iussu.ff.de acqui.hære. 5

¶ Licentia en latin y otorgamiento en romance, todo es vna cosa.j.partita titulo xiiij.l.ij.

2 ¶ Auctoritas debet interuenire in actu. l. pupillus.§.tutor.ff. de excusa.tutor. 6

¶ Consensus potest interuenire ante & etiam post.l.fin.C.ad maced.per Abb.in cap.cum nos. de his quæ fiunt à præ.

3 ¶ Licentia præsumitur præcessisse ex diuturna præstatione eius qui eam præstare debuit. Bald. in l.si filius.in fine. C. de petitione hære. Angelus in l. qui in aliena.§.j.ff.de acqui. hæredi. glos. & doctores in ca.peruenit.de emp.& venditione.

4 ¶ Maioratus factus sine licentia principis non confirmatur etiam si postea princeps sibi concesserit licentiam faciendi maioratum. Ad hoc vide multa. quæ cumulat Iaso.in l. quominus. ff. de fluminibus.in Repetitione q.xxj.vbi format quæstionem, si aliquis fecit molendinum sine principis licentia: postea impetrauit à principe licentiam quòd possit facere molendinum in flumine publico, nauigabili: an talis licentia extendatur ad molendinum prius illicitè fabricatum:allegat ad partes pro & cõtra:quæ videas per te.ibi meminit de Paulo in d.l.& militibus.allegat similiter eum in l.si quis filio exhæredato.§.irritũ.ff.de inofficio.testa. vide Bald.in l.fi.§.fi.ff.de cond.& demonstra.& nonnulla alia perquæ videtur inclinare in partem affirmatiuam, sed tu tene negatiuam peristam legem.videas eum rogo.& de consensu postea accedente;vide Lucam de Penna in l.instar.colum.ij.versi.sciendum.C. de iure fisci.lib.x.vide etiam Mathæum de Afflictis,decisione eccly.& glos.in capit.si quis ingenuus.xxix. q.ij.quæ in simili quæstione loquitur. 7

¶ Cuius contrarium sentiebat Bald. quem sequitur Paulus in l.& militibus.C.de testa.mi. dicés, quòd testamentum factum à clerico sine licentia Papæ,confirmatur si Papa dedit ei postea licentiam testandi. 8

¶ Idem dicit Paulus si clericus habens duo beneficia incompatibilia sine licentia vel dispensatione Papæ,impetrauit licentiam ad obtinendum duo incompatibilia. Nisi dixerimus quòd illud procedit,quando Papa sciens testamentum factum dedit licentiam prædictam:vel sciens clericũ habere duo beneficia incompatibilia, dedit sibi licentiam ipsam:quo casu videtur approbare. Sicut in simili dicimus si Papa sciens aliquem esse excommunicatum scribit ei vel loquitur: videtur eum absoluere. cle.si summus.de sen.exco.Ad idem facit quod vult Barto.quem alij referunt & sequuntur in l. priuilegia,circa principium. C. de sacrosanctis eccles. vbi dicit, quòd confirmatio facta à principe ex certa scientia,operatur:secus si ignoranter. Idem de auctoritate dicit Bald.in l. fin. §.si autem. C. de bonis quæ liberis. Sic in casu nostro,si Rex sciens aliquem fecisse maioratum, concesit ei licentiam ad faciendum maioratum : videretur maioratum confirmare. Sed ista lex amplius requirit, quòd debeat Rex expresse dicere,quòd confirmat maioratum ab eo factum:& istud teneas.

¶ Quid autem si Rex concesit alicui absenti licentiam faciendi maioratum , an valeat : est vtile hoc scire,secundum Barto in l.Labeo. ff. de iureiurando.& in l.fin.in principio.C.arbitrium tutelæ.decidit quòd valet dummodo interueniat nuncius vel epistola,vt ibi per Barto.& per Bald.in Specu.ti. de confirma.versi.& renuntiatio.mihi hoc placet,quia donatio vel concesio fauorabilis vel priuilegiatura potest absenti concedi.l.absenti.ff.de donatio. c. si tibi absenti.de præben.lib.vj.

¶ Sed esset pulchra dubitatio,si quis misit epistolam vel nuncium ad Regem, petens licétiam ad faciendum maioratum:quæ in veritate fuit sibi concessa,ignorabat tamen ipse:& putans eam sibi concessam:fecit maioratum,an valebit ex quo ignorabat fundamentum sui actus,videtur quòd non, propter id quod in simili dicimus,si iudex procedit cõtra contumacem qui in veritate erat contumax, ignorabat tamen illum esset contumacem, non valet processus. Bart.in l.multum interest. ff.de cond. & demonstra.refert Abb.in c.quoniam,de offi.delega.facit glo.in c.sæpe de appellationibus.

¶ Quid si Rex approbat maioratum factum ab aliquo sine eius licentia, appareat ista confirmatio, sed non ipse maioratus,an valebit?Bald.tenet quòd non,in l.falsus,C.de furtis.colum.ij. & in Specu. de instru.edi.colum.ix.versic.an valeat confirmatio.vide Specu.ibi. §. nunc autem videndum. versi. item oppono contra confirmationem. Ad hoc l. donatio.C.de dona.vide Bald.in l.aduersus.in fin.C.si aduersus rem iudicatam.& in l.ij .colum.j.versi.& nota quòd confirmabile. C. de liber. præteritis. vide Abb.in cap.inter dilectos. colum. vj. de fide instrumento.

¶ Fecit quis maioratum de tertio, & quinto ,& vt scis potest,per legem xix.suprà eodem.nec est opus licétia regia.Sed adiunxit plusquã tertiam & quintã in ipso maioratu,Rex approbauit:an videtur approbare in illo pluri quod excedebat tertiã & quintã,vide Spe.de instr.edi.§.nunc autem vidédum.versi.item pone,& sequenti.sentit quòd nõ idẽ Bart.in d.l.pri

d.l.priuilegia.paulo post principiũ. C. de sacrosan. eccle. Angelus in l.fin.C.de tempo.appell.Barto. in principio.in ij.oppo.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.Bald.in cap.in præsentia.v. colum. de probationibus.& in l.j.C.de monopo. & in l. nec dãnosa. C.de precibus imperatori offeren. qui omnes volunt quòd cõfirmatio non operetur in inualidis. Sicut dicimus in confirmatione feudorum, quam facit Rex generaliter : nam videtur confirmare iusta, & legitima feuda.c.j.in principio. per quos fiat investitura.nisi faciat ex certa scientia: vt paulò antè dicebamus.

9 ¶ Ad prædicta facit quod dicit Bald.in l.j.col.ij. C.si quis omissa causa testa.quòd licentia generalis: non includit casus fraudulentos.idem dicit in l.j.C. de monopo.in principio, dicens quòd licentia statuendi non extenditur ad statuta illicita vel iniqua. 1

Lex XLIII.

LAS licencias que nos auemos dado, o dieremos de aqui adelante,o los Reyes que despues de nos vinieren para fazer mayoradgo no espiren por muerte del Rey que las dio aun que aquellos a quien se dieron no ayan vsado dellas en vida del Rey que las concedio.

LIcentia ad faciendum maioratum , non expirat morte Regis concedentis, licet in eius viglo.notandæ vna in c.tuæ.de clericis non residentibus,quæ vult,quòd si episcopus dedit licentiam beneficiato quòd sit absens à beneficio causa studiorum vel alias,non expirat morte ipsius episcopi, & 3 ibi notant doctores. Alia glo.est in c.cum ex eo. de elect..li.vj.quæ idem vult. vide Spe.de locato. §. vj. versi.quid si dominus. Ratio potest esse quia quando concesio principis ex parte sua habet perfectionem in fauorem eius cui conceditur : starim habet robur & firmitatem , nec reuocatur morte concedentis : hoc voluerunt Ancharanus & Dominicus in proœmio sexti. §. vniuersi. facit l. imperialis.§.j.& ibi Bart.C.de nup.vbi dicitur, quòd priuilegium habet suum effectum etiam antequam impleatur causa propter quam fuit impetratum.

2 ¶ Sed quamuis non expiret morte concedentis: expirat tamen morte eius cui conceditur re integra:quia est personale, & extinguitur cum persona vt regula iuris dicit:cum concordãtibus.l.quia personale.ff.soluto matrimonio.l.j.& ibi Bar.q.j.C.de priui.dotis.Bald.in l.ij.ad finem & ibi glo. & Barto. C.de epis.& cleri.Ad hoc l.cum patronus.& ibi Barto.de lega.ij.Alias si re non integra:vt quia vsus fuit prædicta licentia : non expirat eius morte: vt per Bald.in l.j.col.ij.versic.& ideo. ff. de officio eius cui manda.est iurisdictio.per Alexan.in l.excusantur.§. non solum.ff.de excusa.tuto.in apostillis. 4

Lex XLIIII.

EL que fiziere algun mayoradgo aun que sea cõ auctoridad nuestra, o delos Reyes que de nos vinierẽ ora por via de cõtracto ora en qualquier vltima volũtad despues de fecho pueda lo reuocar a su volũtad saluo si el que lo fiziere por 5 contracto entre biuos ou iere entregado la possessiõ delas cosa, o cosascõtenida enel dicho mayoradgo ala persona en quien lo fiziere,o a quien su poder ouiere;o le ouiere entregado la escriptura dello ante escriuano: o si el dicho contracto de mayoradgo se ouiere fecho por causa onerosa con otro tercero assi como por via de casamiento , o por otra causa semejante que enestos casos mandamos que no se pueda reuocar: saluo enel poder dela licẽcia que el Rey le dio estouiesse clausula para que despues de fecho lo pudiese reuocar,o que al tiempo que lo ynstituyo reserua se en la misma escriptura que fizo del dicho mayoradgo el poder para lo reuocar que enestos casos mandamos que despues de fecho lo pueda reuocar.

FAciens maioratum auctoritate Regia vel alias potest illum reuocare:Nisi fecerit per viam donationis inter viuos:& possessionem donatario tradiderit rerum donatarum : vel saltem instrumentum donationis , vel nisi factus fuerit maioratus ex causa onerosa,vt matrimonij: nam his casibus non poterit reuocare: nisi in licentia Rex sibi concesserit reuocandi facultatem, vel ipse cum fecit maioratum sibi reseruasset quòd posset reuocare. hoc dicit lex.nota.

2 ¶ Faciens ergo maioratum auctoritate Regia, potest sine Regis auctoritate illum reuocare : quia maioratus est quædam donatio,quæ habet vim relicti,quod morte vel rei traditione confirmatur.l.filiæ cuius. C. familiæ erciscundæ.secundum Bald. in authentic.ex testamento.colum.ij.C.de collatio. & in l.prima.col.x.C.de inofficio.donationibus.& in l. si totas.eod.titu.

¶ Nec mireris quòd in constitutione maioratus auctoritate vel licétia Regis necessaria,possit reuocari absq; eius licentia. Sicut dicimus in testamento.l.omnium.C.de testa. sed ibi non fuit necessaria auctoritas Regis ad validitatem testamenti. vnde liberè potuit reuocare. Sicut etiam dicimus in statutis auctoritate Regis factis:nam si alias ipsi statuentes poterant illa facere ; auctoritas Regis non facit illa regalia quominus possint statuentes illa reuocare:vt vult Bal.in c.cũ omnes.de cõst. quẽ refert & sequitur Felinus in c.cũ accessissent.ij.co.de cõst.Sed vbi alias statuta fieri non possent,nisi de licentia vel auctoritate Regis:tunc statutum est Regale: & non potest nisi de licentia Regis reuocari:vt volunt præfati doctores Sic etiam in contractu dicendum videtur:vt per Bald.in l.fi.C.pro socio.

¶ Possessio tradita in angulo rei sufficit. l. iij. in principio.ff.de acqui.poss.Spec.de primo & secundo decreto.§.v. Paulus consilio clxxvij. alias clxxj. incipit in causa mota.nisi residuum fundi sit ab alio occupatum. ¶ Item possessio domus hæreditariæ per heredem apprehensa sufficit pro omnibus rebus hæreditariis domi existentibus.Bald. in l. de his.q.j.C.de furtis Barto.in dict.l.iij.in principio.fi. colum.versi.quæro aliquis emit.& ibi de possessione iurisdictionis; per vnum actum acquiritur possessio totius.

¶ An possit quis mitti in possessionem vnius rei pro alia:vide Dinum in regula j.de reg.iuris.lib. vj. Spec. de primo & secundo decreto. §. iam de effectu,in principio.vide nota. in l. licet. C. de acquir. posse.Abb.& alios in cap.cum aliquibus,de re iudicata.

Lex XLV.

MAndamos que las cosas que son de mayoradgo agora sean villas, o fortalezas o de otra qualquier calidad que sean muerto el tenedor del maioradgo luego sin otro acto de aprehensiion de possessión se traspase la possessión ciuil & ciuil & natural enel siguiente en grado, que segun la disposicion del mayoradgo deuiere succeder en el: aun que aya otro tomado la possessión dellas en vida del tenedor del mayoradgo, o el muerte; o el dicho tenedor le aya dado la possessión de ellas.

1 MOrtuo possessore rerum maioratus: statim sine aliqua apprehensione transit earum possessio in sequentem: quanquam alius habeat possessionem.de qno per Bald.in l.cum antiquioribus.colum.iiij.versi.decimo.C.de iure delibe. & in l.j.C.cõmunia delegat.per Iaso.in l.si sorori.C.de iure deliber.facit.l.quoties.C.de don.que sub modo.ex qua sumpta fuit lex regni quinta partita.titu.iiij.l.j.incipit fasta dia cierto.

2 ¶Duo videtur requirere ista lex ad hoc vt possessio rerum maioratus transeat in sequentem in gradu,possessore vltimo vita defuncto.Primò,quòd illæ res sint maioratus indubitanter. Secundò,quòd is qui prætendit in se translatam possessionem rerum maioratus: absque aliqua dubitatione sit vocatus ad illum maioratum post mortem possessoris: vt hic apertè colliguntur,ex verbis huius legis.Rectè quidem, quoniam vbi lex requirit qualitatem aliquam ad sui essentiam, ante omnia debet de illa constare plenè atque integrè: vt l.diuus. & l.Titius. ff.de testa.mi.& ibi notant Bart.& alij.& in l.diuus. 7
ij.col ff.de re iudi.& in l.j. §.quod autem.ff.ne quid in flumi. pu. Ad idem l.si quæramus.ff.de testa. & l. non ignorat.& ibi Bald.C.qui accu.non po. & glos. in c.in primis.ij.q.j.Abbas in cap.ex parte.ij.de offi.deleg.& in c.Abba.quod metus causa.& in c.pisanis. de resti.spolia. Ludo.in consilio clxvij.Franciscus de Aretio consil.clxv.col.viij.& in terminis huius l.tenet Bald. consilio cxxvj.in iij.parte.colũ.iij. versi.iij.incip.in Christi nomine,præmissis verbis.& consi.clxvj.incipiente,in Christi, &c. casus talis est.

3 ¶ De quibus qualitatibus debet constare, rei euidentia, vel notorietate facti: quando non subest aduersarius: vel si subest eo citato, & causæ cognitione adhibita: vt l.hæc autem.§.non defendi pupillum.ibi hoc autẽ cõstare debet.ff. ex quibus cau.in posse.ea. & ibi notant doctores. Ad idẽ l.fi.C.si per vim vel alio modo.glos.in cle.præsenti.de censibus.

4 ¶ Quod si forsan aliquis prætendens se vocatum ad maioratum,ingrediatur possessionẽ rerum maioratus, & superueniat alter, dicens se esse propinquiorẽ & verius vocatum:non potèrit propria auctoritate possessorẽ expellere ac possessionem inuadere nisi præcedat causæ cognitio parte citata:hoc est, ipso possessore: vt d.l.fi.C.si per vim vel alio modo.cum aliis de quibus suprà.etiam si contra ipsum vt est casus valde singularis in c.licet episcopus. de præbendis.lib.vj.& ibi notat Petrus de Ancharano. col.j.& Dominicus in iiij. & v.nota. nã & in delictis notoriis, requiritur citatio delinquentis:vt nota.in c.vestra, de cohabi.cle. & mu. quia nullum est delictum adeo notorium:quòd non possit habere excusationem ad euitationem pœnæ: vt dicit notanter Innocentius in c.præterea,de dila.facit c.dilecti. de accusationibus.& lex meritò.ff.pro socio.

¶ Quinimo adhuc sententia iudicis requirit probationes post se,quibus constet aliquem in eam incidisse, vt pulchre dicit Oldradus consilio ccxxvj. Incipiente,de toto themate.quem vide.Idem in sententia iuris:vt c.cum secundum leges,de hæreticis, lib.sexto.facit glos.in dicta clementina præsenti, de censibus. & in c.cupientes.§. quòd si per viginti. de electione,lib.sexto.

¶ Possessor ergo rerum maioratus non est illico spoliandus,nisi præmissa citatione, & causæ cognitione: vt textus singularis in l.j.§.necessario.ff.si ventris no.mu.in po.mi.vbi hoc apertè deciditur,quòd detentans rem non debet à detentatione deijci, nisi eo citato & causa cognita.& ibi notant Dinus, Barto.& alij recẽtiores,præsertim Albericus & Alexander de Imola in quadam apostilla.Hoc idem voluit in rubri.de consuetudine. versi.item quia. & in rub.de causa po.& proprie.fi.col.vers. quæro statuto. quem refert & sequitur Alexand. in apostilla ad Baldum, in l.ea lege.C. de conditio. ob causam. de quo etiam per eundem Alex. singulariter consilio xxxvij.primo volu. consilio lxxxj.lxxxij.in ij.volu. Incipit facti narratione. vbi multa ad hoc propositum deseruientia pro intellectu huius legis differit, quæ videas rogo.

¶ Idem in effectu concludit Raphael Cumanus consilio lxxxv. incipiente, quamuis.&c.videas Bal. in l.j.ad finem.C.de exec.rei iud.Inno. in cap. inter quatuor.de maio. & obedi.& ibi doctores.& Ludo. in leg. peregrè. §.finali. ad finem. ff.de acquirend. possessio. 6

¶ Vltimò ad prædicta facit textus notandus in l. hæc autem.§. prætor ait. ibi, (de possessione discedere iubeo) & melius in §.fin.in fi. ibi, ergo oblata defensione deiici poterit interdicto reddito.ff.ex quibus causis in po.ea.& ibi glos.in verbo. interdicto reddito.vbi colligitur;quòd actor missus in possessionem ex primo decreto tantum, & tamen non est ab ea deiiciendus nisi eo citato & causa cognita: & isto modo inductus ille textus probat idem quod dicta l.j.§.necessario. ff.si ventris nomine. tene ista duo iura perpetuò menti.quibus adde l.si legatarij. in fine.ff.vt legato cauf.caueatur. Ad idem facit glo. magna in dicto cap.licet episcopus.de præben.libr. sexto.dum vult quòd vsufructuarius functo vsufructu, non est spoliandus absque iuris ordine detentatione rei in qua habebat vsumfructũ per verum dominum, qui ciuiliter & naturaliter possidet.Ad idẽ cap.j.§.calidis. de prohibita feudi alie. ibi si reperti fuerint.vbi si vasallus vendat feudum: liberè reuertitur ad dominum quantum ad dominium & possessionem: si repertum fuerit hoc fecisse; vt ibi colligitur, secundum Baldum & alios & consequenter requiritur declaratio cum causæ cognitione parte ipsius feudatarij citata: vt suprà dictum est. Ad idem cap.j. in principio, si de feudo fuerit contro. inter dominum & agnatum. & in c j.de controuersia inter vasallum & episcopum.& ibi Andreas de Isernia, & Alexandrinus,vbi vasallus vocatus ad successionem fendi antiqui in quem possessio fuit translata, mortuo vltimo possessore,& feudum tertio retinente, aut possidente, vt domino, non potest propria auctoritate occupare: licet agere posset in iudicio, iuris ordine seruato, quòd mittatur in possessione.

Ad

8 ¶ Ad idem Cynus in l.ea lege. C.de conditio.ob causam. vbi stante consuetudine Franciæ, quòd in hæredem transeat non solùm dominium,sed etiam possessio, contra l. cùm hæredes. ff.de acquir.possessio.de qua consuetudine similiter facit mentionem Ioan.Fab.in §.retinendæ. instit.de interdictis. hæres ratione istius consuetudinis non poterit propria auctoritate occupare dictam possessionem si penes alium reperiatur, quasi possessor verus: nec intentabit interdictũ vnde vi,quod datur vero possessori:vt l.j.in fine. ff.quorum bonrum. Sed potius interdictum quorum bonorum, quod est adipiscendæ:vt ibi per eos.

9 ¶ Ad idem Abb.in cap.verum.in fi.de foro compe.vbi dicit,quòd licet ex pacto possit donator vel eius hæres intrare possessionem propria auctoritate rerum donatarum: non seruatis conditionibus: semper tamen debet præcedere declaratio & causæ cognitio & partis citatio super non seruatis conditionibus.

10 ¶ Ad idem facit quod voluit Dominicus in cap. præsidentes.de hæreticis,libr.sexto.vbi dicit, quòd hæreticus nõ possit bona possidere:& bona eorum à fidelibus possint occupari, in quos censetur transl latum dominium & possessio bonorum hæreticorum,ex quo ipsi non possunt possidere:vt cap. quo iure.& ibi glos.& doctores.viij.dist. tamen hoc debet intelligi facta declaratione eos esse hæreticos: vt cap.cùm secundum leges.eod.tit.& lib.

11 ¶ Ad idem Oldradus, consilio ccxxiij. vbi quasi in terminis huius legis, decidit quòd si mortuo vltimo possessore alicuius Comitatus: aliquis ex illo genere possessionem occupauerit, vel vt verius dicam,detentationem bonorum: nõ poterit sequens in gradu,ad quem verè Comitatus pertinebat: detentatorem propria auctoritate expellere:dicit tamen post alios celeberrimos doctores, quòd poterit intentare remedium restitutorium,tanquã spoliatus. quod videtur contra Cynum in d. l. ea lege. C. de conditio. ob causam. de quo paulo ante meminimus.Cogitabis. & vide Andræam de Isernia in §.illud.de prohib. feud. aliena. de quo suprà habita est mentio.

12 ¶ Ex prædictis concluditur, quòd lex ista quæ transfert possessionem rerum maioratus in sequentem in gradu, mortuo vltimo possessore: debet intelligi quando ille sequens in gradu est certus & determinatus:vt colligitur ex verbis istius legis: cũ dicit:Enel siguiente en grado. que segun la disposicion del mayoradgo deuiere succeder enel. Si autẽ inter duos vel plures est contentio super successione maioratus, & fortè lis pendet inter eos: neuter dicetur possessor, donec sit hoc decisum ad quem pertineat.

13 ¶ Sed si forte stante huiusmodi probabili dubio: vnus ex contendentibus præcurrat: & possessionem realiter apprehendat,ille dicetur possessor: & tuebitur in possessione, donec causa finem debitũ susciat: vt probat text.nota. secundum Rapha.Cuma. in l.Pomponius.§.quæsitum.ff.de acquir. possess.sequitur Alexand.in l.cùm hæredes.j.col. eod.titu.& Iaso.in l.si sorori.C.de iure deliber.allegant glos.in l. cùm miles.in verb.quasi. ff.ex quibus causs.maio.in fi.cùm dicit, nisi medio tempore fuisset ab alio apprehensa. Idem voluit Bartol.in l.j. §.j.ff.de bonor. possess.secundum tabu. vbi dicit, quòd si dispuratur inter duos quis est successor: quia vnus ostendit vnum testamentum, & alius aliud:eadem die confectum:ille qui primo natus est in possessionẽ præfertur,& erit possessor.idem dicit Bal.in proœm.Cod. §.quibus.in vij.nota. vbi vide plura quæ ibi addidi. Ad prædicta est casus notabilis in capit. si à sede. de præbendis.libro sexto. vbi si non apparet quæ collatio beneficij primo fuerit facta, erit potior condi tio possidentis.

14 ¶ Ad idem est casus in c.defuncto.si de feud.fue. controuer.inter dominum & agnatum. ibi respondeo filiam in possessione feudi manere debere: donec de ea iudicetur.facit l.quoties. C.de rei ven. eũ cui prior possessio tradita est,haberi potiorem,&c.

15 ¶ Ex istis infertur, q si est contentio inter duos vel plures super successione maioratus: & vltimus possessor invita vel mortis articulo:alterum eorum declarauit successorem,& possessionem rerum maioratus sibi reddidit,iste dicetur possessor,& tuebitur in possessione donec causa decidatur, tum per prædicta: quia præuenit in possessione: tum etiam quia declaratio vltimi possessoris operatur in fauorem declarati additionem quasi possessionis. ita notanter decidit Bald.in c.j.col.iij.de controuers. inuestituræ. allegat ad hoc textum,quem reputat vnicum in iure in l.gerit.ff.de acquir.hære. Item quando inter duos contenditur, & quilibet dicit se vocatum:ille admittendus est interim, qui per vltimũ possessorem fuit admissus. textus notab. in l. si quis seruum.§.si inter duos. ff. de legatis secundo. vbi si inter duos dubitatur de eodem legato, cui prius dari debeat: puta si duo eiusdem nominis amici testatoris veniant, eligere debet hæres cui soluatur, & ab eo defendatur, quia possessor. Ad idem l.si quis à filio. §. si plures. & ibi glos. & scribentes de legatis primo.

16 ¶ Non obstat ista lex cùm dicit, Aun que otro aya tomado la possessión dellas en vida del tenedor del mayoradgo, o el muerto, o el dicho tenedor le aya dado la possessión dellas. Quia intelligitur quando vnus & indubitatus est ille sequens in gradu: nam tunc possessio in eum transfertur, vt disponit ista lex: quanquam apud alium sit illa possessio, etiam de manu vltimi possessoris: & iste alius non erat de vocatis ad maioratum. Sed si essent plures contendentes super successione maioratus: quia fortè erant æquales in gradu, & alter eorum præuenit in possessione: ille erit possessor: & tuebitur in possessione, præsertim si vltimus possessor eam sibi, vt vocato ad maioratum tradidit: vt suprà dictum est. Ad hoc vltra prædicta facit textus notabilis in capitulo primo.§.quia vidimus. qui feudum dare possunt. ibi, in quos dominus velit hoc beneficium confirmare. Ex quo dicebat ibi Baldus,& sequitur ibi Præpositus, quòd si feudum debet deuenire in vnum, & est contentio in quem: ille præfertur, quem dominus declarauerit: ille autem qui habet maioratum, dicitur dominus ad vitam. vt lege quoties. C. de donationibus quæ sub modo. cum aliis, de quibus plenè dixi in tractatu maioratus. Item quia vsusfructus dicitur pars dominij; vt lege quarta. ff. de vsufructu. Stante igitur dubio quis debet in maioratu succedere, non transfertur possessio rerum maioratus virtute istius legis: ita notanter vult Alexander de Imola in suo consilio ccxxiiij. incipiente, Præstitis his, quæ in themate suprà dicto narrantur. secundo volumine.vnde ista lex debet intelligi de iusto vero & legitimo

tima successore maioratus.facit l. prima. §.hoc interdictum.iuncta glos. ff. de sonte, & l. finali. ff. de his qui vænsam ætatis impetra. Et quod voluit Paulus de Castro in l.prima,in principio.ff.de constituta pecunia.

17 ¶ Ad idem facit lex si fuerit.ff.de rebus dubiis.in principio. vbi si duo ex cognatis meis simul venisse dicuntur,impediuntur legata & libertates ratione contentionis ,& in nullum eorum transfertur possessio,nisi fiat declaratio per hæredem vel eum ad quem declaratio spectat: vt declarat ibi glo.in verbo,Sed & si legatum,allegat dictum §.si inter duos. Si ergo vltimus possessor volens declarare successorem in maioratu: & sibi tradidit possessionem tanquam successori in gradu post eum: bene transfertur in eum possessio virtute istius legis ratione declarationis vltimi tenentis , vt dictum est. Et tenet hoc idem Alexan. consilio xxxvij. colum. ibi. Item dicti decreti. primo volumine.

18 ¶ Prædicta tamen sunt sanè intelligenda:quando ista declaratio vltimi possessoris vel possessionis traditio,fuit sine fraude & dolo facta ei qui verisimiliter credebatur successor in maioratu , secus si fraudulenter & dolosè in præiudicium veri successoris ; nam tunc transfertur possessio in hunc verum successorem, vt disponit ista lex : quia fraus & dolus nemini debent patrocinari,vt sunt iura vulgaria:de quibus fraude, vel dolo,constabit ex perspicuis indiciis,vt plenè traditur in c.j.de renunciatione,libro vj.cum concordantibus.

19 ¶ Secundò intellige prædicta quando ista contentio inter duos,vel plures erat extraiudicialis.Secus si iudicialis quia lis pendebat inter eos : nam tunc lite pendente non potuit alter eorum præuenire in capienda possessione:vel ipse vltimus possessor declarare in fauorem alterius ex contendentibus:quoniam lite pendente : nihil potuit inuocari: vt per totum titulum , vt lite pendente ; & venit rescindendum vel reuocandum per viam attentati:vt c.non solum.de appellatio. libro sexto.vbi per glo. & doctores , modo lis pendeat inter ipsos contendentes:vel cum ipso vltimo possessore: vt de se satis patet,& firmat Baldus in l.ij.col.ij.C.quibus res iudicata non nocet. post Iacobum de Arenis & Cynum,qui ad paria iudicant litem pendere cum filiis vel hæredibus , vel cum eorum parente , tanquam cum fonte.

20 ¶ Quamuis autem declaratio vltimi possessoris nihil immutet quo ad dominium & proprietatem maioratus : in quo non sibi : sed primo instituenti succeditur:vt l.vnum ex familia,§.sed si vno.ff.de legatis secundo.& l.cohæredibus.ff.de vulgari & pupillari : cum multis aliis ; bene tamen præiudicabit quantum ad possessionem : quando sine dolo & fraude factum est:vt paulo antè dicebamus.

21 ¶ Regi sola administratio Regni est commissa, non rerum dominium. glos. & Barto. in proœmio Digestorum: quia iura Regnorum sunt publica , & consequenter in nullius bonis.l.prima. §. quædam. ff.de rerum diuisione.institut.eodem.in principio.

¶ Propterea Rex à regendo dicitur,quia res & iura Regni regere debet,secunda partita,titulo primo,l.sexta.si male regit perdit nomen Regis,& appellatur tyrannus.cap.scelus,secunda q.prima,notat Archi.in cap.regum.xxiij.q.quinta.Andræas de Ysernia.in cap.j.de prohibita feudi alienatione,per Federi.Bald.in l.eam quam.colum.vj. in fine. C. de fideicommissis in cap.primo.circa principium , de feudo marchiæ.Si autem Rex non bene regit:subditi non tenentur ad seruitia.l.j.ff.de constit. princip. nota.in l.ij.de his qui sunt sui , vel alieni iuris. Bald. in proœmio Digestorum, aliquid in rubric. ff.de rerum diui. rectè autem regendo,non potest alienare bona & iura Regni,vt plenè dico in ca. per vestras. de donationibus inter virum & vxorem. colú. cex. cum sequentibus.

22 ¶ Feudatario mortuo statim transfertur possessio bonorum feudalium in filium sine aliqua apprehensione.c.j. in fine , de feudi cogni. Paulus de Castro in l.j. §.fi.ff.de acquirenda possessione.Idem de re donata ecclesiæ.c.secundo, de consuetudine.

23 ¶ Idem bonorum ingressi in monasterium possessio quæritur monasterio sine apprehensione. Bart. in l.si adoptauero.ff.de præcario. & in l.qui vniuersas.§.aut si his.ff.de acquirenda possessione.Bald.in authentica nisi rogati.in fine.C.ad Trebellianum.& in authentica ingressi.iij.oppo. & in l.penul.§.cum autem.in fine.C.de sacrosanctis ecclesiis.nota. in c. quia ingredientibus.de testamentis.

¶ Item in prælatum. Barto.in l.cum hæredes. in principio.ff.de acquirenda possessione.& in d.l.j.in fine.& ibi Paulus de Castro.eodem.tit.

¶ Item in casu l.raptores, secundum Bart.ibi.C. de episcopis & clericis.Alexand.in l.si mora. col.ij. in fine.ff.soluto matrimonio. Item per licentiam intrandi possessionem propria autoritate. Inno.in c. ij.de cõsue.& ibi Host. & alij Flor. in l.seruitutes.ff. de serui. Bald. in l.j.C.communia de legatis. & in l. penultima.§. finali.C. ad Trebellianum. & in l.prima, in fine. C. de rerum permutatione , in fine. & ff.de acquirenda possessione. Abb. in d.cap.secundo de consuetudine.

24 ¶ Item per regulam constituti lex quod meo.ff. de acquiren.posse.vide alios casus per glos.in di.l.fi. C.de sacrosan.eccle.Bald.in l.fi.post principium.C. de edicto diui.Adri.tol.

25 ¶ Lex ergo potest facere quòd sine apprehensione transferatur possessio in sequẽtem: & multo fortius dominium,quòd facilius transit etiam sine possessione præsertim in iudiciis vniuersalibus, cum hæredes facti sumus.ff.de acqui.posse.l.si ager.& ibi Barto,ff.de rei vendit. &l. traditionibus. C. de pactis.& in l.sine possidetis. vbi Bald. C. de acquir. posse.

26 ¶ Tene perpetuò menti hanc legem,cum vult q̃ transeat possessio ciuilis & naturalis.

¶ Ex qua infertur, quòd poterit agere interdicto recuperãdæ contra possessorem: vt l.si quis fundum.C.ad legem Iulia.de vi public. cum similibus. Ad hoc facit lex j. titulo dela restitucion delos despojados.lib.iij.ordinamenti. Quæ vult quòd interdictum recuperandæ competit hæredi qui nondum est adeptus corporalem possessionem , etiam si intrans possessionem reperiit illam vacantem vel iacentem vt ibi dicitur,& tenet Barto. in l.cum miles in principio,per illum textum.ff.ex quibus cau.maio.& in dict.l.cum hæredes in principio.ff. de acquirenda possessione.

¶ Et istud tene,quamuis Bald.in authentica de functo,colum.ij.versi.non tamen credas.C.ad Tertullianum. Cuius memini in Repetitione rubricæ de donationibus inter virum & vxorẽ, folio xxxiij. colum.quarta.Alexand.consilio xxxvij. primo volumine.vide Bald.in l.prima,in fin.C.de appellatio.

& Car

& Cardinalis in c.contingit.super glo. iiij. de dolo & contumacia.in l.ea lege.C.de conditione ob causam.& in l.prima.in fine,versic.quid ergo. vsque ad finem.C.de rerum permutatione.& in c.primo ; de controuersia inter masculum & fœ. de benefi.& in rubrica de consuetudine;in rubrica de causa possessionis & proprieta.& in c. item cum quis. de restit. spoliato.sentiat contrarium,& Ioann. Fab. in §.sui autem. institutade hæredum qualitate & differentia.dicunt enim quòd ficta possessio, non tribuit interdictum recuperandæ : nisi dixeris , quòd illi loquuntur in possessione ficta : nos verò in vera quæ consistit in naturali & ciuili,quæ est vera possessio: nam licet traditio sit ficta,ipsa possessio est vera, secundum Barto.in l.ab emptione.ff.de pactis.

27 ¶ Item sicut iste possessor agit interdicto recuperandæ:poterit similiter agere vti possidetis,ex quo naturaliter possider , secundum Barto. & alios in l. prima,in principio,finali colum.& q.penultima. ff. de acquirenda possessione. dum loquitur de vsufructuario. Adde prædictis quòd decedente vasallo,interim qualis qualis possessio est apud hæredẽ: vt est textus vnicus in l. gerit pro hærede. ff. de acquirenda possessione,secundum Bald. in cap.j. col. iij versi.quid si interim , de controuersia inuestituræ.libro feudorum.quod tene mẽti. In feudis enim filius viuo patre intelligitur inuestitus,ac etiam possidere. & continuatur in eum possessio sine alia inuestitura:vt notatur in cap.j.de feudi cogna. tradit Bald.in l.cum antiquioribus.colum.sexta.versi.decimo.C.de iure deliberandi.cuius meminit Iaso in l.quoties.colum.x.C.de rei vendicatione.

28 ¶ Ex ista lege deciditur,quòd si tempore mortis vltimi possessoris rerum maioratus : aliqua res ipsius maioratus erat penes alium qui eam tenebat, possidebat sine vitio vtputa iure pignoris:quòd nihilominus transibit possessio ciuilis & naturalis in sequentem in gradu:quia possessio quæ est apud alium transit. vide Corsetum in tractatu de Rege. q. xxv.& plura quæ ibi cumular: nam hic dicit lex, q̃ etiam si possessor in vita transtulerit possessionem in tertium:nisi intelligas,quãdo hoc fecisset defunctus maliciosè:vt sequentem damnificaret. Cogitabis.Eo enim ipso quòd Rex dignitatem consequitur:habet dominium & possessionem omnium iurium & iurisdictionum Regni:quando de facto possidebat antecessor:alias secus.ita dicit Bald. in additionibus ad Inno.in ca. cum super: de caus.posse.& proprie. sed in hoc vltimo , contrarium vult ista l. cui standum est.

29 ¶ Sed est pulchra dubitatio , quòd si testator vel maioratum constituens prohibet successorem intraire possessionem rerum maioratus prius tradiderit certam summã pecuniæ filiabus vltimi possessoris.An obstante prohibitione, non transibit possessio in sequentem, adeo quòd si propria auctoritate intraret perderet ius suum: vidi alias in practica,& lis est sub iudice.

¶ Sed videtur attendenda intentio concedentis , ex verbis vel consuetudine regionis vel concedentis,& tunc seruabitur quod actum est:ita notanter decidit Ricardus Matha.in lege finali.ff.de iurisdict. omnium iudic. in fine. refert & sequitur Bald. in l.liberti.C.de operis libertorum.columna quinta. versicu. sed dubitatur. facit l. si seruus plurium. §.fina. de legatis secundo.& lege xl. in fine , suprà eodem.

Lex XLVI.

TOdas las fortalezas que de aqui adelante se fizieren enlas ciudades & villas & lugares & heredamientos de mayoradgo & todas las cercas delas dichas cidades & villas & lugares de mayoradgo assi las que de aqui adelante se fizieren de nueuo como lo que se reparare,o mejorare en ellas : & assi mismo los edificios que de aqui adelante se fizieren enlas casas de mayoradgo labrando,o reparando,o rehedificando en ellas sean assi de meyoradgo como lo son , o fueren las ciudades,& lugares,& heredamientos& casas donde se labraren : & mandamos que en todo ello subceda el que fuere llamado al mayoradgo conlos vinculos & condiciones enel mayoradgo contenidassin que sea obligado a dar parte alguna dela estimacion, o valor delos dichos edificios alas mugeres del que los fizo ni a sus fijos ni a sus herederos ni subcessores: Pero por esto no es nuestra intencion de dar licencia ni facultad para que sin nuestra licencia,o delos reyes que de nos vinieren se puedan hazer,o reparar las dichas cerca fortalezas mas que sobre esto se guarden las leyes de nuestros reynos como en ellas se contiene.

OMnia ædificia facta in bonis maioratus per viam ædificationis reædificationis vel reparationis:sunt ipsius maioratus : nec tenetur successor ad expensas:vel æstimationem earum vxori, vel eius hæredibus.

¶ De quo ego alias scripsi in rubrica de donationibus inter virum & vxorem.folio xxxij.fina.colum.alias col.ccciij.versi.ex istis etiam,tenens contrarium eius quod disponit ista lex.aliquibus rationibus & fundamentis de quibus ibi.

¶ Quibus addo l.iij.& ix. titulo delas lauores, foro legum. vbi si maritus & vxor constante matrimonio vineam plantarunt in terra mariti , vel domum construxerunt : mortuo marito eius hæredes habebunt vineam vel domum:& æstimabitur ædificium domus vel sumptus facti in vinea,& medietas æstimationis dabitur vxori vel eius hæredi.

¶ Ad idem lex finalis ad finem,titulo delas ganancias.lib.v.Ordina:vbi dicitur, quòd maritus potest alienare bona habita vel acquisita constante matrimonio:dummodohoc non faciat in fraudem vxoris. Si quidem maritus omnia bona constante matrimonio acquisita consumit in ædificiis & rebus maioratus:satis videtur in fraudem fecisse.Præsertim si dixeris possessorem maioratus vsufructuarium: nam vsufructuarius non tenetur meliorare, quin nec reficere rem in qua habet vsumfructũ , secundum Bart.in l.Nesennius.col.j.versi.quædam ex pensæ fiunt.ff.de nego. gestis.per l. inter fructuariũ, & l.damni.§.ei cuius,& ibi Bart.col.j. versi. opposi. quia ad fructuarium.& l.quamuis.ff.de damno infecto.Bald.in l.ij.col.ij.ver.simile videas in vsufructuario.C. de nego. gestis. & in l. quotem. §. qui maximos.column.quinta.versicul. sextò quæro.ff.de publicanis.Bald.in l.cum.C. de vsufructu.& in authentic.excipitur.quæst.pen.C.de bonis quæ liberis.vbi dicitur quòd vsufructuarius non tenetur ad refectionem domus,si magnos exigit sumptus:quod si fecerit , recuperabit à domino ; vt ibi dicitur. Si quidem maritus facit turrim vel magnum ædificium in rebus maioratus:cum non teneretur ad ta-

des sumptus, satis videtur voluptuosè & malitiosè in fraudem vxoris fecisse.

1 ¶ Siue autem dicas possessorem maioratus vsufructuarium vel similem feudatario vel emphyteotæ: siue dominum ad tempus, quod certius est: vt est textus nota. in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. vnde sumpta fuit l. Regni, v. partita, tit. iiij. l. vij. incipit fasta. facit glos. & Bart. in l. Titia. la j. §. Titia. col. 1 j. q. j. de lega. ij. notatur in l. donationes. §. species. & ibi Barto. ff. de dona. glos. in l. non quocunque. §. fundum. in versi. aberit. de leg. j. vtroque, casu videtur fraus fieri vxori & filiis. & contra leges Regni præallegatas.

3 ¶ Ista & multò plura deduxi in medium in curiis Taurinis, quando de ista lege facienda tractabatur, reputans ipsam iniquam; iuri & rationi aduersantem: sed non potui tantum clamare quòd essem exauditus. Ea autem die qua publicatio erat facienda, & leges communicãdæ cum glorioso Rege Fernando: graui oculorum dolore tentus, non potui adesse, vt huic legi pernicioso contradicerem: spero tamen secundum illius nequitiam, q̃ non diu subsistet: cùm paret viam fraudis contra vxorem & reliquos filios. Vnde non est disputandum de potestate facientis hanc legem, quia crimen est par sacrilegij disputare de potestate principis: vt l. ij. C. de crimine sacrilegij, sed de eius iniquitate agendum esset: caret enim anima ex quo ratione caret. vt l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. ij.

4 ¶ Et per hoc excluditur illud quod aliqui somniantes dicebant, quòd cum legitima filiorum possit per principem minui, vt c. Raynuncius. de testa. Sali. in l. sancimus. C. de nup. Barto. in authen. de hæredi. & fal. col. iiij. collat. j. potuit Rex per hunc modum prodesse filio maiori cum aliquali iactura aliorum fratrum: & consideratio bellissima ad paliandum legis nequitiã in fauorem primogenitorum, ac totalem miseriam aliorum: nam per hunc modum etiam alimentis debitis de iure naturæ priuabuntur. Armantur iura contra maioratus: vt strictissimè procedant, & quando euidentissimè constat 1 de mente constituentis: vt apparet ex legibus Regni de maioratu disponentibus: & nunc in fauorem maioratus, & contra pietatem sæuire volumus in miseros alios filios & vxorem. Vnus ex nobis ferè contra aliorum omnium sententiam, hanc substinuit legem: nescio qua secreta ratione ductus: in publico enim non potuit inconuenientia tolere: & aduersis telis & obiectionibus satisfacere. transeat do nec misericors Deus huic errori medelã adhibeat. 2

5 ¶ Castra siue fortalicia sicut de nouo construi non possunt sine licentia principis, lege vij. delos castillos. libro Ordina. & nota. in l. j. ff. de superficiebus. Barto. in l. ex hoc iure. colum. quinta. versicu. contra hoc oppo. ff. de iusti. & iure. ita nec refici: vt hic dicitur. & tenet Bald. in l. si vt proponis. la ij. in fin. C. de nuptiis. vbi videas bonam additionem. Canonistæ in capitu. Pisanis. de restitu. spol. de quo per Felinum in capitul. cum omnes. de constitutionibus.

6 ¶ Intellige prædicta nisi castellum fuerit regis, 3 nam illud sine Regis licentia poterit reparari. Bartol. l. secunda. in fin. ff. de noui operis nuncia. Iason in l. ex hoc iure. colum. iij. versi. sicut autem. ff. de iusti. & iure.

7 ¶ Custos castelli non tenetur domum de nocte aperire, etiam vero domino. vt l. iter. & ibi Flo. ff. communia prædiorum. quod nota.

Lex XLVII.

EL fijo o fija casado & velado sea auido por hemancipado en tòdas las cosas para siempre.

FIlius tunc demum liberatur à patris potestate, quando vxorem velatam duxit.

¶ Idem disponit lex sequens. Sed quid si fuit tracta sponsa sine velatione: Cogita. Approbat & declarat l. fin. titu. delos pleytos que deuen valer o no, foro legum, Ad idem l. vij. titulo delas lauoresy particiones, eodem foro. Istud est tenendum hodie quamquam plures leges ciuiles contra disponebant. l. filiæ licet. C. de collation. l. si vxorem. C. de condit. insertis. instit. ad orphi. §. primo. institu. de iniuriis. §. itaque. instit. de patria potestate. & de his qui sunt sui vel alieni iuris. cum multis aliis. vide infrà lege liiij. cum sex sequentibus. & legem infrà proximam.

Filius ergo qui vxorem velatam duxit est sui iuris verè non fictè, quia dicitur hic (sea auido) quæ important verè & ipso iure: vt per Barto. in l. si maritus: la secunda. §. legis. in versic. exemplum. ff. de adulte. emancipatus quidem dicitur libertati donatus. l. si viua. C. de bonis mat. l. cum oportet. §. cum autem. & ibi Bald. C. de bonis quæ liberis. de alia emancipatione vide iiij. partita, titu. xviij. l. xv. cum aliis.

Lex XLVIII.

MAndamos que de aqui adelante el fijo o fija casando se & velando se ayan para si el vsofructo de todos sus bienes aduenticios pueste que sea biuo su padre: el qual sea obligado a gelo restituyr sin que le dar parte alguna del vsofructo dellos.

VSusfructus rerum filij per matrimonium emãcipati: efficitur suus: & si pater exinde vsumfructum acceperit, tenetur restituere, & patris bona præsentia & futura erunt obligata. vt l. in omnibus. & l. si quis prioris. §. talem. C. de secundis nuptiis. itaq; nõ solũ in obligationis expressa, verũetiã in tacita veniũt bona præsentia & futura, ad hoc l. sic in pecu. C. de priu. fisci. quod no. pro assiduis. C. qui potiores in pign. ha. & l. fi. C. quæ res pign. obli. po.

¶ Fructus à patre percepti ex bonis filij postquam vxorem velatam duxit: tenetur filio restituere. Intellige si fuerunt liquidati. argu. l. j. C. si secundo nupserit. & ibi Bald. facta autem liquidatione, ferenda est sentẽtia certa expressa fructuũ quantitate, vt dicta l. j. & C. de sẽp. q̃æ sine certa quãtitate profe. per totum. & l. in summa. §. si quis fortẽ. ff. de re iudi. Intellige cũ agitur de fructibus præteritis. l. si quis missum. §. si quis iudex. ff. de damno infecto Bald. in l. cum propriam. iij. nota. C. si quis alteri vel sibi. ad idem l. iij. in fine. C. de inutili. sti.

¶ An procedat libellus in quo petuntur fructus 3 qui ascendunt vsque ad talem quantitatem, aliter non specificando, dic quòd sic, textus cum glo. in d. l. cum propriam. in verbo taxata. & ibi Cynus, Bal. & alij, nam ex qualitate fundi potest iudex considerare quantitatem fructuum. gl. in l. ij. C. de rescin. vendi. & l. si quis. eod. tit.

Fructus

4 ¶ Fructus percipiendos potest iudex condemnare sine expressione certæ quantitatis, quia est incerta. Bald. in d. l. prima. C. si secundo nupserit mul. & in l. terminato. col. j. vers. nota quòd sufficit. C. de fructib. & lit. expens. Ioan. de Imol. in l. si stipulatus. §. cùm stipulamur. ff. de verb. oblig. Angel. in l. si marito. §. fin. ff. solut. matrim.

5 ¶ In criminibus potest iudex ex suo officio super satisfactione damnorum condemnare reum, etiam si non fuerit petitum. Innoc. in c. cùm oporteat. de accus. vbi videas. Io. de Anan. & Bald. in l. ea quidem. col. viij. versi. item quæritur an in crimine. C. de accus. & in l. cum vendente. C. vbi causæ fiscal. & in l. cùm eorum. C. de senten. vide Felinum in d. c. cùm oporteat. p̃e. col. qui multa cumulat. vide Bal. in l. qui crimen. fi. col. versi. si enim. C. qui accus. non pos. vbi hoc limitat.

Lex XLIX.

MAndamos que el que contraxiere matrimonio que la yglesia tuuiere por clandestino con alguna muger, por el mismo fecho el y los que en ello interuinieren, y los que de tal matrimonio fueren testigos incurran en perdimiento de todos sus bienes, & sean applicados a nuestra camara y fisco, y sean desterrados destos nuestros Reynos, en los quales no entren so pena de muerte, & que esta sea iusta causa para que el padre & la madre puedan desheredar si quisieren a sus fijas que el tal matrimonio contraxeren: lo qual otro ninguno no pueda accusar sino el padre, & la madre muerto el padre.

1 MAtrimonium clandestinum contrahens, & testes, & alij qui interfuerunt ipso iure perdant 10 bona fisco applicanda, sintque exules à regno, & est causa exhæredandi filiam. Quando ista lex fuit composita, fuit magna altercatio inter nos Regis consilia rios: finaliter fuit concluſum, quòd per hunc modum poterat sustineri: quia adiuuat ius canonicum 11 prohibens clandestina matrimonia.

2 ¶ An autem habeat locum in sponsalibus de futuro clandestinè contractis: vide Anchar. cons. xvij. quem refert & sequitur Felinus in rubri. de sponsa. vide glos. in clem. j. de consang. & affinitat. in verbo contrahere.

3 ¶ An habeat locum in minore qui matrimonium tale contraxit per verba de præsenti, cùm iuris fictione sint sponsalia de futuro: vt cap. vno. de sponsi. impu. lib. vj. videtur quòd non: quia cùm matrimonium non teneat ratione minoris ætatis. c. vbi non est. c. literas. de sponsi. & per totum titulum de sponsal. impub. nisi postea conualescat matrimonium.

4 ¶ Idem videtur si matrimonium fuit per metum contractum, quia nullam. q̃. cum locum. eod. tit. nisi purgato metu postea remaneant in matrimonio.

5 ¶ Si constat quòd præcesserunt verbæ non tamen apparet an de præsenti vel de futuro: si fuerunt publicè prolata & palam, præsumuntur de præsenti: si clam: de futuro. Bald. in l. cum te. C. de donatio. ante nuptias. glos. in cap. illud. in verb. anulos. de præsumptionib. & in cap. tenor. de re iudic. & in capit. tuæ. de sponsi.

6 ¶ Matrimonium quando dicatur clandestinum. vide glos. in cap. cùm inhibitio. de clandest. despon. & ibi Host. & alij. vide leges Regni iiij. partit. tit. iij. l. j. §. fi. foro legum, titu. delos casamientos. l. j. Adde Bart. in l. ij. circa fin. C. de his qui publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt. libro x. vbi dicit quòd si de consuetudine aliquid consueuit fieri publicè, vt matrimonia: si aliquis faceret coram duobus testibus, dicetur fieri clam. l. si. ff. de ritu nuptia. Item quicquid taliter fit, quod nõ possit venire ad notitiam eius, cuius interest, dicitur clam fieri. l. clam possidere. in princ. ff. de acq. pos. vide multa quæ scripsi in rubr. de cland. desponsi.

7 ¶ Matrimonium clandestinum contrahens & interessentes ipso iure incurrunt pœnam de qua hic, vnde non est locus pœnitentiæ: vt est text. cum glo. in clem. ne in agro. §. quia verò. de statu regu. Abb. & Andræas Siculus in cap. ij. de solut. Bart. in auth. habita. C. ne filius pro patre. requiritur tamen sententia declaratoria: vt cap. cùm secundum leges. de hæret. lib. sexto. nota. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci.

8 ¶ An bannitus extra regnum, potest esse in ciuitate vel regno, postea regno nostro adiunctis. vide textum & Bald. & Salice. in l. etiam. & Bald. in d. l. j. col. ij. versic. & circa primum. C. de hæredi. instit. & in l. executorem. col. vj. versi. nam secundum. & vij. col. versi. modo ego quæro. C. de execut. rei iudic. glos. in cap. j. in princ. versic. guerram. in titu. hic finitur lex Corradi.

9 ¶ Hic habes vnam causam exhæredationis. Adde quòd ex eisdem causis ex quibus aliquis potest exhæredari, possunt ei alimenta denegari. glos. not. in l. si quis à liberis. ff. de liberis agnoscend. in versi. detulerat. & in l. fin. C. de alendis liber. tenet Bald. in authen. res quæ. C. communia de legat. vide Iaso. in l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. in princip.

¶ Circa materiam huius legis vide quæ scripsi in cap. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. versic. quarto. cum pluribus aliis.

¶ Et quoniam ista lex prohibet matrimonia clandestina: si fortè sponsus in Regio Senatu peteret q̃ sponsa poneretur in loco tuto, vt suam explicaret voluntatem, non esset audiendus: vt ex eo quo venit puniendus commodum reportaret. Sic pluries dixi, & facit lex lxxxj. infrà eodem

¶ Sed est pulchra dubitatio quam pridie habuimus in Regio Senatu: Filia cuiusdam Ioannis Bezerra incolæ villæ de Canta la piedra, clandestinum contraxit matrimonium cum Gundissaluo Nieto. Deinde filia pœnitentia ducta ingressa est monasterium de Madrigal religiosarum, quod potuit: quia nondum erat cognita carnaliter à sponso. capit. verum. c. ex publico. de conuersio. coniuga. l. Deo nobis. & ibi Bart. & Bald. C. de episcop. & cle. nunquid potuit à patre exhæredari? videbatur quòd sic: quia pœna exhæredationis quam incurrit, non videtur sublata per ingressum religionis: tum quia non potuit purgari, vt suprà dictum est: tum quia à pœna cõmissa religionis ingressus non liberat. gl. & doct. in d. l. Deo nobis. in verb. quasi ingratum. & ibi Bal. iij. col. versi. modo ex ista litera: qui hoc expresse fir 12 mat dicens, q̃ si filia contra patrem ingratitudinis causam commisit, poterit ab eo exhæredari: licet filia religionem ingrediatur. Religio enim omnẽ excludit maculam. auth. de monac. in prin. collat. j. de peccatis de quibus potest Deo satisfacere in monasterio: non tamen ingratitudinem propter quã potest exhæredari. Ad cuius confirmationẽ facit quod vult Inn. in c. gaudemus. de diuor. & alij sequuntur,

quod si Iudæus: vel Sarracenus crimen cõmisit, propter quod debet criminaliter puniri: licet factus Christianus post baptismum sit liber à peccato, nõ tamen à pœna corporali. vide in simili quod notat Io. An. in c. cum laici, de iure patro. Bald. in l. j. C. de plus petitionibus. facit ad prædicta textus, & quod ibi notatur in civno, de obligatis ad ratiocinia. vbi clericatus assumptus non liberat à ratione reddenda de his de quibus ante clericatum tenebatur: vnde ex his & aliis fuit conclusum, quòd pater poterat eam exhæredare. Sed matris iam defunctæ bona fuerunt sibi relicta: vt liberè de eis disponeret. Cogita.

Lex L.

LA ley del fuero que dispone que no pueda el marido dar mas en arras a su muger de la decima parte de sus bienes no se pueda renunciar: & si se renũciare no embargante la tal renunciacion lo contenido en la dicha ley se guarde y execute. E si algun escriuano diere fee de algun contracto en que intervenga renunciacion dela dicha ley, mandamos que incurra en perdimiento del officio de escriuania que tuviere, & de alli en adelãte no pueda mas vsar del, so pena de falsario.

1 LEgi fori legum libr. iij. titu. delas arras. l. j. quæ disponit quòd nemo possit dare vel promittere vxori pro arras vltra decimam partem bonorum suorum, renunciari non potest: tabellio qui huic renunciationi interfuerit perdit officium, &c.

2 ¶ De ista materia ego alias tractaui in rubr. de dona. inter virum & vxorem. col. xcix. cum sequentibus. versi. Circa illud. vbi posui differentias inter donationem propter nuptias, & constitutionem arrarum, videas per te.

3 ¶ An autem arrarum promissio, vel datio vltra decimam partem bonorum concedentis, vel renuntiatio super hoc interposita, firmetur iuraméto: scripsi in d. rubrica. col. cj. versf. hoc tamen intellige. cum sequentibus.

4 ¶ Intellige quod hic dicitur non solum quando arræ dãtur vel promittuntur ante matrimoniũ contractum, sed etiã si post: quia cũ sit donatio propter nuptias potest fieri post contractũ matrimonium. l. cum multæ. §. si igitur. & l. si constante. & ibi Bald. & Sali. C. de donã. ante nup. inst. de dona. §. est & aliud. à quibus sumpta fuit lex Regni, iiij. partita, ti. xj. l. j. ego scripsi in dicta rubrica de donationibus inter virum & vxorem. vbi supra.

5 ¶ Intellige hanc legẽ siue spõsus vel maritus promittat, vel cõcedat arras istas: siue parẽtes vel consanguinei: nõ enim possunt dare vel promittere nisi decimã partẽ bonorũ ipsius contrahẽtis matrimoniũ: vt d. l. j. delas arras, foro legum, & si huic promissioni notarius intercedat, incurrit pœnã huius legis quãuis parentes promiserint: cum eadem sit ratio.

6 ¶ Aduerte l. j. ti. delas arras. foro legum, prohibuit arrarum donationem vltra decimam partem bonorum dantis arras. Huic legi expressè poterat renuntiari per viam pactionis: vt voluit Ioã. An. in spec. tit. de feriis. §. si. versi. quid si renuntiatio. & tradidit Lãfran. in cle. sæpe. in ver. necessitatis. de verborum signific. propterea emanauit hæc lex renuntiationẽ prohibens, & super hoc non est amplius disceptandum.

7 ¶ Hic punitur notarius qui interfuit renuntiationi huius legis, quòd perdat officium eo quòd deliquit in officio. Si autem extra officium delinqueret per sententiam debuisset priuari officio. glos. nota. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. Barto. tamen in l. eadem. ff. ad legem Iuliam repe. dicit, q̃ in omni casu requiritur sententia. idem Bald. in l. j. viij. colum. C. de sacrosanct. eccles. & in l. j. ff. sena. & in l. j. C. de testa. & in l. militibus. & ibi Paulus de Castro. C. de testa. militis. & in l. in exercendis. C. de fide instrumen. Paulus in dicta l. si quis ex argentariis. §. j.

8 ¶ Notarius condemnatus in amissione officij, non potest amplius instrumenta conficere, alias punitur de falso vt hic nisi causa cognita, sit ei reseruatum per iudicem ius ipsum, quod potest, secũdum Barto. in l. si quis in principio. §. fin. de legat. iij. Bal. in l. iubemus. §. sanc. C. de sacrosan. eccl. & in l. depositum. C. depositi.

9 ¶ Notarius qui interrogat testes extra contenta in articulo, punitur in amissione officij, vt est pragmatica regni, folio ccxxxv. in fine. tenementi.

10 ¶ Notarius qui interfuit huic renuntiationi, pœnitentia ductus an' potest corrigere errorem suum, vide Specu. de instrumen. editio. versicu. rogatus. & versi. notarius. & versicu. sequenti. Barto. in l. si librarius. ff. de reg. iuris. & in l. imperator. ff. de statu. ho. Bald. in prima constitutione Codicis. §. ex præcepto. fina. col.

11 ¶ Si notarius fecit instrumentum promissionis arrarum cum renuntiatione dictæ l. valebit quantum ad decimam partem, non in reliquo. l. j. delas arras, foro legum: quia vtile non vitiatur propter inutile, quando vnum potest ab alio separari: vt regula iuris dicit, & habetur suprà l. xxvj. xxix.

12 ¶ Ex qua ratione videtur quòd si sponsus promisit vel dedit sponsæ pro arris tundum valentem plus quàm decimam partem bonorum sponsi, valebit quidem in decima solum non vltra, quia licet fundus sit vnus, poterit æstimari, & separari decima pars ab alio pluri: & ita vt separabile valebit in decima parte. argu. l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donationibus inter virum & vxorem. videas Cynum, & quæ ibi addo. in d. regula vtile.

13 ¶ Notarius condemnatus de falso potest publicare instrumenta sua ante condemnationem facta, & ea perficere: tenent doctores, Paulus & alij in l. prætor. §. sed si dominus. ff. de edendo. glos. in c. vt officium. de hæreticis. lib. vj. Bart. in l. ad testium. §. j. ff. de testa. & in l. barbarius. col. antepe. ff. de offi. præ. doctores in l. si arbiter. C. de sententiis.

14 ¶ Intellige hanc legem de renuntiatione expressa dictæ legis j. delas arras, foro legum: vel saltem dicatur, quòd renuntiat legi disponenti q̃ non potest quis arrarum nomine dare nisi decimam partem bonorum suorum: nam tunc notarius scribens incurreret pœnam huius legis. Secus si in constitutione arrarũ diceretur generaliter, quòd renunciauit omni legum auxilio: nam tunc non incidet in hanc pœnam: quia cum hoc sit speciali nota dignum, nõ venit in generali renuntiatione. l. item apud Labeonem. §. hoc edicto. ff. de iniuriis maxime in pœnalibus. regula odia. de regu. iuris, libro sexto. debet ergo specificè renuntiare prædictæ legi: alias non incidit in hanc pœnam. hoc not.

15 ¶ Sed est pulchra dubitatio, si promittẽs arras habet maioratũ, quomodo sit æstimatio maioratus vel eius fructus vel commoditatis, vt sciamus quanta sit decima pars pro arris promissa vel promittenda: scripsi plenè in tractatu maioratus.

Lex LI.

SIla muger no ouiere fijo del matrimonio en que interuiniere promisson de arras, & no dispone espressamente de las dichas arras. Que las aya el heredero o herederos della & no el marido, ora la muger faga testamento, o no.

1 ARræ vxori promissæ: debentur ei non marito, ex testamento vel ab intestato, nisi aliter de eis disposuerit. venit ad declarationem l. j. delas arras, forum legum; cum dicit. E si ella moriere sin manda. De hoc ego aliàs scripsi in rubrica de donationibus inter virum & vxorem, col. secunda, cum sequentibus, vbi de istis arris plenè dixi.

2 ¶ Iste arræ debentur vxori, & debet eas relinquere filiis si habet: alias si nõ habet, cui voluerit, etiam si secundo nubat, vt l. fœminæ. C. de secundis nuptiis. Sicut dicimus de bonis acquisitis constante matrimonio: quia illa non perdit mulier, quamuis ad secundas transeat nuptias: vt dixi in dicta rubrica de donationibus inter virum & vxorem. colum. de cima sexta. nisi fortè luxurioſè vixerit post mortem viri, vt dispõit lex de Mena, de qua memini dicta rubric.

Lex LII.

QValquier esposa ora sea de presente ora sea de futuro suelto el matrimonio gane si el esposo la ouiere besado la meytad de todo lo que el esposo le ouiereda 4 do antes de consumido el matrimonio ora sea precioso o no: y sino la ouiere besado no gane nada de lo que le ouiere dado y torne se alos herederos del esposo: pero si qualquier dellos muriere despuesde consumido el matrimonio que la muger & sus herederos ganen todo lo que seyendo desposados le ouo el spoſo dado no auiendo arras enel tal casamiẽto & matrimonio: pero si arras ouiere que sea escogimiẽto dela muger, o de sus herederos ella muerta tomar las arras, o dexar las & tomar todo loque el marido le ouo dado siendo con ella desposado. Lo qual ayan de escoger dentro de veynte dias despues de requeridos por los herederos del marido: y sino escogieren dentro del dicho terminõ que los dichos herederos escojan.

1 SPonsa de præsenti vel de futuro, interueniente osculo sine copula, acquirit medietatem omnium donatarum ab sponso. Si autem copula interuenit, mulier consequitur omnia sibi donata dum erat sponsa: si tamen arræ interuenerunt, ipsa vel eius hæres eligat quod maluerit: vel res donatas, vel arras: quam electionem facere debent infra viginti dies post requisitionem ab hæredibus mariti factam: & si infra tempus non elegerint, eligant hæredes mariti. hoc dicit ista lex notabilis.

2 ¶ De qua materia ego latè scripsi in rubri. de donationibus inter virum & vxorem. col. ij. cum tribus sequentibus. versic. contractis autem sponsalibus. vnũ addit ista lex ad iura antiqua, de quibus ibi dixi: quæ secundum communem sentẽtiam loquuntur in sponsa de futuro. dicit ista lex idẽ esse in sponsa de præsenti, quæ quodã respectu venit appellatione vxoris, vt tradunt doctores in rubrica de sponsa. signanter moderni: & consequenter videbatur non valere donationem sibi factam, sicut non valet vxori facta: ista lex dicit valere; & habenda distinctione osculi, quemadmodum in sponsa de futuro. Ex istis infertur vnum, quòd sicut non valet donatio facta vxori iam traductæ, sic nec sponsæ carnaliter cognitæ, quæ veritate inspecta propriè dicitur vxor. vide legem Regni iiij. partita. titulo xj. lege iij. & foro legum, lib. iij. delas donationes. l. iij.

¶ Sponsa acquirit medietatem eorum quæ sibi fuerunt donata osculo interueniente, soluto matrimonio: vt hic subditur. Intellige per mortem alterius eorum, vt cap. fi. & pe. de secundis nuptiis. tradit Bart. in l. si quis. ff. soluto matrimonio. & in l. rerum. ff. rerum amo. Idem si per ingressum religionis. c. ij. cum aliis, de conuersione coniuga. Si intelligas, sponso vel marito intrante religionem: res est clara, quòd sponsa lucrabitur medietatem non interueniente copula: & ea interueniente, omnia: vt hic dicitur. Sed si præsupponas sponsam intrasse religionem, quamuis intrare posset ante carnis copulam, vt dictum est: quia per eam stat quominus matrimonium consumetur per copulam: vel alias copula interueniente perseueret: maior est dubitatio. Sed mea sententia, cum sponsa tradiderit sponso osculum, iam illam medietatem est consequuta: vnde non debet illam perdere intrando religionem, & sic faciendo rem licitam & à iure permissam: quapropter non est facienda differentia, quòd sponsus intrauerit religionem vel sponsa: vt plenè scripsi in dicta rubrica de donationibus inter virum & vxorem. col. iiij. & v. cum sequentibus.

¶ Ex istis infertur vnum quod iam vidi in practica. Sponsus & sponsa contraxerunt matrimonium de præsenti, interuenit osculum: postea detectum est impedimentum consanguinitatis vel affinitatis inter eos: quapropter iudicio ecclesiæ fuerunt separati: an sponsa ratione osculi habebit sibi medietatem eorum quæ sibi donauit sponsus, vel fortè totum si copula interuenit: mihi saluo meliori iudicio, videtur quòd præsuppositio quòd neuter eorum fuit in culpa, quia ignoranter contraxerunt, & ignorantia fuit probabilis non crassa nec supina, ratione osculi sponsa consequetur medietatem; & si fuit cognita totum: quoniam iura antiqua quæ faciebant mentionem de osculo, voluerunt quòd stante eo interueniente, propter honestatẽ suam quã exponebat tradens osculum sponso: idem de carnali copula dicit ista lex. vnde non est quid imputetur sponsæ: & si forsan dixeris, quòd ista nõ loquitur nisi quando matrimonium morte soluitur: quod apparet ex eo quòd hic de sponsæ hæredibus subdit, quòd isti consequantur illud quod sponsæ debebatur: dicas idem esse in aliis casibus, in quibus sponsalia; vel matrimonium dissoluuntur, vtentibus sponsis vel coniugibus; quia eadem ratio subest, & per consequens eadem iuris dispositio. argum. l. eum pater. §. dulcissimis. de legat. secundo. nam ratio legis est ipsius omnia quæ ex identitate rationis extenditur: nõ solũ in dispositione principali. verũ etiam in casibus exceptis. c. quoniã frequẽter. §. in aliis, vt lite nõ cõte. c. cũ dilecta, de confir. vtili vel inutili. immo casus excepti à statuto simpliciter ex-

tendunrur ex identitate rationis.c. ad audientiam, de cleric. non residentibus. & ibi notat Abbas.

5 ¶ At ista lex ita disposuit, quia vt plurimum matrimonia morte dissoluuntur, vt c. pe. & vlti. de secũdis nuptiis; non tamen propterea debemus arctare legem, vt non habeat locum in aliis casibus in quibus subest eadem ratio: ergo eadẽ iuris dispositio. Idem per omnia dicerem quando spõsus fuit sciens impedimenti: illa verò ignara. per c. cum inhibitio. de clandestina desponsatione. vbi glos. nota. ad propositum, faciunt notata in regula sine culpa, de regu. iuris, lib. vj. si verò sponsa fuit impedimenti conscia, non autem sponsus: soluto matrimonio propter illud impedimentum, recuperat sponsus quod donauit sponsæ, etiam secuto osculo: vt vult glo. nota. in dicta l. si à sponso. in verbo, non interueniente. & ibi Sali. C. de dona. ante nup. Si autem vterque sciebat impedimentum est maior dubitatio: pro nunc videtur quòd melior sit conditio possidentis, tanquã omnia fuerint turpiter gesta: vt per totum titulum, de conditione ob turpem causam. Cogita.

6 ¶ Ex istis similiter infertur ad decisionem dubij: Si duo sponsalia contraxerunt, & interuenit osculum & aliqua dona ex parte sponsi: deinde alter eorum vel forte ambo transierunt ad sponsalia de præsenti: quibus prima sponsalia de futuro fuerunt rupta: quid fiet de istis donatis, præsertim si sponsus post res donatas & osculum diu se absentauit, quapropter parentes sponsæ eam alij tradiderunt in sponsam de præsenti: multa essent hic consideranda: quæ ad præsens propter temporis angustiam considerare nequeo. Cogitãdum relinquo ad aliud tempus, in quo maius dabitur ocium. Aliqui dicunt quòd si sponsa expectauit per triennium: non est quid sibi imputetur, vt l. ij. C. de repudiis. nota. in ca. de illis. de sponsa.

7 ¶ Ego verò in his & aliis similibus dubiis, potius considerarem legem istam, quæ principaliter se fundat super osculo & carnis copula, ad hoc vt sponsa vel vxor consequatur sibi donata à sponso: quàm iura antiqua, quæ voluerunt illa data, vt consequatur effectus matrimonij: quoniam & si illa sit principalis intentio, vt sequatur matrimonium: effi ciuntur tamen propria sponsæ propter illa media quæ solent interuenire contracto matrimonio, vide licet osculum; & carnis copulam: quibus maximè delectatur sponsus, cum aliqualiacura verecundia & incommodo ipsius sponsæ. Inferior enim ac minoris existimationis reputatur mulier postquam ab alio est osculata & forte carnaliter cognita, quã retenta omnimoda integritate: vt colligitur ex notatis in d. l. si à sponso. & in c. j. de adulteriis: ergo id quod his iustis mediis sibi acquisiuit; nó debeat postea perdere, faciens rem licitam & à iure approbatam. Sicut dicimus de aliis donationibus inter coniuges factis & confirmatis: illas enim non perdit donatarius, quãtis à marito seperatur vxor ex iusta causa, vel impedimento postea detecto. Cogita.

8 ¶ Quod autem hic dicitur, quòd per osculum consequitur sponsa medietatem eorum quæ fuerunt sibi concessa per sponsum, intellige quando post donationem interuenit osculum, non sic, si prius quàm eam desponsaret oscularetur, & postea donaret illa enim non consequetur: vt vult Bald. in l. si à sponso. argu. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxalibus. tale enim osculum ante sponsalia illicitum est & reprobatum, vt dicit glos. nota. in cle. fi. in verbo septimo. de hæreticis. glo. in l. j. ff. de variis & extraordi. crimi. tenet Bald. in l. si quis non dicam rapere. col. ij. C. de episco. & cle. vnde magis est detestandum: quàm præmiandum.

9 ¶ Ex eadem ratione idem dicerem de sponsa carnaliter cognita ante spõsalia: ne secutis sponsalibus ex illa copula non sibi acquirit donata à sponso. argu. textus in c. is qui. de sponsa. & c. de illis. & c. per tuas. de cond. appo. vbi per copulam carnalem matrimonium sub conditione contractum efficitur purum, si copula fuit sequuta: nam per eam recedit à conditione, non sic per copulam præcedentem, vt ibi: quamuis in cõtrarium faciat illud quod dicitur de illo, qui contraxit cum vnica & virgine, etiam si ipsemet eam antea cognouisset.

10 ¶ Superest adhuc alia dubitatio: Pone quòd osculum vel copula interuenit inter sponsos: deinde sponsus aliqua donauit sponsæ: erunt ne sua, sicut quando hæc interuenerunt post donationem?

11 ¶ An id quod ista lex disponit in donatis ab sponso, habet locum in donatis à parentibus, consanguineis, vel amicis sponsi? dic quod sic. glo. Cynus, & alij in l. cum veterum. C. de dona. ante nup. ego scripsi latè in rub. de dona. inter virum & vxorem. col. iiij. versi. quod intellige. vide in simili. Bald. per illum textum, in l. si præsidi. C. de donationibus ante nuptias. & ibi loquitur de sponso, qui dedit parentibus sponsæ.

12 ¶ Quo debet probare sponsus agens cõtra sponsam vel eius hæredes super rebus à se donatis, scilicet dedisse ob causam matrimonij, & causam non secutam. Bald. in dicta l. si præsidi. sed per istam legem sufficit probare quòd donauit sponsæ contractis sponsalibus: nisi e contrario probetur osculum vel copulam interuenisse. vt hic dicitur.

13 ¶ Quod hic dicitur de sponsa quod acquirit sibi donata à sponso interueniente osculo, non sic est in sponso cui sponsa aliquid donauit: vt plenè dico in rub. de donat. inter virum & vxorem. colum. vj. versi. & intellige: vbi plura refero. adde legem Regni, foro iuzgo. libr. iij. titu. lj. l. v. & for. legum, lib. iij. tit. de las arras. l. v. vbi inter cæteta dicitur, quòd si sponsus carnaliter cognouit sponsam, consequitur donata ab ea.

14 ¶ Si sponsus statim contractis sponsalibus misit sponsæ munera, quæ sponsa non recepit; fortè morte præuenta: vel quia nuncius noluit, vel non potuit ei tradere: an efficitur ipsius sponsæ vel hæredum suorum: dicas quòd si nuncius erat sponsæ, valuit donatio etiam matrimonio consummato tempore traditionis; vt per Barto. glos. & doctores in l. si sponsus. in principio. ff. de donat. inter virum & vxorem. Sicut enim si sponsæ traderet sponsus sic si eius nuncio sufficit, vt sua faciat. Sed si nuncius erat sponsi, secus est, nam consideratur tempus traditionis, quo casu si erat iam carnaliter cognita; non valet donatio, quia reputatur vxor.

15 ¶ Sed adhuc remanet dubium, si osculum inter sponsos præcessit donationem, vt in casu præmisso, an illud sufficit ad hoc quòd sponsa donata consequatur, ac si fuisset sequutam. Cogita, suprà tetigi.

16 ¶ Carnis copula hic ponderatur, ad hoc vt sponsa consequatur omnia sibi donata à spõso, quia per eam dicitur matrimonium consummatum. vnde si copula non interuenisset: quamuis sponsus sponsam traduxisset ad domum suam non diceretur matrimonium consummatum. ca. finali & ibi Anto. Abb. & alij

& alij de sponsa. reprobantes Io. An. ibi, qui contra 3
rium voluit: quamuis ergo sponsa fuerit traducta, nisi fuerit cognita carnaliter, non habet locum lex in omnibus donatis, sed solum in mediet ate interueniente oscu'o.

¶ Effectus aute m traductionis ad domum posui in dicta rub. de dona. inter virum & vxorem.

17 ¶ Nec facit ista lex differentiam an sint preciosa donata, vel non: vt faciebant antiqui; de quibus scripsi in d. rubrica de dona. inter virum & vxorem. colum. viij. cum tribus sequentibus. 5

18 ¶ Osculum hic ponderatur ad consequutionem donatorum per sponsum: ergo non sufficit si eã amplexetur sine osculo, quia cum ista sint separata & diuersa, ex separatis non fit illatio.

19 ¶ An vxor vel sponsa vel eius hæres qui semel elegit iuxta optionem sibi datam per istam legem, possit variare. vide notata in l. serui electione. in principio. ff. de legatis primo. & in l. apud Amphidium. ff. de optio. legata. & in regula, quod semel placuit de regul. iuris libro vj. vide legem Regni, sexta partita, titu. ix. l. xxv. & l. vnum ex familia. in principio; de legatis ij. 7

Lex LIII.

SI el marido & la muger durante el matrimonio casaren algun fijo comun, & ambos le prometieren la dote o donacion propter nupcias, que ambos la pagué de los bienes que tuuieren ganados durante el 8
matrimonio, & sino los ouiere que basten ala paga de la dicha dote y donacion propter nupcias, que lo paguen de por medio de los otros bienes que les pertenescieren qualquier manera: pero si el padre solo durante el matrimonio dota o haze donacion propter nupcias a algun fijo comun, y del tal matrimonio ouiere bienes de ganancia; de aquellos se pague en lo que enlas ganancias cupiere: y sino las ouiere que la tal dote, o donacion propter nupcias se pague delos bienes del marido, & no dela muger.

1 SI maritus & vxor simul, promittunt dotem filiæ: vel donationem propter nuptias filio communi: soluendum est de bonis constante matrimonio acquisitis quibus non stãtibus: ambo æqualiter soluent. Si tamen maritus dotẽ promisit filiæ, vel filio donationem propter nuptias, soluetur ex bonis constante matrimonio acquisitis: quibus non stantibus, soluetur ex bonis mariti.

2 ¶ Quod hic dicitur de patre solo dotem vel donationem propter nuptias promittente quod debeant solui de bonis acquisitis cõstãte matrimonio idem dicas si vxor sola promisit: cum sit eadem ratio, ergo eadem iuris dispositio. Si autem non sunt bona superlucrata: soluenda est de bonis paternis, cum dotare filiam, sit officium paternum. l. finali. C. de dotis promis. vel de bonis filiæ, patre defuncto. secundum Bald. & alios in dicta l. finali. Si quidẽm non sunt bona patris nec filiæ, soluenda est dos de bonis maternis. l. mater. C. de iure dotium. quarta partita, titulo xj. l. viij. vide quæ scripsi in rubric. de donationibus inter virum & vxorem. col. ccxxj. versi. ex prædictis. 3

¶ Adde quòd si mater dotauit filiam, videtur eam dotasse animo donãdi, vnde poterit filia petere legitimã. gl. nota. in l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. 4

¶ Dotis promissio obligat promittentẽ patrem vel matrẽ, etiã si fiat nudo pacto: vt l. generaliter. & l. ad exactionẽ. & l. pe. C. de do. pro. iiij. par. ti. ix. l. x.

¶ An filiæ semel dotatæ cuius dos perdita est, teneatur pater vel mater iterũ dotare: vide glo. Bar. & alios in l. si cum dotẽ. §. si post. ff. so. ma. Bal. in auth. res quæ. C. com. de leg. & in authen. quod locum. q. j. C. de colla. & in authen. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. Pau. consilio xiij.

¶ An expensæ factæ in exactione dotis minuant dotem sicut aliàs dotis fructus eam augent. l. dotis fructus. ff. de iure dot. Iustæ expensæ minuũt. l. Mæuio. §. fi. & ibi Bar. de leg. ij. glo. in l. j. ff. de impẽsis in rebus do. ta. Bald. in l. fi. C. de bonis mater. & in l. inj. C. de falsa ca. adie. lẽga.

¶ Dos incerta relicta vel promissa, debet arbitrio iudicis declarari: vt plenè dico in repe. rub. de dona. inter virum & vxo. col. xxxix. in fi. & in c. per vestras. colum. cccxxxiiij. verfic. considerabit. Adde Bald. in l. fi. C. de sen. quæ sine certa quã. proferũtur. Paul. de Cast. consilio xxxiij.

¶ Mater vna cum patre dotare potest filiam, vt hic: de quo ego aliàs scripsi, in rubrica de donationibus inter virum & vxorem. colum. xxxv. & in defectum tenetur vxor soluere medietatem, etiam de bonis dotalibus, si alia bona non sunt. per istam l. cum dicit. Delos otros bienes que les pertenecierẽ en qualquier manera. Ergo etiã si fuerint dotalia: cõtradictũ Spe. cuius ego facio magnũ festũ in ru. de dona. inter virum & vxo. co. ccxxv. in fi. versi. si autẽ. 6

¶ De materia istius legis scripsi latè in d. rub. col. cccxlix. versi. ex istis. & columna cccl. cum tribus sequentibus. 7

Lex LIIII.

LA muger durante el matrimonio no pueda sin licẽcia delu marido repudiar ninguna herencia que le venga, ex testamẽto, ni ab intestato: pero permitimos que pueda aceptar sin la dicha licencia qualquier herencia ex testamento & ab intestato, con beneficio de inuentario y no de otra manera.

VXor alicuius durante matrimonio non potest repudiare hæreditatem sibi delatam, ex testamento, vel ab intestato, absque mariti licentia: acceptare tamen sic: cum beneficio inuentarij. 1

¶ Quamuis enim filia alicuius per contractum matrimonij liberetur à patris potestate, & efficitur sui iuris: vt l. xlvij. suprà eodem. cum aliis; de quibus ibi: non tamem liberè potest contrahere vel quasi cõtrahere, vel hæreditatem adire sine mariti licentia: in cuius potestate intrare dicitur per matrimonium, vt infrà l. proxima. Prætermissa ergo mariti licentia in hæreditatis aditione, corruit aditio, vt hic. & sentit Bal. in l. fi. §. necessitatem. col. iiij. vers. item auctoritas. C. de bonis quæ liberis. vide Bart. in l. si autem. ff. de aqua plu. arc. Sicut nec minor. l. pupillorum. C. de repu. hære. 2

¶ Sed quid si maritus dedit vxori licentiam, vt hæreditatem repudiaret sibi delatam quæ ante repudiationem decessit: an licentia transeat in hæredẽ. vide Bald. in c. j. alias ij. de pace iura. firmanda. libr. feudorum.

¶ Sed pone facta conuentione inter maritum & vxorem post annũ à cõtractu matrimonij, iuxta le- 3

gem Regni,foro legum,libro tertio,titulo delas herencias.l.ix.quòd si decesserint sine filiis, superstes alteri succedat: an hoc casu vxor poterit repudiare hæreditatem sibi delatam: videtur quòd non per istam legem.Cuius contrarium videtur sentire Bal. in l.prima.v.colum.in fine.vers.xxv.oppono.C. qui admitti.& in l.cum proponas.ij.colum.vers.nec obstat.C.de hæredibus instituendis.loquendo in filio. vide etiam Bald.in l.cùm non solum. colum.ij.vers. pone habeo.C.de bonis quæ liberis.& vers. quæro quid in contractibus.vide & cogita.

1 ¶ De statuto prohibente vxorem testari sine licẽtia viri:quòd poterit ipsum virum hæredẽ instituere.Bald.in l.prima,in principio.vers.& si statutum. C.vnde vir.& vxor.

6 ¶ Repudiatio hæreditatis debet fieri eo tempore quo potest fieri aditio: vnde pendente conditione fieri non potest.l.is qui hæres. in principio.ff.de acqui.hære.& ibi Bar.& alij doctores.

7 ¶ An repudiatio vxoris cum licentia mariti noceat filio.vide Barto.in d.l.is qui.§.fi.vers.sed an pater.& in l.tutor. q.j.ff.de bonorum posse. Bal.in l.j. colum.ix.verfi. & in sexto puncto,C.qui admitti. & in l.ex repudiatione.C.de fideicommissis.

8 ¶ Repudiando hæreditatem,perdit alia lucra,ex ea.l.hæredes. & ibi Barto.C.de omni agro deserto. lib.xj.Sed vide eum.Bald.in authen.vnde si parens, ad finem.C.de inoffi.testa.& Angelum in l.j.ff.de acqui.hæredi.

9 ¶ Hæres ex testamento non potest renunciare successioni vt succedat ab intestato.l.hæres instituta.C.de impu.& aliis.An autem hæres repudiãs successioni ex testamento: videatur renunciare legitimæ:vide ibi Cynum & alios doct.

10 ¶ Adde quòd sicut vxor non potest repudiare hæreditatem sibi delatam absque mariti licentia,vt hic dicitur:sic nec maritus sine vxore.argu.l.magis puto.§.fundum.ff.de rebus eorum. vbi tutor nõ potest repudiare legatum factum pupillo:quia talis repudiatio est alienatio.vide ibi Bald.& in l.si emancipata.C.de iuris & facti ignor.Anchara.in ca.tua, de his quæ fiunt à præl.Barba.in repetitione legis cum acutissimi. C. de fideicommissis. columna clxvj. in fine.

Lex LV

LA muger durante el matrimonio sin licencia de su marido como no pueda hazer contracto alguno, assi mismo no se pueda apartar ni desistir de ningun contracto que ella toque, ni dar por quito a nadie del: ni pueda hazer cabi contracto,ni estar en iuyzio.faziendo ni defendiendo sin la dicha licẽcia de su marido: & si estouiere por si o por su procurador,mandamos que no vala lo que fiziere.

1 VXor alicuius matrimonio constante, non potest contrahere, nec distrahere nec quasi contrahere, nec in iudicio esse sine mariti licentia, nec procuratorem constituere.

2 ¶ Ista lex videtur concordare cum lege fin. De los pleytos que deuen valer o no.foro legum,& l.xj. delas deudas.quæ quidem leges voluerunt vxorem esse sub viri potestate: vt nihil sibi præiudiciale facere possit absque eius licentia:nec mirum cum propter mulieris primæ præuaricationẽ, maledicta fuerit:& sub viri potestate posita.Genesis c.iij.&xxxiij. q.v. §.mulier. vide Bald.in c.j.in fine.versic. quæro vtrum vxor an maritus succedat vxori.li. feudorũ. Iustum ergo fuit, q̃ vxor nihil præiudiciale facere potuisset sine licentia viri:tum quia fragiles sunt, & faciliter decipiuntur mulieres.Bald.in l.ij.versi.nota hanc rationem.C.de adoptioni. bonus text. in l. cum multi.C.de dona.inter virum & vxorem. c.forus,de verbo.signific. tum etiam quia ad maritum spectat damnum quod inde potest euenire, in cuius fauore est inductum. vt vult Bald. in l.j.C. vnde vir & vxor.in princi.vers.& si statutum.diligentius ergo aduertet maritus cuius interest, vt dolus & metus absit:vt per Bart.in l.transactione.C.de transa.de hoc ego alias plenè scripsi in rub.de donatio. inter virum & vxo.Adde Ludo.Ro.in l.pactum.col. vj.C.de coll.qui assignat duas alias rationes huius prohibitionis.

3 ¶ An vxor prohibita contrahere sine licẽtia mariti,potest testari absque eius licentia Bal.in l.si pater.in fi.C.de spon.loquẽs in filio prohibito cõtrahere sine licẽtia patris,dicit q̃ potest testari absque eius licentia.Ergo idem in casu nostro.

4 ¶ An ista licentia potest intervenire in ipso actu, aute,vel post.Bal.in l.si vxorẽ. C.de conditionibus insertis.sentit q̃ etiam ex post facto potest intervenire.vide infrà l.lviij.

5 ¶ An in contractu facto cum marito requiratur eius licẽtia.vide Bald.in l.j.col.j.ver. & si statutũ.C. vnde vir & vxor.Lud.Ro.in l.pactũ.col.vj. de colla.

6 ¶ Contractus qui prohibetur fieri ab vxore sine licentia mariti : est vltro citroque obligatorius. vt per Bart.in l.Labeo.la primera.§.contractu.de verbo.signifi.& in l.ij.ff.si certum petatur,in principio. Specu.de instrum.edit.§.postquam. versicu. item nunquid.

7 ¶ An stipulatio & diuisio sit contractus. Albericus in rub.& in l.j.col.ij.& iij.remissiuè. ff.si certum petatur.

8 ¶ An compromissum sit contractus. Io.de Imo. in c.si quando.de offi.delega.& Bald.in rub.si certũ pe,in fi.quòd non.Bald.in l.testamenta.C.de te.

9 ¶ An donatio sit contractus.Bart.in l.si donationis.C.quod metus causa.quòd non.

10 ¶ Intellige propriè,impropriè sic,siue largo modo, prædicti omnes dicuntur contractus, secũdum Bald.ibi.& vt omnes istos comprehendat ista lex,dicit:Contracto alguno.cap. si Romanorum. xix. didistin.c.quia circa.de priuilegiis,cum similibus.

11 ¶ Prohibitus contrahere, non prohibetur distrahere, vt hic colligitur: tenet Bald.in l.finali, in principio.C.si tutor vel cura.dicens,quòd appellatione contractus, non venit distractus. Ludoui. in l.pactum. colum.vj.in fin.C.de colla. tenet contrà, & verius.

12 ¶ Appellatione contractus non venit simplex renunciatio.Bald.in l.illue apud acta.col.j.versi.vterius nota.C.de transactio.& in l.pe.C.de dolo. & in rubrica.C.de pactis.& in l.j.in fine.C.si aduersus dona.& in l.de tutela.col.j.versi.nota hãc legem. C.de in integrum resti.Sali.in l.j.C.de pact.

13 ¶ Mulier prohibita contrahere sine licentia mariti,nõ potest aliquid remittere : quia remittere est dare.l.peculium,in principio.& ibi Bart.versi. item nota.ff.de peculio.Intellige si remittitur liquidum, alias secus.Barto.in l.actione.colum.ij.in fine.versi. alij soluunt.C.de trãsactio. & in l.transactio eodem titul.

titu.glos.& Paulus in l.contra iuris. in principio. in verb.facere.& in l.pactum.in princip.ff.de pact.per Canonistas in capitulo veniens. primo. de restitut. Adde quòd remissio continet in se pactum & conuentionem.Bald.in dict.l.j.col.j. versi.& ex hoc nota. C.de pactis.

13 ¶ An prohibitus contrahere, prohibetur quasi contrahere:dixi plenè in rubr.de donationib. inter virum & vxorem.versi.operatur alium. cum tribus sequentibus.ibi videas.

14 ¶ An vxor potest sine licentia mariti esse in iudicio in quo quasi contrahitur. vide ibi ad faturitatẽ.

¶ Et adde quòd vxor non potest esse in iudicio sine licentia mariti, etiam si causa sit criminalis: vt sentit ista lex, in quantum generaliter dicit: Enlo que a ella tocare.Ad hoc l.senatus.C.qui accus.non possunt.instit.de iniur. §. patitur. Vel saltem requiritur licentia iudicis. & ita debet intelligi l.prima. ff.de accusat.l.vxor.l.qui crimen. cod.titulo. C.& l. mulier.ff.de popu.actio. & lex Regni, foro legum, libro quarto.tit.delas accusaciones.l.ij.Cogitabis, quia est noua inuestigatio.

15 ¶ An vxor potest esse in iudicio vsque ad litis contestationem,dicas quòd non, per istam legem, quæ generaliter dicit: Ni estar en juyzio. Ergo nec ante nec post litis contestationem,quamuis in filio familias aliud sentiat. Barto.in l.cùm non solùm.§. necessitatem.versi.quo tempore.& Bald.ibi in versic. subsequenter quærit glos. C. de bonis quæ libe. & in l.j.iij.oppos.C.qui admitti.

16 ¶ Absente marito vel nolente dare licentiam vxori ad aliquid forsan vtile sibi faciendum : vel adstandum in iudicio, iudex causa cognita dabit sibi hanc licentiam.vt infrà l.lvij.lxx. Ad hoc l.in causæ. §. causa cognita. ff.de minorib. In hoc autem præuis sit minor annis xxv.secundum Bartol. in dicta l. cùm non solùm. §.necessitatem. C.de bonis quæ liberis.melius per Bald.ibi, versi.item filius familias. In hoc igitur summario iudicio potest vxor esse in iudicio vsque ad pronunciationem, & appellare à pronunciatione si opus fuerit, & illam prosequi: quia ex quo permittitur super hoc stare in iudicio: permittitur similiter omnia facere, sine quibus illud expediri non posset,&c. 21

17 Licentia mariti in contractu per vxorem faciendo requisita per hanc legem,est de substantia actus: vnde ea omissa,contractus est nullus:vt hic dicitur: tenet Bald.in l.comparationes. C.de fid.instrumentorum.col.ij. facit cap.j. de baptismo. & hoc tenet. quamuis idem Bald.in l.ad exactionem.in fin. C.de dotis promissione.contrarium sentiat. Facit quod dicit Bald in lege prima. columna antepen. versic. extra quæritur.C.qui admit.& Flor. in l.prima.col. iij.ff.si messor falsum modum dixerit. 22

18 ¶ Contractus factus per vxorẽ sine licentia mariti est nullus,vt hic : etiam si iuramentum interueniat.Bart.in l.is cui bonis.in fine.de verbor. obliga. & in l.si quis pro eo.circa finem.col.iij.versic.aduerte tamen.ff.de fideiussor. latissimè per Ioannem de Imola in repetitione capitu. cùm contingat. de iureiurando.

19 ¶ Contractus factus per vxorem sine licentia mariti non valet, etiam si sit vtilis marito vel vxori. Bartol.in l. cùm hi. §.eam. secundo notab. ff. de transactio. contra glos. ibi. quem etiam vide in §.si prætor. & Paul.de Castro consilio cccl.xxxiiij. incipiente,ad primum quæsitum. Sed Bald.aliter dicit in l.neque.C.de contrahend.& committen. stipulatenet enim, quòd lex ista debeat intelligi de contractibus damnosis. Pro quo facit l. sed mihi videtur.ff.commod.& l.si pupilli.ff.de negot.gestis.& l. fin.ff.de vsucapio.pro empt. & l.pupillis. §.tutor.ff. de auctor.tutor.& in l.non eo minus. C. de procur. hoc tenet Bart.in l.prima. colum.prima. versic. aduerte. ff.de aucto.tuto.Ludouic. Roma. in l.si quis mihi. §.si curam.ff.de acquirend.hæredi. bene facit quod voluit Bald. in l. quicunque. C. de bonis quæ liberis.cùm agit de alienatione rei ecclesiasticæ in vtilitatem ecclesiæ. Et ita potest saluari glos.in cap. sine exceptione.& in summa.xij.q.ij. & in cap. primo.de in integrum restitutio. Ad idem facit glos. notab.secundum Angelum in l.secunda.ff.de acceptilatio.& ibi Ioan. de Imola. vide Angelum consilio finali. Ad idem Bald. in l. contra iuris. in principio.ff.de pactis. & in l. cùm hi. §. etiam. post Gulielm. Andræas Siculus in rubric. de rebus ecclesiæ. columna septima.in principio.Ad idem l.prima. & ibi Bartol.in l.prima. C. qui legitimam personam. Bartolus in l. orationis. in fine. C. de curato.furio. & in l.cùm minorem.quæstione quinta. C.si aduersus rem iudicatam.

20 ¶ An autem valeat interlocutoria lata contra vxorem stantem in iudicio sine licentia mariti : vt quòd quis mittatur in possessionem in bonis vxoris ex primo decreto, videtur quòd sic, per legem si minor.ff.de bonis auctor.iudic.posi.l.contra pupillum.ff.de re iudic.tenet Bart. in l.fin. in prima & secunda col.ff.de in integrum restit.& in l.si præses. C.quomodo & quando iudex.

¶ An contra mulierem coniugatam currat præscriptio,cùm sit impedita agere. videtur q̃ non. l.j. in fine.C.de annali.ex glo.in c.auditis, de præscrip. Anto.& alij in c.cum non liceat. eodem titulo. nisi sit impedita agere de facto.Bart.in l.senatus. col.ij. oppos.v.ff. de offi.præ. Bal.in l.j.oppo. xxij.C. qui admitti.& in l.cum notissimi.§.illud.C.de præscrip. xxx. vel xl.annorum..in quibus locis dicitur, quòd impedito agere non currit præscriptio:cùm autem vxor sine marito agere non potest in iudicio,vt hic: ergo,&c.Præterea vxori prohibita est alienatio sine marito,vt hic. Contra prohibitum alienare nõ currit præscriptio. glos. & doctores in l.j.C.si aduersus vsucapionem.ergo,&c.

22 ¶ Item contra prohibitum alienare non potest vsucapi.l. alienationis. in principio. & ibi Barto.ff. de verborum significatio.glos.in l.prima C.de vsucap.pro empto.Bald.in l.filius familias.§.diui.finali col.versi.quæro vtrum.ff.de legatis primo. & in l.finali.versi.item nota.C.quibus ex causis in integrum restitu.non est necessaria.vibi tenet contrarium.vide Bart.in l.vbi lex. secunda oppositio.ff. de vsucapio.Abb.& alios in c.cùm non liceat.colum.iij.ver. & circa istam primam partem. de præscriptionib. qui pulchrè loquitur.

Lex LVI.

MAndamos que el marido pueda dar licẽcia general assi muger para contraher y para hazer todo aquello que no podia hazer sin su licencia : y si el marido se la diere , vala todo lo que su muger fiziere por virtud dela dicha licencia.

licentia generalis data vxori à marito, vt sine ea possit contrahere, &c. valet. Hoc maximè prodest quando maritus se absentat longa absentia, solet dare huiusmodi licentiam, vt inquit Ioan. Fab. insti. de acti. §. fuerat antea.

¶ Hæc licentia potest dari per epistolam. glos. in l. si cum dotem. §. si patri. in versi. oportet. ff. so. ma. & ibi Angelus & alij. facit l. honores. ff. de decurio. nota. in l. Titius. ff. de consti. prin. Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. in fine. ff. de acquirenda hæredi. & in l. j. ff. de contrahen. emptione. & istud tene, quam vis Areti. in c. sine meliori. xij. quæst. ij. sentiat contrarium.

3 ¶ Per licentiam generalem vxori datam poterit illa soluere creditoribus. l. si procurator. in principio. & ibi Barto. ff. de conditione indebiti.

¶ Item poterit facere, quæ faceret quisque diligens paterfamilias. Bartolus in dicta lege si procurator.

4 ¶ Item ea quæ maritus facere consueuit. Barto. in l. solutum. §. si. & l. vel vniuersorum. ff. de pignora. actio. l. si fraudator. ff. de his quæ in fraud. credit. & l. Scio. §. medico. ff. de ann. lega. Intellige de his quæ maritus consueuit facere ordinariè: non extraordinariè. Item potest vti illa licentia bona fide. Bald. in l. fi. in fine. C. de contrahen. emptione. 11

5 ¶ Sed per istam licentiam generalem non poterit vxor donare. l. contra iuris. in fine. ff. de pactis. l. procurator tutorem. & Barto. in l. procurator cui libera. in fine. ff. de procura. Bald. in l. fi. in principio. C. quod cum eo. etiam si dictum sit in licentia ad faciendum quicquid vult. l. j. §. j. ff. quod iussu. Idem si dictum sit, quòd vxor facere possit tanquam dominus de re sua: nam & tunc donare non potest. Bald. in l. j. C. de bonis maternis. & in d. l. fi. in fi. C. de contra. empt. nullo ergo modo poterit alienare vigore licentiæ generalis; sicut nec vigore generalis mandati. l. procuratorem. & ibi Bald. C. de procur. Bart. in d. l. si procurator.

6 ¶ Item non potest compromittere: de iure & de facto, nec fideiubere pro alio: vt tenet Paulus de Castro in d. l. contra iuris. §. fi. ff. de pactis. qui omnes loquuntur in mandato, non in licentia. Sed eadem ratio videtur, ad hoc dict. l. cum non solùm. §. necessitatem. C. de bonis quæ liberis. & ibi Bald. 1

7 ¶ An autem licentia data vxori ad contrahendum: expiret per primum contractum. Bart. in l. Titius filius. ff. de excu. tuto. tenet quòd sic. Bald. in d. l. cum nō solùm. §. necessitatem. v. colum. versi. quid si pater. Intellige nisi dictum sit etiam de futuris: quia tunc etiam ad alias causas extenditur, vt ibi: de quo plenè tradit Felinus in c. j. de treuga & pace. vbi multa enumerat. quæ inferuntur ex l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. significa.

8 ¶ Licentia generaliter concessa, non comprehendit casus fraudulentos. Baldus in l. j. colum. j. C. si quis omissa causa re. ea igitur quæ vxor fraudulenter faceret vigore huius licentiæ, non valerent. quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. c. super literis. de rescriptis. cum similibus.

9 ¶ Per hāc licētiam mariti: solum habilitatur persona vxoris ad contrahendum; quæ alias erat impedita in quibusdam: & in aliis inhabilitata: vt colligitur ex his quæ notanter dicit Bald. in lege mater. in fine. C. de rei vendicatione. versiculo extra nota.

10 ¶ Ex quo infertur vnum satis notandum, quòd in casibus in quibus vxor poterat ex se contrahere iure permittente: vt puta si vxor vendidit de bonis suis vt solueret debita ad quæ tenetur tanquam hæres parentum suorum, iuxta l. lxj. infrà eodem. tunc valet venditio irreuocabiliter interueniente licentia mariti: quia tunc persona habilis erat ad contrahendum, sed erat impedita obstante mariti potestate. Quando verò illa non solùm erat impedita, sed etiam inhabilis ad vendendum vel contrahendum, vt in alienatione rei dotalis: tunc etiam si interueniat licentia mariti per quam tollitur vxoris impedimentum, non tamen adeò validatur vēditio: quin vxor possit contrauenire, sicut potuisset vendente marito ea consentiente: quin & ipse maritus, vt vult glos. nota. in authenti. vna. in verbo hypothecæ. C. de rei vxo. actione. notatur in cap. si quis presbyterorum. de rebus eccl. non alie. Et secundum hoc debes intelligere dictam l. mater. C. de rei ven. & legem istam, cum dicit. Vale todo lo que hiziere por virtud dela dicha licentia. Aliquando irreuocabiliter aliquando reuocabiliter. Sicut in simili dicit textus cum glossa & ibi doctores, in l. cùm pater. §. à filia. de legatis secundo. tene hanc considerationem memoriæ.

¶ An autem & quādo maritus solus, vel vna cum vxore possit vendere res dotales aut parafernales, vide Bald. in dict. l. mater. C. de rei vendi. & in authentic. si qua mulier. & in l. j. C. ad Velleia. & in l. quoties. C. de iure dotium. Canonistas in cap. cum contingat. de iureiurando. & in capit. licet. eodem titulo. libro sexto. & in capitulo quamuis pactum. de pactis, eodem libro. in Repetitione Georgij Natam.

Lex LVII.

EL juez con conoscimiento de causa legitima, o necessaria, compela al marido que de licentia a su muger para todo aquello que ella no podria hazer sin licēcia de sū marido, & si compelido no gela diere, que el juez solo se la pueda dar.

IVdex causa cognita compellit maritum præstare licentiam vxori ad contrahendum, vel faciēdum ea quæ sine eius licentia facere non potest: quòd si facere nolit maritus, iudex eam præstet. hoc dicit.

¶ Et rectè quidem causæ cognitio debet interuenire in hac re, vt notanter dicit Baldus, quem sequitur Paulus de Castro & cæteri moderniores in l. sed si lege. §. prætor. ff. de in ius vo. facit l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minorib. Causa verò cognita cogitur maritus dare licentiā vxori standi in iudicio vel contrahendi vel faciendi actum quem ipsa sine mariti licentia facere non poterat, vt notanter volunt doctores antiqui & moderni in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio. vbi per Alexand. pe. col. ver. & per hoc dicebam Bald. in l. quoties. v. quæstione. C. de fideicommi. & in d. l. fi. §. necessitatem. j. colū. versi. secundo quæro. C. de bonis quæ liberis. & in l. ij. C. de suspectis tuto. Angelus de Aretio insti. eod. §. consequens. in fine. iudex ergo prius cogat maritum ad præstandam huiusmodi licentiam, & si nolit: tunc iudex eam præstet: vt volūt doctores prælegati. & Bald. in rubrica. C. de contrahēda emptio. col. xiiij. refert Alex. in d. §. eo autē tēpore. col. pen. versi. ex quo. Bal. etiā in rubrica. idē vult Bald. in l. furioso. C. de nuptiis. Salice. in l. dudum. C. de contrahend. emptio. Bald. in l. j. fina. col. C. qui admitti. Abbas in cap. nullus. per illum text. secundo notab. de iure patro. vide Specul. de offic. iudic. ordin. §. j. versi. item vxor timens agit officio iudicis pro licentia sibi danda, vel à marito, vel eo nolente ab ipso iudice. 1

2 ¶ An per licentiam quam præstat maritus vxori in casu huius legis, obliget maritum: perinde ac si ipse promisisset. Barto. in l. Lucius. ff. de auctо. tuto. loquens in patre consentiente filio: videtur sentire quòd sic. & Spec. de iudic. §. ij. versic. ratihabitione. glos. & Bart. in l. j. §. si is qui nauem. in fine. ff. de exercit. Sed Bartol. in d. l. Lucius. in fi. aliter sentit. & in l. si cum dotem. §. transgrediamur. col. ij. versi. sed quæro an sufficiat. ff. soluto matrimonio. vide eum distinguentem & Bald. in l. fina. §. necessitatem. finali colum. versi. quæro vtrum sufficit. C. de bonis quæ liberis. videas Modernos in dict. §. transgrediamur. Ex quorum dictis elicitur ista conclusio, quòd si vxor facit actum vel contractum super re sua: licentia mariti eidem marito non præiudicat, vt ipse in aliquo teneatur. solum enim operatur licentia mariti, quòd valeat actus vel contractus vxoris, nec maritus poterit contrauenire: hoc probatur apertè in l. prima. & ibi notat Bartol. in secundo notab. C. si in commui eademque re in integrum resti. postu. Si verò maritus præstat licentiam vxori faciendi actum vel contractum super re principaliter spectante ad ipsum maritum: sibi ipsi præiudicat, ac si per se ipsum fecisset. 2

3 ¶ Pone reperitur actus vel contractus factus per vxorem post decem annos: non tamen apparet de licentia mariti, nunquid ex lapsu tanti tēporis præsumitur interuenisse, dicas quòd sic. Bald. in l. qui in aliena. col. j. versi. & per istum textum dicendum. ff. de acquir. hæred. & ibi Ange. versi. sed si adiecerit. & communiter alij recentiores. idem Bal. in l. ij. C. de legit. hæred. facit l. si filius. & ibi Bal. & alij in fi. C. de pet. hære. gl. & doct. in c. peruenit. de emp. & vend. 3

¶ Tanti enim temporis lapsus facit præsumi solennitatem non solùm intrinsecam, sed etiam extrinsecam, secundum Angel. in dict. l. qui in aliena.

¶ Et etiam ratihabitionem. Ludo. in d. l. j. col. ij. C. qui admitti. & Bald. in d. l. ij. C. de legit. hæred.

¶ Item facit præsumi omnia solenniter acta, secundum Innoc. in c. bonæ. de electione.

4 ¶ Vnde diuturna patientia patris, facit præsumi consensum eius & additionem & agnitionem bonorum possessionis: vt voluit Bald. in d. l. si eius. C. de legitim. hæredib. 4

¶ Eodem modo faciet præsumi licentiam mariti in contractu vxoris præcessisse. secundum Bald. in d. l. si filius. C. de petitione hæred.

5 ¶ Si marito ad inopiam vergente, vxor petit ab eo dotem: non est necessaria mariti licentia. Tenet Alberic. in l. vbi adhuc. in fin. C. de iure dotium. ego refero in c. per vestras. de donationib. inter virum & vxorem. col. cvij. versi. ampliabis.

Lex LVIII.

EL marido pueda ratificar lo que su muger ouiere fecho sin su licentia no embargante que la dicha licencia no aya precedido, ora la ratificacion sea general o especial.

MAritus per ratificationem generalem vel specialem potest ratificare ea quæ vxor sine eius licentia fecerat, in quibus eius licentia requirebatur. Pro intelligentia istius legis multa potuissemus dicere de consensu, consilio, auctoritate, & licentia: an & quando debent actum præcedere, vel cum eo interuenire, vel postea sequi, quæ plenissimè tractāt doctores in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. possess. & in l. prima. C. qui admi. vbi recentiores antiquos referunt & multa cumulant, ex quibus posset sumi ratio dubitandi: quæ nos Iurisconsultos Regis Consiliarios ad hanc legem condendam induxit: de quibus voce plenissimè disseruimus: quibus omissis, vnum mihi tanquā præcipuū relatu dignū videtur in medium adducendum:

¶ Hæc lex, & aliæ antiquiores Regni, ad validitatem contractus vel alterius actus præiudiciales per vxorem faciendi, requirunt mariti licentiam: de cuius natura est quòd debeat præcedere actum: vt concludunt doctores prælegati. est textus in c. non est de regularibus. & in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remissio. vbi plenè dixi in meis recollectis. Si autem debet præcedere, non potuit sequi. Hic vtvides, disponitur contrarium: cuius ratio est, quia non est ista propria licentia: immo magis dicitur consensus, vel saltē accedit ad naturam consensus: vt declarat lex Regni, j. parti. tit. xiiij. l. ij. dicens; Licentia en latin; y otorgamiento en romance, todo es vna cosa. Quapropter nonnulli sapientes antiqui in contractibus quæ fiunt per vxorem, vnà cum marito, dicebant: Con licēcia auctoridad otorgamiento, y espresso consentimiento, &c. Non assentientes quòd ista sit propriè licentia: cùm magis tendat ad consensum. Propterea omnes in condenda hac lege fuimus concordes, quòd tanquam consensus potuisset sequi. videas quæ retigi suprà l. xlij. in princip. & in rubric. de donat. inter virum & vxorem. vide etiam Bald. in l. j. col. iiij. versicu. decimo nono oppo. C. qui admit. & nota. in regula ratum. & in regula ratihabitionem. de regulis iuris, libro sexto.

¶ Ratificatio potest fieri parte absente; vt per Bartol. in l. Pomponius. col. iij. versicu. item quæritur. & l. dispensatorem. ff. de negot. gestis. & in l. gerit. ff. de acquir. hæredit. & in auth. sacramenta puberum. col. j. versic. quæro quando adeat. C. si aduers. ven. & in l. quo enim. in fine principij. ff. rem ratam habe. Bald. in rubr. C. qui admit. col. iij. in fi. versicu. item si hæreditas. & ibi Angel.

¶ Quamuis alias ordinis peruersio viciet: vt puta si actus geritur ab vniuersitate, non præcedente tractu, immo secretò, secundum Innoc. in cap. cùm dilecti. in versic. contrariam. de emptione & vendi. Bald. in l. mancipia. C. de rebus alie. non alienandis. Innocen. & Abb. in cap. cùm vos. de his quæ fiunt à præla. Sic licentia propriè debet præcedere: & secuta nō ratificat actum, vt suprà l. xlij. nisi per viam ratificationis ratificetur actus ab eo qui debuit dare licentiam, vt ibi, & hic.

Lex LIX.

QVando el marido estuuiere absente y no se espera de proximo venir, o corre peligro en la tardanca que la iusticia conoscimiento de causa seyendo legitima, o necessaria, o pronechosa a su muger pueda dar

dar licencia ala muger la que el marido se auia de dar, la qual ansi dada vala como si el marido se la diese.

ABsente marito, causa cognita dat licentiam vxori ad contrahendum: quam maritus erat daturus.

1 ¶ Maritus absens habetur ac si esset præsens, & non consentiret: vt dicit Bald. in l. fi. §. necessitatem. col. j. C. de bonis quæ lib. Si enim præsens contradiceret, cogitur consentire, vel saltem iudex consentiet pro eo, vel licentiam præstabit. vt suprà l. lvij. ergo eodem modo quando est absens illud faciet: præsertim si dicamus prout dicebat Bald. in l. fi quis. fi. colum. versic. dubitatur hic. C. de testibus. quòd absens habetur pro contradicente: sed Bar. in l. si eum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. dicit. quòd non habetur pro contradicente: nisi expressè contradicat. de quo per eundem Bartol. in l. quæ dotis. col. vj. in vers. & primo quæro an absens. eodem titulo.

2 ¶ Procedunt ista quando maritus est absens longa absentia, non si statim est reuersurus, vel de proximo, vt hic dicitur à contrario sensu: non enim dicitur abesse qui statim est reuersurus. l. si longius. ff. de iudic. Ad idem cap. j. in princip. ij. col. versicu. & expectandi. de consuet. recti seu. & ibi Bald. notatur in l. prætor. §. si post causam. ff. de vaca. muner.

¶ Et expectabitur per duos menses non vltra. l. aufertur. §. qui compensatione. ff. de iure fisci. l. Lucius. ff. qui fine manumissione ad libertatem peruenerunt. vide.

¶ Vel iudex diffiniet tempus, ex quo non est à iure definitum. l. j. ff. de iure deliber. notatur in simili in l. omnium. ff de procur. & in l. si quis instituatur. 3
ff. de hæred. instit. & l. de die. in princip. ff. qui satisd. cogan. & in l. si seruus. ff. de bonis auctor. iudic. possidend. & in l. diffamari. C. de ingen. & manum.

3 ¶ Ad hoc autem quòd iudex compellat maritum præsentem dare licentiam, aut absentis loco ipse concedat, oportet quòd prius ipsum maritum moneat vt consentiat vel licentiam præstet si est in loco vbi requiri potest. iuxta nota. in l. fina. ff. de in integrum restit. tenet Bald. in dict. cap. j. de consuetudine recti feudi. bene facit l. j. §. ij. ff. quod cum falso tutore. & supra l. lvij.

4 ¶ Causæ cognitio requiritur ad hoc vt iudex suppleat vicem mariti absentis, sicut in præstanda auctoritate: vt per Bart. in l. Sed si hoc. §. sed si hoc. §. ait prætor. ff. de in ius voc. nisi in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. vt per Bartol. in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de transactio.

¶ Fit autem ista causæ cognitio officio iudicis mercenario, nec requirit libellum, secundum Bart. in l. quæ omnia. §. fin. in fi. ff. de procur.

¶ Fit etiam sine partium præsentia per solum iudicem, secundum Innoc. in cap. ex parte. in verbo, ministrari. de accusat.

¶ Ideo parte non petente fieri potest, immo iudex ex suo officio prouidere potest ne bona pereant. Bartol. in authent. si omnes. C. si minor factus ab hæreditate se absti.

¶ Sed quamuis ista sit causa summaria, debet plenè probari. Bald. in l. j. col. j. versic. sed quæro. C. vt 6
in possef. leg. Bartol. in l. Carbonianum. §. causæ. ff. ad Carbo. nulla enim est causa summaria quantum ad probationem. vt dicit glos. in clem. sæpe. de verborum sign. in verb. defensionis. Intellige quando agitur de magno præiudicio, secus si de leui: quia tunc sufficit iuramentum. Sed de quali quali: qualis qualis probatio sufficit. Bartol. in l. si quis à liberis. §. si quis. versic. quæro in istis summariis. ff. de liberis agnoscendis.

¶ Falsa causa viciat decretum iudicis ipso iure, etiam si non sit expressa. Bart. in l. Seiæ egressæ. versic. sed dic quòd differentia. ff. de tuto. & curat. datis ab his qui. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & in l. instè possidet. paulo post principium. ff. de acquir. posse. & in l. si is ad quem. colum. j. ibi secus in decreto. ff. de acquirenda hæred. & in l. si præses. C. de prædiis minorum.

Lex LX.

QVando la muger renunciare las ganancias, no se obligada a pagar parte alguna delas deudas que el marido ouiere fecho durante el matrimonio.

VXor quæ lucris constante matrimonio acquisitis renunciat, non tenetur ad solutionem debitorum durante matrimonio contractorum. alias sic: vt foro legum libro iij. tit. delas deudas. l. xiiij. & stilli l. ccvij. versic. E como quier.

¶ Sed si post renunciationem vxoris de lucris constante matrimonio habitis, maritus factus est locupletior, vxor nihil habebit. instit. pro socio. §. illud. tenet Bart. in l. quia poterat. in fine. ff. ad Trebe. nisi maritus dolosè vxorem induxisset ad talem renunciationem: vt in simili dicit glo. in l. quisquis. C. de rescindend. vendit.

¶ Itaque non solùm potest vxor à principio renunciare lucris quærendis constante matrimonio: vt plenè dico in Repetitione rubricæ de donationibus inter virum & vxorem. colum. ccx. vbi vide. sed etiam habitis: vt vult ista lex.

¶ Intellige dummodo in huiusmodi renunciatione dolus absit, & vxor scienter renunciationem faciat. Dolus enim aliquando committitur sine vi, quando velatis verbis quis inducitur ad faciendum quod alias non faceret: & dicitur dolus simulatus. l. ea quæ. §. fin. ff. de contrahenda emptio. qui re ipsa interuenit: sicut in casu l. si quis cùm aliter. ff. de verborum obligationib.

¶ Item dolus est obscurè loqui, vt non intelligatur, secundum Bald. in l. fin. quæstio. xiiij. C. de hæredib. instit. & est abscondita mentis machinatio. l. fi. & ibi Bald. C. de litigio.

¶ Talis autem dolus non debet patrocinari doloso: l. verum. §. hoc quoque. ff. pro socio. glos. in l. Titio. in principio. ff. ad municipales. Bald. in l. si infantem. C. de lega. Pactum enim dolosum infringitur doli exceptione. l. cùm postea. C. de pact.

¶ Dolus etiam in principio adhibitus nocet. Specul. de rescripti præsentatione. §. ratione autem impetrantis. versi. quid si impetrans.

¶ Dolus autem præcedens præsumitur perseuerare etiam quando non est coniunctus cum actu. glos. & Cyn. in l. si contra. C. de nupt. Bald. in l. j. in fi. C. si quis aliquem testa. prohib.

¶ In factis occultis dolus præsumitur propter clandestinitatem. Bald. in l. error. iij. col. C. de iuris & facti ignor. & in l. fin. C. de rit. nupt. & in l. prima. C. de interdicto matrimonio.

¶ In mul

7 ¶ In mulieribus asserentibus se læsis, præsumitur dolus. glos. & Bald. in l. cùm postea. C. de pact.

¶ Item præsumitur dolus in eo, qui mendacium dicit: si sentit lucrum. l. eleganter. §. idem Pomponius. & ibi Bart. ff. de dolo. & l. nec exemplum. C. de fals. Bald. in l. falsus. C. de furtis.

8 ¶ Dolus probatur ex coniecturis. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. dolum. C. de dolo. glos. in capi. fin. de renunciat. libr. vj.

Lex LXI.

DE aqui adelante la muger no se pueda obligar por fiadora de su marido, aunque se diga & alegue que se conuertio la tal deuda en prouecho dela muger: & assi mismo mandamos que quando se obligare a marcomun marido & muger en vn contracto, o en diuersos, que la muger no sea obligada a cosa alguna, saluo si se prouare que se conuertio la tal deuda en prouecho della: ca estonces mandamos que por rata del dicho prouecho sea obligada: pero si lo que se conuertio en prouecho de ella fue enlas cosas que el marido le era obligado a darle de comer & las otras cosas necessarias: mandamos que por esto ella no sea obligada a cosa alguna, lo qual todo que dicho es, se entienda sino fuere la dicha fianca o obligacion a mancomun por marauedis de nuestras rentas, o pechos, o derechos dellas. 4 5

VXor non potest pro marito fideiubere: etiam si debitum dicatur in vtilitatem vxoris conuersum. Item si maritus & vxor in eodem vel diuersis contractibus obligentur, vxor ad nihilum teneatur, nisi quatenus probetur debitum in vxoris vtilitatem conuersum: nam tunc pro rata vtilitatis suæ tenebitur, nisi fortè ad illa maritus vxori teneretur, vt victum vestitum, & similia, pro reditibus tamen regalibus vxor obligare se potest, & fideiubere. h. d.

¶ Tota ista lex (sicut & multæ aliæ) versatur in fauorem mulierum. sumpta ex authentic. siue à me. C. ad Velleia. & à lege Regni foro legum, lib. iij. tit. delas deudas. l. xiiij. vxor non potest pro marito se obligare vel fideiubere: maritus tamen pro vxore bene potest: secundum Baldum in l. iij. in fi. C. ne vxor pro marito. & in hoc vt vides, ad imparia iudicantur. Si autem vxor pro marito intercedit, iuuatur beneficio Velleiani: vt per totum titulum. ff. & C. ad Velleia. & v. partita. titu. xij. l. ij. & iij. Intellige quando vxor interceßit pro marito per instrumentum tribus testibus subscriptum: si autem per simplicem scripturam, tuta est ipso iure beneficio legis antiquæ. §. fin. C. ad Velleia. de quo per glos. in dict. l. ij. titu. xij. v. parti. vide glos. & Cynum in dict. l. antiqua. §. fin. & in auth. si qua mulier eodem tit. glos. & Bart. in l. quæ fuerit. ff. de repud. & quod notatur in l. tertia. ff. de fideiussor. Specul. de actio. & oblig. §. j. versic. in primis & sequenti.

2 ¶ Si mulier donat vel soluit alteri, non iuuatur beneficio Velleiani, nec istius legis: vt l. fi ego. & l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. de quo per Paulum de Castro consilio ciiij. iuuatur tamen beneficio legis Iv. suprà. vbi prohibentur mulieres contrahere in iudicio & extra & per consequens donare vel aliquid soluere.

3 ¶ Sed est pulchra dubitatio, nunquid vxor cum mariti licentia possit fideiubere pro marito, vel pro alio? aliqui putant quòd sic, per legem Regni, foro legum libro tertio, titulo delas deudas. l. xiij. Sed hoc non est indistinctè verum: quamuis enim pro se ipsa possit fideiubere: vt l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satisdare cogātur. pro alio tamen etiam de licentia mariti non potest: vt volunt dictæ leges Regni, quinta partita. titu. xij. l. secunda. in fine. & l. iij. in principio. quæ verba si rectè deducantur, videntur apertè hoc velle: vt per eas videbis. & videtur de mente Bald. in l. cùm non solùm. §. necessitatem. colum. penult. versic. quæro nunquid in obligatione. C. de bonis quæ liberis. quando quidem ex contractu fideiusionis damnoso & inutili, non potest vtilitas sequi vxori, sed damnum & incommodum euidens, immo euidentissimum: ergo licentia mariti debet huic fideiusioni præstare fomentum, per textum singularem, & quæ ibi notantur in l. fin. §. j. ff. de verb. oblig. Cogita.

¶ Vxor quæ vnà cum viro se obligauit tanquam duo rei debendi, non obligatur: Bart. in authent. si qua mulier. C. ad Velleia. vbi vide Bald. & additio. Bald. in authent. hoc amplius. penult. colum. C. de fideicom. & in Spec. de obligatio. & solutio. versic. sed pone vir. quia tunc videtur interceßisse pro viro, quod probatur hic. & in l. supra proxima. per quæ videtur corrigi lex Regni, foro legum, libro tertio. tit. delas deudas. l. xiiij. Cogita.

¶ Versum in vtilitatē vxoris debet probare altera pars, quæ super hoc fundat intentionem suam: cùm alias contractus non teneat. Secus si esset validius absque ista qualitate, vt colligitur ex ista lege, quæ sumpta fuit ex l. prædiorum. & ibi Bal. C. de prædiis minorum. Nec sufficit quòd vxor in instrumento confiteatur versum in vtilitatem suam, secundum Baldum in authenti. si qua mulier. columna prima. versicu. probetur. C. ad Velleianum. nisi talem fecerit confeßionem coram iudice in forma iudicij, secundum Bald. ibi: quia iudicis præsentia & auctoritas excludit præsumptionem metus: vt l. transactione. C. de transactionib. & præsumptionē doli vel fraudis. glos. & Bartol. in l. prima. C. de prædiis curia. quarto not. libr. x. nisi dixeris, quòd cùm mulier coniugata sit in potestate viri quodam modo. vt l. liiij. cum duabus sequentibus, suprà. & foro legum, libro primo. titulo, delos pleytos que deuen valer o no. l. fin. Sed obligatio facta per vxorem vnà cum viro: præsumitur facta metu mariti: vt d. l. fina. & notatur in cap. primo. de his quæ vi metusve causa. ergo & confeßio: quia in iudiciis quasi contrahitur. l. tertia. §. idem scribit. ff. de peculio. qui quidem metus durat toto tempore vitæ ipsius mariti: vt plenè dico in prælegato cap. primo. de his quæ vi metusve causa. in meis recollectis, & tradit Iason in l. pacta nouißima. C. de pact. in tertio notab. & in cap. primo, in princip. colum. v. & vj. qui feud. dare possunt. in vsib. feud.

¶ Quia cùm viuente marito duret causa metus, durare videtur ipse metus. vt dicit Bal. in tract. schiſma. posito super rub. si quis aliq. testa. prohi. col. ix.

¶ Metus autem mariti incipit ante actus vel contractus executionem, qui videtur perseuerare: vt vult idem Bald. in l. prima. C. si quis aliquem testa. prohib. & sentit Innoc. in dict. cap. primo. in verbo ratum. Bald. in margarita. versic. votum. in fine. concludentes, quòd vxor semper intelligitur ēsse in timore viri. Iudicis ergo auctoritas vel præsentia vbi tantus inest metus, tantaque timiditas, nihil operat.

bitur:vt l.qui testamento.ff. de excu.tu. tenet Bald. in l.falsus.pe.col.versi. & idem in quocunque.C. de furtis,vnde iudex qui actui nullo auctoritatem præstat: tenetur ad interesse:vt per Bart.in l.j.in principio.ff. de tutelis & ratio distrah. ex quibus videtur confessionem factam ab vxore etiam coram iudice in forma iud. eij rem versam in eius vtilitatem non sufficere:nisi aliter hoc probetur:is enim metus mariti qui fecit eam obligare, videtur similiter facere eam confiteri. Sicut in simili de iuramento dicunt doctores in c.j.de iureiuran.Cogitabis.

6 ¶ Pro ea igitur parte qua probabitur rem versam in vtilitatē vxoris: tenebitur vxor ad debitum, vel ad totum,si totum probetur versum in eius vtilitatem:vt colligitur ex ista loge,sumpta ex dicta authen.si qua mulier.& ibi per Bal.C.ad Velleia.quod intelligo non solum quando vxor vna cum marito se obligauit: verumetiam si maritus solus,debitum fuit versum in vtilitatem vxoris in parte vel in toto: nam ad id tenebitur vxor: vt colligitur ex prælegatis iuribus,& ex l.iij.ti.xij.v.partita: vbi ponūtur alij casus, in quibus vxor potest obligari & fideiubere.

¶ Alium addit Bal.in l.fi.in fi.C.de pac.f. quādo non lædit.ur.Item quando vxor consentiens obligationi vel alienationi rei suæ,& recipit contra cābiū: idest aliam rem a quivalentem rei suæ, secundum Bald.in d. authen. siqua mulier.

¶ Aduerte tamen quòd vxor potest vēdere rem suam, non tamen consentire viro vendenti.Bartolus in l.iubemus. C.ad Velleia. Sed vide l.mater. C.de rei vendi.& ibi Bart.& Ludoui. Roma.in d.authentica,si qua mulier.

7 ¶ Cane in quantum lex iij. ti.xij.v.partita, dicit quòd mulier potest fideiubere pro dote:debes intelligere,quòd si soluit tanquam fideiussor, repetit ab eo pro quo soluit:vt l.cū is.§.fi muler.& ibi glos. & Barto.ff.de condi.inde.

8 ¶ Item in quantum dictæ ll.ij.& iij tit.xij.v.part. dicunt quòd mulier certiorata de iure & priuilegio suo,quòd non poterat fideiubere;poterit illi priuilegio renuntiare: & valebit fideiussio: & ita seruat consuetudo secundum Bal.in l.j & l.fi. in fin.ad Velleia: oportet tamen,quòd de hoc iure mulier certioretur per iudicem, non per notarium: alias non valet fideiussio: secundum Fede.de Senis cōsi.cxcviij. Sed non seruatur de consuetudine,immo ipsi tabelliones hoc faciunt & dicunt in contractibus.

9 ¶ Mulier prohibita fideiubere,potest donare, secundum Bald.in l.voluntas. colū. j. C.de fideicommissis.Intellige de muliere soluta,non autem de cōiugata:illa enim donare non potest, nec alium contractum præiudicialem facere sine licētia mariti, secundum leges istas,suprà lv.

10 ¶ Maritus tenetur præstare vxori vestes & alimenta, & subire alia onera matrimonij.l.pro oneribus.C. de iure dotium.&l.quæ dotis.c. salubriter. de vsuris.non solum quando vxor dotem sibi promisit & soluit: vtl.creditores §.inter.ff.mandati. glos. Bart.& alij.in l.fi cum dotem §.fin autem in sæuissimo.ff. soluto matrimonio.& in l.fi stipulata.§.fi vxor.ff.de dona.inter virum & vxorem.Spec.in titu. qui filij sunt legitimi.§.j.versi.nūc dicamus. de vxore. sed etiam si maritus accepit vxorem sine dote:l. fin.C.de diuortiis.tenet Inno.in c.per vestras.de donationibus inter virum & vxorem.vbi plenè dixi in mea Repetitione. Si tamen dos fuit marito promissa, & non soluta: tunc non tenetur eam alere.Bald. in l.fin.C.ad Velleia.cuius oportunam feci mentionem in d.Repetitione.

11 ¶ An & quando vxor tenetur ad debita contracta per maritum pro alimentanda vxore & filiis, quando maritus aliunde non potest nec habet vnde alimēta præstare possit. Pulchra est dubitatio,quā orsus est Io. de Pla.in l.vxorem.C.de decurio. lib.x. quam ego prosequor latè in rub.de don.inter virū & vxor.col.cccxlviij.versi.& si fortè.vbi videas per te.Conclusio est,quòd vbi maritus non habet vnde soluat,vxor tenebitur. argu. eius quod in simili voluit Bartol.post gloss.in l.his solis.ff. de condi.indebi.vbi dixit, quòd si pater inops accepit pecuniam mutuo ad alendum filios,creditor agit contra filios qui forte habent res maternas vel alias possunt soluere.Hoc placet ibi Angelo & Iasoni ibi & in l.fi cū seruum.ff.si certum peta.Ludo.Ro. singulari cccj. & quanquam ibi cogitandum reliqui:nūc dato maiori otio mihi tenacius cogitanti, placet prædicta decisio: quoniam certum est, quòd maritus inops, non tenetur vxorem alere:vt expressè dicit Bald.in l.vbi adhuc.col.vj.versi.pone quod vir.C.de iure dotium. Immo hoc casu vxor dines tenetur maritum alere.vt l.fi maritus.ff.so.ma. & ibi notat Alexan.tenent Bart.& alij in §.fin autem in sæuissimo. Bar.in tractatu alimentorum. ad finem. Spec. qui filij sint legi.§.j.versi.quid si mulier. Sicut in simili dicimus de patre qui tenetur alere filios si habet vnde ,alias non:vt l.fi quis à liberis.ff.de liberis agnoscendis.& ibi glo.in §.fi mater.glos.in l.Nesennius.ff.de negogestis.tenet Bal.in l.nec filium.C.de patria po.Si autem maritus hoc casu alit vxorem, vel pater filium: faciunt id ad quod alias de iure non tenentur in vtilitatem vxoris & filiorum versum: ergo marito vel patre non existentibus soluendo: poterit creditor ab vxore vel filiis petere, per actionem de in rem verso.Per textum singularé in l.ei qui.in §.alioquin. C.quod cum eo.qui alibi non reperitur,secundum Bald.& alios.& si bene aduertantur verba istius legis,hoc videntur sentire, cum dicunt, q vxor non tenetur ex debito contracto cum marito: nisi probetur versum in eius vtilitatem: in rebus ad quæ maritus non tenebatur.Sed quando erat inops non tenebatur eam alere nec filios: immo ipsa vxor tenebatur eum & filios alimentare; vt paulo antè dicebamus: ergo ipsa tenebatur ad ista debita contracta per maritum inopem. Præterea negari non potest,quin hoc casu vxor quæ non erat alimentanda, immo ipsa deberet maritum & filios alimentare:ex mutuo per maritum contracto,& ex pecunia creditoris,ipsa magnam percepit vtilitatem:cum tantundem de suo debuisset consumere in alimentanda se maritum & filios:& sic facta est locupletior cum creditoris iactura, si ei non solueret: ergo poterit creditor ab ea repetere, per textum singularem in lege si me & Titium. & lege si eum seruum.ff.si certum petatur. vbi si res mea mihi debita ad te peruenit ex causa lucrativa: possum à te condicere, ne cum iactura mea locupletior efficiaris: etiam si inter me & te nullus contractus vel quasi contractus interuenisset super illa re: quia nimo debet locupletari cum iactura aliena: vt regula iuris dicit,& ibi Dynus, qui multa cumulat. Ex qua ratione dicebat notabiliter Cynus, quem refert & sequitur Bal.in l.vij. C. de reputa. q si minor restituitur aduersus venditionem factam

pro

pro soluendo minoris debito absque precij solutione, poterit emptor repetere precium ab eius creditore qui habuit ex causa lucrativa.argu.l.fi.ff.de eo per quem factum erit.& l.planè.la ij.§.j.de legatis j. tene ista memoriæ & adde ad ea quæ dixi in dicta rubrica.

12 ¶ Adde similiter, quòd maritus tenetur alimentare vxorem & necessaria ei tribuere,non secūdum eius dignitatē,sed secundum necessitatem viuendi tenet Iacobus de Arenis quem sequuntur Bald.Io. de Imola;& alij recentiores in l.fi maritus.ff.soluto matri.quod tene menti,quia facit ad multa.

13 ¶ Tenetur similiter maritus curare vxorem ægrotantem,maxime si est furiosa,& consanguinei illud petant,& est in ciuitate vel loco vbi potest haberi copia medicorum,alias excusatur,nec tenetur mittere pro medico ad ciuitatem, secundum Barto. & alios in l.idemque.ff.pro soc.& in l. fi ab hostibus.fi vir.& in l.fi cum dotem.§.fin autem in sæuissimo.ff. soluto matrimonio.& in l.quod in vxorem.C.de negoeiis gestis.

14 ¶ Maritus & vxor dicuntur simul obligati si vna conceptione verborum & vno momento obligentur:vt lege si fundus.§.si duo & ibi Barto. q. prima. ff.locati.quia dictio:simul,est copulatiua, quæ facit copulata venire æquè & principaliter, secundum Baldum in l.prima.versi.& putant quidam.C.de caducis tollendis.

¶ Item dicuntur simul obligari, si vnus post alium sunt obligati,secundum Barto. in l.fi plures.ff. de iureiurando. Propriè tamen dicuntur simul obligati,siue mancommunati:quando obligantur maritus & vxor in eodem instrumento vno eodemque concursu,secundum Bald.in authentica hoc ita. colum.prima.in fine.C.de duobus reis.nisi animo nouandi se obligent.vt l.fi paternam,& ibi Bald.C. ad Velleia.

15 ¶ Quando duo sunt obligati in solidum: contra singulos potest agi etiā si non dicatur:licet fiat exactio contra vnum,si omnes sunt soluendo.l.non rectè.§.fin.C.de fideiusso.lex Regni; foro legum, libro tertio.iij.tit.delos fiadores. l.iij. Hodie tamen est secus,per l.ij.tit.delas deudas.lib.v. Ordina. vbi dicitur,quòd duo simpliciter obligati,tenētur quilibet pro dimidia:si tamen in solidum sint obligati, potest quilibet pro toto conueniri.

¶ Et ita est differentia,quòd sint duo rei debēdi,vel in solidum obligati.secundum Barto.in l.rem hæreditariam. ff. de euictio. vnde obligati in solidum non gaudent beneficio diuisionis de duobus reis debendi.vt ibi per eum. Debitores in solidum non tenentur in solidum extra naturam rei in obligatione deductæ,nisi hoc actum sit. Bar.in l.fi vt certo.§.si duobus.colum.versi. item dubitatur.ff.com- 1
mo.glos.in l.j.versi.in solidum. C. quo ordine quis conueniatur.libro xj.

16 ¶ Rei in solidū obligati habēt beneficiū diuisionis:quilibet cōueniatur pro parte,de iure authētico rum,nisi alter sit inops vel absens,authē.de duobus reis.in prin.coll.viij.& in auth.hoc ita.C.eo.Ité nisi renūciauerit beneficio diuisionis.Ang.vbi suprà.in 2
prin.col.ij.ver.& hæc est doctrina.& gl.in verbo,ad solutionē.in d.auth.in fi.sed Bar.in d.l.fi mādato. la ij.versi.Paulus.el iij.ff.mandati.dicit cōueniri in solidū,addito q solutio vnius prosit alteri, nisi constet vnum possidere.tenet Barto.in l.fi duo.ff.depo.

17 ¶ Duo rei dicuntur, quando sunt obligati vna 3
causa,non si ex diuersis causis.Pau. de Cast.consilio xlix.incip.viso puncto. & tunc simul obligati videntur inuicem fideiubere,si ad alterum tantum principaliter negotium expectat.Barto.in auth.hoc ita.in repe.char.x.versi.iiij. principaliter est videndum.C. de duob.reis.vide Bar.in l.fi vnus.in prin. ff.pro socio.& l.res.j.col.versi. restat videre an duo rei. ff. de duob.reis.gl.in l.sed Iulianus.§.item si duos.versic. intererit.ff.ad Macedo.vt in l.fi vir vxori. §.mulier. versi.intercessionem.ff.ad Velleia. Barto.in l.iiij.in princ.ff.si quis cautio. & in l.fi constante.§.quoties. col.j.versi.& pro Dyno facit.ff.sol.mat. Bal.in l.fancimus.in fi.versi.non competit actio. C. de verb.sig. & in l.per diuersas.q.xv.C.mandat.Ang.in auth. de duob.reis.fi.col.versi.item an duo rei.collat.vij

18 ¶ Sed est pulchra dubitatio,duo principaliter se obligarunt pro pecunia numerata vel re vendita & tradita: pecunia vel res peruenit ad alterum eorū: quis eorum debet prius conueniri?dicas quòd is ad quem pecunia vel res peruenit,altero hoc petente, & dicente quòd conueniatur prius suis expensis & suo periculo: nisi fortè à principio fuerit conuentum quis prius conueniatur. ita notanter decidit Bartol.in l.iij.§.fin.col.fin.versi.septimo quæro.ff.de duob.reis.Bald.in auth.hoc amplius. pen.col.versi. & nota hic argumētum.C.de fideicom. glos.in l.sed Iulianus.§.item si duos.versi.intererit.ff.ad Maced. Ange.in l.hinc quæritur.§.potest esse.ff.de peculio. Sed Bald.contra.in l.fi non singuli.j.nota. C.si cert. pet.vbi vide omnino. & in d.auth. hoc amplius.pe. col.versic. & nota hic argu. C.de fideic. Sed si bene aduertas,non est contra:dicit enim,quòd prænominatus contractui,principalis habeatur: & ita vir est prænominatus in instrumento, vxor secundo vnà cum eo,præsumitur vxor intercessisse. Sed quando sunt ambo pariter obligabiles,vterque præsumitur principalis:nisi contrahatur super re vnius tantum: vel nisi ad vnum tantum res peruenia: vt d.l.fi non singuli.vel nisi color sit quæsitus:vt l.vir vxori. ff.ad Velleia.§.fi.istud etiam tenet Bald. in authen. si qua mulier.fin.col.C.ad Velleia. & per Bart. in l.hi qui. in fi.ff.de fideiusso.

19 ¶ Vxor potest obligari & fideiubere pro reditibus & iuribus regalibus: quando mulier expressè se obligauit,vt hic:alias secus: vt l.ij. titu. delos fiadores.lib.v.Ordinationum.

Lex LXII.

NInguna muger por ninguna deuda que no descienda de delicto pueda ser presa ni detenida sino fuere conoscidamēte mala de su persona.

MVlier honestè viuens non potest pro debito capi nec carcerari: nisi ex delicto descendat. Sumitur ex notatis per gl. & doctores in l.ad egregias.ff.de iureiur.& in l.consentaneum. C. quomo. & quando iudex.& in l.j. C.de offic.diuersorum iudicum. vbi iudici contra facienti imponitur pœna capitis.

¶ Intellige.quòd mulier non capitur pro debito pecuniario ciuili, etiam si debitum sit publicum. Bartol.in l.nemo carcerem. C. de exactor. tributo. libro decimo. per l.j.cum authent. ibi posita. C.de offi.diuer.iud.

¶ Fallit ista lex,quando mulier assumpsit sibi tutelam ex dispositione testamenti paterni, vel aui,&

renunciauit Velleyano & secundis nuptiis,& omni iuris auxilio: nam tunc potest capi,personaliter & carcerari pro debito dum modo ponatur in loco honesto,ita tenet Bar.in l.si quis sub conditione.ff. de testam.tuto.& in authen.matri & auiæ.C.quando mater tutelæ officio fungatur.

13 ¶ Item mulier probatur meretrix per testes dicentes:scimus quòd est meretrix;quia sumus eius vicini.Bald.in l.prima.C.de colu.de tegen.

14 ¶ Meretrix potest succedere ex testamento & abintestato.Angelus in authen.quibus modis natu.effi.le.j.coll.v.sed contrarium tenet ipse Angeluspost glos.in authen. de triente & semisse.§. consideremus.colla.iij.

15 ¶ Mater meretrix non potest exhæredare filiam meretricem.Bart.& Bald.in si in Arenam.C.de inofic.testa.

16 ¶ Accessus ad meretricem est impunibilis, quando meretrix est soluta:secus si coniugata.l.fi.ff.delos adulterios,foro legum,etiam si per vim sit captalibidinis causa.l.verum.ff.de furtis.& ibi Barto.& alij.& in l.si vxor.ff.de adulteriis.

17 ¶ De muliere habente amasium,quomodo puniatur.vide l.fin.titu.delos vagabundos. libro octauo Ordina.

Lex LXIII.

EL derecho de executar por obligacion personal se prescriua por diez anos:& la accion personal y la executoria dada sobre ello se prescriua por veynte anos & no menos:pero donde enla obligacion ay ypoteca donde la obligacion es mixta personal & real la deuda se prescriua por treynta anos y no menos.

IVS exequendi præscribitur decennio.

¶ Instrumentum guarentigiæ dicitur illud quod est redactũ in scriptura habens paratã executionem, iussu notarij habentis iurisdictionem mandandi ex forma legis vel statuti.Bald.in l. iubemus. §.sane.quæst.vj.C. de sacrosanct. eccles. & in l. pen. C.de fideiusso.Angel.in l.si debitori.ff.de iudic.Paulus de Castro consilio lxxj.lv.Intellige quando præceptum notarij fit statim in ipso contractu , secus si ex interuallo,secundum Bald.in l.pen.C.de fideiusso. Hodie tamen secundum iura & consuetudines Regni satis est quòd contractus sit in scriptura redactus per notarium,& sit purum:vt colligitur ex lege v.versi.Cartas y contractos publicos.tit.delasexceptiones.lib.iij.Or.quodtenemenți.publicum autem dicitur instrumentum quando fit per notarium publicum.secundum Inno. Abb. & alios in c. ij.de fide instru tene hoc memoriæ.

¶ Instrumentum ergo publicum & liquidum habet executionem paratam. Idem eius exẽplum ex originali sumptum auctoritate iudicis. l. chirographis.& ibi Bart. ff.de admi.tuto. glos.in l.probatorias.C.de diuersis offic.lib.xij.

¶ Instrumentum guarentigiæ habet vim confessionis.Cy.& Bar.in l.j.C.de cõfes. & in l. nõ fatetur. ff.eo.& in l.possessio. §.& si possessio. ff.de acq.pos.

¶ Ista confessio habetur ac si in iudicio facta esset:ideo renocari non potest Bar.in l.error.C.de iuris & facti ignor.

¶ Ideo potest executioni mandari:vt not.in d.l. sed si possessori.§.pe.vbi est gl.not.ff.de iureiur.& in prælegata l.Regni.

¶ Habet enim contractus guarentigiæ vim sententiæ:vt per Bart. post Cynum. in l.j. C.de confes. nota.in dict.l.si debitori.ff.de iudic.& in authent.de exhib.reis.§.suspecti.collat.v.Barto.in l.vinum.ff.si certum peta.& in l.j.§.in hac.ff.commod.

Contract

4 ¶ Contractus depositi habet executionem paratam sicut sententia vel confessio in iudicio facta: vel iuramentum conuentionale. l.post rem.ff.de re iudi.vel laudum emologatum.l.non autem.ff.de arbitr.tenet Bar.in l.pe.C.depositi.Matth.in suis sing. vj.intellige quando depositum est notoriũ: de quo apparet per instrumentum publicum,vel per testiũ depositiones,qui recepti fuerunt ad perpetuam rei memoriam,in casibus à iure permissis,vt dicit Mathæus vbi suprà.

5 ¶ Instrumentum conditionale non habet paratam executionem ; vt patet ex prædictis, signanter ex l.Regni:conditione tamen liquidata executioni mandabitur.Bal.in l.si quidẽ.C.de excep.& in Speculator.vers.sed nunquid ex præcepto.ad fin. vide Bald.in l. eum testamento.in fi.C.de testam.manumis.

6 ¶ An & quando instrumentum guarentigiæ possit executioni mandari contra minorem xxv. annis sine curatore.vide Bald.in l.fi.§.necessitatem C.de bo.quæ lib.& in l.j.q.v.ff.de cond.indeb.glo.& Ang. in auth.de hære.& falci.§.si verò non plures. & §. illud.collat.j.Bald.in Spec.de appel.versi.minor.

7 ¶ Generalis procurator non petit executionem guarentigiæ,nisi habeat speciale mandatũ. l. si procurator.§.j.in fi.ff.de procurat.

8 ¶ An instrumentum guarentigiæ vel sententia contra tutorem nomine pupilli potest mandari executioni contra pupillum.Bal.in Spec.de appel.versic.tutori. dicit quòd sic: si eius præceptum factum sit in promissione:non si in confessione.

9 ¶ Iuri exequẽdi præscribitur in personali actione lapsu decennij ope exceptionis. Cynus in l. cùm quis.C.de iur.& fact.ignor.Salic.in l.sicut.vj.oppo. C.de præscri.xxx.glo.& doct.in l.si cum. §.qui iniuriarum.ff.si quis caut.& in l.atque naturã.ff.de negest.& in l.si pupillus. ff.de admi.tuto. & in l.si quis postquam. ff.de fideiuss.contra Bar. in l.fi.§.j.ff.rem rat.hab.glo.in vers.prorogari.Bal.& Ange.in l.cùm notissimi.in princ.ij. col.& in dict.l.sicut.j.col.vide Ang.in l.j.C.si aduers.credi.Bald.in l.fi.xiij. opposi. circa medium.C.de edicto diui Adr.tol.& tollat,est lex.in c.ad aures.& ibi Abb.vlti.not.de præscrip.

10 ¶ Præscriptio est similis solutioni.Bal.in l.si mandatori.col.ij.vers.item dubitatur.per l.si pupillus.& ibi Bar.fin.col.versic.sed venio ad vltimum.ff.de admi.tut.Contrarium tenet Bart.in l.item illa.§.quod adiicitur.in primo not.ff.de const.pec.Sed primam opinionem tenet Specul.de oblig.& solut.§.j.versi. item pone quòd debebas.

11 ¶ Omnes præscriptiones sunt de iure ciuili. Bal. in auth. nisi tricennale. circa medium. C. de bonis maternis.

12 Præscriptio debet compleri ante litem contestatam.Bart.in l.nec bona. C.de præscrip. long.temp. & in l.si post.in princ.ff.de rei vend. & in l.Celsus.fi. col.vers.circa huiusmodi,ad medium. ff.de vsucap.

13 Ius exequendi in obligatione personali præscribitur decennio,vt hic,& l.iiij.delas præscriptiones. lib.iij. Ordinatio. quæ hodie sic intelligitur. Actio tamen personalis,cui est adiuncta executoria : non præscribitur decennio : sed spacio xx. annorum.& ita est contra dict. l. tertiam , delas præscriptiones. nisi illam intelligas quando consanguineus est debitor consanguinei: qui si intra decennium non petit:videtur remittere.glos.Bart.in l.libertis. §.j. oppos.j.ff.de alim.lega.

14 ¶ Decennium contra ius exequendi , incipit à tempore quo potest agi contra obligatum efficaciter.l.j.§.fin.de anna,except.facit d.l.iij.delas prescrip.foro legum,quamuis autem sit nata actio , vt est videre in contractu mariti recipientis dotem, & promittentis eam restituere soluto matrimonio, constante enim matrimonio vxor vel hæres agere non potest:vt suprà l.lv. quia vxor est sub potestate viri:constituto autẽ sub alterius potestate non currit præscriptio.Bald.in l.cùm notissimi. §.immo.fi. col.vers.item si quis.C.de præscrip.xxx, vel xl.ann. facit quod in simili dicit Ioan.And.in Spec.qui filij sunt legitimi.in rubric.in principio.de filio in potestate qui non potest agere. Concluditur ergo quòd antequam actio nascatur , non potest contra eam præscribi.

15 ¶ Non valenti agere non currit præscriptio. d.l. j.C.de anna.except.in princip.glos.in c.auditis.& in cap.cùm non liceat.de præscr.Bartol.in l.vnus. §.si fons.ff.de seruit.rustic.prædio.vnde præscriptio decem annorum de qua hic,non currit contra minorẽ,quia non potest agere: itẽ quia ante finitã tutelã vel curã, non est cũ effectu nata actio ad agendum.

16 ¶ Item non currit pendẽte dilatione conuentionali.Bald. in l.sicut.in principio.C.de præscrip.xxx. tex.in l.iij.§.pe.ff.de preca.nota.in l.sicut.in annos. quibus mo. vsufructus ami. Ad idem l.cum notissimi.§.illud.C.de præscrip.xxx.quem nota.vide Bar. in l.interdum.§.j.ff.de verbo.oblig.& in l.ita stipulatus.ij.q.principali.xxiiij.col.eod.ti.Abb.in c.præterea re quæsiti.& ibi Præpositus de app.Concludeigitur quòd debitum non computatur à die celebrati contractus:sed à die quo est fienda solutio,vel à die euentus conditionis:vt nota.in l.prætor.cum sequẽti.ff.qui potio.in pig.ha.& in l.prima.in fine.ff.quando dies vsusfruct.lega.ce.in l.item quia.secundo responso.ff.de pactis.

17 ¶ Præscriptio ergo decennij de qua hic,non incipit currere à tempore celebrati contractus:sed à die qua debet fieri solutio:quia ante agi non potest.

18 ¶ Limitabis istam legem,& quæ dicta sunt de præscriptione decẽnij:nisi per pactũ quis sibi prouideat ne currat decẽnium.Io.An.in Speculo de præscrip. ij.co.ad finem, intellige quo ad paciscente & habentẽ causam ab eo:non quo ad tertium.secundum Antonium & alios in c.cũ non liceat.eod.ti. & ibi Ab. col.iij.versic.sed ego dubito.pacto enim agi põt, & nulla currat præscriptio:vt per Bar.in l.nemo potest pen. col. vers.quæro statutũ,de leg.j.& in l.& si nolit.§.si quid ita,ff.de ædilitio edicto. Bald.in l.j.C.ne rei domi,vel tẽplorũ.col.j.in principio,Itẽ præscriptio currit in defectum promissionis hominis:si aũt homo sibi prospiciat contractã præscriptionẽ: non habet currere cõtra eũ ex vi pacti, cũ prætor dicat, pacta seruabo.l.iuris gẽtiũ.ff. de pactis. nõ enim est quis in mora: cũ scit ius suũ durare:vt dicit Bal.in l. vnica.C.de senten.quæ pro eo quod interest profe. licet Bart.aliud videatur sentire in d.l.nemo potest. col.iiij.vers.quærit Dy.de leg.j.& in l.j.ff.de vsuca.& in l.j.in fi.C.de annali excep. & ibi notat Bal. & in l. fi.§.fi.C.de tempo app.Ang.in auth.vt eccl. Roma. coll.ij.Item pactũ dicitur ius cõmune,secundũ Bal. in l.liberti.col.xij.C.de operis liber.& habetur pro statuto.Bar. in l.ciuitas. circa principium.ff. si certum petatur.

19 ¶ Immo pactum operatur plus quàm consuetudo & plus quàm ius commune.gl.in l.cum mirabilibus.C.de testa.mi.Sed lex vel statutum potest ope

ri quòd ius exequendi præscribatur vel non præscribatur decennio: ergo & pactum partium.

¶ Item pacto potest induci quòd instrumẽta præscribantur velut exequantur. l. minor. ff. de mino. ergo & contra eum non currit præscriptio.

20 ¶ Hinc datur notabilis limitatio ad legem quaterni gabellarum cxxix. quæ dicit, quòd gabella debet peti infra annũ & duos menses, alias præscribitur iuri petendi: nisi fortè pacto partium præscriptio fuerit impedita: per ea quæ dicta sunt.

21 ¶ Interrumpitur præscriptio per executionem factam in bonis debitoris. l. iij. de las prescriptiones. lib. iij. ordi.

¶ Item per capturam personæ. l. j. C. qui bonis cedere po. secundum Barto. in l. is qui reipublicæ. in fi. versi. quandoque enim fit capiendo. ff. ex quibus ca. ma. Bald. in Spe. versi. an posit quis capi. licet idẽ Bald. cõtra ti. de citatione. ver. nũquã tamẽ legi.

¶ Item permissione executoris per iudicẽ factã 26 contra debitorẽ. l. cũ qui. §. iniuriarũ. ff. si quis caut. vbi contẽtio super litis cõtesta. interrũpit præscriptionẽ. tenet Bal. in l. nec bona. C. de præscrip. lõgi tẽpo. decẽ vel viginti annorum. Ab. in c. illud, de præscrip. Bal. in l. ij. col. j. ver. vlterius quæritur. C. de seruĩ. & aqua. & in l. j. versꝰ. sed quæro. C. quãdo libellus principi oblatus. & in l. j. de in ius vo. Bart. in l. sicut. in §. oppo. & ibi Bald. in j. colũ. in duobus locis. C. de præscrip. xxx. & in l. ij. §. fi. versꝰ. sed hic quæritur contra ff. pro emptore. vbi dicit verũ cũ dictione. l. fi. ff. de eo per quẽ factum erit. Sed de iure canonico sine distinctione semper interrumpitur præscriptio per missionem executoris, secundum Bal. in d. l. ij. Ang. de Aretio in §. æquè si agat. insti. de actio. Oldra. con filio clxxvj. Spe. de executo. versi. executoris. facit l. more. C. de rei vendi. & d. l. sicut. & quod tenet Bal. in l. in contractibus. solum. j. in fi. ibi & do tibi regulam. C. de non nu. pe. vbi dicit, quòd per solam missionem nuncij: interrumpitur præscriptio longissimi temporis. scilicet xxx. annorum. vel si sit præscriptio longi temporis, quæ habetur ex forma statuti pro possessione longissimi temporis: vt hic, & ibi per eos & per Barto. in dict. l. ij. §. fi. ff. pro emptore. Abba. in capitu. illud de præscriptio. colum. iij. versi. sed dubitatur.

¶ Item interrumpitur per petitionem debiti etiam pro parte tantum: vt per Bald. in cap. primo. §. quid ergo. versic. extra quæro. de inuestitura de re aliena facta. & in l. naturaliter. col. vj. versi. quæro quid si. ff. de vsuca.

32 ¶ Item interrumpitur præscriptio per solam citationem: sed non perpetuat. secundum Bart. in l. cum notissimi. in principio. versic. & sic ad quæstionem. C. de præscriptio xxx. & in l. secunda. §. fin. versi. quid dices de præscriptione. ff. de vsuca. pro emptore. Bald. in Spec. de appella. versic. quæstio talis est. Ioan. de Imola in dict. capitul. illud de præscriptio. ad hoc dicta l. tertia. de las præscriptio. libro iij. Ord.

23 ¶ Per excommunicatum præscriptio interrumpi non potest ciuilis. naturalis sic. secundum Abb. in c. cùm inter. colum. iiij. versic. in secũdo, de exceptio.

24 ¶ Per missionem factam ex primo decreto in bonis debitoris, dicitur quodammodo executio fieri, secundum Bald. in l. consentaneum. fi. col. C. quomodo & quando iude. creditor sic missus poterit vendere rem ipsam quam possedit per decem annos & vltra. Poterit similiter si voluerit petere à debitore debitum: vt per Bar. in l. is qui. ff. ex quibus cau. ma. & in l. si finita. §. iulianus. ff. de dãno infecto. & in l. libertibus. C. de agricolis & censitis. lib. xj. vbi vult quòd executio non habet instantiam ipsa facta. gl. tamẽ in regula sine possessione, de reg. iuris lib. vj. tenet contra. & Bar. in d. l. is qui reipublicæ. fi. col. ver. itẽ nota ad quæstionem. & Ludo. Roma. in singularibus, in verbo, decretum. versi. dicit lex quamuis. &c. Sed tu tene cum Bald. in d. l. consentaneum. per supradicta. Ad cuius confirmationem facit Bald. in d. l. j. versic. & hoc est vtile. C. de præscriptio. xxx. & ij. colũ. versꝰ. ibi anno tollitur.

¶ Ad idẽ l. sicut. §. liberta. & ibi Bald. ff. de seruit. vrba. prædiorum. vbi dicitur quꝰ præscriptio interrupta debet denuo inchoari.

¶ Præscriptio interrumpitur ex possessione vnius diei: vt per Spec. de locato. §. sexto. versi. xlj. & xliij. circa medium.

¶ Interruptio præscriptionis prodest solo interrũpẽti. Bal. in d. l. ij. co. xvj. C. de seruit. quia sicut præscriptio cõtra vnũ nõ nocet aliis. l. si ædes. & ibi Bal. ff. de seruit. vrba. præ, Itẽ sicut præscriptio in vno articulo, nõ extenditur ad aliũ. c. cũ olim. c. cũ cõtingat; de dec. Flo. in l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendi. & sicut regulariter præscriptio non extenditur. l. non dubium. C. de legibus. Ita interruptio præscriptionis contra vnum, non extenditur ad alios. c. auditis. & ibi Abb. col. ij. in fine. versicu. nota. ex fine tex. de præscr. Sed si interrumpitur ab vno ex correis credendi prodest conreo. l. fi. & ibi Bald. prope finem: & Angelus C. de duobus reis.

¶ Similiter præscriptio interrupta contra vnum de pluribus reis debendi: nocet correo vt d. l. fi. & ibi glo. & doctores.

¶ Aliis tamẽ ex consortibus non prodest nec nocet secundum Bald. in l. ij. col. xvj. C. de seruit.

¶ Interruptio cõtra principalẽ nocet fideiussori: 27 quia contra eũ videtur facta. gl. & Bar. in l. si fideiussor. §. fi. ff. mãda. vide Bal. in l. tam mandatori fi. col. in principio. versi. sed quæro quid si fideiussor. C. de nõ nu. pe. intellige in fideiussore iudicij secus in fideiussore cõtractus Bal. in d. l. tam mãdatore fi. co. versi. sed quæro. quia sententia lata cõtra principalẽ potest mãdari executioni cõtra fideiussorẽ qui cauet secũdũ Bar. in l. si quis pro eo. fi nũmos. ff. de fideiuss. & in l. præsenti. §. cum autem. C. de his qui ad eccle. cõfu. & in l. iij. C. de execu. rei iud. nota. in l. j. ff. iud. sol. & in l. authore. C. de euictionibus & ibi Bald.

¶ Idem dico contra defensorem: vt nota. in l. plautius. ff. de procu. & in Spe. eod. ti. §. j. versicu. sed nunquid fideiussor.

¶ Si tamen fideiussor iudicatum solui est inops: sententia debet exequi contra principalem. Ange. in authen. vt omnes obediant iudic. col. iij. colla. v.

28 ¶ An sententia lata contra principalẽ posit exequi contra fideiussorem iudicio sisti. fine nouo processu. vide Bart. in l. j. ff. iudi. solui. & in l. qui iurasse. §. ergo si quis. ff. de iureiurand. & in l. gregem. §. etiam. ff. de pignor. & in l. finali. C. de vsuris rei iudicatæ.

¶ Secus in fideiussore contractus: Bartol. ibidem Bald. in Specu. de execu. sen. versi. sententia lata. & in l. finali. C. de fideiusso. tu.

29 ¶ Aduerte quãquã iure exequẽdi instrumẽtũ præscribatur decẽnio vt hic potest tamẽ creditor agere via ordinaria & producere instrumẽtũ ad probationẽ debi. cõcor. l. iiij. ti. de præsc. li. iij. Or. tenet Bar. & Bald.

& Bal. in l. planè. ff. quod falso tutore authore. intelligе quando lex vel statutum dicit quòd post decennium non fiat executio: secus si dicit quod præscribatur actioni vel obligationi: & tunc secus. d. l. iiij. ti. de las prescrip. lib. iij. Bart. vbi suprà.

30 ¶ Idem videtur de instrumento cancelato, qui non arguit liberationem: sed solùm executionem tollit: de quo vide Bart. in l. j. ff. de his quæ in testa. de Bald. in l. j. C. vt in po. le. & in tractatu guarentigiæ vltima charta. ver. item quid si instrumenti. tenet primum per d. l. iiij. & iiij. ti. de las prescriptiones. libro iij. Ordi. & facit ista lex.

31 ¶ An re in qua facta fuit executio perempta: liberetur debitor, dicas quꝰ non immo iterum fit executio: nisi culpa executoris res pereat: quia tunc ipse tenetur. l. periculum. & ibi nota. ff. si certum petat. facit l. incendium. C. eod.

32 ¶ An autem specie perempta in qua fit executio in æstimatione eius. vide Bald. in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod interest. pro. & bonum textum in l. restituere. ff. de rei ven. Bar. in l. Iulianus. ff. de confessis, quòd sic.

¶ Item poterit fieri executio pro interesse quãtumcunque plurimi fuit, vinum vel granum debitum à tempore moræ. Bar. in l. j. §. in hoc. ff. commodati. Sed contrarium sentit in l. vinum. ff. si certum peta. & requiritur interpellatio vt constituatur in 40 mora. Bart. in l. cum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran. vide ibi per eum. aliquid per Ludouic. ibi. col. iij. versi. item opponitur.

33 ¶ Sed quid si sententia fuit lata super re vel specie qua non inuenta, executio facta fuit in æstimatione: si postea res reperitur apud condemnatum: an poterit in ea fieri executio. Barto. in l. sed & si possessori. colum. j. versꝰ. vltimo hæc lex. de iureiuran. ff. vbi vide.

34 ¶ Quid si condemnatus vel promissor alicuius rei est paratus soluere interesse: vt euitet executionem, an possit: dic quòd non, sed fiet executio in re promissa & debita. Spe. de fructibus & interesse. §. fin. versi. item dicimus.

35 ¶ Actio personalis & executoria data super ea præscribuntur xx. annis. Quod est contra l. sicut. C. de præscrip. xxx. annorum. vbi actio personalis durat xxx. annis, nisi sit interrupta pupillari ætate. Itẽ l. j. C. de annali excep. dicit quòd actionum personalium vita est regulariter xxx. annorum. & sic finitur annis xxx. vt ibi & l. xxij. ti. xxix. iij. partita. Hic statuitur contrarium per quod videtur approbari lex iij. ti. de las prescriptiones. lib. iij. Ordin. vbi dicitur quòd actio personalis præscribitur decem annis. si tamen super actione personali data est executio, præscribitur spacio xx. annorum: vt hic. Idem voluit sentire Bald. in d. l. sicut. col. ij. versi. ibi anno tollitur. itaque ius exequendi obligationem personalem præscribitur decem annis, per d. l. iiij. ti. eu. de las prescriptiones. & actio personalis simplex præscribitur aliis decem annis. per l. iij. eod. ti. qui anullari sunt. xx. vnde vtraque actio de per se præscribitur decem annis, & simul iunctæ xx.

36 ¶ Intellige nisi contra pupillum: quia durante pupillari ætate dormit præscriptio quia est in potestate alterius. l. sicut. C. de prescrip. xxx. & tertia partita. titulo xxix. l. viij. & l. cùm notissimi. C. de præscriptio. xxx.

37 ¶ Et quoniam actio personalis & executoria super ea data: finitur xx. annis: extinguitur isto tempore effectus naturalis & ciuilis obligationis eius: adeo quꝰ nec in cõpensatione induci potest quod debatur, neq; solutũ per errorẽ reperi: tanquã indebitũ. l. fi. ff. rem ratam ha. Bald. in d. l. sicut. C. de præscriptio. xxx. & in l. prima. C. de annali exceptione.

38 ¶ Nota quòd in præscriptionibus vbi non requiritur titulus duo requiruntur: possessio & bona fides. l. j. tit. de las prescriptiones libro ij. foro legum, & l. j. eo. ti. lib. iij. Ordi. & iij. par. ti. xxix. l. xij. & c. de quarta. de præscri. cum similibus. In præscriptione autem quæ est inducta in odium negligentis: vnum est necessarium vt in actionibus præscribẽtes, scilicet, cursus temporis. l. si quis emptionis. C. de præscrip. xxx. vbicunq; autem alterum de requisitis petit: naturaliter præscriptio interrumpitur quia deficiente altero naturaliter requisito ad confectionem actus: naturaliter deficit ipse actus. c. fi. de condi. appo. c. cum super Abbatia. de offi. delega. tenet Abbas in d. c. illud. de præscrip.

39 ¶ Quid autem si post completam præscriptionem superueniat scientia rei alienæ vel quꝰ debita est alterius: nunquid sit tutus præscribens in foro conscientiæ? vide Abb. in c. vigilanti. de præscript. & in c. quia plerique de immunitate eccle. ego dixi plenè in rubri. de donatio. inter virum & vxorem. col. cccxxviij. versi. ad prædictorum.

¶ Nota ex ista l. quòd tunc vita actionis hypothecariæ est annorum xxx. quando hypotheca constituitur & cõtinetur in scriptura. ad hoc l. xxij. sup.

41 ¶ Item nota quòd hypotheca debet constitui in scriptura. alias non subsistit. Idem dicit textus, & ibi Bart. in l. contrahitur. ff. de pignor.

42 ¶ Ista hypotheca pacto constituitur. l. fi tibi. §. de pignore. ff. de pignor. actio. Bart. in d. l. contrahitur, ff. de pignorib.

43 ¶ Actio hypothecaria est in rem: quia datur contra possessorem. l. pignoris. & ibi Bart. & Bald. C. de pigno. & l. pignoris. & ibi Bart. ff. eod.

¶ Et datur ad rem quæ erat debitoris in eius bonis tempore constitutæ hypothecæ. l. cùm res. & ibi Bart. C. si aliena res pigno. da. sit. Item datur ad rem cuius dominium postea superuenit debitori, scilicet, de æquitate, non de rigore, vt ibi.

44 ¶ Hypotheca intentatur contra possessorem: & obtinet agens probando quòd res prius fuit sibi hypothecata, quàm in possessorẽ alienata. l. de rebus. C. de don. ante nup. nisi sit fiscus, cuius fauore debet possessor probare rem fuisse sibi prius obligatam, quàm fisco. l. ij. C. de iure fisci. & ibi Bart. & Plat. lib. decimo. Bartol. in l. qui nondum. §. quod dicitur. ff. de pignorib.

45 ¶ Libellus in hypothecam cõcipitur: vt per Bal. in l. rem alienam. ff. de pignor. actio. & in l. si fundus. §. in venditione. ff. de pignor. & in l. ij. C. de luitione pigno. & in l. si cum venditor. ff. de euict. & in l. cùm res. & ibi Bart. C. si res aliena pigno. data sit. & in l. si ab eo. C. de pign.

46 ¶ Discussio debet fieri contra debitorem de bonis quæ habet: & in defectum recurritur ad possessorem tertium, vt in præallegatis.

47 ¶ An ista discussio fieri potest pendente iudicio contra possessorem vel fideiussorem principalis debitoris. vide Bartol. Bald. & alios in l. cum testamento. C. de testam. ma. Bald. in l. si rem. §. fina. ff. de pignor. actio.

48 ¶ Intellige discussionem necessariam, quando agitur actione personali, nõ quãdo reali. Bal. in l. ij.

C.de his quæ in fraudem credi. nisi in casu authen. contra rogatos. C.ad Trebellia.vbi Bald.j.col.speciale. Item non requiritur discussio quando agitur contra possessores,& agitur ad interesse contra alie nantem causa mutandi iudicij, si interesse est liquidum: vt quia possessor præscripsit, vel est absens in longinquis partibus,vel non reperitur:ita quòd eui denter est discussio difficilis.Barto. post glos. in l. j. ff.de alienа.iudi.mu.ca.fa.

42 ¶ Item non requiritur discussio quando est præscriptum actioni personali, & cessat hypothecaria. Bald.in authen.sed nouo iure.C.de actio. & obliga.

¶ Item quando agitur hypotheca contra tertium possessorem simul & insolidum obligatum & principaliter.gl.& Bart.in l.mulier.ff.qui po. in pigno.ha. Vel quando talis possessor erat vnus ex debitoribus:quia potest conueniri hypothecaria,non facta discussione de aliis: vt ibi,& tenet Bart. in l. si creditor.§.quæritur.ff.de distra.pigno.Bald. in authentica sed hodie.C.de actionibus & obliga.

50 ¶ Cum fit discussio,debet iudex monere partes: vt adsint cum eo excussioni, ne fraus aliqua committatur,non tamen peremptoriè debuit monere. Bal.in l.aduersus.C. de vsu & fructibus legatorum. Facta discussione, debet fieri relatio per nuncium. Deinde debet super ea pronunciari. Bart. in l. exitus.ff.de acquir.posse.Bald.in l.ij. C. quando fiscus vel priuatus. Forma itaque discussionis est,q primò iudex committat nuncio quòd inquirat & referat:secundo iudex examinet vicinos:vt per Bald.in l.ij.C.quando fiscus vel priuatus.de quo plenius per Barto.in l.persecutione.& in authentica hoc si debitor.C.de pigno.& in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudi. Bald. in l.fi.C. si certum pet.Ange.in authen.de fideiuss.§.sed nec. in fi.colla.j.

51 ¶ Nota ex ista lege, quòd quando actio personalis & executoria data super ea præscribuntur spacio xx.annorum.remanet actio hypothecaria,quæ durat aliis decem annis,& sic eius vita est annorum xxx.Contra id quod dicit l.j.& ibi Bar.& Bald.post glo.C.si aduersus credi. & Paulus de Castro consil. cxv.in fine.glos.in l.cum notissimi, in principio. C. de præscriptio. xxx. glo. & Bart.in l. j. §. cum prædium. ff. de pigno. vbi dicunt quòd hypothecaria præscribitur per decem annos, & possessor præscribit contra hypothecariam per decem annos; cum bona fide:nisi dixeris quòd ista intelligantur quando tertius possidet rem hypothecatam,& creditor consensit alienationi bonorum hypothecatorum, vel saltem sciuit & non contradixit:vt l. ij. C. de remissione pigno.Sedsi debitor possidet:tunc elapsis etiam decem annis,reus potest conueniri per creditorem ad pignus.l. creditoris, & ibi Bald. C. de pigno.actio.& in l. j. C. si aduersus credi. De iure tamen imperatorum per xl. ann. præscribit debitor tra actionem hypothecariam.vt l.j.& ibi Bald.C.de annali excep. Paulus dicto consilio cxv. glo. in dicta l.cum notissimi.Spe.de actio.seu peti.§. ij. versi. cæterum.& de præscrip.versic. sed hypothecaria.& de solu.§.j.versi .item pone debebas. Sed præscriptio quæ olim erat xl. annorum in hypothecaria, hodie est xxx.annorum,vt hic.

Lex LXIIII.

POr quãto enlas ordenãcas que fecimos enla villa de Marid a quatro dias del mes de Dizie bre del ano passado de mil & quinietos & dos anos ay vna ordenãca su thenor dela qual es este se sigue Otrosi por quãto por la ley por nos fecha enlascortes de Toledo ouimos ordenado que si los deudores que deuen algunas deudas en quien son fechas executiones por contractos obligaciones: o por sentencias apedimiento delos creedores enlos deudores,o en sus bienes alegaren paga, o otra excepcion que sea de rescebir que tenga diez dias para la prouar y no se declara desde quãdo han de correr los dichos diez dias declaramos & mandamos que los dichos diez dias corran desde el dia que se opusiere ala tal execucion & passados los dichos dias si no prouare la dicha excepcion que el remate se haga como la dicha ley lo dispone sin embargo de qualquier appellacion que dello se interpusiere dãdo el creedor las fiancas como la dicha ley lo manda:& porque nuestra merced & voluntad es que la dicha ordenanca aya cõplido efecto:porende mandamos que lo contenido enella se guarde y cũpla y execute como enellas se contiene sin embargo de qualquier appellacion que de ella se interponga para ante nos o para ante los oydores delas nuestras audiencias:o para ante otros qualesquier iuezes, o qualquier nullidad que contra la dicha execucion & remate se alegue.

ISTA lex venit ad declarandum legem quintam, factam in curiis Toleti,& legis nouæ in curiis de Madrid, à quo tempore incipiant decem dies dati ad opponendum & probandum exceptiones contra executionem.

¶ Aduerte,quia dies oppositionis exceptionum non computatur in termino decem dierum, vt colligitur ex ista lege.elt glo.in l.ratio.ff. de actio. empti.quia ista dictio, à, de sui natura, excludit diem cui adiungitur.glo.in c.statutum.de præben.lib.vj. tenet Bald.& Præpositus & alij in c.super eo.el ij.de app.gl.in cle.sicut.in verbo,à die.eod.tit. Bart. in l. in l.j.ff.si quis cau.Dominicus & alij in c.frequens. de resti.spo.li.vj.& secundum hoc intellige l.j.§. viduum.ff.quando appellandumsit.& nota.in cle.causam.de electio.vide Bald.in l.vt perfectius.col. ij. in fine.versi.nono,quòd dies.C.de annali excep. & in l.eos.§.sin autem.C.de appella.

¶ Sed pulchrum est videre infra quod tempus debent huiusmodi exceptiones opponi,post quã reus fuit citatus:dicas q cũ voluerit, dummodo hoc faciat antequã res vendatur in iudicio, vltima venditio,quæ vulgò dicitur remate:quia cum istæ sint exceptiones peremptoriæ;possunt opponi vsq;ad sentẽtiam.l.præscriptione. & ibi Bald. C. de excep. tenet Bald.Angelus,& alij,in l.officium.C.de rei vendi.Lanfrancus in c. quoniam contra. de proba. super parte exceptiones.& ita obseruatur,quòd communiter non opponuntur huiusmodi exceptiones, nisi quãdo pars citata ad venditionem ipsius rei.

¶ Oppositis exceptionibus debent probari infra decem dies à die oppositionis,vt dictum est. ita vult ista lex,& lex v.delas exceptiones.li.iij.Ord.vn de non sufficit testes præsentare infra decem dies,& postea deponant: cũ per hoc nõ videatur probare producens si testes non deposuerunt:vt per Speculũ ti.de testi.§.qualiter.versus quoq;.Cum autẽ ista probatio debet fieri infra decẽ dies à die oppositionis,vt vult ista lex:nõ sufficit probare post terminũ vt dicit Bar.in l.statuliberũ.§.stichũ de leg. ij.& in l. manci

mancipiorum.ff.de optione leg.& in l.Titia.ff.de accusa. & l.si ita.C.qui accusa. non po.nota. in c.cum in rua.qui ma.accusa.po.Bald.in l.acceptam.xxj.q. C.de vsuris. & in l.si ex eo tempore. C. de remissione pignoris. & in l.in contractibus. §. super cæteris. C.de non nu.pe. & in l.generaliter.C.de rebus creditis,& iureiuran.& in c.fi.eod.ti.

5 ¶ Intellige sane quòd opponens tenetur probare infra decem dies à tempore oppositionis: alias proceditur ad venditionem rei:nisi hoc contingerit ex malitia vel negligẽtia iudicis nolentis testes recipere vel examinare: vel forte ex aliquo casu qui iudici accidit:itaque nil est quòd possit parti imputari: per regulam imputari. & regulam quod per me non stat.cum ibi notatis per Dy.

6 ¶ Exceptiones quæ possunt opponi contra exceptionem,ponuntur in d.l.v.ti.delas exceptiones.li. iij.ordi.aliæ autem non admittuntur. idẽ tenet Bal. in l.fi.in fine.C.de compensa.

¶ Fallit in exceptione rei non traditæ quæ similiter potest opponi contra executionem. Bald in l. ex prædiis. C. de euictio. Item quòd non sit instrumentũ vel sententia vel scriptura quæ habeat executionẽ paratã.Bar.in l.diuus Traianus, in principio. ff.de test.mi.& in l.j.§. & parui.ff. quod vi aut clam.

7 ¶ Item potest opponi exeptio contrariæ sententiæ.vel nouatio.Bal.in l.si causã.C.de exec. rei iudi.

¶ Item exceptio præscriptionis.Ant.in c.ex parte.ij.de offi.deleg.Contrarium tenet Io.de Imol.in l.j.§.interdum.alias in l.quæsitum. col.xxvj.ff.à quibus appe.non licet.Bal.in l.ita pudor. C.de adul. nisi talis exceptio possit probari in continenti,vel liqueat ex inspectione instrumenti. Specu.de execu. sen.versi. xvj.in fine.§.postremò.& ibi Io.An.Anto. vbi suprà.Angelus de Arctio in d.l.quæsitũ. ff.à quibus appellare non licet.Bald.in l.j.v.col.C.de cõdi. indebiti.

¶ Item omnis exceptio per quam absoluebatur omnis substantia contractus velatus. Bart. in d.§.ex parui.tenet Florianus in l.si cui.ff.de serui.

¶ Item quòd contenta in instrumento non sunt vera.Ange.in l.iuris gentium.ff.de pactis. glos.in l. reos.§.cum in tabulis ff.de duobus reis.

¶ Item exceptio peremptoria.Bald.in l.peremptoria.col.ij.C.senten.rescindi non posse.Abb.in d. c.ex parte.j.de offi.delega.

¶ Item si instrumentum est celebratum extra territorium possunt opponi contra eum aliæ exceptiones etiam prohibitæ per legem vel statutum. Bald. in l.j.v.q.C.ne filius pro patre.

¶ Item omnis exceptio probabilis in continenti:potest admitti contra executionem,secundũ Ab. in c.suscitata.de in integrum resti.

Lex LXV.

LA interrupcion enla possession interrumpa la prescripcion enla propriedad & por el contrario la interrupcion enla propriedad interrumpa la prescripcion enla possession.

1 INterruptio præscriptionis in possessione: interrumpit in proprietate,& ecõtrà.est lex notabilis: & decidit casum satis dubiũ; videbatur enim quòd interruptio facta in vno articulo,nõ prodest in alio. c.auditis.de præscriptio.vbi vide Abb.in ij.col.ver. nota.ex fine textus. Item interruptio contra vnum non nocet aliis:vt plenè dixi suprà l.lxiij.col.iiij.vbi vide similia.Audent dicere q in casu isto hoc fuit dispositum propter connexitatem quam habet proprietas rei cum possessione eiusdem: nam possessio secundum cõmunem vsum loquendi:aliquãdo proprietatem designat,secũdum Bar.in l.cum antiquitas.C.de vsufructu.per l.interdum.ff. de verborũ signi.& in l.j.§.si vir. j.col.ff.de acquir. posse. nota. in c.cum ad sedem.de resti.spo.& econtra dicitur proprietas ideſt possessio.secundum Inno.in c.cum aliquibus.de re iudi.Spec.de rescripti præsentatione. §.fi.versi.item quòd facit.

¶ Item interruptio facta ab vno ex correis:prodest correo.l.fin.& ibi Bald.& Ange.C.de duobus reis. Item interruptio facta cõtra vnum ex correis debendi,præindicat alteri correo. vt d.l.fi.& in gl. & Bald.

¶ Item interruptio præscriptionis facta contra principalem, nocet fideiussori.glo. & Bart. in l.si fideiussor. §.fi.ff. mandati.Item interruptio in hypothecaria, operatur etiam in principali.l.fi.C.de annali excep.Bart.in l.si pignori. iij.col.C.familiæ erciscundæ.Sic videtur dicendũ de interruptione præscriptionis super possessione , videtur facta in proprietate,& econtra,vt tenet Abbas in c.illud.ij.col. versi. & pro maiori.de præscriptionib. vide eũdem in c.j.de confirmatione vtili.

2 ¶ Quibus modis interrumpitur præscriptio. vide Abb.in c.illud.de præscrip.& quæ scripsi suprà l. lxiij.col.iij.vide in l.vt perfectius. C.de annali exce. glos. in dict. cap.illud. & in §. potest. q.iij. & legem Regni, titul.delas prescriptiones. l.vij.foro legum. Item alluuione vel inundatione aquarũ interrumpitur præscriptio de qua per glos.& Bartol.in l.j.C. de annali excep.& in l.cum vnus. §.fin. C.de bonis auctor.iudic.possid.per Bald.& Ang.in l.seruitutes. ff.de seruituti. & in l.cum notissimi.§.immo.col.ij. versi.in ea glosi in fine.vbi per hoc notanter dicunt, quòd quis non præscribit clusam molendini: quam cursus aquarum semper interrumpit, si eam inundatio totaliter vel pro maiori parte destruxit.

¶ Item si possessio mea fiat lacus, secundum Bald.in l.j.charta pen. versic. pone fui confessus. C. de confessis.

¶ Item per guerram & pestem tantam quòd ius in loco non reddatur.Bart.in l.naturaliter.pen.col. versic.aduerte.ff.de vsucap.in d.§.immo.col.ij.versi.eadem æquitate.iunc.o versi.præcedenti. Abb.in cap.ex transmissa.de præscrip.& in capit. illud. istis modis naturaliter interrumpitur præscriptio.

3 ¶ Ciuiliter interrumpitur,vt per Abb.in d.c.illud. Item per dationem fideiussorũ.l.cùm quis.§.si quis pro eo.& ibi Bar.§.col.ff.de solu.Bart.in d.l.naturaliter.vj.colum.versi.quæro quid si.Item per citationem legitimè factam in iudicio,etiam vnicam,non peremptoriam in ciuili causa. Bart.in l.fin. in principio.ff.de eo per quem factum erit. Immo etiam si citatio esset generalis & indiscreta.Bald.in authentica offeratur.col.iij.de litis contesta.

¶ Item per commissionem possessionis. Bal. in d.§.immo.col.j.post glos.quæ idem vult in versi.sine violentia.

¶ Item per nunciationem noui operis. l. aliena. ibi Bart.ff.pro emptore.

¶ Item per expulsionem.glo.& doct.in l.qui fundũ.§.qui bona fide.in verb.redhibeatur.ff.pro emptore.Barto.contra glos.in l.possessionem. ff. de vi

& vi

& vi armata. nota. in l. si quis à se fundum. ff. ad legem Iuliam de vi.

¶ Item per petitionem in iudicio etiam debiti incerti. Bal. in Spec. de appe. vers. quæstio talis. & titulo de reo. vers. qui habent ius.

¶ Item per missionem in possessionem causa rei seruandæ. Bart. in l. Celsus. iiij. col. versic. sed vna est lex. ff. de vsucap.

¶ Item per sequestrum factum partium consensu, quod priuat possessione. Bart. in l. interesse. ff. de acquir. posse. Bald. in l. j. col. j. versic. tu autem. C. de prohibita sequestra. pe. Abb. in capitu. examinata, de iudi.

¶ Item per simplicem controuersiam. gl. in l. sed si lege. §. si autem. in vers. controuersia. ff. de pet. hæred. Barto. & alij in l. fi. in princip. ff. de eo per quem factum erit.

¶ Item per exceptionem compensationis, & sic per actionem propositam per modum exceptionis. Bald. in d. §. immo. in fine. Bar. in l. omnes actiones. ff. de regulis iuris, vbi vide.

4 ¶ Possessio interrumpitur per filium familias sine consensu patris, quãdo citatio sufficit: non quando requiritur litis contesta. Bald. in l. j. col. ij. oppo. iij. C. qui admi. quem etiam vide in l. fi. §. necessitatem. fi. colum. versicu. item quæro. C. de bonis quæ liberis.

5 ¶ Sunt aliqui actus quibus præscriptio nó interrumpitur: vt per compromissum, secundum Ludo. Rom. in l. j. colum. xj. ff. de arbi. alias in rubrica in repetitione. Oldradus consilio clvj. Item per interpretationem iudicis delegati. Bald. in l. sicut. col. j. vers. nota bene, quòd solapræscriptio xxx. an. C. de præscri. xxx. Angelus in authentica de exhi. reis. in principio. colum. ij. versiculo, nota istam glossam. collatio. v,

7 ¶ Item per præsentationem rescripti delegationis. Bald. in d. authenti. offeratur. fi. col. versi. venio ad illud verbum. & in l. iij. col. ij. vers. sed pro glo. facit. C. de fructibus & litis expensis,

¶ Item per actum factum tempore feriato. Bal. in dicta authentica offeratur. fi. colum. versic. adde quartum.

¶ Item per condemnationem debitoris contumacis. Baldus in l. finali. colum. fina. q. penult. C. de re iudicata. Item per exceptionem ineptam. Bald. in l. edicta. col. antepen. ver. ex tribus. C. de edendo,

Lex LXVI.

NInguno sea obligado de se arraygar por demanda de dinero que le sea puesta sin que preceda informació de la deuda, alo menos sumaria de testigos, o de escriptura authentica. 8

1 VT videas vtilitatem huius legis aduerte, Olim iure primæuo personali actione conuentus & de satisda. in prin. Postea constitutum fuit contrarium. instit. eod. §. sed hodie.

2 ¶ Deinde si res quæ petebatur actione reali erat immobilis: non satisdabat: quia res ipsa eum idoneũ faciebat. l. sciendum, in principio. & §. si fundus & §. si fundũ. ff. qui satisda. cog. glo. & Bart. in l. Iulianus. eod. tit. nisi fortè peteretur fundus cũ multis fructibus: nam tunc satisdare tenetur, secundum Bart. in d. §. si fundum. in fine. quod nota.

3 ¶ Item cum quis habet sententiam pro se: à qua fuit appellatum, poterit petere, vt interim fructus sequestrentur pro securitate creditoris. Bal. in l. iij. col. j. C. quibus, ad libertatem proclamare nó licet. & iij. parti. ti. ix. l. j. & ibi glos. allegat concordãcias, vel tenetur ad minus satisdare de fructibus restituẽ dis finita lite: vt suprà.

4 ¶ Si autem petitur res mobilis, & persona est suspecta à qua satisdatio desideratur: tunc res mobilis deponitur apud iudicem donec satisdetur. l. si fideiussor. §. si satisdatũ. ff. qui satisd. cog. & foro legum, lib. ij. titulo delos emplazamientos. l. ij.

¶ Si vero quis conueniatur actione personali, vt quia debitor est in pecunia, tunc non potest satisdare: & constat de debito per testes vel instrumenta, capitur debitor & detinetur in carcere donec satisdet. l. quoties. §. si satisdatum. ff. qui satisda. cog. & l. iiij. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem cre. Bald. in c. j. de pace iura. fir. Ad hoc prædicta lex Regni ij. Sed caue si in ipsa captura reus fuit vulneratus à parte seu creditore, debet reus relaxari: & creditor puniri. Si autem fuit vulneratus à iudice: vel officiali, officialis si excesit, punitur de vulnere: reus tamẽ non relaxatur nisi soluat. Bal. in authentica & omni no. col. pe. C. ne vxor pro marito,

6 ¶ Si conuentus actione personali est idoneus & soluẽdo, nullam præstat satisdationem: etiam si præcedat informatio de debito. authen. cui relictum. & ibi Bald. pe. col. C. de indicta viduitate tollen. Absurdum enim esset & iniquum, quòd idoneus satisdet contra iura hoc prohibentia. Is ergo qui nõ est idoneus præcedẽte informatione debiti: debet satisdare: glos. in l. iij. §. nec tutores. ff. de suspectis tutoribus. & ita propriè loquitur ista lex.

7 ¶ Hæc autem lex addit ad prædicta iura quæ disponunt quòd idoneus nõ tenetur satisdare, insti. de satisda. §. sed hodie. & lex Regni, foro legum, tit. delos emplazamientos. l. ij. requirit enim quòd præcedat informatio de debito: quoniam plerunque is qui debitor non erat, capiebatur in carcere. Præsertim si erat aliqua suspitio cõtra eum de fuga, de quæ aliter non constabat nisi creditoris iuramento: qui etiam trahebat eum debitorem, quod olim sufficiebat. vt tradit Paulus de Castr. consilio xxxviij. & dabatur materia periuriis, & debitor iniustè aliquando grauabatur: propterea emanauit hæc lex quæ super hoc prouidet: requirit enim duo, quòd reus nõ sit idoneus: item quòd super debito præcedat informatio debiti per scripturam vel testes.

8 ¶ Mercator tamẽ debitor qui merces possideat, dicitur idoneus: nec tenetur satisdare, etiam si alias cõstet de debito. tenet nota. Angelus in l. nemo carcerem. ad finem. C. de exacto. tribu. per l. si creditores. ff. de priuil. credi. Idem si debitor habet magnũ creditum, licet in bonis nihil possideat, nõ dicetur suspectus: nec cogitur satisdare. l. si quis stipulatus sit stihcum: in fine. ff. de verbo. obliga.

9 ¶ Item non poterit quis capi pro paruo debito, sed pro magno. Bald. in authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nuptias.

¶ Aduerte quia ista lex loquitur generaliter, cũ dicit. Ninguno sea obligado. Per quam generalitatem videtur comprehendere quemcunque reum debitorem, siue debitum descendat ex mutuo, siue ex contractu, siue ex testamento: vt sunt hæredes testatoris qui tenentur ad legata præstãda legatariis: siue

siue fuerit aliquis debitor ratione fideiussionis: nã & omnes sunt debitores, & habita informatione de debito: & non idoneitate, possunt cogi satisdare per hanc legem. tenet hoc Albericus de Rosa. in l. prima. in fi. ff. si certum petatur col. pe.

10 ¶ Dicitur autem quis suspectus si non possidet immobilia in ea quantitate in qua conuenitur. l. si fideiussor. §. si satisdatum. ff. qui satisda. cogant. & l. sciendum. in prin. eo. ti. vel quia pauca immobilia possidet. l. si creditores. ff. de priuil. credito. Item mali mores quos ipse habet, reddunt eum suspectum insti. de suspectis tu. §. fi. vide Montaluum, foro legũ lib. ij. ti. delos emplazamientos. l. ij. Adde quòd quis dicatur suspectus: relinquitur iudicantis arbitrio. secundum Bald. in d. l. sciendum.

11 ¶ Per satisdationem sponte datam videtur quis debitum agnoscere, secus si coactus satisder. l. j. & ibi Bald. versi. modo restat. C. vt in possessionem legatorum.

12 ¶ Verbum (arrayagar) quo vtitur ista lex, est æquiuocũ: refertur enim ad cautionem, quando conuentus in iudicio personali actione nõ est idoneus: nam tunc tenetur cautionem præstare q. vsq; ad finem causæ iudicio sistet. l. sciendum. ff. qui satisda. refertur etiam ad satisdationem de iudicato soluendo, quando reus non est idoneus. l. j. & glos. in l. j. eodem titu.

13 ¶ Qui tenetur satisdare, debet hoc facere secundum formam iuris non secundum priuilegiũ suum: Angelus in l. si finita. §. videamus. ff. de damno infecto. & si est idoneus debet constituere hypothecam in bonis suis: licet per statutum cogatur satisdare. Bartol. in l. quicunque. la ij. C. de fundis pa. lib. x.

14 ¶ Fideiussor de iudicio sisti: debet esse idoneus facultatibus suis & facilitate conueniendi. l. ij. in prin. ff. qui satisdare cogantur.

15 ¶ Facultates considerantur pro magnitudine rei quæ petitur. l. quos nos. §. j. ff. de verborum significatione. & l. prima. ff. de in ius vocan.

16 ¶ Facilitas conueniendi inspicitur ratione loci, idest quòd non sit in munitissimo lõco vel castello, vel ratione priuilegij: vt si est scolaris. glo. in l. ij. versi. ex facultatibus. doctores in cap. . de loca.

17 ¶ Vnde mulier minor & miles non sunt idonei si deiussores. l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satisda. cog.

18 ¶ Qui tenetur satisdare si non reperit fideiussorem in loco vbi conuenitur, poterit alibi præstare. dicta l. de die. §. iubetur. & ibi Bartolus. ff. qui satisdare cogan. etiam super gabella petita. l. quaterni xlviij.

19 ¶ Satisdatio præstanda est secundum consuetudinem loci. nota. in l. nimis. ff. de legat. iij. & in l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iuris.

20 ¶ Obligatus satisdare, si non potest, non cogitur: Flor. in l. si cuius rei. ff. de vsufruct. sicut dicimus in tutore & curatore, qui tenentur satisdare: vt instituta. de satisda. tu. in principio? quia intelligitur si potest. Contrarium est verum, immo quòd non valens satisdare, potest capi per creditorem & duci coram iudice, vt incarceretur: donec satisfaciat creditori de iudicio sisti: foro legum, ti. delos emplazamientos. l. j. & delas ferias. l. prima. sentit Bald. in l. ij. C. de vsuris & fructibus lega. cum dicit quòd satisdare non valens, sibi imputet.

21 ¶ Captus pro suspecto si satisdat, debet relaxari. l. pecuni. §. fi. ff. vt in po. leg. Pau. de Cast. cõs. xxxvij.

22 ¶ An carceratus pro vno debito possit pro alio debito carcerari vel cõmendari. vide Barto. distinguentem in l. ij. col. ij. versi. vlterius quæro. in j. q. & in l. saccularij. ff. ad legem Iu. vide Angelum in l. nemo carcerem. C. de exacto. tri. lib. x. & in l. si vacantia. C. de bonis vacan. eod. lib. Bart. in l. Sed eximendi. §. item si quis. versi. etiam allegaui. ff. ne quiseum qui in ius voca. est. Hinc est quòd captus pro debito cõmuni: potest cõmẽdari pro debito priuati, & econtra. l. quoties. & ibi Bar. C. de exacto. tri. lib. x.

23 ¶ Debitor potest capi & carcerari, quando non vult satisdare. l. ij. delos emplazamientos. foro legum, de qua paulo antè. Præsertim si debitor est in fuga. nam poterit eum capere creditor & iudici præsentare. l. ait præto. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. credi. foro legum, libro. iij. titu. delas deudas y pagas. l. xij. & ibi Montaluus: ratio quia pecunia est vita hominis: vt nota. in l. aduocati. C. de aduoc. diuersorum iudicio. tenet Bal. in l. fi tuis. C. de oper. libert. merito creditor potest capere illum qui vult eum vita priuare: qui enim habet pecuniam, habet omnem rem quam vult habere.

24 ¶ Intellige quòd potest capere debitorem fugitiuum etiam die feriata in honorem Dei. gl. & Bartol. in l. fin. C. de feriis. scilicet, ad hoc vt cogatur cauere de iudicio sisti finitis feriis. argum. l. si adulterium cum incestu. §. fin. ff. de adult. secundum Paul. de Cast. in l. solent etiam. in princ. ff. de feriis. Bart. in dicta l. finali. vbi videas doctores alios recentiores vel modernos.

¶ Si tamen debitor non est in fuga: nec suspectus, licet sit inops, die feriata in honorem Dei, non potest capi. Paul. consilio xxxviij.

¶ Si captus propter debitum ducitur per ecclesiam: & se euadit de manibus alguali: potest extrahi de ecclesia. Archid. in c. Sicut antiquitus. xvij. q. iiij. Oldrad. consil. liiij.

27 ¶ Laicus potest capere clericum debitorẽ suum fugitiuum propria auctoritate sine metu excõmunicationis, dum tamen ducat ad iudicẽ. Hanc conclusionem tenent doctores communiter omnes. Bartol. & alij in dict. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in faud. credit. Bald. in cap. primo. §. furtum. de pace iuramen. firm. & in cap. dilectus. col. v. de appell. Abb. in cap. cùm non ab homine, de iudi. & in cap. lator. de pignor. & in cap. vt fame. de sententia excommun. Ioan. de Imol. in cap. primo. de depósito. Ias. in l. ij. col. vj. de iurisdict. omn. iudic. & doctores recentiores in prælegatis locis. Ratio, quia cùm clericus sit obligatus ad solutionem: si aufugit & recedit, periculum est in mora in debito recuperando. l. extat. ff. quod metus causa. facit l. generali. C. de decurio. lib. x. & glos. in stit. de actio. in principio. & in l. nullus. C. de Iudæis. & ibi Salic. Ad idẽ auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. damus autem. in verb. continere. collat. ij. vbi dicitur quòd fugitiuus potest capi etiam à priuata persona, tenet Innoc. in c. olim. de restit. spol. vbi dicit quòd licitũ est pro redimendis rebus inuadere clericum: ergo & capere. & ducere coram suo iudice.

¶ Ad idẽ glo. j. in c. ius gentiũ. j. dist. quæ dicit, q. quãdo quis nõ potest rẽ propriã consequi propter defectũ iustitiæ vel alias potest propria auctoritate ius sibi dicere. quã gl. multum commendat Bald. in l. fin. C. de his qui à non domi. ma. de quo plenè per Anchar. in regu. peccatum. de reg. iur. lib. vj. de quo ego alias scripsi in cap. per vestras. de donatio. inter

virum

virum & vxo.colum.clviij. cum sequentibus. Adde prædicta ex textum nota.in c.j.in fine,de milite vasallo qui contumax est: vbi dicitur, quòd si quis non 34
potest recuperare rem suam,poterit detentatorem deprædare,tene menti illum textum.Ad idem facit dicto cap.j.de locato.& ibi Abbas,& Andræas Siculus. Ad idem Hosti. Ioan. And. Anchar. & Dominicus in cap.sciant cuncti.& cap.fin.de electio.lib.vj.vbi dicunt, quòd licet constitutio sit clericis pœnalis & odiosa, debet extendi, si laicis est fauorabilis. iura ergo prædicta disponentia contra debitores fugitiuos extenduntur ad clericos,cùm in eis sit eadem ratio, quæ in laicis. Ad hoc bonus textus in capitu.constitutus.de in integrum restitutio.vbi ius laicorum generaliter disponens super retractu rerum,comprehendit clericos, vt ibi plenè dixi in meis recollectis, alia plura cumulans, quæ videri possunt.

28 ¶ Et ita,quamuis alias leges permittentes capturas clericorũ non sint sequendæ,nisi alias ius canonicum approbet, vt voluit Hosti. in cap. nuper de sen.ex.& Anto.in cap. cum ab homine. de iudiciis. Andræas Siculus in dicto cap.j.de deposito.Hoc verum est quando legis auctoritate nitimur illud facere, quæ nullam habent auctoritatem vel imperium in personas ecclesiasticas, quia obsequendi manet necessitas,non auctoritas imperandi, vt dicunt iura vulgaria, secus quando ex ratione legis mouemur ad id faciendum, quæ arctat ipsos clericos sicut laicos.

29 ¶ Intellige prædicta quando clericus non erat idoneus ad debitum persoluẽdum, prout diximus in laico, non curando de aliquorum opinione qui omnia prædicta nituntur euertere propter aliqua læuia fundamenta & somnia,leuesque consideraciones, de quibus alias suo loco dicemus Deo propitio.

30 ¶ Satisdatio de iudicio sisti & iudicato soluendi 35
debet præstari ante litis contesta.glo.& doctores in rub.ff.iudic.sol.& in l.Pomponius.§.rati.ff.de procu.& l.de die.§.qui seruus. ff. qui satisda. cogan. de quo per Paulum de Castro in l. Iulianus. in principio.eod.tit.

31 ¶ Præceptum iudicis quo mandat satisdare est sententia diffinitiua.l.in omnibus. ff. de iudi. tenet Matthæus de Mathe. in suis notabilibus singularibus xxxiij. vnde ab illa sententia potest appellari: vt l.quarta, titu. delas appellationes. libro tertio. Ordina.

32 ¶ Possidens rem vilem immobilem: non cuitat satisdationem.glos.in l.sciendum.ff.qui satisdare cogantur.& ibi Bal.refert Andræas Siculus in ru.de rebus eccle.col.xviij.in fine.

33 ¶ Sed nunquid actor tenetur satisdare ad petitionem rei de prosequenda lite & solutione expensarum si succubuerit:iuxta formam authen.generaliter.C.de episco.& cleri.& habetur in Specu.de actore.versi.item quòd nõ dedit. & procedit hoc etiam si actor sit clericus,vt ibi quia ius antiquum non reperitur immutatum quando est actor. Item procedit etiam si actor possidet immobilia:quia iura hoc casu loquuntur indistinctè, vt notat Cynus in dicta authentica generaliter.

¶ Sed hodie de consuetudine non præstat actor istam cautionem,secundum glos.in dicto §.sed hodie instit.de satisda.quam omnes approbant ibi, & Barto.in d.authentica generaliter.Abb. & alij in capitul. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lite non contesta.

¶ Nota hanc legem quòd debitor non potest capi nec carcerari:nisi tunc demum quando causa cognita super debito non potuit satisdare, per hanc legem. Cuius contrarium tenuit Bald. in l.consentaneum.ij.colum.ver.istud videtur contra tex.C.quomodo & quando iudex.vbi dicit, quòd iudex potest facere capturam personæ quando vult.sed non cogitur per partem nisi ipsius constituat reum in contumacia solenniter.hoc etiam tenuit ibi Barto. colum.ij.versic.contra hoc oppo.vbi dicit,quòd captura debitoris vel regulariter fieri potest. Sed vt vides ista l.dicit,quòd tũc demum fieri potest quando præcedente informatione debiti: non vult satisdare.ad hoc facit cap.vt fame.de sen.ex. vbi captura est regulariter prohibita,nisi expresse sit concessa. proprerea iudex non potest capere debitorem, nisi præmissa informatione prædicta.

¶ Et vltra hoc debet præcedere partis monitio,de soluendo,vel vt soluat debitor.l.quidem iberus.ff.de seruitu.vrba.præ.

¶ Item debet præcedere comminatio iudicis, quòd nisi soluat capietur.l.tutor qui repertorium. §.si depo.ff.de admi.tu.

¶ Item citatio ad dicendum causam,quare non decernatur captura.argu.l.iij.§. si ad diem. ff. de re militari. secundum Paulum de Castro consilio xxxvij.vbi vide.

¶ Ista procedunt quando agitur contra non suspectum de fuga, tunc proceditur, secundum formam l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem credi.si quando non est suspectus de fuga. Et in reali mittitur actor in possessionem rei petitæ,alias proceditur ad diffinitiuam: iuxta formam l.primæ.titulo. delos assentamientos. libro tertio Ordina.

¶ Quando verò debitor est suspectus de fuga,vel 35
fugitiuus: ante citationem creditor petit à iudice: vt compellat debitorem satisdare. Et super ista petitione non requiritur monitio partis nec comminatio iudicis. Sed debet allegari causa suspitionis.l. item si suspectus,cum glos.j.ff.de procura. secundũ Pau.dicto consilio xxxviij.col.j.Bald.in l.apertissimi in fine.C.de iudiciis. Item informatio de debito.His duobus probatis, reus compellitur satisdare vel hic patet, iuncta authentic. cui relictum. de qua supra.

¶ Ampliabis hanc legem,vt præcedente informa 36
tione potest debitor capi non solum pro debito certo:sed etiam pro incerto, & non liquido. Capitur enim ad hoc vt caueat:non autem vt soluat, secundum Paulum in dicto consilio xxxviij. Sic intellige Bald.in authentic.sed iam necesse. C.de donat. ante nupt. cum dixit quòd debitor suspectus non potest capi si de certa quantitate debiti non constat,vt soluat:bene vt satisdet;secundum Paul.dicto consilio.

¶ Et tunc licet capturam debeat præcedere infor 37
matio debiti,suspitio tamen debitoris suspecti,cognosci potest etiam post capturam.Bald.in Spe. de citatione,versi.citatio rei.

¶ Idem dicimus in captura pro crimine, quia fieri non potest nisi prius summatim constet iudici de crimine commisso vel de suspitione, secundum Bald. in l. quod euitandi.in fine. C. de conditione ob turpem causam. 38

¶ Taliter

39 ¶ Taliter autem carceratus pro debito vel delicto debet statim relaxari cum constat eum non deliquisse, vel debitorem non esse:non expectata alia interlocutoria. l.nullus. in fi.C.de exhiben.reis. secundum Ludoui.in l.ij.colum.iiij.ff.si quis in ius voca. non ierit.Iaco.But. & Bald. in l.Sed & is.ff.de in ius vo. 1

40 ¶ Suspitio debitoris nõ probatur per iuramentum rei:vt voluit Bald.in l.apertissimi.in fi.ver.si verò volo.C.de iudiciis.& facit ista lex.Idem tenet Ange.ibi.& in l.si arbitro.§.qui ex causa.ff.qui satisdare cogan.&in authen.de exhi.reis.§.sancimus.colla ne v.super ipsa ergo suspitione adhibenda est aliqua cognitio causarum suspitionis,ad hoc l.j.C. de prædiis decurionum.lib. x.ibi causas quibus strangulatur sigillatim exponat,secũdum Bal.vbi suprà. 2

41 ¶ Suspitio debitoris probatur per duos testes summarie deponentes, secũdũ Bald.in auth. ei qui. C.de bonis.au.iudi.possi.ita q̃ non est attẽdendus aduersarius ad videndũ iurare ipsos testes,ne instruatur de fuga, facta fide de debito postea interuenire debet iuramentum secundum Paul. dicto consilio xxxvij.& xxxviij.& in l.consentaneum. C. quomodo & quando iudex.& in l.ij.in princ.C.de seruis fugi.vide Bald.in l.j.C.de prædiis decu. lib. xj. videas rogo Mathesillanum in singulari ij.iij.

42 ¶ Requiritur tamen quòd ista suspitio superueniat de nouo: nam si suspitio suberat tempore debiti contracti nihil fieri potest.Bart.in l.fi.C. de feriis. tex.in d.l.si arbitro.§.qui ex causa.ff.qui satisda.co. & in l.qui bona.§.de illo.ff. de damno infecto. & in l.si is à quo.§.fin.ff.vt in po.leg.& in l.si mulier.c.de spõ.Bald.in authen.quod locum. C. de collat. Pau. consilio xxix.Intellige si creditor sciuit à principio tempore contractus alias secus.Bart.l.quæsitum.ff. de pigno. 1

43 ¶ Quãdo ista suspitio de nouo superuenit, si diu 2
tacuit creditor sciens ipsum esse suspectũ, nõ poterit de cætero ipsum tanquã suspectũ facere incarcerari.l.si creditores.ff.de priuil.credi.Ang.nota.in d. §.qui ex causa.l.si arbitro.ff. qui satisda.cog. sequitur Lanfrancus in rep.c.quoniã cõtra falsam.in parte recusationes.col.ij.ver.& per hoc refertur.de probationibus.Paulus in dictis cõsiliis.Sétit Bar.in d.l. si creditores.& in l.iiij.§.si creditorem.ff.de his quæ in fraud.credit.Bald. in l. si mulier. ij. colum. C. de spon.Angelus in dicta l.nemo carcerem.C. de exacto.tribu.lib.x.& in l.extat.ff.quod metus causa.

44 ¶ Dilapidatio bonorum debitoris reddit debitorem suspectum,vt per Bald.in l.si pro ea.C.mandati.si tempore contractus multum dilapidabat:secus si parum,vt ibi per eum latè.

45 ¶ Sed ista omnia non sufficiebant ad compellendum debitorem ad satisdandum,vel ad capiendum eum vel carcerandum:nisi prius constaret eum esse debitorem:vt statuit ista l.

46 ¶ Ista faciũt ad dubiũ:an mulier quæ sciẽter cõ traxit cũ marito inope:an poteritdotẽ ab eo tãquã ad inopiã vergẽte repetere,de quo ego plene scripsi in c.per vestras.de do.inter virũ & vxorẽ in versi. intellectu. vbi ad plenum videbis. de quo hic latè.

Lex LXVII.

NIngun iuramento aun que el juez lo mande hazer o la parte lo pida no se faga en san Vicẽte de Auila:ni enel herrojo de santa Agueda:ni sobre altar:ni cuerpo santo:ni en otra yglesia juradera so pena de diez mil maruedis para la nuestra camara & fisco al que lo iurare & al juez que lo mandare & al que lo didiere,o demandare.

NON est iurandum super reliquis & corporibus sanctorum,etiam ad iudicis mandatum.

¶ Ante hanc legis constitutionem ista iuramenta fieri permittebantur: vt l.generaliter, in fine. C. de rebus creditis.& tenet Bald.in ca. j. colum. prima. versi.potest etiam iurari.de noua forma fidelitatis.Ad idem l.prima,iuncta l.xix.titulo xj.tertia partita.Sed idem Bald.in c.j.§.item sacramentum.col. ij.versi.quæritur vtrum iuramentum, de pace iurafir.aliter sentit.vide eum,& in dicta l.generaliter. & in l.ij.C.de sacrosanct.eccle. tu vide Abulensem super Matthæum.

Lex LXVIII.

SI alguno pusiere sobre su heredad algun censo con condicion que si no pagare a ciertos plazos que caya la heredad en commisso que se guarde el contracto y se juzgue por el puesto que la pena sea grande y mas dela mitad.

POtest quis censum constituere super re sua, & vendere sub ea conditione quòd si census ad tempus cõstitutum nõ soluatur, res cadat in cõmissum,quãuis pœna videatur grauis. & approbantur notata per glo.& doctores in c. in ciuitate. de vsuris.vbi vide Io.de Anania col.iij.versi.quærit hic Inno .& col.vij.versi.in contrarium.vide tu de hoc notabilem extrauagantem quæ super hoc disponit ti. de empti.& ven.incipit regimini.

¶ Ista lex est singularis & quotidiana, & multas tollit ambiguitates quæ in iudiciis quotidie versabantur super contractibus,quæ fiũt hoc modo:ego habens domum multum valentem in necessitate constitutus ne eam venderem:constitui censum viginti ducatorum annuatim soluendũ super illam: hunc censum tibi vendidi pro quadringentis ducatis,eo pacto adiecto,q̃ tibi annuatim soluerem xx. ducatos ad diem diui Ioannis, alioqui res caderet in commissum, ideſt ipsa domus efficeretur tua: iste contractus, approbatur per hanc legem. Qui re vera nec est contractus censualis nec emphyteoticus:non est contractus censualis,quoniam ille propriè est, quando dominus rei concedit alicui rem suam,quam transfert in eum omnino quantum ad dominium vtile & directum,nihil sibi retento,nisi quòd annuatim sibi præstet ducatos viginti ad diem sancti Ioannis:quos si non soluerit,cogitur soluere auctoritate iudicis,non tamen res incidit in commissum propter non solutionem: vt vult glos. communiter approbata in ca.constitutus. de relig. domib. At in casu nostro domus super qua census constituitur est mea,& apud me remanet: & pro ea promitto soluere annuatim illos xx.ducatos, adiiciens q̃ si non soluerim ad diem S. Ioannis, res, id est ipsa domus,efficiatur tua: itaque non ipse cẽsus solùm sed tota domus,quod est cõtra naturã cẽsus.

¶ Non est contractus emphyteoticus, de cuius natura est,q̃ dominium directũ maneat penes concedentem,& vtile tantũ transeat in recipientem: & si pensio non soluitur ad tempus conuentum, putà

Universidad de Sevilla Biblioteca

instrà, bic quiù sic est ecclesiæ: vel triennium si est priuati: res incidit in cõmissum: vt l.ij.C.de iure emph. gl.in d.c. cõstitutus. directũ dominiũ remanet penes dominũ cõcedẽte: vt l.j.C. si ager vecti. vel emphy.pe. ratione cuius iustũ videtur, quòd si emphyteota cessauerit à solutione pensionis: res ad dominum reuertatur: quasi sub ea conditione tradiderit.

¶ Est ergo contractus alius à censu & emphyteosi: nam primo fit contractus emptionis & venditionis illius census quem ego constitui super domum meam viginti ducatorum, pro cccc. ducatis, & breui manu: vt dicitur in l. singularia. ff. si certũpetatur: tu mihi illũ cẽsum cõcedis pro viginti ducatis annuatim soluendis ad diem sancti Ioannis: & si cessauerim à solutione, tota domus efficiatur tua.

3 ¶ Sed quid si tu mihi per x. vel xx. annos soluisti pensionem viginti ducatorum. An præsumatur census vel emphyteosis. vide Guil. de Cu. in l. malè agitur. C. de præscriptio. xxx. an. Spec. de locato. §. vj. versi. cxlij. Ange. in l. qui in aliena. §. j. ff. de acquir. hære. & in authen. de aliena. emph. coll. ix. & in l. qui luminibus. ff. de serui. vr. præ. Bald. in l. j. C. de iure emphy. & in cap. j. col. j. de feu. alie. nota. in §. adeò. instit. locati.

4 ¶ An cẽsuarius debet ire ad domum domini census: vt solnat censum: Bald. in l. fi. col. j. versi. item debent facere censuales. C. de condi. insertis. Bart. in l. item illa. col. ij. versi. & per hoc dico. ff. de consti. pecu. Bal. in l. acceptam. C. de vsuris. q. xij. Inno. in c. si gnificante, in versi. remiserit. & ibi Abbas & alij de pigno. dicunt quòd vbi solutio debet fieri respectu alicuius rei pro aliqua re: si vterque est eiusdem fori dominus & emphyteota: debet emphyteota ire ad domum domini directi domini: secus si sunt diuersi dominij vel fori: sed satis est quòd dicat in domo sua paratus sum satisfacere si quis esset qui reciperet. Ad hoc d.l. item illa. quæ loquitur inter creditorem & debitorem.

5 ¶ Adueniente termino, censuarius vel emphyteota absque alia requisitione tenetur soluere pensionem vel censum, quia dies apposita: interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen. & commi. sti. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligatio. Intellige etiam si est dies legalis & tacita. vt d.l. secunda. C. de iure emphyteo. c. potuit. de locato. glos. in l. mora. ff. soluto matrimonio. Adde quòd sicut dies termini interpellat, sic hora. Bald. in l. prima. col. ij. 2
C. ne liceat in vna causa tertio prouo. vide in l. ratio. §. fi. ff. de actio. empti. Bald. in l. si quando. col. ij. C. de testibus.

6 ¶ Si terminus non fuit positus ad solutionem 3
census debet solui in principio anni: vt per Bald. in dicta lege secunda. C. de iure emphyteotic. vbi vide additionem.

7 ¶ Sed quid si censualis vult soluere censum vna vice pro multis, vide Bald. in dicta l. ij. vbi concludit 4
quòd non potest.

8 ¶ Si res incidit in commissum propter non solutionem census secundum formam huius legis, deinde elapso termino dominus recipit censum vel 5
pensionem: an videtur remittere commissum? vide Barto. in dicta l. secunda. C. de iure emphytheo. Anto. Barbat. & Abba. in cap. potuit de locato. Iaso. in dicta l. secunda. C. de iure emphyteo. colum. lv. ego tetigi in rubrica de donatio. inter virum & vxorem versi. bene facit ad hoc.

9 ¶ An ille qui debet soluere censum pro aliqua re, possit imponere alium censum super eadem re: alteri soluendum: vide Barto. in l. j. §. quod autem. el ij. ff. de superficiebus. Bart. & Bald. in l. ij. C. de iure emphytheo. loquendo in emphyteota, tenent quòd sic. idem videtur de censu.

10 ¶ Quæ summa vel quantitas erit iusta, vt detur pro censu. vide Andræam Siculum in c. primo, in principio de emptione & venditione.

11 ¶ Census vel pensio debet esse tanta quæ cumulata pro viginti annis: faciat verum precium rei. secundum Ange. in authentico de non alienandis. §. quod vero. in fine, colla. ij. glo. versi. constante. in authen. perpetua. C. de sacrosanc. eccle. Specu. de locato. §. vj. versi. dicitur autem. quod nota.

Lex LXIX.

NInguno pueda hazer donacion de todos sus bienes aun que la faga sola mente delos presentes.

NEmo possit facere donationem omnium bonorum suorum etiam præsentium tantũ. Est vtilis ista lex quæ corrigit iura imperatorum & leges Regni, quæ permittebãt fieri donationem omnium bonorum. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. l. stipulatio ista hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. l. finali. C. de pactis. l. fi. §. j. de leg. ij. v. partita. tit. delas donaciones. l. j. de quo per doctores in præallegatis locis, & per Angelum in l. j. in fi. ff. de pigno. Paul. de Castro consilio cxliiij. Hodie per istam legem fieri non potest donatio omnium bonorum præsentium tantum. idem videtur velle lex vij. titul. delas donaciones, foro legum. vbi vide Montaluum, super verbo De todo lo que ouiere. Vbi assignat rationem huius deficionis. quia præsumitur fraus in donatione bonorum. l. omnes. §. lucius. ff. de his quæ in frau. credito. l. cum de indebito. ff. de proba. tu dicas quòd etiam si fraus non præsumeretur, non valeret donatio omnium bonorum quia quod est nimium; vertitur in vicium. authent. de immẽsis dona. §. j. & ibi glos. colla. vij. Item ne detur alicui occasio iactandi bona sua, & male vtendi rebus suis. insti. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ca. non satis. lxxxvj. distin. c. duo sunt. xij. q. ij. Itẽ vt remaneat sibi de quo possit testari. d.l. fi. C. de pactis.

¶ Ex istis infertur; quòd non potest quis donare hæreditem suam; quia hæreditatis appellatione, veniunt omnia bona præsentia & futura, secundum Bart. in d.l. fi. C. de pactis.

¶ Intellige prædicta etiam si in donatione dicatur quòd tot sint donationes quot res donatæ. Ange. in authen. de immensis dona. col. iiij. colla. vij. notatur in. l. scire oportet. ff. de verborũ oblig. in Speti. de donationibus.

¶ Intellige quãdo prædicta donationi accedit traditio: nã tũc donator priuatur testaméti factiõe, nõ alias; Bal. in authentic. sed cum testator. col. j. C. ad legem falci.

¶ Et secundum ista si quis habet filios vel descendentes, poterit donare solam quintam partem bonorum suorum extraneis, secũdum leges Regni foro legum, libro iij. titulo delas mandas. l. septima. & ix. filiis autem potest donare tertiam & quintam, & insuper legitimam. l. vj. & xxvij. suprà. Si habet ascẽdentes potest donare tertiam partem suorum bonorum. l. xviij. suprà.

Si non

6 ¶ Si non habet ascendentes nec descendentes: potest quis donare quotam bonorum suorum, non omnia: vt hic dicitur, & tenet Bald. in l. si cum vel in vtero. ff. de testamen. mi. quia talis donatio assimilatur potius institutioni, quàm donationi vel legato.

7 ¶ Si tamen donauit simpliciter, debet aliquid re 2
seruare de quo possit testari: vt d.l. fina. C. de pactis. & ibi Bald. & alij. quod cum nõ sit à iure expressum quantum debeat relinqui, arbitrio iudicis determinabitur. l. j. ff. de iure deliberandi. c. de causis. de officio delegati. Satis videtur posse donare in vita tertiam & quintam partem omnium bonorum suorũ: vt d.l. xxvij. suprà.

8 ¶ Quanquam donare non potest quis omnia bona sua: potest tamen illa alienare vel vendere: secundum Bart. in l. stipulatio hoc modo. fi. col. versi. idem dico si vendidit. ff. de verborum obligat. & in d.l. fi. col. fi. versi. sed quid dices. C. de pactis. & in l. final. §. in computatione. col. secunda. in fine. ver. sed pone. 3
C. de iure deliberandi.

9 ¶ Limita istam legem & prædicta: vt non habeãt locum in donatione omnium bonorum facta ecclesiæ: quæ fauore ecclesiæ valet, secundum Bar. in d.l. fi. C. de pactis. & Bald. in authen. si qua mulier. fi. col. C. de sacrosan. eccle. notatur in l. si quis argentum. §. si quis vniuersitatis. C. de dona. Hoc tamẽ casu & aliis si qui reperiantur, iustum esset q̃ donatarius præstaret alimenta donatori: cum in officiis charitatis illis maximè teneamur obnoxij, a quibus aliquid noscimur recepisse. cap. cùm in officiis. de testamen.

10 ¶ Ampliabis istam legem & prædicta: vt non valeat donatio omnium bonorum: etiam si iuramento firmetur: quia cum ista lex sit prohibitiua: quicquid contra eam fit: est nullum. l. nõ dubium. C. de legibus. c. primum, de rescriptis lib. vj. Bart. in l. prætor ait. ff. de noui operis nunciatio. Abb in c. in nomine Domini de testibus. Iuramentum autem factum contra legem prohibitiuam non valet nec tenet. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. nota. in c. si diligenti. de foro compe. vide Montaluum in l. j. tit. de las arras, foro legum. & quæ ego plenè dixi in rub. de donati. inter virum & vxorem. cum agebam de donatione inter coniuges iurata.

11 ¶ Adde quòd huic legi prohibitiuæ renunciari non potest: vt dicit glo. in rub. C. ne fideiussores dotium dentur.

Lex LXX.

LA ley del fuero que fabla cerca del sacar el pariente mas propinco la cosa vendida de patrimonio por el tanto aya tan- 5
bien logar quando se vendiere enel almoneda publica aun que sea por mandamiento de juez y los nueue dias que dispone la ley del fuero se cuenten en este caso desde el dia del remate cõ tanto que consigne el que la saca el precio & faga las otras diligencias que dispone la ley del fuero: & la ley del ordinamiẽto de Nieua & assi mismo aya de pagar al comprador las costas y el alcaualá si la pago el comprador antes que la cosa ansi vendida le sea entregada. 6

1 LEx fori quæ loquitur de retractu rei paternæ vel auitæ: habet locum etiã si res in subastatione nouem dies qui dantur ad retrahendum: currunt à die qua res in subhastatione est omnino vendita: debet tamen retrahens consignare prætium, & facere alias diligentias à prædicta lege requisitas: debet insuper retrahens emptori soluere sumptus quos fecit, & gabellam si fortè soluit.

¶ Ampliat ergo ista lex leges Regni, foro legum, lib. iij. tit. delas ventas. l. xiij. & lib. Ordi. eod. tit. l. vj. quæ loquuntur in venditione volũtaria quam quis sua sponte facit: vt habeant locum etiam in vẽditione necessaria iudicis auctoritate pro solutione eius quod debebatur, iuxta formam legis v. ti. delas. ventas. lib. iij. Ordi. vel fortè ipse dominus eam rem voluit vendere in subhastatione, vt melius venderetur magis offerenti: quoniam & tũc subest ratio retractus, vt scilicet extra familiã exeat: vt l. vnum ex familia. de leg. ij & tradit Montaluus in d.l. xiij. & per hoc reprobatur lex stilli ccxx. quæ contrarium disponebat.

¶ Intellige has leges dummodo retractus fiat per coniũctum volentẽ retrahere rem venditam: vt videtur requirere dict. l. xiij. vel saltem per procuratorẽ habentem ad hoc speciale mandatum ad retrahendum ipsam rem & ad iurandũ q̃ pro se vult ipse retrahens: alias non potuisset procurator iurare in animam domini nisi hoc esset sibi specialiter concessum. glo. in c. j. de iudi. lib. vj. nota. in c. fi. de iura. ca. eod. lib. Bar. in l. ij. §. fin autem. C. eod. nec sufficit dicere mãdato quòd possit iurare in omnem causam sed debet dicere q̃ possit iurare in tali causa: vt vult Bart. vbi suprà, & probatur in l. iusiurandum ex cõuentione. in fine. ff. de iureiurã. tenet Bart. in l. quoties. la. j. §. fi. in fine. ff. de noxa. & in l. qui bona. §. alieno. ff. de damno infecto. in prima q. Itaque procurator generalis: vel negociorum gestor, vel coniũctus pro coniuncto non possunt hunc retractum facere: nisi ad hoc habeant speciale mãdatum cum in aliis casibus requirentibus speciale mandatum admittãtur: l. pater. ff. de procu. Bart. & Bal. in l. j. C. etiã per procuratorem. Spec. de resti. in integrum. §. ij. versi. prælatus. Inno. Abbas & alij. in c. suscitata. eod. titu. de tutore & curatore, lex Regni, libro quinto Ordinamen. tit. delas vendidas. l. vij. primo respondeo, in fine.

¶ Requiritur tamen ratihabitio expressa vel tacita ipsius vxoris vel minoris, vel illius cuius nomine factus fuit retractus: vt d.l. multum interest. & ibi Bald. & in l. si absentis. C. si certum peta. Ad hoc l. si procurator. versi. nec postea. ff. de condi. indebiti. vbi à contrario sensu colligitur quòd si non præcessit mandatum, requiritur ratificatio. Ad hoc vide Paulum de Castro consilio lxxxiij. incipit, in causa Siluestri.

¶ Hæc ratificatio debet fieri intra nouem dies datos ad retrahendum, postea non auditur. argum. l. in illa. & ibi Bar. ff. de verbo. obliga. & c. nõ solum. de appe. lib. vj. Ad idem l. fi. C. qui admi. & ibi Bald. in versi. sed quid si pater. & ibi Bart. iiij. colum. versicu. contra hoc oppo. Ad idem l. bonorum. ff. rem

ratam ha. vide Bald. in l. si vxorem. col. j. C. de condi. insertis.

7 ¶ Intellige hoc quando is qui debet ratum habere, habet personam legitimam ad ratificandum suo nomine gestum. Alias secus. vnde minor vel pupillus qui est in potestate tutoris, vel curatoris: non potest hanc ratificationem facere: nisi adueniente ætate legitima: vt l. prima. & ibi Bart. C. si maior factus ven. ra. ha. quia in minori ætate non potest minor ratam habere emptionem sine solennitate secundum Bald. in l. mancipia. C. de rebus alie. non a- 14
lie. & in l. falso. vj. col. versi. ad tertium. & in l. fi. versi. quæro nunquid. C. ad macedo.

¶ Præsertim si tenemus opinionem illorum qui tenent quòd ratihabitio potest fieri post terminum quandocumque. Bar. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudi. & in l. si tutor. C. in quibus casibus in integrum restitu. non est necessaria. facit l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de hære. & in l. j. §. si ratum. ff. quod iussu. Bald. in l. cum maritum. ff. de sol.

8 ¶ Ratificatio quandocumque interuenit: facit præsumi voluntatem ratificantis interuenisse ab initio: & facit negocium ratificantis. Spe. de iudiciis. §. ij. versicu. ratihabitione. Item facit dominium rei transire in ratificantem. l. si ego. ff. de nego. gestis. glo. in l. si procurator. in versicu. repetendum. ff. de conditione indebiti.

9 ¶ Item ratificatio trahitur retro ad tempus in quo actus fuit factus. l. fin. C. ad Mace. vbi ponit Bal. octo fallentias.

10 ¶ Item ex hoc quòd ratificatio trahitur retro: dicimus quòd non parit actionem. Hinc est quòd ratificans non potest conueniri in loco vbi ratificat. Sed potius in loco vbi est gestum negotium ratificatum. Bart. in l. si pecuniam. col. ij. versi. aduerte ergo. C. de nego. gestis.

11 ¶ Si minor cuius nomine factus est retractus: non vult ratum habere si à principio vtiliter gestum est: cogitur ratum habere, alias secus. quo casu res retracta manebit penes retrahentem. per l. cum quæritur. ff. de admi. tu. & l. etiam. §. si quis absens. ff. de peti. hære. tenet Bald. in l. absentis. versi. secundo oppo. C. si certum peta. Intellige hoc in casu de quo loquimur non autem generaliter. quoniam si is cuius nomine fit retractus; non vult ratum habere retractum: retractus est nullus quantum ad illum. item quantum ad eum qui cius nomine facit non e- 16
rat propinquior. remanebit ergo res apud emptorem si eam vult. per l. lviij. supra. nisi primus emptor voluerit esse de precio contentus. vt sentit Bald. in d. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi.

12 ¶ Qualiter coniunctus maritus vel pater formabit libellum nomine coniuncti. vide Bart. in l. Pomponius in ver. promotori. col. j. ff. de procu. & in l. exigendi. col. secunda. versi. item nota nunquid coniunctæ personæ. C. eod.

13 ¶ An clericus coniunctus: potest retrahere? quia clerici non artantur legibus nisi sint per canones approbatæ. capitu. quod clericis de foro compe. iuncto cap. cum venissent. prope medium de eo qui mi. in po. ca. rei ser. Sed iure canonico hoc non reperitur dispositum nisi tunc demum quando hoc habet consuetudo. cap. constitutus de in integrum restit. clericus ergo in suum fauorem non potest vti lege vel statuto seculari. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ de constitu. cap. fin. de rebus eccles. non alie. c. à nobis. j. de sen. excomm. tradit Matheſillanus in singulari. cviij. præterea lex ista non afficit rem sed personam vt vult Ray. in repet. l. dudum. C. de contrahen. emptione. & refert Montaluus in dicta l. xiij. personam autem clerici afficere non potest quæ exempta est iurisdictione & potestate laicorum. c. si imperator. xcvj. distin. licet alias in defectum canonū aliquando recurratur ad leges ciuiles. cap. leges. cap. si in adiutorium. x. distinct. cap. j. de no. opere nuncia. ergo clericus non potest vti beneficio huius legis.

¶ Contrarium est verius per d. c. constitutus. de in integrum resti. vbi fundus patrimonialis fuit venditus per laicum cuidam laico. stante consuetudine retrahendi per coniunctum: magister Gundissaluus pro se & fratre suo Ioanne: petiit restitutionem coram iudice ecclesiastico aduersus lapsum termini dati ad retrahendum: & data fuit restitutio: ergo. &c. Vt plenius ibi dixi in meis recollectis, poterit ergo clericus vti beneficio huius legis: vt per Bald. in l. cunctos populos. C. de summa trinita. Abb. in c. fin. de re iudic. & in c. tua de decimis. Dominicus in c. Romana. §. j. de senten. excom. Bart. in d. l. dudum. C. de contrahen. emp. tradunt plenissimè doctores Moderni in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. Concludentes q clerici possunt vti beneficio legis vel statuti laicorum. Sed ipsos clericos non afficit in eorum damnum. Et inde est quòd si venditor est laicus emptor clericus: non potest ab eo res retrahi. Tenet hoc Montaluus in d. l. xiij. in verbo, camiar post medium. versi. item quæro.

¶ Quod mihi non est sine scrupulo, cum ista lex generaliter disponés, potest se habere ad commodum & in commodum clericorum: ergo artat clericos & debet in vtroque foro seruari pro clericis & contra clericos, vt est cōmunis doctrina doctorum in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. & sentit Bart. in l. si diuina domus. C. de exacto. tri. lib. x. post glos. ibi, vbi videas Plateam vide etiam Georgium in Repetitione. c. quamuis pactum de pactis lib. vj. colum. lvj. vbi hoc idem vult per textum in dict. c. constitutus. per quem ibi post doctorem de Villa diego tenui quòd clericus potest vti beneficio huius legis: & contra clericum emptorem similiter habebit locum retractus. qui petendus est coram iudice ecclesiastico: vt ibi probatur: & coram eo fiet depositio precij: & etiam aliæ solemnitates.

16 ¶ Ex prædictis etiā infertur quòd si clericus vendidit rem patrimonialem cuidam laico non sibi coniuncto: poterit coniunctus ipsius clerici euincere seu retrahere ab emptore laico qui hac lege Regni artatur ad reddendum rem proximiori eam retrahere volenti, cui clericus vēdere nō potuit quin lex Regni, in illa venditione locum non haberet in fauorem proximioris ædita per superiorem emptoris: cui parere tenetur emptor: vt cap. ij. de maio. & obedientia. Hoc videtur fuisse de mente Federici de Senis consilio lxxvij. quem refert & sequitur Abbas in capitulo, quod clericis. de foro competenti. quinta. column. vbi dicit quòd si statuto cauetur nobilem non posse recipere cessionem factam per clericum vel ecclesiam: non valebit cessio facta nobili per clericum vel ecclesiam. idem refert & sequitur Abbas in dicto cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. & Dominicus in dicto cap. fin. de immu. eccle. libro vj. Alexander in l. filiusfamilias. §. diui, de legatis primo.

¶ Et per ista dicūt q laicus institu. à clerico hæres in testa-

in testamento tenetur obseruare omnes solemnitate, quas alias tenentur laici. Hoc etiam tenet Bald. in authen. cassa & irrita. col. ij. versi. quinto quæro. C. de sacrosanctis eccles. Bartol. in dicta l. cunctos populos.

17 ¶ Hinc est quòd laicus recipiens inuestituram à clerico vel ecclesia: artatur statutis laicorum super 21
inuestituris disponentibus, ita nota. consuluit Alexan. consilio ccxxxv. incipiente, visis & ponderatis, secundo volumine. qui pulchrè loquitur: non enim potest contrahens cum clerico se iuuare priuilegio clerici. Immo artatur super illo contractu legibus vel statutis laicorum. glo. nota. in cle. fin. de censibus. tenet Bart. in l. licitatio. §. fin. ff. de publicanis. Præterea potius videtur attendenda persona laici à quo res empta retrahitur, quàm clerici vendentis: sicut in simili dicit Bald. in l. si quis presbyter. C. de epi. & cle. vbi vult, quòd si clericus relinquit bona laico incapaci: auferuntur ab eo per fiscum seculā- 22
rem, qui debet capere à manu laici. Sic videtur dicendum in casu de quo agitur, cum per talem vendi tionem factam à clerico laico, trāsferatur res & dominiū in laicum, vt l. quoties. C. de rei vend. & nihil maneat penes clericum, contra quem nihil disponit ista lex: & nihil agitur contra illum.

18 ¶ Clericus ligatur statuto laicorum, in quò adiicitur contractui ecclesiastico certa forma non obseruabilis sine magna difficultate: vt puta, q non teneat venditio nisi prius fiat proclama in palatio: an quis vellet contradicere. ita notanter decidit Franciscus Cardinalis in repetitione c. perpendimus. de senten. excomm. colum. xx. de quo exclamat Felinus in dict. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. colum. xxxvj.

19 ¶ Ex prædictis infertur quòd si aduena emit à regnicola istius Regni vbi viget ista lex: tenebitur reddere rem emptam proximiori retrahere volenti: nam si clericus tenetur: multo fortius aduena: quoniam si aduena non ligatur lege ista: vt l. extra territorium. ff. de iurisdom. iudi. cap. vt animarum de cōstit. lib. vj. neque ex contractu emptionis oritur ius retrahendi: afficitur tamen res ipsa illo iure retrahendi: cum quo transit in aduenam: vt cap. pastoralis. de decimis. capit. cito turpem. j. q. j. cum similibus. istud est de mente Alberici in l. j. colum. vij. C. summa trinita. & fide ca. vbi concludit seruandum statutum loci in quo res est sita. idem in effectu vult Henricus in c. cum venissent. de eo qui mittitur in posse.

¶ Præterea statutum prohibens alienationem in certas personas ex aliqua iusta causa, cōprehendit forenses vel aduenas. l. si in emptione. §. j. ff. de contra. empti. Bart. in l. filiusfamilias. §. dini. colum. iij. de legat. j. quem sequuntur Ange. Ioā. de Imola & alij recentiores. Dominicus in d. c. fi. de immu. eccle. lib. vj. Bart. & Bald. in l. si in emptione, prælegata. & in d. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & ibi Sali. Barto. in l. in his. C. de prædiis naui. lib. xj. Bal. in l. ij. in fine. ff. de iurisdom. iudi. & in l. ea lege. C. de conditione ob causam. Item ratione rei sitæ & contractus, potest forensis conueniri in loco vbi res est: vel contractus fit. l. si. C. vbi in rem actio. c. dilecti. & cap. fi. de foro compe. & debet iudicari secundum iura illius loci. l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide ca. c. si quis contra clericum. de foro compe. j. partita. ti. de las leyes. l. xj. concluditur ergo quòd ab aduena emptore: potest res extrahi à proximio-

re, quamuis Montaluus in dicta l. xiij. aliud sentiat.

20 ¶ Aduena vel forensis dicitur qui extraneus est à Regno isto: extraneus vero dicitur qui non est de cognatione, vel familia vendentis: etiam si habitent in loco vbi res est sita; vel vbi habitat venditor. Contra quos habet locum dicta lex xiij. & ista.

¶ Quod autem disponunt istæ leges de retractu totius rei venditæ: intellige etiam de parte ipsius rei: cum sit eadem ratio. argum. l. fina. C. de indicta vidui. toll. Baldus in l. fin. v. q. C. de hæredibus instit. facit. l. vnum ex familia. de legat. ij. de hoc habes legem Regni. lxiiij. infrà eodem. Ad idem cap. j. §. Titius, si de feudo fuerit controuersia. vbi similiter proximiori pro parte feudi conceditur retractus. Ad idem glos. & Barto. in l. qui absenti. §. si quis possessionem. ff. de acquir. possess. vbi dispositum de re intelligitur etiam de parte rei: de quo plenè per Iason. in l. prima. C. de iure emphyteo. col. clix.

22 ¶ Hæ leges Regni de retractu disponentes solum habent locum quando res patrimonialis venditur: non quando alias alienatur vel donatur: vt ex verbis istarum legum apertè colligitur, & firmat Montaluus in dicta l. xiij. quia cum sint exorbitantes à iure & contra iura; quæ volunt quòd non cogitur quis emere nec vendere. l. nec emere. ff. de iudeli. In re quidem propria quilibet est moderator & arbiter. Vnde non debent extendi: vt colligitur ex lege xxvij. titulo delos concejos. libro vij. Ordina.

¶ Et faciunt ista ad contractum emphyteoticum: ad quem istæ leges non debent extendi, secundum Montaluum in dicta l. xiij. nisi venderetur vtile dominium quod quis habet in re emphyteotica: nam cum tunc vendatur pars rei, habebit locum retractus: vt ibi per eum est expressum infrà. l. lxxiiij. à fortiori habebit locum si venditur dominium directum: vt puta si constituo censum super domum meam xx. florenorum, & hunc censum vendo pro quadringentis florenis annuatim soluendis: ibi trāsfertur dominium vtile & directum, ergo habebit locum ista lex. Cum precioſius sit dominium directum, quàm vtile: vt l. secunda. C. de iure emphyteo. & ibi notat Salicetus & sequitur ibi Iason secunda colum.

23 ¶ Ex prædictis infertur, quòd ista lex non habet locum in permutatione, nec in donatione, nec in datione in solutum. quamuis datio in solutum vicem vēditionis obtineat. l. si prædium. C. de euicti. nec in alio contractu proprium nomen vēditionis non habente: secūdum Montaluum in d. l. xiij. Spe. de emp. & venditione. §. nunc dicendum restat. el ij. col. viij. ver. sed pone statutum. Albericus in l. j. ff. de fundo do. & in l. peto. §. prædium. de lega. ij. Bald. in c. j. in fine. de controuersia inter dominum & empto. & in c. j. de aliena. seu. ad finem. Anto. in dicto c. constitutus. Abb. in c. nulli. de rebus eccles. Iaso in l. j. colum. quarta. versi. nunquid autem. ff. de rerum permu.

24 ¶ Præterea certum est, quòd dominus directidominij præfertur proximiori: si ambo concurrant in retractu: vt infrà lege lxxiiij.

25 ¶ Item si emphytheota vendit commoditates quas habet in re emphyteotica, retento sibi vtili dominio: potest hoc facere irrequisito dominio, vt l. necessario. §. fi. ff. de periculo & commodo rei vēditæ. tenet Bal. in l. iij. C. de iure emphy. & in c. quæ in ecclesiarum de consti. col. iiij. versi. quæro nunquid

fructuarius. quia hæc venditio non cõcernit corpus fundi, sed corpus fructuum: vt l. j. de leg. j. & l. codicillis. §. instituto. de lega. iij. non enim dicitur alienare qui facit pactum ne transferatur dominium quod apud se retinet: quoniam alienatio non dicitur nisi talis sit actus per quem trãseat aliquod dominium. l. j. C. de fundo. & l. cum manu fata. §. nemo. ff. de cõtrahenda emptio. secundum Bald. vbi suprà. de quo per Ioan. de Imola in c. potuit de locato. col. ix. ver. item iuxta prædicta.

26 ¶ Si tamen talis venditio commoditatum retentus vtili dominio fieri potest irrequisito domino directo: qui nec potest vẽditionem impedire: nec ea facta rem retrahere: multo fortius nec proximior venditoris: per regulam si excludo excludentem te: à fortiori excludam te: de qua in c. auctoritate martini. de conce. præbend. lib. vj.

27 ¶ Ista faciunt ad decisionem dubij, constitui super re mea censum xx. ducatorum: quem censum tibi vendidi pro cccc. eo modo quo dixi 3. l. lxviij. deinde tu emptor vendis illum censum percipiendum annatim: re tẽto tibi dominio directo & vtili si quod habes: an proximior tuus poterit illum censum retrahere pro illo pretio pro quo fuit venditus. & videtur quòd non per prædicta. quia ista non dicitur propriè alienatio vel venditio: sed magis cõtractus locationis vel alius: vt dicta l. necessario. §. finali.

28 ¶ Idem dicemus si ego qui super re mea censum constitui: volo ipsam alienare: potero te non requisito: quoniam per hanc census impositionem super re mea: videor effectu rem ipsam obligare pro solutione illius census: vt notanter vult Bart. in l. fundus quem. ff. de annuis legatis: videtur textus in l. codicillis de leg. ij. vbi prohibitus alienare in extraneos: poterit pro pensione rem obligare. Si ergo vendidi rem illam: tu non poteris illam retrahere pro eodẽ pretio: tenet hoc Spec. ti. de locato. §. nunc aliqua. versi. lxxxvj. & versi. cxviij. Albericus in l. ij. col. v. C. de iure emphyt. & ibi. Iaso xlviij. col. transibit tamẽ tunc res cum onere suo: vt dicunt iura vulgaria.

29 ¶ Sed quamuis tu nõ possis eam retrahere: proximior tamen mihi retrahere potest: quia vera est venditio quam ego facio illius rei in qua tu habes censum vel pensionẽ annuatim soluendam. Hoc videtur sentire Bald. in d. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & in l. imperator. ff. de pactis. & ibi Albericus. facit l. lxxiiij. infra eod.

30 ¶ Prædicta procedunt quando census imponitur de nouo eo modo quo diximus. sed quid si census est antiquus super re mea impositus: quem tu & tui progenitores multo tempore percepistis: nunc autem tu illum censum vendis: an consanguineus tuus proximior potest illum retrahere pro eodem pretio? Et videtur quòd nonquia lex Regni prælegata foro legum lib. iij. ti. delas ventas. l. xiij. super qua se fundant aliæ leges in hac materia disponentes: loquitur in hæreditate: id est in bonis immobilibus: vt sunt domus & prædia: sicut declarat l. vij. eodem ti. libro quinto Ordi. ergo non habebit in venditione census id est tituli vel iuris per quem census percipitur: cum aliud sit vendere ipsum corpus in quo est impositus census: aliud est vendere ius percipiendi censum: vt dict. l. necessario. §. fina. ff. de periculo & commod. rei venditæ. vt paulo ante dicebamus. Cum enim lex illa sit exorbitans à iure cogens ad vendendum certæ personæ: contra regulas iuris: est strictè intelligenda: vt quantum minus fieri possit noceat iuri communi. Sicut ergo locum non habet dicta lex in censu nouiter impositio: eadem ratione nec in antiquo.

31 ¶ Non obstat si dicatur quòd census impositus super re immobili: dicitur annuus redditus. anni autem redditus computantur inter immobilia. l. iubemus. la magna. C. de sacrosan. eccle. authen. de non alie. §. hoc ergo. colla. ij. cle. exiui de paradiso. §. sed cum anni. de verborum signi. ad idem l. fi. C. de vendendis rebus ciui. lib. ix. vnde prohibitus alienare immobilia: non potest alienare annuos redditus. c. hoc consultissimo. de rebus eccle. non alie. lib. vj. & prohibitus acquirere immobilia: non potest acquirere annuos redditus. dict. cle. exiui. tenet Abbas in capitul. nimis. secundo. de excessibus prælatorum. cumque dicta lex Regni disponat de hæreditate, id est, de bonis immobilibus, vt etiam declarat lex stilli cccxx.

32 ¶ Ad ista dicendum quòd annui redditus, nec veniunt appellatione mobilium nec immobilium. Sed sunt quoddam tertium genus inter mobilia & immobilia: vt nota. in l. mouẽtium. ff. de verborum significatio. sicut dicimus de nominibus debitorum & aliis similibus. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. quæ non veniũt appellatione mobilium vel immobilium proprio sumpto vocabulo. l. quod hæredes. ff. de condi. & demonst. largo tamen sumpto vocabulo: si annui redditus adhærẽt rebus immobilibus: dicuntur immobilia: si autem rebus mobilibus, dicuntur mobilia, vt vult Bart. in l. pater pupillus. ff. de admi. tut. itaque nõ sunt propriè annui redditus, bona immobilia, sed impropriè, ratione soli cui adhærent; vel ex quo percipiuntur, vt notanter decidit Abbas in c. nulli. colum. iij. versi. & potest sic concludi. de rebus eccle. non alie. & Dominicus in c. ij. colum. ij. & iij. eodem titu. lib. vj. & consequenter si vendatur, non est locus retractui, nisi tunc demum cum ipsa hæreditas venditur, quæ propriè solo constat.

33 ¶ Ex ista lege infertur quòd coniunctus debitoris præfertur in emptione pignoris cuilibet extraneo, modo venditio sit voluntaria, modo necessario, vt l. prima. ff. de priuile. credi. vide Ludoui. in l. prima. ff. in ius vocati vt eant. colum. ij. & in l. imperatores. ff. de pact. vbi ponit multa priuilegia coniunctionis.

34 ¶ Isti nouem dies dati ad retrahendum, concurrunt à tempore venditionis: & sic dies termini computatur in termino, vt plene dictum est suprà l. lxiiij. idem autem disponebat dicta l. vij. de las ventas. lib. v. ordina. & istud tene quicquid dixerit Montaluus in prælegata l. decimatertia.

35 ¶ Nota ex hac lege quòd nõ sufficit offerre pretium, vt antea disponebat l. fori xiij. sed oportet cõsignare. idem vult lex lxxv. infrà. quæ sumuntur ex l. acceptã. C. de vsuris. vbi vide Bald. in principio.

36 ¶ Vltra depositionem pretij debet retrahens soluere emptori sumptum & expensas quas in ipsa emptione fecit. & tene menti ad hoc istam legẽ. idem tenebat Albericus in tractatu statutorũ. q. lxxxvij. per l. intra vtile. §. fi. ff. de mino. & in l. si in hærede. §. j. ff. de admi. tuto. & l. pe. in principio. ff. locati. & in l. si seruos. ff. de pign. actio. Istæ expensæ non compensantur cum fructibus medio tempore perceptis. glo. in l. emptor. ff. de rei vendi. Bald. in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat. & in l. domus. de lega. j. & in l. super. C. de euict. Ang. in l. quod similia de leg. j.

Pau.

Pau. de Cast. consi. xvij. quia cũ prima venditio fuerit legitima, emptor facit fructus suos, nec teneba tur eos restituere retrahenti. Tenebitur ergo retrahens ad expensas quas emptor fecit in habendo instrumento venditionis à tabellione per generalitatem huius legis. tenet Bal. in l. eos. §. super. C. de vsuris. has expensas probabit emptor suo iuramento secundum Bald. in d. l. domus de legatis. j.

37 ¶ Gabellam quam soluit emptor pro re empta tenetur ei soluere retrahens: & sic videtur sentire ista lex quòd gabella est soluenda per emptorem: vt per Bald. in l. vendidor. §. si quid publici. ff. de hæredi. vel actione vendita. Hodie tamen soluitur per vẽditorem vt habetur in quaterno gabellarum. l. secunda. præter quàm in casibus contentis in l. cxx. eodem. vel quando per pactum se obligat emptor, vt hic fuit. 1

38 ¶ Adde quòd tũc demum debetur gabella quando venditio est perfecta: vt plenè tradit Montaluus foro legum. lib. tertio, titulo delas vendidas. l. ij. in verbo (amas pattes) & in l. tertia. in verbo (deue valer) eod. titu. 2

39 ¶ Quando venditio dicatur perfecta; vide glos. in l. necessario. §. si ita in verbo perfectam. ff. de periculo & commodo rei vend. Specu. de locato. §. septimo. verficulo. xciij. & xcv. vbi dicunt quòd facta traditione.

40 ¶ Sicut res vendita: statim est tradenda emptori. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus emptio. & l. traditio. C. eodem. sic etiam retrahenti qui precium deposuit & expensas gabellamq; soluit vt hic.

41 ¶ Antiquitus coniunctus præferebatur extraneo in emenda re à coniuncto. l. nemo. in fin. ff. de pactis. l. ad officium. C. commu. diui. aliter disposuit. l. dudum. C. de contrahenda emptio. vbi vide Bald. in iij. nota. à quibus sumptæ fuerunt prælegatæ leges Regni, & ista. de quo vide Bald. in l. secunda. versic. tu autem nota. C. commu. rerum alie. & in l. ij. in fin. versicu. sed hic occurrit dubium. C. de rescin. vendit. facit. l. j. ff. de priui. creditorum. cuius suprà, mentionem fecimus pro complemento huius legis: vide pulchrum tractatum de retractu.

Lex LXXI.

QVando muchas cosas fueren vendidas por vn precio que sean de patrimonio, o abolengo que el pariente maspropinco no pueda sacar la vna y dexar las otras sino que todas las aya de sacar, o no ninguna dellas; pero si las dichas cosas fueren iuntamente vendidas por diuersos precios en tal caso pueda el pariente mas propinco sacar la que de ellas quisiere faziendo las diligencias & solennidades en las dichas leyes del fuero & ordenamiento contenidas.

1 QVando plures res patrimonij: vel auolengi pro vno precio venduntur: coniunctus potest omnes retrahere. Ratio est quia vnica est venditio lege & si vno precio. ff. de action. emptio. Si tamen diuersa sunt precia: retrahet quam maluerit: vel omnes. Hinc dicimus quòd si quis plures emit gabellas pro vno precio: deinde lege compulsus declarat precium cuiuslibet in particulari: poterit alius plus offerre pro altera earum vt dispo uit lex quaterni.

Lex LXXII.

QVando la cosa que es de patrimo; o abolengo se vendiere fiada que el pariente maspropinco la pueda sacar por el tanto assi mismo fiada con tanto que dentro delos dichos nueue dias de fiancas bastantes vista dela nuestra justicia que pagara los marauedis porque assi fue vendida, al tiempo que el comprador estaua obligado.

SI res paterna vel auita venditur sub fideiussione, coniunctus potest illam retrahere: dato fide iussore de soluendo ad tempus ad quod emptor tenebatur infra nouem dies datos ad retrahendum. Ratio est quia iste coniunctus succedit in locum emptoris: & sapit eius naturam. l. parabolani. C. de epis. & cleri. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. vt lite pen. ca. cum tu. de vsur. ergo debet facere & implere quod emptor primus erat facturus. 1

¶ Nouem dies à tempore venditionis dantur ad retrahendum rem vẽditam per coniunctum: vt tradunt leges huius Regni, quibus elapsis: non est locus retractui. quia limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. vnde natura termini limitati est: suum disposituum limitare. l. si bonorum. C. qui admitti. & ibi Bald. primo nota. verba enim limitandi causa posita, inducunt terminum limitatum. quem transgredi non licet. l. qui fundum. ff. de contrahen. emptio. l. diffamari. C. de ingenuis & manu. c. cum in tua de clan. despon. præsertim si limitatur potentia. nam fera est diligentia quæ post extinctam prouidentiam venit. l. thais. §. intra. ff. de statu. lib. Si autem limitatur actus præcedente potentia iam infixa: veniens post terminum ad priuilegium consequendum: non auditur. l. scire oportet. §. consequens. ff. de excu. tu. tradit Dynus insti. de actio. §. rursus. est hic textus qui sic debet intelligi. Alia ratio assignatur per l. vij. tit. delasvendidas. lib. v. Ordina. 2

Lex LXXIII.

QVando el pariẽte mas propinco no quisiere, o no pudiere sacar la cosa vendida por el tanto el pariente mas propinco siguiente en grado la pueda sacar & anssi vayan de grado en grado por todos los parientes dentro del quarto grado con tanto que sea dentro delos dichos nueue dias y conlas otras diligencias contenidas en la dicha ley del fuero y ordenamiento.

PRopinquiore retrahere nolẽte rem paternam vel auitam venditam: seu non valente: sequens in gradu retrahere potest in quartum gradum existens. &c.

¶ Intellige de re immobilivere & propriè: vt in præcedẽtibus, dictum est. non autem de aliis rebus debitis ex quocunque contractu, quamuis rerum appellatione comprehendantur. l. nominis & rei. ff. de vebo. obliga. ¶ Item venit tota hæreditas. Bart. in l. licet. C. de pactis. iij. nota. & Bald. vltimo nota.

¶ Item venit actio & iura. d. l. rei. ff. de verbo. obliga. Bald. in l. ex legato. iij. oppo. C. de legat. ¶ Item veniũt serui. l. omnia. §. cũ ita. el j. & ibi Bal. de leg. ij.

¶ Item nomina debitorum. Barto. in l.quintus. 1
§. argento.col.j.ff.de au.& arg.le.Itaque appellatio
ne rei in casu nostro:intelligitur de immobili,vt dictum est supra l.lxx.

3 ¶ Nota quòd ius retrahendi est redactum ad instar 2
successionis: vt proximiore nolente vel non valente retrahere;sequens in gradu retrahere posit: vt in simili dicit l.peto.§.frater.ff.de leg.ij.& ibi Bart. in principio,vbi si res prohibita alienari extra familiam testatoris alienetur; potest per illos de familia ordine successiuo retrahi. Sic in casu nostro. quam uis Montaluus in dict.l.xiij. in verbo (no lapueda) in principio. versiculo, Sed licet contrarium teneat. 3

4 ¶ Duobus proximioribus in eodem gradu concurrentibus ad retrahendum intra nouem dies; etiam si vnus primo: alter postea; dicuntur simul venisse:vt sentit glo.& Barto.in l.more Romano.ff. de feriis. Bald.in Spe.de dilationibus.versicu. dilatio quæ assignatur.vndeambobus dabitur res.Quãuis alias qui prior est tempore; potior est iure,vt l. potior.& l.qui balneum. ff.qui potiores in pignor. hab.regula qui prior.de reg.iuris lib.vj.Bart. in prima constitutione C.in prin.§.quibus.ff.col.versicu. nota hic de ordine.

5 ¶ Si prior intra nouem dies non retrahit, amplius retrahere non potest;& res desiuit esse paterna vel auita, vt amodo retrahi nequeat ita tenet Montaluus per bona fundamenta in l.xiij. prælegata,in parte(de patrimonio) facit l.pupillus.ff.de acqui.hæredi.& l.si plures.§. filio.ff.de vulgari substi. & l.in quibus.C.de secun.nup.vbi fundus qui semel exiuit à familia;non dicitur amplius familiaris. Sicut dicimus in re dotali quæ postquam fuit alienata desinit esse dotalis, quia mutatione personæ, mutat nomen & priuilegium, vt per Bald.in l.illam.ij. col.in versi.Sed reuoco in dubium.C.de collatio.& in l.si auia.C.de dona.

¶ Si tamen intra nouẽ dies pluries res auitavel paterna fuit vendita pluribus, potest retrahi à pro- 1
ximiore: quia per huiusmodi venditiones res non definit esse paterna vel auita: etiam si per mille trãseat manus:vt sensit glo.in l.ij.in glos.magna,in verbo item quid si ille emptor.C.de rescin.vendit.quia ad quencunque res transeat transit cum onere suo. l.si debitor.C.de distrac. pignorum.l. res pignoris. C.de remi.pigno.cum similibus.

6 ¶ Pro complemento trium legum præcedentiũ & duarum sequentium, videas pulcrum tractatum de retractu Matthæi de Affflict.quem habes in volumine tractatuum. lvij.vide etiam alium tractatum de retractu quem habes in volumine tractatuum lxvij.quos non videram quando legi c. constitutus de in integrum restitutione:nec cum super his legibus scripsi.Rogo videas in quibus multa & singularia in hac materia reperies.

Lex LXXIIII.

QVando concurren en sacar la cosa vendida por el tanto el pariẽte mas propinco conel señor del direto dominio, o conel superficiario o conel que tiene parte enella porque era comun prefierase enel dicho retracto el señor del dicto dominio y el superficiario: y el que tiene parte enella al pariente mas propinco.

DOminus directus & superficiarius præfertur in retractu proximioris. Itaque dominus directus præfertur in agendo vtili.Spec. de locato. §.vj.versi.hoc & sequenti.

¶ Ad intelligentiam præmitte,quòd dominium est triplex. directum & vtile:notatur in l.j.ff.si ager vectigalis.Bart. in l.si quis.§.differẽtia.ff. de acquir. posse.Bald.in l.proprietatis.C.de proba.& in l.in rebus.C.de iure dotium.Item, quasi dominium.vtper Bart. in l.minor.§.j.ff.de euictio. & in rubrica,ff.de publiciana.textus in capit. abbate sane, de re iudi. libro sexto.

¶ Dominij appellatione proprie venit directum. vt d.l.j.ff.si ager vectigalis.item directum & vtile.vt per Guill.& Bart.in l.j.C.de vsufructu. directum cõsistit in proprietate rei secundum Bald. in l.pe.C.si à non cõpe.iudi.dominiũ vero vtile in vtilitate quæ ex re percipitur, vt in seruiture.l.si tibi homo.§.fin. de legat.j. & in vsufructu.l.j.§.quod ait.ff.de superficiebus.de vtroque dominio vide glos.in l.ex legato.C.de legatis. Parum enim differunt in substãtia; vt per Bald.in l.precibus.col.vij.versicu.sequamur. C.de impu.&aliis substi. Dominium enim directum facit dominium propriè;dominium vtile quasi dominium,vt per Spe.tit.de locato.§.vj.versi.xlv.

¶ Vnde superficiarius dicitur qui habet in feudo vtile dominium, vt est emphyteota, secundum Bald.in l.ij.col.ij.versic.secundo oppono. C.de iur. emphy.& in c.j.§.j.col.vj. versi.quæro si habens plenam proprietatem.de successione feudi.& in rubr. C.de iure emphyteutico.in principio.versicu.contractus superficiarius. vide Bartol. in l.fina.ff.de superficiebus.Specul.de locato.in princip.colum. ij. versic.si verò.

¶ Ex ista lege colligitur,quòd domino directo nolente retrahere rem venditam:poterit eam retrahere coniunctus domini vtilis vendentis vtilitatem suam,& præfertur consorti eiusdem rei, vt colligitur ex ordine literæ.Cogita bene super hoc. 4

¶ Collige similiter ex ista lege,quòd si dominus directus vendit dominium directum,& ad retrahendum concurrunt dominus vtilis & coniunctus proximior venditoris, præfertur dominus vtilis: nam sicut superficiarius præfertur proximiori venditoris: sic quilibet dominus vtilis, quamuis alias nullam videatur habere communionem emphyteota cum domino directo:vt l.magis puto.§.fin. cum lege sequen.ff.de rebus eorum.& l.hinc quæritur.§.j. ff.de peculio.Spec.de feriis.§.quoniam. versi.xxxv. vbi idem dicit de vassallo. Item quamuis emphyteota volens vendere emphyteosim, teneatur requirere dominum.vt l.ij.C.de iure emphy.& cap.potuit. de loca.non tamen dominus emphyteotam,vt vult Salice.Iaso & alij in dict.l.ij. Paul.de Cast. in dicta h sed si hac.§.patronum.ff.de in ius voc.vnde videtur tenendum quod prius dixi.

6 ¶ Lex ista debet intelligi quando venditio est perfecta omnino per rei traditionem:vt institut. de emp.& vend.§. per traditionem. l.quoties. C.de rei vendi.secus si à principio fuit inutilis, vel ex partiũ consensu dissoluta:intra nouem dies:nam tunc non est locus retractui.vt latè decidit Montaluus in dicta l.xiij.in parte,camiar,versi.& idem dicerem. Ex quo multa possunt inferri.

7 ¶ Primò,quòd si alienat emphyteota emphyteosim domino irrequisito: & postea eam redimit,per hoc euitat pœnam caducitatis.Specul.de locato.§. nunc

nunc aliqua.versic.xcvj.Salic.in l.fin.col.vltima. C. de iure emphyt. Idem si emphyteota vendidit domino irrequisito cum pacto legis commissoriæ vel adiectionis in diemnam si contractus est resolutus in conditionis euentum, emphyteota euitat pœnam caducitatis. Bald. in l.ab emptione.ff.de pact. Vnde videtur quòd si ista resolutio fit intra nouem dies datos ad retrahendum, non sit locus retractui. Cogita. 1

8 ¶ Secundò infertur,quòd si ego vendidi rem paternam vel auitam Petro, non tamen tradidi:tu qui eras mihi propinquior volens retrahere pro eodem pretio,deposuisti pretium intra nouem dies, deinde eandem rem alteri,vendidi & tradidi: super qua venditione secunda:tu nihil feceristi:non est locus retractui:quia prima venditio super quam te fundas: non est perfecta:immo secunda: vt l.quoties. C. de rei vendi.v.parti.tit.v.l.x.

9 ¶ Vnde si super prima venditione habens parté in re vendita vellet rem retrahere, & super secunda occurreret proximior vendentis, ille præfertur. Si autem super prima, ambo excluderentur. Si verò ambo super secunda, præfertur habens partem in ea per hanc legem,vel dominus directus vel superficiarius. Idem videtur, si proximior se fundat super prima venditione,& sequens in gradu super secunda:nam præfertur sequens in gradu.

10 ¶ Limita prædicta vt non habeant locum in casibus in quibus secunda venditio non valeret, sed prima:quos ponunt doctores in dict. l.quoticns. C. de rei vendi.signanter Iaso.nam in illis habenda est consideratio primæ venditionis: vt puta si secunda fuit simulata vel fraudulenter facta, secundum Bal. in rubr.C.de his quæ in fraud.cred. refert & sequitur Angel.Areti.in § item si quis in fraudem. instit. de actio.col.xiiij.versic.& pro complemento. & ibi Iaſ.col.xl.versic.extra glos.& in dict.l. quoties. col. vij.versic.nono principaliter.post Alberic. & Salic. ibi,eodem.& propter glos.ij.ibidem, dum requirit bonam fidem in secundo emptore. Ad hoc glos.notab.in cap.si tibi absenti.de præbend.lib.vj.quæ loquitur de duabus collationibus alicui factis,per bona iura quæ allegat.quibus adde text. notab.iuncta glos.in l.in operis.ff.locati. 2 3

11 ¶ Habens ius in ædificio,dicitur habere partem in pretio & æstimatione ædificij: non in superficie: vt foro legum libro iij.tit.delas lauores.l.ix.Ex quo infertur quòd si dominus directus vendidit rem:habens partem in eius pretio vel æstimatione ædificij non poterit eam retrahere. Vnde si maritus in solo vxoris ædificauit vel plantauit vxore alienante non poterit retrahere: præsertim si cum licentia mariti vendidit:quoniam per eam videtur approbare venditionem contra quam venire non potest per viam retractus vel alias. Idem econtra si in solo viri ædificium factum est vel planta posita:nam viro alienante seu vendente:vxor non poterit retrahere:nisi interueniente licentia mariti. 4 5

Lex LXXV.

SI alguno vendiere la parte de alguna heredad que tiene comun con otro en caso que segun la ley dela partida la pudiera el comunero sacar por el tanto sea obligado el que la quisiere sacar a consignar el precio enel tiempo & termino, & con las diligencias & solennidades,de manera que la pudiera sacar el pariente mas propineo, quando fuera de su patrimonio & abolengo, de suerte que lo contenido en la dicha ley del fuero & ordenamiento de Nieua y en estas nuestras leyes aya lugar & se platique en caso que el comunero quiere sacar la cosa vendida por el tanto.

SOcius potest retrahere rem communem intra nouem dies à die venditionis, dummodo pretium consignet & alia faciat quæ propinquior venditoris rei paternæ vel auitæ tenetur facere. hoc dicit. Concordat cum lege proxima,suprà. & v.partita.tit.v.l.lv. sumptæ ex l.prima. C. de communium rerum alienat.

¶ Ex quibus ampliatur lex Regni prælleg.foro legum lib.iij. tit.delas ventas.l.xiij.cum concordantibus,vt habeat locum etiam in re non paterna vel auita,sed alias communi,non diuisa cum effectu certis finibus & demonstrationibus vel signis; nam tunc veritate inspecta dicitur vna res non plures: quamuis alias verbo circa commoditates inde percipiendas paciscantur vel conueniant inter se quòd vnus colat ad dexteram,alius ad sinistram.vt l.si qui duas.§.si quis parte.versicu.planè.& versic.quod in ædibus.ff.communia prædiorum.tenet Bald.in d.l. j.C.communi diuid.versic.iij.nota. facit l.eos.ff.finium regundorum. Ad idem l.diuisionis placitum. ff.de pactis.quam allegat Bald. in l. si maior, in fine, C.communi diuid. Ad idem l.sciendum. §. si fundũ, ff.qui satisd.cogan.quam allegat Bal. in l.j.C.communi.vtriusi.iudic.Ad idem l. inter omnes. C. famil. ercis.& l.dinisione.& ibi Bald.eod.tit. & l.j.cum gl. C.commu.vtriusque iudic.

¶ Si duo haberent duas possessiones communes, & conueniunt inter se quòd vnus habeat sibi vnam, alter aliam:& sic eas diuisim possident:ista est realis diuisio. Vnde amodo:non dicentur res communes, vt si vendantur,& alter eorum tanquam socius voluerit retrahere, non poterit: sed proximior vendentis sic. 1

¶ Si tamen res communis nunquam fuit diuisa: etiam si milies vendatur poterit socius illam retrahere ab vltimo emptore:vt vult glos.magna.in versi. item quid si iste emptor.C.de rescind.vendit.in l.ij, Ad hoc l.j.C.com.diui.vbi quilibet emptori incipit esse consors. Vnde nunquam desinit esse cõmunis. 2

¶ Secus est in re paterna vel auita: nam postquã semel fuit vendita extra familiam: iam desinit esse paterna vel auita. Vnde amodo non poterit eam retrahere proximior primi venditoris:& consequenter patet differentia inter socium & propinquum: quamuis ista lex videatur eos æquiparare. 3

¶ Dicitur socius vel consors habens vnam, vel plures res in communi cum alio.l.nihil. & ibi Bart. ff.communi diuid.

Lex LXXVI.

MAndamos que a ninguno den nuestras justicias por enemigo en rebeldia, sin prouanca legitima, y passados tres meses a lo menos despues dela condenacio & que se pedido por el accusador, & si de otra manera lo dieren, que sea en si ninguna la sentencia que sobre ello se diere enlo que toca a darlo por enemigo.

PRO intelligentia huius legis præmitte, quòd lex fori legum tit.delos homezil.l.iiij.& li.viij.

Ordin.

Ordin.eod.tit.l.j.iij.& iiij. dicunt quòd ille qui fuit datus pro inimico alicui: potest impunè ab eo occidi. Supervenit postea lex Stillixlviij.in fine,quæ disponit quòd si aliquis accusatur de homicidio: & in accusatione petitur quòd detur pro inimico accusatoris,probato homicidio, iudex debet illud facere. Hoc temperat ista lex vt procedat, dummodo probatio fuerit legitima: & hoc fuerit per accusatorem petitum.& elapsi fuerint trés mēses à tempore condemnationis super homicidio:etiam si hoc non fuerit petitum in accusatione, sed post condemnationem.

2 ¶ Ex quo infertur, quòd licet alias accusatus de 3 crimine contumax,potest condemnari de crimine: si talis præcedat informatio propter quam posset accusatus torqueri: vt disponit pragmatica sanctio huius Regni, quæ reperitur in libr. pragmaticarum 4 fol.ccxxxvj. Vtputa si interuenit semiplena probatio:vt per glos.& doct.in l.j.C.de assef. Bartol.& alij in l.si quis in graui. ff. ad sillanianum. Per hanc tamen informationem vel semiplenam probationem non dabitur accusatori pro inimico: nisi interueniat plena & integra probatio de homicidio, per istam legem.

3 ¶ Probatio legitima dicitur illa quæ fit per duos testes de visu omni exceptione maiores. c.quoties. de testi.& bonæ famæ.c.episcopus in sinodo. xxxv. q.vj.cap.præterea. §.j. de testib. cap.cùm in tua. de sponsal. infames enim & crimino si non sunt legitimi testes in criminibus ca.qui sine. cap.postulatus. §.porro.in fine.iij.quæst.vij.cap.multi j.q.j. videas legem Regni foro legum, titul.delas testimonias. l. iij.in principio.Item debent esse testes maiores viginti annis.

4 ¶ Quid autem si interueniant præsumptiones ad condemnationem sufficientes:de quibus in cap. afferte.de præsump. An dicetur legitima probatio, vt sit locus dispositioni huius legis?Cogitabis.

Lex Lxxvii.

POR el delicto que el marido o la muger cometiere, aun que sea de heregia,o de otra qualquier calidad, no pierda el vno por el delicto del otro sus bienes: ni la mitad delas ganancias auidas durante el matrimonio; & mandamos que sean auidos por bienes de ganancia todo lo multiplicado durante el matrimonio, fasta que por el tal delicto los bienes de qualquier dellos sean declarados por sentētia, aun que el delicto sea de tal qualidad que imponga la pena ipso iure.

1 PRopter delictum mariti vxor non perdit medietatem bonorum quæ fuerunt acquisita constante matrimonio,nec econuerso. Super æditione huius legis,ego multum insteti: quoniam semper mihi visum est hoc iustum: & multo ante legis æditionem hoc tenui & practicari feci in causa vxoris cuiusdam Roderici de Carrion hortorum cultoris: vt plenè scripsi in cap.per vestras.de donat.inter virum & vxorem. verficu.prædicta sunt intelligenda, videas per te.

2 ¶ Ratio huius decisionis est:quia delicta suos debent tenere auctores, vt plenè dixi in tract. de Regno Nauarræ, parte v.§.vj. in princi.vnde delictum vnius non nocet alteri, etiam ex præcepto testatoris,secundum Bal.in l.paterfam. ff.de hæredi.instit. per illum tex. ¶ Item delictum vnius fratris non nocet alteri fratri in portione innocentis, secundū Bald.in l.eam quam.C.de fideic. Item delictū vnius de vniuersitate non nocet aliis. Bar.in l.sed & si hac. §.qui manumittitur.ff.de in ius voc.

¶ Item delictum prælati non nocet ecclesiæ. c.si episcopum.§.fi.xvj.q.vj.Bal.in l.meminerint.C.vnde vi.de quo nota.in l.iubemus.C.de sacrosanc. eccles.Bald.in prælud.feudorum.fin.colum, & in ca.j. qualiter dominus proprie.priuetur.& in regula delictum.de reg.iur.lib.vj.

¶ Intellige q̄ nocet ecclesiæ dum viuit non post. vnot.in c.verum.de foro compe.probatur in c.dilectus.de capel.monac.not.per Abb.post alios in c. cū venissent.de instit. vbi fecit magnā additionem.

¶ Item delictum patris non nocet filio.vt C.ne filius pro patre.per totum.vnde publicatis bonis patris:non publicatur legitima filiorum.l. cum ratio. ff.de bonis damna.auth.bona damnatorum. C.eo. not.in cap.Raynuntius.de testam.

¶ Hinc est q̄ si propter hæresim patris eius bona confiscantur,filij non priuantur sua legitima. l.manicheos.l.quicunque.C.de hære.& vij.part. ti xxvj. l.iij.quæ iura hodie corriguntur per c. cùm secundum leges.de hæret.lib.vj. Cui standum est, cùm sit crimen merè ecclesiasticum. ca. vt inquisitionis. §. prohibemus.eod.tit.tradit Abb.in capit.primo.de offi.ordin.

¶ Vnum tamen est, quòd is qui talia bona habet,scilicet,dominus temporalis,tenetur filios alere,& filias dotare: vt plenè dico in cap.per vestras. de donat.inter vir.& vxor.versic.ex quo.

Lex Lxxviii.

LA muger durante el matrimonio por delicto pueda perder en parte o en todos sus bienes dotales,o ganancia, o de otra qualquier qualidad que sean.

1 MVlier coniugata:propter delictū potest perdere bona dotalia, vel constante matrimonio acquisita,vel alia: in totum vel in parte: vtputa propter læsæ maiestatis:vis publicæ:parricidij; veneficij:& ficcarij. his quinque casibus, vxor perdit dotem.vt l.quinque legibus.ff.de bouis dāna.Adde sextum propter hæresim.c.decreuit.de hære.lib.vj. Intellige prædictamisi pactum de lucranda dote esset factum inter maritum & vxorem,vt per gloss. & Barto.in dicta l.quinque legibus.Ad hoc l.dos. §. à reo.ff.de iure fisci.tenet Ancharan. in dicto capitul. decreuit.

2 ¶ Et ita quamuis dos detur marito pro alimentanda vxore.l.pro oneribus.C.de iure dotium.cap. salubriter:de vsuris: nihilominus tamen statim lata sententia contra vxorem,auertur dos marito in casibus prædictis: vt vult Bartol.& alij in dicta l.quinque legibus.Ancharanus & alij in dict. ca. decreuit. Albericus iij.parte statutorum.q.iiij.v.& vj.

3 ¶ Ex istis etiam infertur quòd dos filiæ in præiudicium patris potest publicari: auth. qui contra. C.de incest.is nuptiis.tradunt doctores in l.si finita. §.si de vectigalibus.ff.de damno infecto.

4 ¶ An autem maritus teneatur alere vxorem quando auertur sibi dos propter vxoris delictum, videas quæ scripsi suprà l.x.

Lex

Lex Lxxix.

ORdenamos & mandamos que las leyes destos nuestros Reynos que disponen que los fijos dalgo &otras personas por deuda no puedan ser presos, que no ayan lugar ni se platiquen, si la tal deuda descendiere de delicto, o quasi delicto, antes mandamos que por las dichas deudas esten presos como sino fuessen fijos dalgo o exemptos.

1 GEneroſi & alij qui propter debita, secundum iura antiqua carcerari non poterant, hodie carcerantur propter debita quæ descendunt ex delicto vel quasi delicto. Emanauit ad declarationem & limitationem legum Regni, de quibus libro iiij. Ord.tit. delos hijos dalgo.l.iiij.v. vide suprà l.lxxij.

2 ¶ Vnde si quis depositum negat, vel eo vtitur contra deponentis voluntatem, furtum committit, & infamiam incurrit. l.qui depositum. C. depositi.c.j. eod.titu. Idem de pignore. l.si pignore. ff.de furtis. Mathe filanus singulari lxj. Sed his casibus delictum descendit ex debito, non debitum ex delicto. ideo non rectè posset practicari ista lex in his casibus.

¶ Rectius dici poterit quando pœna pecuniaria ponitur pro delicto:vt in casu l.ij.tit. delas iniurias.lib.viij.Ordin.illa enim pœna descendit ex delicto:& cùm veniat applicanda fisco, dicitur criminalis.l.agraria.& ibi Bart.& alij ff.de termino amoto.traditur per Abb.in rubr.de iudic.

3 ¶ Delictum & crimen quomodo differant. vide glos.in l.prima.C.si aduersus delictum.Ioan. Andr. in reg.peccatum.de regul.iur.lib.vj.

Lex Lxxx.

EL marido no pueda acusar de adulterio a vno delos adulteros seyendo biuos, mas que a ambos adultero & adultera los aya de accusar,o a ninguno.

1 MAritus non potest accusare vxorem de adulterio, nisi etiam adulterum accuset & conuerso:si ambo sunt viui. Corrigit l.ij.tit.delos adul. libro viij.Ordin.

2 ¶ Vxor licet possit agere contra maritum adulterum ad separationem thori.c.gaudemus. cap. ex literis.de diuortiis. quia nō ad imparia iudicantur maritus & vxor.cap.pen.& vlt.de adulte. criminaliter tamen accusare non potest.vij.parti.titu.xvij. l.j.vide glos.& in l.j.C.de adult.& ibi doct.

3 ¶ Vxor adultera & adulter non possunt in eodē libello accusari.l.si maritus. §. fin. & l.nihil interest. & l.vim passam.ff.de adult. Sed ista lex videtur contrarium sentire,cùm dicit (ambos.) Sicut dicimus quòd debet maritus vtrunque in continenti occidere vno ictu si potest: vel saltem vno impetu & æquali,ita aduersus vtrumque sumpta.l.quod lege. §.quod ait.ff.de adult.

Lex Lxxxi.

SI alguna muger estando con alguno casada o desposada por palabras de presente en faz dela sancta madre yglesia, commetiere adulterio que aun que se diga & prueue por algunas causas & razones que el dicho matrimonio fue ninguno ora por ser parientes en consanguinidad o affinidad dentro del quarto grado, ora porque qualquiera dellos sea obligado antes a otro matrimonio, o aya fecho voto de castidad o de entrar en religion, o por otra cosa alguna pues ya por ellos, no quedo de hazer lo que no deuian, que por esto no se escusen a que el marido pueda accusar de adulterio, assi ala muger como al adultero, como si el matrimonio fuesse verdadero: & mandamos que enestos tales que assi auemos por adulteros y en sus bienes: se execute lo contenido en la ley del Fuero delas leyes que fabla cerca de los que cometen delicto de adulterio.

VXor putatiua accusatur de adulterio: & perdit dotem & alia bona quæ secundum leges antiquas perdebat vxor legitima.foro legum,libro tertio titulo. delos adulterios. l. prima.& per Paulum de Castro consilio cxix. reprobata gloss. in l. consensu.C.de repudiis.in parte sibi habere. versic. Item quid dices. Multa de vxore putatiua ego scripsi in rubrica de dona.inter virum & vxo.

¶ Quid autem si vxor non est adulterata:sed tantum præbuit osculum extraneo libidinis causa:qua pena punitur?vide glos.nota.in l.prima. ff. de variis & extraordina.crimin. Bald. in l. si quis non dicam rapere.column.secunda.C.de episcopis & clericis. vide quæ scripsi suprà. l.lij. plenius in capitul. per vestras de donationibus inter virum & vxorem.

¶ Pœna adulterij per leges Regni punitur.septima partita tit.xvij.l.xiij.& foro legum, titulo delos adulterios.libro viij.Ordina.

4 ¶ Vxor etiam putatiua lucratur donationem propter nuptias propter mariti adulterium.authētico vt liceat matri & auiæ.§. si de adulterio. collatione viij.& cap.primo vt lite pen.& ibi glo.j.& Abbas & alij in principio. textus cum glos. in c. Christiana religio.xxij.q.v.& ibi doctores. Intellige si non habent filios:vt ibi &l.secunda titu.delos adulterios in fine.foro legum. & l.ij.eo.ti.lib.viij. Ordi. Adde l.si vxor. ff.de adul.quæ dicit quòd nec spem matrimonij violare licet.facit c.plerumque.de donationibus inter virum & vxorem.scripsi plenè in repetitione rubricæ eodem titulo.

5 ¶ Pondera legem istam quæ requirit quòd matrimonium sit contractum in facie ecclesiæ:idest seruata solemnitate de qua in c.cum inhibitio.de clan. despon.& tenent Innocen.& Hosti.in ca. ex tenore qui filij sunt legitimi.&ibi Abbas post alios.vndevi detur quòd sponsus volens accusare sponsam de adulterio deberet ante omnia probare quòd in facie ecclesiæ contraxit matrimonium: cum sit qualitas quæ tribuit ius cogita & facit. l.xlix. suprà eodem.

Lex Lxxxii.

EL marido que matare por su propria auctoridad al adultero & ala adultera aun que los tome in fraganti delicto y sea iustamente fecha la muerte no gane la dote ni los bienes del que matare. saluo si los matare, o condenare por auctoridad de nuestra iusticia que en tal caso mandamos que se guarde la ley del fuero delas leyes que eneste caso disponen.

Maritus

MAritus vxorem adulterantem & adulterum occidens, non lucratur dotem, nec alia bona vxoris, nisi hoc auctoritate iudicis fecerit. Declarat & limitat iura antiqua. C.de adulter. l.grachus. septima partita.titu.xvij.l.xiij.foro legum, titul.de los adulterios.l.j.& ij.& lib.viij.Ordina.eod.tit.l.ij. Hanc opinionem ego alias ante huius legis æditionem tenui in rub.de donat. inter virum & vxo. col. cccxiiij.versi.& videtur de mente Cyni.vbi plura cumulaui. & placuit ista opinio Regiis consiliariis, quando super condendis legibus Taurinis intendebamus. 6 8

Lex LXXXIII.

QVando se prouare que algun testigo depuso falsamente contra alguna persona o personas en alguna causa criminal, en la qual sino seaue tiguasse su dicho ser falso, aquel o aquellos contra quien depuso, merescia pena de muerte o otra pena corporal, que el tal testigo auerignando se como fue falso, le sea dada la misma pena en su persona & bienes, como se le deuiera dar a aquel o aquellos contra quien depuso, seyendo su dicho verdadero caso que en aquellos contra quien depuso seyẽdo su dicho verdadero: no se execute la tal pena, pues por el no quedo de dar gela. Lo qual mandamos que se guarde y execute en todos los delictos de qualquier calidad que sean y enlas otras causas criminales & ciuiles: mandamos que contra los testigos que depusieren falsamente, se guarden y executen las leyes de nuestros Reynos que sobre ello disponen. 9 10 11

1 TEstis falsus in causa criminali, punitur eadem pœna qua reus veniret puniendus si verum dixisset. In aliis verò causis criminalibus vel ciuilibus seruentur leges Regni, foro legum, tit. delos falsarios.l.iij.& lib.viij.Ordina.eod.tit.l.prima & ij. de hoc in cap.j.de crimine falsi. plenissimè per Angelum de Aretio in tractatu maleficiorum, in verbo, falsario.

2 ¶ Falsitatis modos ponit Bartol. post glos. in l. si ex falsis. C.de transactio.& in l.diuus. ff.de re iudicata. Salicetus post glos. in l. querelam. C.de falsis. Specul.de aduoc.§.ix.versi.item sit cautus.& de rescripti præsentatione.§.iij.

3 ¶ Falsitas testium probatur vt per Spec. de teste.§.j.versic.sed qualiter.& de probationibus. §.finali.versic.in summa & sequenti.

4 ¶ Falsitas testium deprehenditur pluribus modis: quia mendacium dixit, aut veritatem occultauit. dict. c.j.de crimine falsi. c.qualiter & quando.ij. §.debet igitur.de accusa.cap.quisquis. xj.quæst.iij. authentico de instrum.cautela.in principio. collatione sexta.l.quid sit falsum.ff.de falsis. Spec.de aduocca.§.nono.versicu. item sit cautus de executore. versic.sed quæritur. vide bonum textum in cap.inter dilectos, de fide instrumen.& Paul.de Castro consilio cxlix.

5 ¶ Falsus testis dicitur qui veritatem omittit: vel qui ex dolo loquitur obscurè, vt per Bartol. in l. ea quæ.ff.de contrahend.emptio.& in l.presbyteri.C. de episc.& cler.Bald.ibi col.j. versic.ex prædictis.& in l.nullum.ij.not.C.de testib.& in c.j. si inter dominum, & vasallum lis oriatur.Angel.in authentic. de testib.in princ.coll.vij.Bald.in l.præscriptione.in fi. & ibi plenè per alios.C.si contra ius vel vtil.publ.

6 ¶ Testis vacillans punitur pœna falsi. capit.testimonium.j.q.iiij.Bald.in d.l.nullum.C.de testib.Ange.in d.tract.malefic.in verb.falsario.

7 ¶ Si testis deponit ambignè ita q̃ potest referri ad verum & falsum: interpretari debet vt verum dixerit non falsum.secundum Bal.in l.j.C.de sacrosc. eccle.& in l.errore.C.de testam.Bart.in l.gerit. col. v.ff.de acquir.hæred.

8 ¶ Falsitas tripliciter dicitur: largissimè quando dicitur non verum: dolo vel sine dolo.l. si is qui.§. vtrum.ff.de reb.dub.Item largè omnis mutatio veritatis ex dolo.auth.de instr. caute. & fide.colla.vj.

¶ Item strictè ex aliquo capite legis Corneliæ de falsis.l.quid sit falsum.ff.de falsis.& ibi Bart. Salic. in l.nec exemplum. C.eod.titu.

9 ¶ Falsitatis capita numerantur per Azonem in sum.tit.de crimi.falsi.q.ij.per Salice.in rubr.C.eod. Bartol.in d.l.quid sit falsum.ff.de falsis.

10 ¶ Falsus testis qui nemini præiudicat, non est puniendus.l.damus.& ibi Cynus Bartol. & alij post gl. C.de falsis. Angel. de Aretio in tracta. de malefic.in verbo falsario.col.iij. Bald.& Salicet.in l.qui sepulchra.C.de sepulchro viola Paulus de Castro consil. cxlix. Intellige de pœna ordinaria falsi testis: benè tamen extraordinaria: vt per Cynum & alios in l.j. C.de sepul.viol.

11 ¶ Aduerte quia ista lex loquitur de delicto propter quod venit imponenda pœna mortis, & sic in delictis grauibus.in quibus venit pœna corporis afflictiua. In his ergo delictis venit testis puniendus eadem pœna qua reus puniretur. Sumitur hæc lex ex l.j. ff.de sicar. & traditur per Bald.in dict.l.presbyteri.ij.col.versi.extra quia materia. C.de episco. & clericis.& in cap.primo.de pace tenenda & iuramento firmanda.§.iniuria. in fine.libro feudorum. vbi hæc intelligit quando dolosè hoc fecit. idem Bald.in l.ij.C.de rebus creditis.alias punitur extraordinariè, vt paulo antè dixi. habetur in Specul. de teste.§. primo, versic. sed nunquid iudex. falsitatis enim crimen, atrocius est quàm homicidium vel veneficium, vel adulterium, secundum Angelum in authentic.de nuptiis. §. minores. collatione quarta. Committi quidem non potest sine dolo. l. nec exemplum. C. de falsis. Vnde valet libellus contra falsarium: quamuis de dolo mentionem non faciat: vt ibi per Salicetum.

12 ¶ Voluntas falsitatis committendæ habetur pro facto: vt plenè traditur in l. si quis non dicam rapere.C.de episc.& cler.& in l.is qui cum telo. C.ad legem Cornel.de sica. canonizata in cap. si quis cum telo.de pœnit.dist.j.glos.in c.j.de eo qui mittitur in possess.causa rei seruand. Saltem vt puniatur pœna extraordinaria: vt vult glos.in l.j.in princip.& §.fin. ff.de extraordi.crimin.& in l.si fugitiui. C. de seruis fugit. Paul.de Cast.consil.cxlix.

13 ¶ TTestis falsus punitur, etiam si eius dictum non valeat, quia non iurauit vel alias. Bartol.in l.si quis legatum.ff.de falsis. Bald. Angelus & Salicetus in l.j. C.de sepulchro violat.aliter loquuntur.& Lanfrancus in cap.quoniam contra.de probation.in parte, testium depositiones.col.xix.versic.solet in testium materia. Angel. de Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo falsario.colum.iiij.Bald.in l.iusiurandum. in fi.C.de testib.

Finis.

Y caso

Y Caso que los dichos Rey & Reyna mis señores padres viendo que tanto cumplia al bien destos mis Reynos y subditos de ellos, tenian acordado de mandar publicar las dichas leyes: pero a causa del absencia del dicho señor Rey mi padre destos Reynos de Castilla, & despues por la dolencia & muerte dela Reyna mi señora madre, que aya santa gloria, no ouo lugar de se publicar, como estaua por ellos acordado, y agora los procuradores de cortes que enesta ciudad de Toro se juntarõ a me jurar por Reyna & señora destos Reynos me supplicaron que pues tantas vezes por su parte alos dichos Rey & Reyna mis señores les auia sido suplicado que enesto mandasen proueer, & las dichas leyes estauan con mucha diligencia fechas & ordenadas, & por los dichos Rey & Reyna mis señores vistas & acordadas, de manera que no faltaua sino la publicacion dellas, que considerando quanto prouecho a estos mis Reynos desto vernia, que por les fazer señalada merced touiesse por bien de mãdar publicar las & guardar las como si por el dicho Rey & Reyna mis señores fueran publicadas, o como la mi merced fuesse.

Y Porque la guarda destas dichas leyes paresce ser muy cumplidero al seruicio de Dios & mio, & ala buena administracion y execucion dela justicia & al bien & pro comun destos mis Reynos & señorios, mando por este quaderno destas leyes, o por su traslado signado de escriuano publico al principe don Carlos, mi muy caro & amado fijo, & alos infantes, duques, condes, marqueses, perlados, & ricos omes, & maestres delas ordenes, & alos del mi consejo, & oydores delas mis audiencias, & alcaldes, & otras justicias, & officiales dela mi casa & corte & chancillerias & alos comẽdadores & subcomendadores & alcaydes delos castillos & casas fuertes & llanas, & alos mis adelantados & concejos y personas & iusticias regidores caualleros y escuderos officiales & omes buenos de todas qualesquier ciudades & villas & lugares delos mis Reynos & senorios, & a todos mis subditos & naturales de qualquier ley estado & condicion que sean a quien lo contenido enlas dichas leyes, o qualquier dellas atane, o ataner puede, o a qualquier dellos que vean las dichas leyes de suso incorporadas: & cada vna dellas, y enlos pleytos & causas que de aqui adelante de nueuo se mouieren y escomencaren guarden & cumplan y executen & las fagan guardar & cumplir y executar en todo & por todo, segun que en ellas y en cada vna dellas se contiene, como leyes generales de estos mis Reynos, & los dichos juezes juzguen por ellas. E los vnos ni los otros no vayan, ni passen ni consientan yr ni passar contra el thenor & forma dellas en algun tiempo, ni por alguna manera: so pena dela mi merced, & delas penas enlas dichas leyes contenidas, & desto mande dar esta mi carta & quaterno de leyes firmada del nombre del Rey mi senor & padre administrador & gouernador & senorios: & sellado con el sello del Rey & Reyna mis senores padre & madre, porque ala sazon no estaua hecho el sello de mis armas: & mando que sean apregonadas publicamente y enla mi corte & que dende en adelante se guarden & alleguen por leyes generales destos mis Reynos: & mando alas dichas mis justicias, & a cada vna dellas en sus logares & jurisdiciones que luego las fagan a pregonar publicamente por ante escriuano por las placas & mercados & otros lugares acostumbrados. E mando alos del mi consejo, que den & libren mis cartas & sobre cartas deste quaderno de leyes para las ciudades & villas & lugares de mis Reynos & senorios, donde vieren que cumple & fuere necessario. E los vnos ni los otros no fagades ni fagan ende al por alguna manera, so pena dela mi merced, & de diez mil marauedis para la mi camara à cada vno por quien fincare de lo anssi fazer cumplir: & mando al ome que vos esta mi carta mostrare que vos emplaze que parezcades ante mi enla mi corte del dia que vos emplazare fasta quinze dias primeros siguientes: & mando so la dicha pena a qualquier escriuano publico que para esto fuere llamado, que de ende al quevos la mostrare testimonio signado con su signo: porque yo sepa en como se cumple mi mandado. Dada enla ciudad de Toro a siete dias del mes de Marco. Anno del nascimiẽto de nuestro saluador Iesu Christo de mil y quinientos y cinco annos. Yo el Rey, yo Gaspar de gricio secretario dela Reyna nuestra senora las fize escreuir por mandado del senor Rey su padre administrador & gouernador destos sus Reynos. Ioannes episcopus Cordubensis. Licentiatus capata. Ferdinandus tello Licentiatus. Licentiatus moxica. Doctor caruajal. Licentiatus de sanctiago registrada.

Chanciller.

Glosematum in leges Tauri, insignis & eruditissimi Doctoris D.Ioan. Lupi de Palacios Rubios Finis.

AD CLEMENTISSIMVM, INVICTISSIMVM, ET SEMPER AVGVSTVM, FERDINANDVM QVINTVM HISpaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Insularum nuper in Oceano repertarum, similiter & continentis, Regem Catholicum, glorioſum, ac fœliciſsimum, aſsiduum accerrimumque Eccleſiæ defenſorem, Barbararumque gentium domitorem:

Ioannis Lupi de Palacios Rubios Decretorum Doctoris, Regij Conſiliarij in Opuſculum de obtentionis retentionisque Regni Nauarræ iuſtitia: necnon de ipſius terræ ſitu & antiquitate. Prologus.

Differẽtia inter Regẽ & tyranni. de quo per Polichratum li. 4. in principio.

INTER Reges & tyrannos, potentiſsime ac inuictiſsime Princeps, cum in aliis multis diſcrimen ſit non paruum. In hac re ſummopere diſtant, quòd Reges ea poſsident tantũ eaque conſequi iiſq; potiri nituntur, quæ iure optimo ad ſe pertinere arbitrãtur: tyranni verò non iuſtitiæ ſed potentiæ duntaxat rationẽ habentes, quæcunq; ſibi acquirere poſſunt, vel poſſe ſibi perſuadent: vſurpant: atq; oblata occaſione ſine aliqua hæſitatione inuadunt, inuaſaq; ſi fortè aſſequuntur: omni conſcientiæ remorſu, omniq; timore Dei poſthabito retinent, totiſq; viribus detinere conantur. Contra quos diuus Auguſt. in ſuo locupletiſsimo opere de Ciuit. Dei, ſic ait: Remota iuſtitia, quid ſunt Regna, niſi magna latrocinia: quia & latrocinia quid ſunt niſi parua Regna? iuxta id quod quidã pirata in ſuis facinoribus cõprehenſus, Alexandro illi magno, cum totũ orbẽ abſq; aliqua cupiditatis menſura occuparet, reſpondiſſe traditur. Cùm enim Alexander pœnas de homine illo ſumpturus, eundem interrogaſſet, quid ei videretur, quod haberet mare infeſtum: ille grandi cũ audacia loquẽdiq; libertate: Quid tibi (inquit) vt orbẽ terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio facio, latro vocor, quia tu magna claſſe, imperator. Nam quemadmodũ prælati eccleſiaſtici digni reprehẽſione & vituperio, & apud Deũ & apud homines exiſtũt, qui ambitione & potentia potius quã iure, honores & præfecturas eccleſiaſticas ſibi aſſumũt: iuxta id quod ad Hebræos ait Apoſtolus. Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ, ſed qui vocatur à Deo tanquã Aaron, atq; illiuſmodi homines latrocinij infamia à Saluatore ipſo notantur apud Ioannẽ dicẽte: Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde: ille eſt fur & latro: ita etiã Reges & Principes ſeculares, qui omni ratione & ordine iuris præter miſſo noua dominia & potentatus ſibi accumulant; opprobrium atq; iram Dei non minorẽ incurrũt. Non enim modo poteſtatẽ, verumetiam ſum eſſe referendã nemo eſt qui ambigat. Et vtri Apoſtolo ad Rom. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Et illud: Principes miniſtri Dei ſunt in hoc me Reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt iuſtitiam. De aliis verò potius quidẽ tyrãnis quàm Regibus, qui nullo iure Regna aut acquiſierunt, aut acquiſitare tinuerũt. Dicit deus ipſe per Oſeam propheram: Ipſi regnauerũt, ſed non ex me. Principes extiterũt, ſed nõ cognoui. Cuius rei cũ ſemper habeas rationem, Chriſtianiſsime Rex, Quamuis ea præditus ſis potentia, eamq; habeas militum multitudinẽ, ſtrenuitatẽ, & robur, vt facile ac breui poſſes multo ampliores terminos tui imperij facere: tamẽ intra iuſtitiæ limites ita te contines, vt nihil niſi quod aperto & indubitato iure tuum eſſe comperitur, tibi vendices. Cùm igitur Nauarræ Regnũ cuius oppugnationem in fauorem & auxilium ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſuſcepiſti, nuper titulis tuis acceſſerit: Non contentus de bono ac ſancto fine quem in illa expeditione habuiſti, verùm etiam exoptans, vt media iuſtiſsima fuerint, & cunctis appareant, mihi imperaſti vt de iure occupationis retentioniſq; illius Regni ſcribendum curarem. Vt non modo maieſtati tuæ, cui per acumẽ & claritatem proprij ingenij, & per viros ſcientia pollentes tam Iuris conſultos, quàm ſacræ Theologiæ profeſſores, ratio ipſius rei luce clarior exiſtit, verum etiã cæteris cunctis tam noſtræ quàm aliarum nationũ hominibus ſuper hac ipſa cauſa abundè ſatisfiat. Viſa eſt mihi prima fronte res valde difficilis & meis viribus multo ſuperior, quæque multo maiori literatura, multoq; grandiori auctoritate & grauitate indigeat. Nam cùm hæc cauſa ea ſit: quæ ſi qua vnquã perſonas multas in ſublimi ſtatu & ſolio conſtitutas attigit, ipſa maximè tangat. Cumque tam grandium, tamque ſublimium partium, magni ac multi ſint ſequaces & fautores, & perinde negotium fortes complureſque habeat impugnatores: quicquid ediderimus in ipſa pericula, inque hoſtium fauces & mediam procellam turbulentiſsimaſque maris vndas iactaſſe videbimur. Cumque hæc res ſit quæ propter partium (vt diximus) claritatem; propter tranſacti belli Nauarrici celebritatem, & famæ diffuſionem in ore totius vniuerſi verſetur: etiam ſcripturam, quæ de ea ipſa re diſſeruerit, ad multorum manus peruenturam, ac perinde diuerſorum & quaſi innumerabilium iudicium ſubituram manifeſtiſſimum eſt. Cumq; vt eſt in Prouerbio: quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ: atque ideireo nullum fermè ſit ſcriptum: quod ſi multis proponatur, magnam

Contra eos qui iniuſtè dignitates acquirunt.

Omnis poteſtas eſt à Deo & in ipſum referenda.

Contra tyrannos.

Loquitur regi.

De captione & retentione Regni Nauarræ.

Quare rex ita ſcribere iuſſit.

Res difficilis eſt ſuper his ſcribere & quare.

Veritas omnia vincit.

magnam eorem partem non habeat cõtradicentem: neceſſe eſt: vt quicquid per me in lucẽ exierit, multos habeat maledicos & obtrectatores, etiam ex his qui nullius partiũ ſunt ſequaces vel ſtudioſi. Ettamen quia veritas magna eſt, & præ omnibus fortior, ipſaque manet & inualeſcit in æternum & viuit & obtinet in ſecula ſeculorum. vt ſcribitur in Eſdra: Iccirco ſuſcepi onus atque imperio acquieui, non tam ingenio meo fretus, quàm certa iuſtitia cauſæ: quæ ad ſui confirmationem & fulcimentum ſubtilibus ac nouis non indiget argumentts nec exquiſitis & coloratis rationibus: memor illius ſententiæ Lactantij firmiani. Qui in ſuis diuinis Inſtitutionibus dicturus pro veritate & iuſtitia Chriſtianæ religionis, ita præmittit. Sed quoniam Deus hãc voluit eſſe rei naturam: vt ſimplex & nuda veritas eſſet lucu lentior quia ſatis ornata per ſe eſt, ideoque ornamentis extrinſecus additis fucata corrumpitur. Mendacium verò ſpecie placet aliena, quia per ſe corruptum vaneſcit ac defluit, niſi aliunde ornatu quæſito circũlitũ fuerit atq; politũ, æquo animo fero ingenium mihi mediocre fuiſſe conceſſum: Præſertim quia inſsis tuæ celſitudinis cõtraire abſque nephario ſcelere non poſſem: vnde potius ſub onere ruendum fuit, quã volũtati tuæ repugnandũ. Quibus ipſis tã idoneis cauſis nos mouẽtibus innixi, in lucem opus ipſum emittere non formidauimus. Accipiat igitur ſacra tua maieſtas exiguum alumni tui munus à diuite emanans voluntate, eiuſq; in te obſequij immo pietatis potius quàm præſtantiæ ipſius operis habens rationem: eo fauore proſequere, quo ab omni aduerſitate imperpetuum protegatur.

Notabilia verba Labienij.

¶ Vt autẽ eorũ quæ (Deo propitio) dicere conſtitui: lucidior ſit intelligentia: in ſex partes totum opus ipſum ſecabimus ac diſtinguemus: præmiſsis multis aliis quæ dicere conſtitueram: ſi ſchiſma ipſum (quod tandem Dei clementia extinctum eſt) perſtitiſſet. Dicturus enim eram nõ pauca de poteſtate Papæ, & Concilij, & de eiuſdem Concilij conuocatione, & congregatione, quem ſcilicet de iure ſpectet, an ſolum Papam: an ipſum cum Cardinalibus: an ſolos Cardinales præſertim in caſibus Papam tangentibus, & eccleſiam ſcandalizantibus. In caſu autẽ quo ſolos Cardinales ſpectaret; an omnes, an eorum maiorem partem, an ſufficiat minor pars maiore forſam negligente vel contradicente. Item an Cardinales debeant requirere Papam vt Concilium conuocet. Si verò requiſitus nolit: an per hoc cõſtituatur in mora & notabili negligentia: adeo vt ius conuocandi & congregandi Concilium irreuocabiliter tranſeat in Cardinales: ita vt nullatenus liceat Papæ poſtea etiam mutato propoſito Concilium conuocare ſiue congregare. Decreueram præterea commemorare viginti quatuor ſchimata præterita: & media quibus extincta fuerunt; vt ex illis forſitan aliquid aſſumeretur ad recens ſchiſma ſedandum. Multaque alia ſcribere & longè lateque diſſerere & diſputare mihi erat in animo, quæ in præſentiarum miſſa facio, quoniam mutatis rebus & ceſſante neceſsitate, ſuperfluum moleſtúmque lectoribus mihi fore viſum eſt, quicquid nihil vtilitatis ſed curioſitatis duntaxat erat præſe laturum.

Tranſmitta ta præter miſſa.

¶ Ad ſex igitur illas partes me reſtringendo: quia totius negotij origo & radix fuit inobedientia & conſpiratio, tam laicorum quàm eccleſiaſticorum in ſummum Pontificem ac perinde ſchiſma illud exortum & conciliabulum præter eius auctoritatem immo contra eam indictum: In prima operis parte quia ab enarratione rei quemadmodum geſta fuerit, hoc eſt ipſius caſus exordiendum eſt, ordinem Iuriſconſ. ſectando: rem geſtã maieſtati veſtræ prælibabimus: non vt eam diſcat, quippe qui eã ſuper omnes homines callet eamque memoriter nouit: Sed vt alij omnes agnoſcãt. Qui licet aliqua de his quæ acciderũt, audierint, & in veritate perpẽderint: multa tamẽ ignorant, & vt tua celſitudo in fronte operis intueatur quemadmodum pro fundamẽto totius ædificij veritatem ipſam nudam & apertam accepimus, & à tramite illius & limite nullatenus diſceſſerimus

Diuiſio operis in ſex partes.

Prima pars.

¶ In ſecunda verò parte iuribus, & auctoritatibus ſacræ ſcripturæ probabimus eccleſiæ vnitatem, cuius caput eſt Chriſtus: & Chriſti nomine Petrus, & poſt Petrũ Romanus Pontifex in ſe de Petri ſedens: qui non Petri, ſed Chriſti eſt vicarius in terris, habens eandem plenitudinem poteſtatis quoad ſpiritualia & temporalia: quam beatus Petrus, cum in humanis ageret, habebat. Cui totus mũdus eſt datus pro nauicula vel dyoceſi, & vniuerſalis poteſtas & iuriſdictio in toto orbe, ratione cuius omnis humana creatura ei ſubeſt, etiã Reges & principes; quos propter eorum demerita poteſt increpare, corrigere, caſtigare, & ſi opus fuerit deponere, regniſque & dominiis priuare.

Secunda pars.

¶ In tertia autem parte mõſtrabimus: q; Cardinales & alij Reges & magnates: qui ab huiuſmodi eccleſiæ vnitate & capite diſceſſerũt, ſe ab aliis Cardinalibus & eccleſiæ capite diuidentes, etiam occaſione reformationis eccleſiæ in capite & in membris ſatis neceſſariæ, eorumque auxiliatores, defenſores & adhærentes ſchiſmatici ſunt & læſæ maieſtatis rei. ¶ In quarta verò parte de ſchiſmaticis grauitate, incõmodis, & pœna diſſeremus. Vbi etiã dicemus, q; Papa poteſt conuocare principes Chriſtianos contra ſchiſmaticos qui tenentur ei parere, & ſi non pareant, poteſt eos punire. Poteſt ſimiliter ſi opus fuerit, bellũ cõtra ſchiſmaticos indicere, & eũtibus ad bellum indulgẽtias cõcedere, eoſque cruce ſignare.

Tertia pars.

Quarta pars.

¶ In quinta parte, ex iam dictis inferemus q; Regem & Reginã Nauarræ tanquã vere ſchiſmaticos læſæque mageſtatis reos, ritè ac rectè ſummus Põtifex Regno priuauit, & maieſtati veſtræ iuſtè conceſsit, excluſis, eorũ filiis, etiã primogenito. ¶ In ſexta & vltima parte pro maiori cõplemẽto & abũdantia harũ noſtrarũ lucubrationũ, aliqua de Regno Nauarræ eiuſq; ſitu & antiquitate diſſeremus, per quos. ſ. Reges Imperatores & duces, & quoſcũque alios magnates ab hinc longis ante ſeculis terra illa & prouincia gubernata ſit & obtẽta; vt lectores aliquã ex huiuſmodi indagatione percipiãt voluptatẽ. ex cuius regni initiis, demonſtrabit vitioſus primorũ Regũ in Regno illo ingreſſus: ꝓpter quod forſan Regni huius tranſlationẽ in maieſtatẽ veſtrã Deus fieri diſpoſuit. Iſta ſunt quæ in hoc libello principaliter aguntur. Multa tamẽ alia interſerũtur, quæ legẽtib. forſitã videbũtur nõ minus vtilia q; iocũda.

Quinta pars.

Sexta pars

Prima Pars.

AGgrediamur nũc primam huius operis partem in qua facti seriem narrare promisimus. Rei quidem veritas & casus contingentia prout ex literis & breuibus Iulij secundi atque ex fidedigno relatu aliquorum didicimus, sic se habet. Georgius tituli sancti Sixti presbiter Cardinalis, de Roan vulgariter nũcupatus, in regno Franciæ & partibus illis apostolicæ sedis legatus, vir vtique in dicto regno & apud Regẽ magnæ auctoritatis existẽs, zizaniæ ac dissensionum sator vberrimus, omnibus artibus ad summum apostolatum (Iulio secundo Pontifice maximo adhuc in sede Petri sedente) contra canonicas sanctiones temere anhelans, ea quæ potuit contra ipsum Iulium & sanctam Romanam ecclesiam moliri, tractauit. Cumque Regis Francorum intentionem ac voluntatem de tota Italia prorsus vsurpanda & acquirenda notam habuisset: eidem Regi multipliciter suasit, vt de ecclesiæ reformatione tam in capite, quàm in membris déque generali Concilio ad id conuocando & congregando, summam haberet curam: & Cardinales: quos (sub prætextu reformationis prædictæ: quam aliqui ex eis summopere affectabant) ad id inducere posset, ad se traheret. In quo quidem Concilio de ipsa ecclesiæ reformatione, necnon de pluribus nephãdis & horribillibus ipsius Iulij criminibus & prauis moribus principaliter agẽdum dicebat. Quibus detectis, ad ipsius depositionem necessariò procedendũ erat. Quo iustè (vt dicebat) deposito & aliquo Regis amico in sede Petri subrogato: spiritualia & temporalia totiusque Italiæ monarchiam, quam tantopere Rex ipse cupiebat: ilico consequeretur. Cuius consilio: statim & sponte Rex acquieuit & de Pontifice deponendo nouoque creando, cogitare cœpit: & acommoda media callidè procurauit. Quosdam enim Cardinales secretè sollicitat, quinque duntaxat ad se trahit. Quos omni fauore auxilióque semper prosequens, alios capitali odio prosequebatur. Ecclesiis, dignitatibus, & beneficiis; quæ in regno Frãciæ ciúsq; dominiis obtinebant, indebitè spoliari fecit. Sub grauissimis demum pœnis præcepit ne quis in Regno suo dominiisue Apostolicas deferret literas, vtque omnes eius subditi in Romana curia degentes, à curia ipsa statim discederẽt. Et quo citius maliuolum propositum vsque perduceret. Principum confœderationes (quas sibi vtiles existimabat) secretè procurauit. Amicos verò ac Romanæ ecclesiæ subditos, ab ecclesiæ obedientia omnibus viis subtrahere conabatur.

Cardinalis de Roã.

Rex Francorum.

Bononia liberatur.

Ferraria.

¶ Interea verò Iulius secundus Pótifex max. Bononiæ ciuitatem ad ecclesiæ Romanæ dominium pertinentem, à Bentiuolorum tyrannide liberauit; & ad verum iustitiæ cultum pacisque amœnitatem reduxit. Quinque etiam Romadiolæ prouinciæ ciuitates quas Veneti à patrimonio beati Petri distraxerant, & de facto atque indebitè occupabant: viriliter recuperauit. Ciuitatem quoque Ferrariæ ad immediatam obedientiam sanctæ Romanæ ecclesiæ (ad quam pleno iure pertinet) redigendam putauit, vt omnibus rebus in regione illa pacatis, & ad iustitiæ cultum redactis, citius & liberius sanctam expeditionem contra salutiferæ crucis hostes (in qua omnes curas cogitationesque suas versari dicebat) inchoare & continuare posset. Quod negocium paucis diebus videbatur sibi confici posse. Nam post priuationem Alfonsi Eltẽsis olim Ferrariæ Ducis ciuitatis illius occupatoris consistorialiter factam, Mutinenses se ab eius obedientia subtraxerunt: & Ferrarienses Iulium ipsum & suos auidè expectabant, vt fructu ecclesiasticæ libertatis (quemadmodum & Bononienses & alij populi sanctæ Romanæ ecclesiæ immediatè subiecti) perfrui possent. Oderant enim Alfonsum ipsum, qui oneratis quotidie onera noua imponebat, vectigalia augebat, & ipsorum sanguinem emungebat. Qui & ipse Regis Gallorum fauore & auxilio fretus, quædam salinaria in præiudicium Romanæ ecclesiæ vsurpauit, & (quod deterius fuit) ab ecclesiæ Romanæ obedientia prorsus discesit. Tunc ipsius summi Pontificis mandato cœpit congregari exercitus in ipsum Ferrarienſem Ducem pro executione illius sententiæ & priuationis. Francorum autem Rex protectionem defensionemque ipsius Ducis suscepit. Vnde & Gallicus exercitus Ducis exercitui coniunctus, non modo pro viribus terras eius defendit, immo impugnare aggressus est terras ecclesiæ, præsertim comitatus Bononiensis. Atque in illis ipsis initiis non parum vastationis intulit, occupauitque oppidum centum; quod erat patrimonij ecclesiastici.

De Duce Ferrariæ.

Rex Francorum defendit Ducem Ferrariæ & ecclesiam impugnat.

¶ Súmus autẽ Pontifex exoptans exequi prædictam sententiam contra Ducem Ferrariæ latã vt etiam melius tutaretur terras ecclesiæ, quæ (vt diximus) ab exercitu Gallorum & ipsius Ducis Ferrariensis infestabatur; Bononiam se conferre deliberauit. Ab vrbe itaque Roma illorsum iter aggressus, omnes Romanæ ecclesiæ Cardinales monuit, vt se pro defensione & recuperatione patrimonij ecclesiastici; comitari nó ægrè ferrent. Quod & fecerunt, præter paucos illos, qui diuerso ab aliis profecti itinere, à Florentia ab eo discedentes, in Lombardiam se contulerunt. Licet ab ipso Romano Pótifice nulla iniuria affecti, sed honoribus & prouentibus aucti, & ad veniendum Bononiã nitissimis literis vocati fuissent. Sub hoc tempore Capitaneus generalis Regis Franciæ (quem magnum magistrũ Galli appelant) Mediolano egressus, venit obsessurus Bononiam. Vnde in præsentia omnium legatorum principũ fideliũ, aggressi sunt Galli ciuitatẽ, & in eã ictus bóbardarum cõiecerũt cõminatique sunt se ipsum summũ Pontificẽ cũ sacro collegio Cardinaliũ capturos & in vicula cõiecturos. Túc venit in subsidiũ sũmi Pótificis à Neapoli exercitus maiestatis vestræ duce Fabricio Colúna. Cuius accessu atq; industria diligẽtiaq; legati maiestatis vestræ: qui satagebãt: vt galli regrederẽtur, illud inclamitãs, fœdus rũpi Regũ & amicitiam: si in hoc facinore persisterent: ab huiusmodi obsidione & summi Pontificis viteriori offensione desiterunt: Mediolanumque regressi sunt. Cui ipsi impugnationi persecutionique Romani Pótificis Cardinales prædicti omnẽ fauorẽ & cõsensum omneque incitamentũ adhibuerunt. Cuius rei certissimũ & manifestissimũ argumentũ fuit, q̃ post huiusmodi summi Pótificis offensam ærũnamque, postque detrimentũ sui exercitus, nec facultates

Papa Bononiã venit, & Cardinales vocat.

Cardinales schismatici Lõbardiam tenent.

Gallorum exercitus Bononiam obsidet.

Hispanorũ exercitus venit in subsidiũ Papæ.

Cardinales schismatici.

Cõciliabulum indicitur, & Papa citatur.

facultates suas (vt alij veri bonique Cardinales fecere) pro resarciendis tot damnis ei obtulerunt, nec vllũ consolationis genus adhibuerunt. Immo post modicum tempus propria auctoritate concilium Pisis celebrandum indixerunt, atque ipsum Romanum Pontificem ad ipsum concilium temerario sic ausu, perperamq; indictum vocare non formidarunt nec erubuerunt, citationis cedulas in valuis ædium, in quibus tunc temporis residebat, & pluribus aliis locis affixis, vt Pontificis mœrorem augerent.

Per id tempus cum ipse summus Pontifex Rauenæ ageret, non contentus Rex Gallorũ de offensis quas ecclesiæ & capiti eius intulerat, exercitum dedit Bentiuolis, quo Bononiam caperent. Quod & effecerunt traditione aliquorũ intus cõmorantium adiuti. Bentiuoli igitur Gallorũ præsidio Bononia potiti, multa turpia & ignominiosa in summũ Pontificẽ cõmiserunt. Arx quæ magna impensa ecclesiæ fuerat in vrbe facta, diruta est. Signa & bombardæ ipsius ecclesiæ, quæ erãt in arce, allata sunt Mediolanum. Ab ædificiis publicis rasérunt arma siue insignia ecclesiæ, & posuerunt insignia Regis Franciæ, in derisionemq; & detestationem siue contemptum statuã æream summi Pontificis, quæ erecta erat à populo in fóro in memoriã restitutionis vrbis ipsius in libertatem, deiecerunt, & in ignem proiecerunt. Omnes actus iudiciales & præconia Regis ipsius nomine fiebãt, de ipsa ecclesia Romana, eiusve Pontifice, nulla penitus mentione habita. Multa denique alia iniusta, nephãda, turpia, & crudelia in subiectos & amicos ecclesiæ in ciuitate ipsa cõmorantes, viros, mulieres, & paruulos fieri Rex ipse permisit. Quid plura? ecclesiasticas personas prælatos & clericos curiã insequentes, qui in ciuitate & prouincia illa remanserant, cum in multis aliis male affici, tũ capi acq; incarcerari & pecuniis redimi passus est. Res quippe nephãda ac plangenda, quã non nisi dolenter referimus. His iacturis acceptis, summus Pontifex ad prouidendum inde earum remedio, Romam regressus est. Et per idem temporis, iam Cardinales transfugæ indixerant concilium Pisis celebrandũ à kalend. Septemb. assignato duntaxat termino triũ mensium, vt vndiq; labor & angustiæ accrescerentur ipsi Pont. summo, ipsumq; Pontificẽ (vt paulo antè diximus) citauerunt, aliaq; inurbana & fœda commiserunt. Quæ etsi erant graui animaduersione digna, ipsum tamen non commouerunt: in bono enim malũ vincere cogitabat. Cardinales verò ipsos non verbo nec scripto læsit, aut vlla alienati ab eis animi signa dedit. Passis enim brachiis, & obuiis vlnis ad ipsum redeuntes & veniã erroris petentes, recipere paratus erat, de eorũ reditu magnum gaudium percepturus: iuxta doctrinam Saluatoris per parabolã filij prodigi in Euangelio introducta. n. Sed Cardinales prædicti in reprobum sensum dati, lenitatem & mansuetudinem Pontificis pro metu interpretantes, mala malis quotidie addiderunt. Principes Christianos contra Romanum Pontificem inuocare non distulerunt, & iuris Pontificij & Ciuilis interpretes ad se allicere sunt conati: adeo vt ipsi Romano Pontifici necesse quodãmodo fuerit cum consilio Cardinalium, Cardinales schismaticos monere, sub priuationis pilei & aliis grauioribus pœnis, vt se capiti remitterent: ad Romanum Pontificem redirent, & erroris veniam peterent. In qua monitione valde clemens fuit Romanus Pontifex: Terminũ enim quinquaginta dierum illis præfixit, in quo & ab India redire potuissent. Deinde non minori clementia, præfixum tẽpus ad quindecim, & postremò ad dies octo alios prorogauit. Permisit etiam sacro Cardinalium collegio, vt fidem publicam & saluum conductum schismaticis ipsis darent, promitterentque quòd Romanus Pontifex si redirent & veniam peterẽt in eadẽ dignatione & gratia reciperet: quæ antè eorum ab eo discessum, erant. Expectabat quidẽ summus Pontifex quòd tanta mansuetudine allecti, & impunitate erroris proposita, essent ad eum rediturí. Verũm cum fam vltimi termini finis instaret: non ad Romanum Pontificem, sed Pisas versus cum armatorum præsidio fuit profecti, celebraturi ibi detestabile & dãnatum fuit conciliabulum, si Florentinus populus (qui multo sanguine & sudore maximisque laboribus & dispendiis ciuitatẽ illam recuperauerat) eos & armatos milites recipere voluisset. Ausi etiã sunt Seguntiam vsque citationis scedulas mittere: si fortè gentem illam catholicam veneno tam pernicioso schismatis possent inficere. Sed (Deo volente) hac quoque spe & cogitatione frustrati sunt. Quia catholica vestra maiestas eos qui huiusmodi affixionis testes fuerunt, laicos videlicet per laicos, ecclesiasticos verò per Nuncium Apostolicum ad hæc Regna missum, capi & carcerari iussit. Interim etiam Romanus Pontifex literis & nunciis Gallorum Regem sæpe monuit vt à schismate & schismaticorum fauore abstineret, sed nihil omnino profuit.

Papa Romam rediit

Cardinales schismatici principes Christianos vocant.

Papa Cardinales schismaticos monet.

Saluus conductus Cardinalibus schismaticis datur.

Cardinales schismatici Pisas veniunt.

Citatio ad Seguntiam mittitur.

Testes affixionis citationis carcerantur.

¶ Quibus rebus cognitis ac discussis, considerans etiam Romanus pontifex quòd error cui non resistitur; approbatur: & quòd mala nascentia priusquam roborentur facilius euelluntur, quodq; non de iudicris & parui momenti rebus, sed de vnitate sanctæ Romanæ ecclesiæ, pace, & quiete totius reipublicæ Christianæ ageretur: in eosdem schismaticos (qui sua benignitate abusi sunt) & maledictionem pro benedictione voluerunt) gladium seueritatis Apostolicæ exercuit: Eosdem galero cardinalatus honore, titulis, & insignibus priuilegiis, voce etiam actiua & passiua, patriarchatibus quoque, metropolitanis, & aliis ecclesiis quibus præerant, necnon monasteriis quibuscunque, quæ in titulum vel commendam, seu quouis alio modo obtinebant, priuauit. Et ad illa ac alia imposterum obtinenda inhabiles declarauit. Ab omnibusque Christi fidelibus euitari, & pro Cardinalibus deinceps non haberi aut nominari debere, & tanquam hæreticos, schismaticos, & criminis læsæ maiestatis reos esse in posterum declarauit.

Cardinales schismatici deponuntur.

¶ Sed nec ista eosdem schismaticos à suo pernicioso proposito retraxerunt: immo deteriores effecti, in suo Pisano conuenticulo processerunt, Regis Francorum fauore, auxilio, & auctoritate muniti. Quapropter necessarium fuit Romano Pontifici hæc omnia Christianis principibus nunciare, eorumque auxilium inuocare, & præsertim catholicæ maiestati vestræ in ciuitate Hispali tunc degenti, & pro Aphrica conquirenda omni conatu se accingenti. Catholica verò

Papa principes Christianos conuocat.

Rex noſter Regi Francorum ſcribit.

maieſtas veſtra literis gratioſis eidem Frãcorum Regi ſapienter expoſuit damna & incommoda: quæ ex huiuſmodi pernitioſo ac deteſtabili ſchiſmate imminebant: & indies magis exuſcitabantur tam contra vniuerſalem eccleſiam quàm cõtra populum Chriſtianum: cuius pax & quies turbabatur. Vnde prudenter ſuadebet ei: vt ab incepto negocio deſiſteret. Pollicebaturque ſeſe mediatorem & rerum pacisque compoſitorem futurum inter ipſum & Romanum Põtificem ac perinde (deo fauente) rem ipſam ad optatum finem perducturum: In qua re & deo obſequium acceptiſsimum impenſurum & ſibi rem gratiſsimam facturum eſſe dicebat: Si ſecus ageret: opportere quidem, nec poſſe abduci maieſtatẽ veſtram; quin defenſionem eccleſiæ ſuſciperet & ſuſceptam præparatamque in ſarraſenos aphricæ expeditionem deſereret. Per quod cum Deus grauiter eſſet offendendus: eidem Regi Francorum imputandum teſtabatur. Rex autem ipſe noluit acquieſcere, nec ab iniquis cœptis deſiſtere. Immo more aſpidis ſurdè obturantis aures, ad vltèriora procedebat. Maieſtas autem veſtra ex ſacroſanctæ matris eccleſiæ vulnere ſauciatus eiuſque læſione læſus, tanquam verus obedientiæ filius omnibus rebus poſt eccleſiam poſitis ad eccleſiæ defenſionem ſe parat & rem Aphricanã in ſectam relinquit. Vt autem recenti incommodo & imminenti periculo ſtatim occurreret maieſtas veſtra, nè virus indies magis ac magis ſerperet, ex exercitu quẽ in Aphric. parauerat delecto facto, tam peditũ quàm equitũ, claſſem in Italiã mittit: Iuſitque vt ex his militibus ſimul cum illis qui in Italia erant & cum reliquiis illius aciei; quæ iam pridẽ in Aphrica militauerat, vnus exercitus conflaretur: qui quamprimum Gallorum motibus occurreret; & ad recuperãdum eccleſiæ patrimonium ſeſe conferret. Nec tunc etiam ab amicitia ipſius Regis ſe alienauit, immo ſemper in curia eius legato retento, toto conatu ei ſuadebat vt ad ſaniorẽ ſenſum rediret & ab iniuria eccleſiæ deſiſteret, ac perinde Bononiam eiuſdẽ patrimonium antiquum ei reſtitueret. Nec circa hoc omnibus viribus laborare deſtitit, quouſque luce clarius viſa ipſius Regis pertinacia (qui vt alter Pharao cor habebat induratum) accito à Gallica curia legato maieſtatis veſtræ & hinc ſuo dimiſſo, pacis fœdera omnino rupta fuere.

Rex noſter in eccleſia auxiliũ ſp parat, & exercitum mittit.

Fœdera inter Regem noſtrum & Francia rũ punsur.

Bononia à noſtris obſi detur.

Rauena à Gallis obſi detur.

Bellum Rauenæ.

¶ Interea noſtri Bononiam obſidẽtes in ipſa hyemis aſperitate, cum conſiſterẽt prope alpes, magnam difficultatem duroſque labores in ipſa obſidione ſunt perpeſi. Poſtea cum ſubſidia Gallorum ſuperueniſſent; & quotidie vires eorum per ſuplementum exercitus roborarentur augerenturque, non contenti contra phas retinere eas eccleſiæ terras: quas vſurpauerant: alia inuadere temptabant ipſaſq; oppugnabant nomine & voce eccleſiæ: ac ſi aliam illi haberent eccleſiam à catholica & vniuerſali eccleſia diſtinctam. Vnde cum obſidione cinxiſſent Rauenam exercituſque maieſtatis veſtræ illuc properaret, ſuccommiſſum eſt illud horrendum & multis antea ſeculis inauditum prælium; in quo licet hoſtes in campo manſerint: noſtri tamen mirabili virtute vſi fuerunt: & quamuis eſſent numero multo pauciores, longè maiorem ſtragem quàm acceperint, hoſtibus intulerunt. Cumque noſtris neceſſe eſſet Neapolim ſe recipere, vt inde vires repararent: Galli interea debacchantes, & incredibilem inſolentiam præ ſe ferentes, ad occupandam totam Romaniam animos adiecerunt, & cũ iam ante commiſſum prælium Brixiam in Lombardia florentiſsimam vrbem, inaudita à ſeculo crudelitate vaſtaſſent, tunc Rauenam eccleſiæ ciuitatem poſuerunt in ore gladij, non parcentes nec paruulis nec mulieribus, totoque oppido in prædã & direptionẽ redacto. Tam grandiſque furor eorundem fuit, & per illas partes terror, vt etiã Roma ipſa eccleſiæ caput, magnũ timorem & turbationem pateretur, omneſque curiales vrbem relinquere vellẽt: Quod & feciſſent, niſi magnus animus & cõſtantia ipſius ſummi Põtificis eos animaſſet confirmaſſetq;, ac perinde ſua præſentia & vigore animi fugæ impedimento fuiſſet.

Galli bacchantes mala mala fecerunt.

Rauenna capitur.

Romani met.

¶ Tunc verò cùm creſcente contumacia debeat creſcere pœna; & cum grauioribus languoribus & difficultatibus validiora ſint adhibenda medicamina & remedia: Maieſtas veſtra vltra eum exercitum, qui Neapoli reſarciebatur in occurſum furentium Gallorum venturũ, quemque hinc ſupplere & augere ſatagebat: cogitauit hinc quoque Gallæ terminos inuadere: vt huc Rex Gallorum accurrens, ab Italia eius potentia dilaberetur, & conſequenter incolumitati ſtatus eccleſiæ plenius conſuleretur. Quod vt commodius fieret, muitauit maieſtas veſtra Sereniſsimum Henricum octauum Angliæ Regem generumq; veſtrum vt Guianæ Ducatum (quod iure ad eum pertinebat) repeteret.

Rex noſter Galliæ terminos inuadere cogitat.

Guiana.

¶ Ad maioremque iuris ſui abundantiam, Romanus Pontifex Regem Francorum, Ducatum ipſum poſſidentem Ducatu priuauit: & ipſi Regi Anglorum facultatem illud occupandi libentiſſimè & vltrò fecit. Quare Rex Anglorum, tanquam verus obedientiæ filius, principaliter vt eccleſiæ afflictæ, & in neceſsitate poſitæ ſubueniret: Secundariò, ob patrimonium ſuum recuperandum, claſſem in Hiſpaniam miſit: quæ fontem Rapidum cum apuliſſet, maieſtatis veſtræ mandato ibi & per finitima loca totus ille exercitus hoſpitatus eſt.

¶ Cùm igitur copiæ maieſtatis veſtræ ac ſimul copiæ Regis Anglorum in procinctu eſſent: vt Guianam intrarent, Bellum ibidem diuturnum geſturæ in eccleſiæ fauorem ſciſmaticorum que offenſionem ab Italiaque retractionem, & per Viſcayam ingreſſus eſſet anguſtiſsimus nec aptus per quem comeatus ad caſtra venirent; ac perinde neceſſarium eſſe per Nauarram iter facere, Catholica veſtra maieſtas cũ Rege & Regina Nauarræ tractare cœpit vt data per eos aliqua leui ſecuritate de indemnitate exercitus in Galliam tranſituri: tranſire noſtri permitterentur, nihil damni aut nocumenti Regno vel regnicolis illaturi. Pro ipſius autem tranſitus ſecuritate; maieſtas veſtra tres duntaxat arces poſcebat tribus proceribus, non Caſtellanis quidem aut Aragoniis, ſed Nauarris, tradendas. Qui ſub homagio & iureiurando ſe aſtringerent eas ſe in pignora huiuſcemodi fidei & ſecuritatis vſquequo bellum conficeretur tenenturos, expleto autem bello, & per ipſos Regem & Reginam Nauarræ vſque adeo ſuminationem ſide ſeruata:

Rex noſter tractat cũ Regib. Nauarræ de ſecuritate tranſitus.

eiſdem eas ipſas arces reddituros. Quod ſi ad plenum (vt tenebantur de iure) id facerent ac ſe deniq; pro parte eccleſiæ declararent: polliceba tur maieſtas veſtra ſe cum illis amicitiam conciliaturum & contra quoſcunque eos offendere volentes totis viribus iuuaturum. Daturum præterea eis (ſi res ad optatum finem perduceretur) oppida arcos & guardia nuncupata, quæ olim ſub Dominio & iure Nauarræ extiterãt quæque iccirco Rex ipſe & Regina vehementer affectabant: Quod cum non acceptaſſent, nec alias iuſtas & honeſtas condiciones quas ſacra veſtra maieſtas propoſuit (cum tamen de eis eſſet nimis benemeritus, fauens eiſdem in obtentione retentioneque ipſius Regni, cum illud iure ſibi pertinere diceret Moſsior de fox primo pater ſecundo frater Dominæ Germanæ Aragonum Reginæ dilectiſsimæ vxoris veſtræ, fauente eiſdem Francorum Rege:) Sed per multos dies verbis maieſtatem veſtram morarentur, cum magno diſpendio & detrimento vtriuſque exercitus tam Angelorum quam hyſpanorum qui finem huius negocij expectabant, tempus ammittentes, ac cum tandem iam maieſtati veſtræ compertum eſſet Reges Nauarræ omnino ſe Regi Gallorum adiunxiſſe fœdusque cum eo iniiſſe: id Romano Pontifici nuntiauit.

Papa monet Reges Nauarræ.

¶ Romanus verò pontifex de Cardinalium conſilio eoſdem Regem & Reginam Nauarræ monuit: & ſub grauiſsimis pœnis præcepit, quod à Rege Francorum aliiſque ſchiſmaticis ſe auerterent, & eccleſiæ Romanæ adhererent eiuſdéq; cauſam & maieſtatẽ fouerent tueréturq;. Quod cum facere noluiſſent pluries interpellati, moniti & iuſsi immo ſemper in ſuo maliuolo propoſito perſtitiſſent: confederationem & amicitiam cum Francorum Rege initam tanquã ſibi vtilem & proficuam publicè manifeſtabant. Papa in forma iuris eos ſchiſmaticos, rebelles, & læſæ maieſtatis reos declarauit. Attẽdẽs inſuper quòd eius prædeceſſores Romani pontifices ex ſimilibus & leuioribus cauſis aliquos Reges & Principes Chriſtianos Regnis ſuis & Dominiis temporalibus priuauerunt: eos ipſe ſimiliter Regno ſuo Nauarræ priuauit, & maieſtati veſtræ aut cuicunque alteri capiendi illud liberam fecit facultatẽ.

Papa Reges Nauarræ ſchiſmaticos & læſæ maieſtatis reos declarat, & Regno priuat.

¶ Maieſtas autem veſtra noluit ſtatim illo iure vti: ſed iterum atque iterum eoſdem Reges vt prius monuit: nihil tamen inde conſequutum eſt. Qua propter cum multis viris virtute & ſcientia pollentibus (cum quibus ego licet immeritus fui) maturo prius conſilio habito deliberatum eſt, vt exercitus noſter Nauarram potenter ingrederetur, arces caſtella & oppida quæ ad tranſitus exercituum ſecuritatem neceſſaria forent acceptarus: nihil tamen damni Regno nec incolis facturus ſi ſe ſponte traderent. Illuſtriſsimus ergo Federicus à Tholeto dux Albanus, generalis noſtri exercitus capitaneus, iuxta prædictum conſilium decretumque cum toto noſtrorum exercitu Nauarram ingreſſus eſt, omnia prudenter agens. Anglici verò ab huiuſmodi ingreſſu ſe abſtinuerunt: quia eorum dux à ſuo Rege de Nauarræ inuaſione aut expugnatione mãdarum non acceperat. Manſerunt tamen in campo iuxta terminos Guianæ licet vayone ad obſidionem non appropinquantes: quouſq; per ac-

Rex noſter iterũmonet Reges Nauarræ, & peritos conſulis ſuper Nauarræ ingreſſu.

Dux Albanus cũ exercitu noſtro Nauarram intrat.

Anglorum exercitus.

Reges Nauarræ decipiuntur vana ſpe & opinione.

Regnũ Nauarræ inuaditur.

Poſt capiã Nauarræ Reges Nauarræ iterũ monentur à rege noſtro.

Epiſcopus Zamorenſis capitur & carceratur.

Exercitus noſter tranſitur, vt cũ Anglicis iungatur.

Rex Nauarræ tẽtat recuperare Regnum. Galli Guepuzcam vaſtant.

Rex noſter reſiſtit Gallis & Nauarris.

tur in primis ac deinde defenso & conseruato Regno: cum possideatur ipsum à maiestate vestra de iure possidendi & pro suo habendi, vtscribam mihi imposuit atque imperauit; quemadmodum iam recensuimus.

Papa Iulius moritur & Leo eligitur.

Dum autem hæc agerentur, Iulius secundus Pontifex maximus diem clausit extremum. In eius locum successit Leo decimus, Papa modernus. Ad quem in principio ferè sui pontificatus venerunt duo Cardinales de his qui ab ecclesiæ vnitate discesserant, & à Iulio secundo (vt diximus) fuerant depositi, absque Cardinalatus habitu & insignibus, erratorum suorum veniam postulantes, dicentesque, Peccauimus: Veniam petimus: Detestantes insuper & abiurantes quicquid in Pisano conuenticulo actum fuerat tanquam pestiferum & pernitiosum, atque sacris canonibus inimicum, approbantesque omnia & singula quæ in sacro Lateranensi Concilio acta & diffinita fuere. Quamobrem ad ecclesiæ vnitatem fuerunt admissi, & ad primum locum quem antea habuerant restituti: sine tamen iuris alieni præiudicio. Post parui quoque temporis lapsum cæteri quoque Cardinales, & quicunque prælati siue clerici, quemcunque assensum siue fauorē ipsi conciliabulo dederāt resipiscētes, veniamque ab ecclesia petentes, eidem reconciliati sunt. Immo & ipse Rex Francorum ab insania ad sanitatem rediens, sub gremium & alas matris sanctæ Romanæ ecclesiæ tandem confugit. Et ita aspirante Omnipotente & clementissimo Deo (qui ecclesiam suam vt naviculam Petri quati non autem mergi permittit) Schisma per sathanam exsuscitatum, sopitum est, immo extinctum, & ad nihilum redactum. Et propterea multa quæ hac necessitate instante dicturi eramus, prætermittimus: vt in exordio ipso causati sumus. Finis primæ partis.

Cardinales se reconciliant.

De aliis schismaticis.

De rege francorum

Schisma sedatur.

Secunda pars.

De ecclesia & Pontificis vnitate.

TRanseamus iam ad secūdam partem, in qua dicturi sumus de vnitate ecclesiæ per archā Noe, in veteri testamento præfiguratā, de qua in minori symbolo dicitur in singulari. Credo sanctam ecclesiam. Et declaratur in maiore cum dicitur. Et vnam sanctam ecclesiam. Omnes enim Christiani vnum corpus mysticum constituunt: vt habetur Ephe. 4. & 3. q. 4. c. fi. de consecra. di. 1. c. 1. & di. 2. c. dupliciter. per sanctum Tho. 2. 2. q. 1. ar. 8. & 3. parte, q. 8. ar. 1. Hoc autem mysticum corpus Ecclesiam appellamus, de consecra. di. 1. c. ecclesiæ. 24. q. 1. loquitur. In qua licet multæ sint ac diuersæ personæ: tamen fides vna est in eis secundum Apostolum. 1. Corin. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: idest, omnes eandem fidem confiteamini: & eandem sententiam professi de his: quæ sunt cōmuniter agenda vt idem Apostolus docet, ad Ro. scribens in ca. 15. dicens. Vt vnanimes vno ore honorificetis Deum. Alibi idem Apostolus dicit. Omnes vnum vos estis in Christo Iesu, ideſt, in fide Christi, secundum glo. pe fi. 93. dist. Duplex enim est ecclesiæ vnitas. Vna membrorum ad caput: alia membrorum ad inuicem. De qua duplici vnitate loquitur Apostolus Ephe. 4. dicens. Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus; sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Et infrà, veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo qui est caput, Christus. Quantum ad vnitatem primam. Ex quo totum corpus cōpactum & cōnexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri, &c. quantum ad vnitatem secundam. Ad vtramque igitur vnitatem nos inuitat ibi Apostolus cum dicit. Solliciti seruate vnitatem spiritus. Glo. id est, vnitatem ecclesiasticam: quam facit Spiritus sanctus; vt vnum corpus sitis opere Spiritus sancti; & subdit, vnū corpus esse debetis; quia vnus spiritus habitat in vobis; quo vnum corpus efficiamini. Hæc glo. in Christo igitur Iesu vnū corpus sumus; nec quisquam sic ab alio ita diuisus est; vt non ad connexionem pertineat capitis cui iuslibet humilitas portionis. vt inquit Leo Papa in tertio sermon. Sicut enim in vno corpore multa habemus mēbra non eūdem actum habentia; ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, & cætera: vt per Apostolum Ro. 12. Itaque ecclesiæ vnitas duplex consistit in connexione membrorum adinuicem: siue in communicatione in fide vt patet ex prædictis: & latius tradit beatus Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. hæc autem membra vnum habent spiritum sanctum viuificantem in: vt in maiore symbolo dicitur. Nam sicut vnum hominis corpus ex multis constat membris: ab vna anima vegetatis: ita Spiritus Sanctus omnia corporis Christi membra ex quibus ecclesia componitur continet & vegetat. quia idem Spiritus sanctus est apud oēs secundum Apostolū. 1. Corin. 12. patet ergo ex iam dictis: quòd ecclesia est vna respectu capitis & respectu membrorum. Hæc autem vnitas ecclesiæ ex multis colligitur. Primò quidem ex vnitate principis seu capitis quo regitur & gubernatur: qui vnus est, scilicet, Christus Dominus Deus noster: quem pater dedit caput super omnem ecclesiam: quæ est corpus eius. Ad Ephe. 1. de quo latius statim dicemus. Secundò ecclesia dicitur vna, ex vnitate fidei: qua illustratur: & in qua fundatur. Omnes enim Christiani idem credunt & ore confitentur. 1. ad Corin. 1. cuius paulo antè meminimus, & habetur in cap. legimus. 93. di. Tertiò ecclesia dicitur vna ex vnitate sacramenti baptismi: quo sanctificatur: quod est idem apud omnes & quantum ad materiam: de qua Ioannis 1. Nisi quis renatus fuerit ex aquâ, &c. & quantum ad formam. de quo Matthæi vltimo, Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus Sancti, & quantum ad effectum vltimum Marci vltimo, Qui crediderit & Baptizatus fuerit salvus erit. Quartò ecclesia dicitur vna ab vnitate spei: qua ad bona celestia erigitur & eleuatur in vnam expectationem beatitudinis: de qua Apostolus Ephe. 4. Vocati estis in vnam spem vocationis vestræ. Quintò ecclesia est vna vnitate charitatis: qua connectitur & viuificatur: de qua inquit Apostolus ad Phili. 2. Eandem charitatem habentes vnanimes idipsum sentientes. Sextò ecclesia dicitur vna vnitate spiritus viuificantis. Vnus enim spiritus Sanctus tanquam vltima & principa

Ecclesia vnitas ex his colligitur.

Caput.

Fides.

Baptismus.

Spes.

Charitas.

Spiritus.

principalis perfectio corporis mystici quasi anima in corpore est in omnibus membris ecclesiæ diuidens singulos vt vult. Diuisiones enim gratiarum sunt. Idem autem spiritus vt inquit Apostolus. 1. Corin. 12. Ad quam vnitatem idem Apostolus nos inuitat & hortatur Ephe. 4. Cuius suprà est facta oportuna mentio. Septimo ecclesia dicitur vna vnitate vltimi finis: quæ est ipsa beatitudo: ad quam ordinatur. Nam idem denarius per quem Doctores sancti beatitudinem intelligunt: omnibus fidelibus pro mercede laborum legitur assignatus Matth. 20. Vbi dicitur, quod cum venissent: qui circa horam vndecimam venerunt: acceperunt singulos denarios. Octauo ecclesia est vna vnitate vnius præsidentis rectoris & gubernatoris visibiliter conuersantis cum ea de quo dicitur Ioannis 10. Fiat vnum ouile & vnus pastor: qui est Romanus Pontifex vicē Christi gerens in terris: vt latius in sequentibus dicemus. Hæc colliguntur & diffusius explicantur per Cardinalem & Turre cremata in summa de potestate ecclesiæ. li. 1. c. 6. cum duobus sequentibus. aliquid ponit beatus Tho. opusculo. 6. Declarando symbolū Apostolorū cū dicit. vnam sanctam ecclesiam. Et secundum ista intelligenda est extrauagans Bonifatij octaui, quæ incipit vnam sanctam: cuius infrà fiet oportuna mentio.

Beatitudo.

§. I.

Ecclesiæ caput Christus.

HVius autem corporis mystici caput datus est Christus vt inquit Apostolus Ephe. 1. dicens. Omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam. vbi gl. Christus propriè dicitur caput secundum humanitatem: secundum quam coniungitur ei ecclesia natura & gratia, natura quidē per conformitatem eiusdem naturæ in specie, quia per incarnationem filij Dei est caput ecclesiæ ex hominibus assumptæ. Nam verbum caro factum est & habitauit in nobis. Io. 1. ideſt nobis similis habitu inuentus vt homo. Hæc glos. Concordat Augustinus super psal. 148. dicens quòd verbum caro factū est, vt esset caput ecclesiæ ad hoc. c. vnicum de sacra vnctione ver. sed vbi, & glos. in cle. ne Romani de elect. in verbo non consonam. Et secundum ista debet intelligi illud quod habetur Canticorum. 5. Caput eius aurum optimum. gl. ideſt Christus qui est caput ecclesiæ sapiētia plenū. quoniā vt inquit Apostolus Collo. 1. in ipso sunt oēs Thesauri sapiētiæ Dei absc̄oditi. Nā vt idē Apostolus Collo. 1. dicit: omnia quidē per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cōstāt, & ipse est caput corporis ecclesiæ. vbi glo. dicit. super omnes est. nullus est ei æqualis; etiam secūdum quòd homo, & sicut omnia creauit ita & in ipso cōstānt omnia. Qui omnibus secūdū diuinitatē infusus, omnia sustinet & regit. Et cū talis sit; ipse eriā secūdū hominis naturā est caput corporis, scilicet, ecclesiæ, qui ita se habet ad ecclesiā sicut caput ad corpus, prouidet enim ecclesiæ, & regit eam. & in ipso sunt omnes spirituales sensus ecclesiæ sicut in capite omnes sensus corporis. Hæc glo. cū autē Christus instar habeat capitis; cæteris omnibus superior ac sublimior meritò habēdus est iuxta illud Io. 3. Qui de cœlo venit super omnes est. Quia sicut in corpore omnes habitant sensus, non autem in cæteris membris, nisi solus sensus tactus: ita & in Christo plenitudo est omnis gratiæ & diuinitatis. secūdū Apostolum Collos. 2. cuius suprà meminimus. In sanctis verò aliis, quasi solus sensus tactus: quibus datus est spiritus ad mensuram ab ipso Christo. Iuxta illud Ioannis 1. de plenitudine eius omnes accepimus. Iustum ergo & rationabile fuit Christum appellari & esse caput Ecclesiæ vel fidelium principaliter quantum ad animas: secundario quantum ad corpora, quæ susceptibilia sunt influentiæ Christi: iuxta illud Apostoli Philip. 3. reformauit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori charitatis suæ. & Corint. 6. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi. Vbi glos. Augustini sic ait: Attendite quòd membra nostra dicit membra Christi esse: quoniam Christus caput nostrum est: eo quod factus est propter nos. Corpus autem eius Ecclesia est. Si ergo Christus animam humanam tantummodo reciperet, membra eius non essent nisi animæ strę. Quia verò corpus accepit, & corporis caput est. hæc glo. & latius & diffusius per beatum Thom. 3. par. q. 8. art. 1. Christo ergo propriè cōuenit, q̄ sit caput ecclesiæ ex hominibus sumptæ, propter conformitatem naturæ quam cum hominib. habet. Ex capite enim pendet vis membrorum. vnde Apostolus ad Ephes. 1. Crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrū Christus: ex ex quo totum corpus compositū est & connexū vinculis charitatis. Ad idem Collo. 2. vbi inter cætera de Christo dicitur: Ipse est pax nostra: qui fecit vtraque vnum. Et Io. 10. Christus inquit: Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audiēt, & fiet vnum ouile & vnus pastor. & Ioan. 11. dicitur: Iesus mortuus est non tantum pro gente, s. Iudæorum, sed vt filios Dei qui dispersi erant, congregaret in vnum. De hac vnitate capitis habetur Ioelis 1. Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Psal. 146. Aedificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israel congregabit. Vbi glos. Dominus ædificat Hierusalem cælestē, quam de viuis lapidibus construit, ruinam angelorū reparans & ipse qui ædificat, congregabit in vna fide, spe & charitate, dispersiones Israel, id est. fideles olim dispersos colliget: vt de illis ædificium cæleste firmetur. hæc glo. Hæc est ergo vnitas capitis & corporis Ecclesiæ, quam Christus facit per conformem fidelium voluntatem, vnam eandemque fidem tenentium. Nam, vt inquit Augustinus in libro de vera pœnitentia. multorum hominum, multæ sine dubio sunt animæ, & multa sunt corda: si tamen per fidem & dilectionem adhæreāt Deo, sunt omnes vna anima & vnum cor. Facit illud Actuum 4. Erat illis vnum cor, & vna anima. Quod verbum tractans Augustinus super Ioannem, in sermone 54. sic ait: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: multas animas facit vnam animam, & multa corda facit vnum cor.

¶ Ex quibus omnibus liquet manifestè, quòd vnitas Ecclesiæ in duobus attenditur, scilicet, in connexione membrorum ad inuicē, siue in communicatione. Secundò in ordine membrorum ad vnum caput, quod est Christus: vt colligitur ex verb

Conclusio.

ex verbis Apostoli.Ephe.4.c.cuius in præcedenti §.opportunam fecimus memoriam; & tradit Augustinus de Ancho.in li.de potestate Papæ.q.25.ar.1.& plenius beatus Tho.2.2.q.39.ar.1. Christo autem ecclesiæ capiti data est omnis potestas, omne imperium & omne Regnum in cœlo & in terra:tam circa temporalia, quã circa spiritualia: vt dicitur Matthæi vlti.Et aliquando vsus est quo ad temporalia quando fecit flagellum de de funiculis: & de templo ementes & vendentes ejecit numulariorum mensas euertens.Io.12.trã sumptiuè in c.cum beatus.45.di.& q.7.c. accusatio. Quod autem Christus vtramque habuerit potestatem circa spiritualia & temporalia: sunt multæ auctoritates sacræ scripturæ: quas ego alias cumulaui in tractatu insularum maris oceani.c.4.§.1.Vbi faciliter videri possunt:iccirco hic non repeto vitandæ proxilitatis gratia. Aliquid etiam de vtraque potestate dixi ibidem.cap.9.in principio: & diffusius in tractatu indulgentiarum:vbi melius ista cadunt.

§. II.

Petrus Christi vicarius.

PRO humani redemptione generis de summis cœlorum ad imma mundi descendens & mortem tandem subiiens temporalem Dei filius Iesus Christus,ne gregem sui precio sanguinis glorioſi redemptum ascensurus post resurrectionem ad patrem absque pastore desereret: ipsius curam beato Petro Apostolo(vt sui stabilitate fidei cæteros in Christiana religione firmaret, eorumque mentes ad salutis opera suæ accenderet deuotionis ardore) commisit. Hæc sunt pulchra verba Innocentij quarti in Concilio Lugdunensi,& habentur inc.1.de homi.li.6.Quandiu ergo Christus in humanis ageret & inter homines visibilis conseruabatur:per se ipsum mundum & ecclesiam rexit: quia nulla necessitas decentia vel vtilitas fuit, quòd ipse alium loco sui pastorem poneret:sed solum quando post resurrectionem præsentiam suam corporalem visibilem esset ab ecclesia subtracturus.Sicut Rex facere cõsueuit quando se à Regno absentat:constituit enim vicarium:qui loco sui eius gerat vices & supleat;cui omnes subditi obediant,obtemperent & obsequantur:& quorum ipse vt Rex curam gerat, &quasi regula ductiua metrum & mẽsura sit omnium aliorum. Hæc colliguntur ex his quæ tradit Philosophus 11.Metha. vbi ex multis concludit conueniens fore in Regno vnum esse principem.Quod latè ac diffusè prosequitur beatus Tho.in tractatu de regimine principum,in principio.pari siquidem ratione absente ipso Rege vel principe:oportet quòd vnus solus relinquatur in Regno vel principatu, qui eius vicem gerat.Conueniens igitur & necessarium fuit Christum Regem Regum & Dominum Dominantium passurum;resurrecturum, & ad cœlos ascensurum loco sui aliquem in terris relinquere: qui ecclesiæ & Christianorum loco sui curam haberet:cum plenitudine potestatis clauium: qui virum necessitatibus subuenire: alioquin non esset Christus bonus pater familias: vt ex dictis satis patet:& tenet Inno.in c. quod super his. de voto.communiter alij referunt & sequuntur.

§. III.

Quare Petro data sunt claues

AD hoc inter alios discipulos elegit Petrum: qui quasi infirmus in fide,eo quod ter Christum negauit, quamuis postea pœnituerit: melius cæteris sciret Christianorum infirmitates, curare, eisque compati. vt ait Gregorius in Homelia Dominicæ resurrectionis:& habetur in c. considerandum.50.di.ne ecclesia acephala,ideſt, sine capite remaneret,vel plura habet capita.Vnde antequam Christus pateretur: claues Regni cœlorum Petro dare promisit, Matthæi.16.& 21. transumptiuè in c.in nouo.21.di.& in c.quodcunque.24.q.1.& in c.significasti. de elec. & in c.solitæ de maio.& obe.dicens. Ego dico tibi quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduersus eam,& tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis:& quodcunque solueris super terram,erit solutum & in cœlis. hæc ibi.Super quibus beatus Hieronymus dicit hanc potestatem & ecclesiæ ædificationem super petram in futuro promissam,non in præsenti datã esse. hæc ille. Meritò autem promissa est non data: quia cum adhuc Christus in humanis ageret, & ecclesiam per se regeret:non erat opus alio capite:quo ecclesia regeretur:vt paulo antè dicebamus.Et propterea Chrisostomus super illud Lucæ,22. Facta est contentio inter eos,dicit: credẽda erat Petro populorum innumera multitudo: & loquitur per verba futuri temporis. Cum his concordat Gregorius in Homelia Dominicæ resurrectionis.Cuius verba recitantur in dict.c.considerandum.50.di.Christus ergo ante passionem disposuerat præferre Petrum cunctæ ecclesiæ: non tamen tunc præfecit. Sed post mortem & resurrectionem per verba illa,Pasce oues meas:Matthæi 16.transumptiuè in c.significasti.de elec. gl. in d. c.considerandum. Ad idem Io. vltimo. ibi oues suas vel agnos indistinctè Petro singulariter cõmisit,& tãquam pastori commendauit:nam non designasse aliquas,est assignasse omnes:vt ait Bernardus li.2. de consideratio. ad Eugen. Papam. Cum quo concordat Innoc.in c.solitæ.de maio. & obe.vnde etiam super alios Apostolos data est Petro potestas, qui sub generalitate prædicta comprehensi sunt, vt sentit Chrisostomus super illud Io.vltimo.Pasce oues meas.dicens in persona Christi ad Petrũ: loco mei præpositus esto,& caput fratrum tuorum,hæc ille. Itaque clauium potestas& ecclesiæ vniuersalis prælatia,inter omnes Apostolos Petro tanquam magis ydoneo ac præstantiori à Christo decreta est, vt inquit Nicolaus Papa,Mediolanensibus scribens in c.1. 22. di.vbi inter cætera dicit.Ecclesiam solusipse fundauit,& suprà Petram fidei mox nascentis erexit qui beato Petro eternæ vitæ claui gero terreni simul & cælestis Imperij iura commisit.Hæc ibi.Idem voluit Anacletus Papa in c. sacrosancta. ca. di.vbi inter alia dicit. Inter beatos Apostolos, quædam potestatis discretio fuit licet omnes essent Apostoli, Petro tamen concessum est à Domino (& ipsi inter se voluerunt idipsum) vt reliquis omnibus præcesset Apostolis. qui etiã eandem formam suis successoribus & reliquis episcopis tenendam tradiderunt.Hæc ibi, quæ satis videntur

videtur excepta ex sacra scriptura.nã cõtendẽtibus discipulis quis eorũ videretur esse maior qui post Christi passionẽ principatũ obtineret:ostendit generaliter Christus q; vnũ eorũ opportebat esse maiorẽ & gubernatorem cũ dixit.Reges gentiũ Dominantur eorũ.&c.Lucæ. 22. quod postea determinauit cum dixit.Ecce sathanas expetiuit vos: vt cribaret sicut triticũ. ego autem rogaui pro te:vt non deficiat fides tua:tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos. Quod verbũ pertractãs beatus Cirilus & exponẽs dicit: postquã me negato plorauerit & si pœnitueris:corrobora cæteros fratres tuos cum te principẽ Apostolorũ deputauerim. Hoc enim decet qui mecũ robur es & petra ecclesiæ.idem vult Leo Papa in c. ita Dominus.19.di.dicẽs inter alia.Sed huius muneris sacramentũ ita Dominus ad omniũ Apostolorũ officiũ pertinere voluit:vt beatissimo Petro omniũ Apostolorũ summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi à quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.hæc ille. Idem sensit in sermone tertio consecrationis suæ cum dixit:quod in Petro omnium fortitudo munitur: & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium: vt infirmitas quæ per Christum Petro attribuitur: per Petrum Apostolis conferatur. Idem latius sentit in alio sermone dicẽs. Commune erat omnibus Apostolis periculũ de tẽptatione, formidinis & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniã diabolus omnes exagitare,omnes cupiebat elidere, & tamẽ specialis cura à Domino Petri susciputur & pro fide propriè suppiicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus: si mens principis victa non fuerit. In Petri ergo omnium fortitudo munitur & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas quæ per Christum Petro tribuitur: per Petrum Apostolis conferatur.Hæc ille. Ideo cuim super vnum, scilicet Petrum fundauit ecclesiam:itaque exordium ab vnitate profiscatur:vt inquit Ciprianus in cap.loquitur. 24. q.1. **Ideo potestatem clauium Petro specialiter Christus** concesit: vt ad vnitatem **eos inuitaret. Ideo** cum principem Apostolorum constituit: vt ecclesia vnum principaliter Christi haberet vicarium:ad quem diuersa membra recurrerẽt:si forte inter se dissentirent.Quod si diuersa capita essent in ecclesia: vniuersitatis vincula rũperentur.Ista sunt notanda verba glo. super illud Matthæi.16.tibi dabo claues Regni celorum.vnde Hieronymus.ex duodecim vnus eligitur: vt capite cõstituto schimatis tolleretur occasio.& Rabanus in glo. & Beda in Homelia dicunt: qui enim Regem cœlorum maiori dilectione præ cæteris confessus est, meritò præ cæteris ipse donatis clauibus Regni cælestis donatus. Hæc illi. Quamuis ergo omnibus Apostolis simul data sit ligandi & soluendi potestas:tamen vt in hac potestate aliquis ordo significaretur:primo soli Petro data est: vt ostẽdatur quod ab eo in alios debeat deriuari. vt per beatum Tho.4.di.21.itaque non æqualiter omnibus est concessa quantum ad potestatem regiminis & administrationis:quæ soli Petro commissa est: vt ex iam dictis satis patet & colligitur ex textu cum glo. in præalleg.c.sacrosancta.22.di.

Solutio contrariorum.

¶ Et secundum ista debent intelligi iura & auctoritates sacræ scripturæ: quæ dicunt quòd omnibus Apostolis data est hæc potestas Matthæi vltimo vbi dicitur. Euntes in vniuersum mũdum: prædicate Euangelium baptizantes. &c. & Matthæi.10.Infirmos curate.leprosos mũdate.&c.Itẽ Actuum.15.visum est spiritui sancto &nobis.item Actuũ.20.Attendite à vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos regere ecclesiam quam acquisiuit Christus sanguine suo. Ad idẽ.c.ita Dominus 19.vbi Iesus cõmisit salutẽ vniuersitatis omnibus Apostolis. Ad idẽ.c.in nouo.21.di.ibi cæteri vero Apostoli cũ beato Petro pari cõsortio honorẽ& potestatẽ acceperunt. Ad idẽ.c.vnicũ.§.vna verò de summa tri.& c.noua quædã de pœn.&remi.vbi plura alia cumulaui in meis recollectis. Nã ista omnia intelligẽda sunt de similitudine potestatis & honoris, quæ Apostolis aliis sicut Petro data est, non tamen æqualis:præsertim si loquimur de potestate iurisdictionis vt latè dico in prælleg.c.noua. In alio etiã differt potestas Petri à potestate aliis Apostolis cõcessa,quia potestas Petri trãsit ad successores.vt in sequẽti §.dicemus tãquã dignitatipotius quã personę collata: aliorũ vero Apostolorũ fuit personalis & cũ eorum personis fuit extincta. Vnde episcopi Apostolorum successores hãc potestatẽ à Papa recipiũt,vt breuiter & cõpendiosè concludit frater Tho.de vio in suo eleganti tractatu de potestate Papæ & Concilij.c.3.post principiũ. Idem in effectu ante eũ sensit præpositus Alexandrinus.13.di. in principio col.13.ver. & similiter potest dici de discipulis,super quo tamen amplius est cogitandum vt in sequenti §.dicemus.

Conclusio.

¶ Concludamus igitur quod **Petro principaliter tanquam Apostolorum principi totius** orbis prælato datæ sunt claues, & præsertim clauis iurisdictionis, quæ ab ipso in alios Apostolos deriuatur.vt d.c.ita Dominus. & super hoc hodiè nõ est amplius disceptandũ:cũ iste articulus iam sit per ecclesiam decisus. nam Papa Ioannes. 22. in extrauagante quæ incipit licet secundũ Apostolum.quosdam tanquam hæreticos condemnauit:inter cæteros errores quos contra fidem nostram asserere tẽptauerunt:dicebant q; Petrus Apostolus non plus auctoritatis habuit quam alij Apostoli habuerunt:& quod aliorum Apostolorũ non fuerit caput. Papa etiam Martinus quintus in Concilio constãciensi dãnauit errores Io. hus:quorũ septimus in ordine fuit, quod Petrus nec est nec fuit caput ecclesiæ. Vnde hodie non est insistendũ super intellectu prædictarũ&aliarũ auctoritatũ quæ huic sentẽtiæ videt obstare, cũ ecclesia Romana ad quã spectat huiusmodi dubia declare ac decidere:hoc iam declarauerit.

§. IIII.

P pa loco Petri est vicarius christi.

POst Petri verò obitũ illa eadẽ potestas quæ sibi à Christo tradita est: trãsit in omnes successores canonicè intrantes in sede Petri; vt patet ex pluribus iuribus & auctoritatibus; de quibus suprà habita est oportuna mentio.Ea quippe ratione qua Christus post suam passionem resurrectionem & ascensionem voluit sibi Petrum vicarium ecclesiæ prælatũ & caput cõstituere:ne videlicet gregẽ sui precio sanguinis glorioſi redeptũ absq; pastore desereret: vt in præcedẽti.§. in principio diximus: credẽdũ est voluisse Petri successores vsq; ad seculi cõsummationem habere cum

te: cum hæc potestas potius dignitati quàm personæ Petri data esse videatur. Vnde Papa Petri successor, eandem plenitudinem potestatis habet: q̃ ipse Petrus dū in humanis ageret habebat vt dicit textus in c.ad honorem de auctor. & vsu palli: quoniam priuilegium quod beato Petro concessum est magis Romanæ ecclesiæ vel dignitati: quàm personæ datum esse constat: vt dicit textus in c.de transla.epi.vel elect.in prin. Ideo non puri hominis sed veri Dei vicem gerit in terris & successor est Petri & vicarius Iesu Christi: vt dicit textus in c.licet in tantum.& c.inter corporalia.& c.quanto eo.ti.cum multis similibus. Appellatur etiam vicarius summi Regis, & præest regibus & Imperatori, & facit idem consistorium cum Christo secundum Hosti.in d.c.quanto. Quare appellans à sententia Papæ ad Christum: videtur hæresim sentire: quia sentit quòd Papa non est Christi vicarius, nec habet idem tribunal cum Christo. ita notanter dicit Collectarius in c.quæ multotiens.de regulis iuris: sequitur Alexandrinus in c.præceptis.col.2. di. 12. bene facit textus in c.Romana.in principio.de appe.li.6.& in c.non putamus.de consue.eodem li. vbi dicitur, quòd ab officiali & vicario generali episcopi non appellatur ad ipsum episcopum; nec ab eodem ad se ipsum cum sit idem consistorium vtriusque: appellatio interposita videatur. Idem dicendum de prætoribus generalibus Dominorum temporalium: nam si contingat appellari ab eis non ad Dominum: sed ad Domini superiorem appellabitur: cum Domini & prætoris sui generalis idem sit consistorium. Ita notanter voluit Io. Fabri. instr. de atilia. tu. in fine principij & de vulgari & pupillari substi. in principio: quod est bene notandum pro limitatione legis Regni, quæ permittit appellationem à prætore ad Dominum: vt intelligatur de prætore particulari alicuius loci: non de generali totius Dominij. Redeundo ad propositum, Papa succedit beato Petro in ea perfectione potestatis & dignitate vicariatus: quæ ipse Petrus à Christo in ecclesia sublimatus est. ita concludit beatus Th. li. 4. contra gentiles. c. 76. & in tractatu contra errores Grecorum. c. 69. Habet ergo Papa plenitudinem potestatis Pontificalis, quasi Rex in Regno; sed episcopi partem sollicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi, propter quod etiam solos eos in literis suis fratres vocat, reliquos autem omnes vocat filios: ita dicit idē sanctus Tho. 4. di. 19. ar. 4. in solutione. 3. q. ad hoc bonus text. in c.in nouo testamento. 12. di. Hanc autem plenitudinem potestatis habet Papa in todo mundo quia mundus totus pro nauicula vel iurisdictione Petro & successor ius datus est; ita quidem habet sedem in Anthiochia sicut in Roma, & vbicunque voluisset. Posset etiam esse sedes sua in Babilonia, nam cum habeat potestatem plenam in omni terra, & in omnem hominem eam habet, quia Deus sibi omnē creaturam subiecit, & consequenter potest Papa infideles iudicare. ita not. dicit Petrus de Palude. 4. di. 4. q. 4. prope finem. Ad cuius confirmationem potest adduci textus in c.cum episcopus. de offi. or. li. 6. vbi dicitur, q̃ episcopus in quolibet loco suæ diœcesis potest pro tribunali sedere & liberè exequi quæ suum spectant officium. Idem faciet Papa in toto orbe pro nauicula vel diœcesi sibi dato, propterea à principio in primitiua ecclesia Petrus nullam particularem sedem sibi appropriauit; sed Hierosolimitanam. Iacobo fratri Domini dimisit. Anthiochenam Ignatio discipulo Ioannis Euangelistæ commendauit, & ipse Romam transiuit, vt traditur in c.rogamus. 24. q. 1. diuinitus enim sedes Apostolica Romæ posita est, vt probat textus in c.per venerabilem. §. sanè. qui fi. sunt legi. 12. d. c. 1. 12. q. 1. c. futuram. & d. c. rogamus. Nam licet Hierosolima propter Christi passionem fuerit gloriosior; Roma tamen pro summi Pontificis sede fuit aptior, à Christo quoque præelecta in signum superioritatis, quam Romanus Pontifex habiturus erat super totum orbem. Ideo voluit Dominus ibi potius quàm alibi ecclesiæ caput stabilire, vt vbi caput erat superstitionis, ibi caput quiesceat sanctitatis, & vbi Gentilium princeps habitabat, ibi summus pōtifex moraretur, vt pulchrè dicit beatus Ambrosius in ca. beati. 2. q. 7. Quapropter vrbs Romana effusione sanguinis Petri, q̃ui fuit vicarius Christi primus, facta est altera Hierusalem à Deo, quòd per talem effusionem voluntas Dei fuit, vt ille locus firmaretur & consecraretur pro ecclesia sua sancta quæ est caput & Domina ecclesiarum, secūdum Hosti. in dict. cap. per venerabilem. §. sane. & probatur in cap. fundamenta. de elect. li. 6. & ibi per Ioann. And. & alios. & propterea ecclesia Romana dicitur tribus, idest omnium mater & regina, vt habetur in epistola inter claras. C. de summa trini. nō ab Apostolis sed ab ipso Domino fundata. 22. d. c. sacrosanct. propter ista etiā Papa appellatur romanus Pontifex. quia ecclesiæ Romanæ præest. & quoniā Deus (vt diximus) præuidit in Romana vrbe populi Christiani principalē sedē futurā, Gētiliū tēpore ante Chri. aduētū, hic mos paulatim inoleuit, vt ciuitatis illius rectores sacerdotibus subiacerent: sicut in simili in Gallia, quia futurum erat ibi, quòd Christiani sacerdotij plurimum vigeret religio: diuinitus est permissum vt etiam apud Gallos Gentiles sacerdotes totius Galliæ ius diffinirent: vt refert Iulius Cæsar in libro quem de bello Gallico scripsit, commemorat beatus Tho. in tractatu de regimine Principum. lib. j. c. xiiij. in fine. Ex iam dictis concluditur, quòd plenitudo potestatis, quam Christus Petro concessit: transit in quemlibet successorem canonicè intranteni: quia potius dignitati, quàm personæ videtur collata: quanquam eius proprium nomen in commissione fuerit expressum, vt volunt iura prælegata. Ratio huius fuit: quia materia de qua agebatur, videlicet ecclesiæ administratio & gubernatio, magis conueniebat dignitati quàm personæ. Ex quo infertur, quòd in materia dignitatem concernente, expresio proprij nominis nō restringit dispositionem ad personam, sed realis censetur, & potentius operatur. Secundò infertur, quòd concessa prælato in materia dignitatem concernēte: acquiruntur dignitati non personæ. Itaque plus operatur subiectiæ materiæ natura ad dispositionem regulandam, quàm proprij nominis expresio: ita dicit Anto. in prælegato c. . de translat. episc. vel electi. colligendo ex illo textu. & bene facit tex. cum ibi notatis in cap. relatum. el secundo. de testam.

¶ Et in hoc est magna differentiā inter potestatem

A Papa nō appellatur ad Christū

Contra Dominos temporales.

Papa appellat episcopos fratres.

Mundus pro nauicula.

Roma.

Romanus Pontifex.

Conclusio.

Potestas Petri transit in successorem, nō sic in potestate Apostolorum.

statem Petro concessam: & potestatem aliis discipulis collatā: nā potestas Petri ipso iure trāsit in successores canonicè intrantes: potestas verò Apostolis aliis collata non; quia cum eorum persona fuit finita. Vnde successores Apostolorū episcopi vel curati qui eorū loco successerunt eosque repræsentant; vt dicit Vrbanus Papa in c. fi. 68. di. & Anacletus in prælegato c. in nouo. 21. di. glo. Lucæ 10. & sanctus Tho. 3. parte. q. 67. ar. 1. in respōsione ad 2. arg. hanc potestatē accipiunt à Papa nō ab aliis Apostolis in quorum loco succedūt. Ita colligo ex prædictis & sentit Præpositus Alex. 15. di. in prin. col. 23. vers. & finaliter potest dici de discipulis, firmās q̃ episcopi & curati nullā habent iurisdictionē: nisi à Papa fuerit sibi concessa: quāuis Apostolorū loco subrogentur. Idem cōcludit frater Th. de vio generalis ordinis prædicatorū in quodam suo famoso tractatu de potestate Papæ & Concilij. c. 1. post principiū. dixi suprà §. 3. ad finē. de quo per Cardinalē de turre cremata in libro de potestate ecclesiæ. 2. c. 59. & 63. qui pulchrè loquitur vbi assignat septē rationes diuersitatis quare potestas Petri data sit continuata in summo Pontifice à Christo. & data Apostolis & discipulis: nō sit cōtinuata in episcopis & curatis: quæ rationes per ipsum videri possunt ideo nō repeto vitādæ plixitatis gratia.

§. V.

De potestate episcoporum.

EX istis primò infertur quòd licet episcopi habeant potestatem ordinis immediatè à Christo æque amplā & virtuosam sicut Papa, patet hoc p id quod dicitur Io. 20. vbi Christus omnibus Apostolis dixit. Accipite spiritum sanctum quorū remiseritis peccata: remittūtur. Probatur hoc similiter per tex. in c. in nouo testamēto. 21. di. prælegato. & in c. loquitur. 24. q. 1. & in c. generaliter. §. ecce sufficiēter. 16. q. 7. potestatē tamē iurisdictionis episcopalis quantum ad personas sibi subditas: & quantū ad vsum clauiū in foro cōtentioso & pœnitētiali: habēt à Papa Christi vicario: quia vt in superioribus latè dictum est: clauis iurisdictionis seu tota iurisdictio immediatè fuit à Christo Petro cōcessa. Alij verò Apostoli à Petro potestatē prælationis & iurisdictionis habuerunt: ab eo enim tanquā ab Apostolorū principe potestas & iurisdictio cœpit: & in alios Apostolos fuit dispersa, vt d. c. in nouo. & d. c. loquitur. cum aliis de quibus suprà. §. 3.

De episcopo episcopatum vel subditos nō habente.

¶ Vnde si episcopus non haberet episcopatū nec subditos; neminē posset absoluere vel ligare in foro contētioso vel pœnitentiali; vt sunt isti episcopi quos anularios seu titulares appellant, quia cū excōicatio & absolutio ab excōicatione vel peccatis; & potestas iudicādi à iurisdictione dependeant; non possunt exerceri nisi ab eo qui iurisdictionem habeat. de iudiciali potestate in spiritualib. vel temporalibus planū est. de absolutiōe sacramētali à peccatis; patet quia in ea duplex requiritur potestas. f. ordinis & iurisdictionis; vt probatur in c. placuit. de pœni. di. 6. & clarius in c. omnis vtriusque sexus. de pœni. & remi. vnde licet episcopus vel quilibet sacerdos ratione primæ potestatis. f. ordinis, possit omnes homines absoluere, si tamen secunda deficit, scilicet iurisdictionis quæ ad vsum clauiū requiritur; non poterit absoluere nō subditos, & si de facto absoluat, nihil prodest, quia sicut in iurisdictione contentiosa extra territoriū ius dicēti nō est parendū, vt l. extra territoriū. ff. de iurisd. om. iu. sic in spirituali & sacramētali vt c. 2. de consti. li. 6. & di. c. omnis vtriusque sexus. & c. quod autē eo. ti. Siue ergo episcopus vel curatus absoluat nō subditū, vel subditū à peccato à quo absoluere non potest, quia nō est sibi data potestas absoluēdi à Papa mediatè. f. à superiore, vel immediatè ab ipso Papa, nihil agit vt in prælegatis iuribus, & tenet beatus Tho. in quolibe. 12. argu. 16. vbi dicit quod non habens curam animarū quāuis sit sacerdos, absoluere non potest à peccatis, quia nō habet potestatem iudiciariam in absolutū. Vsus enim clauium requirit propriam materiam, in quā exerceatur, ad instar clauis materialis, quæ non nisi propriā seram aperire potest, vel eā quæ habet similitudinē ad ipsam clauē, quæ materia est homo sibi subditus & pctum, & ideo illos & ab illis peccatis poterit absoluere, quæ sibi permissa sunt per Papam mediatè vel immediatè (vt diximus) & hoc nisi in mortis articulo ex permissione Papæ volētis q̃ in articulo mortis omnes sint sacerdotū quorumlibet subditi, & quilibet sacerdos totī mūdo præesset, & quemcunque hominem, & à quibuscunque peccatis posset absoluere sine noua commissione propter necessitatem imminentem & animarum periculum vitandum, vt c. fin. de sepult. cap. à nobis. 3j. de sent. excom. c. eos. eo. ti. lib. vj. cum pluribus aliis.

Pro c. omnis vtriusque sexus.

Comparatio.

¶ A principio quidem Christus Petro & aliis Apostolis potestatem remittendi peccata commisit per illa verba, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, non distinguens iurisdictiones: nec limitans diœceses vel episcopatus: imo vbicūq; esset quilibet illorum & quēcunque peccatorem & à quocunq; peccato poterat absoluere, sicut hodie potest quilibet sacerdos in casu necessitatis. Postea verò dictante spiritu sancto Petrus cum Apostolis & successores (vt ecclesia melius & ordinatius regeretur & propter schismata sedanda:) diuiserunt Prouincias & diœceses & statuerunt: vt nullus terminos suæ potestatis excederet: vt habetur in c. legimus. 9. di. & in c. olim. 95. di. & melius in ca. 2. 99. di. & quosdam præfecerunt certæ Prouinciæ & aliis aliis, taliter q̃ episcopi in Prouinciis & diœcesibus sibi commissis sunt prælati immediati omnium de diœcesi. Vnde licet Papa sit vniuersalis prælatus omnium hominum: quam prælationem habet immediatè à Christo: non tamen propriè est prælatus immediatus omnium hominū licet in omnes possit iurisdictionem exercere: Sed episcopi sunt prælati immediati in suis diœcesibus: quia tota iurisdictio immediatè residet apud eos. Alij verò habentes aliquam iurisdictionem vt sacerdotes: sunt eorum commissarij. ita concludit episcopus Abulensis. Matthæi. 16. c. q. 16. 17.

De potestate remittendi peccata.

¶ Ex quo infertur quod omnes sacerdotes curati vel curam animarum habentes in diœcesibus sunt commissarij episcoporum & ab eis dicūtur habere, quia eos episcopus assumit in partē sollicitudinis. quod patet quia episcopus dicit in ordinatione sacerdotis: quia nos sufficere nō possumus in partē sollicitudinis nostræ assumimus. Sicut in simili dicit textus in c. qui se. 2. q. 6.

De potestate sacerdotum.

De sacerdotibus & curatis.

Universidad de Navarra Biblioteca

cinys. ad honorē de aucto. & vsu palij. Per concessionem tamen ordinum nihil iurisdictionis sibi confert, etiam si beneficium simplex sibi concesserit, vel aliunde habeat, quamuis beneficium aliquos habeat subiectos: non enim poterit sacerdos beneficiatus illos absoluere nisi episcopus animarum curam sibi committat. Quam si voluerit totam sibi retinere in sua diœcesi, nō cogitur alicui committere. Vel si committat, poterit sibi reseruare ad libitū casus quos voluerit: vt patet ex iam dictis: & tenet Abulens. vbi suprà. & Francis. Pauinus in baculo pastorali: qui tractatus de visitatione dicitur. par. 4. c. 14. dicens, q casus etiam non expressos in iure potest sibi reseruare episcopus, in quibus curati vel religiosi de iure priuilegiati ad audiendum & absoluendum non habebunt in subditos episcopi clauiū exercitiū in foro pœnitentiali sine ipsius licētia: quia sicut episcopi possunt ordinariam potestatē subditorum actare: fortius ordinaria potestas episcopi substantialis per accidentia non mutatur. & hoc notat Paul. de Leaz. in clem. dudum. de sepult.

Nota pro curatis.

¶ Subdit tamen Francis. Pani. ibi; q licet exercitium iurisdictionis à maioribus ad inferiores descendat. 21. dist. c. in nouo. c. significasti. de elec. ab episcopo in sua diœcesi restringitur tanquam maius imperium habente. ff. de iudic. l. iudicium soluitur. 63. dist. c. solennitate. de offi. ord. c. cùm ab ecclesiarum. Casus tamen sine causa non debet reseruare episcopus, ne præcludatur tota potestas inferiorum. xj. q. j. peruenit. hæc ille. Vnde sequitur q si episcopus multum opprimeret potestatem sacerdotū, maximè causa graui non vrgente: possunt sacerdotes recurrere ad superiorem, cùm videant eorū officium valde diminutū: arg. c. ad hoc. de excess. præl. ita not. dicit Abb. Sicul. in c. Deus qui. in fi. de pœnit. & remi. quia secundum eum regula est, q exceptis quibusdam reseruatis, de quibus per glo. in c. ij. de pœnit. & remi. lib. vj. & per Host. in sum. eod. tit. §. cui confitendum. plenius per Archiep. Flor. iij. tit. xvij. c. xj. Abulens. Matth. 16. q. 57. ab omnibus aliis possunt sacerdotes absoluere. Quinimò dicit Archi. Flor. vbi suprà, q sacerdotes omnia possunt quo ad forum pœnitentiale, quæ non sunt spiritualiter in iure episcopis reseruata, & quæ non sunt ipsis sacerdotibus directè vel per aliquam consequentiam interdicta. arg. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. & c. nuper. de sent. excom. plures enim casus ponere seu reseruare non est aliud, quàm potestatem sacerdotū restringere: quæ eis plenariè est data à Christo. hæc ille. de quibus dictis ego sum multum dubius, propter ea quæ suprà dicta sunt: quę mihi de iure videntur veriora: fateor tamen, quòd si episcopus cōmittit alicui curam animarum: videtur committere omnia quæ aliis curatis committi solent, quātum ad vsum clauium: & ideo poterit generaliter absoluere in omnibus sibi à iure vel ab episcopo non reseruatis: & ita debet intelligi text. in d. §. ecce sufficienter. xvj. q. j. & in cle. dudum. §. verum. de sepult. de quo latius per episcopum Abulens. in d. q. 57. & melius per Archiep. Flor. vbi suprà. Hæc non sunt contemnēda: quia vtilia & quotidiana: à quibus non potui calamum reprimere: quamuis aliquo modo visa fuerunt ad propositum, de quo agitur impertinentia. Secundò ex prædictis

Nota pro curatis.

De episcopo qui renuntiauit episcopatui

infertur, q si episcopus renuntiauit episcopatui, non habet aliquā iurisdictionem vel prælationē, cùm non habeat subditos, & per consequens in nullum potest iurisdictionem exercere: vt nota. in c. j. de eo qui renuntiauit episcopatui.

¶ Tertiò infertur, q tales episcopi, qui nullā habent episcopatum, vel habent, sed non subditos, vel si subditos habēt extra suā diœcesim vel prouinciā non possunt populū solēniter benedicere: quia per talē benedictionē dimittuntur peccata vænialia, vt no. gl. in proœ. li. vj. & in c. aqua. de conse. di. iij. quæ dimitti non possunt, nisi per superiorē. vt c. q autē. de pœni. & remi. ergo, &c. Ita not. voluit do. Abb. Sicul. in c. antiqua. de priuil. in fi. de quo ego alias dixi in c. omnis vtriusq; sexus. de pœni. & remis. col. cclxxviij. alias super part. omnia peccata. versi. Septimo intellige. vbi cōmemoraui omnia media quibus peccata vænialia tolluntur. & inter cætera fuit istud de benedictione episcopali.

De benedictione episcopali.

§. VI.

REdeundo ad propositum vnde paululum me auerti, colligo ex prædictis ampliſsimam fore potestatem Romani Pontificis in toto orbe terrarū sibi pro nauicula vel diœcesi tradito: tam circa temporalia, quàm circa spiritualia: tam super laicos, quàm super clericos. Cui in persona Petri terreni simul & cælestis imperij iura Deus ipse cōmisit: vt colligitur ex iam dictis: & dicit text. in extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, Si fratrum. reperitur hodie sub tit. ne sede vac. vbi gl. Laurentij dicit, terreni, id est laicorum, cælestis, id est clericorum. Ad hoc bonus text. in c. ad Apostolicæ. §. nos autem. de re iudic. lib. vj. xl. distin. c. non nos. Vterq; enim gladius, scilicet temporalis & spiritualis Petro traditus est, & per eū omnibus successoribus in eius sede canonicè intrantibus. Sed eo ecclesia vtitur per principis manum, cui cohercēdorum corporum contulit potestatem: spiritualium sibi in Pontificibus auctoritate reseruata. Est ergo princeps sacerdotij quidē minister, & qui sacrorum officiorū illam partem exercet, quæ sacerdotij manibus videtur indigna, vt colligitur ex prælleg. iurib. nota. per Ber. Hosti. & alios in c. nouit. de iudi. & in c. causam quæ. qui fil. sunt legi. plenius per Host. in sum. qui fil. sunt leg. §. & à quo. gl. in d. extrauag. super verb. cōmisit. & multi alij tradunt, de quibus per Moder. in d. c. nouit. Habemus hodie extrauag. Bonifacij viij. quæ incipit, vnam sanctam. reperitur inter extrauagantes communes, sub tit. de maior. & obed. vbi ex pluribus auctoritatibus sacræ scripturę decidit, q vterq; gladius est in potestate ecclesiæ. s. spiritualis & materialis. Sed is quidem pro ecclesia, ille verò ab ecclesia exercendus. ille sacerdotis, is manu regū & militū, sed ad nutū & patientiam sacerdotis, temporalis autem gladius subiacet spirituali: & ab eo deriuatur. Nā veritate testāte, spiritualis potestas terrenā potestatem instituere habet & iudicare: si bona nō fuerit ipsi de ecclesia & ecclesiastica potestate verificatur vaticiniū Hier. 1. Ecce constitui te super gētes & regna, & cætera quæ sequuntur. ergo si deuiat terrena potestas, iudicabitur à potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor à suo superiore: si verò

Depotestate Papæ.

Vnam sanctam.

si verò suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testante Apost. 1. Cor. 2. Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Est autem hæc auctoritas (Et si data sit homini vt exerceatur per hominē) nō humana, sed potius diuina ore diuino Petro data sibi suisq; successoribus in ipso, quē confessus fuit Petra firmata, dicente Dño Petro: Quodcunq; ligaueris, &c. Quicunq; huic potestati à Deo sic ordinatæ resistit, Dei ordinationi resistit: nisi duo (sicut Manicheus) fingat esse principia, quod falsum & hæreticum iudicamus. Quia testante Moyse Gen. 1. Non in principiis: sed in principio, Deus cælum creauit & terram. Porro, subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, diffinimus, & pronuntiamus omnino esse de necessitate salutis. Hæc sunt aurea verba illius extrauagantis: ad propositum nostrum satis accōmodata: sumpta ex Vgone 2. lib. de sacrament. par. 1. c. 4. quæ refert & sequitur Augustinus de Anchona in lib. de potestate ecclesiæ. q. 62. artic. 1. in princ.

¶ Emanauit illa famosa decisio ad cōpescendam inobedientiam Philippi primi Francorū regis superbi: qui nitebatur beneficiorū collationē & eorum custodiam vsurpare & sibi appropriare iure Regio: Super his verò Bonifacius octauus Regis inobedientiam reformare cupiēs, scripsit eidem epistolā huius tenoris: Bonifacius episcopus seruus seruorū Dei: Philippo Francorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem: Deum time: & mandata eius obserua: Scire te volumus, quòd in spiritualibus & temporalibus nobis subes, beneficiorum & præbendarum ad te collatio nulla expectat: & si aliquorum vacantium custodiam habes: fructus eorū successoribus reserues: & si qua contulisti: collationes tales irritas decernimus: & quantum de facto processerunt, reuocamus, datum, &c. Rex autem Philippus his literis indignatus, eas in suo palacio coram pluribus comburi fecit: & Nuntios Papæ vacuos & sine honore remisit: Papæ verò impudenter hoc modo respondit: Philippus Dei gratia Francorum Rex, Bonifacio se gerēti pro summo Pontifice: Saluté modicam siue nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui nō subesse. Aliquarum ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos iure Regio pertinere: & fructus earū vacatione durante nostros facere. Collationes à nobis factas, & in posterum faciendas fore validas: & illarum vigore possessores contra omnes nos viriliter tueri. Secus autem credentes fatuos & dementes reputamus datis, &c. Papa ob hoc commotus, edidit extrauagantem præd. iam satis salubrem & necessariam ad conuincendos plures inobedientes & rebelles Reges & principes seculares: qui nolunt subesse ecclesiæ Romanæ, nec Romano Pontifici: vt sciant ecclesiam & Romanum Pontificē habere potestatem super eos, ad eorum grauia delicta punienda, & si opus fuerit, Regnis & dominiis eos priuando. Quamuis enim iurisdictiones, ecclesiastica & secularis sint distinctæ: verum tamen Imperatoris & Regum seu principum secularium iurisdictio, ab ecclesia & papa tanquā ecclesiæ capite & Christi vicario in terris emanare cēsetur, vt ex prædictis satis admodūm liquet. Item quanquā gladij tēporalis exercitiū non habeat apud eam tamen censetur esse suprema potestas & plenitudo potestatis: vt c. proposuit. de concess. præb. cle. 1. vt lit. pend. cle. pastoralis. in fi. de re iudi. quinimo habet Papa quandā potestatem generaliſsimam: quæ fuit trāsfusa à Christo in Petrū & successores. 21. di. c. in nouo. de transl. præl. c. 1. & secundum hanc est dominus orbis in spiritualibus & temporalibus. 9. q. 3. c. per principalem. & c. cuncta per mundū. ita dicit Ioann. de Lign. in clem. ne Romani. de elect. refert & sequitur ibi dominus Cardinalis in verb. irritum. q. v. in fi. de quo per ipsum in ca. per venerabilem. de elect. & in c. nonit. de iudic. & in c. per venerabilem qui fi. sunt legi. Ratione cuius potest punire & si opus fuerit deponere ex causa graui Imperatorem, Reges, & Principes seculares. ita colligo ex præcedentibus, signanter expræallegata l. vnam sanctam. Ita etiam Augustinus de Ancho na magnæ scientiæ & auctoritatis vir in libro de potestate ecclesiæ. q. 46. ar. 1. in solu. 3. argum. dicens, q ad Papam spectat correctio Regū & aliorum, non quidem propter immediatam temporalium administrationem: sed propter vniuersalem iurisdictionem, quam vice Christi habet in toto orbe super Reges & super omnes alios principes. hæc ille. Idem tenet sanctus Tho. in tracta. de regimine Principum. libr. 1. cap. 18. in fine. de ratione quidem iuris eius est nolle, cuius est velle, & eius est auferre qui de iure conferre potest, vt statim dicemus: & ita quamuis Clemens quintus, qui Bonifacio successit, declarauerit, quòd Rex Franciæ & regnicolæ per extrauagantem, vnam sanctam. non amplius subiiciantur ecclesiæ Romanæ, quàm prius erant: vt habetur in extrauagantibus communibus. titu. de priuilegiis. capitu. meruit. per ea tamen quæ dicta sunt, & in prædicta extrauaganti vnam sanctam. continentur, manifestè apparet Reges omnes ecclesiæ Romanæ fore subiectos.

Epistola Bonifacij Papæ.

Epistola Philippi regis Francorum.

§. VII.

TEnetur enim Papa vice Christi in toto orbe duplicem iustitiam seruare. Vnam particularem singulorū hominum vt vnicuiq; reddatur, quod iustè sibi debetur: & relenentur à grauamine, quod iniustè sibi infertur, ac vt nocendi improbis facultas tollatur: aliam vniuersalem vt Res publica promoueatur ac bonum reipublicæ nō perturbetur: & maximè q totus Christianus populus ecclesiæ Christi sponsæ subiiciatur. nulla nāque iustitia esse potest quæ ipsum hominem à Deo vero tollit. Vnde qui se ipsum aufert dominanti Deo à quo factus est: à dominio ecclesiæ se subtrahit: iniustus est: vt dicit Augusti nus 19. de ciuitate Dei. c. 21. Propter istum ergo duplicem defectū iustitiæ: Papa potest Reges deponere, vt latè ac singulariter, firmat Augustinus de anchona in prælleg. q. 46. ar. 2. Primò quidē propter defectū iustitiæ particularis, quo iustitia singulorum perditur & improbis facultas nocendi præbetur. propter defectum autem talis iustitiæ: Zacharias Romanus Pōtifex Childericum Francorum Regem, non tam pro suis iniquitatibus: quàm pro eo quòd tantæ potestati erat inutilis, à Regno deposuit: & Pepinum Caroli imperatoris patrem in eius locum subsți

De potestate Papæ super Reges & vniuersum orbem.

Childericus Rex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuit:vt illius tẽporis Annalia referunt: & cõmemorat Gelagius Papa Imperatori scribens in c. alius. xv. q. vj. Ex eadem causa fuit Regno priuatus, seu à Regno deiectus Sardanapalus Assyriorum Rex: vt traditur per Aristotelem ethicorum 1. circa principium. & narrat Tullius quinto de Quæstionibus Tusculanis. refert Andr. de Ysern. in cap. primo, quæ sint regalia. in verbo, & extraordinaria collatio. col. 1. habetur etiam in Chronicis illius temporis; & per Ioannem Bocacium de Principum casu, lib. 2. cap. 11. Idem dicitur de Heliogabalo Rege; immo Imperatore omnium effusissimo: qui libidinum suarum ministros in senatum legit, sine vlla ætatis ratione, quasi parum esset honores ipsos ac magistratus vendere: vt haberet vnde anserum cecineribus canes, fasianis ac psitacis leones pasceret; vt in luceruis balsamum ad lumen nocturnum intingeret. Cuius fuit illa vox impurcissima, & supra quàm dici potest detestabilis: nam cùm è familiaribus quidam ei diceret, quid malum, nonne paupertatem exhorresceis? atqui inquit: Quid melius quàm vt ipse mihi hæres sim meæq; vxori. Hæc refert Pontanus in lib. de liberalitate. c. 10. ad fi. Innocentius quartus attendens quòd Rex Portugaliæ negligens erat & remissus circa regnum & subditos eius, prodigus & dissipator, permittebat ecclesias, monasteria, pia loca, & ipsas personas ecclesiasticas aggrauari, viduas etiam & pupillos orphanos & cæteros in Regno suo degentes grauabat, vel grauari sinebat, supradicto Regi & Regno prouidere volens: dedit ipsi Regno coadiutorem nobilem virum Comitem Boloñ prædicti Regis fratrem: per quem sperabat futuram Regni reformationem, mandauitque Baronibus & Comitibus ipsius Regni Portugaliæ, quòd honorificè eum reciperent, eique in omnibus obedirent; vt dicit textus in cap. grandi. de supplenda negligentia prælatorum. lib. vj. & plenius continetur in chronicis illius temporis. Huiusmodi enim homines, præsertim Reges & Principes, quibus amplissima viuendi data est libertas, nisi in ipso cursu habenas cõtineant: brui in præceps delati multi sque simul vitiis obruti, pessum, seu ad ruinam eant necesse est. vnde meritò præueniendi sunt. Propter secundum verò iustitiæ vniuersalis defectum: idem Zacharias Papa (cuius paulo antè meminimus) Desiderũ vltimum Longobardorum Regem, ecclesiã persequentem & promissa non adimplentem regno priuauit, & ab eo deiecit, magni Caroli vsus auxilio: vt habetur in c. Adrianus. 63. dist. & in c. hortatu. 23. q. 8. & latius in chronicis illius temporis, & in vita Zachariæ per Platinam & alios, & per Ioannem Bocatium in præallegato libro suo de principum casu. libro nono. cap. x. & fratrem Iacobum in suplemento Chronicarum. Item cùm ecclesia Romana opprimeretur à Rege Longobardorum, Stephanus secundus, qui tunc temporis in sede Petri sedebat, petiit auxiliũ à Constantino & Leone eius filio, Imperatoribus Constantinopolitanis: eosque contumaces & ecclesiæ Romanæ patrocinium iniustè negantes, imperio priuauit, atque in Germanos transtulit, scilicet in Carolum magnum, Pipini Francorum Regis filium, cuius nunc mentionem feeimus: Huius priuationis & translationis memoriam facit textus in cap. in dic. de consecra. distinctio. 5. & in c. venerabilem. de elect. post princi. & declarat ibi gl. ordinaria in verb. transtulit. de quo etiam habetur in clemen. vnica de iureiurando. & per sanctum Thomam in tractatu de regimine principum, lib. 3. c. 18. Alexander secundus Henrico Imperatori viriliter restitit. Idem Alexander tertius fecit contra Fredericum Barbarosam Romanam ecclesiam infestantẽ, quem tandem supplicem ad veniæ petitionem coegit. Innocentius etiam tertius Othonem quartum Imperatorem ab imperio deposuit: imperiique titulis priuauit: quia monitus ab eo vt desisteret ab iniuria & persecutione qua Fredericũ secundum Siciliæ Regem adhuc impuberẽ persequebatur: & Apuliæ Regnum quod ab eodem Frederico contra voluntatem Papæ eidem restituerat; facere noluit: vt habetur in Chronicis de vitis Pontificum, signanter in vita Innocentij tertij; ex qua quidem persecutione principes Christiani commouebantur, & pacis amœnitas inter eos turbabatur: vnde iustè fuit imperio priuatus Honorius item tertius qui prædicto Innocentio tertio in Pontificatu successit: Fredericum secundum in basilica sancti Petri Imperatorem coronauit: qui erat fidelis ecclesiæ ratione Regni Siciliæ: in quo iure materno successerat: sed quia tractu tẽporis ab ecclesiæ & ipsius Honorij obediẽtia resiliuit: dictus Honorius ipsum anathematizauit; & omnes fideles & barones à sua fidelitate absoluit: quã sententiã Gregorius nonus; qui ei successit roborauit. Innocentius verò quartus, qui eidem Gregorio fuit subrogatus in Lugdunensi concilio, eundem Fredericũ ranquã ecclesiæ rebellem, Siciliæ Apuliæque regno & Imperio priuauit: vt habetur in c. ad apostolicæ. de re iudi. lib. vj. & latius in Chronicis illius temporis, præsertim in vitis Honorij, Gregorij, & Innocentij, prædictorum Romanorũ Pontificum: & per Archiep. Floren. 3. parte historia. tit. xix. cap. v. in princi. Solus ergo Papa deponit Imperatorẽ, vt inquit Bald. in l. rescripta. in fi. C. de precibus Imperat. offeren. verficulo vltimò solus Papa. cuius meminit Andræ. Sicul. in tractatu Cardinalium, quæst. 2. colum. secunda. Gregorius etiam septimus vir quidem sanctimonia plenus, Henricum tertium Imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus & beneficia alicui per simoniacam cupiditatem committat: aliter se vsurum in se & delinquentes censuris ecclesiasticis: quod cùm non fecisset, immo scisuram in ecclesia induxisset: & alia multa mala in ecclesiam fecisset: Gregorius tãtam iniuriam diuinæ maiestatis causa non diutius ferens, eundem Henricum regni administratione & Imperio priuauit, in hunc modum: Beate Petre, Apostolorũ princeps, inclina quæso aures tuas: & me seruum tuum exaudi; quem ab infantia educasti & vsq; ad hunc diem ac iniquorũ manibus vẽdicasti, qui me pro mea in te fide oderunt & persecuti sunt: tu mihi testis es optimus: & pia Iesu Christi mater, & frater tuus Paulus tecum martyrij particeps, me non sponte sed inuitum Pontificatus gubernacula suscepisse: non quòd rapinam arbitratus sim sedẽ tuam legitimè conscendere: sed malebam vitam meam in peregrinatione degere: quàm locum tuum pro fama & gloria tantum

Sardanapalus.
Heliogabalus.
Rex Portugaliæ.
Desiderius
Constantinus Leo Imperatores.
Henricus Imperator. Fredericus Barbarosa. Otho Imperator.
Fredericus Imperator.
Henricus Imperator.
Formæ sententiæ.

tantum occupare: fateor ego ac merito quidem mihi tua gratia non meritis meis populi Christiani curam demandatam esse concessamque ligandi potestatem. hac itaque fiducia fretus, pro dignitate & tutela ecclesiæ suæ sanctæ, omnipotentis dei nomine patris & filij & spiritussancti Henricum regem henrici quondam imperatoris filium: qui audacter nimium & temerariè in ecclesiam tuam manus iniecit: imperatoria administratione regiaque deiicio & Christianos omnes imperio subiectos iuramento illo absoluo, quo fidem veris regibus præstare consueuerunt. dignum est enim vt is dignitate careat: qui maiestatem ecclesiæ imminuere conatur. Præterea verò, quia monita mea immo tua ad sui ipsius populorumq; salutẽ cõtempsit, & se ab ecclesia dei quam seditionibus pessundare cupit separauit, eum anathematis vinculo ligo, certo sciens te esse Petrum in cuius petra vt in vero fundamento Rex noster Christus ædificauit ecclesiam suam: vt ista refert Platina in vita Gregorij septimi. de quo etiam per Archiepiscopum Florentinum. 2. parte historiali. ti. 16. c. 1. §. 21. vbi inter alia dicitur quòd henricus ab insania ad sanitatem rediens: erroris veniam postulauit. Contra quem pactiones minime obseruantem rursumque põtificem oppugnantem, Robertum Guiscardi Apuliæ ducem acciuit armis iniuriam vindicaturum. Qui & Pontificem ab impiorum manibus eripuit & insontes ac rebelles grauiter animaduertit. Vrbanus quartus Carolum andegauemsem contra Manfredum Siciliæ Regem euocauit sedem tũc Apostolicam perturbantem. Qui postmodum Clemente quarto opitulante Mãfredum Regno pariter ac vita spoliauit. Martinus quartus Petrũ Aragoniæ Regem, Siciliam occupantem anathematizauit. Vrbanus sextus Carolum Vngariæ Siciliæque Regem micerie Regno sicuio priuatum declarauit. Innocentius septimus Ladislaum Neapolitanum Regem prælio victũ Roma fugauit: quem adhuc in sua perfidia perdurantem, Alexander quintus Regno etiam spoliauit. Martinus quintus brachium Mõtoniũ Romana oppida inuadẽtem, martem alterum appellatũ, graui bello persequutus est, in quo & vitam perdidit vna cũ rebus iniustè occupatis, violentissime detẽtis. Ioan. 22. Ludouicum Bauariæ ducem Romanorũ imperatorẽ rebellẽ ac schismaticum declarauit eo quod is Galeacium & Matthæũ vicecomites contra ecclesiã foueret. Bonifacius 8. Philippo Gallorũ regnum ademit & Petro & Iacobo colũnensis Cardinalatũ vt c. vnico de schismaticis. li. 6. Pius quoque secundus Sigismundo austri duci sacris interdixit eo quod is Cardinalem in vincula coniecisset. Ludouicũ Frãcorum Regem ad tollendã è regno suo pragmaticã: graui cõmonitione impulit. Sigismũdum malatestã inobedientem sedi Apostolicæ, omni fere dominio spoliauit. Borsum Ferrariæ ducem eo quod is malatestæ fauere visus fuerat; acerrime increpatum ad petendũ veniã perpulit. Andegauẽses totum fere Regnum occupantes armis inde exturbauit, totamque ecclesiæ iurisdictionẽ in pristinam dignitatem restituit eamque etiam magnopere ampliauit. Innocẽtius octauus Ferdinãdum Apulie Regem deposuit. Sixtus quartus venetos Ferrariam bello præmentes; graui anathemate notauit, eorũ bona cuilibet diripienda permittẽs. Ex quibus omnibus patet euidẽter quod Papa ex iustis causis potest procedere cõtra principes Christianos, & si eorum demerita exposcant poterit eos deponere Regnisque priuare, quia cũ Papa sit iudex vniuersalis vice Christi tã viuorum quàm mortuorum, eum spectat omnium hominum cum fore faciũt, vniuersalis correctio. ita dicit Augustinus de anchona in præallegata q. 76. ar. 1.

Manfredus Rex.
Petrus Aragõ. Rex.
Carolus Rex.
Ladislaus Rex.
Brachium.
Ludouicus dux.
Philippus Rex.
Sigismondus dux.
Ludouicus Rex.
Sigismundus.
Borsus dux
Andegauenses.
Ferdenandus Rex. Veneti.

§. VIII.

IN veteri etiam lege Prophetæ qui sacerdotis summi loco habebantur; reges delinquẽtes increpabant, castigabant, & aliquando Regno priuabant propter eorũ demerita. Hoc patet de nata Propheta, qui. 3. Regum. 12. fortiter correxit Dauid Regẽ dicens; Vriam Etheũ percussisti gladio, & illius vxorẽ accepisti tibi vxorẽ, quã obrẽ non recedet gladius de domo tua, in sempiternũ. Itẽ Samuel propheta reprehẽdit Saul Regẽ de inobedientia vt patet. 1. Regum. 15. c. Summus etiam sacerdos redarguit & increpauit Oziam Regem Iuda de præsumptione ingressus in templum ad incensandum. 2. para. 26. Helias cum audisset ab Achaz Rege; tu es ille qui conturbas Israel; respondit, ego non conturbaui Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata domini; & secuti estis Baalam. 3. Regum. capitulo 4.

¶ Præterea in l. noua Nicolaus Papa Regem Lotharium de adulterio reprehendit: vt habetur in c. scelus. 2. q. 1. multa similia exempla reperire poterit curiosus indagator. quinimo in eadem lege veteri pluries reperimus: quòd Prophetæ & summi sacerdotes Reges plures deposuerũt propter eorum delicta vel demerita: nã Samuel propheta qui tunc temporis erat summus sacerdos & Pontifex in Israel: Saul Regẽ nõ solum redarguit: sed & Regno priuauit: eo quòd mandatum domini non impleuit: vt occideret Agag Regem Amalech, & omnes ibi habitantes & cuncta animalia: & vniuersam eorum substantiam: vt habetur: quod in eius locum assumptus est Dauid, & in Regem per eundem Propheram vnctus. Idem Samuel eundem Agag regem non solum Regno priuauit: sed etiã occidit, in frusta concidit; quia restitit Israeli de Aegypto ascendenti, vt ibi dicitur. Præterea Ioiada summus sacerdos Athaliam mulierem, quæ illis temporibus in Iudea regnabat, regno priuauit & occidi ab exercitu iussit & Ioã qui erat de regio semine vnxit in Regem & posuit diadema super caput eius. 4. Regum. c. 11. Daniel item magnũ Nabuchodonosor Babilonis & Assiriorum Regem iussu dei à Regno deposuit propter eius superbiam ac religionis contemptum, destruxerat enim templum Hierusalem & vasorum eius partem asportauit, & septem annis vt bos fœnum comedit & vt bestia vixit, qui demum dei magnificentia & misericordia protestari coactus est dicẽs, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui & sensus meus redditus est mihi & altissimo benedixi. & viuentem in sempiternum laudaui & glorificaui; quia potestas eius sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem, & omnes ha-

Reges in leg veteris à sacerdotibus correcti & depositi.
Dauid Rex.
Saul Rex.
Ozias Rex.
Achaz Rex.
Lotharius Rex.
Saul Rex.
Agag Rex.
Athalia Regina.
nabuchodonosor Rex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt:iuxta voluntatem eius enim suam facit tam in virtutibus cæli, quã in habitatoribus terræ,& non est qui resistat manui eius,& dicat ei: quare fecisti. & infrà: omnia opera eius & omnes viæ eius iudicia;& gradientes in superbia potest humiliare: vt hæc latius habentur Dan. 4.c. Defuncto Nabuchodonosor, eius filius Balthasar successit in Regno. & ipse & optimates sui, vxores, & concubinæ biberunt vinũ in vasis aureis, quæ Nabuchodonosor ex Templo Hierusalem asportauerat. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis in superficie parietis aulæ Regis:Mane,thetel,phares:quæ verba interpretatus est Daniel: quasi ferens, vel saltem declarans sententiã prinationis à Regno contra eũ dicens:Mane,id est,mutauit Deus Regnũ tuum, tuum,& compleuit illud. Thetel,id est,appensus es in statera,& inuentus es minus habẽs. Phares, diuisum est Regnum tuum, & datũ est Medis & Persis:quia aduersus dominatorem eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt corã te,& tu & optimates tui,& vxores tuæ,& concubinæ vinũ bibistis in eis,& cætera quæ sequũtur. & subditur, quod eadẽ die nocte sequenti interfectus est Balthasar rex Chaldeus, & Darius Medus successit in Regnum:vt hæc habentur Danie.5.c. De Sedechia rege Iuda legitur: eo q; Hieremiã prophetã carcerauit & captiuauit, pessima occubuit mor te regno priuatus:vt habetur Hiere. 29. Hæc sunt exempla veteris testamẽti, quæ in præsentiarum occurrunt,in quibus propheta vel summus Pontifex seu sacerdos Reges delinquentes correxerunt,increpauerunt & aliquando à Regno depo suerunt,eo q; Domini mandata præuaricati sunt ea pertinaciter contenẽtes, vnde meritò ipsi eorumq; filij regno priuati sunt. Quod ipsis Regib. antequã in lege veteri constituti essent, cõminatus est Dominus, tradens eis præcepta quæ obseruare tenebãtur,si in Regno ipso ipsi eorumq; filij longo tẽpore super Israel regnare cupiebãt. vt habetur Deute.17.c. Cùm autem sacerdotium veteris legis sit figura sacerdotij Noui testamenti,quod excellentius & perfectius est:vt traditur per Apostolum Hebræorum 7.& in c. translato. de consti.& sacerdos legis veteris hoc facere poterat ex causa:pari ergo ratione & multo fortius idẽ facere poterit sacerdos summus legis nouæ: cùm excellentioris sit dignitatis, quàm veteris: appellatur enim supremus sacerdos, quod nomen accepit à Moyse.21.di.c.sacrosancta.& omnes dignitates & omnem potestatẽ quã habuerunt omnes patriarchæ,Papa solus habet, vt inquit Bernardus de contemplatione ad Eugeniũ. & refert Bal.in l.rescripta. C.de precib.imp.offe. col.ij. vbi plura dicit de auctoritate & potestate Papæ.illud enim quod in Veteri testamento seruabatur circa hoc: illud idem est seruandũ in nouo testamento:vt est text.valde not. & ad propositum nostrum satis accommodatus in c.per venerabilem. qui fil. sunt legiti in §.rationibus.in vers.sanè.vbi litera dicit, Sanè cùm Deutero.lex secunda interpretetur,ex vi vocabuli comprobatur:vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debet obseruari.hæc ibi. Non ergo mirandum si hodie Papa corrigat,castiget,& deponat principes seculares ex iusta causa, sicut olim fiebat in Veteri testamento. Gerit enim summus Põtifex in ecclesia Dei vicem illius Prophetæ,de quo dicitur Deut.18.c.Prophetã suscitabo vobis de fratribus vestris,&c.quicunq; non audierit illũ prophetã,ego vltor ero: pœnã. s.temporalẽ & æternam infligendo. Ex quo verbo dicit ibi gl.habetur q; impingentes in summũ Pontificem & ei resistentes,grandi pœna sunt puniendi.hæc ibi: qui enim superbierit,nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui pro tẽpore erit, morietur.& rursus, qui coercitus obedire sacerdoti contẽpserit: lapidibus eũ obruet populus:vt dicitur Deuter.17. trã sumptiuè in c.per venerabilẽ.qui fil.sunt leg. vbi illa auctoritas de summo Põtifice exponitur:omnes ergo homines tenentur Papæ obedire ipsum que sequi:quia omnis anima ei subest,vt ait Apostol.Rom.9.trãsumptiuè in c.magnũ.xj.q.j.& in c.omnis anima. de censib. nemo ergo excipitur ab obediẽtia & reuerentia Papæ.Qui ergo ei resistit,vel non parendo, vel ab eius obedientia & reuerentia subtrahendo,differendo vel dilatando,Dei ordinationi resistit:vt inquit Aposto. ad Rom.13. trãsumptiuè in c.qui resistit.xj. q.iij.cũ pluribus aliis. Ad quorum confirmationẽ facit, quoniam certum est,quòd Papa significatur per montem Synai, de quo dicitur Exo.19.quòd die tertio descendit Dominus ad montem Synai, dicens filiis Israel,Ne ascendatis in monte, nec tangatis fines eius,qui enim tetigerit, morietur: significatur enim summus Pontifex per talẽ montem:Primò ratione generalitatis: quia sicut mediante tali monte descendit Deus corã toto populo Iudæorum,sic Christus mediante potestate summi Pontificis in lege noua descendit super toto populo Christianorũ. Secundò ratione sublimitatis, quia sicut ille mons sublimior est omni alio monte,ita Papa sublimior omni alio prælato. Tertiò ratione legalis veritatis: quia sicut de illo monte data est lex:ita ab ipso Papa omnes leges & iura exquirenda sunt. Omnis ergo qui hũc montem tangit non obediendo, resistendo, vel impugnando, vel se ab illo diuidendo vel separando,mori debet:non quocunque genere mortis, sed lapidibus & iaculis est confodiendus, dignitate & honore priuandus, etiã si Rex vel Imperator fuerit:omnes quidem tenentur ei obedire,eiusq; mãdatis obtemperare: nam vt habetur 1.Reg.15.cap. Peccatum ariolãdi est non obedire & scelus idolatriæ non acquiescere. Peccatum enim paganitatis incurrit quisquis dum Christianum se esse asserit,sedi Apostolicæ obedire contemnit.c.si qui sunt.in fi.81.dist. & c.sciendum.8. q.1. Si quis prælato non obedierit: hoc ipso est eius inimicus.11.q.3.quoniam vetus.50.distinc.si quis præpostera.glo.not.in c.si quis diaconus.§. ecce.in verb.& inimicos.eadem dist. Idem enim est dominium Dei & Papæ, quantum ad mundi gubernationem: nam sicut eadem est iurisdictio delegantis & delegati:sed de dominio Dei scribitur Esther 13. Tu enim fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu cõtinetur: dominus enim vniuersorũ tu es:ergo & Papa qui eius vicẽ gerit in terris,similiter erit dominus vniuersorũ: non solùm super spiritualia: sed etiã super tẽporalia, & super omnes homines mundi Reges & principes etiam seculares,vt suprà dictum est: & tradit August.de Anch.in lib.de pote. Papæ & ecclesiæ.

Balthasar Rex.

Sedechias Rex.

Sacerdotiũ legis veteris est figura noui sacerdotij.

Papa significatur per montem Synai.

q.45.ar.2.& Archie. Flo.3.parte ti.23.c. 4.§.17.ergo poterit eos corrigere & si opus fuerit deponere. Nam si temporibus retro actis hoc facere potuit:multo fortius nunc facere potest:quia ecclesia per incrementa temporum semper maiori potestate vtitur vt c.displicet ad finem 23. q. 4. tenet Augustinus de Anchona in li. de potestate ecclesiæ.q.37.ar.5.

Finis secundæ partis.

Tertia pars.

Schismatici qui dicantur.

VEniamus nunc ad tertiam partem, in qua ostendere promisimus quod Cardinales & alij qui ab huiusmodi ecclesiæ & capitis vnitate recesserunt;se ab aliis Cardinalibus & ecclesiæ capite diuidentes etiam occasione reformationis ecclesiæ in membris satis necessariæ eorumq; auxiliatores defensores & adhærentes, schismatici sunt & læsæ maiestatis rei & vt tales puniendi. quod sic ostenditur. schisma est illicita diuisio per inobedientiam ab vnitate ecclesiæ facta, vt colligitur ex verbis beati Hieronymi super epistolam ad Galathas,quæ ponuntur in c. inter hæresim.24.q.3. Hanc schismatis diffinitionem tanquam præstantiorem amplectitur Hosti. in summa ti.de schismaticis.§.quid sit schisma.schismatici autem volentes Dei ecclesiam descindere: peccant in fide quo ad articulum illum, & vnam sanctam ecclesiam Catholicam.ad hoc.24.q.1.c. aduocauit.cum quatuor capitulis præcedentibus. Verbum autem schisma Græcum est, quod latinè scisuram dicit vt c.schisma in prin.24. q.1. Cum enim fides Catholica & ecclesia vna sit, vt latè in præcedentibus dictum est,si quis ab vnitate recedat diuidendo se à capite vel connexione membrorum,diuisus est & schimaticus. Vestimentum namque Dominiideo scissum non fuit, sed de eo sortiti sunt Io.19.quia ecclesia scindi nõ debet sed tota in vnitate consistit vt dicit tex. in c.sicut Domini vestimentum.16.q.7. Vnde Augustinus post glo.in præallegato.c.19. Merito inquit vestis qua significatur ecclesia de super contexta perhibetur inconsutilis autem, ne aliquando dissuatur.& ad vnum peruenit, qui in vnum omnes colligit.hæc ille. Contra illos vero qui tunicam Domini diuidere conantur se ab ecclesiæ vnitate diuidentes,insurgit & exclamat idem Augustinus in epistola ad Seuerinum dicens, quasi diuisores vestimentorum Domini esse vultis & tunicam illam charitatis desuper contextam quam nec persecutores eius diuiserunt tenere cum toto orbe non vultis.& beatus Ciprianus in epistola de vnitate ecclesiæ. Quis (inquit) sceleratus & perfidus, quis sic discordiæ furore vesanus, vt vt aut credat scindi posse, aut scindere audeat vnitatem Dei, vestem Domini, ecclesiam Christi? monet nos ipse in Euangelio & docet dicens, erit vnus grex & vnus pastor. hæc ille. Et idem Ciprianus in epistola ad Cornelium ita dicit. Nec aliunde nata sunt schismata, quàm cum sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia sacerdos & ad tempus iudex Christi vice cogitatur,cui secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa; non discidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet. Et idem Ciprianus in epistola ad Forẽtium sic ait. Inde enim schismata sic oriuntur dum episcopus qui vnus est & præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus iudicatur. Et idem Ciprianus in epistola ad gratianum.Hæc (inquit) sunt hæreticorum initia & ortus atque conatus schismaticorum malè cogitantium: vt sibi placeant: præpositum superbo tumore contemnant:sic de ecclesia recedit:sic altare prophanum foris collocatur:sic contra pacem Christi & ordinationem atque vnitatem rebellatur. Hæc ille.

Vestis Domini.

Cuius sententiæ adhæret Pelagius Papa in capit. non vos. 23.q.5. dicens Quisquis ab Apostolicis diuisus est sedibus; in schismate esse non est dubium. Nam vt inquit Calistus Papa in cap.non decet.11.di.non decet à capite membra discedere:sed iuxta scripturæ testimonium,omnia membra caput sequantur de consecra.di.1. cap. celebritatem de præscriptio. capitu.cum non liceat. itaque ab vnitate ecclesiæ recedere nullo modo licet vt inquit Ciprianus. capi.loquitur. 24. q.1. Ad idem faciunt notabilia verba beati Gregorij in capitu.præceptis.12. di. vbi dicit præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur:sed obedientiam quæ à sancta Romana ecclesia & Apostolica auctoritate iussa sunt; salutiferè impleantur si eiusdem sanctæ Dei ecclesiæ quæ est caput vestrum cõmunionem habere desideratis. non nouum aliquid præsenti iussione præcipimus: sed illa quæ olim videntur indulta firmamus. Cum nulli dubium sit quod non solum Pontificalis causatio:sed omnis sanctæ spei Romanæ ecclesiæ & religionis relatio ad sedem Apostolicam quasi ad caput omnium ecclesiarum debuit referri,& inde normam assumere, vnde assumpsit exordium: ne caput institutionis videatur omitti. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes qui voluerint ab Apostolicæ petræ (super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam) solliditate conuelli.

¶ Si quis hæc Apostolicæ sedis præcepta nõ obseruauit; percepti honoris esse Hostis non dubitetur. Ad idem.93.di.ca. obedientiam vbi dicitur quòd summo Pontifici ea debetur ob omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis ipse inimicus extiterit,nec in ecclesia esse poterit; qui eius cathedram deserit. Ad idem.c.rogamus.14.q.1.vbi dicitur quòd nulla est sedes quæ Apostolicæ & Romanæ sedis dictioni subiecta non sit,nec ab eius obedientia & dispositione vos deuiare oportet ad quam cuncta maiora ecclesiastica negocia visa sunt referri. Ad idem verba Chrisostomi in capit. alligant. 26.q.6.vbi inter cætera dicitur, Qui autem superiori obedire non vult, quomodo implet illud,Principem te constituerunt, esto inter eos tanquam vnus ex illis. Quomodo tanquam vnus ex illis manet,qui inter obedientes inobediens, inter subditos rebellis existit. Certè probat se ex illis non esse, qui renuit ex obedientibus vnus esse. Ad idem.c. cuncta per mundũ. vbi omnes homines mundi summo Pontifici obedire tenentur.& in extrauagante,vnã sanctã. de qua suprà habita est mentio.qui autẽ non obedierit vel se ab eius obediẽtia subtraxerit,schimaticus erit.

Universidad de Navarra
Biblioteca

Ex quibus omnibus colligitur quòd non parere præceptis Romani Pontificis cum rebellione, cum & pertinaciter quis præcepta contemnit &, iudicium superioris subire recusat, constituit schismatis rationem, ita notanter declarat beatus Tho.2.2.q.39.ar.1.in solutione.2.argu.

De schismate Datã & Abiron.

¶ Patet hoc vltra prædicta in schismate quod Chore Datan & Abiron cum aliis cõplicibus fecerunt, quod inde ortũ est, quia subesse noluerunt Moysi & Aaron summo sacerdoti, vt habetur Numer.16.latè per Iosephum antiquitatis Iudæorũ.li.4.c.2. Item patet ex schismate quod decem tribus fecerunt, eo quod Rege suo contempto, alterum sibi constituerunt scilicet. Hieroboã, vt habetur Regum.1.c.12. Sicut ergo tunc discedentes vel se diudẽtes à summo sacerdote vel rege schismatici reputabantur, & schismaticorũ pœnas luebant, sic & multo magis idem dicendum erit de illis qui à Papa discedunt eum contemnentes, cum sacerdotium legis veteris sit figura Christi sacerdotis summi legis nouæ, eiusque vicarij secundũ Apostolũ Hebræorũ.7.& tradit in c.translato de constitutio. dixi suprà. §. præcedenti prope finem. Discedere enim à Papa ecclesiæ capite, est discedere ab vnitate ecclesiæ; vt ex prædictis satis paret, & colligitur ex his quæ dicit Apostolus Collosen. Inflatus sensu carnis suæ & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexum & annexiones administratum & constitutum, crescit in augmentum Dei. Hoc autem caput est Christus, cuius vicem in ecclesia gerit summus Pontifex, vt sæpè dictum est. Ideo schismatici dicuntur qui subesse rennunt Romano Pontifici & qui membris eius sibi subiectis communicare recusant: ita dicit sanctus Tho.2.2.q.39.ar.1.in solutione.q.in fine, est bonus text. in c. schisma.24.q.1. schisma quidem diuisionem importat, charitatis vnioni oppositam. vnde schismatici illi dicuntur, qui concordiam non seruãt in ecclesiæ obseruantiis ne ecclesiæ prælatis obediant, volentes per se ecclesiam constituere singularem. isti quidem à principio peruersum dogma non habent sed ab ecclesiæ fundamento recedentes, in vaniloquium vertuntur & peruersum aliquod confingũt & sic in fine in hæresim labuntur, vnde Hieronymus inquit quod hæresis & schisma differunt sicut genus & species. Ista sunt notanda verba beati. Tho.4.di.13.q.1.ar.1.q.1.in solu.2. argu. vult allegare Hieronymum super epistolam ad Galatas cuius verba transcribit Gracianus in c.inter hæresim.24.q.3. vbi litera dicit. Inter hæresim & schisma hoc esse arbitror, quod hæresis peruersum dogma habeat: schisma post episcopalem decessionẽ ab ecclesia pariter separatur, quod æquidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum. Certum nullum schisma est nisi sibi aliquam hæresim confingat vt rectè ab ecclesia recessisse videatur. hæc ibi. Et Augustinus in libro contra faustum distinguens inter hæresim & schisma ita dicit. Schisma est eadem opinantem ac eodem ritu colentem quo cæteri, solo congregationis declarari discidio. Hæresis verò diuersa opinatur ab his quæ Catholica credit ecclesia. hæc ille. Schismatici ergo dissensionibus suis iniquis, à fraterna charitate dissoluũt, quamuis ea credant quæ credimus, vt ait Augustinus in libro de fide & symbolo, & in libro contra Donatistas. Non enim sufficit fides sola informis ad hoc quod quis in ecclesia Christi esse dicatur: sed requiritur quòd maneat in vnitate ecclesiæ: quæ attenditur ex ordine ad caput ecclesiæ: vt suprà dictum est, & ita quòd subsit iuxta Christi ordinationem capiti ecclesiæ. Ro. Pon. hoc est q̃ dixit beatus Cyprianus in quadam epistola & habetur in c. deniq;.7.q.1.vbi formaliter inquit. Quod verò eundem quem nos Deum patrem eundem filium eundẽ spiritũ sanctum nosse dicũtur. scilicet schismatici: nec hoc tales adiuuare potest. Nam & Chore Datan & Abiron cum sacerdote Aaron & Moyse eundem Deum nouerant pari lege & Religione viuentes: vnum & verum Deum qui colendus atq; inuocandus fuerat inuocabant: tamẽ quia loci sui ministerium transgressi, & contrà Aaron sacerdotẽ, qui sacerdotiũ legitimum dignatione Dei atq; ordinatione præfecerat: sacrificãdi sibi licentia vendicarũt: diuinitus percussi, pœnas stati pro illicitis conatibus penderunt: nec potuerunt rata esse & proficere sacrificia irreligiosẽ & illicitè & contra ius diuinæ dispositionis oblata. hæc ibi. Quæ verba sunt satis notanda & ad propositũ nostrum valde accõmodata: decidunt enim quod licet huius schismatis auctores fautores & auxiliatores fidem teneant quã Romana tenet ecclesia eamq; colant, & sequantur, habeantq; aliquas occasiones quibus à Romani Pontificis obedientia recedant. scilicet, prætensam ecclesiæ reformationem tam in capite quã in membris satis his tẽporibus necessariam, nihilominus tamen scissurã & diuisionẽ faciunt in ecclesia Dei: ab ipso ecclesiæ capite Christi vicario temerariè recedentes, vnde schismatici sunt & schismaticorũ pœna veniunt puniendi. Quod etiam apertissimè sentit beatus Hieronymus ad Damasum Papam scribẽs, cuius verba refert Gratianus in c.quoniam vetus.1.q.1. prope finem vbi inter cætera dicit. Cum successore piscatoris & discipulo Christi loquor, ego nullum præmiũ nisi Christum sequẽs, beatitudini tuæ ideſt Cathedræ sancti Petri communione consortior. super illam petrã fundatam ecclesiã scio. Quicunque extra hãc domum agnum comedit prophanus est. Si quis in Archa Noe non fuerit, peribit Regnante diluuio. & infrà quicunq; tecum non colligit, spargit, hoc est qui Christi non est, antichristi est. hæc ibi. quæ sumũtur ex his quæ Christus in Euangelio dicit Lucæ.11. Qui mecum nõ est. contra me est. & qui mecum nõ colligit: spargit. Ex quibus verbis patet neminem Christianum posse neutralem esse schismatis tempore, cum omnes debeant ecclesiam & caput eius sequi. ille ergo qui eam non sequitur, etiam ex aliqua colorata occasione, contra eam esse censetur: ex quo ab eius capite discedit. quamuis eandem habeat fidem quam alij, vt suprà dictum est. non est ergo licitũ immo dãnatũ obedientiã & reuerẽtiã ecclesiæ eiusq; capiti aliquo modo subtrahere, dissimulãdo, dilatãdo, expectando, vel neutri partiũ adhærendo suspẽdendo forsan vsque ad futurũ euentũ. ad hoc bonus textus in c. non nos.23.q.5. teneãt ergo tales si placet fidẽ nostrã, nihilominus tamẽ schismatici sunt, & vt tales merito puniendi. Idẽ in effectu voluit Ambrosius super epistolã ad Titũ.c.3. Scribo (inquit) tibi vt

Sacerdotium legis veteris.

Contra discedentes à Papa.

Schisma quid est.

Nota contra neutrales.

tibi vt scias quomodo ecclesia ordines: quæ est domus Dei, vt cũ totus mundus Dei sit ecclesia: tamẽ domus eius dicatur: cuius rector hodie est damasus: mundus nanque præuaricationis est diuerso turbatus errore: ideo illic necesse est dicatur esse domus Dei & veritas: vbi secundum volũtatẽ suã timetur. hæc ille. Et beatus Hieronymus scribens ad damasum Papã vt habetur in c. hæc est fides.24.q.1. Hæc est (inquit) fides beatissimæ pater quam semper tenuimus in quaꝛsi minus perite aut parum caute fortè aliquid positum est: emendari cupimus à te qui Petri sedem & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur: quicunq; me culpare voluerit, se imperitum vel mãliuolũ vel etiã non Catholicum sed hereticum comprobabit. Hæc Hieronymus vt suprà, sentiens vnum admiratione dignum, quod in his quæ fidei sunt: solũ Romanum Pontificem spectat diffinitio, & ipso approbante, non est qui reprobare queat: super quo tamen amplius esset cogitandũ: omito quia non est præsentis speculationis. Ab ipso ergo Romano Pontifice Christi vicario ecclesiæ capite & plenitudinem potestatis habente: non licuit Cardinalibus sub prætextu reformationis ecclesiæ, temerariè recedere. in tantum est enim attributa Papæ plenitudo potestatis, quod Cardinales & alij fratres sui non debent erigere Calcaneum contra eum: quia monstruosum esset, quod subditi habeant potestatem in Dominos. ff. de minor. l. minor autem magistratus de maio. & ob. c. cum inferior. Quod si fieret, vestis Domini incõsutilis: passa fuisset scisuram, vel sectionem. ita dicit Hosti. quamuis Cardinalis esset in c. per venerabilem. §. Sanè qui filij sunt legitimi. Et in signũ huius superioritatis Romæ potius quam alibi voluit Dominus ecclesiæ caput stabilire secundum eum vt latius retuli suprà. §.4.partis secũdæ. vnde Cardinales alijque prælati discedentes ante tempus ab obedientia Apostolicæ sedis etiam si Papa dicatur hæreticus, dicuntur schismatici & vt tales sunt puniendi, vt est textus in §. hinc autem.17.di. & ibi notat Dominicus dicens hoc facere contra Cardinales qui recesserunt à ciuitate Pisana antequã Gregorius duodecimus fuisset depositus à Concilio Pisano. refert Io. de Anania in ru. de schismaticis.pe.col. & Præpositus Alexandrinus in dicto §. hinc autem. Cum autem Cardinales illi de quibus agimus se diuiserint ab ecclesiæ vnitate, quæ in duobus consistit. in primo in membrorũ ecclesiæ, ideſt fideliũ ad inuicẽ cõnexione. secũdo in eorundẽ ordine ad vnũ caput Christi. scilicet, vicarium: inde meritò infertur necessarioq; concluditur schismaticos fore & vt tales iustè fuisse punitos qui summo Pontifici subesse mẽbrisque ecclesiæ subiectis cõmunicare noluerũt. A Cardinalibus enim hoc schisma principiũ habuit, sicut & omnia præterita si rectè examinẽtur, vt firmat beatus Hieronymus dicẽs, veteres perscrutãs historias inuenire non possum alios scindisse ecclesiam Dei & de domo Domini in populos sẽ duxisse, præter eos qui positi sunt Domini sacerdotes & Prophetæ, id est, speculatores, hi vertuntur in laqueum tortuosum ponẽtes scandalũ in omni loco. hæc habentur in c. trãsferunt.24.q.3. vt enim inquit Augustinus, sunt in ecclesia quidam præpositi de quibus Apostolus dicit, sua quærentes nõ quæ Iesu Christi. quid est sua quærẽtes, nõ Christũ gratis diligẽtes, nõ Deũ propter Deũ quærentes, tẽporalia cõmoda cõsequẽtes, lucris inhiãtes, honores ab hominibus appetẽtes. 8.q.1.c. sunt in ecclesia. Contra hos inuehit Ezechiel.34. væ inquit pastoribus qui pascebant semetipsos, qui scilicet propter propria cõmodu pernicioſa suscitant schismata in ecclesia Dei. Rex autem autẽ Francorũ huius schismatis auctor vt in casu ratione dicitur: similiter est schismaticus. Quod per nũcios suos ad hoc specialiter deputatos coram Leone Papa Moderno cõfessus est abiurãs (sicut prædicti Cardinales fecerũt) & detestans quicquid in Pisano conuenticulo actũ est: approbãs omnia & singula quæ in Lateranensi sacro Cõcilio generali acta & decisa fuere. Vnde tã de Rege Frãcorũ quàm de Cardinalibus prædictis nõ est amplius insistendũ: cum ipsi sua sponte & voce delictũ suũ confessi sunt: erroris veniam postulãtes. itaque cõtra suã confessionẽ non sunt amplius audiendi. vt generaliter C. de non imp. e. per tuas de probã. De Rege autem & Regina Nauarræ similiter dicendũ est: q̃ schismatici sunt ex eo q̃ Regi Francorũ schismatico se iunxerunt fœdusq; cum eo inierunt & contra summũ Pontificem conspirarunt, ita vt merito de eis dici potest illud psal.2. aransumptiuè in c. si ecclesia.23.q.4. Astiterũt Reges terræ & principes cõuenerũt in vnũ aduersus Dominum & aduersus Christũ eius. fautores enim adhærẽtes & sequaces schismaticorũ schismatici sunt: & vt tales merito puniendi: vt dicit textus in c. vno. de schismaticis. li.6. similiter sunt læsæ maiestatis rei: vt dico infrà parte 4.§.1. sunt enim cooperatores in delicto & per cõsequẽs pari pœna sunt puniendi vt. c.1. de offi. de. c. sicut dignũ de homicidio. l. quoniam multa. C. ad legẽ Iuliã de vi publica. glo. nota. in cle.1. de pœnis in verbo defensauerit, cum concordantiis. vnde quicquid iustè potest fieri contra principales: potest etiam contra adherentes & complices vt in præallegatis iuribus. tenet expressè Astensis in summa li.2.ti.64.ar.7. col.2. facit l. non dubito. ff. de captiuis. de quo latius in quarta parte. §.3. diceemus.

Contra cardinales.

De Rege Frãcorum.

De Rege Nauarræ.

Conclusio.

¶ Non obstat prædictis textus in præallegato c.vno. §. nihilominus omnes. de schismat. li.6. vbi fautores & auxiliatores schismaticorũ sõlum modo excommunicãtur: quia secũdum Archi. & alios illa decisio fuit reuocata per Benedictũ vndecimum. vel aliter & forsan melius ibi Bonifacius octauus expressis nominibus principalium delinquentium, eorum fautores & sequaces deducit in processu & sententia sub generalitate: & sic nominibus non expressis. quod an fieri possit de iure satis est dubiũ: vt traditur per Inno. & alios in c. certificati & in nostra de sepul. secundum pe. de Ancha. in d.c.vno. in notabili. vnde merito fuerunt leuius puniti. In casu autem nostro processus particularis factus est contra prædictos Regem & Reginã Nauarræ tanquam contra schismaticos & læsæ maiestatis reos: iccirco sicut tales merito fuerunt puniti, vt ex prædictis satis patet. & colligitur ex quadam extrauagante Clementis quinti incipiente ad certitudinem. quæ hodie reperitur sub ti. de sen. ex. de qua infrà in quarta parte. §.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oppositio. An metus perditionis bonorū excuset.

§. I.

NEC eos excusat dicere quod ipsi nūquàm discesserunt ab ecclesiæ vnitate immo fidem nostram semper tenuerūt ipsumque Iulium Papam vt ecclesiæ caput coluerunt & venerati sunt. si autem Regi Francorum Papæ resistenti adhæserunt; nō quidem ea intentione: vt Papam læderent vel ei resisterent: sed potius ne bona sua quæ in Regno Franciæ & prope tenebant perderent: puta Dominium de Bearnæ & ipsummet Regnum Nauarræ. Vnde non videtur sibi imputandum ad schisma, etiam si indirectè Papæ resistant: cum sua principalis intentio fuerit bona sua conseruare & illa nō perdere. Non enim omnes resistentes Papæ quocunque modo sunt schismatici: sed ili qui per spontaneam intentionem ac manifestam rebellionem & eius iudicialis sententiæ recusationem ipsum non recognoscendo vt caput ecclesiæ: sed si per alicuius cōmodi temporalis assecutionem vel periculi euitationem resistat quis præceptis Papæ & non obediat: talis etsi grauiter peccet, non tamen dicitur schimaticus: ita dicit Archiepiscopus Flo. 3. part. tit. 23. c. 4. §. 11. incipit de schismaticis. Ad cuius confirmationem facit quod notanter voluit idem Archiepiscopus Flo. 2. parte. ti. 12. c. 6. vbi post Ray. dicit quod si fidelis fidem mente teneat, aliquem tamen actum infidelitatis facit, puta si reuerentiam idolis exhibeat propter amorem mulierum, sicut fecit Salomon diis suarum vxorum: vt habetur 3. regum. c. 11. transumptiuè. 2. q. 7. §. Salomon & 32. q. 4. c. Salomon: non propter hoc Apostata vel hæreticus iudicādus est. hoc voluit Raymundus in summa. 1. parte. ti. de Apostatis. ver. circa istas Apostasias licet non ita latè loquatur vbi dicit: quòd si aliquis Christianus resident in ciuitate Sarracenorum & profitetur Machumetum nuncium esse Dei sicut Machometi faciunt ad laudem & veneratione illius quem colunt & venerantur pro sancto: vel osculatur sepulchrum Almaodi quasi ex reuerentia ac si esset Sanctus: vel in publico se gerat pro Sarraceno: & in occulto pro Christiano & hæc faciat verbo tantum vel profiteatur propter metum: sed in corde in nullo deuiat à fide: nec dicit eum Apostatam nec hæreticum, nec excommunicatum: peccat tamen mortaliter quantuscunque sit metus vt ibi per eum. Idem ergo dicendum de eo qui ex alia causa vt puta libidinis aliquid illicitum & prohibitum fecit vt de Adoratione idolorum diximus. Ad hoc bene facit glosa nota. secundum Abbatem in c. tuarum in verbo signatos in fine de priuile. quæ singulariter vult, q̄ qui libidinis causa simulat se Monachū, non obligatur ad Monachatum saltē in foro conscientiæ. bene facit c. tua de sponsa. Integritas ergo intentionis magis quam factum in hoc attenditur. pari ratione idem videtur in casu de quo agimus. Præsertim cum hoc faciant iusto metu ducti. scilicet, ne perdant honorem & bona sua vel eorum maiorem partem metus enim perditionis omniumque rerum vel maioris partis, reputatur iustus vt. l. 1. C. si non iussu principis & l. pe. C. quod metus causa. c. Abbas. eo. ti. secundum Inno. in c. cum dilectus eod. ti. super verbo mortis. Idem tenet Hosti. in summa eo. ti. §. qualiter metus ver. inuenio tamen. allegat. l. propter, litem. ff. de excusa. tu. habetur insti. eo. §. item propter litem. bene facit textus in l. fi. C. de reuo. dona. metus ergo perditionis patrimonij reputatur iustus sicut timor damni in persona vt dicit Bald. in l. non est verisimile. §. si fœnerator. ff. quod metus causa. & in l. interpositas. C. de transactio. post Cynum & alios antiquos. Et inde est quod timor perditionis instrumētorū omniū bonorū vel maioris partis ipsorū: est iustus metus sicut quando infertur timor mortis vel pœna capitalis. ita dicit Bald. in l. isti quidem. §. ff. quod metus causa. Vnde si potestas vel tyrannus dicit facias mihi instrumentū mille florenorum vel alterius promissionis alias veniam ad cōburendū domū tuā, reputabitur iustus metus secundū qualitates personarū & rescindetur instrumētū si metus imminebat sicut rescinderetur si esset metus mortis vel corporis cruciatus. ita dicit Bal. in d. l. interpositas. & sequuntur alij Moderniores reputantes hoc valde notabile. Sequitur etiam vitalis in libro clausularū in clausula de metu rerū. & inde est quod si vasallus copulasset amicitiam cum inimicis Domini iusto timore ductus, excusaretur à perditione feudi. ita notanter ad propositum dicit Martinus de Laude in c. 1. in ti. quibus mo. feudū amittitur libro feu. quem refert & sequitur Iacobinus in tractatu feudorū. fo. 31. co. 3. ver. quinta causa principalis. alias in parte dictiq; vasalli promiserunt non comittere Felloniā col. 3. mouentur ipsi per textum notabilē in l. nouissimè. ff. quod falso tuto. aucto. vbi ille qui cū tutor non esset, si cōpulsus aut metu ne compelleretur auctoritatem ac cōmodauerit, excusatur. quē textū Bal. ibi trahit ad multa de quibus ibi per eū. Si enim Rex & Regina non adhærent regi Francorum prout Rex sibi præcepit vel saltem rogauit indignatus caperet eis Dominium de Bearnæ: quod intra Regnum Galliæ vel prope consistit. & cōsequenter honoris periculum incurrent. Periculum autem honoris æquiparatur periculo vitæ vt sentit Barto. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Vnde glos. in §. suspectus in ver. ob culpam iusti. de suspectis tutor. dicit quod sicut culpa non æquiparatur dolo, vbi agitur de periculo vitæ, ita vbi agitur de periculo honoris, quod est notādum. bene facit textus in l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testamen. cum dicit. non enim caret dolo pater qui honore proprio omisso propter compendium alienam institutionem maluit. Vnde metus Regis superioris & tantæ potentiæ, iustus reputabitur, cum præsertim solitus si male tractare non obtemperantes, vt volunt docto. Bar. & alij in l. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. per Abb. & alios in c. causam matrimonij de offi. de. & in c. fi. qui clerici vel vouentes. notatur in l. ad inuidiam. C. quod metus causa, & in pluribus aliis iuribus vulgaribus. Ista ergo videntur Reges ipsos à schismate excusare & consequenter à scismatis pœna.

§. II.

Schismatum genera.

AD ista enim faciliter responderi potest, Nā secūdū Augustinū in libro de quæstionibus Euangeliorū, tria possunt distingui genera schismaticorum. Aliqui enim schismatici intentione non

operatione: quicunq; enim ita inuident bonis vt quærant occasionem excludendi eos vel crimina sua sic defendere parati sunt si obiecta fuerint vel probata: vt etiam conuenticulorum segregationes vel ecclesiæ perturbationes facere cogitent: iam schismatici sunt: & ab vnitate ecclesiæ corpore decisi: etiam si non inuentis occasionibus aut occultis factis suis sacramēto ecclesiæ corporali conuersatione socientur. Aliqui verò sunt schismatici operatione, sed non intentione: quia per se non intendunt se ab vnitate ecclesiæ diuidere: propter tamen aliquod cōmodum temporale consequendū vel periculū euitādum cōuenticulorū segregationes faciunt: ac per hoc schisma incurrunt & schismatici censeri debent. Quia sicut voluntas coacta vel mixta voluntas est: vt c. meritò quæritur. 15. q. 1. cum concor. ibi positis in gl. super verbo vult. & Philosophus hoc probat. 3. Ethicorum: sic effectus sequens ex causa per accidens, effectus est. Sed aliqui sunt schismatici intentione & operatione. Ista sunt notanda verba Augustini de Anchona in libro de potestate ecclesiæ. q. 26. ar. 1. in corpore quæstionis, refert & sequitur Archiepiscopus Floren. 3. parte. ti. 23. c. 4. §. 12.

Metus non excusat schismate.

¶ Ex quibus omnibus patet quod Rex & Regina Nauarræ & si rectam fidem nostram teneāt & sequantur ipsumque Romanum Pontificem in caput ecclesiæ recognoscant: propter metum tamen Regis Francorum & perditionis honoris vel bonorum Francorum Regi adhæserunt: fœdusque cum eo inierunt cōtra ecclesiam Romanam Romanumque Pontificem, non excusantur à schismate nec à læsæ maiestatis crimine. quia pro nullo metu mundi debuissent à veritate & vnitate ecclesiæ eiusq; capite discedere: & peccatum inobedientiæ committere, vt est text. val de singularis & ad propositum nostrum satis accommodatus in c. correcta. 24. q. 1. vbi Iulius Papa orbis episcopis scribēs sic ait. Nolite propter vllā perturbationem recedere à recta fide & ab Apostolico tramite, scientes quod iuxta saluatoris sententiam beati sunt qui persecutiones patiuntur propter iustitiam. facit. c. quæcūque eadē cau. & q. ibi dum dicitur. vinculis peccatorum absolui nō possunt qui à societate Petri quomodolibet se segregauerint. Ecce dicit quomodolibet vt omnem causam etiā iustū metū cōprehendat. nulla ergo animi perturbatio nullusque metus excusat discedētem ab ecclesiæ vnitate & Romani Pontificis obedientia cui vrgente fide obedire omnes cogimur vt late in præcedentibus dictum est: ecclesiam enim Christi quæ non litigiosis opinionibus fingitur, sed diuinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominē relinquere non debemus, quia bonum est confidere in Domino, quam cōfidere in homine. psal. 117. Ita dicit beatus Augustinus in libro de correctione donatistarū ad bonifacium. ca. 3. Propter metum ergo Regis Francorum, nec propter timorem perditionis bonorum, Rex & Regina Nauarræ non debuerunt ecclesiam sanctam Immaculatam afflictam indefensam relinquere, eique impudenter & inuerecundè terga dare cum tam grauī animarum suarum damno & periculo. Nemo enim iustus esse potest quandiu ab ecclesiæ vnitate respectu capitis vel membrorum est separatus, vt inquit Apostolus ad Ro. 11. Quemadmodum enim membrum si præcidatur ab hominis viui corpore; nō potest tenere spiritū vitæ, sic homo qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest spiritum tenere iustitiæ etiam si figuram membri teneat quam sumpsit in corpore. Ita dicit Augustinus in libro de correctione donatistarum ad bonifacium comitē, transcribitur per Gratianum. 23. q. 7. c. quemadmodum, nullus enim metus excusat à peccato. c. sacris de his quī vi metusue cau. fiunt. Ad hoc nos monet saluator Matthæi decimo capitulo. Nolite inquit timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest animam & corpus perdere in Gehennam, Vbi Chrisostomus non solum ille proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem palam pro veritate mēdacium loquitur, sed etiam ille qui nō liberè veritatē pronūciat, quam liberè pronunciare oportet, aut non libere veritatē defendit, quā defendere cōuenit. hæc ille. Et habentur in c. Nolite timere. 11. q. 3. vnde Augustinus ad Casulanum. Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatē occultat, iram Dei super se prouocat, habetur in c. quisquis. 11. q. 3. Sæpe enim rectores improuidi humanam amittere gratiā formidantes; loqui liberè recta pertimescunt. Vt ait Gregorius in 15. sui pastoralis, & habetur in c. sit rector. 45. di. Metus ergo perditionis vitæ, honoris, vel rerum non excusat à peccato vt dictis in ribus. Vnde Marcellinus Papa qui adeo fuit à Paganis compulsus, vt templum eorū ingressus Grana Thuris super prunas imponeret; sed illa compulsio eum ab hæresi non excusauit vt dicit tex. in c. nunc autem. 21. di. Nec similiter excusatur Pilatus qui Christi Innocentiam agnoscens ne Cæsaris indignationem incurreret; & officiū honoris, quod ab eo tenebat; sibi subtraheret, Christum cruci affigi fecit. Cōtra hos exclamat beatus Gregorius. 19. li. moralium dicens. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt in cœlestibus debiles, nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua nec parum in labore quidem subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerāt, & pro cœlesti mercede vel remissi verbi ferre contumelias recusant. terreno iudici toto etiā die assistere fortes sunt, in oratione vero cōrā Domino vel vnius horæ momēto lassantur, sæpe nuditatē deiectionē famē pro acquirēdis diuitiis atq; honoribus tolerāt, & earū rerū spe se per abstinentiā cruciant, ad quas adipiscendas festinant, superna autem laboriosè quærere tanto magis dissimulant, quanto magis ea retribui tardius putant. Hi itaque quasi malarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum anguſti, quia fortes in inferiora subsistunt; sed ad superiora deficiunt. atque contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis desideriis fortes & in cœlestibus debiles, sed longius atque distantius studiosos magis Deo se exhibent quàm seculo fuisse meminerint & cætera quæ sequuntur habentur in cap. omnis. 47. di. Potius enim debet quis omnia mala pati quàm malo consentire vel malum facere. ca. super eo de vsuris. c. eos. 4. di. & dicto cap. ita ne. 32. q. 5. Satius quidem est

De Marcellino.

De Pilato.

Contra negligentes res spirituales.

Universidad de Navarra Biblioteca

Metus non excusat à peccato.

fame mori quàm idolaticis vesci: vt ait Augustinus in libro de bono coniugali, transcribitur in c. sicut Satius. 32. q. 4. de iure enim canonico vel de iure diuino metus etiam iustus: qui potuit cadere in constantem virum vel mandatum Domini vel superioris: non excusat: quia potius debet quis conservare vitam animæ quàm corporis. nam committendo peccatum mortale, moritur anima: sustinendo vero gladium, moritur corpus. Quinimò vir perfectus potius debet pati mortem corporalem, quàm peccatum veniale committere. Quia peccatum veniale opponitur feruori charitatis; vt traditur per gloss. in proœmio li. 6. Vir autem perfectus magis debet eligere corporis interitum caduci & mortalis: quàm feruorem charitatis quam habet in Deum perdere, bene facit quod notatur in cap. quæritur. & cap. nequis. 22. q. 2. ita dicit Abb. per illum tex. in prælegato c. sacris. Hinc est quod clerici non seruantes interdictū ad metum vel compulsionē superioris: non excusantur. Ita notanter decidit do. Cardin. in cle. grauis; de sen. excō. in 7. q. pro quo allego textum expressum cuius ille non fuit memor in cap. fi. de exce. præla. & istud teneo quicquid dixerit Bald. in l. nouissimè. §. ff. quod cum falso tutore. Hinc etiam est quod si habens vxorem de adulterio suspectam præcipit seruo vel familiari quòd eam interficiat, alias minatur sibi mortem: Seruus non debet parere: & si pareat & occidat: non excusatur ab homicidio. ita notanter decidit Abbas in dicto cap. sacris co. 2. reprobata opinione Cyni & aliorum in l. 1. C. vn de vi. & Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. & modernorum in ca. 2. de homicidio: qui contrarium tenebant. Hinc est etiam quod si accusatus vel inquisitus de delicto positus in tormentis: tormentorum metu cōfiteatur delictum: quod non commisit. & ex hac causa decapitatur, nisi hoc in extremo saltem vitæ reuocauerit, videtur in peccato mortali decedere: & consequenter ecclesiastica carebit sepultura. ita mirabiliter decidit Abb. in c. ex parte. 2. de sepul. in princ. & videtur satis rationabile: nam sicut non licet falsum dicere testimonium contra alium, vt in c. 1. de crimine falsi: ita nec contra seipsum: sicut dicimus in simili de occidente se ipsum: vt c. sicut non licet. in primo. 22. q. 5. Idem de clerico percutiente se ipsum nam incidit in excommunicationē ac si alium clericum percussisset, vt tenent Docto. in c. contingit. in primo, de sen. excōmuni. & ibi Ab. in quarto notabili. idem tenent docto. in c. 1. de vita & honestate clericorum. li. 6. quos refert & sequitur Matthæus in tractatu de extensione iurium. col. ante pe. Idem tenet Iacobus doctor antiquus in §. iuris præcepta. instituta de iusti. & iure prout refert ibi Io. Fabri, ad hoc bonus tex. in c. si quis abscideri. 55. di. vbi dicitur quòd si quis amputauerit sibi virilia: non fiat clericus: quia sui est homicida: & Dei conditioni inimicus, & ibi per Præpositum Alexandrinum. Idem dicendum est de eo qui in iudicio constitutus metu pœnæ veritatem negat: nam iste eodem modo grauiter peccat, secundum Abba. in dicto capitu. ex parte. & in c. 1. post princ. de testibus cogendis. Inducit ad hoc quod voluit Barto. in l. relegati. in princ. ff. de pœnis. vbi dicit, quòd si aliquis est iustè ad mortem damnatus & fugit: peccat. Si autem peccat: non debet fugere: immo potius omnia mala pati. Ad hoc glos. notabilis, & ibi docto. in cle. pastoralis. de re iudic. Hinc est quod testem falsum metus non excusat, vt nota. 15. q. 5. capitu. auctoritatem. in gloss. magna secundum Bald in l. data opera. C. qui accu. non po. col. 13.

Contra clericum violantem interdictum propter metum.

Nota illum textum.

De seruo a quod illicitum faciente propter metum Domini.

De illo qui metu tormentorum falsum confitetur.

¶ Ita ergo videtur dicendum in casu nostro, vt Reges ipsi Nauarræ potius debuissent exponere se omni rerum & personarum periculo, quàm contra ecclesiam ire. Magis enim debuissent obedire Deo, ecclesiæ, & Romano Pontifici, Christi vicario: quàm Regi Francorum. Actuum 5. cap. Nam si quid mandat procurator; & aliud proconsul: obediendum est proconsuli. Et si aliquid mandat proconsul, & aliud imperator: obediendum est imperatori, non proconsuli. Ita dicit gloss. notabilis. Rom. 13. Est textus & cap. si Dominus in cap. qui resistit. 11. q. 3. & in cap. quæ contra mores. 8. di. Ad idem text. in l. contra pupillum. in fin. ff. de re iudic. vbi is ad maius auditorium vocatus est: si litem inchoatam deseruit: contumax non videtur. Quia semper superiori obediendum est, & obtemperandum. vt ibi dicitur & in capitu. cum teneamur. de appella. cum concord. ibi positis. Metus ergo Regis Francorum vel perditionis honoris, seu bonorum vel maioris partis eorum non habuit Reges ipsos excusare, vt clarè patet ex iam dictis & tenet expressè Hosti. in summa tit. de pœniten. & remi. §. quibus & qualiter. versiculo quid de rapina. vbi dicit: quod non excusatur quis si Dominum adiuuat in bello iniusto propter timorem amittendi feudi, vel incurrendi damnum aliud temporale. 32. q. 5. cap. ita ne. Cum autem bellum ex parte Regis Francorum & schismaticorum esset iniustum, vt latè in præcedentibus dictum est: non debuerunt Reges ipsi se confœderare cum eis in præiudicium ecclesiæ, nullusque metus eo excusare potuit: præsertim cum omnis metus abesset: eo quod sacra vestra maiestas pollicebatur se eis fauorem & auxiliū laturum contra Regem Francorum, & quemcumque alium volentem eos offendere. Ex quibus omnibus necessariò concluditur: quòd tam Reges ipsi Nauarræ quàm Rex Francorum, & Cardinales prædicti eorumque fautores auxiliatores & defensores fuerunt schismatici & læsæ maiestatis rei, & vt tales merito puniendi.

Superiori parendum est.

Conclusio.

Quarta pars.

Deschismatis grauitate.

NVNC dicamus de quarto articulo, scilicet, de schismatis grauitate & pœna. volens enim Deus nobis ostendere quàm horrendum & detestabile sit hoc crimen, Chore, Dathan, & Abiron, schismaticos, eo quod Aaron summo sacerdoti debitam reuerentiam denegarunt, ab eo recedentes, nouo quodam mortis genere eos puniuit: aperiens namque terra os suum deuorauit eos, cum tabernaculis suis & omni eorum substantia, descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis, vt legitur Numer. 16. c. & psalmo 105. Præterea cum post mortem Salomonis Regis Iudæorum regnasset, & duodecim tribus Israel Roboam eius filius obtineret,

De schismate dicto.

Deschismate tribuum.

decem tribus eum reliquerūt, fecerunt que schisma & adhæserunt Hieroboam, Regem eum sibi constituentes. Quamobrem tanta Domini indignatio extitit aduersus illos qui schima fecerunt quod demolitus est eos: & dedit in direptionem donec abiiceret eos à facie sua: quia dissipatus est Israel à domo Dauid. Et Abdon propheta missus est à Domino ad Hieroboam ad exprobrandum sibi peccatum schismatis, prohibitus est apud illos schismaticos panem comedere, & aquam bibere: quod quia non seruauit, morsu leonis in itinere necatus est. Continentur ista. 3. lib. Regum. c. 12. transumptiuè in c. denique. 7. q. 1. Ex magnitudine autē & grauitate pœnæ qua Deus tunc temporis priora delicta puniuit, & cauenda ac fugienda monstrauit: apparet delictorum grauitas. nam pœna debet esse delicto informis vt l. respiciendum in principio. ff. de pœnis. & in c. fœlicis. eo. ti. li. 6. cum multis similibus. Quis enim iam dubitauerit hoc sceleratius esse commissum, quod grauius est vindicatum? vt inquit Hieronymus in c. non afferamus. 24. q. 1. Vnde beatus Augustinus ad emeritum de hoc crimine schismatis ita loquitur. Quanti autem diuino iudicio pendatur hoc facinus: lege quod relegisse non ambigo. inuenies autem Dathan & Abiron hiatu terræ deuoratos, cæteros omnes qui ei cōsenserunt, igne de medio eorum exeūte consumptos. illud ergo scœlus ad exemplum deuitandi Dominus Deus præsenti supplicio demonstrauit, vt cum talibus pacientissime parcit, quale vltimo iudicio restaret, ostenderet. hæc ille. Idem licet sub aliis verbis voluit beatus Hieronymus in dicto cap. non afferamus, & Ciprianus in d. c. denique. Sacrilegium ergo schismatis omnia delicta transgreditur, vt inquit Augustinus contra epistolam parmeniam. Quapropter beatus Ciprianus schisma idolatriæ cōparauit, refert eum Augustinus li. 4. contra Cresanium Grāmaticum & in epistola cōtra Seuerinum ita loquitur. Quare diuisores vestimentorum esse vultis & tunicam illam charitatis desuper contextam; quam nec persecutores eius diuiserunt tenere cum toto orbe non vultis? Idem in effectu dixit Ciprianus in quadam sua epistola & habetur in c. alienus. 24. q. 1. Ecce quod schismaticum Dei hostē appellat quia tunicam Domini inconsutilem, quā Pilati milites non fuerunt ausi scindere, schismatici Christi crucifixoribus crudeliores effecti scindere conantur. Quapropter eorum sacrificia tanquam inimicorū Deus ipse odit, & proiicit, vt inquit Amos propheta & habetur c. odi. 24. q. 1. Ex quibus omnibus apertissimè demonstratur schismatis grauitas. Nam inter peccata quæ fiunt in proximum, schisma est maximum, quia contra spirituale multitudinis bonum & contra Christianorum quietem & tranquillitatem vt per beatum Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. & per Augustinum de Anchona in li. de potestate ecclesiæ. q. 25. ar. 4. & per Archiepiscopum Flo. 2. parte. ti. 3. cap. 11. §. 1. & per Cardinalem sancti sixti in li. de potestate ecclesiæ quarta parte. c. 8. Quibus addo Bedam super Matthæuu dicentem. Quicunque ab vnitate fidei vel societate Petri Apostoli quolibet modo semetipsos segregauerint, tales nunc nec vinculis peccatorū solui, nec ianuā possunt Regni cælestis ingredi. Hæc ille, & reperiuntur ista verba in c. quicunque. 24. q. 1. Item Ciprianus in c. didiscimus eadem causa & q. Cuncti schismatici quia foris sunt idest extra ecclesiam: spiritum sanctum non habent. Idem repetit in prælegato c. alienus. vt suprà retuli. Et cum schisma graue damnosum periculosum ac detestabile peccatum sit: graui animaduersione est dignum. Nam secundum mensuram delicti debet esse plagarum modus. Deuterono. 25. & c. fœlicis. §. cæterum. de pœnis li. 6.

Schismatici est hostis.

Conclusio.

Schismatici est haereticus.

§. I.

Pœna schismaticorum

POENA quæ pro schismate à iure reperitur imposita est, primo enim schismatici ipso iure sunt excommunicati. 23. q. 5. de liguribus. c. 2. de schisma. Et consequenter eis communicandum non est. c. à nobis. de excep. cum similibus. & merito eis non communicatur: quia per ea quæ quis peccat: debet puniri: vt dicitur Sapientiæ. 11. cap. & c. quanto. de transla. præ. ca. literas. de tempo. ordi. c. cum olim magister de offic. de. c. 2. de rebus eccle. non alie. c. pastoralis in fin. de iure patro. cap. ad liberandam de Iudæis. Cum autem schismatici ab ecclesiæ & membrorum suorum vnitate & communione separent se: conueniens est quod eis non communicetur: vt declarat beatus Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. refert & sequitur Archiepiscopus Flo. 2. parte. ti. 3. ca. 11. §. 1. col. 2. Cardinalis sancti Sixti in summa de potestate ecclesiæ. 4. parte. c. 8. De his intelligendum est quod scribitur Numeri 16. Recedite à tabernaculis hominum impiorum: qui, scilicet, schisma faciunt: & nolite tangere quod ad eos pertinet, ne induamini peccatis eorum &c.

¶ Secundò schismatici puniuntur pœna depositionis, priuātur enim dignitatibus suis. 22. d. c. In nomine Domini. de schisma. c. vno. li. 9. publicantur eorum bona. vtd. ca. de liguribus. & in prælegato c. vnico de schismatic. li. 6. Quod sapienter constitutum est. Nam cum schismatici eorumque sequaces recusent ecclesiæ capiti sub esse merito à sua dignitate deponuntur: vt non sint aliorum caput vt per beatum Tho. & alios vbi suprà. Et propterea Bonifacius octauus Iacobum & Petrum de colūna Cardinales schismaticos ab omni Cardinalatus commodo & honore depositi omnibusq; beneficiis dignitatibus, & prælaturis perpetuo priuauit, reddidit etiam inhabiles ad habenda, cunctis eorū bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, actionibus ac iurisdictionibus publicatis, expositis insuper eorum personis capiendis, vt hæc latius continentur in prælegato capitu. vnico de schismaticis lib. 6. Fateor tamen quod Benedictus vndecimus eos postea restituit exceptis confiscationibus, in quibus nihil imputauit, vt habetur in extrauagante Benedicti: quæ hodie reperitur inter extrauagantes communes sub titulo de schismaticis. incipit dudum bonæ memoriæ: per hoc tamen non correxit pœnas in dicto capitu. vno contentas. Sunt præterea schismatici læsæ ma-

Schismatici priuantur bonis & dignitatibus.

Universidad de Burgos
Biblioteca

Schismatici sunt læsæ maiestatis rei.

iestatis rei tanquam in suprenum omnium Regum & principum Regem ac Principem conspirantes: vt in præcedentibus dictum est: & tã quam læsæ maiestatis rei schismatici non habent filios in potestate: vt dicit Bal. in l. nam & ciuium. ff. de ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris: refert Ioã. de Anania in Rubrica de schismaticis penul. colum. vnde Rex Francorum huius schismatis auctor Cardinales etiam schismatici, qui contra ecclesiam & Romanum Pontificem conspirarunt: huius criminis indubitanter rei sunt: vt l. 1. ff. ad legem Iuliam maiestatis. & l. quisquis. C. eodem. Rex autem & Regina Nauarræ in hoc crimen similiter inciderunt: eo quod fœdus inierunt, & amicitiam conciliarunt cum Rege Frãcorum ecclesiæ inimico: vt est tex. in l. 2. ibi aut priuatus ad hostes profugere & in l. 3. in principio. & in l. 4. ff. ad legem Iuliam maiestatis: vbi dicitur: quòd eo ipso quod aliquis ad hostes Romani imperij confugit, aut opem vel auxilium eis quoquo modo dederit, reus est huius criminis. Ille ergo qui vadit ad hostes, vel mittit literas, vel nuntium: vel aliquid simile facit in damnum principis vel rei publicæ. vel in damnum Romani Pontificis aut ecclesiæ Romanæ: proditor est censendus, vt colligitur ex prædictis iuribus: & firmat And. de Ysernia. in c. 1. §. porro. 1. col. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. feu. Bar. in extrauagãte quoniam. in verbo rebellando post principium. & Petrus de Ancharano consilio 278. 2. col. ver. si dicatur vbi concludunt quòd si aliquis rebellat contra Papam vel contra rectores per ecclesiam positos aliquibus modis de quibus suprà: incidit in crimen læsæ maiestatis. Quia leges quæ de hoc crimine disponunt trahuntur ad Papam: nam si in persecutione vel machinatione contra vnum Cardinalem dicimus quod ad exemplum criminis læsæ maiestatis: multo fortius si contra statum Romanæ ecclesiæ: vt ca. fœlicis de pœnis libro 6. Hinc est quod si fidelis regis præstitit iuramentum fidelitatis regis hosti: crimen læsæ maiestatis committit: vt probatur in prædictis iuribus. tenet Lucas de Penna in l. 2. col. 2. ver. sed pone fidelis. C. de meta. & epidema. li. 12. Ad prædicta bene facit tex. singularis. l. 1. §. cum patro. in fin. ff. de offi. præfecti vrbis. vbi graviter punitur libertus conspirans contra Dominum cum eius inimicis. Ex quo colligit ibi glos. argum. quod si vasallus fecit amicitias cum inimicis Domini: aufertur ei feudum. Idem voluit glo. in l. liberti in verbo amicitias. C. de in offi. testa. & in c. 1. in verbo cõcubuerit in ti. quibus modis feudum amittitur. Est bonus textus in c. vno in ti. quot testes sunt necessarij ad probandum feudi ingratitudinem. Tenet Bal. in l. prima. 21. q ff. de rerum diui. vnde ex confœderatione vel parentela cum inimicitia. nam coniuncti & confœderati præsumuntur eiusdem intentionis. ita dicit Bal. in præallegata l. liberti. reputans hoc bene notandum. Confœderati enim tenentur se inuicem iuuare omni modo quo possunt; per ambaxiatores, per gentes armigeros & per conuocationem amicorum. ita notabiliter dicit Angelus de Perusio in lege 2. §. excusantur. ff. ad filenianum.

Contra confœderationes.

Nota illum textum.

¶ Ad prædicta confirmanda allego text. singularem in cle. vna. §. porro de iureiuran. vbi imperator iurat: quòd nunquã cũ Sarraceno, Paganno, schismatico, seu alio quomodolibet communionẽ Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ ecclesiæ inimico vel rebelli seu eidem manifestè suspecto vnionem quamlibet seu parentelam aut cõfœderationem iniret. Hæc ibi. cum quibus concordat extrauagans Clementis quinti quæ incipit ad certitudinem hodie reperitur sub ti. de sen. ex. c. 4. vbi damnantur & irritantur confœderationes factæ cum schismaticis: & ipso sunt iure excommunicati contrarium facientes: eorumque terræ ecclesiastico subduntur interdicto: priuanturque bonis quæ ab ecclesiis obtinent huiusmodi confœderationes facientes & ad alias pœnas spirituales & temporales: prout vtile videbitur procedi potest (vt ibi dicitur.) Ex quibus liquido constat illicitum esse amicitiam conciliare vel confœderationem facere cũ schismaticis vel ecclesiæ inimicis immo cum manifestè suspectis ecclesiæ. Quia ille qui talem confœderationem facit cum inimicis ecclesiæ: dicitur venire contra ecclesiam: vt est textus notandus in d. §. porro. secundum Io. de Imola in 3. co. qui dicit hoc esse contra Florentinos: qui fecerunt ligam cum Rege Francorum: quæ Deo propitio plus fuit eis pernicios quàm vtilis secundum eum. Idem possumus nos dicere de amicitia contracta & confœderatione quam prædicti Rex & Regina Nauarræ fecerunt cum Rege Gallorum. Nam per eam effecti fuerunt ecclesiæ inimici, læsæque maiestatis rei, & in eorum damnum & incõmodum confœderatio fuit cõuersa.

Confœderationes quomodo sunt licitæ.

¶ Quamuis enim confœderationes & ligæ ad bonum & laudabilem finem, puta ad defensionem iustam rerum & personarũ cõtra tirannos licite sint & approbatæ: vt voluit Inno. quem omnes sequuntur in cap. dilecta de exce. prælat. & in ca. 1. de schismaticis. Bart. & alij in l. fin. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine: & in extrauagante quoniam nuper. in verbo occultè. in titulo qui sunt rebelles: adhoc possent allegari plura iura: quæ videntur confœderationes permittere in c. ego. 63. di. c. sanè. 16. q. 7. c. omne. 22. q. 1. c. nouit de iudi. c. ad Apostolicæ de re iudic. libro 6. & in sacra scriptura Machabeorum. 8. & 13. vbi Machabei inierunt fœdus cum Romanis. & Ioſue. 9. & 10. vbi Ioſue iniuit fœdus & tenuit confœderationem cum Gabaonitis. & 1. Regum. 7. vbi Amorrhei tenebant pacem & cõfœderationem cum populo Israelitico. & 1. Regum 27. 29. vbi Dauid accesit ad Achis Regem Geth & fecit confœderationem contra Saul. & Gẽnesis. 17. Deus iniuit fœdus cum Abrahã & successoribus suis. & Exodi. 23. Deus iniuit fœdus cum populo Israelitico dicens. Inimicus ero inimicis tuis & affligam affligentes te: si tamen fiant contra Cæsarem vel Papam: non sunt nec esse possunt ad bonum finem. immo illæ appellantur conspirationes; quæ sunt indirectè etiam contra prælatum inferiorem: vt c. coniurationum, & c. conspirationũ. 11. q. 1. cum pluribus aliis. Ex quibus colligitur quod omnis coniuratio vel cõspiratio præsumitur ad malum finem facta. ita dicit Archidiachonus in c. si quis clericorũ. eadẽ causa & q. refert & sequitur Angelus de Perusio in præallegata l. 1. in principio. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. Quãdo autẽ fit conspiratio contra imperatorem vel Papam non solum præsumitur ad malum (vt dictum est:)

Cõfœderationes contra Regem vel papam sunt illicitæ.

verum

verum etiam confœderantes in crimen læsæ maiestatis vt l. 1. C. vt armorum vsus. libr. 11. ita dicit Martinus de Laude in tractatu de confœderatione versi. 20. est textus in l. quisquis in principio. C. ad legem Iuliam maiestatis: vbi prohibentur & puniuntur huiusmodi factiones ligæ & confœderationes contra Imperatorem: non solum quando fiunt publicè ac directè, sed etiam quando fiunt occultè seu palliatè: vt dicitur in prælallegata extrauagante quoniam nuper: & ibi Barto. in verbo occultè, puta quando fiunt sub colore defensionis rerum vel personarum: & secretè aliud intendunt. scilicet; damnum alicuius tertij. Nam hoc indistinctè prohibitum est à iure. vt c. 1. §. conuenticulas de pace iura. fir. li. feudorum, secundum Bar. in d. verbo occultè. & notatur in c. exhibita de iudici. & in c. fi. de testi. cogendis. vbi latè per Modernos & in c. constitutionem de verborum significatione. lib. 6. vbi per Dominicum & alios. Nam vt inquit beatus Ambrosius in libro de officiis: si non potest subueniri nisi alter lædatur: commodius est neutrum iuuari: quàm grauari alterum. habetur in c. denique. 14. q. 5. Licet videatur permissum immo iniunctum iuuare iniustè & de facto oppressum: vt c. dilecto de sen. ex. libro 6. l. prohibitum. C. de iure fisci. li. 10. 11. q. 5. c. Regum. c. principes. c. administratores cum multis aliis. Vnde in ecclesiastico. c. 4. dicitur. Libera eum: qui iniuriam patitur: de manu superbi. Ille ergo qui necdum non abstinet ab adiutorio inimicorum ecclesiæ contra ipsam ecclesiam quam defendere tenetur, immo fœdus & confœderationem cum eis contra ecclesiam facit, & amicitiam cum eis conciliat: inimicus est ecclesiæ & læsæ maiestatis reus. Quod enim ad defensionis subsidium est inuentum, ad depressionis dispendium non debet retorqueri: vt ca. in quibusdam de pœnis. c. conquerẽte de restitutione spoliatorum. cap. quanto de iureiurando. cap. 3. de appella. c. vno de natis ex libero ventre. 22. q. 4. c. inter cætera. Præterea facientes conuenticula de Papatu viuẽte Papa, crimẽ læsæ maiestatis committunt, vt notatur in ca. veniens. 1. de testib. per Gofredum. Ioan. An. & alios quos sequitur Bal. in l. quoniam liberi. C. de testibus & Martinus de Laude in tractatu de crimine læsæ maiestatis ver. 9. Cum autem istud schisma super hoc fuerit in ecclesia introductum: vt in casus narratione dixi mus: sequitur quòd omnes qui in hoc schismate auxilium & fauorem præstiterunt: facientes contra statum Romani Pontificis, rei sunt læsæ maiestatis. ille autem dicitur facere contra statũ principis, qui vult dirigere statum ad aliud regimen, puta ad alium principem; secundum Bald. in l. 1. §. huius studij. 2. colum. versi. item nota quod arbitrium. ff. de iusti. & iure. Martinus de Laude vbisuprà. ver. 11. De his qui tales confœderationes licitas & ad malũ faciũt, intelligitur illud quod dicitur Iob. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia compactum scamis se præmentibus vna vni coniungitur & nec spiraculum quidem: scilicet spiritus sancti, incedit per eas. Quasi dicat quod multitudo hominum malorum, qui sunt quædam scamæ diaboli, ita sunt ad malè agendum coniuncti connexi & obstinati: quod non recipiunt instinctum spiritus Sancti ad bonum. ita dicit ibi Nicolaus. Misit enim Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichẽ, id est inter hos malos homines, vt dicitur: iudicum 9. c. Ad idem facit illud quod scribitur Naaum. 1. Sicut spinæ se inuicem complectuntur, Sicut conuiuium eorum pariter potantium; consumentur quasi stipula ariditate plena. Sic erit de malis hominibus qui cõfœderationes & ligas faciunt contra ecclesiam, Quia consumentur sicut stipula ariditate plena, vel sicut ligna arida. de istis dicitur ecclesiastici. c. 21. Sicut stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis, id est hi qui ad malum faciendum congregantur; sicut in hoc seculo arserunt flamma cupiditatis, sic in alio ardebunt flammis infernalibus.

Pœna rebellium.

¶ Pœna autem rebellantium contra suprema maiestatem, est quòd ipso iure perdunt omnia, quæ iuris ciuilis sunt, vt l. amicissimè. ff. de capitis diminutione. Ideo schismatici propter crimen læsæ maiestatis diuinæ perdunt patriam potestatem, quam in filios habent vt paulo antè diximus. Possunt etiam impunè occidi. l. 1. in fin. ff. ad legem Corneliam de sicariis. l. proditoris. ff. de re mili. etiam si sint occultè rebelles, nam ipso facto pœnam incurrunt, & in iudicio quo postea procedetur contra illos hoc liquidabitur an fuerunt rebelles. ita not. decidit Barto. in extrauagante quoniam nuper in tit. qui sint rebelles. in verbo rebellando prope finem. ver. circa secundum. refert & sequitur Petrus de Ancharano. cõsilio 278. colum. 1. ver. pro hoc optimè. Si autem placet capienti possunt captiui detineri vt seruii. ff. de acqui. rer. do. in l. transfuga. & capite puniuntur. l. si quis aliquid. §. transfugæ. ff. de pœnis. Traditur per Bar. in dicta extrauagante; quoniam nuper. in ver. rebellando. & per doc. in cle. pastoralis de re iudi. Bona vero rebellium ipso iure publicantur: quamuis de illis in sententia nulla sit facta mentio; vt l. quisquis & l. pe. & fin. C. ad legem Iuliam maiestatis. Quæ quidem bona possunt statim ab eis capi: antequam contra eos feratur sententia, nam si est licitum occidere vt paulo antè diximus, multo magis bona capere ar. l. nec in ea. ff. de adulte. vbi qui occidere potest adulterum, multo magis iuris contumelia poterit afficere. ita notanter dicit Petrus de Ancharano in præallegato consilio. allegat & ponderat ad hoc glo. quam reputat singularem in c. fœlicis in verbo disponant, de pœnis. lib. 6. quæ notanter vult quòd si feudatarius commisit crimen læsæ maiestatis, feuda liberè reuertuntur ad ecclesias, à quibus obtinent, vt ad libitum pro sua voluntate de eis disponant vt ibi dicit textus, illis feudatariis non vocatis etiam si de facto possideant. Cuius ratio est quia postquam textus ibi habet illos pro diffidatis & bãnitis, talium bona possunt inuadi & occupari. c. pro humani, ad finem de homicidio. li. 6. vbi textus in simili pro minori delicto dicit quod sufficit constare de illo scelere probabilibus argumentis; nec alia sententia deportationis requiritur, vt ibi dicit litera in fin. Priuantur similiter suis dignitatibus & honoribus vt dict. cle. pastoralis. vbi inter alias pœnas quibus Robertus Rex fuit punitus propter rebellionem, quam contra imperatorem Henricum commiserat, priuatur bonis dignitatibus & Regno, vt in prælallegata cle. dicitur, & plenius

Universidad de Navarra Biblioteca

Conclusio.

in sententia quam Henricus Imperator contra protulit: cuius tenorẽ ad literam recitat Albericus in prælegata l. quisquis. Ad idem cap. ad Apostolicæ de re iudi. li. 6. vbi Imperator Fredericus secundus propter rebellionem quam contra ecclesiam commisit: priuatur Regno & Imperio: vt diximus suprà. 1. parte. §. 7. Ex quibus omnibus liquet manifestè, quod Iulius secundus iuste & rectè priuauit Cardinales prædictos suis dignitatibus, ecclesiis, & beneficiis: quibus præerant: & ad habenda inhabilitauit: Regem vero & Reginam Nauarræ tanquam rebelles schismaticos atque ecclesiæ inimicos simili ter iustè Regno priuauit: & cuicunque capiendi illud licentiam fecit: vt in prima parte diximus.

§. II.

Ecclesia cõuocat principes Christianos cum schismaticos.

QVOD si prædictis pœnis schismatici coherceri nõ possunt, quia pertinaciter perseuerant & propter eorum potentiã ecclesia amplius facere non potest: manu armata per brachiũ seculare ab ecclesia inuocatũ pœnarũ executio est faciẽda vt c. 1. & c. quoniã in fine de off. or. 17. d. c. nec licuit in fin. 11. q. 1. c. petimus notatur in c. significasti de offi. dele. per Oldra. con. 89. Ad hoc bonus textus in c. de liguribus. 23. q. 5. vbi pelagius Papa scribens Narsæ patricio super quibusdã schismaticis ab ecclesia dãnatis inter cætera sic ait. Si quis schisma fecerit: iste excõmunicetur atq; dãnetur. Quod si forsan & hoc cõtẽpserit & permãserit diuisiones & schisma faciẽdo: per potestates publicas opprimatur: & infrà. facientes autẽ scisuras in sancta ecclesia, non solũ exiliis: sed etiam proscriptione rerũ per publicas potestates debeant coerceri. Ad idem. c. quali ea. cap. & q. vbi idem pelagius eidem Narsæ scribens ita dicit. Petimus vt præfatis qui à nostra sede directi sunt; in omnibus præbeatis auxilium. Nec putetis peccatis esse alicuius si huiusmodi homines præmuntur: hoc enim diuinæ humanæ leges statuerunt: vt ab ecclesiæ vnitate diuisi & eius pacem inquietissimè perturbantes, à secularibus potestatibus comprimantur. Nec quicquam maius est: vnde Deo positis sacrificium offerre: quã si id ordinetis: vt qui in suam & aliorum perniciem debachantur: competenti debeant rigore compesci. hæc ibi. Ad idem. cap. quando. c. nimium c. displicet. 13. q. 4. vbi Augustinus monet principes: vt procedant ad correctionem & punitionem aduersus schismaticos & dissipatores ecclesiæ. Exemplum habemus notabile in sacra scriptura iudicũ. 20. vbi dicitur q̃ cũ aliqui ex filiis Beniamin vxorem cuiusdam accepissent: & incredibili furore libidinis vexassent: denique mortua est: cumque moniti corrigi parati non essent: congregati sunt omnes alij tunc lio ex præcepto Domini vindictam fecerunt de filiis Beniamin: ita vt interficerent viginti quinque milia pugnatorum, nec remanserunt de illa tribu nisi sexcenti viri. Quo exemplo patet quod cum graue scelus (vt est schisma) per Christianos committitur: non paratos corrigi: poterit Papa Principum Christianorum auxilium contra eos inuocare: ita dicit Augustinus de Anchona in li. de potestate ecclesiæ. q. 25. ar. 5.

Notabile facunt.

Raro enim vel nunquam temporibus transactis ecclesiæ calamitates per censuras & processus ecclesiasticos legimus fore sublatas, nec ecclesia collapsa vel vacillans suis vnquam operibus vel viribus se erexit: immo semper humano auxilio fuit erecta: vt dicit textus in cap. si quis pecunia. 79. di. per aliquos videlicet principes seculares vt per Carolum magnum. Otthones de Saxonia. Reges Franciæ. commune Ianuæ. Pisanos, ac diuersos aliós quos curiosus indagator inuenire poterit. Tempore enim Stephani secundi Pipinus pater Caroli magni Longobardos ecclesiam infestantes Stephani mandato perdomuit. Postea tẽpore Leonis & Adriani primi iuit Carolus magnus cepitque Desiderium: & vicit Longobardos, restituitque ecclesiam vt habetur in c. Adrianus. 63. di. & in c. hortatu. 23. q. 8. Ioannes 13. passus est magnas persecutiones à quodam Berengario: Rex autem Saxoniæ cepit Berengarium & ecclesiam pristinæ restituit libertati. Leo octauus fuit ad vrbe expulsus; & creatus Benedictus: quod audiens Imperator Otho primus: obsedit Romam donec Benedictus fuit sibi traditus: missitque illum in exilium in Saxoniam (vbi mortuus est) vt habetur in c. in Synodo. 63. di. Ioannes. 12. fuit expulsus per quendam Crescentium patricium fuitque vocatus Otho tertius Rex Saxoniæ & Imperator: qui venit, fugatoque illo Crescentio totam suam progeniem extirpauit. Tunc fuit creatus Gregorius quintus, qui erat de genere Othonis. Post Othonis vero recessum: expulsus fuit Gregorius per dictum Crescẽtium & Romanos, quod audiens dictus Otho reuersus est Romam obsedit q; eos in Castro sancti Angeli cepitque & membris mutilauit. Eugenius quartus anno. 1445. Hortatus est Dalfinum Franciæ: vt bellum faceret contra Basilienses, ecclesiam infestantes: vt refert Ioan. de Anan. in Rubrica de schismaticis in fine. Ista & multa alia his similia patent ex Chronicis & historiis antiquis in quibus reperio plures Romanos Pontifices veros à Roma pulsos, & aliquando restitutos (vt iam diximus) quorum nomina sunt hæc. Iulius primus. Simachus. Siluerius primus. Vigilius primus. Martinus primus. Leo tertius. Eugenius secundus. Ioannes octauus. Leo quintus. Ioannes decimus. Ioannes decimustertius. Benedictus octauus. Ioannes decimus quartus. Ioannes decimus sextus vel septimus secundum alios. Gregorius quintus. Benedictus nonus. Gregorius septimus. Victor tertius. Paschalis secundus. Alexander tertius. Bonifacius octauus.

Ecclesiæ calamitates per principes reparantur.

Stephanus Papa.

Leo. Adrianus Ioannes.

Leo Papa.

Ioannes.

Gregorius.

Eugenius.

Pontifices à Roma pulsi.

¶ Principes autem & Reges Christiani ad ecclesiæ defensionem vocati, venire eamque defendere tenentur. Nam vt inquit Ambrosius libro primo de Patriarchis. Sicut principibus & potestatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur: secularium dignitatum administratoribus defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit: quod si facere contempserint: à communione sunt expellendi. hæc ibi. habentur in capitul. dicat aliquis. §. præterea. 23. quæst. 5. Administratores planè secularium dignitatum qui ad ecclesiarum tuitionem pupillorũ ac viduarum protectionem rapaciũq; refrenationẽ cõstituti esse proculdubio debent;

Reges Christiani tenentur ecclesiã defendere.

quotiens

quotiens ab episcopis & ecclesiasticis viris conuenti fuerint: eorum quærimonias attentius audiant: & secundum q̃ necessitas expetierit absq; negligentia examinent: & diligenti studio corrigant. Quod si Dei timorem præ oculis non habentes negligere post secundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint: omnes se nouerint communione vsque ad cõdignã satisfactionem priuati. Ita dicit Ioannes Papa octauus in c. administratores ea. causa. & q. Regum enim & principum est proprium officium facere iudicium atque iustitiam & liberare de manu calũniantium vi oppressos: vt ait Hieronymus Hieremiæ. 7. habetur in c. Regum. 23. q. 5. Nam vt inquit Isidorus. Principes seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eã dem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent: nisi vt quod non præualent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem: potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpè per Regnum terrenum cœleste Regnum proficit, vt qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt: rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam quam vtilitas ecclesiæ exercere non prævalet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat, & vt veneratione me reatur, virtutem potestatis imparciatur. Cognoscant principes seculi Deo se debere esse redditu ros rationem propter ecclesiam: quam Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur: ille ab eis rationem exigit: qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Hæc ille. Habentur in c. principes. 23. q. 5. Ad idem tex. in c. grandi de supplen. negli. præl. li. 6. hocenim pertinet ad Reges Christianos, vt temporibus suis pacatam velint matrem suam ecclesiam habere (vt inquit Augustinus super Ioannem, habetur in c. quando vult Deus. 23. q. 5.) Debent ergo pacem ecclesiæ procurare, non autem turbare per schismata vel alias. c. in quibusdam de pœnis. Tenentur ergo Reges alijque principes Christiani vocati à Papa pro ecclesiæ defensione venire: eamque viriliter defendere, vt in c. 1. in principio. in ti. hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines & cætera. & ibi notat Bal. & in c. 1. in principio quibus modis feud. amittit. iuxta illud psal. 2. Et tunc Reges intelligite erudimini qui iudicatis terram, Seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore. Quod exponens beatus Augustinus in libro de correctione Donatistarũ ad Bonifaciũ. c. 13. transumptiuè in cap. ecclesia. 23. q. 4. sic ait. Quomodo ergo Reges Domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? & subdit. aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam & Rex est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter. Quia vero etiam Rex est, seruit leges iusta præcipientes & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum & illa excelsa quæ contra præcepta Dei fuerunt constructa destruendo. 4. Regum. 18. sicut seruiuit Iosias talia & ipse faciendo. 4. Regum. 22. Sicut seruiuit Rex Niniuitarum vniuersam ciuitatem ad placandum Dominium compellendo Ionæ. 3. Sicut seruiuit Darius idolum frangẽdo in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo. Danielis. 14. Sicut seruiuit Nabuchonosor omnes in Regno suo positos, à blasfemãdo Deo lege terribili prohibendo. Danielis. 3. In hoc ergo seruiunt Domino Reges, in quantum sunt Reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi quæ non possunt facere nisi Reges, alioquin iram Dei in se prouocãt, & eius indignationem incurrunt, cui de his rationem strictam reddere tenentur. Et vltra hoc Papa potest eos corrigere, castigare, & si opus fuerit deponere, sicut de Constantino & Leone eius filio Imperatoribus Constantinopolitanis & de aliis regibus dictum est; suprà in 2. parte. §. 7. aliquid etiam dicetur in sequenti parte cum de Rege & Regina Nauarræ specialiter agemus.

Conclusio.

§. III.

Ecclesiam uet bellum contra schismaticos.

COnuocatis autem regibus & principibus Christianis contra schismaticos: eorumque auxilio ab ecclesia postulato, potest si opus fuerit ecclesia bellum iustum contra eos mouere, vt notatur in c. venerabilem de elec. & in ca. nouit de iudi. & in cap. ex gestis de clericis non residentibus. & in c. ad Apostolicæ de re iudic. libro 6. & in c. 1. de homicidio eo. li. & in c. alius. 15. q. 6. tenet expresè Ioan. de Ligniano in tractatu de bello, quem refert & sequitur Archiepiscopus Flor. 3. parte. ti. 4. c. 2. §. 3. in principio. & §. 10. versi. Item quæritur. Idem tenet Io. de Pla. in l. vna. post principium. ver. item quæro. C. vt armorum vsus libro 11. concludentes quòd Papa potest indicere bellum contra Imperatorem schismaticum vel hæreticum vel iura & libertates ecclesiæ vsurpantem. Pro rebus enim ecclesiæ, licitè potest ecclesia bellũ mouere, & principes Christianos ad hoc vocare. 23. q. 3. c. Maximianus. 11. q. 6. c. auctoritatẽ ibi glo. & 2. q. 8. c. igitur & c. hortatu. debet ergo Põtifex si vult bene iura sua defendere pro pugnatores penes se habere. 23. q. 8. c. igitur. c. vt pridem & §. ecce. notatur per gloss. in summa. & contra violatores ecclesiasticæ libertatis, vel res ecclesiæ inuadentes si oportuerit arma suscipere 23. q. 5. c. principes & c. sequenti. nõ possunt enim Regna atque imperia sine armis defendi. Vnde contra delinquentes & Apostolicæ sedis maiestatem conténentes: seueritate vti oportet, nec vllum pertimescere quamuis etiam præpotentem. Ambrosij & Innocentij primi exemplo, quorum vnus Theodosium, alter Archadium excõmunicare non timuit. Etsi opus fuerit potest & debet arma sumere bellumque contra tales indicere sedisque Apostolicæ maiestatem tueri. Porro quid excellentius quidue laudabilius, quàm pro vnitate ecclesiæ rerumque suarum defensione, contra ecclesiæ hostes magno animo ingentique apparatu arma capere, hoc proprium summi Pontificis munus est, ad quem spectat ecclesiæ vnitatem & iura pro viribus defendere. Ecclesia quidem non semper debet persecutionem expectare, sed aliquando ex iusta causa persecutionem facere potest contra ecclesiæ inimicos vt notanter ostendit Augustinus in libro de correctione Donatistarum ad Bonifacium comitem. cap. 8. transumptiuè in capitu ecclesia. 23. q. 4. Quod

Universidad de Navarra
Biblioteca

præfiguratum fuit in veteri testamento in illa sanctissima muliere libera Sarra quæ matrem nostram cœlestem Hierusalem ideſt veram Dei ecclesiam figurabat: vt inquit Apostolus Gala. 4. Ila quippe ancillam iustè affligebat. Si autem melius discutiamus: magis illa persequebatur Sarram superbiendo: quàm illam Sarra cohercendo, illa etiam Dominæ iniuriam faciebat: ista ponebat superbiæ disciplinam. Iustè ergo ecclesia malos persequitur, iuxta illud psal. 17. Persequar inimicos meos & comprehendam illos: & non couertar donec deficiant. Iusta ergo est persecutio quam facit impiis ecclesia Christi, ista itaque beata quæ persecutionem patitur propter iustitiam, illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi seruiendo. ista vt corrigat, illi vt euertant. ista vt reuocet ab errore, illi vt præcipitent in errorem. denique ista persequitur inimicos & comprehendit donec deficiant invanitate vt in veritate proficiant, illi autem retribuentes malum pro bonis &c. Iustissimè ergo ecclesia insurgit contra schismaticos & alios eius iura & bona occupantes ac perturbantes; vt eosdem à suis insolentiis prauisque actibus & moribus cõpescat. Eius namque proprium est aberrantes & diuisos ab errore sui semita reuocare; ad bonum que cogere, Ezechielis. 34. vt latè demonstrat idē Augustinus vbi suprà. c. 16. & 20. transcribitur per Gratianum. 11. q. 6. c. schismatici. Multitudinibus enim per schismata pereuntibus sancta Romana ecclesia vt subueniat, studere debet, vt per eundem Augustinum vbi suprà. c. 27. transumptiuè in c. vt constitueretur. 50. di. Quinimo quilibet prælatus qui habet iurisdictionem temporalem: in subditos inobedientes licitè mouet arma. 15. q. 6. c. auctoritatem. & c. nos sanctorum. ar. 23. q. 8. c. scire igitur & c. hortatu & c. dispar. diximus suprà. §. 2. in principio. de quo per glo. Archi. & præpositum in c. si quis. 26. di. & Archie. Flo. 3. parte. ti. 4. c. 2. §. 9. ver. ita quæritur vtrum. Et tunc quando contra schismaticos vel bona seu iura ecclesiæ vsupantes arma sumuntur: non propriè dicitur bellum: sed melius executio iurisdictionis vel iusticia. ff. de rei ven. l. qui restituere. Ista sunt notanda verba Innocentij in c. olim causam prope finem de resti. spo. Immo si rectè consideremus, ista dicetur defensio quæ iure naturali permittitur, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & l. 1. C. vnde vi. cum pluribus concordantibus. Et magis videretur procedere hoc casu prælatus vt pars quæ iura sua defendit quàm vt iudex. in qua quidem defensione potest vti mucrone spirituali excommunicando sine causæ cognitione & sine monitione, vt notanter voluit Inno. in c. venerabili de cẽsibus. colum. 3. versi. nec obsunt. & ibi Abb. in fin. colum. & in cap. cum venissent, de iudi. pen. col. Angelus de Perusio in dicta l. vt vim in fin. potest etiam vti armis materialibus indicendo bellum eo modo quo diximus. Bellum enim non est indistinctè ab ecclesia prohibitum, immo aliquando permittitur & indicitur pro defensione ecclesiæ & iurium suorum, nec non pro Christianorum tranquilitate: vt colligitur ex cap. paratus cum sequentibus. 23. q. 1. Gregorius enim primus ciuis tusciæ præcepit arma capere contra Longobardos iurisdictionem ecclesiæ infestantes: vt legitur in registro Gregorij, & habetur. 22. q. 8. c. vt pridem. Et in ca. sequenti dicitur quod præcepit quibusdam militibus, quod contra ecclesiæ hostes qui in marcha conuenerant bellum mouerent, vt per viam diuersionis, Roma tranquilla maneret, ne Deo sibi irato hostes contra vrbem impetum facerent. Adrianus quoque primus hortatus est Carolum magnum ad capescendum bellum contra Longobardos patrimonium ecclesiæ occupantes. 23. q. 8. c. hortatu. Leo quartus Ludouicum Augustum contra Sarracenos ad bellum concitat vt c. igitur. cum duobus capitulis sequentibus ea. c. & q. Idem fecere multi summi Pontifices, siue pro tuenda religione siue pro amplianda, seu pro rebus ecclesiæ vendicandis, siue pro seruanda pace reipublicæ: vt in Chronicis Romanorum Pontificium satis legitur. Augustinus etiam commendat Maximianũ Vagiensem episcopum, qui bellum ab imperatore impetrauit contra ecclesiæ suæ hostes, eum si secus fecisset, de negligentia reprehendens. 23. q. 3. c. Maximianus. Hoc enim habet ordo iusticiæ naturalis, vt quando vtilitas publica aliter haberi nequit, gladio bellico per principes, qui iudicari possint contra contumaces impetretur, non tam sui vlciscendi causa, quem tuendæ ecclesiæ sibi creditæ vel religioni & reipublicæ sibi cõmissæ, vt dicto cap. Maximianus. & 15. q. 6. c. auctoritatem cum multis similibus. Maximianus enim Vagiensis episcopus, auxilium petiit ab imperatore Christiano contra hostes ecclesiæ: à quibus quamplures iniurias & damna pertulerat, non tam sui vlciscendi causa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. quod si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Nec enim Apostolus Paulus vitæ suæ transitoriæ consulebat, sed ecclesiæ Dei, quando contra illos qui eum occidere conspirauerant, consilium illorum tribuno vt proderetur, effecit. vn de factum est vt eum ad locum quo fuerat producendus deduceret miles armatus, Ne illorum pateretur insidias. Romanas etiam leges implorare minime dubitauit, ciuem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. itemque ne Iudæis interim eum interimere cupientibus traderetur, Cæsaris popoſcit auxilium: Romani quidem principis, sed non Christiani, vt ista habentur Actuum. 22. 23. 25. c. In quibus satis ostendit Apostolus quid facere deberent postea Christiani dispensatores, quando imperatores Christianos periclitante ecclesia reperirent. Hinc ergo factum est vt Imperator religiosus & Pius prælatus in notitiam suam talibus causis, mallet piissimis legibus illius impietatis errorẽ omnino corrigere & eos qui contra Christum Christi signa portarẽt, ad vnitatem Catholicam terrendo & cohercendo redigere, quam sæuiendi tantummodo auferre licẽtiam & errandi ac pereundi relinquere. Ita notanter ad propositum dicit Augustinus in libello de correctione Donatistarum ad Bonifacium. c. 18. & traditur in prælegato. c. Maximianus. Attendens ergo Iulius secũdus Põtifex maximus, ecclesiã ex pernicioso illo schismate afflictã iura etiam & bona Romanæ ecclesiæ tirannicè occupata, cuius vires nõ sufficiebãt ad ipsam ecclesiã ruinã minitante & penè omnino collapsam, erigendã, nisi

principum

Prælatus mouet bellũ contra subditos inobedientes.

Bellum dicitur defensio

Excommunicatio.

Bellum ecclesia permittit,

Bellum per viam diuersionis.

principum Christianorũ auxilio vteretur; ipsum imploranit, vt per viã diuersionis contra Regem Francorum bellũ conficeretur, quousq; ab insania ad sanam mentẽ rediẽs sacrosanctam matrẽ ecclesiã incolumẽ atq; illæsam omnino relinqueret: à prauis initiis desistendo, & mala præterita reparando. Istud autem bellum dicitur iustum, immo iustissimum: & potest dici defensio, quæ à iure naturali permittitur, vt paulo antè dicebamus: nam quilibet tenetur ius suum defendere: vt l. illud. ff. de peti. hære. & 63. di. c. antepe. ita dicit glo. in prælegato. c. Maximianus. in ver. Sed negligentia pro defensione igitur iuriũ suorum, quia vim vi repellere licet. dictal. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. 1. C. vnde vi. c. olim causam. de restitu. spo. c. significasti. de homi. c. dilecto. de sen. excõ. li. 6. l. prohibitum. C. de iure fisci. notant doctores in c. sicut. el 3. de iureiurando, traditur per Archiepiscopum Flo. 2. parte. ti. 4. c. 1. in fi. In hoc autem bello interueniunt illa quinq; quæ ad iustũ bellũ requirit glo. 23. q. 1. in summa: & reducũtur ad tria quæ ponit Sanctus Tho. 2. 2. q. 40. arg. 1. & Archiepi. Flo. vbi suprà & doctores in prælegato. c. sicut de iureiurando. scilicet auctoritas principis, causa iusta, & recta intentio vt latè per eos. In casu enim de quo agimus, interuenit auctoritas Papæ vicarij Christi in terris ac supremi principis: iusta causa, quia pro defensione ecclesiæ & pro traquillitate totius populi Christiani: itaque non zelo vindictæ, sed magis zelo iustitiæ, & pro mouendum & vitandum malum; & vt mali à suis peruersis conatibus compescantur: vt inquit Augustinus contra Manicheos & habetur in c. quid culpatur. 23. q. 1. Fateor tamen quod si interueniant illa duo: scilicet auctoritas superioris & iusta causa, quamuis intentio recta deficiat, vt puta si ex odio aut animo malignandi bellum geratur: peccabit quidem mortaliter bellum gerens ad restitutionem tamen ablatorum & damnorum datorum: non tenebitur, quousq; ad iustitiã faciendã & obedientiam superiori exhibendã se offerat is contra quẽ bellũ geritur secũdum Archiepiscopũ Flo. vbi suprà. Patet ergo ex prædictis quod ex iusta causa prout est schisma potest Papa bellum iustum mouere contra schismaticos, vt à schismate desistant & à suis prauis conatibus cõpescãtur. In quo quidẽ bello omnes præsertim principes Christiani tenentur ecclesiam iuuare, & schismatici capti in tali bello debent furca suspendi secundũ Bal. in c. 1. §. iniuria. 1. co. de pace iura firman. alij incipit. §. furtum. in principio. refert Io. de Anania in ru. de schismaticis. co. 3. in fine. & cum sint diffidati à iure vt c. vno de schisma. li. 6. post principium ibi expositis personis eorum capiendis, videtur q; si se defendant, possunt impunè occidi sicut de diffidato ab imperatore dicit Dominicus in ca. 7. de homicidio li. 6. quem refert & sequitur Martinus de Laude in tractatu de principibus. ver. 508. Vasalli etiam imperatoris & cuiuscunque schismatici, possunt absolui à iuramento fidelitatis, vel potest declarari, quòd vasalli non teneantur ipsum iuuare vt dicto cap. nos sanctorum & in cap. iuratos. 15. q. 6. & in cap. ad Apostolicæ de reiudi. li. 6. cum aliis similibus; immo ipse Imperator tenetur dare subsidium Papæ ad bellandum suos hostes, vt d. c. Maximianus. 23. q. 3. & per totam illam causam & c. auctoritatem. 15. q. 6. cũ concordantiis ibi positis. Ad idem. c. administratores & ca. principes & c. quali. 23. q. 5. de quibus in præcedenti. §. mentionem fecimus, de quo etiam per Oldra. con. 62. in fine. incipit circa hoc veniunt. & consilio 89. & per Fredericũ cons. 163. Vnde cum schismatici sint ecclesiæ hostes. vt c. alienus. 24. q. 1. tenetur Imperator contra eos ecclesiam adiuuare vt est text. notandus in cle. Romani principes. §. porro de iureiurando & notat ibi Io. de Imo. col. 3. dicens, nota Imperatorem debere dare fauorem contra schismaticos & hæreticos ex iuramento, & si non facit, est periurus & deponi potest. hæc ille. Potest enim Papa ex causa ardua iurisdictionem in temporalibus quam à Deo habuit vel suscepit in habitu, deducere ad actum contra quoscunque, maximè contra schismaticos, vt patet ex iam dictis, & firmat Abb. Siculus in ca. sicut el 5. de iureiurando. col. 6. ver. ergo amplius, præsertim inuocando brachium seculare vt in præcedenti. §. dictum est.

Vasalli schismatico rum absoluuntur ab eorum fidelitate.

Requisita ad bellum iustum.

Imperator tenetur iuuare ecclesiam cõtra hostes suos.

Schismatici sunt ecclesiæ hostes.

Papa ex causa ardua potest exercere iurisdictionẽ in temporalibus.

§. IIII.

ET non tantum poterit Papa bellum indicere contra schismaticos & rebelles ecclesiæ, verum etiam euntibus ad bellum potest indulgentiam concedere eosque cruce signare, vt Iulius Papa in casu de quo agimus fecit. Nam si crux transmarina pro acquisitione vel recuperatione terræ Sanctæ tantummodo prædicatur, multo fortius videtur prædicanda pro vnitate ecclesiæ conseruanda sicut Domini vestimentum. Neque enim filius Dei in mundum venit, nec Crucem subiit, vt terram acquireret, sed vt captiuos redimeret, & peccatores ad pœnitentiam reuocaret, nec aridam immo Catholicam ecclesiam desponsauit. Cum autem maius periculum immineat in hac vltima quàm in prima, quia præciosior est anima, quàm res. C. de sacro sanct. eccles. l. sancimus, id est magis subueniendum est. 61. distin. cap. miramur. 42. dist. cap. quiescamus, ergo &c. Si verò offensionem personarum consideremus, nemo dubitat, quin magis delinquunt inobedientes Christiani atque schismatici qui ad fidem semel susceptam precisè cogendi sunt, quàm Sarraceni, qui nec ipsam inuiti susciperi compelluntur. 23. q. 5. capit. ad fidem. 45. distin. capitul. de Iudæis. Nemo enim mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est Regno Dei. capitu. magnæ de voto. Minus etiam malum est viam Domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire. capit. quidam in fine de Apostatis. Si autem pro simplici contumacia hoc accidere solet vt capitu. fina. de pœnis, quid de detrahentibus potestati Romanæ & ponentibus os in cœlum? Nam qui Romanæ ecclesiæ detrahit, hic proculdubio in hæresim labitur. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei, & illi hoc est Deo contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis noscitur prætulisse. 11. distin. capitu. omnes. Item qui contra pacem ecclesiæ sunt si dignitatem aut cingulum habent, nudentur eis. 24. q. 1. qui contra pacem, ad quam nudationem faciendã possunt principes Christiani conuocari indulgentia cõcedi, & crux prædica-

Papa potest dare indulgentiam cõtra schismaticos & crucem.

De cruce.

finam crucis signo inimici Christi fugandi sunt: vt dicit glos. super illud Psalm. 81. Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt me, & confundantur. Schismatici autem hostes & inimici Dei sunt: vt sæpe dictum est. c. alienus. 24. q. 1. Fugandi ergo sunt signo crucis: quæ (vt inquit Chrisostomus in Homelia de laude crucis) est consolatio pauperum, refirmatio diuitum, destructio superborum, tyrannorum pœna, triumphus contra dæmones, obsessorum murus, pater orphanorum, defensor viduarum. Si autem contingat aliquos Christianos diabolicis instigationibus sic superari & implicari, vt tunicam Domini velint scindere: & à capite ecclesiæ tyrânica violentia se subtrahere: tanquam mendaces effecti promissionis factę in baptismo, in quo promiserunt diabolo & pompis eius renunciare, & ipsi Christo per fidem & charitatē incorporari: per crucem Christi compescendi sunt, magis quàm Pagani vel Iudæi. Quia (vt dicitur 2. Petr. 2.) melius erat ei s viam veritatis non agnoscere, quàm post agnitionem retrorsum reuerti ab eo sancto proposito, quod datum est eis. Et signanter dicit melius: quia minus malum est pati iniuriam ab extraneis, quàm à familiaribus, vt ibi dicit g'os. Propterea Dauid in persona Christi loquens de Iuda, qui eum traditurus erat, dicebat Psalm. 40. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Ad idem Psalm. 56. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset absc̄o dissem me forsan ab eo: tu verò homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui simul mecū dulces capiebas cibos, in domo Domini ambulabamus cum consensu, &c. Facit etiā illud quod solet, Nulla maior pestis, quàm familiaris inimicus. Cōtra tales igitur Christianos schismaticos ecclesiam Dei eiusque prælatum grauiter offendentes, pacemque ecclesiæ perturbantes, concedenda est indulgentia, & crux prædicanda. ita notanter concludit Hostien. in summa, tit. de voto, §. in quo casu. & Augustinus de Anchona in libr. de potestate ecclesiæ. q. 25. art. v. Oldradus consil. lxij. in hoc incipit, & circa hæc. Albericus in l. iubemus nulli. quarta colum. in fine. C. de sacrosan. eccles. & Ioan. de Ana. in rubric. de schisma. prope finem. quod mihi satis placet: quoniam vt ex prædictis constat, hic interueniunt duo: quæ ad indulgentiam sunt necessaria: videlicet potestas Romani pontificis concedentis, & iusta causa concessionis. s. defensio ecclesiæ & iurium suorū: nam si pro aliis leuibus causis soleret indulgentia concedi, vt puta pro dedicatione ecclesiarum, & pro ædificatione pontium, vt dicit tex. in c. quod autem. de pœniten. & remi. vel pro oratione pro Rege facienda: vt aliàs cōcessit Innocētius quartus his qui orabant pro Rege Franciæ, vel pro aliis similibus causis, de quibus per doctores in d. c. quod autem, & per Theologos in quarto sententiarum. dist. 20. & per Archiepiscopum Flor. 3. parte historiali. tit. 22. cap. 11. in principio. & in locis infrà allegandis: multo fortius concedi potest super re tam graui tamq; ardua, ecclesiæ, & pene toti Christianitati necessaria. Vnde iustum est, q̄ decedentes in tali bello, Apostolicis iuuentur indulgentiis, & de thesauro ecclesiæ afflictæ: qui obsequium & succursum præstiterunt: participent: cùm eas etiam pro minori bono & inferiori difficultate sæpius ecclesia concesserit, vtpote pro sola mansione vel mora in hora mortis apud aliquod hospitale, vel pro facili visitatione alicuius loci pij, aut similibus. Fuerunt quoque multi Romani Pontifices qui indulserunt plenariè decedentibus in bello pro ecclesia suscepto. Nam Gregorius nonus anno Domini 1224. concessit indulgentiam plenariam laborantibus pro defensione ecclesiæ contra Imperatorem Fredericum secundum iura & bona ecclesiæ occupantē, & pacem ecclesiæ perturbantē: vt refert Archie. Flor. in 3. par. histor. tit. 19. c. 4. §. 3. post prin. Idem ex eadem causa & contra eundē concessit Inno. 4. vt refert idem Archie. vbi suprà c. v. §. 2. in prin. Idem fecit Vrbanus quartus anno Domini 1261. contra Manfredum eiusdem Frederici filiū: quia contra ecclesiā & iura sua pugnabat: vt per eundem Archiepisc. vbi suprà c. 13. in prin. Idem fecit Martinus quartus, vt conseruaret Carolum primum Andegauensem & Siciliæ Regem in noua ipsius Regni possessione, contra Petrum Aragonum Regem, qui vocatus à Siculis prosequebatur ius vxoris Constantiæ filiæ Regis Manfredi: qui longa possessione Regnum Siciliæ tenuit, sicut eius pater & auus, & à prædicto Carolo interfectus & Regno priuatus. ipse autem Petrus confirmatus in eodē Regno à Nicolao tertio, ipsum Regnum prosequebatur, & vindictam mortis soceri sui Manfredi, Regnumq; Siciliæ dedentibus incolis suscepit: nec vlla alia re sedem Apostolicam molestauit: immo causam suam iustis iudicibus decidendam semper obtulit: & tamen pro sola conseruatione dicti Caroli possessoris inuestiti per Romanam ecclesiā de Regno illo: idem Martinus indixit bellum contra dictum Petrum, non modo pro recuperatione Regni Siciliæ: verum etiam pro expugnatione & inuasione paterni & auiti Regni Aragonum, quo illum priuauerat, quia facile ecclesiæ non obediuit, crucemq; contra eum prædicari fecit, indulgens plenariè ad id bellum accedētibus, prout ista constant ex archiuis Apostolicis, & tradit Archiepis. Flor. in eadem 3. parte histor. ali. tit. 20. ca. 4. §. 8. quamuis ipse tanquam scriptor nationis Florentinæ quæ à Gallis plurimū semper pependit: partibus Andegauensium plus æquo faueat in historia. Martinus etiam quintus indulgentiam concessit pugnantibus contra Brachiū pro defensione Aquilanæ ciuitatis, quæ est regni Apuliæ, prout refert Archiepis. Flor. in eadem 3. parte. tit. 22. ca. 7. §. v. Plures alij Romani Pontifices idem concesserūt, pro facilioribus causis & bellis non tam iustis, sicut erat istud de quo agimus, contra Regē Francorum, huius schismatis auctorē: qui multas ecclesiæ Romanæ fecit iniurias, & plures eius terras & iura inuasit, eiusq; Pōtificem multipliciter molestauit: neq; his cōtentus, bellū vniuersæ Italiæ minatus est: & de tota ipsius Italiæ monarchia vsurpanda contendebat: cùm necessariò ex hoc timeretur ecclesiæ & iurium suorum oppressio, ac Christianitatis confusio, & pene totalis euersio: cùm meritò timendū sit, nata occasione diuisionis Christianorum, Turcas infestissimos hostes in Christianos (prout assolent) intolerabilius sæuituros. Cupiēs igitur Iulius Pontifex maximus, Regem Francorum ad iustitiæ limites reducere

Iniuria à familiaribus.

Requisita ad indulgentiam.

Pontifices qui bellantibus pro ecclesia indulserunt.

Taxat Antonium Prioriensem in fauorem Gallorum.

ducere, & ecclesiæ deperdita recuperare: ad finē vniuersalis pacis: iuxta illud quod Philosophus in Ethicis tradidit, bellum (inquit) gerimus vt in pace viuamus. habetur in c. noli existimare. 23. q. 1. & in c. paratus in fine. & c. apud veros: indixit bellum Regi Francorum signanter per ducatum Guianæ Hispaniæ contiguū: quousq; pacis & iustitiæ terminos complecteretur: ne forte sumptis vniuersis Galliarum viribus, nullo sibi obice interposito vniuersam Italiam & ecclesię iurā (prout eius anteceſſor fecerat) confunderet atque euerteret: immitatus Beatum Gregorium qui per modum diuersionis bellum indixit, cōtra hostes ecclesiæ vt Roma tranquilla maneret (vt diximus in præcedenti. §. post principiū) mala enim voluntas cohibenda est. debilitare enim ea quæ noscitura sunt: laudabile ac pium est, vt inquit Hieronymus super Sophoniā: & habetur in c. Si quis fortitudinem. 23. q. 2. nam sic agendo: adimitur malis potestas delinquendi & bonis consulitur vt in pace viuant. c. ab imperatoribus. ea cau. & q. nam contra futurum grauamen verisimiliter inferendum: potest quis sibi prospicere prorumpēdo in appellationem. c. bonæ de app. item per viam facti resisti potest: si mora interpellandi vel adeundi iudicem est allatura periculum. l. ait prætor. §. Si debitorem. ff. de his quæ in fraudem credi. melius enim est ante tempus occurrere: quàm post vulneratam causam remedium quærere. l. fi. C. in quibus ca. in integ. resti. non est ne. Vnde Terētius. Malo nos ante prospicere: quàm vlcisci accepta iniuria. Cum his concordat quod scribit Valerius li. .ti. . de fortitudine. c. 18. Nam cum Tiberius Grachus teneret rempublicā Romanorū oppressam factionibus & conspirationibus: & Mutius Scæuola consul legibus non armis rem gerendam diceret: cæteris quoque torpescētibus: Scipio nasica quoniam inquit consul dum iuris ordinem sequitur, id agit: vt cum omnibus legibus Romanum imperium corruat: egomet priuatus ideſt nullo magistratu fungens, voluntati vestræ me offero ducem. ac deinde circūdedit manum leuam toga: erectáque manu: proclamauit. Qui volunt rem publicam esse saluam: sequātur me: & seditiosum virum Tiberium gracchum cum sceleratis eum sequentibus & fœderatis pœnas luere coegit. Ex isto exemplo naturali Romanorum patet, quod vbi quies patriæ infestari timetur: omisso iuris ordine ad arma recurritur. Res enim grauiores armis, paruæ autem legibus terminantur: vt dicere solebat Papa Pius secundus sicut in eius vita in fine Platina commemorat. Iuste ergo fecit Romanus Pōtifex Iulius secundus præuenire hostium maliciam: indicendo bellum Regi Francorum: vt ab ecclesiæ molestia desisteret. Vt autem Christianorū animos ad hoc aliceret: iustè eos cruce signauit & indulgentiam plenariam eis concessit: vt alij Romani Pontifices pro leuioribus causis id fecerunt. Ad hoc vltra prædicta bene facit textus in c. omniū. 23. q. 5. vbi Nicolaus Papa exercitui Francorum scribens ita inquit: Omnium vestrum nosse volumus charitatem: quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit: Regna illi cælestia minimè negabuntur. Ad idem facit quod scribit Leo quartus eidem exercitui Francorum in capitul. omni timore. 23. q. 8. Omni (inquit) timore ac tremore depositō contra inimicos sanctæ fidei & aduersarios omnium religionum agere viriliter studete.

Nota illū textum.

¶ Nouit enim omnipotens si quilibet vestrū morietur quod pro veritate fidei & saluatione patriæ ac defensione Christianorum mortuus est: & ideo ab eo præmium cæleste consequetur. hæc ibi. Quamuis enim ille textus loquatur de bellantibus contra infideles: vt eorum forte bona & terras accipiant: idem fortius dicendum est de bellantibus contra schismaticos ecclesiæ rebelles: & pacem inter Christianos turbantes: vt in principio huius §. probatum est. Quinimmo aliqui audent dicere quod morientes in tali bello iusto: si id faciunt principaliter propter deum & pro defensione ecclesiæ martyres dicuntur. Martyr enim græcè: interpretatur latinè testis: ad perfectā autem rationem martyrij, secūdum doctores præsertim beatum Thomam. 4. li. sen. d. 46. Tria requiritur, voluntas, pœna, & causa. vt ibi per eos, quæ omnia concurrunt in bellantibus pro defensione ecclesiæ. Voluntas quidem patiendi pœnam non quamcumque sed mortem si opus fuerit pro defensione ecclesiæ, & ita pro ipso Christo eius sponso. Itaque martyrij causa est ipse Christus & eius sponsa secundum Beatum Thomam vbi suprà: quod videtur satis rationabile. Nam si in religione gentilium non vera, decedentibus pro republica & salute patriæ locum esse definitum in cœlo vbi beati sempiterno æuo fruerentur (apud gentiles pro veritate tenebatur) vt refert Cicero in libro de somnio Scipionis, institutæ de excusationibus tutorum in principio: multo vberius piētissima Christiana religio: quæ centesimum fructum vsque metit, non modo obeuntibus pro salute religionis & reipublicæ, præmium cæleste constituit vt in proximo allegatis iuribus dicitur, verum etiam si illa principaliter in Christum transferatur vltra essentiale præmium: aureolam etiam martyrij repromittit: super quo tamen amplius cogitandum est.

Nota illius textum.

Quomodo morientes in bello dicuntur martyres.

De morientibus pro religione vel republica.

§. V.

NEC prædictis obstat si aliquis dixerit q̄ Papa non potest nec debet talem indulgē tiam concedere: per quam homines ad bella incitat. Quod Christus cuius ipse est vicarius prohibere videtur: cùm dixerit per Matthæum c. 26. Omnis qui acceperit gladium: gladio peribit. Indulgentiæ autem sunt allectiua quædam ad eas res, pro quibus dantur: si autē bella sunt à Christo prohibita: non debent pro eis à Christi vicario indulgentiæ concedi, quoniam ad hoc respondetur ex suprà dictis, quòd auctoritas euangelij prædicta prohibet vsum gladij in priuata persona & auctoritate propria & in publica non zelo iusticiæ sed vindictæ, illud enim est accipere gladium, cum quo semper perit, qui accipit mortaliter scilicet peccando, nisi pœniteat, priuata autem persona quæ de mandato superioris & cum causa vel publica quæ ex zelo iusticiæ, quasi Deo iubente gladio vtitur: non ipsa accipit gladium, sed ab alio sibi commisso vtitur, vnde præmium non autem

Oppositio.

Solutio. An & quo modo liceāt Christianis gladio vti.

autem pœnam meretur: ità exponit Augustinus in libro 9. contra Manichæos & habetur in cap. ille gladium. 23. q. 4.

Oppositio. ¶ Non obstat si dicatur quòd Papa quantum

De scandalo vitando. potest debet multa sustinere, & multa pati ad euitandum scandalum infirmorum, iuxta illud Apostoli, primæ ad Corinth. 9. Omnia sustinemus, ne aliquod offendiculum demus Euangelio Christi. Sed de hoc, quod Christiani cruce signati ad expugnandum Christianos destinãtur, multi populares & inferiores de ecclesia scandalizantur: tale ergo scandalum per Papam est vitandum. *Solutio.* Ad hoc respondetur, quòd ad euitandum scandalum infirmorum, Papa quantum potest debet substinere, ne auxilium crucis super aliquos Christianos faciat inuocari: quando tamen graue delictum commissum est, quod euidenter apparet non esse tolerandum propter tale scandalum non esse admittendum: quia propter scandalum passiuum, nec veritas doctrinæ, nec sanctitas vitæ, nec æquitas iustitiæ est obmittenda: vt dicit Hieronymus, de quo plenius per glos. in cap. qui scandalizauerit. de reg. iuris.

Oppositio. Christi actio nostra fuit instructio. ¶ Non obstat auctoritas Augustini in libro de vera religione, cùm dicit, quòd nullum peccatum committi potest nisi dum appetuntur, quæ Dei filius contempsit, aut fugiuntur quæ ille sustinuit: quia tota vita eius in terris per hominem quẽ susscipere dignatus est, nobis disciplina morum fuit: vt cap. significasti. de electio. sed Christus per crucem non exercuit potestatem & seueritatem iustitiæ, sed magis humilitatem: Exemplo ergo Christi Papa non debet vti cruce ad seueritatem iustitiæ, sed ad humilitatem misericordiæ. *Solutio.* Nam ad hoc dicendum est, quòd sicut Christus pauper esse voluit, vt nos diuites faceret: & mori voluit vt nos à morte liberaret: sic humilis esse voluit, vsque ad crucis patibulum, vt nos de superbia tyrannorum eriperet. Per ipsam verò crucem voluit dæmones & omnes tyrannos debellari, vt in præcedenti §. diximus. Vnde scribitur Sapientiæ 14. Benedictum lignum per quod fit iustitia, quod de ligno crucis intelligendũ est.

Oppositio. An crux detur contra Christianos. ¶ Non obstat similiter si dicatur, quòd cruce signatus non eiicitur cruce: scribitur enim Matthæi 12. Si sathanas sathanã eiicit: quomodo stabit regnum eius? Cùm autem in casu de quo agimus schismatici sint cruce signati, quia Christiani, immo Rex Franciæ Christianissimus appellatur: non ergo debent expugnari per cruce signatos. *Solutio.* Ad hoc respondetur, quòd non eiicitur cruce signatus à cruce signato, in quantum est crucis Christi imitator: sed vt est vicarij Christi contemptor, & membrorum ecclesiæ persecutor. Crux enim Christi est superborum destructio, & tyrannorũ pœna (vt dicit Chrisostomus in Homelia de laude crucis: cuius verba in præcedenti §. retulimus.) Vnde etiam contra Christianos schismaticos & rebelles crux prædicari & indulgentia concedi possunt, etiam contra Regem Francorum: quãuis enim eius antecessores temporibus retroactis Reges Galliæ obedientes fuerint, & sequaces sacrosanctæ matris ecclesiæ, & in schismatibus præteritis rarò vel nunquam deuiauerint ab vnitate ecclesiæ, immo ipsam collapsam sæpe totis viribus erexerunt: præsertim Carolus magnus (vt in præcedentibus diximus)

De Rege Francia.

De Carolo magno.

De Regib. Francia.

qui religionis zelo & contemplatione sibi & successoribus imperium adeptus est, & à Græcis in ipsum translatum. A sancta etiam synodo summorum Pontificum electione sibi concessa, vt traditur in Ecclesiastica historia, & in cap. Adrianus. 63. distin. Reperio etiam, quòd Reges Franciæ qui pro tempore fuerunt, octo summos Pontifices à sede propria expulsos, ad sedem ipsam reduxerunt: quorum nomina sunt hæc: Sergius, Leo, Zacharias, Stephanus, Calixtus, Innocentius, Alexander tertius, & Paschalis. Non tamen propter hoc Christianissimi appellati sunt, vt aliqui putant. Primus enim qui hoc nomine appellatus est, fuit prænominatus Carolus magnus in magnifico monumento Aquisgrani, vbi ipse fuit sepultus. Cui additus ex firmo lapide cum huiusmodi inscriptione: Caroli magni Christianissimi Imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum est. Hunc excessum habuit Carolus, quia nihil antiquius duxit, quàm Christi fidem dilatare, & terminos proferre Christianorum, vt inquit Robertus Guaguini in historia Regum Francorum, cùm de ipso Carolo magno agit. Item etiam quia Imperator erat, meritò Christianissimus appellari potuit, eo quòd apud Imperatorem maior cura & sollicitudo reipublicæ Christianæ versatur. Nec credendum est peculiariter Regibus Francorum attributum titulum Christianissimus: quorum Carolus magnus & reliqui eius successores, qui hoc nomen meruerunt, fuerunt etiam Imperatores, non Reges tantum Francorum: immo Germani imperio & origine fuerunt: & cum hoc possederunt Frãciam: solis igitur Imperatoribus hoc nomen conuenit, & primo tributum Imperatoribus Carolo Germano & suis posteris, quorum prosapia multos ante annos defecit. Ita dicit Henricus Bebelius in suis commentariis statim post principium, cum agit de modo scribendi ad Cæsarem. Titulus ergo Christianissimi propriè conueuit Imperatoribus. vt cap. ecclesiæ. 97. distinct. & omnibus Regibus qui in religione nostra superiorem in temporalibus minimè recognoscunt. habentibus videlicet iura imperij, & curam & sollicitudinem reipublicæ Christianæ, sicut maiestas vestra habet, vt experientia docet. Et propterea cùm aliquando Christianissimum appello: quia nomina debent esse consona rebus vt Institut. de donationibus. §. est & aliud. quicquid sit, non sufficit ad præmia Christi eiusque vicarij consequenda bene nominari: sed oportet bene agere. Si ergo Rex Francorum Christianissimus appelletur, & populi Christiani curam nó habet, immo ecclesiam persequitur, schisma pernicioſum ac pestiferum in ecclesiam Dei inducendo: iustum est quòd contra eum crux prædicetur, & indulgentia concedatur: vt in præcedentibus dictum est.

Quare Reges Francie Christianissimi appellantur.

Sepulchrũ Caroli.

§. VI.

Cõtra schismaticos.

ET quamuis schismatici propter eorum forsan potentiam prædictas pœnas effugere possint: timere tamen & animaduertere debent, quòd licet aliquando nauicula Petri fluctuet: sub mergi tamen non potest, vt inquit Ambrosius super Marcum. & habetur in capit. non turbatur.

24. q.

24. q. 1. Nam vera religio casui subiacere non potest: vt in epistola inter claras. C. de summa trinitate. & schismatici licet inter vicia ferueant: incrementa verò habere non possunt: nec augere quod illicitè cœperũt: sed statim cum praua sua æmulatione deficient, vt dicit text. in cap. Nouacianus episcopus. 7. q. 1. Vnde quia contra religionem faciunt: sacrilegi censentur: & omnia delicta trãsgrediuntur: vt inquit Augustinus cõtra epistolam Parmeniam, cuius in principio istius quartæ partis mentionem fecimus. Ad hoc bonus textus in ca. Sacrilegium. & in cap. quisquis inuentus. xvij. q. iiij. & in cap. j. de maled. c. & in l. Si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleric. & in l. j. C. de crim. sacrileg. & in l. j. ff. ad legem Iul. maiesta. Qui enim iniustè vexat ecclesiam, sacrilegium committit. 12. q. 1. c. prædia. 16. q. 1. c. placet. in fi. & l. iubemus nulli. C. de sacrosanct. eccl. secundum Archid. Ioan. Andr. Anchar. & Domi. in cap. fœlicis. de pœnis. lib. vj. Sacrilegium enim est sacræ rei violatio vel vsurpatio: & accipitur hic violatio pro quacunque irreuerentia aut dehonoratione. & dicitur quasi sacræ rei vel legis læsio: vt per glos. & doctores in c. sacrilegium. 17. q. 4. Committitur autem sacrilegium tribus modis. Primo ratione rei, auferendo sacrum de sacro loco: vel non sacrum de sacro: vel sacrum de non sacro: vt in præallegata glos. Secundò, ratione loci, sicut cũ violatur immunitas ecclesiæ vel cœmiterij, vt c. si quis. el primo. cum multis sequentibus. ea. cap. & q. Tertiò ratione personæ: sicut cùm quis lædit personam ecclesiasticam: vt cap. quisquis. ea. cap. & q. Et tanto maius reputatur crimen sacrilegij, quanto in digniorem personam committitur: vt dicit glos. pen. in verficul. quod Deo. in c. serpens. de pœnit. distinct. j. & in d. cap. fœlicis. in verbo sacrilegij. de pœnis lib. vj. Cùm autem Papa maior & dignior persona totius mundi sit, quia obtinet vicem Dei viuentis in terris: vt c. inter hircum. de pœnit. dist. 1. & latè dictum est suprà in 1. parte. §. iiij. Concluditur, q̃ istud est maius omni alio sacrilegio, quia contra ecclesiam & Romanum Pontificem committitur. Vnde non est credendum, quòd Deus eum inultum relinquet, cùm sit zelotes, id est, zelans & vindicans peccatum patrum etiam in filios, & vsque in tertiam & quartam generationem: vt dicitur Exod. 20. transumptiuè in cap. nisi cùm pridem. de renuntia. In hoc igitur vel in alio seculo grauiter schismatici puniendi sunt, quia religionem nostram contempserunt. Ex exemplis enim pluribus videmus aliquos in hoc seculo fore punitos propter religionem neglectam. De Iuliano quidem apostata legitur, quòd cùm Deo dicata vasa vniuersa & palia collegisset, proiiciens hæc in terram, contumeliis & iniuriis quibus voluit agens Christum, super ea etiã sedit, & cumulum auxit iniuriarum, moxque verenda eius & loca femoribus circumposita fuere percussa: & ad tam tam peruenit vsque putredinem, vt vermes crearet, medicis laborantibus, nec valentibus vincere passionem: & donec moreretur, non fuit ab hac passione securus. Hoc itaque claruit diuina indignatione gestũ, dum custodes Imperialium thesaurorum & alij plurimi aduersus ecclesias insurgentes, inopinata & miseranda morte defuncti sunt, vt habetur in Historia tripartita libro sexto, cap. 10. & in cap. 32. subdit, quòd repente Iulianus sæua infirmitate detentus, visceribus putrefactus interiit & simum non per meatus digestibiles, sed scelestum os, quod blasphemiis ministrauerat, organum huius digestionis est factũ.

Schismatici sunt sacrilegi.

De Iuliano

Sacrilegiũ contra magnam personam.

Gundericus primus Vvandalorum Rex in Hispania, in Galetiæ partibus regnans, cùm auctoritate Regiæ potestatis irrẽuerenter manus in basilicam sancti Vincentij martyris Hispalensis ciuitatis extendisset: mox Dei iudicio in foribus templi dæmonio correptus interiit: vt latius refert Lucas Tudensis in principio suæ Chronicæ. Alfonsus Aragonum Rex multa commisit sacrilegia: sacra spoliando templa: & propterea statim diuino iudicio punitus est: nam vltimo bello quod contra Sarracenos apud Fragram constituit, occisus est, & nulla eius vestigia reperta sunt, vt annalia illius temporis referunt. Vrraca etiam Regina sæpe sacra spoliauit templa: ecclesiæ ministros vituperauit: inter cætera semel iussit militibus suis, vt ecclesiam monasterij sancti Isidori Legionensis, spoliarẽt calicibus & ornamentis: & cùm illi facinus horrerent, nec præsumerent attentare: ipsa indignata cunctis spoliauit iocalibus, quæ secum ferens, præ foribus templi crepuit, cunctis videntibus, & Dei iudicia laudantibus. Sanctius dictus maior Nauarrorum Rex, cùm esset magnus venator, aprũ secutus est vsque ad ecclesiam sancti Antonij, quæ tunc in quadã silua nemorosa erat sita: cùm verò aper ad altare sancti martyris confugisset: Sanctius conatus est eum venabulo percutere: quapropter ob irreuerentiam sacri templi illico obriguit brachium eius, donec precibus beati martyris vires brachij restitutæ fuere: vnde ecclesiam insignem ædificauit ibidem: vt Chronicæ illius temporis referunt, præsertim Ro. de Arenalo, episcopus Palentinus in sua Chronica, cùm de eodem Sanctio agit: vbi alia similia gentilium exempla cumulat, quæ per eum videri possunt, ideo non refero. Item Almanzor Maurorum Rex Compostella capta ecclesiam diruit, & statim incredibili dysenteria, id est, fluxu ventris fuit percussus. Veremundus secundus Rex Legionis, facili credulitate ductus contra episcopum Compostellanum taurum ferocem iniecit: taurus autem diuino mysterio mansuefactus ad episcopum innocentem accedens, cornua in manibus eius protinus collapsa reliquit. Hic etiam Rex episcopum Ouetensem iniustè carcerauit, & tandiu pluuia cessauit, & valida fames terram oppressit: vbi verò episcopus fuit liberatus, pluuia abundanter de cœlo venit. Quo miraculo Veremundus compunctus, ecclesiam sancti Iacobi & alia pia loca per Almanzorem diruta, restauraunt, & pœnitentiam de prælatorum consilio egit, vt tradunt historiæ.

Gundericus Rex.

Alfonsus Rex.

Vrraca Regina.

Sanctius Rex.

Almanzor Rex.

Veremundus Rex.

¶ Multi autem Gentiles & Iudæi fuere, qui ad sacra templa eorumque ministros irreuerenter se habuerunt, & sui sceleris pœnas statim luerunt.

Exempla Gentilium & Iudæorũ

¶ Machabæorum enim princeps illico post templi violationem, ingenti victoria contra violatores potiti sunt, dixeruntq; , vadamus munda re templum Domini. Nabuchodonosor quia vasa templi Hierusalem asportauit, grauiter fuit punitus, vt diximus suprà 1. parte. §. 7. Balthasar

Nabuchodonosor Rex. Balthasar Rex.

eius

Universidad de Sevilla Biblioteca

Sedechias Rex.

Ozias rex.

Cambises Rex.

Valeus Imperator.

Philippus Rex.

Cirus Rex

Dyonisius tyrannus.

Varro.

Quintus Flaminius.

Scipio Aphricanus.

Pompeius.

Brennus.

Nero Imperator.

Domicianus Imperator.

Valens Imperator.

eius filius: quia in illis vasis vinum bibit, Regno priuatus est, & occisus: vt suprà dictum est in 1. parte. §. 7. De Sedechia Rege similiter legitur, eo quòd Hieremiam prophetam incarcerauit, pessima occubuit morte: vt habetur Hieremiæ 32. 39. Ozias Rex quia contumelias sacerdotibus intulit, eisque pœnas comminãs, statim lepra in fronte respersus est, vt habetur 2. Paralip. 26. transumptiuè in c. nos si competenter. §. Item cùm Dauid. Cambises magni Regis Cyri filius & hæres, propter religionem neglectam, sponte suo gladio se interemit. Valeus Imperator igne crematus, contemptæ religionis pœnas luit. Philippus Macedonum Rex, magni Alexandri genitor, religionẽ contra Focenses Græcos vindicans, gloriam ac famam magnam, & multa dominia in Græciam acquisiuit: acquirendi autem causam & fundamẽtum ipsa vindicta dedit. Cirus etiam Rex propter religionem contemptam regna sua perdidit. De Dyonisio tyranno legitur, q templum Proserpinæ violauit, & Aesculapio barbã euulsit, & propterea eius filius à Regno deiectus est. Varro quia parum honorauit sacra templa, capensem cladem pati meruit. Quintus Flaminius quia offendit sacra Romanis suis, immemorabilem illam stragem apud Transimenum perpessus est. Cùm Scipio Aphricanus Carthaginẽ euertisset, quidam Apollinis templum ingressus eius simulachrum aurea veste indutum spoliare tentauit: quare indignatus Apollo id egit, vt sacrilegæ manus inter fragmenta vel simbrias vestis à corpore abscisæ reperirentur, prout narrat Valerius lib. 1. tit. 1. c. 1. Apollo nihil agere valuit, qui nihil est: nam idolum (vt Apostolus inquit) nihil est, sed verus Deus noster hoc egit (si verum fuit) qui facit mirabilia magna solus: cuius non falsa diuinitas in ficta illo Deo violari censebatur. Pompeio obsidente Hierusalem, Aristobulus & Hircanus intra vrbem plurimum dissidebant, dum alter ingressum Pompei impedire, alter vt intraret niteretur. Quæ discordia effecit, vt liberè Pompeius vrbem caperet: captiuatis itaque Aristobolo & filiis, Hircanũ reliquit Pontificem & ducem: interim tamen Romani insolentes ex victoria effecti, sacrum templum irreuerenter polluunt: equosque in porticu locant: & sacra multipliciter prophanauerunt: qua de re fertur Pompeium ex illo tẽpore infœlicem fuisse, & semper victũ, qui ante victoriosissimus fuit: vnde miserabiliter à Iulio Cæsare victus, fugit in Aegyptũ, vbi Ptolomæus Rex Aegypti, vt Iulio Cæsari complaceret, caput ei amputari fecit, & ipsi Iulio Cæsari in donum misit. Iulius verò Cæsar eo viso ac diligenter inspecto & cognito, auertit faciem, lachrimas mittens pro tanti principis infœlicitate. Brenus Gallorum dux Delphis Apollinis templum ingressus: Dei voluntate in se manus vertit (secũdum Valerium vbi suprà) qui alia plura exempla cõmemorat, quæ per ipsum videri possunt. Nero & Domicianus fidei nostræ hostes acerrimi, pœnas luerunt sacrilegiorum in templa & sanctos martyres commissorum. Valens quoq; perfidus, quia sacra & religiosos insequebatur, diuino miraculo in bello contra Gothos viuus cælesti igne consumptus est. Ex quibus omnibus ac nonnullis aliis vitandæ prolixitatis gratia omissis, patet qualis reuerentia & obedientia debetur religioni & ecclesiæ eiusque ministris. Nam apud Gentiles magna fuit religionis cura, vt testatur Valerius lib. 1. tit. 1. c. 11. dicens: Omnia namque post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiã in quibus summæ maiestatis decus cõspici voluit: quapropter non dubitarunt sacris Imperia seruire: ita se humanarum rerum futura regimen existimantia: si diuinæ potentiæ bene ac constanter fuisset famulata. Hæc ille. & recitat beatus Thomas in tractatu de regimine principum lib. 1. c. 14. in fin. quæ licet agentibus dicta sint vel facta ex quo bona sunt, ab eis extorqueri debẽt, sicut ab iniustis possessoribus: & in vsum fidelium applicanda, vt dicit Hieronymus in epistola ad Pla. & Augustinus in 1. de doctrina Christia. dicit, siue quis doceat siue adiscat bonum à spiritu sancto est: idem Gregorius in homelia pen. prout refert Andreas de Ysern. in cap. 1. §. firmiter. ad fin. in tit. de proh. feud. alie. per Federi. videtur de mente beati Thomæ vbi suprà dixi plenè in tractatu de consilio & consiliariis Regis. c. 4. in princip. Et subdit sanctus Tho. quòd hæc ita erant apud Gentiles ordinata: apud quos sacerdotium & diuinorum cultus erat propter temporalia conquirenda: quæ omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune: cuius Regi cura incumbit: & propterea conuenienter sacerdotes Gentiliũ Regibus subdebantur: & similiter in lege veteri, in qua promittebantur bona terrena: nõ à dæmonibus sed à Deo vero, religioso populo exhibenda: semper tamen, vt Augustinus dicit, sub figura terrenorũ spiritualia spirituales Iudæi & in lege, & ante intellexerunt: hoc expresè dicitur in multis locis, & in libro de medicina pœnitentiæ. Ideo in lege veteri sacerdotes Regibus leguntur fore subiecti: sed nihilominus tam Gẽtiles quàm Iudæi sacris & sacerdotibus reuerebãtur: & colebant eos tanquam religionis ministros. Hoc idem & multo fortius in noua lege faciendum merito est: in qua est altius sacerdotium, per quod homines traducuntur ad bona cælestia. Vnde in lege Christi Reges debent sacerdotibus esse subiecti: propter quod mirabiliter ex diuina prouidentia factum est, vt in Romana vrbe, quam Deus præuiderat Christiani populi principalem sedem futuram: hic mos inolesceret paulatim: vt ciuitatis rectores sacerdotibus subiacerent: & quia futurum erat vt in Gallia Christiani sacerdotij plurimum vigeret religio, diuinitus est permissum, vt etiam apud Gallos gẽtiles sacerdotes totius Galliæ ius diffinirent: vt refert Iulius Cæsar in lib. quem de bello Gallico scripsi: secundum beatum Thom. vbi suprà retuli, suprà 2. parte. §. iiij. omnes ergo Christiani, etiam Reges, & Imperator, debent sacerdotibus esse subiecti: & præsertim summo & supremo sacerdoti, quem Deus ab omnibus gentibus honorari præcepit, dicens per Hieremiam cap. 1. Ecce constitui te super Reges & Regna. Per sacerdotium autem iubente Domino, Regalis potestas ordinata est: nam 1. Reg. 8. dixit Dominus ad Samuelem sacerdotem: Audi vocem eorum, scilicet, filiorũ Israel, petentium sibi Regem, & constitue super eos Regem. quamobrem Reges Papæ obediunt, & se illi subiiciunt: & coram eo genua flectunt: vt habetur in ca. solitæ. de maio. & obed. vnde licet Papa conditione sit homõ:

Religio apud Gentiles.

Religio Christiana

Roma.

De Papa.

Regalis potestas per sacerdotiũ ordinata est

Contra iniuriantes ministros ecclesiæ.

De Athila Rege.

mo: dignitate tamen est super omnes homines: est altior Regibus, & fœlicior Angelis: creator sui creatoris: vt de sacerdotibus dici solet: de quibus Dominus per Lucam 10. cap. dicebat, quivos audit, me audit. & consequenter qui eos honorat, Deũ honorat: & qui eos persequitur, Deum persequitur. & qui eos spernit, Deum spernit. vt ibi dicitur. Quis enim dubitat iniuriam Dei ministris illatam, Deo inferri: qui per Prophetam ait: Nolite tangere Christos meos. bene facit l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. vbi inferentes iniuriam his qui ad principis latus sunt: læsæ maiestatis crimen committunt: quasi ipsum principem iniuriasse videantur, quia pars viscerum suorum esse censentur. Siquidem ista de quolibet sacerdote dici possunt: multo fortius de ipso summo maximoque omnium sacerdotum supremo ipsum Christum repræsentante, & vicem eius in terris tenente, & idem consistorium cum Christo faciente, vt in secunda parte huius operis §. iiij. & seq. diffusè diximus. Vnde narrat Romanorum historia, quòd cùm Athila Hunorũ Rex ecclesiam deuastaret, vir sanctus Leo Papa accessit ad eum, & omnia quæ optauerat obtinuit: ter ritus namque Athila Dei nutu fuerat, nec Christi sacerdoti aliud rependere valuit, nisi quod ille optabat. Fertur quoque post discessum pontificis interrogatum esse Athilam à suis, cur vltra solitum morem tantã reuerentiam Romano Pontifici exhibuerit, quoniam pene ad omnia quæ ille imperasset, obtemperare ipse iussisset: tunc Rex respõdit, non se Papæ personam reueritum esse: sed alium se virum cum habitu sacerdotali vidisse, formavenustiorem, canicie venerabilem, euaginato quoque gladio terribiliter mortem minantem, nisi omnia quæ ille expetisset, impleret: vt hæc reassumit Valẽsis in communiloquio. parte 1. dist. 4. cap. 8. in fi. Inde Reges & Principes Christiani sumere debent exemplum, vt summo Pontifici obediant & pareant. Nam si ille hoc faciebat timore perterritus, & indignationem Dei fugiens, cùm peruersus esset, adeo quòd flagellum Domini se dicebat: multò fortius hoc ipsum facere debent principes Christiani.

Finis quartæ partis.

Quinta pars.

De priuatione Regis & Reginæ Nauarræ.

ACcedamus iam ad quintam huius operis partem, gratia cuius omnia prædicta scripsimus: ex quibus euidenter colligitur, quòd cùm Papa sit supremus princeps super omnes Reges & principes, posit que illos increpare, corrigere, castigare, & si opus fuerit, deponere: vt latè diximus in ij. parte præsertim in §. 7. & 8. Cumque Rex & Regina Nauarræ fœdus inierint, amicitiamque conciliauerint cum Rege Francorum huius schismatis principali auctore: & per cõsequens fuerint schismatici, vt diffusè diximus & probauimus, tertia parte huius libelli, fuerintq; læsæ maiestatis rei: vt latè monstrauimus in quarta parte. §. primo. relinquitur necessariò concludendum, quòd Reges ipsi pœnas schismaticorum & læsæ maiestatis reorum incurrerint: de quibus plenè in dicto §. primo disseruimus: inter quas propter huiusmodi crimina priuantur rei dignitatibus & honoribus, vt ibi diximus. Itaque iustè fuerunt Regno suo priuati ex multis causis, quæ ex iam dictis colligi possunt.

§. I.

Reges ecclesiam nã defendentes, sunt Regno priuandi.

PRima causa fuit: quia stante schismate prædictæ ecclesiæ afflictæ & in tanta necessitate positæ Rex & Regina Nauarræ aliique principes Christiani tenentur auxilium præstare, totisque viribus eam defendere, prout Reges in sua coronatione iurant: quod iuramentum continetur in Pontificali ecclesiæ Romanæ. est text. in clemen. vna de iureiur. & ibi not. Ioan. de Imol. vt diximus suprà in quarta parte, §. 3. in fine. Arctanturque de iure ad hoc faciendum: vt diximus suprà in 4. par. §. 1. quod si non fecerint, poterunt iustè regno priuari, vt diximus suprà in ij. parte. §. 7. cùm de potestate Papæ agebamus. Vbi inter cætera diximus: quòd Constantinus & Leo Imperatores Constantinopolitani fuerunt Imperio priuati à Papa eo quod requisiti ecclesiam afflictam non defenderunt. Et meritò fuerunt imperio priuati, quia omne Regnum à Deo est, & à voluntate Dei Regis institutio dependet: vt habetur Deute. cap. 7. vbi de Regis institutione dicitur populo Israel: eum constitues Regem, quẽ Dominus Deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum. Item Danielis 4. Dominabitur excelsus in Regno hominum: & cui voluerit dabit illud. Non est quidem potestas nisi à Deo. Roman. 11. transumptiuè in c. qui resistit. 11. q. 3. & in ca. quid culpatur. 23. q. 1. & q. 4. capit. quæsitum. facit illud Ioannis 18. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi datum esset tibi desuper. Magna quippe sunt in omnibus dona Dei, ab æterna collata clementia, sacerdotium & imperium: illud quidem diuinis ministrans, hoc autem humanis præsidens ac diligentiam exhibens, vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam: ita dicit Imperator, & in authentic. quomodo oportet episcopos. in principio. collatione prima. Vnde Salomon in Prouerbiis in persona Dei loquens dicit: Per me Reges regnant, &c. Reges ergo quodammodo Regnum à Deo, cuius sunt omnia, vt Psalmo 71. & Paralipome. primo, cap. vltimo. accipiunt in feudum cum hoc onere, vt ecclesiam defendant, vt cap. administratores. & cap. principes. 24. quæst. v. cum aliis pluribus de quibus suprà quarta parte. §. 2. qui si susceptum beneficium fideliter gesserint, ecclesiam ipsam defendendo, reẽ è quidẽ: tantus ei honor exhibendus est, & reuerẽtia tanta, quantum caput omnibus membris corporis antecellit: quod si non fecerint, tanquam ingrati Regno sunt priuandi. arg. l. fin. C. de reuoc. dona. & cap. fin. de donat. ad idem facit text. in cap. 1. quibus modis feudum amittitur. & cap. domino guerram. in tit. hic finitur lex. deinde Regni consuetudines incipiunt. vbi vasallus qui dominum non defendit, feudo priuatur. Non est enim alia iustior causa beneficij auferendi, quàm si id propter quod beneficium datum fuerit, hoc est, seruitium facere recusauit, quia beneficium amittit: ita dicit textus notandus in cap. 1. §. Item qui dominum. versicu. sed non est alia. in titulo, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. libro feud.

Regna sunt à Deo.

Omnis potestas est à Deo.

Reges sunt fundatarij Dei vt ecclesiam defendãt alias Regno priuantur.

Non faciẽs illud propter quod beneficium recipit, perdit illud.

Universidad de Navarra
Biblioteca de Humanidades

bene facit l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. vbi conductor expellitur à domo conducta: si non soluit pensionem. Ad idem l. fin. ff. de rescindenda vendit. vbi emptor perdit beneficium emptionis si non soluit precium. Ad idem cap. peruenit. el ij. de iureiuran. vbi non tenetur quis seruare promissum etiam cum iuramento, si altera pars non seruauit. Cùm autem Reges Christiani teneâtur ecclesiâ defendere, hoc ipso quod sciût ecclesiæ calamitatem: quamuis non fuerint interpellari: vt est textus valde singularis in d. ca. j. §. Item si delator. in tit. quæ fuit prima causa beneficij ami. vbi si vasallus cognouerit dominum inclusum, & cum potuit non liberauit: feudum perdit. Non est ergo necesse, quòd dominus denunciet vasallo se inclusum: quia sufficit quòd aliunde sciuerit. Qui enim certus est, certiorari non debet. l. j. ff. de actionib. empti. regula, eum qui certus est. de regul. iuris. libro 6. cum concordan. Cumque Reges Nauarræ pro certo scirent ecclesiæ calamitatem ratione schismatis prædicti, & insuper fuerunt certiorati, moniti, & iussi à Romano Pontifice vt ecclesiam defenderent, & à schismaticorum consortio & fauore abstinerent: quod cùm facere noluissent, iustè fuerunt Regno priuati: vt diximus suprà in 2. parte. §. 7. vbi commemorauimus aliquos Reges & principes, qui ex similibus & facilioribus causis fuerût Regno depositi ac dominio priuati à Romanis Pontificibus, quæ hic non repeto vitandæ prolixitatis gratia.

Reges tenentur ecclesiam defendere, etiam nõ requisiti.

§. II.

Reges eccle siam offendentes Regno priuantur.

SEcunda causa fuit, quia Rex & Regina Nauarræ nõ solùm non defenderunt ecclesiam vt tenebantur, immo offenderunt: eo quòd fœdus inierunt & amicitiam conciliarunt cum Rege Francorum huius schismatis auctore: quem iuuare tenebantur ratione confœderationis prædictæ, conspirantes contra ecclesiam & Romanum Pontificem: & consequenter fuerunt schismatici: vt diximus in tertia parte, in fine principij, & similiter fuerunt læsæ maiestatis rei: vt probauimus in quarta parte. §. 1. Itaque grauiter offenderunt ecclesiam, & propterea meritò fuerût Regno & dignitate priuati. vt cap. in nomine Domini. 22. distinct. & c. vnico de schismaticis lib. 6. & capit. ad apostolicæ. de re iudic. eod. lib. & clement. pastoralis. eod. tit. diximus latius in dicto §. primo. Quod videtur satis æquum & rationabile: nam si Regibus Christianis Regna à Deo sunt à Deo concessa pro ecclesiæ defensione: vt latè in præcedentibus dictum est: & ipsi eam non defendant, abutuntur potestate à Deo sibi concessa, & consequenter regnum amittere merentur: & multo fortius si eam vel summum Pontificem offendant. Quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate: vt dicit text. in cap. vt priuilegia. in princip. de priuileg. cum concordan. ibi positis. Abutitur enim quis sua potestate, vel non faciendo quod oportet, vt est ecclesiæ defensio, ad quam omnes Reges & Principes Christiani omnino tenentur (vt sæpe dictum est) vel faciendo quod fieri non licet, immo prohibetur, vt est ecclesiæ offensio: & cùm vtrunque sit malum, secundum tamen grauius est, sicut peccatum delicto grauius esse solet. Delinquit enim qui non implet officium: sed planè peccat qui committit contrarium. Cingulo quidem militiæ abutitur tã ille qui non implet quod oportet, quàm ille qui impugnat militiæ sacramentum, sicut hostis verus ignauo milite est odibilior. Vnde qui rempublicã & iuramentum militaribus armis impugnat, iustissimè exautoratur, tanquam ille qui figuram hostilem induerit: hæc sunt ferè verba notabilia Polichrati lib. 6. ca. 13. in fi. Reges ergo qui non solùm nõ defendunt ecclesiam, sed potius illam impugnant: meritò exautorantur. Nam qui contra ecclesiæ pacem sunt, si dignitatem aut cingulum militiæ habent, nudentur eis, vt inquit Liberius papa in cap. qui contra pacem. 24. q. 1. & propterea plures Romani Pontifices aliquos Imperatores & Reges Imperio & Regno priuarunt: quia ecclesiam offendebant: & iura sua perturbabant: quorũ aliquos commemorauimus suprà in 2. par. §. 7. Siquidem alij Romani Põtifices hoc facere potuerunt pro æqualibus vel minoribus & facilioribus causis: similiter Iulius hoc facere potuit. Exempla enim sanctorum patrum sequẽda sunt, & secundum ea iudicandum. 10. dist. c. de quibus. 37. dist. c. qui demensa. 81. dist. c. legimus. 7. q. 1. c. omnes. 9. q. 3. c. fi. 32. q. 2. c. non est culpandus. Maiorum quidem actus pro lege accipiũtur. ff. de pœn. l. capitalium. §. fin. ff. de relig. & sump. fune. l. minimè. cum pluribus aliis. Ad idem facit l. an apud. ff. de manum. vind. vbi dicitur, q̃ proborum doctorum auctoritates, vt Labeonis, sunt sequendæ. Multò fortius auctoritas supremi principis, prout est Papa, procedens & priuans Reges & Imperatores cũ causæ cognitione. Quo casu vna sola eius sententia facit ius, & habet vim legis, vt est tex. not. in l. fi. C. de legi. & in l. apud Iulianum. in fi. ff. ad Treb. Ad idem bonus tex. in c. vno. in fi. in tit. quæ fuit prima cau. benefi. ami. lib. feud. vbi dicit Imperator q̃ ex eo quod sciuit alias fuisse pronuntiatum, q̃ si dominus principaliter offenditur per reatum vasalli: ibi ad dominũ feudum reuertitur: vt hanc habeat suæ iniuriæ vltionem: Sic etiam ille pronuntiauit. Potest ergo successor in dignitate circa priuationem feudi pronuntiare, sicut antecessor pronuntiauit, si adhibuit causæ cognitionẽ, quod est notandum. Eodem modo videtur dicendum de Romano Põtifice, præsertim quãdo plures Romani Pontifices illud fecissent. Nã tũc videtur inducta quædam consuetudo, quæ similiter facit ius: vt l. de quibus. & l. si de interpretatione. ff. de legib. gl. fin. in l. nemo. C. de sent. Aliorũ verò inferiorũ exempla, non sunt sequenda: quia non exemplis sed legibus est iudicandum: vt d. l. nemo. cum concor. Satis ergo erit in casu nostro habere exempla aliorum Romanorum Pontificum: qui similiter alios principes Christianos ex similibus & leuioribus causis deposuerunt, maximè cùm ista exempla non sint nuda: sed iuris, & sacræ scripturæ auctoritatibus fulciantur: vt in præcedentibus latè monstrauimus: quo casu sequenda sunt exempla etiam inferiorum: vt declarat Salicetus post alios in dict. l. nemo. in principio. Si quidem illis temporibus ecclesia ex illis causis potuit Imperatores, Reges, & Principes deponere: multò fortius hodie poterit illud idem facere: quia ecclesia per incrementa temporum

Contra abutentes potestate sibi concessa.

Exempla sanctorum patrum sequẽda sunt.

Ecclesia semper erexit.

porum semper maiorivtitur potestate: vt est tex. not. in c. displicet. ad fin. 23. q. 4. Tenet August. de Anchona in lib. de potestate ecclesiæ. q. 37. arti. 5. diximus suprà in 2. parte, in fine.

§. III.

De transitu ad Guianam per Nauarram

TErtia causa fuit: quia cùm necessariũ esset maiestati vestræ transire per Nauarram ad Ducatum Guianæ expugnandum, vnà cum gente Anglorum, ex decreto & sententia Romani Pontificis, & Rex & Regina pluries rogati & moniti, vt exercitui vestro securum præberent transitum, vt de iure tenebantur: noluerunt hoc facere: imo cum Rege Francorum amicitiam conciliarunt, fœdusque inierunt in fauorem schismaticorum contra ecclesiam & Romanum Pontificem: cumque non esset alius locus aptus ad transeundum, nisi per Regnum Nauarræ: quia per Viscaiam erat locus angustus, & non accommodatus, opus fuit per Nauarram intrare. Sicut antiquis temporibus Hannibal capta Sagunto vrbe, partitis spoliis, militibusque ex victoria iocũdatis, munitis Hispaniæ vrbibus, præpositoque Hispaniæ Asdrubale fratre, volens Italiam pergere, pyreneum montem transire satagit: & superatis Ilergetibus, qui Nauarrenses hodie dicuntur, suntque coniuncti pyreneo per rucium vallem, & sic per Nauarram, tanquam per aptum, immo per aptiorem locum ad transeundum ad Vasconiã transiuit, sicut historici Chronicique testantur. Pari ergo ratione maiestas vestra exercitui suo locum illum ad transeundum ad Ducatũ Guianæ similiter elegit: & sicut olim Hannibali transitum impediebant, & ab eo debellati ac victi & subiugati fuere: sic & nunc illis maiestati vestræ resistentibus similiter euenit. Qui quidem transitus ad Ducatum Guianæ, licitus erat, tum ratione iuris, quod Rex Anglorum ad eundẽ Ducatum habere prætendit: quo dicit se spoliatum, tum ex decreto & auctoritate Romani Põtificis. arg. l. iustè posidet. ff. de acq. pos. Erat etiã transitus innoxius, quia nihil mali facturus erat exercitus in Regnũ Nauarræ, si securitas ad transeundũ à Regibus ipsis præstaretur, quã sacra vestra maiestas ab eis poscebat. Ad quã procurandã & accipiendã exercitus noster intrauit: sed Reges Nauarræ cum Regis Francorum auxilio & fauore totis viribus resistebant: quã ob rem sacra vestra maiestas ad iracundiam prouocatus in transitu & securitate semper insistens, bellũ mouet iustum cõtra Regem & Reginam Nauarræ: tum quia transitum impediebant ad Ducatum Guianæ: tum quia inimici ecclesiæ erãt: vt in præced. sæpè dictum est. Ad hoc allego fing. doctrinã Bar. in l. Christianis. C. de paga. vbi not. dicit, q̃ ecclesia licitè potest indicere bellũ contra Sarracenos tenentes & occupantes Hierusalem (quæ terra sancta dicitur) & contra omnes alios infideles inter medios impedientes vel non permittentes Christianos ire vel transire ad illã sanctã expeditionem: vnde & contra hos dicit fore iustum bellum. Quod est valde notandũ, & ad propositũ nostrum satis accõmodatũ: præsertim cùm vltra resistentiam & impedimentum quod Reges ipsi præstabant: erant etiã schismaticorum fautores & inimici ecclesiæ, & per cõsequens sicut bellum erat iustum contra schismaticos, sic contra eorum fautores & complices. Ita not. decidit Asten. in lib. 2. tit. 64. art. 7. col. 2. ver. 2. cõsistit. cuius mentionẽ fecimus suprà in 2. par. in fi. princip. Bene facit tex. in l. non dubito. ff. de cap. vbi litera dicit: Nõ dubito quin fœderati & liberi nobis extranei sint: quamuis gl. ibi de aliis fœderatis intelligat: potest enim intelligi de fœderatis cum inimicis: nam & illi inimici sunt: vt latè diximus suprà in 4. par. §. 1. in fi. Et inde est, q̃ diffidato principali ad bellum: videntur similiter diffidati omnes eius complices & auxiliantes. Ita not. dicit Bald. l. 2. col. 2. versic. & nota q̃ quando aliquis diffidatur. C. de seruitut.

Contra fautores & cõplices.

Diffidatio.

¶ Ad prædictorum confirmationẽ facit illud quod habetur in sacra scriptura. Machab. 5. Deuteron. 2. & Paralip. 20. Numer. 21. vbi dicitur, q̃ cũ filij Israel ab Aegypto in terrã promissionis vẽnirent: miserunt nuntios ad Seon Regem Amorrhæorum, dicẽtes: Obsecramus vt transire nobis liceat per terrã tuã, non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui cõcedere noluit, vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato egressus est (obuiã in desertũ, & venit in Iasa, pugnauitq; contra eum) à quo percussus est. f. Rex Seon in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnon vsq; ad Ieboch & filios Amon, quia forti præsidio tenebãtur. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, &c. Vnde Augustinus in quæstionibus Nume. ita dicit: Notandum est sane quemadmodũ iusta bella gerebantur à filiis Israel contra Amorrhæos: innoxius enim transitus negabatur: qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. Hæc ibi. & habentur in c. fi. 23. q. 2. vbi gl. dicit: Licet enim trãsire per alienum agrum ius non sit: vt j. dist. c. 5. tamen quia necessarius erat iste transitus: isti prohiberi non debuerunt. vt ff. de aqua plu. arcen. l. in summa. §. item varus. Item quia via publica erat, & nemo prohibetur via publica vti. vt C. de seruit. l. per agrum. hæc glos. idem sequitur beatus Thom. in tractatu de regim. princip. libr. 2. c. 12. & Luc. de Pen. in l. 3. col. 2. lib. fi. C. vt armo. vsus. lib. 11. Viæ enim communes sunt omnibus quodam iure naturæ & legibus gentium: vt patet ex prædictis, & tenet sanctus Thom. in prælleg. ca. 12. in princ. Ex quibus patet, quòd exercitus maiestatis vestræ volens transire ad Ducatum Guianæ, non erat aliquo modo prohibendus, nec ei resistendus: & quia prohibebatur & resistebatur licitè potuit sacra vestra maiestas contra eos bellum indicere: & capta in bello sua facere, ac sibi iure retinere: quoniã capta in bello iusto efficiuntur capientium: vt not. per omnes in l. hostes. ff. de capti. & in c. ficut. el secundò. de iureiur. maximè si capiãtur ab hostibus & inimicis ecclesiæ: prout sunt schismatici, quorum bona licitum est occupare & retinere propter constitutiones vel concessiones principum concedentiũ ea occupanda. 8. dist. quo iure. 27. q. 7. per totum. ista sunt not. verba Innoc. & ad propositũ nostrũ satis accõmodata in c. quod super his. de voto. in fi. quẽ alij communiter omnes referunt & sequuntur, signãter Host. Io. And. & Car. Idẽ dicũt de bonis hæreticorũ. Ad hoc bonus tex. in c. cũ secundum

Nota.

Capta in bello iusto efficiuntur capientium.

Schismaticorum bona licitè capiuntur.

leges. de hæret. lib. 6. idem in effectu voluit Inno. in c. cura in fi. de iure patro. dicens, q̃ illi qui tuti sunt auctoritate eius qui potestatẽ condendi ius habet super temporalibus qui pœnã amissionis iurium induxit: salua conscientia possunt iura & bona illa retinere, quod est valde notandũ. Sententia ergo priuationis & adiudicationis Romani Pontificis abstulit Regnum à Regibus Nauarræ, & maiestati vestræ tradidit quo ad verum dominium: quoniam sententia aufert dominium à vero domino: & trãsfert in eum pro quo lata est: vt voluit glos. in l. ex hoc iure. in verb. dominia. in fine. ff. de iustitia & iur. & ibi not. Bartol. col. 2. versic. aduerte tamen. Idem tenet glos. in §. fi. Instit. de offic. iudic. in verb. cui adiudicatum est. & in c. proposuit. in verbo, vacare. de concess. præb. notatur in l. j. & in l. sunt & aliæ. in glo. fi. ff. de publiciana. idem sentit Inno. in cap. quia plerique. post principium. de immuni. eccles. quem alij referunt & sequuntur. Eiusdem intentionis fuit Bald. in l. id quod pauperibus. q. vij. de episco. & cleric. quem simpliciter refert & sequitur Petrus de Anchar. in reg. possessor. de regul. iur. libro 6. consil. 36. versicu. tertiò quæro. & moderni in c. j. de constitut. Idem voluit beatus Thom. 2. 2. q. 62. artic. 2. Concluditur ergo quòd Reges Nauarræ prædicti iustè fuerunt Regno priuati: & sacra vestra maiestas licitè illud obtinuit, iureque retinet. Quod etiam vltra prædicta probatur ex auctoritate scripturæ in prælegatis locis Machabæorum 5. Deutero. 20. & Num. 21. vbi filij Israel prohibiti transire ad terrã promissionis per terram Seon Regis Amorrhæorũ, debellarunt eum & occiderunt, regnumque & ciuitates suas acceperunt, retinuerunt que sibi & possederunt: vt ibi apertè dicitur, & declarat ibi glos. Augustini; & refert ibi Hugo Cardinalis, super verbo, tulit ergo. Dicit enim. Hic possedit Israel ciuitates Amorrhæorum, quas bello superauit. Sic ergo erit dicendum in casu nostro: quòd cùm maiestas vestra iusto bello Regnum illud acquisierit, licitè illud tenet ac retinet in foro conscientiæ: quoniam acquisita in bello iusto efficiuntur propria capientis in vtroque foro: vt colligitur ex prædictis: & probatur ex his quæ dicit beatus Ambrosius in libro 1. de Patriarchis. & habetur in capit. dicat aliquis. 23. q. 5. probatur etiam ex his quæ dicit beatus Augustinus contra Petilianum. & habentur in c. si de rebus. xxiij. q. vij. facit quod notatur l. naturale. §. vltimo. ff. de acquir. rerum domin. & in §. eaque. instituit. de iure naturali. & j. dist. in c. ius gentium. & per glos. in cap. dominus noster. 23. q. 2. in fine. quæ dicit, quòd acquisita in bello scilicet iusto, facit quis sua, adeo q̃ si in dicto bello consequutus est totum suum interesse: poterit adhuc debitum in iudicio petere: quia ea quæ in bello acquisiuit, facit sua, ex auctoritate belli: quod tamẽ intelligendũ est, quando ab alio quàm à principali debitore, vel qui habet causam ab eo acquisita sunt, alias secus: quia bona fides non patitur vt semel exactum iterum exigatur. ff. de regulis iuris. bona fides. & ibi glo. & in prælegato cap. dominus noster. quæ sic debet intelligi secundum Io. de Fan. & Archi. & ibi Ioan. de Lignã. in tracta. de bello. quem refert & sequitur Archiep. Flor. 3. par. tit. 4. c. 1. §. 10. Et ex istis aliqui audent dicere, q̃ si vnus ab alio iusto plurima occupauit: & postea ille cuius sunt res occupatæ vult satisfacere: is qui occupauit non tenetur restituere occupata, & recipere satisfactionẽ: quia quod quis occupat iure gentium, suum efficitur. instituit. de iure gentium. §. eaque. 1. distin. ius gentium. Et quòd aduersarius damnificari possit, habetur in lib. feud. de milite vasallo qui contumax est. in fi. secundum Archi. in prælleg. cap. dominus noster. in fi.

Sententia aufert & transfert dominium.

Conclusio

Capta in bello iusto efficiuntur capientium.

An ille qui debitũ fuit acquisiuit in bello, potest illud postea in iudicio petere.

§. IIII.

Regnatrãsferuntur de gente in gentem.

EX prædictis causis nobis notis, & aliis soli Deo forsan cognitis, voluit Deus Regnum Nauarræ ab ipsis Regibus auferre, & maiestati vestræ concedere. Deus enim transfert Regna de gente in gẽtem propter iniustitias: vt ex iam dictis clarè constat: signanter ex eo quod dicitur Danie. 4. Dominabitur excelsus super Regna hominum: & cuicunque voluerit dabit illud. Et in cap. sequen. Diuisum est à te Regnum, & datum Medis & Persis. Et 1. Regum 15. Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis Rex. Ad idem Deutero. in cap. 2. loquens Deus populo Israel dixit illis: Surgite & transite torrẽtem Arnon: ecce tradidi in manu tua Seon Regem Esebon, Amorrhæum & terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum prælium. Ex quibus verbis ostenditur bellum filiorum Israel esse iustum ex auctoritate & præcepto Domini: qui terram vnius pro voluntate sua potest dare alteri, secundum Nicolaum ibi. Sedes enim superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis: radices gentiũ superborum arefecit Deus: & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Ecclesiast. 10. vnde meritò ibidem dicitur: Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias ac diuersos dolos. Sicut patet de monarchia Assyriorũ translata ad Babylonios, & à Babyloniis in Persas & Medos. Daniel. 6. Et ab illis in Græcos. Machab. 1. Et à Græcis in Romanos. Luc. 2. Et primò à Græcis translatum est in Germanos: vt dicit text. in cap. venerabilem. de electio. & ibi glos. Ad idem facit, quod Christus loquens principibus sacerdotum dicebat, Matthæi 21. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. transumptiuè in cap. si de rebus. 23. quæstio. 7. Tangitur per Apostolum ad Hæbræos 7. Notatur in cap. translato. de constitutio. & per Oldrad. consil. 72. & per Alberic. in rubric. C. de paga. Tradiderat enim Deus principibus sacerdotum potestatem ministrandi super Regno suo Israel: vt habetur Numer. 3. & 17. Ipsisque dederat omnia iura prouenientia ex sacrificiis & oblationibus, Numer. 18. Deuter. 18. Iosue 13. De isto principatu gaudebant ipsi: quia honorabantur & locupletabantur: & quoniam isti non credidерunt Christum verum Messiam, auferetur ab eis Regnum Dei sibi commissum: vt daretur gentibus eum quærentibus. Hic est verus & literalis illorum verborum intellectus, secundum episcopum Abulen. Matthæi 21. cap. quæstio. 99. Et secundum istum intellectum potest induci illa auctoritas contra omnes Reges & principes seculares non facientes iustitiam, vel illud ad quod alias de iure tenentur, vt si non fecerint, debeant ab eis

ab eis auferri Regna & dominia. Et ad istum sensum inducitur illa auctoritas per Augustinum scribentem cõtra Petilianum, vt habetur in prælegato cap. si de rebus. vbi litera dicit: Si de rebus vel locis ecclesiasticis quæ non tenetis quærimini, possunt & Iudæi iustos se dicere, & iniquitatem nobis obiicere: quia locum in quo impij regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea quæ tenebant hæretici secundum parem voluntatem Domini Catholici tenent? Ad omnes iniquos & impios illa vox Domini valet. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam: an fruttrà scriptum est, scilicet Sapientiæ 10. Labores iniustorum pij edent: quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amisistis. Item si qua iam præcisi possidere cœpistis, quia vobis ablata nobis Dominus Deus dedit: non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio cuius sunt omnia facta sunt nostra, & iustè nostra sunt: vos enim vtebamini ad præcisionẽ: nos ad vnitatem: alioquin & primo populo Dei possent illi obiicere aliena rei concupiscentiam: qui diuina potestate ab eorum facie: quia ex terra male vtebantur expulsi sunt: & ipsi Iudæi à quibus ablatum est Regnum, secundum verbum Domini, & datum est genti facienti iustitiam, possunt obiicere aliena rei concupiscentiam, quia Christi ecclesia possidet, vbi persecutores Christi prius regnabant. Hæc ibi. Quæ verba sunt valde notanda, & ad propositum nostrũ valde accommodata. Ex quibus patet, quòd non possunt, nec debent conqueri Rex & Regina Nauarræ de Regno sibi ablato: ex quo non fecerunt iustitiam, & ad quod tenebantur, videlicet ecclesiæ defensionem, quinimo eam offenderũt eo modo quo diximus. Vnde iustè Deus disposuit, quòd Regnum Nauarræ ab eis auferretur & daretur maiestati vestræ qui iure illud retinet, tanquam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ obediens filius assiduus, acceremusque ipsius defensor. Inter omnes autem iniustitias nulla capitalior est, quàm ecclesiæ & Christi vicario Dei vices in terris gerenti obedientiæ & reuerentiæ cultum subtrahere, aut in aliquo diminuere. Patet ergo ex his quæ diximus, rei veritas luce clarior. Sed quia non sufficit veritatem pandere: nisi etiam destruantur ea quæ ediuerso dicuntur siue dici possunt: operæ pretium est ea in medium adducere, eisque congruum dare responsum.

§. V.

An Regnũ transiit in dotem.

NON obstat prædictis si dicatur quòd Regnum Nauarræ erat proprium patrimonium Reginæ, & non transit in dotem quantum ad dominium, nec quantum ad administrationem in maritum, nisi ipsa Regina velit: vt notanter voluit Bald. in cap. significauit. de rescriptis. colum. 2. versi. & pone Regina. quem simpliciter refert & sequitur Andr. Sicu. ibi in fine. Vnde delictum mariti fauendo schismaticis: non habuit nocere Reginæ. vt C. ne vxor pro marito. per totum. Pœnæ enim suos debent tenere auctores. l. sanximus. C. de pœnis. cap. quæsiuit. de his quæ fiunt à maiori parte capi. Quoniam ad hoc dicendum est, quod delictum mariti non inuantis ecclesiam, vt tenebatur, nocet vxori: vt est casus valde singularis in cap. 1. in fi. in tit. de Capit. Corradij. li. feu. vbi dicitur, quòd si maritus vxoris feudatariæ, quæ tradidit feudũ in dotem: non præstitit seruitia domino debita, feudum totale committitur, & habetur pro commisso, saltem durante matrimonio inter illos. ita notanter tenent ibi omnes Doctores, & sequitur Iacobus de sancto Georgio in tractatu feudorum, super parte, & promiserunt eidem domino præstare debita seruitia. col. x. versic. sed hic cadit pulcherrima dubitatio. In casu autẽ de quo agimus, administratio & nomen Regni Nauarræ transiuit in maritum: nam Rex appellabatur, & Regnum vna cum vxore administrabat: quia secundum leges Hispaniæ fieri debet. Vnde propter delictum mariti vxor perdit Regnum, saltem durante matrimonio, quando ipse solus delinquit, & tale est delictum, proter quod Regnum perditur. In casu tamen nostro: non solùm maritus, verùm etiam vxor deliquit non defendendo ecclesiam, prout tenebantur, immo & offendendo, vt in præcedentibus dictũ est, præsertim confœderando se cum Rege Francorum in fauorem schismaticorũ & ecclesiæ offensionem in qua re ipsa fuit principalis auctor, nec cùm posset marito prohibuit: & consequenter fuit in culpa. l. culpa. ff. de regulis iuris. l. in omnibus. & l. in delictis. ff. de noxalib. actionib. maximè cùm delictũ in fauendo schismaticis, haberet causam successiuam & continuam: vnde non prohibendo cùm posset, non caret scrupulo societatis occultæ. c. causam. de probatio. cap. constitutus. de testib. 86. dist. culpam. 23. quæst. 2. qui potest. nota. in c. j. de offic. delega. & in cap. Petrus. de homicid. Error quidem cui non resistitur, approbatur. 81. distin. c. error. Qui enim alios cum potest ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat. de hæret. cap. qui alios. & cap. cùm exiniuncto. §. pen. de sentent. excom. quantæ. 2. q. 1. si peccauerit. de cognat. spiritua. cognatæ. de homi. cap. sicut dignum. Poterat quippe ipsa Regina tanquam domina & Regni proprietaria contradicere marito, & data inter eos discordia, præualuisset vxoris contradictio: sicut de præsentatione ratione iuris patronatus dicimus quòd præsentatus ab vxore patrona, vt volũt domini de Rota decis. 422. quæ alias reperitur subtit. de iure patro. incipit, fuit dubitatum. refert & sequitur Abb. in cap. fin. de concess. præben. vbi loquitur de diuersitate inter pupillum & tutorem in præsentando: & concludit, quòd præsentatus à pupillo, si est maior septẽnio: quod etiam tenet Ioan. And. in c. ex eo. de elect. lib. 6. Ipsa autem Regina non solùm non contradixit: immo nec protestata est, quod propter mariti potentiam vel timorem non contradicebat: vt per hoc ius suum conseruaret, iuxta not. in l. non solùm. §. morte. ff. de noui oper. nunciat. & in c. cùm M. de constitu. & in c. 1. de his quæ vi metusve causa fiunt. vbi est bonus text. ad propositum. Nec interuenerũt minæ nec metus, nec coactio nec alia impressio ex parte mariti. Immo ipsa sponte & vltro vna cum marito fœdus & cõfœderationem fecit cum Rege Francorum huius schismatis auctore, vnde iustè fuerunt priuati. Mulier enim maritata delinquere potest: & delicti pœnas in se & bonis suis luere debet: quia matrimonium

Rex & Regina nauarræ deliquerunt.

Quando est discordia inter maritũ & vxorem.

Protestatio

Mulier maritata delinquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non reddit libertatem ad delinquendum: ſicut neque patria poteſtas filios delinquentes liberat: vt l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milit. l. qui cum vno. §. qui filium. eodem tit. de quo per Salicetum & Paulum de Caſtro in l. propter inſidias. C. qui accuſare non poſſunt. & per doct. in cap. j. de delictis puerorum. Vnde ſi vxor tale delictum commiſit propter quod bona ſua confiſcantur, vel alias illa perdit: perdet ſimiliter Regnum ſaltem pro tempore vitæ ſuæ quo ad commoditatem & vtilitatem, quam inde habitura erat. l. quotiens. C. de donat. quæ ſub modo: Nam quantum ad hoc Regnum, & alia bona reſtitutioni ſubiecta veniunt in confiſcatione bonorũ. vt d. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fiſci. Ad idem cap. 1. de Capi. Corrad. nota. in l. filius familias. §. diui Seuerus. ff. de leg. 1. & in clem. nolentes. de hæretic. de quo infrà latius ſubiungemus: cùm de filio Regis Nauarræ diſſeremus. Tranſeat ergo vel non tranſeat Regnum in dotem, venit in confiſcatione bonorum propter delictum vxoris, vt ſuprà dictum eſt. Nec excuſatur propter maritum, nec maritus propter metum perditionis bonorum vel rerum, ſeu maioris partis earum, quia vterque magis tenebatur veritatem ſequi, eccleſiam defendendo: quàm cum animarum ſuarum periculo & incommodo, ſpreta veritate & contempta, ſchiſmaticis adhærere: cùm pro defenſione veritatis etiam propria impugnare oporteat, vt inquit Philoſophus Ethic. 1. diximus latè ſuprà in 3. parte. §. 1. & 2.

Bona reſtitutioni ſubiecta quomodo cõfiſcantur.

§. VI.

An filius Regis priuetur Regno propter delictum patris.

SVpereſt adhuc vna alia non mediocris difficultas. Præſuppoſito quòd Rex & Regina Nauarræ ex ſuo delicto iuſtè fuerint Regno priuati: eorum tamen filius primogenitus, qui poſt Reginæ vitam in Regno ſucceſſurus erat: non videtur quòd Regnum perdere debeat, cùm pœnæ ſuos debeant tenere auctores: nec pœna ſit vlterius protrahenda: quàm delictum fuerit in excedente repertum: vt dicit text. in cap. quæſiuit. de his quæ fiunt à maio. parte cap. l. ſancimus. C. de pœn. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. cap. illud. xj. quæſt. 1. cap. Romana. §. fina. de ſent. excom. libro 6. vnde verſus:

Auctores proprios ſua crimina iure tenebunt
Plus q peccatur, non vltra pœna trahatur.

In ſacro etiam eloquio Ezechiel. 18. dicitur: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur: filius ergo non portabit iniquitatem patris. vt C. ne filius pro patre. per totum. Patris enim caſus vel calamitas filiis non obeſt. vt l. fin. C. de vſufruct. Qua propter crimen paternũ, vel pœna paterna: nullam maculam infligere poteſt. Nam vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alicuius pœnis. canon. ata prima quæſtio. quarta. capit. nepotes non excludantur à bonis liberti vel auicebat ibi Dynus, quem alij ſequũtur, quòd filius propter delictum patris non priuatur feudo: maximè ſi feudum eſt antiquum non paternum cum illud non iure hæreditario, ſed tanquam ex genere deferatur. vt capit. primo. §. primo. in titulo, ſi vaſallus feudo priuetur. & ibi Baldus. Ad idem bonus textus in l. eum qui. ff. de interdictis & relega. ibi. quæ verò non à patre ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur: ea manere eis incolumia. Dicit gloſ. vt ſic prior parens, quàm ſecundus inſpiciatur. De quo etiã per glo. & docto. in l. adoptiuum. §. fin. ff. de in ius vocan. & in l. emancipatum. §. ſi quis & patrem. ff. de ſenat. vbi nepos ob parentum flagitia, maiorum dignitate non priuatur: plus enim prodeſt liberis aui dignitas quàm caſus patris obeſſe poſſit: vt ibi dicitur. Et inde eſt, quòd exhæredatio filij etiam iuſta, non nocet deſcendẽtibus à filio. l. tertia. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſ. contra tab. l. pater filium. & l. poſthumus. & l. ſi is qui. ff. de inofficio. teſtamen. & l. prima. §. ſi pater. ff. de coniung. cum emancipa. libe. ad idem l. paterfamilias teſtamento. ff. de hæredib. inſtit. Quinimo etiam ſi pater perduellionis crimen commiſit: & propterea damnatus eſt: iura libertorum paternorum ſalua liberis manent. l. iura. ff. de iure patrona. ad idem lex eorum. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. vbi ſi pater crimen læſæ maieſtatis commiſit, & propterea fuit damnatus, eius bona liberis conſeruãtur. ad idem l. cùm ratio. ff. de bonis damnato. & authent. bona damnatorum. C. eodem. Et multò fortius conſeruabuntur bona, quæ non à patre, ſed ab aliis proueniunt, vt dicta l. eum qui. ff. de interdictis & releg. cum aliis, de quibus ſuprà. Cùm autem Regnum non deferatur à patre, nec ſit in eius bonis, ſed potius deferatur à primo inſtituente. vt l. cohæredi. §. cùm filiæ. alias eſt §. quòd ſi hæredem. ff. de vulga. & pupillari. notatur in l. vnum ex familia. in princip. ff. de legatis ſecundo. & in l. precibus. C. de impuber. & aliis ſubſtitutio. & in l. ſi cognatis. ff. de rebus dubiis. & quãtum ad Regni ſucceſſionem nihil habent à patre niſi virtutem quam trahit à lumbis eius, circunſcripto hæreditariarum facultatum iure. vt dicit Baldus conſilio quadringenteſimo decimoſeptimo. columna ſecunda. verſic. nam quædam ſunt. relinquitur de neceſſario dicendum, quòd propter parẽtum delictum filius non debet Regno priuari.

Nota illum textum.

Regnũ defertur à primo inſtituente.

Regna quo modo deferuntur.

¶ Regnum quidem Nauarræ, ſicut & alia Regna, defertur filiis primogenitis: non quidem iure hæreditario, ſed potius iure primogenitutæ: vt eſt textus valde notandus in capi. licet. de voto. vbi dicitur quòd Regnum debetur primogenito: nam vt dicit Baldus in l. ex hoc iure. ſecunda columna. verſic. quartò quæritur. ff. de iuſtitia & iure. & refert Andr. Sicul. in ca. ſignificauit. 1. col. de reſcrip. ſemper fuit & ſemper erit, quòd primogenitus ſuccedat in Regno. Conſuetudo autem circa Regnorum & aliarum dignitatum ſucceſſionẽ attendenda eſt & ſequenda: vt vult not. Bald. in c. 1. de feudo mar. Ad hoc bonus tex. in c. denique. 7. q. 1. Ceſſante verò conſuetudine, Regnum non tranſit in filios: Quia filius non ſuccedit patri ex patris perſona: niſi in his quæ pater in bonis ſuis cenſetur habere. ff. de inoffic. teſtamen. l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. ad legẽ falcid. l. in quantitate. in princ. & l. pœnales. authentic. de triente & ſemiſſe, in principio. colla. 2. Rex quidem non habet Regnum in bonis ſuis: quia iura Regnorum ſunt publica, & in nullius bonis. ff. de rerum diuiſione. l. prima. §. quædam. & l.

Regnũ non tranſit in filios.

& l. in tantum. §. vniuerſitatis: inſtituta eodem in principio. Et propterea Rex dicitur Regni adminiſtrator: vt colligitur ex l. 2. in principio. ff. de origine iuris: cum dicit. Quod initio ciuitatis Romanæ omnia manu Regia gubernata fuere, Ergo Rex eſt gubernator vel adminiſtrator, non Dominus vt l. vna. §. 1. ibi Regimentis. ff. de offic. præfecti prætorio. Hæc autem gubernatio ad vtilitatem rei publicæ non ipſius data eſt Regi vt colligitur ex dicta l. 2. §. nouiſsimè. ff. de origi. iuris. & morte ipſius Regis finitur vt l. 1. C. de hæredi. tuto. & inſtituta quibus modis tutela finitur. §. ſimili modo, ſicut de prælato eccleſiæ dicimus in c. 2. de donati. Habet tamen Rex liberam adminiſtrationem vel poteſtatem in Regno: vt notatur in c. grandi de ſup. negli. præl. lib. 6. in l. preſes. C. de tranſacti. & per glo. in l. mandato generali. ff. de procurato. immo ſecundum aliquos eſt Dominus Regni ad tẽpus: donec viuit. l. quotiens. C. de dona. quæ ſub modo ſiunt: vnde ſumpta eſt lex Regni. 5. partita ti. 4. l. 7. & poteſt vti & frui rebus & iuribus Regni in vita ſua tanquam vſufructuarius: ſalua tamen rerum ſubſtantia remanente: vt l. 1. cum pluribus aliis. ff. de vſufru. & inſtitura eodem. in principio. Rectè autem gubernando & adminiſtrando Rex; non debet Regni conditionem deteriorem facere, ſeu aliter Regnum damnificare vt l. prima. C. de decretis decurionum. libro 10. notatur in l. Ambicioſa. ff. de decretis ab ordine faciendis. Ad hoc bonus textus in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati; quem Doctores in diuerſis propoſitis ſemper habent in ore, vbi data alicui generali adminiſtratione, non poteſt aliquid dolosè facere, & ſi faciat: non obligat Dominum: nec ei præiudicat. Non ergo poteſt Rex de rebus ipſius Regni libere & ad libitum diſponere, vel aliter eas alienare vt c. intellecto de iureiurando. notatur per Bar. & alios in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Bonus tex. in l. contra iuris regulas. §. fi. ff. de pactis. & in l. filiusfamilias in principio. ff. de donat. Si autem per viam contractus Rex non poteſt Regnum alienare in præiudicium ſucceſſoris: ſimiliter nec deliquendo: Quia in delictis quaſi contrahitur & per quaſi contractum ſe obligat delinquens ad pœnam. vt l. imperatores. ff. de iure fiſci. & in l. fin. C. de coll. fundo. patri. li. 11. & ibi notat Angelus glo. in l. prima. §. beſtias. in verſicul. honorari. ff. de poſtu. & in l. ſi ſeruus. ff. de his qui notantur infamia. Delictum enim eſt præparatio pœnæ: vt l. quæſitum. ff. qui & à quibus. & l. aliud. ff. de verborum ſigni. Qui autem conſentit in antecedente: videtur conſentire in conſequenti: vt l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. Et inde eſt: quòd in delictis eſt reperire obligationem naturalem: vt voluit Inno. in c. in noſtra de iniuriis: refert & ſequitur Angelus in d. §. beſtias in fi. Sicut ergo Rex non poteſt præiudicare ſucceſſori per conſenſum adhibitum in contractu: ſic nec per conſenſum adhibitum in delicto. vt notatur in l. poſt contractum & in l. filiusfamilias. ff. de donat. & in l. filiusfamilias §. diui ſeuerus. de le. 1. & in l. conceſſa. ff. de vectigalibus. Nullo ergo modo poterit Rex Regnum alienare in præiudicium ſucceſſoris. Bene tamen poterit ſibi ipſi præiudicare: quo ad commoditates quas in vita ſua erat in Regno percepturus vt l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſci. l. ex facto. ff. ad Trebel. capitu. 1. de capi. corra. Ex quibus iuribus colligitur: quòd confiſcatis bonis alicuius, confiſcatur commoditas quam haber in bonis alienis: ita dicit Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. & cle. diximus ſuprà in §. 5. ad fi. ſuccedit ergo in Regno Nauarræ primogenitus. Iſta ſunt quæ multorum turbant ſpiritum.

Rex eſt Regni adminiſtrator non Dominus directus.

Rex habet liberam ad miniſtrationem in Regno.

In delictis quaſi contrahitur.

In delictis eſt obligatio naturalis.

Concluſio.

§. VII.

SED reuera ſi rectè prædicta conſideremus parum aut nihil faciunt ad propoſitum de quo agimus præſertim ſi teneamus opinionem illam: quam multi non leuis auctoritatis Doctores tenent. quod filius primogenitus habet Regnum à patre, ſicut hæres patris, vt late ac ſingulariter ponit Albericus in l. pen. C. de donat. inter virum & vxor. colum. 3. verſi. nunc tranſeamus propter delictum ergo patris filius perdit Regnum. vel aliter poteſt dici quòd prædicta non habent locum in caſu noſtro, non enim habent locum in criminibus enormibus & grauiſſimis prout eſt hæreſis, apoſtaſia, ſchiſma, & crimen læſæ maieſtatis: in quibus filij propter parentum delicta puniuntur. De hæreſi eſt textus in capitu. quicunque. & cap. ſtatutum. de hæreticis. lib. 6. & c. vergentis. eod. tit. De ſchiſmate eſt textus in cap. vnico. §. contra natos. de ſchiſmaticis. lib. 6. ſchiſmaticus enim largo modo dicitur hæreticus: quia nullum ſchiſma eſt, niſi ſibi aliquam hæreſim confingat: vt inquit Hieronymus ſuper epiſtolam ad Gala. habetur in capitu. inter hæreſim. 24. quæſt. 3. Et per gloſſ. in ſumma 24. quæſt. 1. quam allegat & commendat Ioan. de Anania in rubrica de ſchiſmaticis. colum. 2. Hæreſis quidem opponitur vnitati eccleſiaſticæ charitatis, ideo ſicut fides & charitas ſunt diuerſæ virtutes, quamuis quicunque caret fide, caret etiam charitate: ita ſchiſma & hæreſis ſunt diuerſa vitia: quamuis quicunque hæreticus ſit etiam ſchiſmaticus: ſed non conuertitur, Verum eſt tamen, quod ſicut amiſsio charitatis eſt amiſsio fidei formatæ & eſt via ad amittendam fidem informẽ. iuxta illud prima Thimo. 1. A quibus quidã abertantes. ſ. charitate & aljis huiuſmodi: conuerſi in vaniloquium & cætera: ita etiam ſchiſma eſt via ad hæreſim. ita declarat beatus Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. Propterea dicit glo. notabilis in c. didicimus. 22. q. 1. in verſi. nil habere quod omnis ſchiſmaticus eſt hæreticus, & loquitur de ſchiſmate inueterato, quod ſapit hæreſim: nã ſi nõ eſſet hæreticus; non tandiu in ſchiſmate perduraret, ita declarat Ab. Siculus in c. quia diligentia de elec. Si ergo quis recedat ab obedictia Patræ: qui vices Chriſti tenet in terris, nolens, ſuperbè contumaciter & in contemptum ei ſubijci eſt ſchiſmaticus tantum, ſed ſi diu perſtitit inobediens, præſumitur hæreticus, ad hoc bonus textus in extraua gante clemẽtis quinti quæ incipit ad certitudinẽm in principio, vbi antiquatos ſchiſmaticos appellat hæreticos, repertur hodie ſub titulo de ſent. ex. capitul. 3. Vbi tamen ideo recederet, quia credit Papam non habere poteſtatem condendi canones, aut quod poteſtas ſuprema non reſidet penes ipſum: tanquam qui vices

Schiſmaticus largo modo dicitur hæreticus.

gerit eius:qui est caput ecclesiæ: qui est Christus(vt suprà dictum est)iste est hæreticus stricto modo:ita dicit glo.in c.nulli.19.di.& in c. generali. in ver. inhibemus de elec. li.6. Satis sit ad propositum nostrum, quòd schismaticus largo modo potest dici hæreticus,vel saltem est hæresi proximus:ita vt merito dispositum contra filios hæreticorum,sit etiam dispositum contra filios schismaticorum: vt propter parentum delictum debeant puniri in publicatione bonorum & iurium suorum:& aliis pœnis de quibus in dict. §. contra natos.

Pœna rebellum.

¶ De crimine verò læsæ maiestatis:habemus textum singularem in l.quisquis.inprin. C.ad legem Iuliam maiestatis.canonizata 6.q.1.c.si quis cum militibus.vbi litera dicit Quisquis cum militibus vel priuatis vel Barbaris scelestam inierit factionem,aut factionis susceperit sacramentum vel dederit de nece etiamvirorum illustrium:qui consiliis & consistorio nostro interfunt: senatorum etiam(nam& ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremo qui nobis militat:cogitauerit:(eadem enim seueritate voluntatem sceleris qua effectum puniri iura voluerunt) ipse qui dem vtpote maiestatis reus:gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis. hæc ibi. Conspirantes ergo contra principem vel eosqui sunt ad latus principis, incidunt in crimen læsæ maiestatis,sola ordinatione & tractatu licet non sequatur euentus. Vnde vltore gladio debent puniri & omnia bona sua efficiuntur fisci. sequitur in textu. Filij verò eius quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire supplicio: in quibus paterni hoc est hæreditarij criminis exempla metuuntur)à materna vel auita, omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur alieni:testamentis extraneorum nihil capiant sint perpetuo egentes & pauperes. infamia eos paterna semper comitetur: ad nullos prorsus honores,ad nulla sacramenta perueniant. sint postremo tales: vt his perpetua egestate sordentibus,sit & mors solatium,& vita supplicium.Hæc ibi:habentur in prælegato.c.si quis cum militibus.6.q.1.& in c.vergentis de hæreticis.2.7. parti.tit.2.l.2. Ecce quomodo propter crimen læsæ maiestatis à patre commissum: filij puniuntur & efficiuntur inhabiles ad succedendum in bonis parentum vel extraneorum ex testamento vel ab intestato,& sic ab omni successione:& per cõsequens à successione alicuius Regni vel dignitatis, quanquam in his non succedatur propriè parentibus:sed potius primis instituentibus: vt in præcedenti §.diximus,vnde non immerito dicitur ibi: quod ab omni successione habeantur alieni: & ex testamentis extraneorum nihil capiunt,sint perpetuo egentes & pauperes. Egens enim & egenus dicitur quasi extra gentem vel extra genus quasi sine gente seu genere. Et dicitur ab egeo eges egui,idest non habere opes, & ita carere differt ab egere:quia carcere est nõ habere:sed multotiens egemus re;quam habemus. Et inde dicitur egestas & differt à paupertate, Quia paupertas est aliquando honesta, sedegestas semper est turpis secundum Poll. quemrefert & sequitur Archi. in dicto capitul. si quis cum militibus. Vult ergo Imperator: quòd filij eorum,qui conspirant contra Principem, in perpetua egestate & turpitudine viuant. Sunt præterea filij talium infames: quia infamia paterna eos semper comitatur,& consequenter sunt Regni dignitatum & bonorum incapaces: quia infamibus portæ dignitatum patere non debent, vt l.secunda.C.de dignitatibus.lib.12.81.dist.capitu.tantis Daniel.de excelsi.præla.cap.inter dilectos.regula infamibus de regul.iuris.lib.6.Ratio prædictorum est,quam reddit Imperator in præallegato.§.filij verò, quia paterno debent perire supplicio,in quibus paterni hoc est hæreditarij criminis exempla metuuntur. Et ita isti filij propter delictum paternum dicuntur esse affecti:quia nati sunt ex sanguine improbato. Et sic cum perfidia sanguinis comitetur eos, merito dici possunt indigni, licet ex alieno vicio ista infectio sanguinis processerit. Et quia semper lex præsumit eos esse hæredes paterni criminis & paternæ audatiæ successores,ideo reputantur indigni, non solùm ratione delicti paterni veri, sed etiam ratione proprij delicti præsumpti, vt notanter sentit Iacob. But. & Cy. in dicta l.quisquis in 5.quæst. quem Sali. & alij omnes communiter referunt. Propterea sententia lata contra patrem in crimen læsæ maiestatis,habet effectum inferendæ pœnæ in filium sine nouo processu,vt latè ac singulariter concludit Barto.in l.cum filiusfamilias.ff. de verborum oblig. Maiorum enim & parentum exempla,inferioribus & filiis præiudicant, vt l.si cohartali.C.de coharta.l.12.& cap. venerabilem de elect. versi. eos igitur. Vbi inter cætera impedimenta quæ Duci obiiciebantur, erat vnum præcipuum, scilicet, presecutio diuulgata, quam progenitores eius præsumpserunt in Apostolicam sedem & alias ecclesias exercere. Ex quibus verbis colligit ibi glos. quod in filiis parentum exempla metuuntur,Vnde illud. sæpè solet similis filius esse patri. Ex quo infertibi Abba.in 6.colum. quod ad repellendum quem à dignitate adipiscenda etiam seculari, consideratur delictum progenitorum. Hæc est vna causa quare filius spurius non potest ad ordines promoueri,vt notat g'oss.in cap. 2.de filiis presbyterorum. lib. 6. secundum Abba. vbi suprà. Ad prædictorum confirmationem facit lex qui contra. ff. de iure patro. vbi si pater contra legem Aeliã Sentiam libertum ad iusiurandum adegerit, præiudicat sibi & liberis suis. Ad idem l.1. §. 1. ff. si quis aliquem testari prohibuerit.vbi delictum patris aliquem testari prohibentis nocet filiis, vt non possint petere in testamento relicta. Ad idem. l. si quis filium. C. de inoffic. testament. vbi exhæredatio patris iusta: nocet filio. ¶De quo per Docto. ibi & per Dinum in regula non debet de regul. iuris. lib. 6. Ad idem l.diuo Marco.C.de quæstionibus.& quod ibi notatur, vbi aliquando ex delicto patris filius perdit priuilegium vel nobilitatem. Ad idem l.prima.C.de bonis liberto rum. vbi pater delinquens præiudicat posteris in iure patronatus. & ibi notant Bald. Salicetus & alij. Ad idem.l. 2. C. de liberis & eorum libertis, vbi similiter delictum patris nocet filiis; etiam in concessione facta patri & filiis secundum Bal.ibi,quod est nota.dignum,& ad propositum nostrum satis accõmodatum, dicit enim post

Egens egenus.

Filij rebellum sunt infames & ab honoribus & dignitatibus excluſi.

Sententia lata contra patrem in crimine læsæ maiestatis præiudicat filijs.

Exempla parentum præiudicant filiis.

Aliquando delictum vel factum patris præiudicat filijs.

Nota hoc.

post Nico. de Mata. quod si pater habet feudum pro se & filiis suis & descendentibus, & committat delictum propter quod perdit feudum, perdent similiter filij & descendentes: quia sicut in emphyteosi ille qui facit contra naturam contractus non soluendo canonem: aperit viam proprietario exclusis omnibus sequentibus: quia hæc tacita conditio infuit ab initio argumentum.ff.locati.l. quæro.§.inter locatorem :ita in feudo;nam ille qui committit felloniam,facit cõtra naturam contractus: vnde ex tacita natura contractus, redit ad Dominum: & hæc est ipsa veritas secundum Bald.maximè quandovasallus commisit felloniam contra personam Domini: à quo habet feudum:nam tunc non solùm præiudicat sibi: sed etiam filiis liberis & omnibus successoribus agnatis & cognatis; vt est textus notabilis in c.1.§.deniq; in ti.quæ fuit prima causa beneficij amittendi li.feudorum: vbi pater feudatarius committens in Dominum:perdit feudum & reuertitur ad Dominum, exclusis omnibus filiis & descendentibus & quibuscunque successoribus:vt per hoc Dominus suæ iniuriæ habeat vltionem.Idem probat textus in c.vno in ti.si vasallus feudo priuetur.& in c.1.§.si vasallus culpam in ti.si de feudo fuerit cõtrouersia inter Dominum & agnatum:vbi propter parentum flagitia, eorũ descendentes feudo priuantur: etiam si fuerit antiquum:& ista est communis conclusio: quam tenet Bar.in l.2.ff.de interdictis & relega.Bald.in l. qui se patris.C.vnde liberi colum. 7. versi.& collige argumentum & in prælegato.c.1.si vasallus feudo priuetur.Salicetus & alij Moderniores in d.l.2.C.de liberis &eorum libertis.Ioannes de Imola & alij Moderni in c.2.de feu.

De delictis enormibus.

¶ Alia etiam ratiopotest reddi propter quam filij rebellium puniuntur ex delicto patris. scilicet,criminis turpitudo & immanitas vt dicit Archidi.in dict.cap. si quis cum militibus super verbo seueritate.idem in effectu voluit Io.Mo. & sequitur ibi.Ioan. And.in glos. Ordinaria in additionibus in verbo damnentur, dicentes, quod propter immensitatem criminis non putant locum esse distinctioni l.1.ff.de interdictis & relegatis.quæ distinguit inter paterna & auita hæc illi, quos alij sequuntur. Grauitas enim & enormitas delicti,est iusta causa transgrediendi regulas iuris;vt notanter voluit Inno.in c.1.in fin. de constitu.de quo docto.in pluribus locis & addiuersos casus solẽne faciunt festum, quorum aliquos commemorant Moderni in d.cap.1.allegantesad hoc bonum text.in l.si hominem.ff.mandati; vbi ex magna causa procurator generalis potest inhibere procuratori speciali. Per quem textum multa dicunt docto. in diuersis locis de quibus per Modernos in prælegato.c.1.de consti. Si autem inferioribus iudicibus datur facultas trãsgrediendi legesex causa magna & graui,vt loquitur Inno.& sequaces, multo fortius poterit hoc facere Imperator & Romanus Pontifex, qui est super omnes Reges & Principes & super omnia iura & contra illa potest dispensare, illaque in totum euertere,& alia de nouo condere,vt cap. proposuit de concessi. præ. Et per consequens potuit Reges ipsos Regno priuare imperpetuũ, ita quod eorum filij non succederẽt, quanquam huius delicti nõ essent participes; nec esset in eis culpa actualis,sed solã præsumpta quæ ex paterno delicto resultat, quamuis iura canonica super hoc non disposuissent,cum & hodie potuisset Papa tale ius condere,vel sententiam ferre ratione vniuersalis potestatis:quam habet in mundo, vt diximus suprà in secunda parte. §. 7. Præsertim cum hoc iure cautum reperiatur tam iure canonico vt d. cap.vno de schismaticis lib.6.& in cap. fœlicis de pœnis eodem libro in §. quod si quis prædictorum, vbi puniuntur filij & nepotes insequentium percutientium aut capientium Cardinales,quam etiam de iure ciuili,quod plenius super hoc disponit,vt dict.l.quisquis.§.filij verò.C. ad legem Iuliam maiestat.Ad quod ius ciuile in defectum canonici potuit haberi recursus,vt dicit text.in c.lege imperatorum,& in c. si in adiutoriũ.10.di.& in c.1.de noui operis nunciatione. Itaque delicti grauitaseſt causa efficacissima propter quam aliquando puniuntur homines absque propria culpa, habemus exemplum in eo quod legitur Iudicum 21. cap. vbi dicitur quod cum aliqui ex filiis Beniamin accepissent vxorẽ cuiusdã & incredibili furore libidis vexassent,deniq; mortua est.Congregati sunt omnes alij filij Israel de aliis tribubus vindictamque fecerunt de filiis Beniamin,ita vt interficerẽt viginti quinque millia pugnatorum, nec remanserunt de illa tribu nisi sexcenti viri. Quo exemplo patet, quòd cum grande scelus(vt est schisma vel rebellio contra ecclesiam vel summum Pontificem) committitur,non solùm puniuntur hi qui scelus perpetrarunt,sed etiam filij,& plures alij,vt diximus suprà in 4.parte.§.2.

Notabile exemplum.

¶ Alia adhuc ratio assignari potest, quare filij schismaticorum puniuntur ex paterno delicto,scilicet, pronitas hominum ad delinquendum in hoc crimine. Multotiens enim homines ex diuersis causis procurant schismata fieri in ecclesia Dei. Et vt ab huiusmodi pronitate retrahantur pœnarum metu, graues pœnæ impositæ fuere etiam in lege veteri: quia enim Iudæi proni erant ad contentiones & schismata excitanda iuxta illud, quod dicit Moyses Deutero. 11. Ego enim scio contentionem vestram,& ceruicem vestram durissimam: adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum semper cõtentiosè egistis contra Dominum:quanto magis cùm mortuus fuero. Et primo Esdr.2.cap.scribitur,inuentum fuisse in libris historiarum antiquorum patrũ,quòd ciuitas illa Hierusalem vbi Iudæi habitabant à diebus antiquis aduersus Reges rebellabat, & seditiones & prælia concitabantur in ea. Vnde propter hanc pronitatem Chore Dathan & Abiron concitantes schisma aduersus Moysen, pœna grauissima & inassueta puniti sunt: ita dixit notabiliter Augustinus de Anchona in libro de potestate ecclesiæ.quæstio.25.artic.quarto. diximus suprà quarta parte,in principio.Idem tenet Archiepiscopus Flor.2.parte.tit.3.cap.11.§.1.in fi. & ratio est, secundum eum, quia cùm pœnæ sint quædam medicinæ ad arcendum homines à peccatis: ideo aliquando vbi est maior pronitas ad peccatum aliquod, seuerior debet pœna adhiberi. Sicut etiam ab ecclesia maior pœnitentia iniungitur vxoricidæ, quàm matricidæ: ex eo quòd proniores sunt homines ad occidẽdum vxorem quam matrem:vt capitu. admonere. 33. q.1.

Pronitas delinquendi.

q.1. vt igitur homines schismata procurantes sci rent se puniendos, non solùm in se ipsos: verum etiam in filios; quod grauiter ferre solent. vt l. isti quidē. ff. quod metus causa: graues pœnæ etiam filiis impositæ sunt & grauiores quàm in aliis ma ioribus criminibus: vt per hunc modum homines à schismatibus se auertant: quanquam & hoc crimen satis sit graue vt in 4. parte plenè demon strauimus. in tantum ergo ista pœna imponitur filiis pro parentum peccatis: in quantum contin git parentes tristari de pœna quæ filiis infligitur vt sic patres in filiis puniantur: & sic redundat pœ na in auctorem peccati. ita dicit episcopus Abu lensis Matthæi 5. c. 9. q. 10. colū. 2. vbi latè disserit quæstionem an & quando filij puniantur pro pter delictum parentum. de qua per sanctum Tho. 2. 2. q. 108. ar. 4. vbi inter cætera dicunt quod in crimine læsæ maiestatis: filius punitur pro de licto patris, vt volunt iura prælegata. quamuis pœna spirituali pro delicto patris non afficiantur: vt ibi latius per eos.

Oppositio. An propter crimen læsæ maiestatis perdat quis bona.

¶ RESTAT nunc respondere ad quasdam obiectiones: quæ contra prædicta fieri possunt in fauorem filij Regis & Reginæ Nauarræ: quarum aliquas tetigimus suprà in §. 6. Prima assumitur ex l. iura. ff. de iure patro. vbi si pater perduellio nis crimen commisit & propterea damnatus est: iura libertorum paternorum salua liberis ma nent. Ad idem l. eorum. ff. ad legem Iuliam maie statis, vbi si pater crimen læsæ maiestatis commi sit: & propterea fuit damnatus, eius bona liberis conseruantur. Publicatis enim bonis alicuius ex quocunque delicto, reseruatur filiis legitima in bonis paternis vt l. cum ratio. ff. de bonis damna torum: & in authentica bona damnatorum. C. eodem. Ad ista respondetur quod iura prædicta sunt hodie correcta per dictam legem quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis secundum Cynum & alios ibi idem voluit glo. Cynus Bald. & com muniter alij in l. 1. C. de bonis libertorum. tenentes, quod in crimine læsæ maiestatis confiscantur bona delinquentis exclusis etiam filiis.

Solutio.

Oppositio.

¶ Secunda obiectio est: quod in casu de quo agimus, videlicet de successione Regni Nauarræ non agitur de bonis vel successione parentum, sed potius antiquorum Regum Nauarræ: quibus videtur succedere Rex nouus; & à quibus Regnū defertur vt cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari & pupi. cum aliis de quibus supra. §. 6. itaque non habet à parentibus nisi virtutem, quam trahit à lumbis eorum circumscripto hæreditariarum fa cultatum iure, vt dicebat Bal. consilio 417. ergo à successione Regni non debuit filius excludi per tex. singularem in l. eum qui. ff. de interd. & rele. & l. diui fatres. ff. de iure patro. & in c. 1. §. 1. in tit. si vasallus feudo priuetur. Ad ista similiter re spondetur per ea quæ dicta sunt in §. 7. videlicet quod non habet locum in crimine læsæ maiesta tis, maximè quando commissum est in primo ca pite, videlicet contra supremum principem. Nam tunc filij committentium, efficiuntur inha biles & capaces cuiuscunque successionis ex te stamento vel ab intestato proximorum & ex traneorum, vt est casus notandus in prælegata l. quisquis. §. filij vero. Sunt præterea infames & ratione infamiæ non admittuntur ad dignitates vel Regna, vt in præcedenti. §. diximus.

Solutio.

¶ Tertia obiectio est quia cum Regnum Na uarræsit proprium patrimonium ipsius Reginæ, ac propter suum delictum in vita sua iustè fuerit Regno priuata, ea tamen defuncta, Regnum debe tur eius filio primogenito non obstantibus prædictis; quæ si bene aduertantur, loquuntur, quando pater delinquit, non quando mater, vt colligitur ex text. in d. l. quisquis. Vnde cum si mus in materia odiosa & pœnali, l. loquens in pa tre, non debet extendi ad matrem, cum non sub sit eadem ratio quæ in patre. Pater enim & filius pro eadem persona reputantur, non autem sic est in matre & per consequens filij non afficiun tur pœna illius legis matre committente crimen læsæ maiestatis, ita tenet ibi Odofredus. 2. colū. ver. quæro quid erit. Cynus. 2. col. ver. circa istam l. hos sequuntur Nicolaus Oldra. & Alberi. 1. col. ver. quærit glo. & Salicetus in d. §. filij. 1. col. versi. adhuc quæro. Quicquid isti dixerint, cōtrarium & verius tenuit Azo quem refert & sequitur glo. Ordinaria in d. l quisquis. §. filij. ver. minus ausu ras, quàm sequuntur ibi Petrus & alij antiqui do cto. & glo. in ca. statutum. el . in verbo inane. de hæreti. li. 6. cum quatranseunt ibi Doctores. ap probat etiam Bald. statim post principium mo tus ex eo quod l. illa non loquitur distinctè de pa tre, immo loquitur per verbum vniuersale quis quis, quod de sui significato ratione subauditi substantiui homo; qui est cōmunis generis com prehendit masculinum & fœminum significa tum, non per interpretationem extensiuam, vt notatur. ff. de re iu. in rubrica. facit. l. 1. ff. de ver borum significatione & in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & in l. transigere. C. de transactio. secūdum Bald. ibi quem Moderni communiter sequuntur ibi; & in §. interdum, instituta de hæredita. quæ ab intestato deferuntur. vbi hoc firmat Angelus Aretinus in fine, & in tractatu maleficiorum in parte, Che ay tradito la tua patria. col. 6. ver. & ad uertendum dicens hanc esse communem opinio nem. & in simili allegat glo. notabilem in l. fœmi næ. C. de secundis nuptiis, quæ dicit quòd ille tex. qui loquitur in matre ad secundas nuptias transeunte; habeat locum in patre, quamuis ma teria sit pœnalis & odiosa. Ad idem facit text. in c. si quis cum militibus. 6. q. 1. vbi canonizatur d. l. quisquis; nam verbum si quis ibi positum, com prehendit si qua secundum glo. Archidi. & alios in cap. si quis suadente. 17. q. 4. tradentes regulam quod verbum masculinum prolatum à lege cri mina puniente, fœminas comprehendit, quia ita peccant fœminæ sicut masculi, licet quandoque minus puniantur, ad hoc bonus textus in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. si quis non dicam rape re. C. de rap. virginum. l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. c. vbicunque de pœnis. lib. 6. & in cle. 1. eo. cum multis similibus. & ista oppositio est te nenda & sequenda, tum quia communis iuxta notata in cap. 1. de constit. tum quia est oppositio glo. ordi. quæ cæteris opinionibus est præpo nenda, vt voluit Iacobus Butricalis in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. & Cynus in l. 1. C. de actio. & obliga. Bald. & alij in pluribus locis quos Mo derni doctores cumulare solent, quos referre non curo.

Solutio.

Oppositio.

¶ Quarta obiectio quæ magis videtur vrge re, scilicet, quod filius Regis & Reginæ Nauarræ fuit

Oppositio.

fuit natus ante crimen à parētibus commissum. In quo non præsumitur quòd sit paterni crimi nis immittator: quia non descendit à sanguine in fecto. Ad hoc l. emancipatum. ff. de senato. & di uo Marco. C. de quæstioni. hoc tenent Petrus Cy nus & Angelus in d. l. quisquis. Hinc est: quod fi lij hæreticorum Orthodoxi nati ante crimen hæ resis per patrem commissum, non afficiuntur pœ nis à iure inductis, maximè vt non possint admit ti ad honores & officia publica: ita notanter con cludit Calderi. con. 3. in ti. de hæreticis. Ita ergo videtur dicendum in casu nostro. Sed contrariū tenet Albericus in d. l. quisquis. col. 2. sed nūquid hæc lex. Immo quod filij etiam antea nati affi ciantur pœnis illius legis propter rationem ibi positam: quæ similiter illos includit cum dicit, quòd filij præsumuntur immitatores parētum. Itaque Imperator non fuit motus ex præsump tione sanguinis corrupti: à qua filij deriuātur; sed potius ex eo quod præsumuntur parentum immitatores: immitari autem possunt filij, pa rentes: non solùm si nati fuerint post delictum à parentibus commissum; sed etiam si ante. itaque non minus in eis hæreditarij criminis exempla sunt metuenda sicut in aliis postea natis: & cum sit eadem ratio in vtrisque: eadem erit iurisdispo sitio vt. l. adigere. §. quāmuis. ff. de iure pa. lex ergo illa quæ simpliciter de filiis loquitur, de vtris que debet intelligi præsertim cum loquatur de filiis natis antè supplicium patris, quæ eodem de berent puniri supplicio: quod est speciale in cri mine læsæ maiestatis secundum Salicetum in d. l. quisquis. §. filij. 2. col. vers. quæro si isti: quem re fert & sequitur Angelus Aretinus in tractatu ma leficiorum in parte che hai tradito la tua patria. col. 7. vers. quærit ibi Salicetus: cum quo transit ibi Augustinus in additionibus allegat pro hoc glo. singularem in c. si quis cum militibus. in ver bo fili. in fine. 6. q. 1. quæ hoc in terminis decidit, quam approbat ibi Dominicus: tum per illam li terā: quæ simpliciter loquitur de filiis: tum quia prohibet emancipationem fieri de filiis post de lictum: quia præsumitur fieri in fraudē: vt in eos bona conferat pater delinquens: vt sic non ve niant ad fiscum: vt est glo. in d. l. quisquis. in ver bo non valeat. Et pro ista opinione facit quod te net Hosti. & sequitur Io. And. in c. in quibusdam in verbo posteritates de pœnis: vbi dicit: pœnam illius decretalis habere locum etiam in iam na tis. Hoc idem reperio tenere episcopum Oueten sem in tractatu hæreseos. q. 13. col. 3. Vbi per hoc dicit, quod filij hæreticorum etiam nati ante hæ resim cōmissam: incurrunt pœnas à iure statutas cōtra filios hæreticorū: allegat ad hoc textū sin gularem in c. statutum. §. fi. de hæreticis lib. 6. ibi cum dicit vel tales etiam decessisse probantur: ex quo inuitur sufficere quòd patres eorum in morte fuissent hæretici. Nec potest dari con ueniens solutio ad illum textum. Ad idem fa cit. capitu. filij eod. titu. quod loquitur de illis, qui ostenderunt signa hæresis cum decumbe rent in lecto propter infirmitatem: de qua de cesserunt secundum eum. Et quamuis ille non dicat idem videtur sentire Ioann. And. in capitu. vt commissi. eod. titu. & lib. colum. 2. in versic. priuandi. vbi dicit non esse veram illam distin ctionem, quam aliqui faciebāt: aut beneficia fue

Solutio.

runt collata filiis vel nepotibus hæreticorum an tè delictum commissum vel postea: quoniam v troque casu perdunt beneficia ipso iure. Vnde non est necesse quòd per sententiam priuentur: sed satis est declarare illos fore priuatos. allegat ad hoc tex. singularem in cap. fœlicis. §. quod si quis de pœnis. li. 6. Vbi filij insequentium Cardi nales sunt priuati ipso iure omnibus beneficiis; quæ habebant ante delictum commissum à pa rentibus. Et si dicatur: alius est casus: dicit Io. An. quod ratio est maior in hæresi: & cum hoc tran seunt ibi Doctores communiter signanter Do minicus in §. priuandi. col. 1. & Philippus in prin cipio. aliqui tamen defendunt illam distinctio nem quam Ioan. And. reprobat per text. in cap. quicunque iuncto. c. statutum de hæreticis li. 6. vbi filij hæreticorum inhabilitātur ad beneficia obtinenda, de obtentis nihil dicitur. Pro istis fa cit textus in ca. iam itaque. & in c. non imputari. 1. q. 4. & glo. in cap. satis peruersum. 56. di. Sed quamuis inter Doctores sit differentia quantum ad officia & beneficia ante delictum commissum obtenta: in obtinendis tamen omnes sunt con cordes quod redduntur inhabiles ad ea obti nenda per textum in dicto §. quod si quis, mo do fuerint nati ante delictum commissum vel postea. Ita ergo videtur dicendum in casu nostro.

Oppositio.

¶ Quinta obiectio est cum textus in prælle gata l. quisquis loquatur de his qui factionem iniunt contra personam imperatoris eorumque filiis: & sic de illis qui committunt crimen læsæ maiestatis in primo capite, non videtur, quòd possit nec debeat trahi ad illos qui ex secundo vel aliis capitibus illud commiserūt, vt expresse decidunt ibi docto. communiter omnes præser tim Odofredus Cyn. Angelus & Salicetus: & per consequens cum Rex & Regina Nauarræ di rectè non conspirauerint contra ecclesiā vel Ro manum Pontificem, sed fœdus solummodo inie rint cum Rege Francorū: non videtur quòd con tra eos & multo fortius contra eorum filium pri mogenitum dispositio pœnalis illius legis trahi possit. Ad hoc patet solutio ex prædictis; quo niam vt in præcedentibus dictum est, hoc ipso quod fœdus inierunt cum Rege Francorum ec clesiæ inimico huiusq; schismatis auctore, effecti sunt ecclesiæ inimici & conspiratores contra ec clesiā Romanūq; Pontificem diximus suprà in 4. parte. §. 1. versic. sunt præterea schismatici, & per consequens pœna illius legis comprehendit eo rum filium. Et posito (sine veritatis præiudicio) q; Rex & Regina Nauarræ nō reputētur princi pales huius schismatis & rebellionis auctores, re putabūtur saltē fautores & auxiliatores vel cōso cij seu satellites, vt ex præcedētibus satis patet, cōtra quos eorūq; filios pœna dictæ legis locum habet, vt expresse dicitur in eadē. l. cuius verba sunt hæc. Id quod de prædictis eorūq; filiis cauimus: de satellitibus cōsociis ac ministris filiisq; eorū simili auctoritate cēsemus. hæc ibi. Ex quibus cōstat apertissimè, q; Imperator voluit pu ire omnes intēdentes circa factionē cōtra eū, tam principales quā accessorios vel adhærētes, eorūque filios nepotes & alios descēdētes, vt declara tur per cōstitutionē Frederici imperatoris secun di, quā Ro. eccle. postea approbauit, cuius verba

Oppositio. An & quā do propter crimen læ. ma. à patre commissum puniuntur eius filij.

recitat

recitat Cynus in d.l. quisquis in fine, vbi ponitur verbum liberorum, vt cæteros descendentes comprehenderet, l. quod si nepotes. ff. de testamentaria tutela. & l. liberorum. ff. de verborum signifi. secundum Cy. in dicta l. quisquis: quem simpliciter refert ibi Alberi. col. 2. verficu. Item quæritur. Bald. tamen dicit quòd per illam constitutionem hodie est declaratum: quod ista pœna non extendatur nisi vsque ad primum & secundum gradum: Quod tamen quidam intelligunt in posteritate paterna: in materna autem dicunt non transire delictum vltra primum gradum ad instar criminis hæreseos vt cap. statutum de hæreticis. li. 6. cum in prædallegata constitutione Frederici simili pœna puniat hæreticos: qua crimen læsæ maiestatis contra principem committentes. Et sic cum decretalis illa in crimine hæresis sic exaudiat & interpretetur: sic exaudiri dicunt in crimine læsæ maiestatis. ista sunt verba Saliceti in d.l. quisquis in §. filij in 4. q. Idem in effectu videtur sentire Ange. in d.l. quisquis. 2. col. versi. item tempore huius legis. Vtcumque sit ego arbitror, quod & si per iura canonica & ciuilia hoc non sit bene decisum, per eadem tamen iura non sit abbreuiata vniuersalis potestas ecclesiæ & Romani Pontificis in toto orbe: cuius virtute potest Reges ex Principes Christianos increpare corrigere & si opus fuerit deponere, vt plenè dictum est in 2. parte. §. 7. Quia cum par in parem non habet Imperiũ vt c. innotuit de elec. non potuerunt Romani Pontifices futuris successoribus legem imponere vt c. fœlicis. §. cæterum de penis. li. 6. & ibi glos. in verbo posit extendere: cum quilibet Romanus Pontifex possit supra ius dispensare: & iura de nouo condere vt ca. pro posuit de concessio. præ. potuit ergo Romanus Pontifex Reges Nauarræ Regno priuare exclusso etiam filio, & omnibus descendentibus similiter exclusis prout alij Romani Pontifices hoc ipsum fecerunt: de quibus diximus supra in 2. parte. §. 7. vbi inter cæteros commemorauimus Leonem & Constantium Imperatores Constantinopolitanos fuisse Imperio priuatos: quia requisiti ecclesiam defendere noluerunt. propterea Imperium fuit translatum in aliam gentem penitus extraneam, scilicet, in Germanos: & datum est Carolo magno: vt narrat gl. in c. venerabilem de elec. De quo latius dictum est in prædallegato. §. 7. Et si dicatur: quod istud exemplum parum facit ad propositum nostrum: eo quod agitur de priuatione Imperij: ad quod non deuenitur per viam successionis sed electionis: vt d.c. venerabilem: Dico quod ea ratione qua Papa potuit trãsferre Imperium à Græcis in Germanos exclusis omnino Græcis: apud quos Imperiũ tunc temporis erat: poterit similiter ex iusta causa Regnũ à gente in gentem transferre exclusis omnibus hominibus illius gentis: apud quos Regnũ prius erat vel descendibus ab illo: qui Regnum ipsum tenebat. Sic legimus factum fuisse antiquis temporibus: quando Zacharias Romanus Pontifex Childericum Francorum Regem à Regno depo suit: & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius locum substituit: vt habetur in cap. alius. 15. q. 6. diximus in prædallegato. §. 7. Similiter factum est in priuatione Desiderij Regis Longobardorum de quo suprà parte 2. §. 7. propter iniurias Zachariæ Romano Pontifici illatas: quas Carolus magnus Pontificis iussu vindicauit Desiderium superans & vincens: & in Franciam Lugdunum cum vxore & liberis in exilium mittens. Postea Longobardis Francos præfecit: qui eos in pace retinent. Atque ita anno salutis nostræ. 774. Longobardorum Regnum finem accepit. Inde ea gens ducentis iam triginta & penè duobus annis maiori Italiæ portione potita nihil iam extet ni præter nomen retinebat. Fuit autem sub duobus & viginti Regibus ab Albuino vsq; ad Desiderium porrectum: tunc autem quo ad se filiosque & posteros omnino extinctum, vt Chronicæ illius temporis attestantur. Si ergo tunc temporis Romani Pontifices illud facere potuerunt, multo fortius his temporibus Romanus Pontifex illud facere potest: quia ecclesia per incremẽta temporum semper maiori potestate vtitur. vt c. displicet ad finem. 23. q. 4. Tenet Augustinus de Anchona in li. de potestate ecclesiæ. q. 37. ar. 5. diximus suprà in fi. 2. partis. Ad confirmationem prædictorum pondero textum in cap. grandi. de sup. negli. præla. li. 6. Vbi ille Rex Portugaliæ dissipator erat & negligens, & per vtrumque poterat remoueri: vt dicit ibi glo. in verbo Regis in principio: sed Papa volens gratiam facere, non remouit Regem sed coadiutorem sibi dedit, protestatur tamen Papa: quòd per hoc non intendit memorato Regi vel ipsius legitimo filio, si quem habuerit, prædictum Regnum adimere: quasi velit dicere; quod si non diceret illud, videretur adimere Regnum etiam filio. Si autem ibi fuit specialiter prouisum: in contrarium erit regula: vt priuato Regno patre ex iusta causa priuantur similiter filius & descendentes. Ad istum sensum potest trahi auctoritas saluatoris Matthæi 21. cum dicit, auferetur à vobis Regnum: & dabitur genti facienti fructus eius. declarata eo modo quo suprà declarauimus ista eadem parte. §. 4. Et aliæ auctoritates de quibus ibi; vt si aliqua gens vel aliquis ex certa gente vel certo genere Regnum tenens aliquod, graue delictum commisit: propter quod illud perdere meruit: auferetur ab eo Regnum & poterit dari alteri genti penitus extraneæ, exclusis filiis & aliis illius gentis vel generis hominibus. Ad hoc bonus text. in ca. si de rebus. 23. q. 7. cuius literam recitaui suprà ista parte. §. 4.

Leo Constans impe ratores.

Childericus.

Desiderius Rex.

Ecclesia potestatem crescit.

Rex Portugalia.

§. IX.

HAEC autem Regni priuatio respectu filij & descendentium habet etiam fundamentum in sacra Scriptura, cuius auctoritas cunctas alias antecellit, & nihil est dignus: quam vt homo sit sui auctoris immitator. Et secundum modum propriæ facultatis diuini sit operis executor. Ita notanter ad propositum dicit Leo Papa in quodam sermone de ieiunio quadragesimali quinto incipiente Apostolica prope finem. omnis enim Dei actio nostra est instructio. cap. significasti de elec. & c. qualiter & quando el 2. de accusa. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens. Ex sacra enim scriptura si rectè aduertatur: apertissimè ostenditur: quod aliqui Reges propter sua demerita Regno priuati fuerunt, eorumque filij & posteri, & in aliam gentem penitus extraneam Regnum aliquando fuit

De auctoritate sacræ scripturæ.

Saul Rex.

Salomon Rex.

Roboam Rex.

Athalia regina.

Reges Edon & Seõ

fuit translatum: vt patet in aliquibus exemplis quæ suprà in 2. parte. §. 9. narrauimus. Saul enim primus Iudæorum Rex à Deo datus, propter inobedientiam: quia non exterminauit omnes Amorrhæos eorumq; substãtiam: vt Samuel propheta præceperat: Regno priuatus est ipse & filius eius: & datum est Dauid: qui regnauit post eum; vt habetur Danielis 5. & 1. Regnum 15. Salomon filius Dauid propter sua demerita perdidit medietatem Regni sui, quod ablatum est à Roboam filio eius: ab ipso verò Roboam & filiis eius ablati sunt vndecim populi propter superbiam & alia demerita: vt colligitur ex 3. Regum c. 11. 12. & totum regnum ablatum fuisset ab eo: nisi Dauid merita obstitissent, iuxta illud psalmo 31. propter Dauid seruum meum non auertam faciem Christi mei: de ablatis autem, nihil ad filium suum peruenit. Athalia Regina Israel similiter priuata fuit Regno & occisa, Regnumque datum est Iehu, qui regnauit post eam: Athaliæ filiis exclusis. Reges Edon, & Seon eorumque filij Regno priuati sunt & occisi: quia filiis Israel trãsitum ad terram promissionis impediebant, resistentes eis: & Regnum eorum Iudæi acceperunt, vt habetur Numeri 21. transumptiuè in ca. fin. 23. quæstione quinta. De quo per Iosephum libro quarto, capitulo 3. de antiquitatibus Iudæorum. dixi suprà ista. §. tertio. de virtute namque parentum protenditur successio filiorum in Regno, & succedentium fœlicitas, ex descendentium vel præcedentium iniquitate præscinditur: nam spiritus sancti certum est testimonio: quia iniusti deperibũt simul: & reliquiæ impiorum interibunt. Si quidem iustis regibus conceditur à Domino, vt ipsi eorumque filij longo tempore regnent vt dicitur Deutero. 17. c. Si iniusti, Domini mandata præuaricati fuerint, & sanctam ecclesiam, quam defendendam susceperunt, non defendant iustè ipsi Reges eorumque filij Regno priuãtur: vt latè in præcedentibus dictum est. Continuatur quippe Regnum in successores & in eos tũc demum protenditur: quando ipsi Domini præcepta obseruant. Aufer, inquit Salomon Prouerbiorum 25. c. impietatem de vultu Regis: & firmabitur iustitia thronus eius. Si enim à vultu, id est, à voluntate & operibus Regis, recedit impietas, id est irreuerentia erga Deum & sanctam ecclesiã: totius Regni opera, virga æquitatis & cultu iustitiæ dirigũtur. Vnde illud, Rex qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malum intuitu suo. Ecce quanto priuilegio gaudent principes Deum timentes, & ecclesiam defendentes, perpetuantur enim Regni gloria; etiam in carne & sanguine suo. Glorratur Dominus se virum inuenisse secundum cor suum: & cum in Regni apicem post modum sublimasset, succedentium sibi filiorum curriculo, Regnum ei perpetuum policetur. De fructu ventris tui (inquit) ponam super sedem tuam: & si custodierint filij tui mandata mea, quæ iam dedi: & testimonia mea quæ (per me vel vicarios meos) docebo illos: & ipsi & filij eorum sedebunt super sedem tuam. psalmo 131. & subdit: & ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, si iusticias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. psalmo 88. Hæc de Dauid eorumque posteris dicta fuere: sed quoniam eorum posteri multipliciter transgressi fuerunt legem diuinam: vt patet ex discursu 4. Regum, & 1. Paralipomenon: ideo ista successio in dignitate Regni tempore Sedechiæ fuit interrupta, vt habetur 4. Regum vltimo c. & meritò; quoniam malignitas euertit sedes potentum, vt scribitur in libro Sapientiæ c. 5. in fine. Sedes ducũ superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis, Ecclesiastici c. 10. sed quæ maior ac detestabilior malignitas & superbia Regum esse potest, quàm eorum qui regnum à manu Dei recipientes, vt suam sanctam defendant ecclesiam, non solùm non defendunt; immo offendunt. Quamobrem iustè à sedibus suis ipsi eorumque filij deiiciuntur, & Regnum transfertur de gente in gentem, & deletis his hæredibus, qui secundum carnem esse videntur, transferatur successio ad illos, qui fidei & iustitiæ inueniuntur hæredes, in eoque promissionis subsistit veritas, & rata permanent quæ ex ore Altissimi processerunt quòd iustis regibus successione fidelũ semen permanet in æternũ, adeò siquidẽ omnibus rectè dispositis & in eis manentibus, nulla videatur esse solicitudo vel officium præsidentis, constat his qui semel principem admiserunt, de semine illius successione non defuturam, saltem ad conseruandam sanguinis claritatem. Quod & historiarum liquet exẽplis, fertur enim quòd cum magnus Alexander vltimum litus oceani perlustraret, brachmanorum insulam debellare parabat, ad quem illi in his verbis miserunt, audiuimus inuictissime Rex. prælia tua & fœlicitatem victoriæ vbique subsecutam. Sed quid erit homini satis, cui totus non sufficit orbis, diuitias non habemus, quarum cupiditate nos debeas expugnare, omnium bona, omnibus communia sunt, esca est nobis pro diuiciis, pro cultibus & auro, vilis & rara vestis, fœminæ autem nostræ non ornantur, vt placeant, quem qui dem ornamentorum cultum, potius oneri deputant, quàm decori, etenim nesciunt in agenda pulchritudine eius affectare, quam quod natæ sunt, antra nobis duplicem vsum præstant, tegumentum in vita, in morte sepulturam. Regem habemus non pro iustitia, sed pro nobilitate conseruanda. Quem enim locum haberet vindicta, vbi nulla fit iniustitia, His verbis motus Alexander, nullam ratus victoriam, si eorum pacem perpetuam turbaret, in quiete sua dimisit, & fortè si eos bello fuisset aggressus, minime præualuisset aduersus Innocentes, quod Innocentia non facile superatur, & veritas suis viribus constans, de militia quantumuis armata triumphat, secundum Polichratum lib. 4. ca. 11. cum autem in casu de quo agimus tam facilè fuit maiestati vestræ totum Nauarræ Regnum expugnare, acquirere, & obtinere, credendum meritò est ex iustis causis à Domino factum esse, propter Regis & Reginæ malicias, dolos & fraudes aduersum Deum & sanctam ecclesiam pertinaciter perpetratos, necdum non defendendo, vt tenebantur, verum etiam offendendo ac persequendo (vt sæpè dictum est) vt impleretur illud celebre Sapientiæ dictum Ecclesiast. 10. c. (cuius pluries in præcedentibus mentionem fecimus.) Regnum à gen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias, & diuersos dolos. Quapropter in breui subuersum fuit solium primi Regis in populo Dei Saul & Ionathæ, cum cæteris filiis, exigentibus culpis, in montibus corruerunt, vt thronus illius qui Dei potestate erat electus, firmaretur. Omnium historiarum si percurramus seriem, & Regni successiones, in breui videbimus, & quasi in exordio relæ, Domino præcidente succisas, & quo Reges fuerint clariores, eo citius, si aduersus Deum inrumuerint, conculcatur semen eorum. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominũ. certè nec fortitudo, si ille insurgit, si persequitur, ad emendicata sacramentorum suffragia, ad præsidia munitionum frustrà decurritur. Quia non est qui de manu illius possit eruere. Quis Alexandro maior in Græcia? & tamen non suus legitur successisse, sed filius saltatricis. Quis Cęsareæ domus seriem nescit? rarus eorum, aut nullus filium relinquit hæredem. Omnes & in breui post varia pericula & cædes sui & suorum plurimas, diuersis mortibus & ferè ignominiosis, quasi in momento deleti sunt: & descendentes ad inferos: successores habuerunt, aut hostes, aut ignotos. Quid obsecro, tam potentia Regna tam cito subuertit & transtulit: certè indignatio Dei, quam in se multiplex iniustitia prouocabat. Est autem (vt Stoicis placet) iniustitia mentis habitus, qui à regione morum exterminat æquitatem: animã namque priuare iustitia, ex priuatiua particula nominis declaratur. In eo autem maximè iustitia constat, si non noceas, & ex officio humanitatis prohibeas nocentes. Cùm verò noces, accedis ad iniuriam: cum nocentes non impedis, iniustitiæ famularis: est autem contumelia, quando timorem mentis in læsione alterius manifesta, operis sequela comitatur: eoque iniquitati seruit, quòd in eum cui reuerentia pro conditione officij vel naturæ consortio debetur, insolenter insurgit. Dolus autem est (vt diffinit Aquilius) cùm aliud agitur, aliud simulatur. malus vtique quotiens fit intentione nocendi. Differt autem plurimum dolus à contumelia, quoniam hæc superbè & manifestò, ille fraudulenter, & quasi ab insidiis nocet. Dolus nanq; ex timiditatis imagine, infirmitatis notã habet, & fortitudini plurimũ aduersatur, secundũ Plutarc. lib. 4. c. fi. Regum igitur gloria transfertur de gente in gentem, si iniusti, iniuriosi, contumelioſi inuenti fuerint, aut dolosi. Cùm autẽ Rex & Regina Nauarræ tales fuerint aduersus ecclesiam sanctam eiusq; pastorem: iniustè, iniuriosè, contumeliosè & dolosè agentes, faciendo ligas & confœderationes cum inimico ecclesiæ: meritò Deus ipse eos eorumq; filios, etiam primogenitum Regno priuauit, ita vt meritò eis dici possint verba quæ Samuel dixerat Sauli Iudæorum Regi quando Regno fuit priuatus: quæ habẽtur 1. Reg. c. 15. Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui: quod si non egisses, iã nunc præparasset Dominus Regnum tuum super Israel in sempiternum: sed nequaquã Regnum tuũ vltra consurget. Quæsiuit sibi Dominus virũ iuxta cor suum, & præcepit vt esset dux super populũ suũ. hæc ibi. Iustus enim qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquet. Prouerb. 20. Qui ergo iniustus fuerit, & non in simplicitate, sed in malicia Deum & ecclesiam offenderit, miseros, & absque honore filios relinquet. Ex quibus omnibus simul iunctis clarè constat, quòd Iulius secundus Pontifex maximus, Regem & Reginam Nauarræ eorumq; filios & descendentes Regno priuare potuit, & occupãdi illud cuicunque licentiam facere: & consequenter maiestas vestra illud occupans iustè retinet.

Iniustitia.

Iniuria.

Cõtumelia

Dolus.

Conclusio.

Finis quintæ partis.

HIC liceret, Rex inuictissime, ponere iam metas labori huic, quẽ maiestas vestra meis humeris imposuit: tamen quia diuersa sunt hominum studia, & vnusquisque gaudet ea sibi proponi quæ didicit, in quibusq; nutritus est, & quibus assuefactus, iuxta Aristotelis sententiam: iccirco non ab re erit si posteaquam de iure, prout Dominus dedit: locuti sumus, iam tãdem in hac sexta operis parte historicè aliquid disseramus, vt appareat quẽadmodum Regum Nauarræ, post miseram illam & calamitosam Hispaniæ cladem vniuersalem fuerit vitiosus ingressus, ac perinde fortasis sic iustissimus Deus præordinauerit, & iam tandem effecerit: vt Regnum illud mutationem susciperet: & ab alio in alium transferretur, sacro eloquio testãte (vt iam suprà meminimus) Regnum à gente in gentem transferri nonnunquam, propter iniustitias, iniurias, contumelias, & diuersos dolos. Quæ omnia ad propositum facilè possent adaptari: cùm præter ipsum iniquũ ingressum, quo ab Enecho Aristæ Reges præcedentes dominio illo potiti sunt: hæc illi finitima Regna tam Aragoniæ, quàm Castellæ temporibus ante actis tam remotis quàm propinquis, ab illa terra & gente multas fuerunt passa iniurias & nocumenta. Quia igitur plerique homines narrationi rerum siue historiæ potius sunt dediti, quàm scientiæ iuris: quippe qui in ea educati nõ fuerunt nec imbuti, & de illo cognitionis genere non est qui aliquid non degustet: ab hoc autem multi sunt alieni & expertes, ideo vt omnibus satisfaciamus: nam sapientibus & insipientibus debitores sumus (vt ait Apostolus) de origine & successione illius Regni altius repetentes: dicere aggrediamur: vt ea etiam quæ in exordio operis promisimus, adimpleamus.

Finis.

Sexta pars.

AD inuestigandam igitur Nauarrorum originem, antiquitatem & successum, quamuis difficile sit, res nimium à nostris seculis remotas, propter earum paruam & vmbratilem cognitionem: tamen à vetustissimis scriptis exordiendo, vsque ad nostra tempora: ea quæ hac atque illac lectitando adinuenimus, sub breuitate & compendio referemus. Cùm itaque post alias nationes, quæ priscis temporibus in Hispaniam venientes eam obtinuerunt, tandem Hercules aduenisset, & post eum alij Duces ex Græcis: in dom

Græci Hispaniam obtinent.

vt in dominium Græcorum venit Hispania tota & sub eo extitit multos annos. Qui cùm per multa secula ipsius dominium tenuissent, tãdem à Pœnis ab ipsa expulsi sunt. Nam (vt ait Iustinus in vltimo libro sui epitomatis) cùm Gaditani à Tyro (vnde & Carthaginensibus origo est) sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent, vrbemque Gades ibi condidissent: inuidentibus incrementis nouæ vrbis finitimis Hispaniæ populis, ac propterea Gaditanos bello lacessentibus, auxilium consanguineis Carthaginenses misere: ibi fœlici expeditione & Gaditanos ab iniuria vindicarunt, & maiorem partem prouinciæ suo imperio adiecerunt. Post hoc Hispania à Carthaginensibus ad Romanos, primò ex parte, secundò in totum transiit, hac occasione consulatum agente Appio Claudio (qui primus contra Carthaginenses arma sumpsit) anno ab vrbe condita 477. secundum Eutropium, aut 478. secundum Titum Liuium. Carthaginenses iã potentes in Aphrica & Hispania effecti: cumq; non paruam etiam Siciliæ partem sub sua ditione tenerent: Messanam eiusdem insulæ vrbem eis non obedientem infestare obsidereque aggressi sunt. Messanenses auxilia à Romanis petierunt. Vnde Appius Claudius Consul exercitũ traiecit in Siciliam: cùm tamen antea Romani terminos Italiæ nunquam egressi fuissent: ac nauale bellũ, classisque apparatus antea Romanis res esset incognita. Atq; ita exanduit, efferbuitque inter Romanos & Carthaginenses bellum, vt non contenti eo, quod gerebatur in Sicilia, ad Hispaniã vsque etiam illud extenderint: in quo plurimæ vrbes & populi à Carthaginensibus defecerunt ad Romanos. Postea verò inter Romanos & Carthaginenses pax composita est, sub hac conditione, vt ea pars, quæ citra Iberũ fluuium est, & Pyreneum attingit Romanis cederet, altera verò pars quæ vltra est, & in Herculeum fretum tẽdit, Carthaginensibus traderetur. Saguntũ verò nobilissima Hispaniæ vrbs, cùm vltra Iberum esset, & ad Pœnorum partem consisteret, post longa certamina libertate donata est: cùm facilè diuidi non posset, neque propter eius magnitudinem in portiones distribui conueniret. Postea cùm Hannibal, qui Carthaginensiũ partes cum exercitu tenebat gubernabatque, contra fœdera pacis Saguntum obsideret, ac primo quidem ciues obsidione perterriti, & sese imperata facturos pollicì: argenti trecenta talenta, & totidem obsides dare pepigerunt. Quibus acceptis conditionibus, Hannibal cùm soluisset obsidionem: Saguntini pœnitentia ducti, nihil eorum quæ pepigerant præstitere. Rursus igitur ad obsidionem conuersus Hannibal: & durius inito certamine, oppressos malis vndique barbaros: tandem vt conditionibus huiusmodi dederent, perpulere: vt liberis hominibus cum singulis tantum vestimentis ex vrbe migrare liceret. Mulieres igitur id quod tandem euenit fore suspicatæ, vt scilicet hostes diligentius viros, ne quis occultum telum efferret intuentes seipsas egredientes negligerent, atque intactas abire permitterent: gladiis intra sinus occultatis, ex vrbe digressæ sunt: Cumque omnes iam ciues vrbem exissent: Hannibal equitum Massilienſium turmam ad portam in statione collocauit: cæteris in composito ad vrbem diripiendam intrare permisis. Cumque multi, vt in talibus fieri solet, multa vndique asportarent non se vltrà continere Massilienses potuerunt, sed portæ statione dimissa, indignantes ad prædandum discessere: Interea mulieres clamore sublato, cùm gladios quos gestabant, viris tradidissent: simul cum illis impetum in hostes fecerunt, ferturque harum vnam ex hanonis cuiusdam manibus direptam hastam in eum ipsum vulnerandum conuertisse: verùm quia thorace indutus erat, occidere minimè valuit. At viri multis hostibus interfectis, reliquis verò qui obuiam venerant in fugam versis, vnà cum mulieribus sese ex vrbe incolumes recepere. Quod postquam est Hannibali renunciatum, equites repente qui persequerentur dimisit. Cumque ex ipsis aliquot adduxissent captiuos, vltimo supplicio affici iussit. Verùm maxima pars in proximos montes dilapsa, hostiles manus effugerunt: qui paulo post misso ad Hannibalem caduceatore: veniam, atque in vrbem reditum ab eodem impetrarunt octauo obsidionis mense, cum magna hominum cæde & strage; ruptaque omnino pace, Romani in Carthaginenses bellum indicunt. Creantur Consules ad id bellum gerẽdum in Sicilia & Italia, (quo Hannibal properabat) Publius Cornelius Scipio, & Titus Sempronius. Hannibal enim considerans, quòd ipse huius belli causa fuerit, non decretum Cathaginensis senatus: cùm milites in nouam Carthaginem reduxisset, partitis spoliis militibusque ex victoria iocundatis, munitis Hispaniæ vrbibus, in Italiam ire parat. Occupata autem reliqua Hispania Pyreneum transire satagit. Et superatis Ilergetibus (qui Nauarri hodie dicuntur, suntque coniuncti Pyreneo) per rucisuum valem in Vasconiam, atque inde in Italiam se transtulit.

Bellum inter Carthaginenses & Romanos.

Pax inter eosdem.

Saguntum.

Hannibal Saguntum obsidet & capit.

Mulierum facinus.

Hannibal per Nauarram trãsit in Italiam.

§. I.

INterim verò Gneus Scipio, Publij Scipionis frater, in Hispaniam (à Pœnis omnino iam occupatam) mittitur contra Asdrubalem Hannibalis fratrem. Quem Hannibal in Italiam proficiscens Hispaniæ præfecerat. Qui cùm in Hispaniam aduenisset, prætermissis aliis: quæ gesserit quia non deseruiunt multum proposito, Tarracone capta, ibique dimisso præsidio, classe in vrbem Emperias remissa, Ilergetem gentem opprimere decreuit: Ilergetes autem Nauarri dicti sunt, qui etsi coniuncti sunt Pyreneo. Profectus itaque Scipio Ilergetes, Atanagrum vrbem (quam hodie Pampylonam dicũt) obsidet. Quæ caput illius gentis habebatur, sicut & nunc. Hæc enim ciuitas siue condita fuisset à Græcis siue à Carthaginensibus, siue fortè à Romanis, cùm possiderent partem Hispaniæ, quæcunque est, citra Iberum, non satis ex auctoribus constat: dicebatur tamen Atanagrum. Quæ cùm fortè post diruta à Pompeio magno esset reædificata, vel saltem amplita, dum non longè ab ea pugnasset cum Sertorio: dicta fuit Pompelis, id est, ciuitas Pompeij, vt voluit Strabo in libro tertio, de situ orbis. Postea verò corrupto vocabulo, Pompylona ab aliquibus, ab aliis verò corruptiori adhuc, Pampylonia appellata est. Ad hanc igitur Scipio cum veniisset, atque eam obsidione

Gneus Scipio venit in hispaniam.

Nauarra opprimuntur.

Pompilonia obsidetur & capitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tutela obsidetur.

cinxisset: Post dies paucos, obsidibus acceptis, Ilergetes ipsos pecunia quoque multatos, in ius ditionemque recepit. Inde in Austranos procedens, Tutelam vrbem ad oras Iberi perueniens obsedit, cùm Cæsaraugustam aliique vicini, vrbi ferrent auxilia: nocte non longe ab vrbe, cùm intrare vellent, excepti insidiis cæsi sunt ad duodecim millia, reliqui verò per agros diffugere sunt compulsi. Vrbi tunc maximo adiumento erat nix iniqua infestaque oppugnãtibus. Quæ (cùm hiems esset) per xxx. dies quibus duravit obsidio altitudine quatuor pedum alta extitit. Deinde cùm Amunitus eorum princeps ad Asdrubalem confugisset, oblatis de vrbe xx. talentis argenti, obsides Tarraconem deducuntur. Cùm verò Asdrubal à Scipione victus esset, ac perinde in Lusitaniam exercitum duxisset, ac propius oceanum consedere fecisset; sperans reliquum ætatis ibi tranquile trãsigere: Interim sicut Hispanis mos est noua expetere, Mandonius quidam nobilis ex Ilergetarum gente (quæ vt diximus, hodie Nauarrensis dicitur) cùm intellexisset Romanum ducem à saltu Castulonis ad maritimam oram duxisse partem Romanorum sociorum; eos inuasit: contra quem cùm à Scipione missi fuissent tria millia Romani exercitus cum expeditis auxiliis: leui certamine deuictus est Mandonius, ipsoque capto, ac omnibus suis occisis, tumultus sedatus est.

Amunitus Nauarrorum princeps.

Asdrubal à Gneo Scipione vincitur.

Mãdonius Nauarrus vincitur & occiditur.

§. II.

Publius Scipio venit in Hispaniam

POST hoc autem Publius Scipio cum exercitu in Hispaniam venit, Gneoque Scipioni fratri se adiunxit, atque deinde post aliquod tempus ambo in Hispania contra Carthaginenses bella gesserunt. Qui cùm fœliciter cum hostibus per non paruum tempus conflixissent: tandem fortuna omnia versante, ambo pariter & victi & interfecti sunt. In quorum locum statim subrogatus fuit Lucius Marcius Septimi filius, ab ipso exercitu in ducem sine Imperatorẽ assumptus. Post hoc Publius Cornelius Scipio, Publij Scipionis interfecti filius in Hispaniam venit, à Senatu populoque Romano Imperator creatus: sub cuius imperio & ductu Pœni ab Hispania fuerunt omnino expulsi, & tota ferè terra in ius ditionemque Romanorum venit. Cùm iam igitur Romani tota prouincia potirentur, post paucos dies, cùm ægrotaret Scipio grauiter, & in morte eius ij qui corde sincero Romanis non adhæserant, sed necessitate compulsi ponerent spem: Ilergetes qui & Nauarri, Mandonio & Indibili ducibus rebellauerunt. Post restitutam autem Scipioni sanitatem, in eos mouens prælia, eos victos, non parua facta strage, nec sine ipsorum Romanorum incommodo, ad obsequium reduxit. Hæc ferè sunt præacta anno ab vrbe condita 543. Sicque deinceps mansit Hispania sub dominio Romanorum per longa tempora, excusatis in diuersis ipsius partibus per diuersa tempora rebellionibus, contra quas diuersi duces siue Imperatores per vices missi sunt, qui eas nunquam ad plenum coercuerunt. Quæ omnia prætermittimus, ne nimis prolixum faciamus volumen, & vt in his quæ ad Nauarram spectant (quæ proposito propriè deseruiunt) insistamus.

Duo Scipiones fratres vincuntur & occidantur à Carthaginensibus.

Scipio Africanus venit in Hispaniam, eamque subiugat.

Nauarri bellant contra Romanos, & subiugantur.

§. III.

TAndem anno ab vrbe cõdita 710. interfecto in Senatu Iulio Cæsare, Octauianus testamento ipsius Cæsaris auũculi sui & hæreditatem & nomẽ assumpsit, annos natus 17. Qui cùm post paucũ tẽpus Consul crearetur, & cũ Antonio & Lepido ab eo anno quo primũ Cõsul creatus est duodecim annis imperaret, tandem cum Antonio cõfligẽs propter repudiatã sororẽ, cũ debellauit nauali pugna, atq; interfecit. Ex eo autẽ die rerũ omniũ summã atq; absolutam potestatem (quã Græci monarchiã vocant) adeptus est. Quibus peractis Cæsar ipse Octauianus iam à Senatu cognominatus Augustus, cùm animaduerteret Cantabros, Vaceos, Austeres, & Iliturgos ferocissimas Hispaniæ nationes Romano Imperio non parere: in Hispanias ad eas perdomãdas ire parat, existimans parũ fuisse bellũ gestum in Hispania per annos plusquam ducentos ab ipsis Romanis: si illæ nationes liberæ ab eorum iugo existerent. Illæ enim nationes (quantũ coniectura iudicare licet) parum Romanis nunquam se subdiderãt, ferocitate propria & asperitate terræ suæ habitationis freti: partim tẽporibus antè actis ab obedictia iã illorũ & subtraxerãt fortè dissordiis ciuilibus ipsorũ Romanorũ primo inter Mariũ & Sillã: secũdo inter Cæsarẽ & Põpeiũ adiuti. Inter has autẽ quatuor nationes (vt hystorici dicunt) cũ potẽtiores essent Cãtabri & Astures: Cãtabrorũ (sub quibus Nauarri ab Historiographis & Cosmographis cõputantur) effrenatior & magis pertinax in rebellando animus fuit qui non cotenti libertatem suam defendere, finitimis imperare tẽptabant vicinasq; gentes crebris incursionibus fatigabant. Ad hos igitur Cãtabros Augustus primũ veniẽs, partito exercitu eos debellare cœpit habebat enim classem de Oceano: quæterga hostiũ grauiter præmebat. Hinc Cantabri deficiẽtes nec vim Romanorũ ferre valentes, fugam in eminentissimum vicinum montẽ arripiũt: in quem potius Oceani Maria quàm Romanorum arma ascensura esse crediderant, Octauianus ipsum montem fossa & vallo quinde cim miliarum obsidione circundedit, assistente circum vndique Romano exercitu. Cum obsessi extrema vitæ vidissent: dietimque fere certarent: certi de suo interitu, quidam qui ferro cum hostibus agere non poterant, veneno sumpto, quod ex arboribus taxeis exprimitur, (quorum arborum in ipso monte copia magna est) mortem sibi conscierunt: sicq; illorum pars maxima obsessorum à captiuitate (quæ imminere videbatur) subtracta est. Deuicta itaq; hac Cantabrorum natione, deinde & aliæ tres scilicet Asturum Vaceorum & Iliturgorum deuictæ sunt & sub iugũ Romani Imperij sunt redactæ. Durauit autem bellum hoc per annos quatuor vt placet Orosio & Lucio Floro. In hoc tamen dissentiunt an per se Augustus Cæsar illud gesserit an per legatos: pluribus tamen placuit quod per se illud gesserit Augustus: quamuis Lucius Florus dissentiat: tamen Liuius per eundem Augustum perdomitas ait Hispanias primum. Denique hoc bello finito, cum omnia bella humani generis cessarent. Augustus cum Tarraconam diuerteret, iã secundo (se imperante) portas Iani claudi iussit:

Dr Octauiano Cæsare.

Cantabri Romanis nõ parent.

Cantabri.

Octauianus Cantabros debellat & vincit.

Edictũ Cæsaris Augusti.

iussit, atque ibidem illud instituit edictum, quod in Euangelio Lucæ legitur: Exiit edictum à Cæsare Augusto, &c. vt in tractatu Insularum maris Oceani. cap. 7. §. 7. & 9. latè diximus. Hæc cùm circa ortum Saluatoris hoc modo confecta essent, quieuit terra sub imperio Romano per multos annos: ille enim rebellandi finis Hispaniæ (vt ait Lucius Florus) ac deinde certa fides. Vãdali, &c.

§. IIII.

Vandali Alani Hugni & Sueui veniunt in Hispaniam, eamque inter se partiuntur.

POstea verò circiter annos Domini 10. barbaræ quædam nationes Hispanias inuaserunt. Vãdali, Alani, Hugui, & Sueui. Quæ quidem incognitæ antea Hispanis gentes, eam causam Hispanias ingrediendi habuerunt, quòd Theodosius senior Imperator eos insequens à Galliis (quas ex parte occupauerant) fugauit. Quare compulsi sunt Pyreneos montes trãsire: quibus traiectis, Hispanias occuparunt, eaque post multas contẽtiones & prælia: inter se partiti sunt: Alani enim Lusitaniam & Carthaginem sunt sortiti. Vandali Galleciam. Sueui occidua maritima oceani obtinuerũt & partem Certiberiæ, quæ prouinciæ Nauarrorum cohæret: quam forte saltem ex parte obtinebant. Per id tempus Romani Saguntum, Numantiam & nõnullas alias vrbes adhuc retinebãt: Vandali autem cognomine Silingui: relicta Gallecia: postquam Tarraconenses insulas deprædati sunt: ad interiora Hispaniæ sese recolligentes: prouinciam Bethicam sortiuntur, quorum nomine prouincia ipsa Vandalia, & remota V, à principio Andaluzia pro Vãdalia vsque in hodiernũ diem dicta, & ea occasione Sueui Gallecia potiti sunt. Hispani autem tunc temporis per ciuitates & Castella residua de Romanorum absentia neglectuque tuitionis plangentes, sese miserabiliter seruituti subiiciunt, vt beatus Isidorus in sua chronica narrat.

Honorius Imperator Hispanias Gothis donat.

¶ Harum nationum Romani tædio affecti, & de eorundem insolentia indignati, clamoribusque Hispanorum inclinati: ab Hispania eos pellere satagebant. Sed cum iam eorum vires essent debilitatæ nec id efficere valerent: Honorius Imperator Hispanus (qui per id tẽpus imperabat) afflictioni vexationique Hispanorum cõpatiens, Gothos in Hispaniam mittendos curauit, auxilium Hispanis præstituros: & prouinciam à sæua barbarorum seruitute liberaturos. Vtque id cõmodius efficere possent & libentius: Hispanias ipsis grata donatione concessit, Athanarico primo Rege super Gothos regnante, vel (quod verosimilius est) Alarico secundo Gothorum Rege. Si autem donatio Hispaniarũ facta fuit Athanarico (vt aliqui volunt) attribunda est (vt tempora concordentur) præcedenti alicui Imperatori puta Theodosio seniori, eiusdem Honorij patri: quæ postea fuerit per Honorium confirmata. Satis tamen est ad propositum quòd Gothis Hispaniarum facta est donatio per Honorium Cæsarem: de qua donatione præter cæteros auctores meminit Antonius Archiepiscopus Florentinus, secunda parte suæ historiæ, titulo 11. capitul. 6. Gothi igitur Hispanicæ gentis humanitate & dulcedine freti, eorumque strenuitatem & vires experti, derelictis cæteris orbis (quas obtinuerunt) regionibus, ad Hispanias se receperunt, existimantes totius Europæ monarchia potiri facile posse, si gentis Hispanicæ aut subiectione aut amicitia potirentur. Habebant autem Gothi ipsi Vandalos, Alanos, Sueuos, & Hugnos inuisos nimis, tanquam propinquos loco suorum natalium: Quare freti Hispaniarum auxiliis: eorundem Vandalorum Sueuorum & Hugnorum sæuitiam feritatẽque ferre nõ valentes: eosdem Vandalos cæteraque barbaricas nationes ab Hispania expulerũt, ac denique omnium Hispaniarũ monarchiam obtinuerũt, immo & vltra montes pyrenæos non paruam partem Galliarum retinuerunt. Quarum Galliarum donationem Honorius ipse etiam fecit: quãus ipsi terræ amœnitate vbertateque & hominum ingeniis (vt diximus) oblectati: sedem in Hispania figere maluerunt, & inde euenit vt sub vno principe tota Hispania regeretur: quamuis plures cõtineret prouincias diuersis nominibus appellatas: inter quas prouincia quæ nunc Nauarra dicitur non erat ignobilis.

Gothi Hispaniarum monarchiã obtinent.

§. V.

De Nauarris.

HINC est illud quod dicit Io. de Fan. & refert Archi. in c. cõuenior. 23. q. 8. quod à Legione, vsque ad Montem pesulanum omnes sunt Gothi. Sed quod immediatè subdũt prædicti doctores: vel à veritate alienum est, vel debet sano modo intelligi & alio quidem modo quàm solet: subdunt enim sic. omnes sunt Gothi exceptis Nauarris, qui sunt Ibernici vt quidam dicunt, & vltra Armeniã, vt dicit Priscianus in libro 6. Nusquam enim legitur quòd ab Ibernia insula coloni venerint. Qui sedes fixerint & (vt ita loquitur) populauerint Nauarram aut aliquam aliam Hispaniæ partem: & multo minus legitur: quòd ab eadem insula fluxerint coloni: qui populauerint vltra Armeniam, quæ in oriente quidem prouincia est: & hæc in occidente insula, & parua quidẽ propinqua Britãnie. Nec tale quid dicit Priscianus in 6. libro. vbi allegatur, nec alibi in toto suo opere. Restat ergo, q̃ vitiose ponitur ibi Ibernici, pro Iberi. vel debet intelligi Ibernici, id est, Iberi, nõ ab Ibernia quidem insula: sed ab Ibero fluuio. Et hoc est quod dicit Priscianus in 6. libro vbi allegatur, quòd scilicet hiberus est fluuius, quem vulgò ebrum dicimus, hiber autẽ est gens, ideſt, hiber. i. per secundam declinationem: iuxta illud Lucani: Si tibi durus hiber, aut si tibi terga dedisset. & illud eiusdem: Nec licet ad duros martẽ conuertere hiberos. hiber. is. autẽ per tertiã declinationẽ, significat gẽtem quæ habitat vltra Armeniã. sed tamẽ etiã sic intelligẽdo hiberni ci pro hiberi, ideſt, accolæ fluminis hiberi nõ solũ illi sunt Nauarri: immo & Aragonij & aliqua ex parte Castellani: quorũ terras etiã præterfluit hiberus sicut Nauarrã immo & tota Hispania ab antiquis auctoribus solet appellari hiberia, & vniuersi Hispani hiberi iuxta auctoritates Lucani modo adductas & multas alias, quæ tam ex ipso, quàm ex aliis antiquis facile possent adduci: nãque dicit alibi, profugique à gẽte vetustã Gallorum celtæ miscentes non hiberis, vnde tota pars Hispaniæ contigua & contermina hiberõ, celtiberia dicitur, siue nunc à Castellanis seu Nauarris seu Aragonensibus aut Tarraconensibus ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitetur. Dicitur autem Hiberia ab hibero amne, ipsi verò fluuio nomen dedit gens quæ oram fluminis antea incoluerat: processit verò illa gens à prouincia Hiberia, quæ in Asia situm habet, media inter Armeniam & Colchos, secundum Claudiũ Ptolomæum. Dicunt tamen aliqui gentem ab illa prouincia vetustissimo iam tempore prodiisse, & primò in illam insulam hiberniam venisse, ex suoque nomine Hiberniam appellauisse, atque inde in Hispaniam secundo nauigatione peruenisse. Quæ cùm oram fluminis statim incoleret, flumini & regioni, id est toti Hispaniæ nomen tradidit: vt hiberus amnis, & hiberia prouincia appellata sit. Et ad hoc confirmandum allegant Priscianum in suprà dicto loco. Sed nihil tale dicit Priscianus: sed id tantum, quod retulimus, nec aliquis alius auctor ex antiquis. Sed posito, quòd hoc verum sit: non sequitur quòd Hibernici dicantur in Hispania ab Hibernia insula in mari Britannico: sed dicantur Hiberi à fluuio, & originaliter ab illa prouincia Asiæ: & illi quidem non sint soli Nauarri (vt dixit Ioan. de Fan. & post eum Archid.) sed omnes accolæ illius amnis, tam Nauarri, quàm Aragonij quàm etiã Castellani accipiendo Hiberos in strictissima significatione, accipiendo autem in communi significatione, omnes Hispani, & omnis Hispania Hiberia. nec propterea etiã sequitur, quòd illa gens Nauarrorum nõ sint Gothi, secundum eos: nam illa gens Hiberorũ antiquissima est, & ante Herculem venit in Hispaniam. Vnde sicut aduentus Græcorũ, Pœnorum & Romanorũ, & dominium vniuscuiusq; harũ nationum per longum tẽpus non obstitit Hispaniæ, nec alicui eiusdem parti, quin tandem per aduentũ & dominium Gothorum dicantur Gothi: ita à fortiori nec Nauarris obstat, qui etiã Gothi dicantur: quandoquidem ipsi quoque sicut & aliæ Hispaniæ portiones subiugum venerunt Gothorum, quemadmodum & cæteri omnes Hispani Hiberi dicuntur.

Hispaniarum monarchia continuatur in Gothis.

§. VI.

SED vt ad ea quæ de Gothis dicere incepimus reuertamur quemadmodũ. s. totius Hispaniæ sceptrũ penes illos extitit, expulsis aliis exteris nationibus, dico q; ab ipso Athanarico continuata est successio in Regno & principatu totius Hispaniæ, imo magnæ partis Galliæ vltra Pyreneum, præsertim Aquitaniæ, Vasconiæ, & totius prouinciæ Narbonensis, vsq; ad infœlicẽ Rodericũ Regem. Quibus ipsis Regibus Gothis vsque ad Rodericũ Regem inclusiuè, ipsam etiam Nauarræ prouinciã seruire ac subditam esse non est ambiguum. Huius autẽ Roderici Regis tempore, peccatis populi exigẽtibus, ac perinde ira Dei efferuescẽte, ac iustitia vlciscente: sceptrum ac monarchia Hispaniæ Regum humiliata est: & potentia non modo attenuata, verumetiã ad nihilum ferè redacta. Nã post illud horrendũ & infœlicissimũ prælium apud Xericium cõmissum, in quo Christiani terga verterũt, & Rex ipse nunquam amplius comparuit, Arabes per totas Hispanias debachati sunt, atq; eas biẽnio obtinuerunt, præter aliqua montana, puta Asturias, & Vizcaiã & arces nonnullas in Regno Aragoniæ. Nec solùm Hispania eam diruptionem passa est, sed magna pars Galliæ, ea præsertim quæ Gothis

Roderici tẽpore Hispania capitur a Mauris.

parebat: de qua paulo antè meminimus. Vnde tunc ea furente tempestate, etiam Nauarræ prouincia à Gothis ad Arabes trãsiit. Euenerunt autem hæc circa annum circiter Domini 712.

Pelagius.

§. VII.

RODerico autem cum filiis mortuo, vel quocunque alio malo ab oculis hominum subtracto, Pelagius frater eius, secundũ aliquos, vel filius Fafilæ ducis Cãtabriæ, secundũ alios, ex sanguine Gothico progenitus, Regnũ, vel (vt accomodatius loquamur) reliquias Regni suscepit. Seruatus enim fuerat hic Princeps, vt miseras Hispanias peccatis Christiani populi afflictas & penè euersas restauraret, ne inclitæ gentis Gothicæ lucerna in orbe penitus extingueretur. Hic igitur Pelagius, furente Maurorum rabie, cum aliquibus Christianis apud Asturias se cõtinuit, & diuino cõfortatus auxilio paucorũ Catholicorũ turba siue societate fretus, Arabes (quibus vndique circũseptus erat) paulatim insequitur: & tandem Deo ipso magis ac magis aspirante, incredibilia & plusquã humana bella gessit: adeò vt paucis interiectis annis, non mediocrem terrarũ perditarũ partẽ Domino adiuuante recuperauerit. Cumq; Legionẽ post alia adepta oppida recuperasset, Rex Legionis appellatus est: non quidem propterea q; sui prædecessores sic appellarentur, sed ex eo q; Legio fuit primũ præcipuũ oppidum quod à Mauris adeptus est. Ab eo autẽ tẽpore in Hispania regnãtes, iam nõ Reges Gothi, siue Reges Gothorũ dicti sunt, vt antea moris est, sed Reges Legionis & Castellæ vel huiusmodi. Ante cladem enim & calamitatẽ illã, Rodericus & alij superiores Reges, nõ Reges Hispaniæ, nedũ alicuius partiũ eius, sed Reges Gothi, siue Reges Gothorum appellabãtur. Sed postea exortæ sunt aliæ intitulationes: & prima fuit à Legione: à quo nomine (quia & nomen apud Hispanos vsitatũ. s. leo, & insignia manifestè videntur discrepare) nõ ab re erit si ea quæ per non segnẽ inuestigationẽ in libris adinuenimus, in mediũ afferamus: vt appareat quemadmodũ & nomẽ apud homines nostræ nationis & insignia ipsa non careant ratione. Est igitur non ignauiter aduertendum, quòd cùm primum vrbs illa condita fuit, non Legio, sed Eleona à primis suis conditoribus fuit nominata, sic dicta à prouincia Libiæ Eleona appellata: propinqua Cyrenæ & Aethiopiæ: in qua maxima leonum copia inuenitur, adeò vt pro multitudine pecudum greges videantur: à quibus vt sibi caueant homines regionis illius: leones sibi domesticos nutriunt ad tutelam. Est enim leo domabile animal & pronum in sui benefactoris tutamen. Hæc autem gens in Hispaniam (cùm ibi imperitarent Carthaginenses, vt suprà diximus) venientes, magnam domesticorum leonum multitudinem pro suæ regionis moribus & consuetudine adduxerunt, qua ex re Leonis illi vrbi à se conditæ pro armis siue insignibus figuram dederunt: quæ insignia vsque in hodiernum diem retinet ipsa vrbs, immo & totum ipsum Regnum, quod post excidium vniuersale Hispaniæ nomen sibi ab ipsa vrbe accepit. Hoc refert Margarith Episcopus Gerundiuus in suo Paralipomenon Hispaniæ, libro tertio. c. tertio.

Pelagius quare Rex legionis appellatus est.

Quare Reges Legionis appellati sunt & habent leonem pro insigni.

Leo ciuitas quomodo antiquitus appellabatur.

Beatus

Traianus Legionis mittit.

Beatus tamen Isidorus iunior in sua chronica mundi in sexta ætate. c. 23. aliter videtur sentire. Dicit enim quod circa centesimum annum Domini, Traianus Imperator natione Hispanus post quam Romanum Imperium vsq; in orientem lõge lateque perduxit: Babiloniam & Arabiam cœpit & vsq; ad Indiæ fines post Alexandrum accessit: tandem quatuordecim Legiones misit contrà occidentem: vt ciuitates in arduis locis positas destruerent & in plano eas conderent: ne contra Romanum Imperium amplius possent rebellare: Ex quibus cum duæ venirent in Hispaniam: ciuitates Sublantiam & Florem destruentes non longe ab ipsa flore vrbem condiderunt: quam à Legionibus ipsis Legionem appellauerãt & quoniam eius Legionis quæ vrbem condidit insigne seu vexillum Leonis erat ideo insignia eius Regni Leonem præ se ferunt. Sed quamuis nomen antiquum à Libicis inditum non perseuerauerit tamen cum illa Carthaginensium ciuitas aliqua istarum fortè sit vel in illis terminis sita fuit, vero simile est quod insignia antiqua remanserunt dummodo verum sit id quod de nomine & conditione Eleonæ retulimus. Post succedente tempore accreuit ratio quare ipsa vrbs à Leone haberet nomen & insigna: nam circa annos Domini 571. Leonegildus Rex Gothorum in Hispania regnans cum portione Galliæ sicut & cæteri Gothi: cum Romanos milites in præsidium Legionis positos, apud ipsam vrbem bello extinguere: atque eam ipsam capere: ex suo nomine Leonem appellauit: ita dicit idem beatus Isidorus in sua Chronica Hispanica cum de Leonogildo agit. c. 36. itaq; primo vocata est Eleona à Prouincia Eleona in Libia: vnde eius fundatores prodierunt. secundo vocata est Legio à legionibus quæ Sublantia & Flore vrbibus in arduis positis euersis, eam condiderunt. tertio & vltimo quasi antiquo nomine repetito Leo nominata est: Atque inde Hispaniæ Reges Legionis vel Leonis meritò appellantur vel appellari possunt. vnde & Pelagius qui illam vrbem ad Christianitatem & dominium Gothorum reduxit: non iniuria titulum Legionis vel Leonis sibi assumpsit & posteris reliquit: quamuis Lucas Tudensis dicat quod acceperint Leonẽ pro insigniis: quia Leo & est & interpretatur Rex omnium bestiarum. sed prior ratio verisimiliter apparet. Habuit autem Pelagius pro armis vel insignis Leonẽ rubeum in Campo Albo & hæc constant ab eo tempore fuisse insignia Regum Leonis siue Legionis vt dicit Rodericus episcopus Palentinus in sua Historia Hispanica. 1. parte. c. 11. Hæc omittamus quod apud alios auctores scriptum reperitur quod. s. Reges Gothi pro armis siue insignibus deferebant scutum in quatuor partes diuisum. in parte enim superiori dextra quatuor Baltheos nigros in Campo aureo in sinistra vero tres coronas aureas in Campo rubeo. In parte verò inferiori dextra Leonem feluum habentem in manibus securim Amazonĩã in Campo Albo, in sinistra autẽ parte Leonẽ fuluũ in Cãpo aureo hæc erãt Gothorũ Regũ insignia nõ autem quinq; buffones, quẽadmodũ aliqui historiarũ ignari ineptè asserunt. vtcũque sit Reges Gothi pro armis vel insignibus inter cætera Leonis habebant imaginem secundum Burgensem in sua Chronica & Genealogia Regum Hispaniæ cum de Leonegildo agit. Sed tamen cum post cladem calamitosam & vniuersale Hispaniæ excidium mutata fuerit Regum intitulatio (cœperunt enim dici Reges Legionis: vel Castellæ vel huiusmodi, cum ante non modo alicuius partium: sed nec totius Hispaniæ dicerentur, sed Reges dumtaxat Gothi & Regnum Gothorum (vt paulo antè diximus) non mirum si insignia quoque mutarentur. Pelagius itaque & eius successores solum deferebant Leonem rubeum in Campo Albo, & nominabantur Reges Legionis.

Insignia Regum Legionis.

§. VIII.

POST longa verò tempora circa Annos Domini. 1017. Ferdinandus huius nominis primus filius Santij cognomento maioris Regis Nauarræ & Eluiræ filiæ Santij Fernandi sexti & vltimi comitis Castellæ, primo Rex Castellæ nominatus est: licet alij attribuant hanc primam nominationem Santio patri. hic Fernandus duxit vxorem Santiam filiam Alfonsi Regis Legionis & sororem Beremundi quo sine filiis decedente, Ferdinandus prædictus propter vxorem Santiã Regnum Legionis obtinuit: vnde venit vt hic Rex Ferdinandus primus: Rex diceretur Castellæ & Legionis præcesserit autem nomen Castellæ in titulo: quia ei iam Regi Castellæ existentis: cessit, seu superuenit Regnum Legionis: Quamuis secundum iura Regni, Legionis nominatio tanquam antiquioris debuisset præcedere. Dicitur autem Castella (vt communius fertur) à Castellis quibus nimis erat munita: præsertim cum hostes. i. Mauros circumquaque adiacentes haberet. immo vsque ad viscera penetrantes. Vel (vt alij accuratius & maiori eum indagatione sentiunt) quemadmodum totum Regnum dictum est legio ab vna ciuitate: ita Castella dicta est à Castulonæ vrbe olim opulentissima medium ferè tenente inter citeriorem vlteriorem q; Hispaniam, in principio tamen vlterioris Hispaniæ (ad quam pertinet Castella) sita, amica satis populi Romani licet postea inimica cum Carthaginensibus adhæsit post deictos atque infectos duos Scipiones, de quorum calamitate & morte iam fecimus mentionem, ob quod facinus post victoriam Cornelio Scipione (qui post Aphricanus cognominatus est) eam ipsam deleuit. Arma verò vel insignia Castellæ antiquo tempore, antè scilicet, quam Regni titulo potiretur fuerunt Castellum aureum in Campo rubeo. Coniunctis tamen Regnis Reges Leonis & Castellæ simul solum Leonem rubeũ in cãpo albo pro armis vel insignibus deferebant vsque ad tempora Alfonsi octaui circa annos Domini. 1160. Ipse enim primitus Castellum in signis suis simul cum Leone depingi fecit: quamuis sui maiores siue prædecessores Leonem solummodo depingere consueuerunt. Vnde ab illo tempore vsque in hodiernum diem Reges Castellæ & Legionis asserunt pro insignibus scutum quadripartitum hoc modo. in parte superiori dextra & in inferiori sinistra Castellum aureum in campo rubeo. In parte superiori sinistra & in inferiori dextra Leonem fuluum in campo Albo. In colore Leonis ab eo quod Pelagius gestabat differentia est. Ille enim

Rex Castellæ.

Quare præcedit intitulario Castellæ.

Castella quare dicitur.

Castulo ciuitas.

Castella in signia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

(vt diximus) rubeum gerebat Leonem, hæc licet aliquo modo à proposito aliena aliquibus videantur: tamen (cum in his licet parui momenti rebus plures etiã periti viri defecerint) placuit ea inserere: vt titulorum & insigniorum Principatuum Castellæ ratio omnibus innotescat.

§. IX.

De Pelagio ex Regibus Gothorum proueniente primo Rege Legionis.

SED iam ad propositum redeundo de Pelagio (de quo dicere exorsi sumus: siue dicamus filium Fafilæ ducis, siue fratrem Regis Roderici) omnes Historiographi sine aliqua cõtrouersia in hoc cõueniunt: à Regibus Gothis ipsum fuisse propagatum ab illaque Regia prosapia descendisse. Et post cladem illam Hispaniæ miserandam primitus Hispaniæ principatum obtinuisse saltem iure, licet non de facto: non enim fuerũt ei vires ad tãtas & tã latas terras quantas Roderici Regis, finistro fato & peccatis populi, Gothi immo Christiani amiserãt, recuperandas. satis est quod cum amissa recuperare incœperit: posteris exẽpla recuperandi reliquit: & quod auspiciis operaq; illius factum est, ne linea siue series Regum Gothorum terminaretur aut cessaret, immo nec interrumperetur: cum post breuissimũ tempus à morte siue euanitione Roderici: Regni gubernacula & titulũ susceperit. In eo itaq; manfit & repræsentatum est ius & successio principatus Hispaniæ, nullo Rege aut propinquiore hærede superstite aut in terris apparente, & id quidem siue dicamus quòd per viam electionis ad Regnum Gothi assumerentur quod verius est, nam & tunc Christicolæ Hispani qui apud asturias latitabant (penes quos ius eligendi principem indubitato permanebat) ipsum in Regem elegerũt. ipsum inquã virũ ex genere Gothorũ de quo cõmunis erat cõsuetudo & fortè lex Reges eligere. Atq; tunc in posterũ tempora pro lege sanxerũt: vt si Rex fuerit Catholicus: primogenitus eius: atq; antè obitũ patris decedẽte primogenitõ secũdo natus & sic per ordinẽ quantũlibet minimæ sit ætatis: in Regnũ substituatur. Si autẽ defuerit filius masculus: vt filiæ secũdũ ordinẽ prædictum assumantur in principatu: & ipsa magnorũ Gothorũ prouidentia de nobilioribus Gothis accipiat virũ de quo regalis posteritas cõseruetur; vt refert Lucas Tudẽsis in sua chronica cũ de Pelagio agit. Ipse ergo Pelagius legitimus Rex Hispaniæ fuit atq; successores: qui omnes ab eo vsq; ad maiestatẽ vestrã per lineã rectã descendunt: vt patet genealogiam Regum Gothorum vel mediocriter intuenti: præsertim quia Alfonsus Catholicus filius Petri ducis Cantabriæ ex progenie gloriosissimi principis Ricardi Gothorũ Regis (qui primus inter Gothicos Reges, expulso à se & à suo totõ Dominio Arrianico errore: fidẽ Catholicam cũ omnibus suis professus est) genẽr fuit ipsius Pelagij: quippe cui omnes damnẽ vel hermisondam eiusdem filiam duxit vxorem: Atque ob id Pelagio ipso & Eafila filio ab hac luce subtractis: Alfonsus ipse successit in Regnum: A quo ipso Alfonso cæteri Legionis & Castellæ Reges vsque ad maiestatem vestram descendunt. Vnde fit vt Pelagius & ab eo descendẽtes iure Principatũ Hispaniæ sibi vẽdicauerint.

Regnum Hispaniæ defertur primogenito.

Profita Regu.

Alfonsus Catholicus

§. X.

Alfonsus Catholicus Nauarram à mauris recuperat.

HIC igitur Alfonsus rex & nomine Catholicus sceptrum Regni accepit Anno Domini. 731. qui cum à Mauris plurimas ciuitates Castra & oppida recuperasset, recuperauit quoque & Nauarram (vt sine controuersia historiæ referunt) cum sua Metropoli Pompilonia, vsque ad montes Pyreneos tanquam rem quidem sui iuris & sibi iure debitam ac perinde ad suam conquisitionem siue conquistam (vt vulgari vocabulo vtamur) pertinentem. Alfonso vita perfuncto: successit in principatu & Monarchia Hispaniæ Froila eius filius anno Domini. 752. contra quem cum Nauarri rebellarent: eos armis coercuit & ad obedientiam reduxit: immo & in Vasconiam copiis traiectis eam suæ addidit ditioni. Vt autem Nauarros non modo vi & metu sed etiam amore retineret, vxorem ex ipsa gente accepit nomine Moniam siue Monerinam: cum qua his confectis in Asturias Legionemque reuersus est, Eius successores Prouinciam ipsam Nauarræ cum Vasconia per sequentia tempora retinuerunt. Post hoc cum forte omnia versante Nauarra vel ex toto vel ex maiori parte ad manus Arabum redijsset, & ea adessent tempora, quibus non modo Nauarra in potestate esset infidelium, verum etiam terra Legionis & Castellæ crebris eorundem incursionibus vastaretur, & vix hæc Reges tuerentur, ne dum illa quæ pertinent ad Nauarrã recuperarent, aduenit ex comitatu Bigorræ circa annos Domini. 96. vir bellicosus strenuus & armis assuetus vocatus Enechus Aristæ: hic cum in montibus Pyreneis Nauarræ cõtiguis (arce constructa) moraretur: inde paulatim ad planiciem Nauarræ descendens, plurimis præliis viriliter & fœliciter cõtra Mauros gestis, tandem eos à Prouincia expulit. quo facto, diadema Regni propria auctoritate sibi assumpsit & à populis illis in Regem Nauarræ acceptus est, itaque si eius ingressum bene consideremus, virtuosus fuit & iniustus, quia cum prouincia Nauarræ de Regno esset Hispaniæ, vt ex præcedentibus apparet, non licuit ipsi Enecho Aristæ eam sibi vendicare, etiam ex populi voluntate seu consensu, cum non sit in populi potestate Reges ad libitum mutare, præsertim Reges Hispaniæ, qui iusto titulo & non ingressu tyrannico aut vitioso tanto tẽpore Monarchiã obtinuerũt.

Froila Nauarros rebellantes subiugat.

Froila ex Nauarris vxorem dãxit.

Enechus Aristæ, primus Rex Nauarræ tirannus.

¶ Itaque primus Nauarrorum Rex fuit Enechus Aristæ cuius paulo antè meminimus. Deinde Garsias eius filius Rex ij. Post eũ Santius eius filius cognominatus Abarca Rex iij. Cui successit Garsias eius filius appellatus Tremulosus Rex iiij. Hunc secutus est Santius maior eius filius Rex v. qui duxit vxorem Eluiram Santij Fernandi sexti & vltimi Castellæ comitis filiam natu maiorem, ex qua genuit filium Garsiam qui post eum regnauit, hic fuit Rex vj. Deinde Santius eius filius Rex vij. Ramirus eius filius: Roderici Cidi gener Rex viij. Garsias eius filius Rex ix. Santius sapiens eius filius Rex x. Post hunc regnauit Santius cognomento fortis, eius filius Rex

Reges Nauarræ.

Rex xj. Quo sine filiis vita defuncto: Blanca eius soror in Regno successit: quæ nupsit Theobaldo Campaniæ comiti qui fuit. xij. Rex. Ex isto matrimonio genitus est alter Theobaldus: qui post matris obitum in Regno successit Rex xiij. Qui sine prole decessit & regnauit pro eo Henricus cognominatus crassus eius frater Rex xiiij. Hic genuit filiam Ioannam quã nuptui tradidit Philippo pulchro qui fuit Francorum & Nauarrorum Rex xv. Post quem in Regno Franciæ & Nauarræ regnauit Ludouicus Hutin eius filius natu maior, qui fuit Rex xvj. Quo sine filiis masculis decedente successit ei in vtroq; Regno Carolus eiusdẽ Philippi & Ioannæ secundus filius. hic fuit Rex xvij. Qui similiter absque prole decessit, & successit in vtroque Regno Philippus Longus eiusdẽ Philippi tertius filius Rex xviij. Post hunc sine prole decedentem: successit in Regno Nauarræ: Ioanna Ludouici Hutin filia: quæ tradita fuit nuptui Philippo comiti de Orleans qui ob matrimoniũ fuit in Nauarra Rex xix. His successit Carolus eorum filius similiter Comes de Orleans Rex xx. Huic successit Carolus eius filius Rex xxj. Hic nullum reliquit filium masculum, sed vnicam filiam Blancã nomine: quæ Martino Regi Siciliæ fuit matrimonio copulata. iste fuit Rex xxj. Eo verò sine prole decedente, secũdas cõtraxit nuptias cũ Domino Ioãne maiestatis vestræ progenitore qui fuit Rex Nauarrorum. xxiij. similiter fuit Rex Aragonũ: & Carolũ genuit filiũ qui antè Regni adeptionem sine prole decessit: genuit etiã filiã Blancam nomine natu maiorem, quæ Hẽrico Principi Ioannis secundi Regis Castellæ filio fuit matrimonio colligata & ab eo postea repudiata. genuit similiter etiam aliã filiam Eleonorã nuncupatã Gastõ comiti de Fox matrimonio coniunctam. Hi regnãdi auiditate victi prædictã Blancam ad manus suas dedurunt: & (vt fama est) finem vitæ eius imposuerũt: vt Regno ipso potirentur. Sed statim infra dies quindecim quibus ipsa Eleonora Reginæ nomẽ assumpsit: diem clausit extremũ. & quia parũ durauit nõ ponitur in numero Regũ. Ex isto autem matrimonio procreati fuerunt quatuor filij & nõnullæ fœminæ. Masculorũ primus fuit Ioannes qui duxit vxorẽ Magdalenã Ludouici Francorũ Regis sororẽ: ex qua genuit filiũ masculum nomine Phebum: & filiam Catherinam. Ioanne verò (antequam Regni gubernacula assumeret) decedente: Regni successio ad Phebum eius filiũ Eleonoris nepotem statim delata est. hic fuit Rex xxiiij. in ordine in prædicto Regno. Quo sine prole decedente: Catherina eius soror successit in Regno: fuitque matrimonio copulata Ioanni Delabrid olim Nauarrorum vltimo Regi: Qui quidem ope & auxilio maiestatis vestræ Regni apicem adepti sunt: & nunc demum schismaticis fauorem & auxilium præstitere: quapropter iustè immo iustissimè Regno priuati fuerunt, vt latè in præcedentibus demonstrauimus.

Regnum Aragonum incepit.

¶ Ab ipso igitur Enecho Aristæ incepit in Hispania Regum multiplicatio Christianorum, cum antea vnus tantum, esset exceptis Mauris qui facto & non iure regnabant. Cum autem perũtum est ad Santium maiorem eiusdem ab nepotem: adhuc maior diuisio facta est. Nam ille Ramiro filio Aragoniam reliquit: Nauarrã Garsiæ, Castellam quam matrimonio assecutus est, quamque ipse in regium titulum erexit (vt iam diximus) reliquit Ferdinando, cui etiam per matrimonium deuenit Regnum Legionis: vt iam enarratum est. Regnũ autem Portugaliæ post incepit. s. tẽpore Alfonsi sexti huius Ferdinandi filij qui Toletum à Mauris obtinuit, qui cum filiã Bastardam nomine Tiresiam daret Henrico Alemano in armis viro strenuo & in bellis Hispaniæ contra Mauros satis experto, daretque ei in dotem eam partem Galleciæ, quæ hodie Portugaliæ est & Conquistam contra Mauros sibi finitimos, cunque primo Henricus ipse, deinde Alfonsus filius fœliciter contra Mauros pugnassent & reliquas terras obtinuissent, Alfonsus titulum Regium absque assensu Regis Castellæ & Legionis sibi assumpsit, & ita vsque ad nostra tempora quinque Regna in Hispania peruenerunt. Regnum Aragonum cui accedit Valencia atq; Catalonia quæ partim armis contra infideles partim matrimonio accreuerunt. Regnũ Portugaliæ, quod ex portione Galleciæ & aliqua parte Lusitaniæ cõstat Regnũ Granatæ: quod tandem industria atq; auspitiis vestræ maiestatis ad Christianitatem reductum est omnino, ab Hispania Arabibus depulsis. Regnum Nauarræ: de quo in præsentiarum principalis intentio est: quod qui dẽ antiquis temporibus partem ex Cantabria: partem ex Celtiberia sumebat, mare etiam Oceanum parum contingit prope rapidum. Orientẽ versus Gallos & Vascones respicit. Septentrionem versus & occidentẽ Regno Castellæ cingitur: ad Meridiem verò ad Aragoniam Catalonia que vergit. Itaq; Castellæ arq; Aragoniæ contiguũ est parũ quidem Gleba: sed mira fertilitate prædituũ. Quintũ & principale Hispaniæ Regnũ est illud quod Legionẽ & Castellam amplectitur: quod est Hispaniæ centrũ, & à quo prædictorum Regnorũ Reges exceptis Mauris vsq; in Hodiernũ diẽ deriuati sunt. Hoc autẽ Regnũ prædictis omnibus nõ modo terræ situ & fertilitate: sed & terræ ambitu magnitudineq; multitudine maius atq; præstãtius existit. Nã ex quinq; Prouinciis quas Hispania cõtinet: hoc Castellæ & Legionis regnũ quatuor ferè sub se cõplectitur. Maior igit pars Hispaniæ subdita est Regi Castellæ, ita vt eius totius nõ immerito appellari possit: cũ iuxta iurium dispositionẽ qui maiorẽ rei partẽ obtinet, totius rei Dominus appellari recte possit. insurgit aliũde potior huius nominationis ratio, quod successio Regũ Gothorũ qui insolidũ Monarchia totius Hispaniæ potiri sunt: per Reges Legionis & Castellæ continuata est & vsque in hodiernum diem deducta. Vnde insurrexit apud omnes nationes hic communis animi cõceptus, eaq; est omniũ populorũ vox, vt nõ in aliis Hispaniæ Regnis natos, sed eos dũtaxat qui nati sunt in Regnis subditis Regi Castellæ & Legionis, Hispanos appellẽt, cæteros autẽ propriis vocabulis vel Nauarros vel Portugalẽ. vel huiusmodi à propriis Regnorũ nominibus designẽt, & hũc Regẽ Hispaniæ cæteros vel Portugaliæ vel Nauarræ nominẽt: & hoc quidẽ huc nouerint Regnorũ Hispaniæ distin. siue ignorent, vt patet per Rodericũ episcopũ Palẽtinũ in sua chronica Hispanica in fine primæ partis. Hæc autẽ ratio cũ non modo ius ad nominationẽ, verũ etiã ad rẽ facere videatur,

Regnum Portugaliæ incepit.

Regna Hispaniæ.

Regnum Nauarræ.

Regnum Legionis & Castellæ.

hinc

Universidad de Navarra Biblioteca

Alfonsus octauus Regē Nauarrę sibi subditū facit.

hinc fortè motus Alfonsus octauus Castellæ & Legionis Rex non illicitum iudicauit Regem Nauarræ sibi subditum facere: quod & effecit circa annos Domini. mo. immo ille Rex Imperator est intitulatus Hispaniarū, corona Imperiali con filio procerū accepta: quia subditos sibi habuit omnes Reges Hispaniæ tam fideles quā infideles. Illa autem subiectio Nauarræ Regis: morte etiam ipsius imperatoris non fuit abscissa: immo

Sanctius tertius Nauarram subiugat.

Santius tertius cognomento desideratus eius filius: qui ei in Regno successit: idipsum ius & superioritatem super Regem Nauarræ prosecutus est, & continuauit: & fortè vsque in præsentem diem esset continuata: nisi tam breue fuisset Regnū ipsius Santij: non enim regnauit nisi anno vno relicto filio Alfonso in tenerrima ætate: cuius infantia & turbationes in Castella occasione illius excitatæ, fortassis fuerunt causa vel occasio vt Rex Nauarræ iugum à se posset excutere & vsque in præsentem diem ab obedientia Regum Castellæ subtraheretur.

§. XI.

Continuatio Regum Hispaniæ.

SED vt ad finem huius sextæ partis ac per inde totius operis iā tandē veniamus, prætermissis multis euitādæ prolixitatis gratia: quæ ex chronicis & annalibus Hispanicis ad propositū poterāt adduci, illud in calce nostri laboris non prætereūdū cēsuimus: quod memoratu dignū visum est, quod. s. cōtinuatio Regum Castellæ & Legionis ab Athanatico Rege vsq; ad maiestatē vestrā per lineā rectā eiusdē gētis siue sanguinis absque alicuius extraneæ familiæ aut stirpis interpositione per. 8. gradus cōputādo quelibet Regem pro vno gradu, res ita singularissima est: vt in tota Europa immo forsitā in toto mūdo simil. nō valeat reperiri. In qua quidē ipsa Europa quā uis multi antiquissimi & excelētissimi principatus existāt: nō tamen est aliquod Regiū soliū siue sceptrū tā diuturnis tēporib. sub eadē familia & prosapia cōtinuatū absq; alterius cuiuscūq; familiæ interpositione. Et licet plerūq; inter eosdē Hispaniæ Reges certatū sit: nūquā ad extraneā domū aut genus principatus deuenit. Quod tā excellens beneficiū ac priuilegiū nō alia credendū est ratione ab altissimo donatū fuisse nisi ob singularē & deuotū religionis Catholicæ cultum & ad diuū Iacobū grādem & diuturnū affectū tanquā ad Hispaniæ patronū ac singulare refugium: Necnō & propter obseruātissimam reuerentiā, perseuerantē & perpetuā obedientiā ad Apostolicā sedē: vt manifesto non fallere scriptura sacra cōperiatur: quæ ait Deut. 26. si obedieris, faciet te Dominus cunctis gentibus excelsiorē, & Pronuer. 21. Vir obediens loquitur victoriā: quemadmodum ediuerso infœlices effecti sunt plerūq;: hi qui irreuerentes & inobedientes in ecclesiam Dei & eius prælatos extiterunt. Omissis enim aliis multis: quæ in proposito possunt adduci: quia in terminū festinamus: illud sufficiat quod legitur in tripartita, quod. s. cū Pōpeius armis dissensio neq; Aristoboli & Hircani obtinuisset Hierosolimas, obtētisq; irreuerēter erga tēplū sese cū suis habuisset: & sacra multipliciter prophanaret ex illo tēpore infœlix fuit & semper victus vsque ad totalē ruinā: qui antea victoriosissimus semper extiterat: quemadmodum suprà memorauimus. sed quid longe exēpla petimus, cum Ludouicū duodecimum Galliarum Regem propriis oculis intueamur tam subito ad tantā calamitatā peruenisse & tam prāter omniū spē quicquid possidebat in Italia amisisse propter irreuerentiam ad ecclesiā Romanā & inobedientiam ad eius vicariū pastorē Iulium secundū bonæ memoriæ Pontificem maximum. Hāc rationem de Regum Gothorum permanentia & conseruatione, quam tetigimus dat episcopus Palentinus. 1. parte. c. 6. in fine. Quod ipsum. 4. parte. §. 4. retulimus. Ego addo aliā rationē huius perpetuitatis Regni Gothorum in Hispania & quare penes illos Monarchia semper extitit nec vnquā ad aliquā aliam gentē transierit; quia, scilicet, à principio iustum habuerunt ingressum ex donatione Honorij imperatoris (vt suprà dictum est.) At econtrario cū primi Nauarrorū Reges vitiosum habuerint ingressum (vt parū antè ostendimus) & insuper Rex & Regina Moderni nouā iniustitiā adderent, fauorē & auxiliū negando ecclesiæ in sua afflictione & necessitate, immo inimicis ecclesiæ eisdēq; schismaticis se adiungendo & militibus Christi & ecclesiæ, id est, Hispanis impedimentum præstando per transitus denegationem disposuit clemētissimus idēq; iustissimus Deus vt dominio priuarētur trāsiretq; Regnū in aliam gētē: iuxta id quod adduximus suprà ex Ecclesia stu co de trāslatione regū propter iniustitias: & illud saluatoris apud Matthæū capit. 21. Auferetur à vobis regnū & dabitur gēti facienti fructus eius.

De Pōpeio

De Ludouico Francorū Rege.

§. XII.

Ad Regem nostrum.

HAEC sunt clementissime princeps quæ circa materiam obtentionis Nauarræ per tuā maiestatē mihi iniunctam dicēda altissimo aspirante sese obtulerūt. Qua in re à maiestate tua humillime atq; obnixe etiā atque etiā peto & obtestor: vt potius affectus quàm effectus habens rationē; & nō quemadmodum dixerim, sed quēad modū dicere desiderauerim considerās, eo fauore prosequaris, quo rem multò maioris momenti & perfectionis prosequereris, memor vniuersalis illius Regis Saluatoris nostri cuius vices in terris geris, qui acceptiora fuisse duo æra minuta, quæ paupercula vidua misit in gazophilaciū, quā diuitum opulenta donaria commemorat, quia (inquit) omnes ex eo quod abundabat illis miserunt, hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit. A lectoribus verò illud exposco vt

Ad Lectores.

voluntate nostra siue intentione cōtenti, & quod veritatis simplicitati puritatique quantū potuimus institimus, de his nos quæ superaddi potuissent nō incusent, illud aduertentes quòd nō omnia possumus omnes: & quod alius alio plura ad inuenire potest: nemo omnia. quodq; iuxta sententiam Aristo. vnusquisq; de natura rerum: Ac perinde: de moribus & de quibuscūque aliis rebus circa quas scientiæ versantur: aliquid dicit, singuli autem parū cōferunt: sed ex omnibus congestis magnitudo quædā emergit, cōsiderantes quoq; quod licet rem ad summū nō perduxerimus, nec ad vnguē eā discusserim, nō tamē parū fecisse cēsendi sumus, qui initiū fecimus, materiāq; & occasionē subtiliores rationes argutioresque vias excogitandi aliis præstiterimus.

Finis.

TAB

TABVLA VOCABVLORVM Quibus huius indicis materia versatur.

A

Abbas
Abrasio
Absoluendi
Absolutio
Actio
Actor
Actus
Accusans
Administratio
Administrator
Administrans
Aduentitium
Aduersarius
Adulter
Adultera
Adulterium
Adultus
Aduocatus
Agens
Agnati
Allegare
Allegatio
Alere
Alexandri
Alfonsi
Aliena res
Alienari
Alienatio
Alimenta
Amatores
Ambasiatores
Annulus
Appellari
Appellatio
Apices
Arrhæ
Arbiter
Arbitrator
Arbitrium iudicis
Arbitrium
Arg. à cōiter accidētib.
Arma
Armigeri
Articulus
Associans
Authentica
Auus

B

Bannitus
Baptismus
Bellicæ rei
Beneficia
Beneficiatus
Beneficium
Beneficiū cedēdi bonis
Beneficiū ne quis conueniatur &c.
Bona fides
Bona
Bonus
Boues

C

Campsores
Canonista
Capellania
Capitulum
Captiuorum
Carceris custos
Cardinales
Castitas
Castrum
Casus
Causa
Cautela
Cedendi bonis &c.
Citandi
Citatio
Citatus
Ciuitas
Clandestinitas
Clausula
Clerici
Colonis
Commissio
Comitatum
Comites
Compositum
Compromissum
Conclusio
Concubina
Condemnandus
Condemnatus
Conditio
Conducens
Confessio
Confirmatio
Confiscatio
Coniunx
Consanguineus
Consensus
Consilium
Consuetudo
Contractus
Conuersus
Conuitium
Copula
Correctio
Corpus
Credere
Creditor
Culpa
Curator
Currens
Custodia
Custodes carceris
Custos

D

Damna
Dare
Debita
Debitor
Decimæ
Decuriones
Defensor
Delegatus
Delegatio
Delictum
Delinquens
Destinata res
Dicta
Dictio
Differentiæ
Dilatio
Distractus
Diues
Diuortium
Doctoratus
Doctor
Doctrina
Dominus
Domus
Donare
Donatio ante nuptias
Donat. propter nuptias
Donatio inter coniuges
Donatio remunatoria
Donatio reciproca
Donatio causa mortis
Do. inter cōcubinarios
Don. facta filio in ptāte
Donat. filio emācipato
Donatio pro dote
Donatio meretricibus
Donat. obfornicationē
Donatio ab vxore
Donatio
Donatarius
Donator
Donans
Dos
Dotalis
Dotare
Dubius

E

Ebrius
Ecclesia
Electio
Electus
Eleemosyna
Eligendi
Emens
Emphyteosis
Emphyteota
Emphyteotica res
Emptio
Emptor
Episcopus
Equus conductus
Euictio
Exceptio
Excep. nō numer. dotis
Excessus
Exclusus
Excommunicatio
Excommunicatus
Excommunicandus
Excommunicandi
Excusio
Executor
Executoria
Exemptus
Exhhæredari
Expensæ
Extensio
Extraneus

F

Faciens
Factum
Falcidia
Falsus denarius
Famulus
Feriati dies
Feudalia
Feudataria
Feudatarius
Feudum
Fideicommissum
Fideiussor
Filia
Filius
Fiscus
Florentiæ
Focaria
Fœmina
Forensis
Forma
Fortalicium
Francigenæ
Frater
Fuga
Fructus
Fugiens
Fugitiuus debitor
Fundus
Furari
Furtiua res

G

Gabella
Geminatio
Generosus
Glosa
Grātia
Grauatus
Gregem
Guerra

H

Habitare
Hæredes
Hæreditas
Hæreticus
Hercules
Hypotheca
Hispani
Homicida
Homicidium
Homo

I

Ignorantia
Immobilia
Imperator
Impetrans
Impetratio
Importunitas
Impugnatio
In corporalia
Indicia
Indulgentia
Indultum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infamis
Ingratitudo
Inimicitia
Iniuria
Inquisitor
Instrumentum
Intellectus
Interesse
Inuestitura
Iocalia
Iudæi
Iudex
Iudicium
Iura ciuilia
Iura
Iuramentum
Iurans
Iura incorporalia
Iuris reseruaitio
Ius plenum
Ius eligendi
Ius adeundi
Ius accrescendi
Iuris prohibitio
Ius canonicum
Ius ciuile
Ius regni
Ius loquens
Ius dicere
Ius commune
Iurisperitus
Ius patronatus
Iurisdictio

L

Laici
Largitas
Laudum
Legans
Legatarius
Legatum
Legatus de latere
Legatus
Lex
Leges
Legitima
Legitimatus
Libellus
Libera potestas
Liberatio
Libri
Licentia
Licentiatus
Licentiaturæ gradus
Lis
Litis contestatio
Literas
Locator
Locans
Locupletior
Locuples
Loco non tuto
Lucra
Lucrari
Lucrum
Ludere

M

Maioratus
Mala fides
Malum
Mancus
Mandatum
Maritus
Masculinum
Mater
Matrimonium
Matrimonialis causa
Medicus
Meliorare
Melioratio
Mercatores
Merces
Meretrix
Metus
Miles
Minatus
Minor
Molendinum
Monachus
Monasterium
Monitio
Mores
Mors
Mulier
Mutuans

N

Nauigaturus
Nauta
Necessario
Necesitas
Negans
Negligentia
Negotiorum gestor
Nemo
Nepos
Nobilis
Nobilitas
Nomen
Notarius
Nubere
Nullitas
Nuncius
Nuptiæ

O

Obligati
Obligatio
Occidens
Officia
Officium
Officialis
Operarum
Opinionum
Ordines
Ordinarius
Oscula
Oues

P

Pactum
Papa
Paraphernalia
Pastor
Pater
Patria
Patronus
Pauper
Paupertas
Pax
Peculium
Pecunia
Pedagium
Percutiens
Permutatio
Pertinacia
Pertinax
Pestis
Pignori
Pignorare
Pignorans
Plebeius
Pœna
Possessio
Possessor
Posidens
Potentia
Potestas
Præbenda
Præfectus
Prælatus
Præmium
Præscribens
Præscriptio
Præsumptio
Precarium
Pretium
Presbyter
Primogenitus
Princeps
Prioratus
Priuilegia
Probitas
Processus
Procurator
Prodigus
Promissa
Promittens
Promouentes
Proprietas
Protestatio
Publicorum bonorum
Publicatis attestationib.
Publica vtilitas
Publicum
Pupillus

Q

Qualitas
Querela

R

Ratio
Ratum habere
Repetentes
Regina
Regnum
Relapsus
Religio
Res destinata
Rescriptum
Residentia
Respublica
Restituere
Restitutio in integrum
Restitutio
Retentio
Reges Hispaniæ
Regis vicem gerens
Rubrica
Rusticus

S

Sacerdos
Salaria
Scholaris
Sententia
Sequestrari
Seruus
Societas
Solennitas
Soluens
Sponsa
Sponsus
Spurius
Statutum
Stipulatio
Stuprum
Subditorum
Substitutio
Succumbens
Sumptus

T

Testamenta
Testandi facultas
Testator
Testimonium
Theologus
Thesaurarius
Tyrannus
Tormentorum
Traductio
Turpitudinem
Tutor

V

Vagabundus
Vasallus
Venditio
Vendens
Verba
Verbum, concedo
Verbum, vlcisci
Verbum, vindicare
Verbum, moneo
Verbum, publice
Vestes
Via insolita
Via inusitata
Vicarius
Vidua
Viduales vestes
Villa
Vinum
Virgo
Virtus
Vitricus
Vniuersitas
Voluntas
Vsusfructus
Vsurarius
Vsura
Vulgi opinio
Vulneratus
Vxor

Senex
Socer
Socius
Spoliatus
Sponsalia
Stabularius
Sterilitas
Studere
Testis
Titulus
Vectigales
Venditor
Vicini
Vindicta
Vir
Vestimenti

Finis.

Index

INDEX SEV REPERTORIVM IN REPETITIONEM RVBRICAE ET CAPITVLI, PER VESTRAS. DE DONATIONIBUS inter virum & vxorem. exactissimo alphabeti ordine descriptum: cum foliorum numerorum & versiculorum annotatione. In quo est etiam aduertendum, quòd nonnunquam vbi versiculus de est, principium additionis inscribitur. Et si qua sunt quæ sub pluribus dictionibus describi poterant: postquam in vna earum sunt plenè conscripta, in aliis fit ad eandem dictionem remissio: cum appositione numeri in vtraque dictione. Ioan. Bernardo Diaz de Luco autore.

A

ABBAS debet honorabilius vestiri, quàm monachus: magister in theologia, quàm frater simplex. folio 18. numero 10. versi. non enim.
Abbas si sit ingratus, cum conuentu, delinquendo aduersus donatorem, ipse cum conuentu à monasterio expellitur: donatio tamen non reuocatur. fol. 143. nu. 23. versi. imo plus.
Abbas quando inquirit contra monachum, debet ei interim alimenta præstare. fol. 233. nu. 2. §. xxxix.
Abbas. vide insi à in parte, Religioné circũuentus &c.
ABRASIO, vel consumptio, circa clausulam, appellatione remota, vitiat rescriptum. fol. 320. nu. 14. versi. ex quo.
ABSOLVENDI potestate præscripta, excommunicandi potestas præscripta non videtur. fo. 324. nu. 36. versi. & propterea.
ABSOLVTIO contra iuramentum promissorium præstitum in casu licito, à superiore, non conceditur nisi ex magna causa: sed in iuramento assertorio, iuranti conuenire, concedit in aliquo casu, si illud iuramentum superior non est secutus. fol. 97. nu. 5. ver. & propterea.
ACTIO ex nudo pacto; ex interuallo duplicato oritur. fo. 30. num. 11. ver. & propterea.
Actio familiæ erciscundæ vt competat, requiritur, quòd quæ in hæreditate sunt, non sint malè acquisita. fol. 52. num. 7. ver. bene facit. el ij.
Actionem habens suo nomine, vel pro suo interesse, potest quandocunque procuratorem constituere. fol. 224. nu. 5. ver. poterit.
ACTOR qui plures habebat iudices, si actionem coram vno proposuit, qui reum citari fecit: & citatione nondum executa, eundem reum super eadem causa coram alio iudice conuenit: allegata litis pendentia coram primo iudice, per reum; ad illum remittetur. fo 318. col. ij. ver. ex quibus aliàs.
Actori quando dantur plura remedia alternatiuè vel simpliciter, electio est eiusdem. fol. 198. col. ij. nu. 4. versi. ista tamen.
ACTVM fieri impedit occasio modica. fo. 44. num. 2. ver. fuit etiam. col. j.
Actum faciendi, si alicui detur libera potestas, debet in eo seruare canonicam formam. fol. 311. nu. 17. ver. bene facit.
Actus actiuorum sunt in patiente bene dispositio. fol. 104. nu. 5. & 52. nu. 6. & 166. nu. 19.
Actus gestus ab vxore sine licẽtia viri, si fuerit sibi proficuus tenet, nisi à principio actus per aduersam partem opponeretur: nam talis oppositio reddit actum nullum: etsi vtrique coniugi sit vtilis. fol. 150. nume. 7.
Actus in dubio iudicatur perpetuus, non temporalis fol. 163. num. 15. ver. reperio tamen.
Actus non vergit in detrimentum alicuius, quando non infert principaliter detrimentum, licet secundario sic. fol. 221. num. 14. in fi.
Actus in quo requiritur aliqua impensa si fit, præsumitur facta instante eo, ad quem spectat actum facere. fol. 237. nu. 3. §. j. ver. item per ista.
Actus gestus per partem in iudicio, nunquam nocet, si non fuit ab alia parte acceptatus, sed impugnatus. fol. 325. num. 42. ver. ad idem facit.
Actus clandestinus semper interpretatur in deteriorem partem. fo. 148. x. ver. ad hoc.
ACCVSANS extrahentem bladum, si in fine libelli adiiciat, Quare peto ipsum condemnari secundùm formam iuris communis: licet iure communi vetitum non sit bladum extrahi, nihilominus libellus sustentabitur, si illud ius municipale prohibeat. fo. 3. nu. 11. ver. hinc etiam.
ADMINISTRATIO, interdicit alicui non solùm, quando iam dissipauit bona, sed etiam quando est suspicio, quòd in futurum dissipabit. folio 202. nu. 1. §. xviij.
Administratione generali alicui concessa, non permittitur ei quid dolosè facere: nec per hoc dominum obligat. fol. 145. nu. 26. vers. vnum tamen.
